


D. ANSELMI CANTVARIENSIS archiepiscopi, Theologorū

OMNIUM SUI TEMPORIS FACILE PRINCIPIS, NEMINIQUE EORVM QUI POST EVM VIVERUNT, vel sanctitate, vel eruditione, vel eloquentia secundi, lentissima, in omnes sanctissimi Pauli Apostoli epistolae, & aliquot Evangelia, enarrationes.

Has enarrationes alii D. Herardo ascribunt.



PARISIIS,

Apud Audoënum Paruum, sub interfignio Lili aurei, via ad D. Iacobum.

1549.

D. ANSELMI CANTVA-  
riensis archiepiscopi, Theologorū

OMNIVM SVI TEMPORIS FACILE PRIN-  
CIPIS, NEMINIQVE EORVM QVI POST EVM FVE-  
*runt, vel sanctitate, vel eruditione, vel eloquentia secundi, lucu-  
lentissima, in omnes sanctissimi Pauli Apostoli epi-  
stolas, & aliquot Euangelia,  
enarrationes.*

Has enarrationes alii D. Heruæo  
ascribunt.



PARISIIS,

Apud Audoënum Paruum, sub interfignio  
Lilii aurei, via ad D. Iacobum.



ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, SIMVLQVE

ornatissimo præsuli D. Carolo Monsieur, ecclesie

Niuernensis Episcopo

F. Simon Fontanus Senonensis minor, felicitatem

exoptat in Christo perpetuam.



Nde mihi tantum arrogantiae, Illustrissime princeps, vt ego minorum omnium minimus, obscurissimus, adeoque tibi ignotissimus hac epistola celsitudinem illam tuam, nisi à clarissimis viris non appellandam adoriar? Quid mihi est consilii? Cur interpello te, seriis alioqui intetum? Sed condonaturum confido, vbi didiceris, quibus incensus rationi tibi vni hancce epistolam scripserim. Scribenda enim fuit, & non occurrit cui alii consultius scriberetur, quam tibi. Accipe. Prodituri erant eruditissimi commentarii in omnes Pauli epistolas, & aliquot euangelia, quos doctissimus ac iuxta religiosissimus pater Heruæus ante annos supra ducentos edidit, hætenus diuo Anselmo attributos propter singularem quãdam religionem maxime eruditioni coniunctam, & multam similitudinem styli. At verò quærebat typographus patronũ, sub cuius auspiciis tantus thesaurus exiret in vulgares manus, nec interim discerperetur (vt solent frequenter bonorum autorum opera) magni cuiuspiam tutoris autoritate defensus. Is me consilii sui participẽ fecit, rogauitq; non frigidè obluctantem, ac meæ exilitatis conscium, vt si quem nouissem ad hoc auspicii munus accommodum, huic dicarẽ suo nomine labores Heruæi: quos superiore anno bona ex parte recognoueram conferens iam olim excufos cum vetustissimo exemplari manu scripto. Vicit me religiosa typographi improbitas, cui studium esset Pauli amatoribus insignem hunc thesaurum communem facere: proindeque institui quæritare cuinam commentarii huiuscemodi deuouerentur. Sed neque diuturnus neque molestus labor fuit. Nam tu primus omnium, Præsul ornatissime, occurristi, cui Heruæani sudores consecrari deberent: alii, si qui se offerre vellevibebatur mēti nostræ, ac si te primũ aspectassent, desinebant, perindeque flagitabant, vt præ te se omitterem. Rogas fortasse, quamobrem tu mihi primus factus sis obuius. Dicam, si non erit molestum audire. Expostulatum mecum fuerat vetustum illud exemplar, cum quo contuleram, si cui nuncupassem alii quàm tibi: cum id è monasterio Gratiae dei, cui præpositus es regendo, primum nec aliunde petatum sit, sine quo non erant Pauli studiosi tantis opibus gauisuri. Hic videbam, si fuisset litigandum, tam iustæ expostulationi nõ posse opponere. Deinde sollicitabat virtutum tuarũ memoria, quas spectaueram aliquoties tum, quãdo me ad vos celeberrimus ille doctor, nec satis vnquam nominandus F. Petrus à Cornibus secum, pro peculiari erga me affectu, ductabat. Non semel enim cum illo, quanquam immeritus omnino, modisque omnibus (fateor) indignus factus sum vobis conuiuia in Remensi domo Lutetiae, dum cum clarissimo illo consanguineo tuo ac compræsule Archiepiscopo Remensi, D. Carolo à Lotharingia degeres: tũque rudis licet fueram & villaticus, inter fercula tamen diuersissima ac lautissima expendebam mores vestros ingenuos & verè nobiles, tuos imprimis, illustrissime Princeps, quod verè principales iudicabam. Mirabar dignitatem totius corporis eximiam, rarum sermonẽ sed serium, vultus modestiã maximã, ipsam denique indolem totam egregiam, & nihil nõ principem virum

addecens. Quanti verò tum feci vestram vtriusque erga sacrarum literarum peritos, eosque simul pios studium, iusto libro non dixerò: cū cernerem vix alios vobis conuiuas, nunc hos nunc illos nomine vestro accersitos. Illum autē D. Hammonium theologiae doctorem hoc dignissimum titulo quod tecum haberes inseparabilem vtriusque peritiæ autorem, pro pietatis religionisque tuæ certissimo testimonio fuit. Ex illo tempore persuasi mihi futurum te ecclesiae Gallicanae columnen quoddam insigne & fulcrum fortissimum: ac iam proinde gratulabar ecclesiae, cui episcopus tam cōpositus & absolutus prospectus esset. Ex illis enim tam praeclaris moribus quid fecus diuines? Ergo cū hęc conuiua vester parum alioqui vrbanus animo tractarem, nō cogitabam de epistola, cupiebam tamen offerri mihi locum atque occasionem olim instigandi addendique calcaria iam per sese currenti. Adeo nolebam virtutibus illis raris quicquam decedere. Oblatus est tandem locus non quæretī: quapropter animo meo satisfaciā apud te, Illustrissime Princeps, in duobus. Priore, quod Heruæi doctissimi doctissimos cōmentarios, è monasterio tuo (vt dixi) quæritos tuo nomini pietatiq; tuæ offero, ab omni huius temporis iniuria, tua autoritate protegendos: quibus legendis Pauli sententiam mentemq; (quam affectas, & ille multo clarissime expressit) perdiscas nullo negotio. Est enim is autor sermonis fatis, nec nimium vulgaris, quē nec mundioris dictionis cupidi fastidiant, ni morosiores sint iusto, nec humiliores reiiciant. Sin vsquam erit inculior, doctissima interpretatio, & abditorum expositio per sese haud inexpectanda tædium auferet. Dicā vno verbo omnia. Nihil est quod putem reprehendendū in hoc autore, præter immensas diuitias. Non enim vno modo Pauli verba interpretatur, sed pluribus, sic tamen, vt cū primam deuoraueris explicationem, nō sis abiturus priusquam sequentem perlegeris, vsque adeo afficit lectorem, dum se percurrit. Sed has opes qui fastidiet, dignus profecto erit, cui (vt Salomon in prouerbiis dixit) occurrat quasi viator egestas. Dices interim: Cū commentarii sint Heruæi, cur ergo libro manet inscriptio Anselmi, cuius non sunt? Cautum est piis lectoribus, qui hactenus pro Anselmi cōmentariis amplexati sunt: ne si nomē cito varietur coniectent esse imposturam. Putarent enim fortē non ab Heruæo etiam, sed alio quopian vulgariter erudito confarcinatam expositionem, ac proinde nō digna religio ne lectarent. Paulatim redibit nomen, dum nostra præfatione id fuerit inuulgatum, visusq; fuerit Heruæus Anselmo nihil indoctius dicere, nihil minus sanctum. Altero mihi satisfaciā, dum te obtestabor per sacra omnia, perque generis tui claritudinem, vt is esse pergas, quē mihi pollicitus sum: imò verò progrediare sacris moribus, dum ætate prouerheris, quod (sat scio) facies, & si nemo moneat. Serua te semper ecclesiae episcopū eum, quē ecclesia velit episcopū, & quē nolit nisi episcopū. Tu illius curam suscepisti, vide vt ne sis spōsæ Christi neglector. Te illa hactenus sibi præfectum lætatur, sperās per te aut reparāda colapsa, aut si hīc minus poteris pro voto, conseruanda quæ adhuc integra sunt: istic age principē, Ornatisime præsul. Obstrue (inquam) viam hæreticorum pestilentiae, ne in gregem tuum inuadat. Nulla re auorum totiusque sanguinis tui religionem, quæ per totum orbem Gallicum magna cum laude nominis vestri celebratur, splendidius referes, quàm cū pro ecclesia religionēque Christiana desudabis.

Vale princeps illustrissime, ac præsul dignissime. Lutetiae calendis Iunii.

# Index rerum omnium maxime

SCITV DIGNARVM QVAE IN HIS

Anselmi commentariis sparsim tractantur secundum ordinem alphabeti quàm fieri potuit, diligentissimè digestus.

<b>A</b> Aron quo flore recte sacerdos esse cognoscitur fol. 252. f.	Amelia quid sit	150. b
Aaron quomodo sit in sacerdotem sublimatus 241. k.	Amen quid	102. b. h.
Aaron ex hominibus assumptus eodem. f.	Ammon in amore Tamar obrigit	223. l.
Abba quid sit 29. c. 143. f.	Amore dei omnes aduersitates facile toleratur	116. b
Abel exemplum iustitiæ ac fidei nobis factus 261. d.	Anathema quid.	88. l. 135. i. k.
Abraam fide augmentum nominis sui accipit 261. m.	Anathema quomodo à Paulo sumatur	33. e. f.
Abraam & Loth hospites pio studio suscipientes, quid meruerunt 270. f.	Andronicus & Iunia cur nobiles in apostolis dicti sint 54. g.	
Abraam ducens Isaac ad immolandum, Deum patrem refert 263. d.	Angeli cur nostra opera deo deferant	281. e.
Abraam quomodo dictus sit hæres mundi 15. b.	Angelus est nomen officii	232. c.
Abrae fides magna 263. b.	Angeli quomodo filii dei vocantur	231. i.
Abrae filii qui 14. k.	Angeli propter nos huc mittuntur	233. a.
Abundare in suo sensu qualiter quis debeat 49. c.	Angelorum religio pro cultura sumitur	185. g.
Accedere ad Christum per fidem 258. k.	Angelorum homines qualiter distinguuntur	130. f.
Accusatio alicuius electis dei nō poterit nocere 32. g.	Angustia esse non potest ubi fuerit charitas	16. i.
Achaia vicina est Macedoniae 53. e. f.	Anima pro homine	46. d.
A creatura non cognoscitur deus, nisi quātum vult se reuelare 284. a.	Animæ somnus quid	167. c.
Aculeus mortis quid 101. c. d.	Anima viuens & spiritus viuificans quomodo differunt	99. m.
Adam ex rege regulus 289. f.	Anima quomodo ex fide viuat	260. i.
Adam rex 289. f.	Animositas quid sit	132. m.
Adā & Christus quomodo dicuntur esse similes 18. k.	Antichristi crudelitas	200. a. b.
Adam quemadmodum fuit forma morientium, ita & Christus resurgentium. 97. b.	Antichristus quomodo illustratione aduentus domini destruetur	199. m.
Adolescentia iuuentus vocatur 208. h.	Antichristi mortis locus ubi	ibidem. m.
Aduentus domini unicuique dies est mortis 57. a.	Antichristi à morte quadragintaquinque dies conceduntur ad poenitentiam	196. a.
Aduenæ qui sint 158. k.	Antiquitas & senectus prænunciant mortem	250. l.
Adulator quis dicatur 55. b.	Apollo quis dicebatur esse	102. c.
Adulter non prolem sed voluptatem quærit 107. e.	Apollo vnde originem traxit	227. b.
Adulter si legem seruet, quid ei profit 23. b.	Aporior quid significet	111. e.
Adulterare verbum dei quid sit ibidem.	Apostolus, nomen dignitatis & potestatis	205. g.
Adulteriū & fornicatio quomodo perpetrētur. 280. g.	Apostolus totius ecclesiae præcibus cōceditur	230. d.
AEgyptus quid 79. l.	Apostolus culpatur scindentes vnitatem	259. a.
Aemulatio quid sit 132. m. 149. k.	Apostolus quomodo Christum viderit	76. f. g.
Aenigma & allegoria in quo differant 91. g.	Apostolorum gloria quæ sit	105. a.
Aes & cymbalum quid significant 90. g.	Apostolorum dona digniora quæ fuerint	30. h.
Aetates in homine sunt sex 80. l.	Apostolorum electio sit quatuor modis	134. k.
Aetates septem & earū singularis descriptio. 239. c. d.	Apparere peccatum quid	25. a.
Aeuum & tempus quomodo differant 221. b.	Appia vxor Philemonis & mater Archippi	227. m.
Agar aduena interpretatur 145. g.	Aquis quid significatur	273. i.
Agi plus est quàm regi 29. a.	Aristarchus quis fuerit	189. g.
Agnitio & notitio quo differunt 187. e.	Arbores & herbae quomodo dicuntur viuere	99. g.
Agnus quomodo vocatur pascha 67. h.	Arca de lignis Sethim	252. c.
Ala sanctorum 284. e.	Argumentum quid sit	261. m.
Allegoria & aenigma in quo differant 91. g. & 91. h.	Arrius quomodo in spiritu diaboli loquebatur	87. c.
Altare in quo crematus est Christus quid designet 271. d.	Arrianorum calumnia	ibidem. h.
Altitudo & profundum quomodo à Paulo sumantur 32. m.	Artes hominum perditorum	11. h.
Amanti nihil præcipiendum 289. c.	Artes inimici sunt præcauendæ	106. c.
Ambigua in meliorem partem sunt vertendo 48. l.	Asinus gentilis populus: bos Iudaicus	289. c.
Ambulare secundum carnem & secundum spiritum quid sit 26. m.	Assistere & ministrare quomodo differunt	233. a.
Amictui comparantur celi 232. h.	Auaritia quid sit	6. m. 123. a. 166. c.
	Auari deus, nummus est	166. f. 187. a. b.
	Auaritia idolorum seruitus	212. b.
	Auaritiam vel cupiditatem esse vitandam	206. K.
	Auarus & hydropicus	268. A.
	Audacia dicitur voluntas deponendi corpus	113. b.
	* iii Audi-	

Audire nostrum & audire dei	274.g.	Charitas est vinculum perfectionis	188.a.
Aurum argentum, lapidæ sue preciosi quid significant	63.d.e.	Charitas qualiter sit nobis lorica	196.f.
Azuma quid sit	67.g.	Cerberim quid	252.l.m.
<b>B</b> aal est demonium	39.l.	Christus sine patre & matre quomodo	245.e.
Babylon quid significet	204.k.	Christus legatus fuit patris	114.l.
Balaam dicitur prolapsus in peccatum	243.i.	Christus quomodo est unigenitus & primogenitus	181.c.d.
Baptisma aliud in aqua, aliud in lachrymis poenitentiae, aliud in sanguine martyrii	ibidem.a.	Christus cur pater misericordiarum vocetur	103.d.
Baptismi trina immersio quid signet	184.g.	Christus quare factus terrenus	100.b.
Baptismum iterans, Christi mortem iterat	259.d.	Christus cur dicitur homo secundus & Adam novissimus	99.m.
Baptismus Christi quid sit	20.e.	Christus quomodo modestus & mansuetus fuit	124.f.
Baptismus ad quid Christiano proficit	9.i.	Christus intus dives foris pauper	120.m.
Beatus quando quis dicatur esse uniuersaliter	14.d.	Christus quare dicitur fuit petra	79.i.
Belial quid	117.c.	Christus primitiae dicitur mentium	97.a.
Benedictio unde	123.a.	Christus est deus pacis & dilectionis	182.m.
Benedictio aliquando sumitur pro baptismi consecratione	140.c.	Christus quo fit mediator inter deum & homines.	205.a.
Benefacere & non peccare quomodo differant	73.f.	Christus nomen est sacramenti	2.col.3.
Benignitas quid sit	150.a.165.k.187.i.	Christus quomodo dicitur sit diuinus	57.b.
Bestia, defectus rationis	269.b.	Christus nouae legis mediator	269.g.
Blasphemia quid	165.i.187.c.	Christus cur a Paulo homo appelletur	19.g.h.
Bonitas quid	150.a.	Christus quomodo expoliavit principatus & potestates demonum	188.l.
Boni & mali quomodo praedestinentur	154.a.	Christus & Adam quare dicuntur esse similes	18.k.
Bonum elicitur ex malo	172.i.	Christus per figuram vitulus	255.f.
Bonum nihil dici posse, nisi idem voluntarium	229.d.	Christus quomodo similitudo carnis peccati fuit	27.e.
Bonum nostrum quando dicatur blasphemari	50.i.	Christus sicut filius in domo patris	236.i.
Bonum perficere quid sit	25.m.106.e.	Christus in carne nostra tentatus	240.b.
Bonum quandoque a cibus abstinere	207.m.	Christus medius stipes qui portat tria brachia	251.b.
Bonum imperfectum quod	25.m.	Christus verus sacerdos	246.l.
Brauium quid	78.k.l.	Christus pastor in sanguine testamenti aeterni dicitur	272.f.g.
<b>C</b> Aeci mente qui dicantur	9.a.	Christus quomodo fuit minor angelis	234.e.
Caelestia corpora & terrestria unde dicantur	99.k.	Christus quicquid in carne egit, preces & supplicationes fuerunt	242.d.
Caesio Pauli & Silae apud Philipenses	191.e.	Christus quomodo nec mori nec resurgere gratis potuit	96.f.
Calami quid signent	251.i.	Christus pro peccatis oblatus est	115.a.
Calciamenta quid	170.g.	Christus non saepe, sed semel oblatus est in ara crucis	256.c.
Caligo obscuritas ignorantiae in lege existens	269.a.	Christus cur sit mortuus pro nobis	16.m.
Calix benedictionis quis	81.g.	Christus quomodo mortuus sit pro peccato	21.a.b.
Calix Moysi quis	85.m.	Christus in cruce pendens qualiter dicatur maledictus	33.g.
Cantans in gratia domino quis dicatur	188.c.	Christi mors & resurrectio quid significant	16.c.
Cantica carnalia ad quos pertinent	ibidem.	Christi pontificium quare comparatur ordini Melchisedech	245.d.
Caput libri, praedicatio diuinitatis	257.f.	Christum indui quis dicatur	48.b.c.
Carbones ignis congerere quid sit	45.l.	In Christum peccare, & in Christo peccare, differunt	17.d.
Caro quoadiu mortalitas est, non potest a concupiscentiis esse libera	25.f.	Christus qualiter apparuit Iacobo	95.k.
Caro aduersus spiritum quomodo dicatur concupiscere	149.a.	Christus quos primo ad fidem adduxit	10.e.
Carnem manducare aut vinum bibere quando licitum sit	51.a.	cibi communes qui dicebantur	50.c.
Carnis vitium in re bona, non est bonum	25.l.	circumcisio quid prodest, & circumcisio vera quid intelligitur esse	9.b.
Carne mortua nihil ignobilis	100.c.d.	circumcisionis minister fuit Christus & quo	52.c.
Castigare corpus quid	79.c.	circumcisio cordis quae sit	10.a.
Castitas & continentia coniugatorum dona dei sunt	71.g.	circumcisionem quare admittebat Petrus	138.e.
Castitatis & continentiae differentia	150.b.	circumuentio quid sit	194.c.
Castitatis sanctificatio nascitur ex continentia fornicationis	194.a.	caena quid sit & unde dicatur	82.b.
Celsitudo peruersa quid	7.c.	caetus religiosorum populus honorificatus	286.h.
Cenchreae quid	54.c.	cognitio infelicitatis, summus est ad beatitudinem accessus	26.b.
Centum denarii peccata in hominem significant	291.f.	collectae in ecclesiis pro pauperibus sustentandis sunt faciendae	101.i.k.
Cereus Christus	279.g.	colossae ciuitas Asiae	170.k.
Charitas super omnes virtutes supereminentiissimum obtinet locum	90.f.		
Charitas fugat angustiam	16.i.		
Charitas quomodo dicatur non angustari	121.b.i.		

Columba	278.k.	cur ascendat Lucas numerando	276.e.
Combustio signum est resurrectionis	254.c.	cur in columbae specie, spiritus sanctus super Christum descendit	275.b.
Comestiones quid sint	149.i.	cur Moyses populo loquebatur super terram	269.l.
Compages & medullae quomodo sumantur	140.l.	cur populus a monte arceatur cum lex accipitur	269.b.c.
Comparatio malorum ad mulierem praegnantem	195.l.	cymbalum & aes quid significant	90.e.
Concupiscentia carnalis omnium delictorum est origo	26.d.	<b>D</b> avidis de stirpe Maria duxit originem	215.b.
Confessionis sacramentalis efficacia	288.f.	David in adulterii & homicidii perpetracione non intelligitur prolapsus	243.h.
Concupiscentia aliquando in mala parte sumitur.	186.m.	Davidis verba, spiritus sancti verba esse	236.f.
Coniugatorum continentia, donum dei	71.g.	David tres requies memorat	239.f.
Concupiscentiis carnalibus non consentire, ac eas non habere magna laus est & perfectio	28.m.	Damascus quid	130.b.
Confundi accipitur pro erubescere	234.l.	Decem milia talenta, peccata in deum significant	291.c.
Confusio nascitur ex reprehensione	216.b.	Decretum quid sit	185.f.
Con sanguine potius est subueniendum quam caeteris	33.d.	Defedere a crimine obiecto, & debito praeconio praedicare, diuersa sunt	24.m.
Conscientia bona coram deo sufficit	122.e.	Dei descriptio	284.d.
Conscientia propria est sufficiens unicuique ad testimonium	8.col.2.	Delibatio quid	40.m.
Conscientia impiorum magna poena est, piorum vero gaudium magnum	104.b.	Delictum quomodo differt a peccato	156.k.
Consentire quid sit	7.col.2.	Delictum quid sit	150.h.
Consilium quid sit	124.l.	Demas quid	219.k.
Consilium pro praelatis erga subditos	272.b.	Denarius numerus	276.c.
Consilium dei si nosse vis, quid faciendum	35.k.	Descriptio fidei	4.col.1.
Consolatio miserorum, habere pares	118.l.	Descriptio primi & secundi tabernaculi	251.f.
Consolatur nos deus ut alios consolemur	103.f.	Detractores qui	7.col.2.
Consolamur in passionibus Christi	51.i.	Dei donum inenarrabile quid sit	124.d.
Conspersio quid sit	67.g.	Dei consilium si quis nosse velit, quid agendum sit	35.k.
Consummatio oblationis sit per nouum testamentum	258.e.f.	Deitatis nomen creaturis est communicabile	6.col.2.
Contemplatio est merces fidei	113.c.	Deum quando dicamur benedicere	153.b.c.
Contentio quid sit	7.col.1. 132.m. 149.h.	Deum quomodo gentiles nouerunt	5.col.3.
Continentia quid	150.b.	Deum quis dicatur inuocare	56.g.
Continentia & castitas coniugatorum	71.g.	Deus solus proprie dicitur pater	160.i.
Contra aucupatores & venatores dignitatum ecclesiasticarum	141.i.	Deus pacis & dilectionis est Christus	134.d.
Contra temerarios haereticos	202.l.	Deus quem diligit corripit	190.l.
Contumelia quid	6.col.1. 7.col.2.	Deus quomodo nos diligebat & oderat	17.h.
Corinthus caput Achaiae & Graeciae decus	103.a.	Deus cui vult miseretur, & quem vult indurat, quomodo intelligatur	35.c.
Corinthii literarum Graecarum studiosi erant, & philosophiae amatores	55.i.	Deus quid in Iacob diligebat & in Esau oderat	34.f.g.
Corpora caelestia & terrestria unde dicantur	99.k.	Deus qualiter dicitur excaecare & indurare cor hominis	6.col.2.
Corpora mortalia quomodo viuificabuntur	28.i.	Deus est intentator malorum tentamentorum	193.b.
Corpus sine spiritu & anima sine charitate comparatur	90.f.	Deus quomodo nos vocat, iustificat, & magnificat	32.a.
Corpus castigare quid	79.c.	Deus quomodo naturaliter cognoscitur	5.col.2.
Corrigi debemus exemplis priorum	80.k.	Deus qualiter cooperatur	31.g.
Corripit deus quem diligit	190.l.	Deus per malos purgat bonos	35.m.
Creatura munda est, si nos mundi sumus	221.e.	Deus cur voluit filium suum pro nobis mori, cum aliter nos potuisset redimere	17.c.
Creatura omnium non tota genuit in homine, quomodo intelligatur	30.c.	Deus quomodo iustificatur in sermonibus suis	10.k.
Credere eum, credere ei, & credere in eum, quomodo differunt	14.b.	Deus quare in promissione iurauit	244.h.
Credere ex auditu quid sit	38.k.	Deus cur iurauit per semetipsum	ibidem.
Cretenses quare dicuntur semper mendaces	220.l.m.	Deus spirituale testamentum fecerat	250.c.
Crimen quid sit	207.g. 221.h.	Deus qualiter nihil contra naturam faciat	41.k.
Crispus & Gaius a Paulo baptizati sunt	57.l.	Deus vult homines subditi suis vicariis	120.f.
crux Christi lata, longa, alta, & profunda	161.c.	Deus suorum nunquam est immemor	118.l.
crux Christi quomodo crimina mortificet	177.k.	Deus quomodo nouit peccatum	115.a.
cuculla quando proficit monacho	9.i.	Deus non per seipsum, sed per angelos Moysi loquebatur	141.e.
cuius vincula nititur Abraam soluere	245.e.	Deus qualiter dicatur inambulare in nobis	117.h.
cuius diuisionem sermo dei considerat	24.e.	Deus si illud quod maius est dedit nobis, illud etiam quod minus est dabit	32.b.
culpae Apostolus semidentes imitatem charitatis	259.a.	Deus quare dicitur ignis consumens	270.c.
cultus idolorum quando apud Romanos fuerit introductus	6.col.2.	Deus cur dicitur deus Abraam, deus Isaac, & deus Iacob	262.m.

Deus quare reseruat conresurrectionem	266.e	Ephesus metropolis Asiae	ibidem.g.
Deuterofis apud Hebraeos quid	202.f	Epistola quid significet	col.1.
Dexter a iustorum quid sit	116.c.	Epistolae ad quid fidelibus missae	ibidem
Diabolus quid	224.b.	Epistolae Pauli sunt quatuordecim quae leguntur	ibidem.
Diabolus incessanter pios persequitur	218.g.	Epistolas quindecim scripsit Paulus	ibidem.
Diabolus quomodo proprie sit aduersarius	217.k.	Epistola Pauli ad Laodicenses	190.c.
Diabolus non potentia, sed iustitia a Christo est victus	17.i.	Epistolas decem scripsit ad ecclesias	1.col.1.
Dies salutis quid sit	115.g.	Epistolas quatuor ad discipulos	ibidem.
Dies domini quae vocatur	62.m.	Epistolae Pauli quare non sint sic scriptae sicut compositae.	ibidem.col.2.
Dies peregrinationis Iacob 130. annorum	262.k.	Epistolarum ordo	1.col.3.
Digitus dei quid	107.k.	Epistola ad Romanos caeteris profundior	ibidem.
Dignitatu gradus in ecclesia sunt diuersi	89.m.n.	Epistola est salutis indicium	107.i.
Dilectio dei probatur per dilectionem proximi	75.d.	Epaphrae laus	180.e.
Dilectio sanctorum sola in fide diligit	227.e.	Epimenides poeta Cretensis	222.m.
Dilectus & diligibilis quomodo differunt	ibidem.l.	Episcopatum desiderans, bene facit	207.e.
Disciplinam domini negligere quid	267.c.	Episcopus & presbyter idem sunt	171.b.221.g
Discretio praemiorum	7.col.4.	Erastus unde dictus arcarius	55.i.
Discretio difficilima, & quare	88.a.	Esau fornicarius & prophanus extitit	27.a.
Dissensio quid sit	132.m. 149.b.	Esse in carne quid est	23.f.
Diues purpuratus Lazaro micam dare noluit	213.e.	Euangelium quare aeternum appelletur	135.b.
Diuitiae bonitatis in quo manifestantur.	7.col.4.	Euangelii veritas quae dicatur	139.i.
Diuitiae maiores quae sint	120.m.	Euangelium Christi in Iudaeos venit non propter merita operum legis	1.col.3.
Doctor ecclesiae qualiter sit honestus lucrator	222.i.	Euangelii definitio	2.col.3.
Doctorum & praedicatorum ecclesiae reprehensio	9.col.1. & seq.	Euangelium qualiter dicitur virtus dei	4.col.4.
Doctrina Christi pharisaeis fuit molesta	40.b.	Euangelica doctrina cur sit dicta forma	21.l.m.
Doctrina Christiana sanat a languore vitiorum	223.i.	Euangelium gratis praedicauit Paulus	132.b.
Doctrina sana quae dicatur	222.e.f.	Eucharistia a ieiunio sumenda	85.e.
Dolus quid sit	7.col.1.	Exacerbare est peius quam tentare	238.c.
Domesticus fidei quis dicatur	151.g.	Excommunicati quomodo tradebantur diabolo vexandi	67.d.
Dominationes quid sint	156.c.	Exemplar & exemplum quomodo differunt	245.b.
Dominationes & thronos non mitti in ministerium	233.a.	Exhortatio ad quos pertineat	258.m.
Domus aeterna quae sit	112.b.	Ex ipso, per ipsum, & in ipso, qualiter hoc intelligitur.	43.d.e.
Donationes spiritalis quae sint	44.g.	Exire extra castra ad Christum, quare iubemur	271.g.
Dona digniora quae Paulus & caeteri apostoli habuerunt, quae sint	30.b.	Existimatio Anselmi de epistola quae dicitur Pauli ad Laodicenses	190.c.
Dona fidei diuersa	44.e.	Ex, per, & in, praepositiones quid significant	43.e.
Donum maius est quam delictum	18.k.	Ex reprehensione nascitur confusio	216.b.
Donum dei inenarrabile quod sit	124.d.	Ex Acies dei quid sit	91.b.
Dorsum curuum habentes cui sint similes	40.d.	Faciens contra conscientiam, edificat ad gehennam	51.d.
Dubitare dicitur dicens, puto vel aestimo	29.b.	Factores legis qui	8.col.3.
<b>E</b> bricitas quid sit	149.i.	Fama bona coram hominibus est necessaria	122.e.
Ecclesia & synagoga quomodo differunt	190.g.h.	Famam suam negligens, crudelis est	178.g.
Ecclesia Romana primatum habet inter omnes ecclesias	4.col.1.	Falsi monachi	217.b.
Ecclesia qualiter dicatur virgo & sponsa	126.f.g.	Felicitas seculi, ventus est contrarius	274.d.
Ecclesia qualiter semper habeat inimicos	118.i.k.	Festi verba ad Paulum	127.b.
Elati qui dicuntur	7.col.1.	Fidei descriptio	4.col.1.
Ecclesia, turbari non mergi, potest	273.d.	Fides unde dicatur	150.b.
Electio apostolorum fit quatuor modis.	134.k.	Fidei domesticus quis dicatur	151.g.
Electis dei nullius accusatio nocere poterit	32.d.	Fides dicitur salutaris quae per charitatem operatur	217.a.
Eleemosyna debet fieri ex eo quod est bonum	165.d.	Fides qualiter ab exordio iustificat	14.a.
Eleemosyna quomodo fiat a murmurantibus	123.c.d.	Fides est substantiae initium	231.a.
Elementa quasi eleuamenta dicuntur	143.b.	Fides Noe debet nobis esse exemplum ad salutem	261.e.f.
Elementa mundi quomodo intelligantur	ibidem.a.	Fides Abrae causa fuit augmentationis vocabuli eius	ibidem.m.
Elementa quae dicantur	186.c.	Fides est voluntatis, non necessitatis	105.e.
Eligere & praedestinare quomodo differant	154.a.	Fides diuinitatis confessio & religionis solidum fundamentum	
Emortui non ad omnia, quomodo intelligere debemus	262.e. & seq.		
Enoch tredecim annis per viam iustitiae coram deo ambulauit	261.g.		
Ephesus quomodo interpretatur	152.k.		

damentum	4.col.1.	Haereticus quis dicatur esse	85.b.
Fidei Christianorum laus est credere Christum resurrexisse	38.e.	Haereticorum officium	55.b.
Fidem quomodo adhibere possumus rebus futuris	261.c.	Hebraei quid interpretantur	230.l.
Fidem nemo potest habere suis meritis praecedentibus	13.e.	Hebraei cur ab Apostolo laudentur	260.c.
Fidem quomodo senes consecuti sunt	261.d.	Herbae & arbores quomodo dicuntur viuere	99.a.
Fidei dona sunt diuersa	44.e.	Hermas scriptor fuit libelli qui Pastoris appellatur	54.m.
Fidei definitio	260.l.	Herodes ex alienigenis fuit primus rex Iudaeorum.	9.m.
Fideles in aduersis meae deficere non debent	265.g.	Hilaritatis & simplicitatis differentia	44.l.
Fidutiam pro spe sumi	236.k.	Hircus quid designat	271.e.
Figura consecrationis corporis & sanguinis Christi	240.l.	Homicidium quid & unde dicatur	7.col.1. 149.b.
Filium dei quis conculcet	259.k.	Homo interior & exterior quid sit	112.b.c.
Filii diffidentiae qui dicantur	157.a.	Homo ex tribus constat	197.f.
Filii lucis	282.a.	Homo qualiter sexta etate natus fuit mundo	239.c.
Filii noctis & tenebrarum qui sunt	196.c.	Homo vitam praesentem sine minoribus peccatis auferere possit	21.i.
Filii promissionis qui dicuntur.	33.m.	Homo malus cum incipit tribulari quid faciat	16.k.
Filiorum officium quod sit	29.d.	Homo irascens sibi & poenitens	165.a.
Filii seculi	282.a.	Homo vetus quid esse intelligatur	20.b.
Finis omnium bonorum quis sit	97.f.	Homo sine operibus praecedentibus, an possit iustificari	13.b.
Finis pro consummatione ponitur	202.g.	Homo iudicia superna discutere dignus non est	35.g.
Finis quomodo accipiatur	ibidem.	Homo quare reparari debuit & non angelus	235.b.
Firmamentum	284.e.	Homine factio qualiter deus requieuit ab omni opere	238.m.
Fluere, effluere, & persfluere quid sit	233.d.	Hominum perditorum depictio	11.f.g.
Foemina vitata an possit post baptismum inter virgines dei consecrari	221.k.	Honor pro eleemosyna sumitur	209.b.
Fornicatio unde sumatur	165.b.c.	Hora breue spatium dicitur	47.b.
Fornicatio unde proueniat. 149.f. & quomodo committitur	270.g.	Hospes quis dicitur	262.i.
Fornicatio quomodo fugienda sit	70.e.	Hospitalitas patrum multum placuit deo	270.f.
Fornicatio qualibet noxia, superstitione & infidelitas	72.a.	Hostia quid sit	166.a.
Fructus unde dicatur	149.l.	Hostiam qualem debemus offerre deo	271.i.
Fullo est doctor	283.c.	Hostia viuens quid	43.b.
<b>G</b> alatia quae regio sit	134.f.	Hostiae veteris legis nullo tempore potuerunt auferre peccata	257.k.
Gaudia contraria quae sint	178.d.	Humana tentatio est aliud sapere quam res se habet	81.a.
Gedeon per fidem deuicit regna	264.g.	Humilitas Petri, & libertas Pauli laudatur	138.e.
Genealogiae fugiendae	226.g.	Humilitas fidelium vera quae sit	197.b.
Genitalia membra cur in honesta dicantur	89.f.	Humilitas in malam partem aliquando sumitur	185.f.
Germen in malis operibus & sermonibus accipitur	268.f.	Humilis & mansuetus unde dicatur	161.i.
Gentiles quomodo deum nouerunt	6.col.2.	Hypocrisim excludit simplicitas	44.i.
Gladius anceps est sermo doctrinae	240.c.	Hyssopus herba expellens pulmonis tumorem	255.g.
Gloria apostolorum quae sit	104.b.c.	Hyssopus quid designet	ibidem.
Gloria veteris & noui testamenti probatio	108.m.	<b>I</b> acobus primus Hierosolymitanus episcopus	136.b.i.
Glorificare dominum quid sit	70.l.	Iacobus quare ponitur ante Petrum & Ioannem.	137.k.
Gradus dignitatum in ecclesia sunt diuersi	90.a.	Iacob quindecim annorum erat quando mortuus est Abraham	262.b.
Graeci quare dicuntur sapientes	4.col.3.	Ioannes & Mambres magi Pharaonis	218.a.
Gratia & pax non sunt semper a deo	3.col.3.	Ictus oculi quid sit	100.i.
Gratia est origo omnium bonorum	157.i.	Idioma graece, proprietate latine	93.d.
Gratia dei est remissio peccatorum	115.c.	Idolum quid sit	75.e.
Gratia sine meritis praecedentibus datur gratis. 190.b.		Idolium quid	76.b.
Gratiarum & operationum diuisiones quae dicantur, & quibus sint deputatae	87.g.	Idolothytum unde dicitur	75.i.
Gratias agere quid sit	5.col.4.	Idolorum seruitus quid	149.g.
Gratiam prius apostoli acceperunt, postea apostolatu	3.col.2.	Ieiunium magnum quod	225.g.
Gressus domini	273.f.	Iephte an temerarie uouerit	264.l.
Gratis euangelium praedicauit Paulus	132.b.	Ierusalem visio pacis interpretatur	145.b.
<b>H</b> Aereticus & schisma quomodo differunt	226.m.	Ierusalem	279.a.
Haereticus unde dicatur	ibidem.i.	Iesus annorum duodecim	274.d.
		Iesus	



Iesus est proprium nomen	2.col.1.	iudæi Romanenses quomodo murmurauerunt contra Paulum	1.col.1.
Ignis quatuor officia habet	270.d.	iudex debet esse æquus in ultione peccatorum	10.l.
Ignis consumens deus dicitur	ibidem.	iudicare non debet quis aliquem de eo quod & ipse facit	7.col.3.
Ignominia quid sit & unde dicatur	1.col.4.	iudicare de alterius conscientia quis non potest	48.i.k.
Ignorantia docta quomodo in nobis existat	31.b.	iudicare semetipsum quis dicatur	51.c.
Ignorantia quodlibet peccatum vocari potest	253.d.	iudicare inter diem & diem, & iudicare omnem diem quid sit	49.b.
Imagine cognoscimus qualitatem & quãtitatem illius cuius est imago	256.k.	iudicia cœlestia discutere nullus homo est dignus	35.f.
Immunditia quid sit	149.g. 166.c.	iudicium temerarium est in duobus cauendum	50.a.
Imperio dei resistit, qui Paulo resistit	202.c.	iunia & Andronicus cur nobiles in apostolis dicti sint	54.g.
Impietas quid significet	5.col.2.	iusta & sancta cogitãs, nec deo nec homini iniuriam facere potest	178.i.
In carnationis mysterium latet sanctos	55.l.	iustificari minime apud deum, & non iustificari, quomodo differunt	38.a.
In cereotria	279.g.	iustificatio mentis & carnis est duplex	12.d.
Incidere in manus dei quis dicatur	259.l.	iustificatio quæ est ex fide, facit pacem cum deo	16.e.
Incredulitatis exemplum quid dicatur	239.l.	iustificatio qua Christus iustificat impium	19.f.
In æternum perfectus manet	248.e.	iustificatum sequuntur opera, sed non præcedunt iustificandum	13.c.
Infantia qualiter legem naturalem ignoret	24.h.	iustitia quid sit	264.l.
Infiidelem esse & in fide infirmari quomodo sunt diuersa	48.f.	iustitia dei quid	4.col.4.
Inflatio quid sit	142.m.	iustitia dei quomodo sumitur	37.i.
Inimici sunt præcauendi	106.c.	iustitia pro omni virtute accipitur	22.c.
Inimici crucis Christi qui	177.i.	iustitia & veritas in quo teneantur	166.l.
Inimicitia quid sint	149.g.	iustitia, & pax & gaudium spirituale, quomodo iunt regnum dei	50.i.k.
Iniquitas quid sit	14.d.	iustitiæ pulchritudo ac delectatio qualis sit	22.c.
In iustis requies domini	285.m.	iustitia non per legem, sed per gratiam habetur	12.f.
Inobediencia quid	233.f.	iustitia qualiter sit obseruatio mandatorum Dei	123.l. 164.l.
In ocio viuens res aliorum concupiscit	194.b.	iustitia episcopi & laici in quo distent	222.d.
Inquisitores seculi qui dicantur	58.i.	iustitia duplex	37.m.
Inspicientia plena quæ dicatur	12.b.c.	iustitiæ actio libertas dicitur	34.e.
Inspicientia erroris per Ioannem in Asia detegitur	218.b.	iusti qualiter suas debent prædicare virtutes	128.k.
Inspicientes qui dicantur	7.col.1.	iustus quomodo dicatur ex fide viuere	4.col.4.
Inspicientis est proprias iactare virtutes	131.k.	iustus ex vitis filiorum non polluitur	221.m.
In solius fidei iactatores	288.k.	iuuenes & senes moribus qui sint	208.m.
In solius fidei iactatores	290.k.	<b>L</b> Argitio quomodo dicatur flos	179.a.
Inuentio redemptionis humanæ	12.g.	Latitudo quid sit	161.a.
Inuenciores malorum qui	7.col.1.	Laudandi deum modus diuersus	82.l.
Inuidia quid sit	6.col.4. 149.b.	Laus Epaphræ	180.e.
Inuidia in Paulum	107.c.	Iazaro micas dare noluit diues purpuratus	213.e.
Ioseph Christum præfigurabat	263.g.	Legislatio quomodo exponitur	33.h.
Ioseph virga quid	ibidem.b.	Lex, prophetia, & euangelium vnum sunt, licet tria in superficie visa	285.h.
Ira quid sit	149.b.	Lex à gratia distinguitur	108.i.
Ira dei quid	191.d.	Lex qualiter sit obseruanda	12.b.
Ira dei in Iudæos quid sit	192.f.	Lex fidei & factorum in quo differunt	12.m.
Ira dei qualiter extitit	237.f.	Lex quomodo dicitur per fidem statui & non destrui	13.e.
Ira dei quomodo reuelatur	5.col.1.	Lex ad quid sit data	19.k.
Irae locum dare quando quis dicatur	45.i.	Lex subintravit quomodo intelligatur	ibidem.i.
Irae vasa quæ dicantur	36.a.	Leges quatuor sibi inuicem repugnantes dimicantesque	26.e.
Iracundia à quo	165.b.	Sub lege esse, & in lege esse, differunt	78.e.
Iracundus quis	222.a.	Lex vbi non est, nec præuaricatio est	15.c.
Isaac ligatus & altari superpositus quid significet	263.e.	Lex infirmata per carnem quid sit	27.b.
Isaac & Iacob cohæredes eiusdem repromissionis	262.b.	Lex Moyse cur non potuit facere perfectos in lege pôtifices	256.l.
Isaac risus interpretatur	145.m.	Liber vitæ est memoria dei	178.c.
Iudæorum infidelitas quomodo proficit	40.f.		
Iudæorum festa completa	274.e.		
Iudæus cur gentili in culpa præfertur	8.col.1.		
Iudæus & gentilis æquiparantur in pœna & gloria ibidem.			
Iudæi ignorauerunt quæ sibi iniuncta fuerat	250.f.		
Iudæus verus quis dicatur	9.col.4. 10.col.1.		
Iudæi cur gentilibus fuerunt digniores	10.d.		
Iudæi pauci in apostolicis viris tempore passionis domini fuerunt saluati	36.i.		

Liberari

Liberari de corpore mortis huius & exire de corpore quomodo diuersa sint	26.b.i.	Mercimonia an monachum deceant	118.i.
Libertas Pauli & humilitas Petri laudatur	138.e.	Miles dei non implicatur negociis secularibus ibidem.l.	
Libertas ibi, vbi spiritus domini	145.k.	Militare secundum carnem qui dicuntur	124.i.
Libertas qualiter dicatur actio iudicum	34.e.	Ministerium pontificis Christi	286.f.
Libertas quare sit culpabilis, & seruitus laudabilis	22.d.	Ministerium suum quando quis dicatur reddere honorabile, & quando vituperabile	40.k.
Liberum arbitrium qualiter dedit dominus	216.b.	Ministrare & assistere quomodo differunt	233.a.
Licitum quid intelligatur	82.d.	Modestia quid & unde dicatur	178.d. 187.k.
Lingua quid significet	92.e.		
Lingua ad quid fuerunt data	93.l.m.	Mons cælum	273.c.
Linus primus Romanæ sedis episcopus	220.i.	Mons Syon est ecclesia	186.k.
Locus mortis Antichristi	199.m.	Montani & Nouati hæresis	243.g.
Longanimitas quid sit	150.a. 161.a.	Mors Christi & resurrectio quid significant	16.c.
Longitudo quid	161.a.	Mors per vñu regnauit, quomodo intelligitur	19.c.
Loqui ex synceritate quid	107.e.	Mortis regnum quod sit	18.e.
Lucæ euangelistæ laus	122.d. 132.h.	Mortui quomodo ad nouissimam tubam sunt resurrecturi	100.k.
Lucas primò medicus fuit	189.l.	Nortui in anima quomodo dicantur resurgere	3.col.2.
Ludus aliquando pro persecutione ponitur	146.d.	Mortuorum nomine quid intelligatur	100.l.
Lupanaria quæ sint	166.b.	Mortuum se esse peccato existimans apud semetipsum an possit quandoque peccare	21.c.
Luxuria idolorum seruitus	149.g.	Moyse in Sina quid viderit	269.m.
Acedomorum hæresis	87.b.	Moyse reputatus est dei famulus	236.d.
Maceries quid sit	158.c.	Moyse cur faciem velabat cum loqueretur filiis Israel	109.g.
Magna dei ira	28.i.		
Maledictum aliud est quod approbat, & aliud quod damnat	45.c.	Moyse duo fecit tabernacula	251.c.
Maledictum est omne peccatum	140.b.	Moyse super terram populo loquitur	269.m.
Malignitas quid sit, & unde differat	7.col.1. 165.e.	Mulier facta est ad imaginem dei	84.g.
Malitia quid sit	7.col.1. 165.e.	Mulier est caro fragilis	168.h.
Malitia & miseria dies faciunt malos	167.g.h.	Mulieres quos docere debeant	224.a.
Malorum inuenciores qui sint	7.col.1.	Mulierem non tangere, bonum	71.c.
Malum pro malo quomodo redditur	196.m.	Mulier viro subiicitur duabus de causis	94.m.
Manichæorum error	20.m.	Mulieris insolentia viro ex opprobrium	95.a.
Manna panis angelorum vocatum est	79.f.g.	Mulieres in ministerio ecclesiastico constituuntur	54.d.
Mansuetudo	150.a.		
Mansuetus & humilis unde dicatur	161.k. 150.b.	Mulieris pulchritudo & gloria est comam nutrire	84.b.
Manus remissas & genua soluta erigere quid sit	268.a.		
		Mundi rectores qui sint	169.i.
Manus expansæ quid signant	39.f.	Mutuum vicem impendere quid	209.c.
Marcus consobrinus Barnabæ	189.g. 290.k.	Mysterium quid sit	100.f.
Maria creditur mortua, cum Paulus Ierusalẽ venerit.	136.i.	Mysterium incarnationis latet sanctos	55.l.
		Mysteria tabernaculorum	252.a.b.
Martyres quare testes dicantur	266.g.	<b>N</b> Arrare suos labores & virtutes, insipientis est	131.K.
Martyres sub Antichristo signa non facient, sed tortores	273.m.	Natura dicitur mortem horrere	194.K.
Masculus spiritualis & vulua	278.i.	Natura in quo est communis, ab eo nullus est immunis	19.b.
Mediator nouæ legis Christus	269.g.	Naturæ cui libet pœstat ut possit peccare	212.i.
Mediator veteris testamenti Moyse	ibidem.h.	Negare deum dicimur, quando à peccatis vincimur	223.f.
Medicamenta famis, sitis & fatigationis quæ sint	30.k.		
Melchisedec Abraæ panem & vinum sacratum dedit	247.c.	Nemo, sine sanctimonia deum videbit	268.d.
		Nemo venit ad patrem nisi per Christum	247.l.
Membra quare arma vocantur	21.f.	Nemo desperet dum viuit	237.l.
Membra genitalia cur dicantur inhonesta	89.f.	Neomenia unde dicatur	185.c.
Membra quantum multa, nullum tamen superfluum	89.b.	Nequam quare dicitur præsens seculum	135.c.
		Nequitia unde dicatur	6.col.4.
Membrum corporis & mēbrum membri quomodo differunt	89.m.	Nero per leonem designatur	220.f.
Mendax omnis homo quomodo exponatur	10.col.2.	Nicopolis victorum ciuitas	227.b.
Mendax non est iudicandus, qui falsum dicit quod putat esse verum	104.g.	Noctis vigilia	173.e.
Mens & voluntas sanctorum quomodo dicatur quiescere	228.g.	Nominis Pauli interpretatio	134.K.
Mensa de lignis Sethim facta	251.k.	Notio & agnitio quomodo differunt	ibidem.
Mercenarius pastor	279.m.	Nouati & montani hæresis	243.g.
		Noua creatura quid dicatur	152.c.
		Nouè ordines angelorum qualiter distinguntur	130.f.
			Nouem

Nouem leprosi nesciuntur à domino	288.i.	Paries quid sit	158.c.
Nouitas vite	20.e.	Paraptoma quid	150.b.
Nox quando dicetur in lucem verti	47.k.	Paruuli quomodo reddant rationem	113.g.
Nox quid significat	273.e.	Pascha quomodo vocatur agnus	67.b.
Nubere & virginitatē obseruare quomodo differunt	74.b.	Pasſio desiderii quid sit	194.c.
Nubes lucida	285.e.	Pasſiones peccatorum quæ dicantur	23.g.
Nullus sine peccato in hac vita	221.i.	Pastores magni qui sint	272.f.
Numerus septenarius vniuersitatem exprimit	32.g.	Pater sine sua sapientia nunquam esse potuit	231.d.
Nummus deus auarorum	166.f.187.a.	Patiens nemo potest esse nisi in aduersis	16.g.
Nunquid poterit deus parare mensam in deserto	237.b.	Patientiam seruare quid sit	90.k.
Nuptiarum bonum est tripartum.	71.d.	Patientiæ summæ est motus insipientiū ferre	4.col.3
Obediencia est sola virtus quæ hominem Deo conciliat	267.i.	Patientia regnum dei repromittit	260.g.
Oblatio quid dicitur	165.m.	Paulus an coniugem habuerit	71.b.
Obssecratio quid sit	170.l.	Paulus ex ciuitate iuris Romani	291.m.
Obseruatio mandatorum dei, est iustitia	164.l.	Paulus quomodo penulam habuit	229.m.
Occasione legis opinionum contrarietas orta est	226.i.	Paulus cur à Corinthiis nullos sumptus voluit accipere	104.d.
Occulta decoris quæ sint	110.f.	Paulus exemplo possunt viuere labore manuum suarū prædicatores & sacerdotes	96.b.
Ocio vacans, res alienas concupiscit	194.b.	Paulus quomodo abundantius cæteris apostolis dicitur laborasse	ibidem.
Octogenarius & octonarius numerus	281.l.	Paulus qualiter minimus apostolorum est dictus	95.m.
Odibiles deo qui dicantur	7.col.1.	Pauli paupertas	129.g.
Odor Christi bonus est veritatis prædicatio	107.a.	Paulus gratis euangelium prædicauit	132.b.
Odor qualis dicatur oratio	179.g.	Paulus sicut mercenarius non fugiebat	129.m.
Olei descriptio	287.a.	Pauli sermo nunquam varius	104.k.
Olus comedere quid spiritualiter esse intelligitur	48.g.	Paulus multò plura sciuit quàm scripsit	52.k.
Omnes electi, aut confessores, aut martyres	278.l.	Paulus ex humilitate se omnium sanctorum humilimum appellat	159.m.
Omnis creaturæ nomine quid contineatur	182.e.	Pauli libertas & Petri humilitas laudatur	138.e.
Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur	227.g.	Paulus cur non dixerit, Si complantati sumus morti eius, sed similitudini mortis eius	20.g.
Omnis, non semper vniuersitatem plenariam denotat	201.m.	Paulus raptus in tertium cælum quomodo intelligitur	130.f.
Omnis homo mendax, quomodo intelligatur	10.g.	Paulus quomodo parturire dicatur	144.m.
On, existens interpretatur	215.l.	Paulus cur non est secutus veritatem Hebraicam, sed interpretationem Septuaginta	5.col.1.
Onesiphori beneficia	220.i.	Pauli nomen cur familiarius quàm Sauli	2.col.2.
Onesimus pontifex & martyr	229.g.	Paulus quare primo sit vocatus Saulus	2.col.1.
Onesimus quis erat	228.i.k.	Paulus precibus Stephani fuit conuersus	204.b.
Onesimus quomodo fuerit baptizatus	228.k.	Paulus (teste Hieronymo & Beda) Narbonam præteriens, in Hispaniam peruenit	53.f.
Opera bona ante fidem facta, vacua sunt	13.k.	Paulus quare Christum vocat apostolum	236.c.
Opera tenebrarum quæ sint	47.m.	Paulus cur crimina contra naturā ita euidenter expressit.	6.col.3.
Opera mortua	242.l.	Pauperes qui dicantur	123.b.
Operarius subdolus quis dicatur	128.b.	Pauperes quomodo æquabunt diuites in regno dei	121.k.
Operari est scribere	281.i.	Paupertas Iesu quid nobis attulerit	213.b.
Opinio, LXX. interpretum	127.k.l.	Pax inter angelos & homines	181.m.
Opus euangelistæ quod sit	219.f.	Peccare est in malorum potestate	42.c.
Orandi modus quis	92.m.	Peccata quando ante oculos dei dicantur esse tecta	14.d.
Orandum est tacitè	94.g.	Peccata quomodo sunt opera mortua	242.m.
Oratio quid sit	170.l.	Peccata solius Christi sanguine delentur	257.b.
Oratio & obssecratio quomodo differunt	178.f.	Peccato viuere	20.a.
Oratio sine intermissione quomodo intelligatur	197.b.	Sine peccato esse, & sine querela	191.g.
Orationi semper vacare qualiter nequit humana fragilitas	4.col.1.	Peccatum quomodo differat à delicto	156.k.
Osculandi mos in ecclesia vnde sumptus	54.m.	Peccatum est stimulus mortis	24.f.
Osculum est signum pacis	102.a.	Peccatum regnare in mortem quid sit	19.m.
Ostium quid sit	106.i.	Peccatum est voluntarium	30.g.
PAEdagogus quid sit	66.e.f.142.k.	Peccatum quod pœnitentiæ lamento non diluitur, peccatum est simul & causa peccati	6.col.1.
Pædia quid	267.m.	Peccati initium quemadmodum à muliere fuit, initium	
Palma	286.l.		
Parabola quid	253.f.		
Parentes Christi	274.e.		
Parentela quid vocetur	209.c.		

tium generationis à viro est	18.a.	principes qui dicantur	169.l.
Peccatum ex maledictione processit	140.b.	principi non est resistendum, etiam si bona nostra auferat	46.l.
Peccatum qualiter per legem cognoscitur	23.l.m.	principes huius seculi sunt dei ministri	46.b.
Peccatum adueniente mandato quomodo reuixerit	24.e.f.	principes ad corrigendos malos instituti sunt	ibidè
Peccatis nemo sibi moritur	49.i.	principium quid sit	181.k.
Peccatores quomodo non debent desperare	240.a.	priscilla vxor fuit Aquilæ	54.e.
Peccatorū nomē gentibus à Iudæis impositum	138.m.	probatio gloriæ veteris & noui testamenti	109.a.
Peccatum vt appareat, quid significet	25.a.	profundum quid	161.a.
Peccati nomine quid intelligitur	49.k.	prope est verbum fidei	38.d.
Peccatorum pasſiones quæ dicantur	23.g.	prophetiæ tria sunt tempora	94.c.
Pensandum nobis est qualiter loquamur	219.a.	prophetizantis fructus seu vtilitas	92.a.
Penula quid sit	219.l.	propicius & repropiciare vnde	235.l.
Peregrinatio sanctorum patrum quid	262.k.	proximus non potest verè diligi sine deo	47.e.f.
perfecti qualiter indigent misericordia	177.d.	proximus dicitur omnis homo	165.a.
perfectus quis dicatur	163.e.	prudentia carnis & prudentia spiritus quid sit	27.h.
Perficere bonum quid	25.m.	psalmorum liber lex vocatur	11.m.
Peripsema quid sit	66.c.	pueros nos effici docet Apostolus, & quomodo	93.i.
Per legem non erat iustificatio	279.b.	pugnatores non damnantur, sed victi	26.m.
Peruersa celsitudo	7.col.2.	procella culpæ vindicta per legem facta	269.a.
Petra scandali & offensionis quis	37.d.	prodigium virtus & signum quomodo differunt	53.a.132.b.
Per mariam emundatio	278.b.	pulli columbarum	278.l.
Petrus quid significet	273.i.	Quadragesima quinque dies cōcedētur ad pœnitentiam post Antichristi mortem	196.a.
Petrus vbi non fuit imitandus	144.l.	Quadragesimarii numeri significatio	278.d.
Petrus quare circumcisionem permittebat	138.d.	Qua ætate assumendum doctoris & sacerdotis officium	275.d.
Petri humilitas laudatur	ibidem.e.	Quæstio notabilis	252.g.
Phariseis molesta fuit doctrina Christi	40.b.	Quando tangit deus creaturam suam	284.f.
Philemon Paulum socium habere cupiebat	229.i.	Quaternarius numerus	276.d.
Philippis Hebraice quid significet	171.g.	Quatuor in omni sacrificio cōsiderari debent	248.d.
Pietas ad quid proficit	208.f.	Quatuor modis sit apostolorum electio	134.k.
Piscina probatica quid significet	142.b.c.	Quatuor leges sibi inuicem repugnantes & dimicantes	26.e.f.
Plemmelia quid sit	150.b.	Qualis ædificatio erit discipuli, si intelligat magistro se esse maiorem	225.f.
Pœnitentia vera quæ	106.a.	Quare non dixit à spiritu sancto	3.col.4.
Populus cur à monte prohibetur dū lex datur	269.c.	Quæstiones stultæ quæ sint	226.i.
Potestas dominorum morte finitur	229.h.	Quid ambulare super fluctus	273.f.
Potestates nequam	188.m.	Quid de naui descendere	ibidem.k.
Potestates quid sint	169.l.156.c.	Quinquagenarius numerus	101.m.
Potestati diuinæ primo est obediendum	46.d.	Qui facit contra conscientiam, ædificat ad gehennam	51.c.
Præceptum legis circa verbera delinquentium	129.a.	Qui dicunt videntibus, nolite videre, & aspicientibus, nolite aspicere	219.d.e.
Prædestinatio quid sit	31.b.153.k.	Qui leprosi	288.d.
Prædestinatus filius dei quomodo intelligitur	3.co.1.	Quid mare	273.f.
Prædestinare & eligere qualiter differant	154.a.	Quinquagenarii numeri significatio	281.i.
Prædicator, nomen autoritatis	26.g.	Quomodo debitum reddatur deo	291.d.
Prædicatores aliquando domini vocantur	75.g.	Quomodo quis ex prædicatione doctoris patiatur detrimentum	119.b.
Prædicatores boni conditiones	83.a.	Quot modis loquitur deus	273.h.
Prædicatores exemplo Pauli manuum suarum labore possunt viuere	96.b.215.e.	Raab meretrix fide iustificatur	264.c.
Prælati sine testimonio duorum vel trium nõ possunt condemnare	133.d.	Radix in malis cogitationibus inuenitur	268.f.
Prælati obediendum	272.a.	Rapina quid sit	174.c.
Prælati qualiter exemplo Pauli debent rogare subditos vt in melius proficiant	196.i.	Raptus Pauli in tertium cælū quō intelligatur	130.f.
Præmiorum discretio	7.col.4.	Reconciliatio sit ex inimicitias	17.f.
Præputiū aliquādo pro peccato carnis ponitur.	184.b.	Rectores mundi qui sint	169.m.
Præscripti qui dicantur	139.b.	Redemptio & remissio quomodo differunt	154.e.
Præteritum pro futuro posuit propheta	234.e.	Redemptionis humanæ inuentio	12.g.
Præuaricatio quid sit	233.f.	Redimere tempus quid	167.f.
Presbyter qualiter dicatur episcopus	27.b.	Regnum cælorum sancta sanctorum dicitur	248.i.
Primitiæ hominis quæ dicantur	30.g.	Regnum mortis quod sit	18.e.
Primogenitus quis dicatur	31.k.	Regulus	
primo regnum iustitiæ in nobis, deinde pacis	245.i.		
primus quomodo accipiatur	23.k.		
princeps habeat eloquentiā cū vitæ integritate.	222.h.		
principatus quid sint	156.c.		
principatus nequam	188.m.		

Regulus quis	289.e.	Saulus rex superbus & infrenis	2.col.1
Reprobatio obseruationis dierum mensium & annorum	148.b.	Saulus petitus interpretatur	2.col.1
Reprobus quis dicatur	133.i.	Scandalum vnde dicatur	37.d.
Respondere dei	274.g.	Schisma & heræsis quomodo differunt	226.m.
Respondere nostrum & loqui	ibidem.h.	Schismata non esse Paulus admonet	57.f.
Res sperandæ quid sint	260.m.	Sciētia secularis falso nomine scientia vocatur.	213.d.
Resurgentium ordo quis sit	97.c.	Sciētia in actione tēporalium consistit, sapientia verò in contemplatione æternorum	87.l.m.
Resurgere propriè quid sit	100.g.	Scribæ qui sint	58.i.
In resurrectione an maiorem magnitudinē habebimus quam nunc	163.e.	Scriptura sancta niui comparata	284.m.
Resurrectio vocatur regeneratio	231.K.	Scripturarum intelligentia in quibus consistat	56.l.
Rixa quid sit	149.h.	Scripturæ sanctæ quæ sint	2.col.4.
<b>S</b> abbatum perpetuum obseruare qui dicantur	185.c.	Scurrilitas quid sit	166.d.
Sabbatum quid	ibidem.	Scythæ ferociiores sunt barbaris	187.g.
Sabbatimus quis vocatur	239.i.	Secula quid	149.h.
Sacerdotem noui testamenti vxoratum esse potius iudaicæ institutionis sacerdotem quam Christianæ	148.c.d.	Seculum præsens quare dicatur nequam	135.c.
Sacerdos legalis ministrabat, sed sacerdos euangelicus sedet	257.k.	Seculum seculorum quid sit	161.f.
Sacerdotes Christi sine & principio carent	245.k.l.	Seculum vnde dicatur	231.d.
Sacerdotibus qualiter honor ex charitate sit exhibendus	196.k.	Seditio quid sit	133.a.
Sacerdotes non nobilitate, sed vitæ merito eligendi	145.k.	Seducti qui dicuntur	206.l.m.
Sacramentum altaris duobus modis manducare & bibere debemus	86.d.e.	Seductores qui	218.h.i.
Sacramentum qualiter sit res occulta	207.g.	Segnis quid sit	244.d.
Sacrificium est: deo offerendum per manus sacerdotis	3.col.4.	Seminare, sepelire est	99.g.
Sacrilegium quid sit	9.col.2.	Semper discere & nūquam ad scientiā veritatis peruenire	217.m.
Salem qualiter non sit Hierusalem	255.d.	Senes & iuuenes morum qui sint	208.m.
Samson, lepte, Barac, fide, vicerunt regna	264.f.	Senes, non sunt imperio cogendi	228.h.i.
Sancti an in futuro seculo loquētur adinuicē	91.c.d.	Senes quomodo fidem consecuti sunt	153.g.
Sancti laboriosius dormiunt quam vigilant	285.c.	Seniores, presbyteri dicuntur	208.k.
Sancti qualiter sint orandi	33.e.f.	Sensus spiritualis	274.a.
Sancti quomodo dicantur maledictionibus vti	148.e.	Septuagenarii numeri significatio	276.b.
Sancti in mundo qui	153.g.123.h.	Septuagesima & septima ætate venit Christus	276.e.
Sancti fide vicerunt regna	264.f.	Septuaginta translators veraces	275.m.
Sancti apud deum quomodo dicantur esse multarum facierum	165.f.	Seraphim ardentes interpretantur	232.c.
Sancti patriarchæ qualiter iuxta fidem defuncti sunt	262.g.	Sermo inchoationis Christi	242.l.
Sancti & non alii cum Christo surrexerunt	3.col.2.	Sermo doctrinæ est gladius anceps	240.c.
Sanctitas quid	164.m.	Sermo dei cuius diuisionem considerat	240.e.
Sanctorum conuersatio cauta esse debet	178.g.	Seruire liberaliter quando quis dicatur	22.f.
Sanguinem Christi quis polluat	256.e.	Serui hominum qui dicantur	72.k.
Sanguis pro anima sumitur	235.b.	Seruitus cur laudabilis	22.d.
Sapere plus quam oportet est superbire	44.b.	Seruitutis duo sunt genera	2.col.2.
Sapientia carnis quomodo inimica sit deo	28.a.	Sex dierum significatio	282.i.
Sapientia seculi abiicienda diuini verbi concionatori	58.i.	Signa & prodigia	289.K.
Sapientia & scientia quomodo differūt.	154.f.183.f.	Signaculum quid dicatur	14.c.
Sapientia in cōtemplatione æternorum consistit, scientia verò in actione temporalium	87.l.m.	Signum, prodigium, & virtus, quomodo differunt	53.a.132.b.
Sapientiæ supernæ opera publica ac secreta quæ sint	42.l.	Signum quid sit	14.c.
Sapientes qui se dicere volunt, insipientes appellari debent.	6.col.1.	Simeon homo dictus	278.m.
Sara ecclesiæ formam præferens, quare sterilis erat	145.m.	Similitudo Christi demonstratur per Isaac	263.c.
Saræ fides quid operatur	262.e.	Simplicitas quasi sine plicatione	55.e.
Satanas quid	55.f.127.m.162.i.	Simplicitas excludit hypocrisim	44.i.
		Simplicitas & hilaritas quomodo differunt	44.l.
		Sina quid	145.f.g.
		Sion speculatio dicitur	42.a.
		Sitis est famis medicamentum	30.K.
		Societas malorum vitanda	98.i.k.
		Sodomiam cur Paulus tam euidenter expressit	6.col.3
		Sola fides quæ per charitatem operatur iustificat	261.h.
		Solus pontifex in anno semel intrabat in secundum tabernaculum quod Moyses extruxerat	253.i.
		Solutio quæstionis notabilis	252.g.h.
		Somnus animæ quid	167.e.
		Somnus, medicamentum fatigationis	30.k.
		Somnus	

Somnus sanctorum	285.b.	Timotheus cuius fuerit filius	202.b.
Sors hereditas vocatur	180.k.	Timotheus beneficus interpreta tur	204.b.
Sortis nomine gratia designatur	ibidem.	Titus Græci eloquii interpres	106.i.
Softhenes in epistola Pauli quare adiungitur	56.e.	Titus Christi ecclesiæ instruebat	220.k.
Spectaculum facti sunt sancti in opprobriis	260.c.	Titus apud Cretenses episcopus	ibidem.
Sperare contra aliquod in speratum, maius est quam simpliciter sperare	15.i.	Tres vires dicuntur in anima	238.d.
Spei descriptio	16.i.	Tribus modis interrogat deus	274.g.
Spes & spiritus sanctus quomodo nos dicantur adiuuare	30.m.	Tributum quid sit & vnde dicatur	47.d.
Spiritualis potestas non aufert seculari potestati suum ius	47.a.	Trinitatis diuinarum per sonarum ostensio	5.col.3.
Spirituales donationes	44.g.	Triples ferculum cœnæ dominicæ	280.e.
Spiritus mundi quid sit	61.d.	Tristitia pia est vitiis alienis tribulari	218.g.
Spiritus Christi vbi inhabitat	28.c.	Tristitia quæ secundū deum est, qualiter operatur poenitentiam in salutem	119.g.
Spiritus sancti donum quando quis dicatur habere	105.c.	Tristitia huius seculi quæ sit	ibidem.
Spiritus sancti appellatione charitas designatur	31.d.e.	Trium discipulorū qui transfigurationi interfuerunt mystica significatio	282.l.
Spiritus sanctus dominus vocatur	109.k.	Triumphus dei quid sit	106.l.
Spiritus sanctus signat credentes	155.d.	Trophimus Arclatensium episcopus	220.i.
Spiritu sanctificato, sanctum est & corpus	73.c.	Tubæ nomine quid intelligitur	268.m.169.a.
Spiritus sanctus qualiter dicitur contristari	165.g.	Turbo quid	ibidem.
Stabilitas æterna per pedes designatur	232.l.	Turpido quid sit	166.d.
Stadium quot passibus constet & vnde dicatur	78.k.	<b>V</b> anitas aut vanitates possunt dici quæ mutantur & transeunt	30.a.
Stellæ quid significent	15.k.	Vanitati subiecta est omnis creatura	30.d.
Stephani præcibus Paulus conuersus	204.h.	Vasa fictilia & lignea quid significant	216.k.
Stigmata quid sint	152.f.	Vasa iræ quæ dicantur	36.a.216.l.
Stipendium vnde dicatur	22.h.	Vectigal & vnde dicatur	47.d.
Stultæ quæstiones quæ sint	217.b.226.g.	Velamen legis declaratur	258.g.
Stultiloquium quid	166.d.	Velare caput vir prohibetur, non mulier	83.g.
Subdolos operarius quis dicatur	127.k.	Vela templi cilicina ad peccatum pertinent	276.c.
Sublimitas quid	161.a.	Vendi peccatorem quid	291.c.
Superbia initium omnis peccati	211.m.	Veneficia quid sint	149.g.
Superbia est mater contētōnis & æmulationis	48.b.	Ventus contrarius	273.d.
Superbia ex bene gestis plerunque nascitur	198.a.	Ventus validus	273.K.
Superbia in diuitiis est timenda	213.a.	Venundatus sub peccato	25.g.
Superbi qui dicantur	7.col.1.	Verbum dei quando blasphematur	224.d.
Superbire est plus sapere quam oportet	44.b.	Vere vidua quæ sit	29.c.
Superbus censetur, qui bonum vult agere sine timore domini	118.c.	Verecundæ mentes quomodo sint arguendæ	57.e.
Supergredi & circumuenire differunt	194.l.	Veritas dei quid sit	48.k.
Supergressio quid sit	ibidem.	Veritas & iustitia in quo teneantur	166.l.
Surrexerunt cum Christo sancti & non alii	3.col.2.	Vermis diuitiarum est superbia	233.b.
Susurratio quid	132.m.	Vesper mundi	273.d.
Susurrones qui sint	6.col.4.	Vestimenta Christi	284.m.
<b>T</b> abernaculum Moysi quid significet	251.c.d.	Vetus homo quid	20.h.
Tabernacula duo fecit Moyses	ibidem.c.	Vidua præ cateris vacare debent orationibus	29.d.
Tempus & æuum quomodo differunt	221.b.	Via ad creatorem quæ sint	13.l.
Tempus redimere quid	267.f.	Vinum quando dicatur malum	167.i.
Tenebris inesse qui dicantur	196.b.	Vinum modicum consilio Pauli est sumendum	210.l.
Tentatio humana est aliud sapere, quam res se habet	81.b.	Vir nulli subiicitur nisi Christo	83.e.
Tentatio cui non assentitur, non est peccatum	131.d.	Vir mulieris est origo	84.b.
Ternarius numerus	276.d.	Vir principaliter est ad imaginem Dei creatus	ibidem.c.
Testamentum quid sit	247.b.254.m.	Vir perfectus quis sit	163.c.
Testamentum nouum quare dicitur æternum	77.d.	Viro viuente quomodo ligata sit vxor	23.c.
Testamentum vetus fuit calix Moysi	85.m.	Virga Ioseph explicatur	263.g.
Testamentum Christi morte confirmatum est	255.g.	Virginitas vera quæ sit	74.b.
Testis falsus non erit impunitus	106.f.	Virginitatis status quam nobilis	73.c.
Testes quomodo considerantur	216.f.	Virginitatem obseruare & nubere, quomodo differunt	74.b.
Thermut filia Pharaonis	263.K.	Virtus, signum, & prodigium quomodo differunt	132.b.
Thessalonica ciuitas nobilis	109.e.	Virtutes proprias iactare insipientis est	131.k.
Throni qui dicantur	181.f.	Vita animæ, quæ sit	140.e.
Timotheus quomodo consors Apostoli fuit	55.g.	Vita præsens sine minoribus peccatis nō potest duci.	21.i.
		Vitium	

Vitium carnis in re bona, non est bonum	25.l.	Voluntas deponendi corpus dicitur audacia	113.b.
Viuens in ocio, res aliorum concupiscit	194.b.	Vtilitas & fructus prophetizantis	92.a.b.
Vno ore honorificetis deum, quomodo intelligitur	42.c.	Vxor viro viuente qualiter sit ligata	23.c.
Vnctio sancti spiritus sanctificat	232.f.	Vxorem habentes non habere, quomodo intelligatur	73.i.
Vocatio, iustificatio, & magnificatio, quomodo in nobis fiunt	31.m.	Vxores antiquorum patrum plures, quid nobis significarunt	221.k.

Indicis in Epistolas & Euangelia finis.

VITA D. ANSELMI EX TRITEMIO.

ANselmus archiepiscopus Cantuariensis in Anglia, ex abbate monasterij Beccensis in Normannia, ordinis S. Benedicti, Lafranci quodam auditor atq; discipulus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & secularium literarum peritia nulli suo tempore secundus, vita & conuersatione integer atq; sanctissimus, mente deuotus, ore facundus, operatione strenuus, vultu angelicus, incessu maturus, progressu exemplaris, studio scripturarum continuus, & omni virtute ornatus & insignis fuit. Scripsit pene infinita opuscula, de quorum numero feruntur subiecta.

Contra gentes cur deus homo	Liber duo	Sape & studiose à multis
De incarnatione verbi contra Iudæos	Liber vnus	Domino & patri vniuersæ
De conceptu virginali	Liber vnus	Cum in omnibus religiosif.
Profologion	Liber vnus	Eia nunc homuncio fu.
Monologion	Liber vnus	Si quis vnam naturam.
De spiritu sancto contra Græcos	Liber vnus	Negatur à Græcis quod spiritus
De casu diaboli	Liber vnus	Illud Apostoli, Quid habes.
De diuersitate sacramentorum	Liber vnus	Domino & amico Vualra.
De fermento & azymo	Liber vnus	Anselmus seruus ecc.
De voluntate dei	Liber vnus	Humana ratio cum de.
De sancta Trinitate	Liber vnus	
In Cantica Canticorum	Liber vnus	
De pace & concordia	Liber vnus	
De libero arbitrio	Liber vnus	
De gratia & libero arbitrio	Liber vnus	
Dialogus de veritate	Liber vnus	
De similitudinibus	Liber vnus	
De mensuratione crucis	Liber vnus	
Meditationes	Liber vnus	
Meditationes de ascensione domini	Liber vnus	
De beata vita	Liber vnus	
De beata sufficientia	Liber vnus	
De bona occupatione	Liber vnus	
De laudibus sanctæ Mariæ	Liber vnus	
Stimulus amoris	Liber vnus	
Pro insipiente	Liber vnus	
Contra insipientem	Liber vnus	
De miseria hominis	Liber vnus	
De Antichristo	Liber vnus	
Dialogus Christiani & gentilis	Liber vnus	
De octo beatitudinibus	Liber vnus	
De membris deo attributis	Liber vnus	
De sacramentis & officiis diuinis	Libri duo	
Prouerbia, id est, de domo conscientie	Liber vnus	
In Hexameron	Liber vnus	
Ad Lanfrancum archiepiscopum	Liber vnus	
De Grammatico	Liber vnus	
De sancto Ioanne Baptista	Liber vnus	
In assumptione sanctæ Mariæ	Homilia vna	
Ad Gulielmum Hirsaugiensem	Epistola vna	
Epistolarum ad diuersos	Liber vnus	
De peccato originali	Liber vnus	
Sermones etiam nonnulli		

Cum liberum arbitrium vi.  
De tribus illis quæstionibus.  
Quoniam deum veritatem esse.  
Voluntas tripliciter in.  
Quoniam iubente filio tuo.  
Domine deus meus, da cor.  
Anima Christiana, anima de.

Iesum Nazarenum à Iudæis.  
Dubitanti vtrum sit.  
Quoniam non me reprehend.  
Terret me vita mea.

Vbicunque sacra scriptura  
Celebratio missæ in com.  
Domus hæc in qua hab.

Intrauit Iesus &c. Quid.  
Ex quo vestra probitas mi.  
Seruus seruorum dei in.

Sed & alia complura scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt:

Claruit sub Henrico imperatore tertio, Anno domini M.LXXX.

ANTIQUA ET VERA OPERIS HUIUS INSCRIPTIO.

INTERPRETATIO LITERARVM

doctoris gentium, quam Herueus vel à maioribus, vel ab

ipso Deo sumens composuit.



DE EPISTOLIS PAULI apostoli, adiuuante domino loquuturi, primò videamus quid ipsum nomē epistolarum significet. Epistola græce, supermissa latine dicitur, sicut epigramma superlitera, & epitaphium supersepulchrum. in enim græce, latine sup:stola verò missa dicitur. Et hinc epistolæ dicuntur supermissæ, eo quod super id, quod fideles acceperant, sint eis missæ. Acceperant enim euangeliū, & adhuc superadditæ sunt illis epistolæ, & ob varias causas dicitæ. Nam sicut prophetæ post editam legem Moyfi, in qua omnia dei mandata legebantur, semper doctrina sua cōpresserunt rediuiua populi peccata, & propter exemplum libris ad nostram etiā memoriā transmiserunt: sic & Apostolus post euangeliū, quod est legis supplementum, & in quo nobis exempla & præcepta viuendi plenissime digesta sunt, has epistolas voluit ad singulas ecclesias destinare, scilicet vt in initio nascentis ecclesiæ nouis causis existētibus, & præsentia atque orientia refecaret vitia, & post futuras excluderet quæstiones. Sicut ergo necessariae fuerunt post legē prophetiæ, sic necessariae sunt post euangeliū epistolæ. Quoniam sicut ea, quæ in lege fuerant obscurissime dicta, per prophetas aliquantulum manifestabantur, & transgressores eiusdem legis per eos corrigebantur: sic quod in euangelio, obscure & generaliter dictum fuerat, apostolica instructione per partes elucidatum est, & transgressores euangelicorum præceptorum sunt correcti, & ad obseruantiam eorum incitati. Huius autē Pauli Apostoli epistolæ sunt quatuordecim, quas legit ecclesia: qui tamen & quintamdecimam ad Laodicenses sine dubio scripsit. Et cum in prima, quā habemus ad Corinthios, dicit: Scripsi vobis in epistola, ne cōmisciamini fornicarijs, videtur significare aliā epistolam se iam eis scripsisse. Cum ergo plurimas epistolas scripsit, non sine certi mysterij ratione patres voluerunt, vt quatuordecim tantum legerentur in ecclesia: decem videlicet ad ecclesias missæ, quatuor autem ad discipulos. Sed & ex ipso epistolarum numero ostendere voluerunt, quod doctor egregius, legis & euangelij secreta rimatus esset: denarius enim numerus legem significat, propter decalogum eius: quaternarius autem euangeliū, propter quatuor eius libros. Decem itaque tenentur, quas scripsit ad ecclesias: vt demonstraretur nouum testamentum à veteri non discrepare, nec Apostolum in aliquo contra legem Moyfi fecisse, cuius epistolæ ordinantur ad numerum primorum decalogi mandatorum eiusdem legis: & quot præceptis Moyse filios Israël instituit à

Pharaonis iugo liberatos, totidem hic epistolis à diaboli & idololatriæ seruitute ereptos edocet. Per quatuor autem ad discipulos; nouū designatur testamentum. Vnde & ijdem discipuli maioris perfectionis fuerunt, quàm ecclesiæ, ad quas decem sunt missæ, vt significaretur imperfectio eorum qui sub lege fuerūt, & perfectio eorum qui euangeliū custodiunt. Quod autem quatuor ad discipulos, post nouem ad ecclesias posuere patres, & illam, quæ est ad Hebræos, ad vltimum locauerunt: certissime dat intelligi, quod nouum in veteri testamento continetur, & quod vnum sine altero nō prodest. Sicut enim quaternarius denario iunctus explet hanc summam, id est, quatuordecim: ita nouum & vetus testamentum vnum quid operantur, & intendunt fidei veritatem ac morum honestatem intimare cordibus auditorū suorum. Itaque quatuordecim epistolis continetur doctrina Pauli, qua tam maiores quàm minores, quomodo viuant & credant, instruuntur: quoniam sancta ecclesia iuxta eius institutionem vtrunque testamentum custodiens, & tam secundum legis decalogum, quàm secundum quatuor euangelij libros viuens, ad perfectionis culmen proficit. His ita præmissis, videndū est qua ratione alio ordine à sanctis patribus spiritus sancti consilio istæ epistolæ in vno volumine sunt collectæ, quàm ab Apostolo factæ. Quæ & nobis derelictæ sunt ad correctionem & exhortationem nostram, vt omnes quotquot vulnerati cadimus, ibi inueniamus quomodo resurgere queamus, & vnde recuperare quod amisimus. Ideo quendā gradationis ascensum in his notare possumus, quoniam ecclesiæ quæ magis in fide & morum honestate errabant, illarum epistolæ sunt præpositæ, vt secundum quod minus perfectis ecclesijs missæ præcedunt epistolæ, & subsequuntur ad perfectiores destinatæ, gradus quidam ascensionis à minoribus ad maiora inueniantur. Nemo enim repente fit summus, sed à minimis quisque inchoat vt ad maiora perueniat. Epistola ergo ad Romanos prima est: quia cū fides prima virtus sit & fundamentum aliarum virtutum, & sine qua impossibile est placere deo, dignum fuit vt illa epistola in capite aliarum locaretur, in qua de prima virtute agitur, & in qua corriguntur, atque ad fidei perfectionem reuocantur, quicumque Romanis secundum fidei imperfectionē sunt similes. Illa verò quæ est ad Corinthios, iure huic supponitur, quoniam eos qui fidem iam acceperant, in bono opere instruit. Primo enim iaciendum est fundamentum, id est fides, & inde bona opera sunt superædificanda. Propter quod in hac ad Romanos, facta est omnib⁹ fidelibus instru

Hebr. 11.

103.



atio secundum fidem: in illa autem ad Corinthios, secundum operationem. Sic & cætera deinceps congruo ordine sunt positæ. Fuerunt nonnulli tamē qui dixerunt epistolam ad Romanos ideo primam esse positam, quia Romani tam rudes erāt vt nō dei gratia, sed suis meritis crederent se esse saluatos. Sed hoc non ita declarat in omnibus text<sup>9</sup> ipsius epistolæ, quæ omnibus sensu profundior est. Ideoque magis credendum est, quod illi qui membra epistolarum in vno corpore collegerunt, illam iudicauerunt sedere in capite, quæ ad urbem directa est, quæ in illo tempore caput totius extitit orbis, & quia vsque hodie Romana ecclesia omnium ecclesiarum obtinet principatum. Materia verò omnium epistolarum est fides, & boni mores. Intentio autem est, ipsam fidem ac mores commendare, & ad illos prouocare, videlicet suadendo bona, dissuadendo mala: prae agentibus mala comminando, bene agentibus bona promittendo. Et propter quam finalem causam? Nulli dubium quin propter verā beatitudinem promerendam. Ad hanc igitur vnā & generalem intentionē aliæ speciales reducuntur intentiones, nec quicquam per omnes diuersos tractatus interferetur, quod non ad instructionem fidei & morum vel principaliter, vel secundario operetur. Et idcirco ad ethicam pertinet tractatus earundem epistolarum. Illa verò quæ est ad Romanos, quantū ex eius textu intelligi potest, quæstionem habet talem: Vtrum Iudæis euāgelium Christi venerit propter merita operum legis: an verò nullis operū meritis præcedentibus, omnibus gentibus venerit iustificatio fidei quæ est in Christo Iesu: vt non, quia iusti erant homines, crederent, sed credendo iustificati, deinceps iuste viuere inciperent. In hac igitur epistola docere intendit Apostolus, omnibus venisse gratiam euāgelij Christi. Quam & idcirco gratiā vocari ostendit, quia non quasi debitum iustitiæ redditum est, sed gratuito datum. Cœperant enim nonnulli, qui ex Iudæis crediderāt, tumultuari aduersus gentes, & maxime aduersus ipsum Paulum, quod in circuncisō & à legis vetustæ vinculis liberos admitteret ad euāgelij gratiam, prædicans eis vt in Christum crederent, nullo imposito carnalis circūcisionis iugo. Sed Apostolus tanta moderatione inuicē utrosque conciliat, vt nec Iudæos superbire permittat tanquam de meritis operum legis, nec gentes merito fidei aduersus Iudæos inflari, quod ipsi receperint Christum quem illi crucifixerūt. Pro Christo enim, sicut alibi dicit, legatione fungens, id est, pro lapide angulari vtrunque populum tam ex Iudæis quàm ex gentibus connectit in Christo per vinculum gratiæ, vtrisque auferens omnem superbiam meritorum, & iustificandos utrosque per disciplinam humilitatis associans. Quod si quis quæsierit quomodo Iudæi, qui Romæ erant conuersi, murmurent contra Paulum, quem nec dum viderāt, sciat ipsum non eis ignotum fuisse, quia fama prædicationis eius vbique audiebatur, & quidam ex discipulis eius atq; ex discipulis Petri iam venerāt Romam, & multos ibi tam ex Iu-

dæis quàm ex gentibus ad fidem conuerterāt. Sed inter eos nuper conuersos erat, vt dixim<sup>9</sup>, schisma & altercatio: Iudæi enim gloriabatur de suis meritis & nobilitate generis, non intelligētes se ad fidem per gratiam dei venisse, sed æstimantes hoc suis & patrum meritis accepisse: Gentiles autem, licet non præcessissent merita eorum, de quibus gloriari possent, vt se Iudæis anteferrent, tamen Iudæos quasi interfectores Christi, ac præuaricatores legis despiciebant, & se sola ignorantia præpeditis fuisse, quod non antea crederant, asseriebant, scilicet viribus rationis & arbitrij sui, non æstimantes necessarium esse opus diuinæ gratiæ. Vtrosque itaque contentiose viuentes, sic corrigit Apostolus. Iudæis enim ostendit fidem & cætera spiritualia bona nullis præcedētibus meritis euenisse, sed ex sola gratia: quoniā lex neminem iustificauit, solummodo dans peccati notitiam. Sic etiā probat gentes non ex ignorantia, sed scienter ex studio multumque grauius deum offendisse: quia licet scriptam legē non habuerint, naturalem tamen habuerunt. Et cum cognitum de creatura creatorē, vt deū venerari debuissent, gloriam eius in manufacta simulacra mutauerunt. Vtrosque etiam similiter veniam consecutos, æquales esse verissimam ratione demonstrat, præsertim cū in lege prædictum & Iudæos & gentes ad Christi fidem esse vocandos ostendit. Quamobrem vicissim eos humilians, ad pacem & concordiam cohortatur. Ocasio itaq; huius epistolæ fuit eorum altercatio, circa quam totum versatur negotiū. In quo tractatu intendit Apostolus superbiam & elationem vtriusque partis reprimere, per quam ad inuicem dissentiebant, vt de nullis suis meritis aut viribus suis glorientur, sed ad humilitatem potius reuocētur: & totum quicquid boni habent, gratiæ Dei deputent, & ita per humilitatem in concordiam & pacem redeant. Materia verò huius epistolæ est ecclesia Iudæorum & gentilium, ob supra dictas causas discordantium. Sed his iam explicitis, ad librum accedamus. Apostolus enim priusquam exponere incipiat quod intendit, prologum facit, quo auditores attentos, dociles ac beneuolos reddit, salutātque dicens:

C A P V T I.

**P**AULVS seruus IESU Christi, vocatus apostolus segregatus in euāgelium Dei, quod antè promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine David secundū carnem, qui prædestinatus est filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri, per quam accepimus

primus gratiam, & apostolatam ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus estis & vos vocati Iesu Christi omnibus qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis: Gratia vobis & pax à Deo patre, & domino nostro Iesu Christo.

Iam primū videamus, cur is qui antea dictus est Saulus, nunc dicatur Paulus. Saul rex superbus, & infrenis fuit & persecutor sancti David, atque de tribu Benjamin natus. De qua tribu & iste Saulus fuit: atque nomen & scuitiam, velut hæreditatem, à Saule percepit. Saulus ergo nomen est superbi persecutoris. Sed & Saul atque Saulus, idem nomen est. Quod enim Saulus à nobis dicitur, hoc idioma Græcum & Latinum fecit, vt Hebræa nomina ad suorum, casuum similitudinem declinaret: & sicut pro Ioseph Iosephus, pro Iacob Iacobus, ita Saul quoque Saulus in nostra lingua dicitur. Qui cum Paulum proconsulem Christo subiugasset, ipse quoque ex Saulo Paulus appellari voluit, ob tam magnæ insigne victoriæ. Plus enim hostis vincitur in eo quem plus tenet, & de quo plures tenet: Plus autem superbus tenet nomine nobilitatis, & de his plures nomine authoritatis. Sicut ergo ille qui Africam subegit Scipio, dictus est Africanus: sic & Apostolus iste post Pauli subiugationem, semper vocatus est Paulus, qui antea solebat appellari Saulus, nec immerito: nam Saulus siue Saul interpretatur petitus, eod quod ad debellandam ecclesiam à diabolo fuerat postulatus. Paulus verò dicitur mirabilis, & dignè ad prædicationem gentium missus. Nominatur Paulus, id est, mirabilis, vt mirabiliter lucrifaceret mercedem fidei. Est enim dux valde mirabilis, qui non in sapientia verbi, non in diuitijs, non in eloquentia, non in vana seculi gloria, sed in Christi passionibus gloriatur. Potest & alia ratio super hac re proferri, quia forsitan binomius fuit: scilicet vt & Saulus vocaretur & Paulus. Nam & hoc probabilius dici videtur, quia quod eum à Paulo proconsule quæ Christo subiecit, Paulum vocari diximus, nulla talis consuetudo in diuinis scripturis deprehenditur. Sed in eisdem scripturis inuenimus nonnullos binis, alios etiam ternis vsos esse nominibus, sicut Sedechiam, eundemque Ioachim: sicut Oziam, eundemque Azariam: sicut Salomonem, eundemque Ididam siue Ecclesiastē, aliosque plurimos. Sed nec apostolis Christi mos iste defuit. Nam vnus ex eis vocatus est Mattheus & Leui, alius autem Lebbæus & Iudas atque Thadæus. Quia ergo moris erat binis vel ternis nominibus vti Hebræos, videtur & hic Apostolus duplici vsu esse vocabulo: & donec quidem genti propria ministrabat, Saulus esse vocatus, quia hoc magis appellationi patriæ vernaculum videbatur: Paulus autem, cum Græcis & gentibus leges ac præce-

pta daret. Nam & hoc ipsum quod scriptura dicit, Saulus autem qui & Paulus, manifestè videtur ostendere, non ei tunc primum Pauli nomen impositum esse, sed veteris appellationis id fuisse. Siue ergo ista, siue prior ratio sit verior, vnus pro certo est, quia iste apostolus ex quo ad prædicandum gentibus cum Barnaba missus est, maluit Paulus vocari, quàm Saulus. Et hoc nomen suum celebre, & omnibus cognitum præponit in hac epistola: vt Romani, audito tanti viri nomine, attendant quid eis velit persuadere, quid dignetur præcipere, scilicet vt ad audiendum solliciti, & ad obediendum existant parati. [P A V L V S] inquit, ac si diceret, Vos Romani pacem debetis inter vos habere, quia ille qui vobis scribit, est Paulus, id est, non persecutor Christianorū, sed doctor: nō dissipator ecclesiæ, sed constructor: neque dissensionis, sed vnitatis & concordie persuasor. Nec debetis in elatione tolli, quia ille qui vos docet, est [S E R V V S] id est, humilis, & non absq; iugo domini. Seruus enim, nomen humilitatis est, vt ad eam prouocet. Sed cum dominus electis discipulis dicat, Iam non dicam vos seruos, quomodo iste est seruus? Sed sunt duo genera seruitutis: vnū timoris, alterum dilectionis: vnus timentium seruorum, alterum diligentium & placentium filiorum. Electi ergo discipuli non sunt serui secundum seruitutem timoris, quem perfecta dilectio foras mittit, sed secundum seruitutem casti timoris, quem perfecta charitas gignit. Paulus itaque seruus est, non ex serui timore, sed ex casto amore seruiens Deo. Qui personam suā & officium primò commendat, vt sermonibus suis & correctionibus Romani facilius adquietescant, & exemplum ab eo humilitatis & concordie sumant. Paulus enim, sicut diximus, interpretatur mirabilis, Et ipse reuera mirabilis erat quem Deus tanta meritorum prærogatiua mirificauerat. Et tamē se in omnibus humiliabat, & se seruum humiliter fatebatur, vt exemplum omnibus daret humilitatis, ne quisquā de suis meritis aut viribus gloriaretur, sed omnes gratiæ domini reputarent, quicquid boni haberet: & se non superbe liberos, sed humiliter seruos cognosceret. Quod autem alij dicunt Paulum dici Latine modicum, & Græce quietū, nos multum non approbamus, quia hoc nomen nō est Græcum, aut Latinum, sed Hebraicum, ideoque iuxta Hebraicum sensum intelligendum. [Paulus seruus Iesu Christi.] Ac si dicat, non me liberū facio, nec me domino meo æquiparo, sed eius seruum me reputo & subiectum, & quicquid boni habeo, eius gratiæ totum ascribo. Vos autem non seruos eius, sed liberos vos constituitis, & donum gratiæ eius, quod in vobis est, derogantes, meritis vestris & ingenij viribus ascripsistis. Seruus, inquit, sum Iesu Christi. Et hoc ad commendationem personæ suæ valet, quia & seruus est honestus, & dominus incomparabiliter honestior. Ideoque tanti domini tam honestus seruus, libenter debet suscipi. Nondum se dicit apostolum, sed tantummodo seruum, cum in alijs episto-

Nota.

2. Cor. 5.

Actu. 13.

Ioan. 15.

1. Ioan. 4.

lis mox præferat nomen autoritatis, quia nõdum Romanis prædicauerat, nec adhuc eorum apostolus esse videbatur. Et ideo præponit nomen humilitatis, cum illos ad humilitatem esset prouocaturus, vt melius per humilitatis nomen ad humilitatem inuitaret, quàm si per autoritatis nomen ad obediendum constringeret. [Seruus Iesu Christi.] Aliam significationem habet Iesus, aliam Christus, cum sit vnus Iesus Christus, saluator noster. Iesus enim propriũ nomẽ est illi, quomodo Moyses proprio nomine appellat<sup>9</sup> est, quomodo Aarõ, quomodo Elias. Christus autẽ sacramenti nomẽ est, quomodo si dicatur legislator, quõ si dicatur sacerdos, quomodo si dicatur propheta. Sic enim & Christus commendatur vnus, in quo esset redemptio totius populi Israël. Quẽ Iudæi venturum expectabant, sed quia venit humilis, non cognouerunt eum. Paulus seruus Christi Iesu vel Iesu Christi [vocatus apostolus segregatus in euangelium Dei.] Vocatus est ab infidelitate ad fidem, quando pergenti Damascum Christus illi de cœlo est loquutus. Et institutus est apostolus, quod Latine dicitur missus, quando post oranti in templo apparuit illi dominus, dicens: Festina & exi velociter ex Ierusalem, quoniam non recipient testimonium tuum de me. Vade, quoniam ego ad nationes longẽ mittam te. Qui & [Segregatus est in euangelium Dei] dicente post apud Antiochiam spiritu sancto: Segregate mihi Barnabam & Paulum in opus, ad quod assumpsi eos. In his omnibus gloriari Paulus posset, quoniam hæc omnia, domino apparente & loquente, consecutus est. Magnus enim ostenditur, quem sic Deus per seipsum promouere dignatur. Sed cum maximas glorandi occasiones habeat, in omnibus tamen se humiliat, vt omnes exemplo sui ad humilitatem trahat. Et ideo seruum se in prima fronte nominat. Vocatio autem, qua vocatus est, non illa est de qua dicitur: Multi sunt vocati, pauci verò electi: sed illa potius, de qua ipse loquitur: Quos autem prædestinavit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit. Qui & apostolus, id est, à Christo missus est, vt legatione pro eo fungens, omnes ad vitam vocaret. Et non sicut cæteri apostoli missus est, sed segregatus in euangelium Dei. Cum enim vnicuique apostolorum destinata esset ad prædicandum sua prouincia, Paulo & Barnabæ commissum est officium prædicandi in omnibus gentibus. Et ita segregati sunt isti duo, id est, seorsum à grege cæterorum, euangelizare missi. Vel segregati in euangelium, quia de grege cæterorum discipulorum, qui Antiochiæ morabantur, electi sunt à spiritu sancto in opus prædicationis. Euangelium, interpretatur bonum nuntium: quia ibi nuntiat humana salus per incarnationem & mortem & resurrectionem CHRISTI. Quod euangelium non est hominum, sed [Dei] id est, non ab hominibus institutum vel inuentum, sed à Deo. [Quod antè promiserat per prophetas suos.] Ad commendationem præ-

dicatoris, ponit commendationem euangelij. Vnde etiam prædicator ipse fati posset gloriari, quasi dicat: Segregatus sum in euangelium, quod non est subitum nec improuifum, quia ante completionem promiserat illud Deus, vt cum desiderio expectaretur, & veniens deuote & absque vllò scrupulo susciperetur. Non est friuolum neque recens, quod Deus pater promiserat gratis, & non nouiter, sed antè, id est, per multa prius secula. Promiserat illud antè per prophetas quod prædicaretur per Apostolos, vel promiserat illud gratuita bonitate sua, antequam aliqua eorum merita præcedere possent qui saluandi erant. Promiserat illud & non per quoslibet, sed per prophetas: neque per alienos prophetas, sed suos. Nam & prophetae qui non fuerunt sui, nonnulla de CHRISTO prædixerunt, sicut Sibylla & Vergilius. Sed apostolus de illis prophetis loquitur qui fuerunt eius, sicut Isaias & Ieremias. Promiserat, inquam, per prophetas, & hoc non verbis tantum, sed [in scripturis] non secularibus, sed [sanctis], id est, diuinis. Nam & in libris gentium, inueniuntur testimonia veritatis, sicut idem Apostolus Atheniensibus loquens ostendit. Sed quia in eisdem libris etiam errores prædicantur, ideo non sunt sancti, quanuis aliquid in eis ad CHRISTVM pertinens, inueniatur. Sed scripturæ illæ sunt sanctæ, quæ fuerunt Hebræorum populo diuinitus creditæ, & in eis leguntur promissiones euangelij dandi, quas per veros prophetas suos ab antiquis temporibus fecit. In eis scripturis relicte sunt promissiones scripturæ, ne obliuioni darentur, sed ad notitiam posterorum peruenirent. Scripturis dico, [de filio suo] quia omnes illæ de vnigenito Dei sunt facte, & omnes eius diuinitatem per quam omnia facta sunt, prædicant, eiusque humanitate omnia restauranda prænuntiant. [Qui factus est] id est, qui manens quod erat, assumpsit quod non erat. Dico, factus est] & hoc non secundum diuinitatem, sed [Secundum carnem] quia secundum diuinitatem genitus est à patre, non factus: secundum carnem verò factus est [Ei] id est, ad honorem eius, vt pater glorificaretur per humilitatem incarnationis & obedientiæ illius. Factus est, & hoc non ex qualibet stirpe, sed ex [Semine Dauid] quia corrupta mater eius, ex cuius sanctificato virginali vtero ipse carnem assumpsit, orta est ex progenie Dauid, cui Deus promiserat, quod ex semine eius rex æternus esset suscitandus. Sic enim dixisse legitur: Cumque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius. Ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliam thronum regni eius vsque in sempiternũ. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filiũ. Secundum istam promissionem filius Dei ex semine Dauid factus est homo, vt ædificaret domum, quæ est ecclesia, & regnaret in sempiternum. [Qui prædestinatus est filius Dei in virtute.] Prædestinatus, id est, præordina-

2. Th. 7.

tus à Deo patre secundum humanitatem, hoc est, sola gratia præelectus, vt qui futurus erat secundum carnem filius Dauid, esset tamen in virtute filius diuinitatis filius Dei: id est, ita susciperetur humanitas à verbo Dei in vnitate personæ, vt idẽ homo filius Dei esset propter vnionem verbi filius Dei esset [Secundum spiritum sanctificationis] id est, secundum quod spiritus sanctus vterũ virginis ex quo ille nasceretur, sanctificauit, sicut & angelus dixit: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Non tamen spiritus sancti filius est, quamuis conceptus de spiritu sancto dicatur, quia spiritus sanctus ibi pro gratia, quæ in illo secundum humanitatem superabundauit nominatur. Prædestinatus est, & hoc [Ex resurrectione mortuorum, id est, vt præcederet resurrectionem mortuorum.] Quorum mortuorum? [Eiusdem domini nostri Iesu Christi.] Ac si diceretur, suorum mortuorum, qui ad eum pertinent & membra eius sunt. Hos enim præcessit, qui eum ad cœlestem regnum, quo eos præcessit, sequuturi sunt & ad beatam incorruptionem. Ex resurrectione autem cæterorum mortuorum, non est prædestinatus, quos non erat præcessurus, sed damnaturus: quia non præcessit illos, qui eum sequuturi non erant ad gloriam vitæ æternæ, id est, reprobos qui ad pœnas resurrexerunt. Vel ita: [Qui prædestinatus est secundum carnem] quoniam Deus ab æterno prædestinavit, vt verbum eius caro fieret, quam & resuscitans glorificaret. Prædestinatus est vt fit filius Dei in virtute immortalitatis & potentie, de qua post resurrectionem ait: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Nam cum de electis ipse dicat, quia filij sunt Dei, cum sint filij resurrectionis, cur non ipse magis qui secundum diuinitatem naturaliter est semper filius Dei, in resurrectione secundum humanitatem factus esse dicatur Dei filius? Hoc enim docet idem Paulus, vbi de patre dicit in Actibus Apostolorum: Resuscitans Iesum Christum, sicut in Psalmo secundo scriptum est: filius meus es tu, ego hodie genui te. Pater ergo resuscitans Christum, dixit ei, filius meus es tu, ego hodie genui te: vt illa resuscitatio, secundum Pauli sensum, intelligatur quædam generatio, quia est nostra resurrectio vocatur regeneratio dicente domino. In regeneratione cum federit filius hominis in sede maiestatis suæ. Christus itaque secundum humanitatem, qui dum esset mortalis, erat filius hominis, in resurrectione vestiens immortalitatem, factus est filius dei, nec tamen destitit esse filius hominis, qui verus homo permansit, sed gloriam quã humanitas nõ habebat, accepit. Et hoc est quod nunc dicitur quia prædestinatus est esse filius Dei in virtute ex resurrectione, nec dicitur ex resurrectione sua, sed quod maioris virtutis est, [Ex resurrectione mortuorum] quia multos mortuos fecit secum resurgere. Et ne generalẽ bonorum atque malorum resurrectionem intelligeremus, quæ futuro est in die nouissimo, [Mortuorum] inquit, [Iesu Christi] id est, solummodo electorum, ad Christum pertinentium, quia tunc nõ

nisi sancti cum eo resurrexerunt. Vnde & dominum nostrum vocat eum, quia qui in morte sua mortem nostram & hostem antiquum destruxit, resurrectione debitum super nos dominatum accepit: sicut præmissimus, eum tunc dixisse, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Prædestinatus est, inquit, esse filius Dei in virtute ex resurrectione, & hoc secundum spiritum sanctificationis, id est, secundum quod spiritus sanctus eum sanctificauit ab ipso exordio conceptionis eius. Nam per spiritum quo sic sanctificatus fuerat, suscitatus est à morte, vt esset eo modo quo diximus, filius Dei: quia & nobis dicitur, Qui suscitauit IESVM à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Vel [Prædestinatus est] vt diximus, secundum humanitatem, vt esset filius Dei [In virtute] id est, in eadem potentia cum patre per vnionem verbi, cui personaliter homo ille est vnitus. [Secundum spiritum sanctificationis] id est, secundum quod operatus est spiritus sanctus conceptionem eius in vtero virginis. Qui spiritus est sanctificationis, quia sanctificat omnes qui sanctificantur. Et hæc sanctificatio est à resurrectione mortuorum, id est, incipit à remissione peccatorum. Qui enim mortui sunt in anima, prius resurgunt à morte peccati, & tunc sanctificantur per spiritum sanctum. Et tales mortui qui sic ad vitam redeunt, sunt Iesu Christi domini nostri. Præordinati enim sunt ad vitam vt sint membra Christi: ideo non perseuerant in morte peccati, sed pœnitendo resurgunt. Itaque cum audimus, filius Dei in virtute IESV Christi, vel filius Dei secundum spiritum sanctificationis Iesu Christi, vel filius Dei ex resurrectione mortuorum Iesu Christi, cum dici potuisset vitate, in virtute sua, vel spiritum sanctificationis suæ, vel ex resurrectione mortuorum suorum, non cogimur intelligere aliam personam, sed vnã eandemque, scilicet filij Dei domini nostri Iesu Christi [PER quem accepimus gratiam.] Ad commendationem suæ personæ commendauerat euangelium quod ipse prædicat, & ad commendationem euangelij commendauit Christum qui author eius est. Et nunc, quid ipse per eum sit adeptus, indicat. Quasi dicat: Talis ac tantus est Christus, per quem mediatorem accepimus à patre ego & Barnabas vel cæteri apostoli gratiam & apostolatam: [Gratum] cum omnibus fidelibus: [Apostolatam] verò, non cum omnibus. Si tantummodo apostolatam diceret se accepisse, ingratus esset gratia quæ illi peccata dimissa sunt, & tanquã meritum priorũ operum accepisse videretur apostolatam. Optime ergo tenet ordinem causæ, vt nemo audeat dicere meritis vitæ prioris ad euangelium se esse perductum, cum nec ipsi apostoli accipere apostolatam proprie potuissent, nisi prius communiter cum cæteris gratiam, quæ peccatores sanat & iustificat, accepissent. Prius Itaque [gratiam] qua purgarentur à peccatis & sanctificarentur, acceperunt: & post [apostolatam] id est, legationem, vt excurrerent

Matt. 28.

Roma. 8.

Lucæ 7.

Mat. 28.

Actu. 13.

Mat. 19.

vbique prædicare ipsam euāgelij gratiam. [Ad obediendum fidei] id est, vt obediatur fidei. pro nomine Christi, id est, vt omnes credāt in Christum, & signentur in eius nomine qui saluari cupiunt. Et hoc fiat non in Iudæis tantum, sed [In omnibus gentibus] vbicunque per totius orbis amplitudinem diffusæ sunt gentes. Vel obediatur fidei, vt faciant fideles quæcunque fides expetit, non solum credendo, sed etiam operando: & hoc [Pro nomine] Christi, id est, pro gloria [eius] nō pro sua, scilicet vt in bonis quæ fecerint, non suā, sed Christi gloriā quærant: nec suum, sed Christi nomen magnificare cupiant. Accepi, inquit, apostolatum [In omnibus gentibus] vt in eis obedire faciā plurimos fidei [pro nomine Christi] glorificando. [In quibus] gentibus, super quas scilicet mihi datus est apostolatus. [estis etiam vos.] Hoc dicit vt familiarius admoneat. In quibus fidei obediētibus estis & vos o Romani, qui per gratiam prædicationis estis ad fidem [vocati] & estis non eorum qui vos vocauerunt, [Sed Christi] ad quem vocauerunt. [vocati enim Iesu Christi estis] id est, ad hoc vocati ad fidem, vt sitis Iesu Christi, non Petri vel alterius. Hucusque dictum est, quis esset, qui scribit epistolam. Est enim qui scribit, [Paulus seruus Christi Iesu, vocatus apost. segregatus in euāgelium Dei.] Sed quia occurrebat quod euāgelium, respondit: [Quod antè promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo.] Item quia occurrebat de quo filio suo, respondit: [Qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri.] Et quasi diceretur, quomodo tu ad eum pertines, respondit: [Per quæ accepimus gratiam & apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius. Item quasi diceretur, quæ igitur causa est, vt scribas ad nos? respondit: In quibus estis & vos vocati Iesu Christi. Deinde adiungit ex more epistolæ, quibus scribat. [omnibus] inquit [qui sunt Romæ, dilectis dei, vocatis sanctis.] Non ait diligentibus deum, sed dilectis dei, vt bonitatem dei potius quam meritum illorum significaret. Prior enim dilexit nos ante omnia merita, vt nos dilecti, eum diligere mus. Quos & gratuito suo munere per prædicatores vocauit, atque per baptismum sanctificauit. Omnia ergo bona diuinæ gratiæ, nō humanis meritis sunt ascribēda. Eos enim, qui odibiles & procul ac turpes erant, dilexit & vocauit & sanctificauit. Vel, vt breuius concludam, dilexit, vt vocaret ad sanctitatem. Post hæc vt compleatur vsitatum epistolæ principium, salutat illos, dicens: [Gratia vobis & pax à deo patre nostro &c. Gratia & pax sit vobis à deo, quia non omnis gratia neque omnis pax est dei vel à Deo. Nam & iudices mali præbent gratiam in accipiendis personis aliqua cupiditate illecti, aut timore perterriti: atque mala pax est, qua vitij aut diabolo concordatur. Sed illa gratia est à patre & Christo, qua nobis remittuntur peccata, quibus aduersaba-

mur Deo: & pax qua reconciliamur ei. Cum enim per gratiam remissis peccatis, assumptæ fuerint inimicitie, restat vt pace adhæreamus ei, à quo nos sola peccata dirimebant. Gratia vocatur, quia non ex merito retributa, sed ex donante concessa est. Talis, inquit, gratia & pax sit vobis à Deo patre nostro, qui nos in filios adoptauit, & amari atque honorari vult à nobis vt pater, [ & à domino Iesu Christo, id est, à filio qui nos de manu inimici redemit, & suo dominio mancipauit, & est saluator atque rex noster. Gratiam & pacem optat à patre & filio, nec adiungit spiritum sanctum, quia ipse spiritus sanctus donum dei est: & donum dei, gratia & pax est. Ideoque tota trinitas in hac salutatione ponitur, dum pater & Christus aperte antè nominantur, & spiritus sanctus gratia & pace significatur. Nullo enim modo dari hominibus gratia potest, qua liberamur à peccatis, & pax qua recōciamur deo, nisi in spiritu sancto.

*Primum quidem gratias ago deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo.*

Commendata multis modis sua persona, & facta salutatione, sicut mos est in epistolis, iterum reddit eos beneuolos, nimiam erga eos ostendendo se habere charitatem. Nam quia illos asperrime erat remorsurus, primò leniter inchoat, & illorum beneuolentiam captat, ne si statim eos acriter reprehendere cœpisset, illorum impatientia reprehensiones illas grauiter ferret, quasi dicat: Multa sum vobis dicturus, [Et primum quidem,] antequam illa dicam, hoc vobis intimo, [Quia gratias ago deo meo pro omnibus vobis,] congaudens bono incepit vestro. Ago, inquam, gratias deo meo, qui cum sit natura & potestate deus omnium, merito & voluntate paucorum est. Ideo dixit, deo meo, Non enim potest vox ista esse nisi sancto rum, quorum deus dicitur, sicut deus Abraam & deus Isaac & deus Iacob. Non potest vox ista eorum esse, quorum deus venter est, vel qui vitium aliud quodlibet fecere sibi deum. [Ago gratias deo, id est, sacrificium laudis illi offero, non per me, sed per magnum pontificem, id est, Iesum Christum. Qui enim vult deo sacrificium offerre, per manus pontificis debet offerre. Et ego tale sacrificium per hūc sacerdotem offero pro omnibus vobis, vt & vos similiter faciatis, agētes semper deo gratias pro beneficiis quæ vobis contulit. Agere enim deo gratias, est sentire omnia bona ab eo esse data, & pro his laudare corde, voce & opere. Agatis & vos gratias deo per Iesum mediatorem nostrum per quem vobis deus dedit quicquid boni habetis, & per quæ accipit quicquid boni offertis. Vel ita: Ago gratias pro omnibus fidelibus. Et primum quidem pro omnibus vobis, scilicet quia vos primi estis, quoniam Romana ecclesia primatum habet inter omnes ecclesias. Et hic quoque patet quod hæc epistola debuit prima poni. Ago gratias deo, quem digne colēdo

meū facio, nō per legem, sed per Christum. Ago inquam gratias, primum quidem pro vobis, deinde pro cæteris. Primum pro vobis, de quibus magna omnibus vtilitas venit, quia fides vestra etsi nondum perfecta, iam tamen] Annuntiatur in vniuerso mundo. Roma tunc erat caput mundi, & de toto orbe illuc conueniebāt, atque Romanos suscepisse fidem Christianæ religionis vbique diuulgabant, sicque iam securius cætera per orbem nationes eandem fidem suscipiebant. Et hæc est laus fidelium Romanorum, quia tale de eis exemplum vbique spargebatur. Ideoque cauere debebant ne sicut fama fidei ipsorum procul audita fuerat, ita rumor dissensionis audiretur, & multis noceret. Incitatur enim ad profectum per hoc quod fides eorum vbique renuntiatur. Fides est diuinitatis confessio, & religionis solidum fundamentum: qua veraciter credimus id, quod videre non possumus. Proprie verò nomen fidei inde vocatur, quia fiat quod dictum est aut promissum. Fides enim est dicta ab eo, quod inter vtrosque placitum est, id est, inter deum & hominē, scilicet vt hō faciat opere quod dicit ore: & deus reddat ei beatitudinē quā promissit.

*Testis enim mihi est deus: cui seruiō in spiritu meo in euāgelio filij eius, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis, obsecrans si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos. Desidero enim videre vos, vt aliquid impartiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos, id est, simul consolari in vobis, per eam quæ inuicem est, fidem vestram atque meam.*

Dixi quia gratias ago pro vobis, & hoc non fallaciter dixi: nā deus est mihi testis quod semper sum vestri memor in orationibus meis. [Deus,] cuius scientia non fallitur, ipse [Mihi testis est:] qui nouit arcana, qui veritatem considerat, ipse mihi testis est, quod vera sunt quæ dico. [Cui seruiō in spiritu meo,] id est, in affectu mentis meæ: quia homo per simulationem illi famulatum exhibeo, sed quicquid foris bene erga seruitutē eius operor, hoc intus in voluntate cordis similiter facio. Seruiō illi, & hoc [In euāgelio filij eius,] id est, in prædicatione vnigeniti eius, per cuius incarnationem & mortem ac resurrectionem annuntio datam esse mundo salutem. Et ipse pater mihi testis est, quod in orationibus meis semper facio memoriam vestri, id est, quotiescunque oro pro me, oro & pro vobis: nec vestri obliuiscor in precibus meis, sed iugiter memoro, & hoc sine intermissione. Ecce prior facit Apostolus, quod alijs præcipit: Sine intermissione orate. Et tamē quod ait, [Sine intermissione memoriā facio vestri,] non sic accipiendum est, quasi semper hoc ageret, cum fragilitas humana hoc implere

nō possit: sed ita potius intelligendū est, quod nullus dies pertransiret, in quo pro eis non oraret. Hoc etiam dicit vt eum diligant, & audire desiderent, quem tanto studio pro ipsis orantem cognoscunt. Memor vestri sum in precibus meis, [Obsecrās,] id est, ob sacra quæ per cepistis, deum orans, [Si quomodo, id est vt aliquo modo prospero vel aduerso,] Tādem, id est, post multa desideria, [aliquando,] id est saltem semel, si sepius non potero: seu aliquando, id est, aliquo tempore, siue ætatis, siue huius, [Habeam iter prosperum,] id est, efficacis desideriorum meorum, [Iter] dico [Veniendi ad vos,] & hoc] in voluntate dei] quia tunc erit vtilis aduentus meus. Prosperum iter habeā in voluntate dei, quoniam aliter prosperum iter non habeo, nisi voluntas dei, quæ omnia nouit, & in bonis omnibus nos præuenit ac fouet illuc me direxerit, vbi fructum aliquem habeā. Vel prosperum iter habeam in voluntate dei, quia non semper prosperitas itineris in dei voluntate perficitur, sicut eorum qui prosperi successibus ad malum currunt. Ideo venire ad vos obsecro, quia [Desidero videre vos] ob hoc scilicet, [Vt impartiar vobis aliquid, id est, vt faciam vos in aliquo participes spiritualis gratiæ, qui nunc carnali sensu adinuicem contenditis. [Impartiar vobis aliquid gratiæ spiritualis, quæ est in me, id est, gratuiti beneficij dei videlicet prædicationis, vel miraculorum, [Ad cōfirmādos vos,] id est, vt vos confirmē, quia iam aliquid habetis, sed adhuc infirmi & vacillantes estis, ideoque spirituali gratia ad confirmationem indigetis, per quam firmi esse possitis. Volo inquam vobis impartiri aliquid gratiæ spiritualis ad confirmandos vos in fide, id est, volo simul consolari in vobis, [per eam quæ inuicem est fidē,] vt per cōmunē fidem inuicē cōsolemur, & de gratia sancti spiritus inuicē gratulemur, Modò enim sum ego desolat⁹, & vos similiter licet non sentiatis. Sed si consolationem accipiemus ego & vos, si ego opus meum in vobis firmum & stabile videre, & si vos apostolicæ gratiæ fueritis participes. Et ita [simul,] id est, vicario modo & ego in vobis, & vos in me, cōsolationem habebimus, [per eam fidem quæ est inuicem,] id est, communis, quod est græce catholica. [fidē, dico vestram atque meam, id est si vestram fidem videro meam, & meam esse vestram, vt vna eademque sit & vestra & mea fides tunc simul consolabimur.

*Nolo enim vos ignorare fratres, quia sepe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc, vt aliquem fructum habeam in vobis, sicut & in cæteris gentibus. Græcis ac barbaris: sapientibus & insipientibus debitor sum: ita quod in me promptum est, & vobis qui Romæ estis, euāgelizare.*

Credendum est quod dixi, me desiderium habere veniendi ad vos, quia [o fratres] mei, id est eiusdem matris ecclesiæ filij, [nolo] vobis igno-



ignorare] quod non solum [volui, sed proposui venire ad vos, & hoc [sæpe proposui,] sed efficere nondum potui, quia [prohibitum usque adhuc] id est, usque ad hoc tempus, vel à spiritu sancto, vel à membris diaboli multa impedimenta mihi, dispensante deo, ingerentibus. Ideo toties proposui ad vos venire, [vt habeam in vobis aliquem fructum, æternæ mercedis,] sicut & in cæteris gentibus, id est, vt pro labore prædicationis, quam vobis impendero, habeam fructum supernæ retributionis, sicut habiturus sum pro cæteris gentibus: quibus hucusque prædicaui ab Ierusalem in circuitu per vniuersam Asiam usque; in Illyricum, vbi Europa incipit. Exemplo gentium istarum, prouocat Romanos. Vel [habeam fructum in vobis,] id est, vt vos accepto semine prædicationis, fructificetis virtutes & opera bona, quia fructum illum reputo meum. Volo, inquam, fructum in vobis taliter acquirere, sicut & in cæteris: quia omnibus [Sum debitor,] omnibus debitorem fecit me deus, [Græcis ac barbaris, sapientibus & insipientibus.] Græci duabus appellationibus omne hominum genus distinxerunt, dicentes vnumquenque vel Græcum esse vel barbarum. Nam quia ipsi Græci legibus utebantur, omnes reliquos tanquam sine legibus viuentes, barbaros appellauerunt. Et Apostolus non solum Græcis, sed & barbaris, nec solum sapientibus, sed & insipientibus debitor est, quia omnibus prædicare missus est. Græcos dicit sapientes, apud quos omnis philosophia erat: barbaros autem vocat insipientes, velut imperitos. Sed quomodo his omnibus est debitor, qui nihil ab eis accepit, nisi quia per gratiâ sancti spiritus ei datum est, vt omnium istorum linguis loqui nosset? Nam quia linguarum notitiam non pro se quis, sed pro his quibus prædicandum est, accepit, debitor omnibus illis efficitur, quorum accipit à deo linguæ notitiam. Sapientibus autem debitor est per hoc quod accepit sapientiam in mysterio absconditam, quam perfectis & sapientibus loqueretur. Insipientibus quoque factus est debitor in eo, quod patientiæ gratiam & longanimitatis accepit. Summæ etenim patientiæ est, ferre insipientium motus. Itaque debitor est Apostolus [Sapientibus,] vt eos ad maiora sapientiæ arcana promoueat: & [Insipientibus,] vt illos erudiat, & tandiu patienter ferat, donec ab illis insipientiam remoueat. Posunt etiam iusti nomine sapientium, atque peccatores appellatione insipientium designari. Et Apostolus debitor est [Sapientibus & insipientibus,] quia prædicatoris est debitum, iustis inuigilare ne cadant, & peccatoribus vt resurgant: iustos admonere vt viam iustitiæ teneant, peccatores corripere vt viam iniquitatis deserant. Debitor sum Græcis & barbaris, atque sapientibus & insipientibus. [Ita & vobis qui Romæ estis,] sum debitor euangelizare, quia sicut alijs, sic & vobis debeo prædicare, quoniã ad omnes sum missus. De Iudæis tacet, quia magister gentium est. Quod scilicet euangelizare promptum est in me, quia ad hoc agendum sum paratus & velox.

*Non enim erubescō euāgelium: Virtus enim dei est in salutē omni credenti, Iudæo primū & Græco. Iustitia enim dei reuelatur in eo ex fide in fidem: sicut scriptum est, Iustus autem ex fide uiuit.* Abat. 1.

Ideo sum promptus ad euangelizandum, [Quia non erubescō euāgelium,] id est, nulla est mihi erubescētia ex prædicatione euāgelij, sicut nonnullis qui erubescēbant prædicare Christum crucifixū, non intelligentes nihil dignius deo, quàm quod ad humanam salutem proficit. Nam insigne virtutis & pietatis est, quod dominus propter salutē imaginis suæ dignatus est usque ad passionem crucis humiliari. Quod nunc Apostolus intuetur, [Non erubescō, inquit, euāgelium.] Et quare non erubescō? Quia ipsum euāgelium [Est virtus dei,] id est, quod in euāgelio prædicatur, videlicet crux & mors & resurrectio saluatoris, est virtus dei, quanuis stultitia videatur incredulis. Nulla enim maior virtus est, quàm deuicta morte, homini vitam perditam reddere. Talis [virtus est] euāgelium, videlicet quia virtutem victoriæ Christi annuntiat. vel [virtus est, quia gratiam præstat, per cuius auxilium valeamus facere quæ præcepit: Quod quia lex non fecit, infirma fuit. Virtus est valens,] in salutē omni credenti, Iudæo primū, ac deinde Græco, id est gentili, hoc est, omni credenti, tam de circuncisione, quàm de præputio, valet euāgelium ad æternam salutem. Iudæus causa patrū, & quia prior cognouit deum, præponitur gentili, quanuis non sit iam dignior propter hoc quod dominus dixerat, filius meus primogenitus Israël. Verè euāgelium est virtus dei. [Nā iustitia dei reuelatur in eo,] quæ velata fuerat in veteri testamento. Vel ita: Verè euāgelium valet in salutem omni credenti, [nā iustitia dei reuelatur in eo,] id est, iustitia fidei quæ tegebatur in lege. [iustitia enim dei est] quæ gratis iustificat impium per fidē sine operibus legis. Quam reuelat euāgelium, dum dat fidem homini, per quam iustificatur qui credit deum iustum & veracem in promissis, vt inquirentes se remuneret: & contra, negligentes se damnet. Iustitia dico, tendens [ex fide in fidem,] id est, ex fide veteris testamenti in fidem noui. Populus enim Israël in fide erat, quia crediderat deo & Moyfi famulo eius. Ex qua fide nunc ad fidē euāgelicam transit. Eius quippe est iustitia, qui transit de fide in fidem, vt libenter transeat Iudæus, & quicumque alius ex fide veteris in fidem noui testamenti. Iustitia enim reuelatur ex fide,] legis, vbi prædicatur vnus deus [In fidem] euāgelij, vbi manifestatur pater & filius & spiritus sanctus. Ex fide primi aduentus domini, in fidem secundi. Ex fide humanitatis Christi, in fidem eius diuinitatis. Ita reuelatur in euāgelio ex fide iustitia, per quam saluamur sicut scriptum est in Habacuc: *IVS TVS autem ex fide,] id est, qui iustificatus est ex fide, [VIUIT,] id est, æternam vitam cōsequitur. Et ita ex fide iustitia, & ex iustitia vita. Vel iustus*

stus uiuit interim [Ex fide,] dū est in hac peregrinatione donec ad patriam perueniens, uiuat ex specie. Per fidem uiuere incipit anima quæ per infidelitatem erat mortua. Fides autē qua uiuitur, ipsa est quæ per dilectionem operatur: quoniam fides si non habeat opera, mortua est in femetipsa. Quod tamen de illis qui tēpus operandi habent, intelligitur. Nam si quis mox vt per fidem in baptismo iustificatus est, ex hac luce migrauerit, hic sola fide sine vllis operibus vitam consequetur. Qui verò tempus bene operandi habet, & operari negligit, frustra de fide præsumit. Quod Apostolus dixit, quia iustus ex fide uiuit. In propheta sic legimus. Iustus autem in fide sua uiuet. Sed ideo Apostolus magis translatione Septuaginta interpretum vsus est, quia scribebat Romanis, qui scripturas Hebraicas nesciebāt: nec erat ei cura de verbis, cum sensus esset in tuto, & damnum ex eo præsens disputatio non haberet: quia & Hebræi qui Græcas literas didicerant, editionem Septuaginta interpretum legebant. Ob hoc ergo & istud & alia plura testimonia quæ ponit, ab Hebraicæ veritatis translatione, qua nunc utimur, discordare videtur: quia aliquando sumit à Septuaginta interpretibus, aliquando sicut loquens eodem spiritu quo prophetæ, sensum sumit tantummodo, vtens suis verbis, suaque dispositione.

*Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui veritatē Dei in iniustitia detinent: quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta, cōspiciuntur: sempiterna quoque virtus eius & diuinitas, vt sint inexcusabiles.*

Nunc aggreditur gentiles secundum priorem statum, qui iactabant bonam naturam, & excusabant suas turpitudines per ignorantiam, ostendens eos & prius notitiam habuisse, & post per culpam perdidisse, atque bonam naturam sibi ipsi à Deo relictam, in omnia mala precipitaram. Quasi dicat: in euāgelio, [REVELATUR iustitia Dei] nō solum qua iustificat per fidē pœnitentes, sed & qua damnat in malitia perseverantes. Nam ira Dei quam iustè peccatibus inferet, id est, vindicta qua eos percutiet, reuelatur in eodē euāgelio super eos uentura de cælo. Vel ita: Ex fide est iustitia, & inde ira, id est pœna. [NAM ira Dei reuelatur, &c.] Non dixit, Infertur, sed, Reuelatur. Vbi enim reuelatur, non infertur, non percutit: sed reuelatur, vt terreat, & territis non inferatur. Reuelatur per euāgelium, quæ antè erat occulta hominibus. Reuelatur ira Dei, id est, inmaduersio districti iudicis. Reuelatur [DE CÆLO] vt nouerint homines non solum beneficia, sed &

plagas expectare de cælo. Vel [DE CÆLO] id est, de ecclesia reuelatur ira futuri iudicij, quoniam ab ecclesia manifestatur peccantibus ira iudicis venturi de cælis in fine seculi. [S VPER omnem impietatem & iniustitiam hominum] id est, ad conculcandam in supplicijs eorum peruersitatem, qui debitum cultum Deo denegant, & qui in luxuria cæterisque vitijs male uiuunt. Impietas enim infidelitatē significat, iniustitia verò criminofam conuersionem. Impietatem hominum. Eorum hominum dico [QUI veritatem Dei detinent in iniustitia.] Omne quod mutari potest, veritas nō est. Veritas Dei est inuisibilis, & incommutabilis eius substantia. Quam detinent in iniustitia, quicumque per visibiles & mutabiles creaturas, hominibus demonstrauerunt colendam idolorum culturā. [VERITATEM Dei] id est, quod ipse est verus Deus: DETINENT in iniustitia] quia cū vere sciunt vni creatori Deo se debere cultū summæ venerationis exhibere, eum iniuste exhibēt creaturæ. Vel [VERITATEM Dei, id est, verā de Deo cognitionē, DETINENT in iniustitia] id est in malo opere, malentes iniuste morari in voluptatibus suis, nec pro Dei veritate quæ se illis sponte offert, volentes à nequitia sua recedere, sed ipsam veritatem in nequitia, si fieri possit, detineri secum. Dixi quia detinent veritatem Dei, nec sinunt vt ad aliorum notitiā perueniat, dum simulachra pro Deo decent adorari. Nam illi nouerunt ipsam veritatem, quam cæteris abscondunt: quia [QUI notum est Dei] id est, quod naturali ingenio sciri potest de Deo, MANIFESTVM est illis.] Multa enim sunt quæ de Deo per naturam sciri nō possunt, sicut est mysteriū incarnationis & passionis, quod latuit sapientes mundi. Sed hoc de eo naturaliter sciri potest, quod ipse sit Deus: quia omnis creatura ostendit se non esse Deū, sed esse alium qui eam fecerit, cuius seruitio parere necesse sit: Itaque quod notum est de Deo manifestum est illis. Vel manifestum est in illis, id est in cordibus eorum, quamuis exterius in opere ipsorum non appareat. Habent enim in se vnde noscant eum, scilicet naturalem rationem. Verè manifestū est in illis, siue illis, quia Deus per opus suum manifestauit illis, quoniã virtus eius occulta ex his quæ palam sunt, manifestatur. Dominus manifestauit, id est, non solum naturalis ratio profuit, sed Deus quotidie adiuuit, ne sola natura sufficere videretur. Deus illis manifestauit ostensione creaturarum, quoniam naturali ingenio intellexerunt quia hoc non est creator, quod creatura. [NAM inuisibilia ipsius] id est, eternitas, virtus, diuinitas & omnipotentia conspiciuntur [A creatura mundi] id est, ab homine, in quo per quandam affinitatem omnes creaturæ sunt, quia commune habet esse cum lapidibus, uiuere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cū angelis. Ab hac creatura mundi, id est, ab homine [conspiciuntur inuisibilia Dei, intellecta per ea quæ facta sunt] id est, per creaturas. Nam si vigilanter exteriora conspiciamus, per ipsa eadē ad interiora reuocamus. Vestigia quippe creatoris sunt mira opera visibilis creaturæ, quoniã per

per hæc quæ ab ipso sunt, imus ad ipsum, menti enim nostræ peccato suo exterius sparſe, necdum Deus sicut est interius innotescit: sed dum facturæ suæ decus foras ponit, quasi quibusdã nutibus innuit, & quæ intus sequamur ostendit, ac miro modo ipsis formis exterioribus nos ad interiora perducit. Viæ quippe ad creatorem sunt opera considerata creaturæ, quæ dum facta cernimus, potentiam factoris miramur. Nã quocumque se verterit anima, si vigilanter intendit in iisdem ipsis Deum inuenit, per quæ reliquit: eiusque potentiam ex eorum rursus consideratione cognoscit, quorum amore deseruit: & per quæ auersa cecidit, per hæc conuersa reuocatur. Vbi enim lapsi sumus, ibi incubimus vt surgamus. Et quasi ibi surgendo manum considerationis figimus, vbi pede amoris lubrici corruentes, negligendo iacebamus. Quia enim ab inuisibilibus per visibilia cecidimus, dignum est vt ad inuisibilia ipsis rursus visibilibus innitamur: & quo casu anima venit ad infima, eo gradu reuertatur ad summa. Bene itaque dicitur, quod [INVISIBILIA Dei conspiciuntur à creatura mundi,] id est ab homine: INTELECTA per ea quæ facta sunt, quoniam per visibiles facturas intelligitur inuisibilis factor. Sic enim & gentiles quæ amuis legem aut prophetas non haberent, cognouerunt Deum, per visibilem scilicet creaturam peruenientes ad intelligentiam inuisibilis creatoris. INVISIBILIA ipsius à creatura mundi id est, ab homine, qui omni creaturæ mundi præeminet: vel [A creatura] id est, à constitutione mundi, conspiciuntur intellecta per ea quæ facta sunt ab eo. SEMPERITERNÆ quoque virtus eius & diuinitas] quæ nihilo minus sempiterna est, ex coniecturis agnoscitur creaturæ similiter. Virtus est quæ regit omnia, diuinitas quæ replet vniuersa. Potest etiam [SEMPERITERNÆ virtus eius] intelligi filius eius, per quem facta sunt omnia, & qui nunquam cœpit, sed sempiternus est cum eo, diuinitas autem spiritus sanctus. Intelligitur itaque per visibiles creaturas inuisibilis pater, & sempiterna virtus eius, quæ est filius, ac diuinitas, id est, spiritus sanctus, ad quem maximè sanctificatio pertinet. Ita vt gentiles qui scripturas diuinas non habebant, sint inexcusabiles, quoniam non fuerunt veritatis ignari, sed ipsi veritati quæ se illis reuelauerat, extiterunt ingrati.

*Quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis & volucrum & quadrupedum & serpentium. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorũ in immunditiam, vt con-*

*tumeliis afficiant corpora sua in semetipsis, qui commutauerunt veritatẽ Dei in mendacium, & coluerunt & seruiuerunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus Deus in secula, Amen.*

Non possunt excusari de ignorãtia, sicut volebant asserere, Quia reuera per naturalem rationem cognouerunt Deum. ET cum cognouissent eum, non glorificauerunt eum sicut Deum bene viuendo & colendo, aut etiã [GRATIAS illi non egerunt] de cognitione eius, quam ipso donante perceperant. Debuissent enim illum glorificare digne colendo & prædicando, atque volutatem eius faciendo, & gratias illi semper agere, quod eorum cordibus notitiam sui dignatus esset infundere. Gratias agere, id est, pia deuotione grati existere, vt recognoscerent se sapientiam & omnia bona ab illo habere. Sed non glorificauerunt eum, nec gratias ei reddiderunt, sed sibi tribuentes sapientiam, quam à se non habebant, & se putantes aliquid esse, cum nihil essent, euauerunt in cogitationibus suis, quas à se, non à Deo conceperant. ET obscuratum est] paulatim [cor eorum] donec omnino fieret insipiens. EVANVERUNT,] quoniam vani, & falsi fuerunt in cogitationibus suis, & ratio mentis eorum fumo superbiæ obscurata est, dum in seipsis gloriarentur. Et vere euauerunt. NAM dicentes se esse sapientes] id est, iactantes se quasi proprio sensu sapientiam inuenisse, [stulti facti sunt] id est, obscuratum est insipiens cor eorum. Cum enim quidam cor eorum non solum ad instituta vtilissimarum artium, & doctrinam liberalium disciplinarum, sed etiã ad inquisitionem summi boni aciem mentis intenderint, & inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspexerint, non agentes tamen gratias Deo, nec confitentes illum sibi esse huius facultatis autorem, sed dicentes se esse sapientes, id est, non in Deo, sed in semetipsis gloriantes, quasi ad veritatis inspectionem iuis studiis atque rationibus propinquassent, EVANVERUNT in cogitationibus suis] & quod il luminante dei gratia inuenerant, obcæcante superbia perdiderunt, relapsi à superna luce in tenebras suas, id est, ab incommutabili atque æterno bono, ad mutabilem corruptibilemque naturam. ET mutauerunt] non solum sensu, sed & opere: quantum ad se, mutauerunt [gloriam incorruptibilis dei] talem scilicet fingentes deum, qualis non est, & non sicut eum cognouerunt tradentes hominibus, sed simulachra pro deo coli cæsentes. Qui dum per cogitationum suarum vanitatem formas & imagines in deo requirerent, dei imaginem perdidderunt: & in tantas stultitiæ tenebras deuoluti sunt, vt gloriam dei ad corporalem & corruptibilem humanæ formæ effigiem verterent, & diuinæ maiestatis eminentiam ad brutorum animalium formas inclinarent. MUTAVERUNT gloriam dei,] qui est incorruptibilis & æternus, IN similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis,] quasi similem facientes gloriam dei, id est, gloriosum deum imaginem

imagini hominis, & ipsam imaginem velut deum colentes. Nec solum in similitudinem hominis mutauerunt gloriam dei, sed etiam in similitudinem [VOLUCRVM & quadrupedum & serpentium.] A dignioribus creaturis ad minus dignas gradatim descendit, vt ostendat illos in profundiores stultitiæ tenebras corruisse. Mos fuit ab antiquo Romanis adorare simulachra hominum, vt Romuli, Iouis, & aliorum, maxime ab aduentu Aenæ in Italiam: volucrum autem & quadrupedum atque serpentium, ex quo Alexandria ab Augusto victa est, & Romæ subiugata. Consueuerant enim colere deos omnium gentium, quas superassent. In tam viles formas mutauerunt, vt dictum est gloriam dei. [PRÓPTER quod Deus tradidit] id est, dimisit, ILLOS in desideria cordis eorum.] Tradere enim dicitur deus, dum non retinet delinquentes, propter arbitrii libertatem ad malum promptissimam. Manifestum quoque est deum operari in cordibus hominum, ad inclinandas eorum voluntates quocumque voluerit, siue ad bona pro sua misericordia, siue ad mala pro meritis eorum, iudicio vtique suo, non nunquam aperto, non nunquam occulto, semper autem iusto. Nam propter præcedentia peccata, multiplicantur sequentia. Et deus qui peccatorem diu expectat vt redeat, non redeunti atque continenti, ponit adhuc vbi grauius impingat. Peccatum quippe quod per penitentiam citius non deletur, aut peccatum est & causa peccati, aut peccatum & pœna peccati, aut peccatum simul & causa & pœna peccati. Omne enim quod prius male committitur, peccatum est. Sed si citius penitendo non tergitur, iusto iudicio omnipotens deus obligatam peccantis mentem, etiam in culpam alteram permittit cadere. Peccatum ergo quod penitentiam lamento non diluitur, peccatum est simul & causa peccati: quia ex illo oritur, vnde adhuc peccatoris animus altius obligetur. Peccatum verò quod ex peccato, id est, ex secundo sequitur, peccatum simul est & pœna peccati: quia ex crescente cæcitate ex retributione prioris culpæ generatur, vt quasi iam quædam sint in peccatore supplicia, ipsa incrementa vitiorum. Fit verò non nunquam vt vnũ idemque peccatum, & peccatum sit & pœna peccati simul & causa peccati. Quod bene Apostolus hoc loco demonstrat, dicens de infidelibus ac lubricis [CVM cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis.] Ecce est peccatum & causa peccati. Ex qua causa quid sequatur, adiungit: ET obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & volucrum, & quadrupedum, & serpentium.] Ecce est peccatum solummodo. Et pœna peccati esset, si non adhuc ex hoc peccato & aliud sequeretur. Nam post infidelitatem eorum subditur: PRÓPTER quod tradidit illos deus &c.] Qui igitur cognoscentes deum, non sicut deum glorificauerunt, ex eo peccato & causa peccati ad hoc quoque perducti sunt, vt ad cultum serpẽ-

tium & volucrum laberentur. Sed quoniam per hanc etiam cæcitatem vsque ad immunditiam carnis & contumelias ceciderunt, ipsa infidelitatis eorum cæcitas præcedenti iudicium & peccatum est & pœna peccati: subsequenti vero immunditiæ, peccatum facta est & causa peccati. Prioris itaque peccati merito, peccatorum subsequentium fouea tegitur, vt qui malum sciens perpetrat, deinceps iuste in aliis etiam nesciens cadat. Hoc quippe agitur, vt culpis culpæ feriantur quatenus supplicia fiant peccantium ipsa incrementa vitiorum. Merito itaque post idololatriæ culpam subditur: Propter quod tradidit illos deus &c. quoniam deus illos iuste deseruit & propriis voluntatibus tradidit, quia si bi prætulerant idola, & sicut scriptura loquitur: initium fornicationis est exquisitio idolorum, & adinuentio illorum corruptio vitæ est. Tradidit igitur illos ob idololatriam, id est, subtrahendo gratiam suam, permisit illos [Ire in desideria cordis eorum] id est, vt inciderent in ea, quæ cor eorum desiderabat secundum carnis ardorem: desideria dico tendentia in immunditiam, id est, in carnis maculationem vsque; adeo, vt afficiant corpora sua contumeliis] id est, vt sibi ipsis applicet corpora sua, IN contumeliis,] id est, in contumeliosis operibus. Contumelia est quæ ingeritur alicui contra dignitatem personæ. Et isti corporibus suis ac naturæ grandæ fecere contumeliam, subdendo se tam pudendis turpitudinibus. Contumelias affecerunt corpora sua, & hoc [IN SEMETIPSIS,] id est, etiam soli sine alijs se maculant. Illi sic afficiunt corpora sua, qui commutauerunt veritatẽ dei in mendacium, id est, quod de deo verum est, dederunt idolo, quando sicut scriptura dicit: Incommunicabile nomen imposuerunt lignis & lapidibus. Nomen quippe deitatis est incommunicabile creaturis, quoniam solus creator proprie & vere deus nominatur. Sed gentiles hoc nomen imposuerunt lignis & lapidibus, quando idola lignea & lapidea instituerunt appellari deos. Et hoc est quod nunc dicuntur, in mendacium mutasse veritatem dei. Veritas enim dei, quod ipse veraciter deus sit. Quam veritatem vertit in mendacium, qui idolum dicit vel putat esse Deum. Falsum enim hoc. Nec solum ita veritatem mutauerunt in falsitatem, æstimantes idola deos esse, quod falsum est, sed etiam coluerunt ipsa idola, ne dicerent, non colo simulachra, sed res eorum, vt solem & cætera huiusmodi. Coluerunt non creatorem, sed creaturam, id est, non deum, sed idola, diligenter ornando coronis aureis ipsas imagines dæmonum, & eas flexis genibus adorando. [Et seruiuerunt] thura & sacrificia offerendo [creaturæ potius quàm creatori,] quasi esset melius seruire creaturæ, id est, idolis & dæmonibus, quàm deo, [qui est benedictus in secula,] id est, in æternum, [amen,] id est, verè. Cui qui adhæserunt, ipsi cum eo benedicti erunt in secula veraciter. Sed gentiles effecti sunt maledicti & temporales, qui benedictum in secula reliquerunt.

*Propterea tradidit illos deus in passionem ignominiam. Nam femina eorum im-*

Locus ob  
scurior.

Ephes. 4.

Sapi. 14.

Sapi. 14.

mutauerunt naturalem vsum, in eum vsum qui est contra naturam. Similiter autē & masculi, relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in desideriis suis inuicem, masculi in masculos turpitudinē operantes, & mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes.

Dixi quia seruierūt creaturæ, [propterea tradidit illos deus,] id est, ire permittit [in pafsiones,] id est voluptates, quæ etſi delectent, sunt pafsiones naturæ. Et iterum vindicta. Præcedens enim culpa qua seruierunt creaturæ, vindicata est, subsequētibz turpitudinum pafsionibus. Superius dicti sunt mutasse gloriam dei in similitudinem imaginis volucrum & serpentiū, nec tamen coluisse dixit eos illa. Et propterea ceciderunt in immūdiciam carnis vindice deo, cuius gloriā in idōla mutauerūt. Deinde crescente errore, coluerunt pro deo ipsa idōla quæ fecerant, & seruierunt eis, sicut Apostolus loquitur, ac propterea detestabilioribus adhuc immunditiis puniuntur. [Tradidit illos deus in pafsiones ignominia,] id est in ardores voluptatū nec nominandarū. Ignominia enim dicitur, quasi sine nomine. Appellatur enim ignominia, eo quod desinat habere dignitatis nomē ille qui in aliquo crimine deprehēditur. Et verē in ignominiosas pafsiones traditi sunt: [Nam fœminæ eorum immutauerunt naturale vsum.] Nō dixit coniugalem vsum, sed naturalem: eū volēs intelligi, qui fit in mēbris ad hoc creatis, vt p ea possit ad generādū vterq; sexus cōmisceri. Ac per hoc cū eisdem mēbris etiā meretrici quisque miscetur, naturalis est vsus, nec tamē laudabilis, sed culpabilis. Ab ea verō parte corporis, quæ nō ad generandū est instituta, etſi cōiuge quis vtatur, cōtra naturam est & flagitiosum. Ita immutauerūt fœminę eorū naturale vsum, in eū qui est contra naturā, quia ipsæ fœminæ in fœminas turpia exercuerunt. Nec solūm fœminæ cōtra naturam fornicatæ sunt, sed etiā masculi similiter relicti fœminis, quibus naturaliter possent misceri, exarserunt per iniquam voluntatem [In desideriis suis,] id est, à se genitis. Exarserūt spiritu fornicationis inuicem, & nequissima desideria compleuerūt turpissimis operibus, [Et mercedē quā oportuit erroris sui,] id est, vindictam dignā & congruā peccato erroris sui receperūt, [in semetipsis,] id est, deum vindicauerūt in natura sua. Ideo enim Apostolus ipsa crimina euidenter expressit, vt cognoscamus eos rationē perdidit se naturæ, qui tā amētes effecti sunt, vt omnia peruerterent in deū peruersi. Neque enim ordinem naturæ seruare poterant, qui autorē naturæ dereliquerant. Idcirco fœminæ in fœminas, & viri in viros turpia egerūt, in quibus par culpa fuit, tā fœminarū quam etiam virorum.

Et sicut non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobū sensum, vt faciant ea quæ non conueni-

unt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, cōtentione, dolo, malignitate, susurrone, detractores, deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obediētes, insipientes, incompósitos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia. Qui cum iustitiam dei cognouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte: non solū qui faciunt ea, sed etiā qui cōsentiunt faciētibz.

Prædicta mala fecerūt gētiles. Et quia necdū respiscere voluerūt, adhuc in alia ceciderunt. Cōmiserūt enim abominanda quæ diximus, & [non probauerunt] eū hęc habere in notitia,] id est, cū multis rationibus possent probare deū habere in notitia hęc crimina, tamē putauerūt deū ignorare & negligere ea. Et sicut ex sua culpa hoc putauerūt, sic ex eadem culpa factum est, quod tradidit illos deus in reprobū sensum, vt putarēt omnia reprobāda esse faciēda: & cū tā turpia operarentur, nescirēt se male ita operari. Vel ita: Nō solū supradictas abominaciones fecerūt, sed etiā [non probarūt,] id est nō elegerūt deū habere [in notitia,] id est, vt cognoscerent eū. Ille probat, id est, probū & laudabile esse iudicat, habere deum in notitia, qui pia deuotione studet eum in animo semper habere, & tanquam præsentē timet eū ac reueretur, & peccare nō audet. Sed hoc gētiles nō fecerunt. [Et sicut nō probauerūt deū habere in notitia,] id est, vt haberent eū in notitia sua, vel eū scirent nosse mala quæ faciebant. [tradidit,] id est, dimisit [illos deus in reprobū sensum,] vt iam nihil intelligāt nisi quod à probitate remotū est: [vt opere faciāt ea quæ nō cōueniūt] rationi vel naturæ: vel ea quæ nō cōueniunt facere, est illa agere quæ diuinæ leges detestātur. Illos dico non parum habentes iniquitatis, sed repletos omni iniquitate. Cuius partes enumerātur, cū subditur: Malitia, fornicatione, &c. Genus enim præmittitur, & species subiunguntur, vt gētiles euidentius accusentur & terreātur. Malitia pertinet ad mentē, fornicatio ad carnē.

Malitia enim est, qua quis machinatur lædere aliū quocūque modo. Fornicatio autē dicitur à fornicibus, id est ab arcuatis, in quibus meretrices prostituebātur. Sed hoc in loco intelligitur fornicatio nominari, quicquid extra legale connubiū cōmittitur. Auaritia verō est insatiabilis amor habendi. Nequitia est temeritas vel præsumptio, quādo quis audet quod nequit efficere. Vel nequitia dicitur à nequicquam: & est defectio boni, qñ quis ab amore celestium deficit, & in amore terrenorū exardescit. Sic enim tēdit ad nequicquā, id est, ad vanitatē & ad nō esse, recedēs à vero dei esse. Inuidia verō est, quæ aliena fœlicitate torquetur. & in duplī cē scinditur pafsionē, cū quis aut quod ipse est, alium

aliū esse non vult: aut aliū videns esse meliorē dolet se non esse consumilem. Homicidium autem, ex homine & cæde cōpositum est. Et pulchre homicidium inuidiæ sociavit Apostolus, quoniā ipsa est prima huius criminis materia. Nā primū homicidiū & diaboli & Cain, de inuidia ortū est, & adhuc nonnūquā fuit homicidia per inuidiā. Contentio autē est, vbi nō ratioe aliquid, sed animi pertinacia defēditur: & vbi non veritas quæritur, sed animositas fatigatur. Dol° verō est mētis calliditas, ab eo quod eludat. Aliud enim agit & aliud simulat. Dol° in quā est occulta malitia, blādis sermonibz ad ornata, cū aliud sonat in ore & aliud latet in corde. Malignus autē est mala volūtas, quæ malo igne accēsa, neminē vult amare, nec operari vnde debeat amari. Inter malitiā & malignitatē hęc distinctio est, q cogitatio praua mētis, malitia dicitur: malitiæ autē votū vel opus, malignitas appellatur. Susurrone verō sunt, qui in auribz alicuius loquūtur malū de alio. Detractores autē, qui virtutes ab aliquo suis verbis detrahūt vel minuūt. Susurro qppe à sono loquutionis dicitur: quia nō in facie alicuius, sed in aure loquitur secrete derogando. Detractio autē est, aliorū bene gesta opera vel in malū uitio se mutare, vel inuidēdo fallaci fraude diminuire, cum mala dicūtur quæ bona sunt, aut parua bona quæ magna sunt. Detrahēre enim ē, bona alteri deorsum trahere, id est, inclinare & premere, vel de ipsis bonis aliqua trahere, vt pauciora seu minora quā sūt, ostēdātur esse. Ne autē viderētur susurrone & detractores parū peccare, mox addidit, deo odibiles. Odibiles enim sunt deo, qui male susurrāt de pximis suis vel detrahūt eis. Vel deo odibiles dicūtur, qui semināt inter amicos discordias. Vñ Salomō testatur quia sex sūt quæ odit de°, & septimū quod detestatur anima eius: ipsumq; septimū est ille, qui semināt inter fratres discordias. Contumeliosi verō vocātur, qui veloces sunt in verborū vel factorū iniuriis. Cōtumelia enim dicitur factū vel dictū, quod indignū & inconueniēs est illi, cui iniuste & cōtumaciter infertur. Superbi sunt, qui iudicāt de se supra quā debeāt esse. Superbia enim est, peruersa celsitudinis appetitio. Peruersa autē celsitudo est, deserto eo cui debet anim° inherere principio, sibi quodāmodo fieri principiū. Hoc fit, cū sibi nimis placet, id est, cū ab illo incōmutabili bono deficit, qd magis ei placere debuit, quā ipse sibi. Elati quoq; sunt qui efferūtur supra mensurā suam, vel qui maiorū institutis nō acquiescūt, dū nolūt pati priorē vel parē. Inuētores malorū sunt, qui noua genera peccādi reperiūt: vel noua tormēta, quibus alios cruciūt, siue nouas leges iniustas, aut alia quælibet mala primi inueniūt. Hęc enim malis studiis illi solēt agēda inuenire, quibz nō sufficit vt faciāt mala quæ priores sui fecerūt, aut quæ cōtemporaneos suos adhuc facere cōspiciūt. Qui verō sunt parētibz nō obediētes, feris sunt indomabiliorez, quoniā feræ suis parētibz sunt subditæ acquiescētes. Insipientes autē sunt, qui ab ipso fōte sapiētia, qui de° est, recesserunt. Et ideo incōpositi, quia omnis insipiēs inordinat° est. Incōpositi, sunt habitu,

incessu & motu. Incōpositio enim corporis, indicat qualitatem mētis. Sine affectiōe sunt, qui viscera dilectiōis, quibus erga alterū moueātur nō habēt, sed durū & insensibile cor erga proximi dilectionem gerunt. Absq; fœdere sunt, qui societate omnīū fugiunt, qui fœdus cōcordiæ & societatis habere cū nullo volunt. Sine misericordia sunt, qui nō cōpatiuntur miseriis aliorum. Et omnia hęc mala fuerūt in gentilibus. Qui cū iustitiam dei cognouissent, non intellexerūt quoniā qui talia agunt, digni sunt morte. Per hoc quod eis naturaliter displicet malum, cognouerunt iustitiā dei. Et licet hanc ita cognouissent, nō tamē intellexerūt eos qui talia faciūt dignos esse perpetua morte. Quoniā si intellexissent, timuissent: si timuissent, nūquā talia cōmiserunt. Amiserunt enim lumē intelligētia, ex quo deseruerūt fontē celestis sapientia. Et ideo quāuis nō intellexissent, nō possunt excusari, quia præcedētibz culpis meruerāt sic excusari. Qui ne putarētur his tātū pœnis affligi quibus delectabātur, id est, supradictis criminū turpitudinibus, addit vltimam mortē æternam Apostolus: Digni sunt, inquit, morte qui talia faciunt. Vbi cum magno timore notandum est, quia nonnulla quæ putantur leuia posuit inter ista pro quibus æterna mors acquiratur, sicut sunt ea quæ faciunt susurrone & detractores, & incōpositi vel cōtētiōsi. [Digni, inquit, sunt morte nō solū qui faciunt ea, sed & qui cōsentiunt faciētibz.] Cōsentire est si quis cū possit reprehēdere, taceat vel aduleatur. Sed faciētes & cōsentientes æternā mortē merētur. Hucusque vitia gentilium Apostolus detestādo manifestauit, ne iam de pristinis actibus se excusaret: sed quales antē fuerant, humiliter recognoscerēt, ne se Iudæis superbē præferrent, sed tātō magis deum diligerēt, ac gratiæ eius obnoxij fierent, quantō plura & maiora peccata ab eo sibi esse dimissā considerarēt.

## CAPVT II.

Propter quod inexcusabilis ē homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterū, teipsum condēnas. Eadem enim agis, quæ iudicas. Scimus enim quoniam iudicium dei est secundum veritatem, in eos qui talia agunt. Matth. 7.

Omnes, inquit, & faciētes, & assentientes, digni sunt morte. [Propter quod,] id est, propter quam causam, [inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas] alios. homo dico, non gentilis tantum, sed & omnis, siue gētilis, siue Iudæus, siue maior, siue minor. Cū enim dicit omnis, subintrat iam monstrare non solūm gētilē, sed etiā Iudæum, qui secundum legē volebat iudicare de gētilibus. Cōmuniter ergo nunc de Iudæis & gentilibus agit. Iudæus enim iudicabat gentile secundum pristina cōuersationem, & gentilis Iudæum. Vterque autem homo. Si Iudæus gentilem iudicat de idololatria, & multi Iudæorum coluerunt idōla. Si gentilis Iudæum de legis præuaricatione, & ipse præuaricator



tor est legis naturalis. [Inexcusabilis iquit es o homo ois qui iudicas.] Hic ostēdit, quia vnusquisq; homo naturaliter scit, quāuis se hoc scire nō aduertat, scilicet se à Deo secundū actus proprios iudicandū. Quomodo enim ipse aliū peccantē iudicio suo dānaret, si deū ita facturū naturali sensu non videret? Oēs enim per naturalem legē atque rationē norunt & innocentia prēmium, & malitiā mereri supplicium. Inexcusabilis es, quia tu ipse testis es dānationis tuæ. Nam [in quo iudicio iudicas alterum] ad dānationem, [in eo condemnas teipsum:] quoniam eadē agis tu ipse, quæ iudicas in altero esse damnabilia. Et sicut iudicas de alio, sic potes scire quod deus iudicabit de teipso. Et verē iudicaberis à deo, sicut iudicaseos qui faciūt ea quæ & tu facis: quia scimus q̄ iudiciū dei est secundū veritatē in eos qui talia faciunt. Non enim accipiet personam in iudicio: sed siue maior, siue minor, siue Iudæus, siue gentilis sit quisque, deus illū vero iudicio, prout dignum fuerit, iudicabit. Notandū quoque q̄ hęc sententia similiter dānandum manifestet etiam nostri temporis quēlibet iudicem, vel ecclesiasticum, vel secularem, qui facit ea quæ in aliis iudicat.

*Existimas autē hoc o homo, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quoniam tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius & patientia & longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas dei ad pœnitentiā te adducit? Secundum duritiā autem tuam & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius: his quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærentibus, vitam æternam: his autem qui sunt ex contentione, & qui non acquiescūt veritati, credunt autē iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animā hominis operantis malum, Iudei primū & Greci. Gloria autē & honor & pax oī operati bonū, Iudæo primū & Græco.*

Nos scimus iudiciū dei esse in eos qui talia faciunt. Sed tu cū eadē facias, putas te euasurū illud iudiciū? Et hoc est quod increpative dicitur. [Existimas autē hoc o homo qui iudicas,] id est, iudicio tuo dānas eos, qui talia agunt, & facis ea: [quoniam tu effugies iudiciū dei?] Quāuis enim potestati nūc sup cæteros habeas, & nō sit qui te in hoc mundo iudicet, nō tamen existimare deū tibi parciturū debes, si male egeris. Putare enim posset aliquis imperitus, q̄ tāto liberio sibi peccare liceret, quāto diligentius alios à peccato cōpesceret. [Existimas quoniam iudiciū ei?

effugies,] id est nūquid ideo tibi de impunitate blādiris: quia deus in præsenti nō reddit? [An cōtēnis diuitias bonitatis eius,] id est, diuitē & copiosam eius bonitatē: quia nūc misericordiē tēpus est, [ & diuitias paciētia ei⁹,] qua peccantes paciēter tolerat. [ & longanimitatis] qua diuitius illos ad pœnitentiā expectat? Seuerē loquitur Apostol⁹, quia mala & dura mēs nō reuocatur nisi terrore. Diuitiē autē bonitatis dei i hoc manifestatur, q̄ tāta quotidie in terris mala faciūt homines, & tamē eis deus solē suū pducit & pluias ministrat, aliāq; multa bona largitur blādiēs, vt ad pœnitentiā per beneficia puocet. Diues esse mōstratur & paciētia eius, qui tot & tāta mala faciētes paciēter sustinet. Diues est longanimitas eius, qm̄ nō statim punit eos, sed expectat ad pœnitentiā per multa tēpora. Sed has diuitias bonitatis & paciētia & longanimitatis contēnit, qui nō sic vitur eis ad pœnitentiā, vt deus intēdit, sed ad vanā securitatē vertit, estimās deū aut nō curare humanas res aut donare qd̄ differt. An cōtēnis, iquit, has diuitias, [ignorās,] id est, nō cogitās, [qm̄ benignitas] id est, pia misericordia dei adducit te, quantū in se est, [ad pœnitentiā,] dū tibi spatiū adhuc tēporis indulget? Ipsa te puocat ad pœnitendū, sed tu [secundū duritiā tuā & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram,] quia durus es, & in malitia tua pertinax, de qua nec corde pœnites. Sunt enim quibus mala quæ agunt, displicēt. Sed tu nec in corde pœnitentiā agis, quia nimis indurātū est in malitia cor tuū. Et [secundū hęc duritiā tuā thesaurizas tibi irā,] id est, accumulās & reponis tibi vindictā exercendā [in die iræ,] id est, in die vltionis extreme. [Ira thesaurizas,] id est, in occulto multiplicās tibi, deterius peccādo p̄ indultū tēporis spatiū. Nā quia conuerti nō vis, etiā spatio tēporis accepto, p̄ hoc mala tua ad reatū auges, p̄ quod ea diluere poterās, si cōuerti velles. De benignitate enim dei iram sibi reprobis thesaurizat, quia dū ad pœnitendū tēpus accipit & ad peccādū expēdit, ipsum remedium gratiē vertit in augmentū culpæ. Vnde & omnipotēs deus, quia collata remedia cōspicit ad culpæ augmentū trahi, ipsam benignitatē quam contulit, in iudicij \* distributionem vertit, vt inde pōst plus feriat, vnde modō amplius expectat: & quia homo deserere malū nō vult vt viuat, augeat vnde moriatur. [Thesaurizas,] inquit, [tibi irā] venturā [in die iræ,] id est in die iudicij, qua deus videbitur iratus esse reprobis, licet nulla mentis perturbatione moueatur. [Et in die reuelationis iusti iudicij,] id est, i qua reuelabitur qd̄ nūc occultū est, iusti iudiciū dei, qui tā iuste iudicabit, [vt reddat vnicuiq; secundū opera eius.] Et verē ita vnicuiq; reddet, nam bonis bona, & malis mala. Et hoc est: [His quidē] reddet gloriā, qui sunt boni operis [secundū patientiā,] id est, qui bona operantur, bene vtētes paciētia dei, vel qui [secundum patientiam] bene operantur, id est, mercedem boni operis sui per patientiam expectant, perdurantes vsque in finem in bono opere & in patientia, vt bona faciant & mala tolerant. His reddet [gloriā,] vt fulgeant sicut sol in regno patris eorū: [ & honorem, vt sint ei similes sicut

1. Ioan. 3. sicut Ioānes dicit: Quia cum apparuerit, similes ei erimus. [Et incorruptionem,] id est, immortalitatem. Hęc reddet deus illis, qui secundum patientiam boni operis, [ & hoc quærentibus vitam æternam,] id est, illis solummodo, qui ex patientia & bona actione sua nil aliud q̄ vitam æternam quærūt. Et si enim patientiam boni operis ostendunt, gloriam tamen & incorruptionem non recipient, si intentione cordis vitam æternam non quærunt. Istis quidem gloria dabitur. [Sed his qui sunt ex contentione,] sicut vos qui nunc contenditis adinuicem. [Qui sunt ex contentione,] id est, ex veritatis impugnatione, vbi quod asseritur, non ratione, sed animi pertinacia defenditur. [ & qui non acquiescunt euangelicæ veritati] cum eis annunciat, vt faciant quod veritas præcipit, [sed credunt iniquitati,] quam diligunt, promittentes sibi impunitatem malorum quæ faciunt. His reddetur [ira,] id est, iusta vltio dei, [ & indignatio,] id est, vigor seueritatis eius, [tribulatio] de reatu conscientia, [ & angustia] de vana pœnitentia, quando erunt intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Vel [ira,] id est, pœna, [ & indignatio,] quia sibi ipsis indignabuntur, quod male agentes iram dei meruerunt. Huiusmodi [ira & indignatio] dabitur corporibus & animabus eorum in futuro. Et antequam animæ eorum resocientur corporibus, interim veniet [tribulatio,] quātum ad exteriorem cruciatum: [ & angustia,] quantum ad conscientiam, quæ torquet intrinsecus ipsas animas. Vel post resurrectionem [tribulatio] in corporibus, [ & angustia] in animabus. Hęc pœna veniet [in omnē animam operantis malum:] quia anima prima peccat, & idcirco pœnam principaliter sentit. Superius etiam dictum erat reprobis thesaurizare sibi iram in die iudicij. Et nunc ne quis putaret quod reprobi vsque ad diem illam sine pœna essent, additur, pœnam esse dandam [In omnem animam hominis operantis malum. Ac si dicatur: Nō solum in illa die & deinceps sentiet iram malus, sed & antē. [In omnem animā operantis malum, Iudæi primū & deinde Græci,] id est, gentilis. Iudæus gentili in culpa præfertur, quia præter naturalem legem, & Moysi legem scriptam habuit, ac præuaricatus est. Iudæus semper antepunitur, quia primus deum cognouit: & credens, propter Abraam honorificentior est: diffidens autem, peius tractandus, quoniam promissa patribus refutauit. Ostēso autem quod malē operantes ex vtroque populo sint puniendi, ostendit econtra quod bene agentes ex circuncisione & præputio sint glorificandi, ideoque sententiā præmissam repetit: Pœna erit male operanti. Sed [gloria,] id est splendor clarificati corporis, [ & honor,] id est, locus ad dexteram iudicis, [ & pax] id est, omnimoda quies in regno, erit [omni operanti bonum:] non dico omni qui videtur operari bonum, sed qui veraciter operatur quod Deus bonum iudicat. [Iudæo primum. Primum credulitatis tempore, non dignitate. Iudæi enim primō crediderunt, ac bonum operati sunt, & postea Græci, per quos signantur gentiles, sed

nunc vtrique parem in regno locum beatitudinis habent.

*Nō est enim personarum acceptio apud deum. Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum: sed factores legis iustificabuntur.*

Iure æquiparo Iudæum & gentilem in pœna & gloria, quia deus iudicat, non secundum personas, sed secundum merita. [Non enim est apud deum acceptio personarū,] sed acceptio bonorum operum. Siue enim Iudæus, siue gentilis, vnusquisque secundum opera sua iudicatur à deo. Et vere deus personam non accipit. [Nam quicumque peccauerunt sine lege, sicut gentiles, qui legem scriptam non acceperunt: [peribunt sine lege, id est, non fiet de eis legale iudicium, quia in gehennam sine iudicio præcipitabuntur. [Et quicumque in lege peccauerunt sicut Iudæi, qui legem Moysi non seruauerunt, [per legē iudicabuntur,] id est dānabūtur: quia ipsi audient verba iudicis, vt pereant propter legem eius quam acceperunt ac violauerunt. Vel hoc potest hęc sententia intelligi demonstrare, quod quicumque minus peccat, minus punietur: & qui magis peccat, durius damnabitur. [Nam quicumque peccauerunt sine lege,] id est, sine legis transgressione, sicut gentes, scilicet qui minus peccauerunt, [Sine lege peribunt,] id est, minus punientur: quia tantū propter peccata sua damnabuntur, non propter transgressionem legis Mosaicæ, quia non habuerunt illam. Et ediuerso [quicumque peccauerunt in lege,] id est, grauius peccauerunt legem transgrediendo, [Per legem iudicabuntur, id est, vt pereant, quia propter solam legis notitiam non saluabuntur, quoniam solo legis auditu non iustificabuntur, & sine iustitia nemo saluatur. [Non enim] illi qui tantum [auditores] sunt legis, [iusti sunt apud deum,] quāuis apud homines æstimentur iusti: [sed factores legis iustificabuntur,] id est, iusti iustificabuntur. Factores enim legis, vtrique iusti sunt. Ac per hoc tantundem est ac si diceretur: factores legis creabuntur, non quia erant, sed vt sint, vt vel sic intelligerent etiam Iudæi legis auditores, indigere se gratia iustificatoris, vt possent esse factores. Vel [iustificabuntur,] id est, iusti deputabūtur. Factores enim legis illi sunt, qui credunt in Christum, quem lex promisit, & de quo Moyses ait: Ipsum audietis tanquam me. Sed credere in eum & audire eū, id est, obedire ei, nemo potest nisi donante ipsius gratia.

*Cum enim gentes quæ legē non habent, naturaliter, ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptū in cordibus suis testimonium reddente illis*

Matt. 16.

Alti di-  
stictio-  
nem.Deut. 10.  
2. Par. 19Ephē. 6.  
Col. 3.  
Actu. 10.

Exod. 20.

Deut. 24.

*illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium in die, qua iudicabit deus occulta hominum secundum euangelium meum per Iesum Christum.*

Factores legis iustificabuntur, quia etiam gentes. Et hoc est quod adiungit, [cum enim gentes &c. Vel ita dixerat gentilem damnari si male operaretur, & saluari si bene. Sed cum legem non habeat, & quasi nesciat quid sit bonum & quid sit malum, videretur neutrum sibi debere imputari. Contrà Apostolus: Etsi non habet legem scriptam, habet naturalem, qua intelligit & sibi conscius est, quid sit bonum vel malum; & ideo credendus est bene vel male operari, & merito saluari vel damnari. Quod non est nisi per gratiam & fidem, quæ renouat naturalem imaginem dei in homine scriptam, sine qua renouatione male operatur & dånatur accusante eum conscientia. Et hoc est quod ait: [gentes quæ legem] Mosaicam [non habent, naturaliter,] id est, naturali ratione suadente, [faciunt ea quæ legis sunt,] id est, quæ lex fieri iubet, [non habentes legem eiusmodi,] id est, scriptam, [ipsi sunt sibi lex,] id est, naturalis ratio est eis lex, qui bona laudantes & mala damnantes, [ostendunt opus legis esse scriptum in cordibus suis,] id est, firmiter impressum rationi eorû. Nullus enim est qui facit alteri iniuriam, nisi qui fieri nolit sibi. Et in hoc transgreditur naturæ legem, quam non sinitur ignorare, dum id quod facit, non vult pati. Opus enim legis est, non occidere, non mœchari, nõ furari, non concupiscere, non falsum testimonium dicere, patrem & matrem honorare, & his familia facere, vnũque deum creatorem omnium credere. Et hæc omnia naturalis ratio scripsit in corde gentiliũ. Et ita nouerunt quid agendum esset, & quid vitandum, [testimoniũ reddente illis] in die iudicij [conscientia ipsorum] de his quæ fecerunt: quia ipsi sibi testes erunt bonorũ & malorum quæ gesserunt, sciẽtes inde se merito saluari vel damnari. Nec solum conscientia operum, sed & [cogitationum malarum vel bonarum: cogitationum dico] accusantium inter se inuicem aut etiam defendentium: quia vicissim se accusabunt vel defendent ipsæ cogitationes in conspectu iudicis, vt cogitationes nostræ omnes vno tempore congregatæ, iustum iudicem probent, dum aut accusat nos nostra conscientia aut excusat, vtrum plura sint peccata an bona opera, & vtrum vetera an noua, vtrum deleta pœnitentia, an nouis sceleribus instaurata. Ita vel accusabunt vel defendent nos cogitationes nostræ, non vtique illæ quæ tunc erunt, sed istæ quæ nunc sunt in nobis. Cum enim siue bona siue mala cogitamus velut in cærâ, sic in corde nostro tam bonarum quàm malarum cogitationum notæ quædam & signacula relinquuntur. Quæ in occulto nunc pectoris posita, in die illa reuelabuntur ab eo, qui solus potest occulta hominum scire. Quarum notarum causas non latere deum, etiã cõ-

scientia nostra contestabitur. Et quia non solum opera, sed etiam cogitationes in illo iudicio subtiliter exquirentur, ideo fidelis quisque semetipsum debet introrsus discutere nunc & vehementer ante iudicium examinare, vt districtus iudex eò iam tranquillus veniat, quod reum suũ discutere appetit, quem iam pro culpa punitum cernit. [Testimonium, inquit, reddente illis conscientia:] quoniam conscientia propria sufficit vniciue ad testimonium. Conscientia, subauditur operum & [cogitationum inter se inuicem accusantium vel etiam defendentium.] Non dicit quod eadem cogitationes accusent & defendant, sed quod vicissim quædam accusent, & quædam defendant contra malignorum spirituum accusationem [conscientia reddente testimonium in die qua iudicabit deus, vel in die, id est, in luce, [cum iudicabit deus occulta hominũ,] id est, secreta cordis vel peccata latentia, per confessionem non manifestata, iudicabit deus: & hoc [secundum euangelium meum,] id est, secundum euangelium quod ego prædico. & iudicabit non per seipsum, sed per [Iesum Christum:] quia pater non iudicat quenquam per seipsum, sed per filium, quoniam omne iudicium dedit filio.

*Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in deo: & nosti voluntatem eius: & probas vtiliora, instructus per legem, cõfidis teipsum ducem cæcorum esse, lumen eorum qui in tenebris sunt: eruditorem insipientium magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in lege.*

Postquam alloquutus est gentium partes, vel communiter de Iudæis & gentibus est loquutus, nunc ad solos Iudæos sermonem dirigit, cupiens eos humiliare, quoniam ex accepta lege superbiebant, & gêtes quasi peccatrices despiciebant. Grauius enim accusat illos peccasse præuaricando legem. Quasi dicat: Gentilis habet tantum naturalem legem, sed tu si Iudæus vocaris & legem scriptam habes, maiora dona diuinitus accepisti, & maiora bona debes operari. [Si tu cognominaris Iudæus,] id est, si à tua cognatione trahis hoc nomẽ quod est Iudæus, non habens nominis significatum, hoc est, non rei veritate Iudæus, sed solo nomine, quod tibi propter dignitatem vendicas à Iudæa, qui dignior fuit inter filios Iacob. [Et requiescis in lege], id est, delectaris in scriptura legis, quia non est tibi laborandum ad perquirendam veritatem, sicut gentibus qui legem non habent. [& gloriaris in deo] non eo modo quo postulat gratia, quæ non operum meritis, sed gratuita datur: sed velut qui solus merueris legem eius accipere. & nosti voluntatem eius,] de redẽptione humani generis: [& probas vtiliora,] id est, de vtilibus vtiliora scis eligere, [Instructus per legem,] quia per naturam multa vtilia probantur: per legem verò vtiliora, & per gratiam perfectiora. si talis es, [Cõfidis teipsum

A teipsum esse ducẽ cæcorum,] id est, te posse ducere per viam iustitiæ eos qui non intelligunt quid debeant agere, & te esse lumen eorum qui in tenebris sunt, quod scilicet possis eos illuminare. Cæcos in tenebris positos, intelligamus gentiles, qui & lumine rationis priuati sunt: & si quid sciunt, tamẽ in tenebris sunt. Vel quolibet mente cæcatis & in tenebris ignorantia constitutos accipiamus, quorum Iudæus se nõ solum manu ductorem, sed & illuminatorẽ esse gloriatur propter legis notitiam. [Et eruditore insipientium, id est, quod imperitos Iudæos ponere possit extra ruditatem, qua legem aliquo modo sciunt, sed quomodo eam debeant intelligere, dubij sunt, & inde inter se loquuntur, & [magistrum infantium, eorum Iudæorũ, qui neque sciant de legis dubietatibus,] habent formam scientiæ & veritatis in lege,] vt aliis exemplar scientiæ & veritatis in lege,] vt aliis exemplar scientiæ & veritatis. Quidam enim habent scientiã & intellectum alicuius libri, & ita sentiunt sicut autor ipse sensit, nõ tamẽ habent inde veritatẽ, quia nesciunt quomodo sit verum, nec etiã verã esse sciunt. Sed Iudæus habere se iactat & sensum legis, & scire verũ esse illum sensum legis, ita vt aliis habere volentibus sit exemplar, tanquã qui ex legis litera formã scientiæ & pietatis acceperit. Et quia hæc omnia pfitetur quidẽ, nec tamen verò tenet, ideo subiungitur.

*Qui ergo alium doces, teipsum non doces? Qui prædicas non furandum, furaris? Qui dicis non mœchandum, mœcharis? Qui abominaris idõla, sacrilegium facis? Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis deum inhonoras? Nomẽ enim dei per vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est.*

Quandoquidẽ ita gloriaris de lege, & alios te docere iactas, [Ergo tu qui aliũ doces, cur non doces teipsum?] id est, tu dux cæcorũ, quomodo viã rectam nõ vides? Si enim videres, per ipsam vtique ambulares. Tu lumẽ eorum qui in tenebris sunt, quomodo non abijcis opera tenebrarum? Eruditor insipientium, cur etiã timorẽ domini, qui est initium sapiẽtiæ, reliquisti? Magister infantium, cur puer es sensu? Qui habes formã scientiæ & veritatis in lege, cur nec ipse sequeris, nec alios sequi malo tuo exemplo permittis? Quare non conuenit vita tua doctrinæ tuæ, & opus tuum destruit fidẽ tuã? [Qui prædicas non furandũ, furaris?] Qui dicis nõ mœchandum,] id est, nõ adulteradum, [mœcharis?] Qui abominaris idõla, sacrilegiũ facis?] Id est, tu ipse facis quod prædicas fieri non debere, dũ fidẽ Christi à lege per malã interpretationem furripis: & legẽ adulteras, quum ablata veritate mēdaciũ ponis: ac sacrilegus es, dum Christũ, quem propheticus sermo significat, negas. Et cur hæc facis? Cur sensum de Christo furaris ex lege? Et cur mœcharis, id est, adulteras, hoc est, mentẽ tuã falsitate corrumpi facis, contēdendo veritatẽ Christianæ fidei quasi legitimũ virũ, & eligēdo mendacium velut adulterum? Non

enim est vna mœchatio, sed omne quod totum deo debes, si aliq̃ deo reddideris, siue amorẽ, siue timorẽ, siue seruitium, siue obedientiã, siue spẽ. Et ideo grauius ab illo delinquitur, à quo pfectio prædicatur. Et tu qui idõla detestaris, cur sacrilegium facis? id est, cur aufers Christũ à sacro, hoc est, à lege, negãdo eum ibi sonari? Sacrilegiũ enim vocatur sacri furtum, quia legere vel sublegere, furari dicitur. Sacrilegium quippe est, vel sacrum de sacro auferre, sicut reliquias de ecclesia: vel sacrum de non sacro, sicut crucẽ de domo laici: vel non sacrum de sacro, sicut capam laici de ecclesia. Et sacrilegiũ facit, qui sacrum Christi intellectum à sacra lege tollit. Sacrilegiũ enim est in hoc loco propriẽ, quod in deum cõmittitur, quasi sacri violatio vel mādatorũ præuaricatio. Vnde & additur: [qui in lege gloriaris,] id est, qui de lege quã solus ex omnibus populis qui sub cœlo sunt, accepisse te iactas, [Cur Deũ per præuaricationẽ eiusdẽ legis inhonoras] faciendo furta & adulteria & sacrilegia [Nam secundum literã multi Iudæorum hoc fecisse reperiuntur, furta videlicet, & adulteria & sacrilegia. Figuratur autẽ per hũc, quẽ ita nunc increpat Apostolus, quilibet doctor ecclesiæ, qui bona prædicat & mala facit, destruens moribus, quod astruit vocibus. Cui rectẽ dicitur: [Qui aliũ doces, teipsum non doces &c.] Deinde probat quod Iudæi præuaricando legẽ inhonorauerint Deum. Verẽ Deũ inhonoras tu & similes tui. [Nã nomẽ Dei] id est, gloria & fama nominis Dei [Blasphematur] id est, vituperatur [Inter gentes per vos] id est, per malã conuersationẽ vestrã. Sicut enim bona vita fidelium, causa est vt deus glorificetur à videtibus: sic quando illi qui legẽ Dei acceperunt, male viuunt, illorum praua conuersatio, causa est, vt Deus blasphemetur. [Sicut scriptũ est,] Ideo nõ apposuit vbi vel quib⁹ verbis hoc scriptum sit, quia Iudæis loquebatur, qui legem & prophetas habebat: & vbi hoc scriptũ esset, satis nouerant, videlicet in Iezechiele, per quẽ Deus de illis qui in Chaldæa tenebantur captiui, conquestus est, dicens: Ingressi sunt ad gentes, & polluerunt nomen sanctum meum, cũ diceretur de eis, populus domini iste est, & de terra eius egressi sunt. Sic tunc per illos blasphemabatur nomẽ domini, quod ipsi malis operibus suis polluerat in oculis gentium. Putabant enim gentes quod ea quæ Iudæi faciebãt, placerent Deo ipsorum, & ideo vituperabant eũ. Similiter & per eorũ nequitia, qui tempore quo Paulus hæc scribebat, dispersi inter gêtes erãt, blasphemabatur Deus à gentibus. Sic & nunc per nonnullos religionis professores, dum prauitatis exempla de se ostendunt, blasphematur plerũque Deus ab imperitis & secularibus.

*Circumcisio quidem prodest, si legem obserues. Si autem præuaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est. Si igitur præputium iustitias legis custodiat, nonne præputium illius in circumcisionem reputabitur, & iudicabit id quod*

Exod.20

Isaie. 52  
Iezec. 36.

Eccle. 1.

Iezec. 36

F

Ge. h. 11



**G** ex natura est præputium, legem consummans, te qui per literam & circumcisio nē legis præuaricator es? Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est circumcisio, sed qui in abscondito Iudæus, & circumcisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

Ostenderat legem nō valere Iudæis, & nūc ostēdit nec circumcisio illis prodesse. Postquā enim probauerat eos nō posse gloriari de lege, quia transgressi sunt eā, id est, moralia præcepta ei<sup>9</sup>: Possent ipsi respōdere, dicētes: Quāuis ipsa lex nō p̄ficiat nobis, quia trāsgressi sumus illā, sicut tu dicis: tamē de circumcisioe possu-  
**H** mus gloriari, quia per eā præcellimus gētes incircūcisas. Et Apostolus: [Circūcisio quidē prodest, si legē obserues] id est, cū obseruantia moralium præceptorū in fide factorū. [Sed si sis præuaricator legis] sicut es, vt probauimus, id est, si quod circumcisio exigit, nō impleas, tūc [Circūcisio tua] carnalis, de qua multū gloriaris [Facta est præputiū] id est, plus nō valet tibi quā si circumcisus nō esses. Prodest: inquit, suo tēpore circumcisio, quia Iudæum facit viuere & non exterminari. Prodest circumcisio, quia facit in lege esse. Prodest, quia obediendo Deo facit signū futuræ veritatis, dum populus rudis sub timore custoditur. Carnis enim circumcisio, veram cordis circumcisioe præsignat. Et ideo ante saluatoris aduentū prodest carnalis circumcisio, [Si legē obserues] id est, si & moribus circuncidaris. Non enim alia intelligitur esse vera circumcisio, quā animæ purgatio & vitiorū abiectio. Et idcirco p̄dest carnis circumcisio, si & mens per obseruantia moralium præceptorū legis circumcisā sit. Signum prodest, si res adsit. Ceterum signū sinere superfluum erit. Hoc est  
**I** enim quod subditur, quia [Si præuaricator legis sis, circumcisio tua præputiū facta est] quoniā cū sis carne circumcisus, opere es incircuncifus. Similiter dici potest Christiano: Baptismus prodest, si euāgeliiū obserues. Si autē præuaricator legis sis, id est, euāgelij, baptismus tu<sup>9</sup> nihil tibi valebit. Sic & monacho: Cuculla prodest, si regulā obserues. Si autē præuaricator regulæ sis cuculla tua inutilis facta est. Deinde infertur à contrariis sic: Quandoquidē si præuaricator legis fueris, circumcisio tibi nō plus prodest, quā præputium: igitur si præputiū obseruet legē, tantundē prodest ad salutē, quantū circumcisio cum obseruatione legis. Et hoc est [Si præputiū] id est, gētilis qui in præputio carnis ad fidem Christi venit, [Custodiat iustitias legis] id est, præcepta moralia, p̄ quæ iustificatur nō, sicut est, Nō mœchaberis, Non concupisces, Honora patrē & matrē, & Diliges proximum tuum sicut teipsum, [Nōne præputiū illi<sup>9</sup> reputabitur in circumcisioe?] id est, nōne ipse habens præputium, æquiparabitur Iudæo habenti circumcisioe cum legis obseruatione? id est non oberit ei præputium habere, si le-

gem spiritaliter obseruet, sed in filiis Abraæ re-  
 putabitur: & quod circumcisio facit Iudæo legē obseruanti, idem faciet ei præputium, postquā cū fide præcepta legis obseruabit. Et non solū æqualis erit Iudæo, sed etiam Iudæum iudicabit, Iudicabit non potestate iudicij, sed comparatione facti melioris. [Præputium] id est, præputiatus. [Consummans] id est, complens [legem] te o Iudæe, [Qui per literā & circumcisioe nē es præuaricator legis. [Præputiū, inquam, quod est ex natura, id est, quod ita permanet vt natura dictauit, nec circumcidēdo refecauit qd sibi natura dedit, illud præputiū custodiendo naturalē legem, quam tu præuaricaris in litera, [Iudicabit te] id est, cōparatione sui iudicabile te ostendet. Ita secularis vir, si religiose vixerit, condēnabit respectu sui eum, qui religionis habitum & promissionē habet, nec tamē religiose viuuit. Dixi quod circumcisio tua præputium facta est, & præputiū gentilis in circumcisioe reputabitur. Nec immerito: [Non enim est] verus [Iudæus] ille [Qui in manifesto Iudæus est] id est, in vocabulo & natiōe & legis obseruantia carnali: neque est vera circumcisio illa, [Quæ in manifesto] id est, quæ corporeis oculis videri potest [In carne] id est, in cutis ablatione: sed ille est verus Iudæus, [Qui in abscondito Iudæus est] id est in secreto cordis cōsistens & laudans Deū, & illa est vera circumcisio quæ est cordis. Antiqui patres & circumcisioe carnis habebāt propter signaculū fidei, & circumcisioe cordis propter ipsam fidē. Sunt ergo Iudæi in circumcisioe carnis, & sunt Iudæi in circumcisioe cordis. Ab his patribus degenerātes isti qui in nomine gloriātur & facta perdidērunt, remāsērūt in carne Iudæi, & in corde pagani. Qui idcirco maximē Iudæi sunt appellati, quia Iudas vnus erat ex duodecim filiis Iacob, & de tribu eius regnū veniebat Iudæis, sicut & ipse Iacob prophetauerat, dicēs: Nō auferetur sceptrū de Iuda, & dux de femoribus eius, donec veniat qui mittēdus est. Nunquā ergo post Dauid habuerūt regem Iudæi, nisi de tribu Iuda, donec Christus veniret, qui & ipse de tribu iuda nasci dignatus est, vtpote verus rex. Herodes enim, sub quo dominus natus est, primus ex alienigenis regnauit in Iudæa. Itaq; ipso iā veniente domino, euersum est regnū Iudæorū & sublatum ab eis. Modō non habent regnū, quia noluerūt cognoscere regē verum. Qui ergo à Iuda, de cuius stirpe regē habebant, vocabantur Iudæi, videamus si iam hoc nomine sunt appellandi. Ipsi enim voce sua abdicauerunt se ab isto nomine, vt Iudæi non sint digni appellari nisi tantū carne. Cū enim scēuissent in Christū, qui de Iuda & De dauid rex eis dat<sup>9</sup> fuerat, ait illis Pilatus: Regē vestrum crucifigam? At illi: Nō habemus regē nisi Cæsare. Si non habebant regē nisi Cæsarem, ablatum erat sceptrū ex Iuda. Et si ablatū erat sceptrum ex Iuda, iam venerat qui mittendus erat, & illi virtutē Iudaici nominis perdidērunt. Illi autē verē sunt Iudæi, qui Christiani facti sunt ex Iudæis. Cæteri verō Iudæi qui in Christum non crediderunt, etiā nomē ipsum perdere digni fuerūt. Iudæa ergo vera, Christi ecclesia est, credens in illum regem, qui

**A** qui venit ex tribu Iuda per virginem Mariam. Rectē itaq; dicit Apostolus non vere Iudæum esse, qui in manifesto Iudæus est, neq; verā, quæ in manifesto in carne circumcisio est, sed eū qui in abscondito Iudæus est, & eam circumcisioe, quæ est [Cordis in spiritu, nō in litera] id est, vt secundum spiritum, non secundū literā lex intelligatur. Circūcisio cordis, est voluntas pura ab omni illicita cōcupiscentia. Quæ circumcisio non fit litera docēte & minante, sed spiritu adiuuante & sanante. c v i v s] circumcisioe vel Iudæi, [Laus nō ex hominibus, sed ex Deo est] quia non ex inani vocabulo laudatur ab hominibus, sed ex intima veritate à Deo, qui per suam gratiam præstitit ei, vnde laudari possit & dicere, In domino laudabitur anima mea. Nam etiā homines talem Iudæum vel talem circumcisioe laudent, laus illa non ex hominibus est: sed ex deo, id est, nō ex humanis meritis, sed ex Dei gratia. Non enim iure quisquā laudari potest solis suis meritis, si ei gratia superna defuerit: sed cuiusque gratia illa affuerit, hunc verē laudabilem facit. Sic & nonnulli gloriantur apud homines de exteriori habitu religionis, qui tamen intus nō habent quod foris ostendunt: alij verō moribus sunt religiosi, qui vestem non gerunt religionis: nec ab hominibus laudantur quasi religiosi, sed à Deo, qui nouit quod sunt.

Psal. 33.

**B** qui venit ex tribu Iuda per virginem Mariam. Rectē itaq; dicit Apostolus non vere Iudæum esse, qui in manifesto Iudæus est, neq; verā, quæ in manifesto in carne circumcisio est, sed eū qui in abscondito Iudæus est, & eam circumcisioe, quæ est [Cordis in spiritu, nō in litera] id est, vt secundum spiritum, non secundū literā lex intelligatur. Circūcisio cordis, est voluntas pura ab omni illicita cōcupiscentia. Quæ circumcisio non fit litera docēte & minante, sed spiritu adiuuante & sanante. c v i v s] circumcisioe vel Iudæi, [Laus nō ex hominibus, sed ex Deo est] quia non ex inani vocabulo laudatur ab hominibus, sed ex intima veritate à Deo, qui per suam gratiam præstitit ei, vnde laudari possit & dicere, In domino laudabitur anima mea. Nam etiā homines talem Iudæum vel talem circumcisioe laudent, laus illa non ex hominibus est: sed ex deo, id est, nō ex humanis meritis, sed ex Dei gratia. Non enim iure quisquā laudari potest solis suis meritis, si ei gratia superna defuerit: sed cuiusque gratia illa affuerit, hunc verē laudabilem facit. Sic & nonnulli gloriantur apud homines de exteriori habitu religionis, qui tamen intus nō habent quod foris ostendunt: alij verō moribus sunt religiosi, qui vestem non gerunt religionis: nec ab hominibus laudantur quasi religiosi, sed à Deo, qui nouit quod sunt.

## CAPVT III.

*Vid ergo amplius est Iudæo? aut*

*Quæ vtilitas circumcisioe? Multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia dei. Quid enim si quidam illorum non crediderunt, nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit? Absit. Est autem deus verax, omnis autē homo mendax, sicut scriptum est. Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cū iudicaris.*

Ioan. 3.

Psal. 50.

Eccle. 1.

Dixerat Apostolus quod circumcisio, si legē seruet, vtilis est: si verō præuaricetur, in præputium vertitur: & ecōtra, si præputium impleat legem, reputatur in circumcisioe. Nunc autē quia videt quod sibi possent obijcere Iudæi, Ergo nihil est amplius nobis quā gentilibus, & sic Deus superflue fecit nos circumcidi: ipsemet ponit illam obiectionem, ostendendo quid illis sit maius quā gentilibus. Quandoquidē circumcisio præuaricans legem, fit præputium: & præputium cōsummans legem, reputatur in circumcisioe, id est, Iudæus fit gentilis, & gentilis Iudæus. [Ergo quid amplius est Iudæo] qui dicitur peculiaris populus Dei, quā gentili, qui dicitur canis immundus? [Aut quæ vtilitas est circumcisioe] id est, quid consequutus est de circumcisioe? Huic interrogationi vel obiectioni responderetur, quia [multum] amplius Iudæo secundum priora tempora, & hoc [Per omnem modum] id est, per corporalē & spiritalē modum. In vtroque enim modo fecit

Deus multa Iudæis, quæ gentilibus nō fecit: & secundum priorē statum sunt digniores, sed nūc in fide nō excellētiore. Corporali modo pluit illis māna in deserto, & introduxit eos in terrā promissionis, ac magnis opibus ditauit: spiritali quoq; modo benefecit eis, dās illis notitiam sui, & aperiens voluntatē suā, & iustificans eos per fidē venturi redēptoris. [Primum quidē.] Quasi dicat, Vt alia minora de tēporalibus præmittā, hoc primū & præcipuū pono, [Quod eloquia Dei] id est, lex & p̄phetæ [illis] vt amicis [sunt credita] per quæ intelligerent de futura incarnatione sapiētia Dei & redēptione hominum. Vel credita sunt ab illis, quia nos credimus veras esse scripturas, quas illi tradiderunt nobis, & à nulla alia gente libros diuinæ autoritatis recepimus. Siue credita sunt ab illis, id est, ipsi ea crediderūt, quæ prophetæ & lex de Christo prædixerant: & ita facilius receperunt Christum, quem in ipsis eloquiis intelligebant promissum. Et verē [credita sunt ab illis] hoc est, illi ea crediderunt. [Quid enim obeft.] Si quidā illorum non crediderunt? Vel ita: Verē plus habuerunt in eo quod deus credidit illis eloquia sua, quoniam propter hæc Christus ad eos venit, & ad fidem primos adduxit. Quid enim obfuit, si quidā illorum nō crediderunt? [Nunquid incredulitas illorū fidē Dei euacuauit] id est, inanē fecit fidē dei, quæ credūt hoīes in Deū? [Absit] vt euacuaret eā. Nō enim ideominus factum est credētibus, si alij credere noluerūt: nec fides propter eos vacua remāsit, sed repleta est credētibus. Vel fides Dei est fides promissionis, quam fecit Abraæ de Christo & multitudine spiritalium filiorū. Et si quidā Iudæorū nō crediderūt, nunquid incredulitas illorū euacuauit fidē dei? id est, nunquid vacuā & inexpletā fecit promissionē Dei? Absit hoc ab humanis cordibus, vt diuinā promissionē putēt euacuata. Licet enim aliqui fuerint increduli, tamen alij crediderunt, in quibus cōpleta est veritas promissionis. Non est euacuata fides promissionū dei, sed Deus est in promissionibus suis verax, quoniā veraciter illas adimplet. [Deus] quidem [verax est] in omnibus quæ loquitur, sed [Omnis homo est mendax.] Hoc addit, vt appareat promissionē Dei factam esse & completam, non propter aliquam hominum dignitatem, sed propter miseriam, vt gratia detur indignis, & cōmendatior sit gratia. Deus dicitur verax, id est, inuariabilis tā in essentia quā in promissis. Homo autē mendax, nec verum esse habens, & p̄pter peccata defluens. Omnis nanq; homo mendax est, id est, humana natura sic est ex primitiuo casu corrupta, veneno serpentis infecta, vt sine mendacio peccatorū non existat in hoc seculo. Non enim solummodo verbis, sed & factis est mendax. Omnis homo, inquātū homo est, est mendax. Sed nonnulli qui per gratiā dei supra homines fiunt, etiā veraces per eandē gratiā efficiuntur. Quibus de causis fidem suam Deus non permisit euacuari? Tum propter suam immutabilem veritatem, tum propter venialem statum humanæ fragilitatis, quæ postquam à veritate decidit, sine peccatorum mendacio nō potest existere. Ita est Deus

07, 10

H

E

F

F

Psal. 114.

**G** verax, & homo mendax. [Sicut scriptum est] in Psalmo. [Vt iustificeris in sermonibus tuis &c.] Quasi diceret Psalmista: O domine, pronūciaſti quidē sine personarum acceptione te in peccatores vindicaturū: & dum nunc mihi remittis, propitiationē tuam mendacium iudicant. Sed vincis, dū iudicaris iniustus esse remittēdo peccata mea: quia dū homo ipse culpā in se lamentando persequitur, indulgētia pietatis tuæ non iniusta esse probatur. Dū in me reatum arguis per prophetā, probas te habere de nostris operibus curā, & vincis eos qui te incuriosum humanorū actuum iudicabant. Sicq; tu verax esse probaris, homines autē mendaces. Peccaui, & malum corā te feci, vt tu mittēdo filium tuum de stirpe mea, sicut promisisti, iustificeris in sermonibus tuæ promissionis, id est, iustus & verax esse cōproberis, non dimittēdo propter iniquitātē meam quin filium tuum, sicut loquutus es, ex semine meo carnē suscipere facias vt mūdū redimat. [Et vincas] implēdo pmissa, [cū iudicaris] nō debere implere ppter peccata mea. Iustificeris in sermonibus tuis, implēdo illos. Iustitia enim sermonū est veritas: & vincas reprehenses tuos mēdaces, cū iudicaris ab illis iniustus dū mihi parcis & dignū me tua promissione facis. Hāc lineā Apostolus sequitur nūc, quasi dicēs. transgressi quidē Iudæi fecerūt nomē domini blasphemari, vt diceretur: Hęc erat illa gēs sancta & populus electus, qui se nūc trāsgressione & inexprabili sacrilegio & crimine impietatis inuoluit: ecce per scelus eorū vacuata sunt promissa Dei. Sed non ita est. Nā si transgressores à gratia exciderunt, veridicā domini promissione obedientia fidelium consequitur. Ac sic confusis illis, qui eloquia diuina in irritū adducta iactabant, iustificatur Deus in sermonibus suis, & vincit cum iudicatur, dum gratiam ab incredulis repudiatam, credētibus confert.

**H** *Si autem iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus est Deus qui infert iram? Secundum hominem dico. Absit. Alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundū? Si enim veritas Dei in meo mēdacio abundauit in gloriam ipsius, quid adhuc & ego tanquā peccator iudicor? Et non sicut blasphemamur, & sicut quidam aiunt nos dicere, faciamus mala vt veniant bona, quorum damnatio iusta est.*

Dixit quod Deus est verax, & omnis homo mēdax, quod indignis dat bona, in quo apparet cōmēdabilior eius iustitia & gratia. Vnde peruersus aliquis dicens Deū vt malis quasi instrumento ad gloriam suā, rem eō deducit vt dicat iniquū Deum, qui peccata punit quæ sibi profūt. Quod Apostolus remouet. Vertitur enim hoc loco duarū ratio personarū, id est, cuiuslibet imperiti male interpretātis, & Apostoli refellentis. Nā propter sententiā, qua dictum fuerat, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas

cū iudicaris, videbatur ei pars diuersa respondere: O Apostole, magnum peccatis nostris solatiū contulisti, dicēdo quod iustificetur Deus in nostrorū indulgentia delictorū, quia iniuste peccata nostra puniuntur, quæ ad manifestandam Dei patiētiam beneuolentiāq; proficiūt. Et Apostolus: Deus quidem iustificatur in sermonibus suis. Sed [Si iniquitas nostra] sicut tibi videtur, [cōmendat iustitiā Dei] id est, maiorem declarat, dum remittit aut iudicat, [Quid dicemus] subaudi, de hoc inconuenienti quod inde oritur? Scilicet, [nūquid iniquus est Deus qui infert iram?] id est, pēnā propter peccata: id est, tunc est iniquus, si nos punit propter peccata nostra, quæ illius gloriā augent. [Secundū hominē dico] id est, secundū carnalem sensum tuū, qui de superiori sententiā tam imperite sentis. Quæ enim iustitia damnabit iniustitiam, si iuxta opinionē tuam humana iniquitate fit iustior? Sed [absit] vt putetur iniquus dum peccatores punit. Nō ergo iniquitas nostra iustitiam eius cōmēdat, nec cū peccata, sed bonorū operum gesta glorificant. Et ideo peccata iuste vlciscitur, qui sanctis operibus piē delectatur. Verē nō est iniquus feriēdo peccatores. Nā [Alioquin] id est, si alio modo est, si hoc non est quod nō fit iniquus, [Quomodo iudicabit ipse Deus hunc mundū?] Repugnat enim vt sit iniquus & iudex fiat, cū omnis iudex sit æquus. Nō potest ergo iudex esse, si iniquus est, inferēdo peccantibus iram. Restat igitur esse eum iustum & æquum in vltione peccatorū, ac per hoc iuste iudicaturū, cū bona bonis, & mala malis reddiderit: quia nō profuerunt ad cōmendandam iustitiam eius iniquitates nostræ, sicut dicebas, nec glorificatus est per eas. Adhuc autē respondet Apostolus prædictæ obiectioni, probans quod iniquitas nostra iustitiā Dei non glorificat, nec ipse est iniustus si punit. Verē ita est. [Nā si veritas] id est, iustitia [Dei in meo mēdacio] id est, per meū peccatū [Abundauit] id est, creuit [In gloriā ipsius] hoc est, si mēdaciū peccati mei fecit crescere veritatem Dei, vt gloria eius per hoc magis dilaretur secundū opinionē tuā, [Quid adhuc] postquā ita peccando, secundū te glorificauit Deum, etiā [Ego iudicor] nunc ab eo, nō solū in futuro iudicor [Tanquā peccator] quod nō sum, si peccata mea glorificauerunt deum. Iniquitas, est genus siue totum: mēdaciū verō, species siue pars iniquitatis. Similiter iustitia, genus est vel totū: veritas autē species siue pars iustitiæ. Et idcirco veritas pro iustitia est posita, quoniam omnis veritas est iustitia: mendacium autem pro iniquitate vel pro peccato, quia omne mēdaciū est iniquitas vel peccatum. Quid adhuc, inquit iudicor, si mēdaciū iniquitatis meæ, secundum quod tu putas, glorificauit Deum? Et quid, id est, cur, nō facimus [Mala vt veniant bona] id est, cur nō assidue peccamus, vt Deus assidue dimittat & laudabilior appareat? [Sicut blasphemamur] id est, sicut à peruersis hominibus imponitur nobis hoc sentire, [Et sicut quidā aiunt prauit] [Nos dicere] id est, prædicare, [Faciamus mala vt veniant bona.] Hoc nō dicebāt apostoli, sed dicebant, quia vbi abundauerat peccatū,

Rom. 1.

**A** superrabundauit & gratia. Sed peruersi homines occasione verborum huiusmodi asserēbant eos dicere, faciamus mala vt veniant bona, vt autoritate prædicationis apostolicæ peccata sua fouerent & defenderent. [Quorum damnatio est iusta] quia iuste iudicabuntur, qui sibi in peccatis suis inimica securitate blandiuntur & ex verbis apostolorum in malis suis confirmantur. Potest & aliter intelligi discussa sententia: Verē deus, si infert iram malis, non est iniquus. Nā si aliter est, quid adhuc etiam post cōuersionē, ego qui nunc tātus apostolus sum iudicor à vobis tanquā peccator, id est, tanquā qui peccaui in persecutione fidelium? Hoc est, si Deus malis iuste iram non infert, cur magnitudinem iniquitatis meæ iudicatis ad pēnā? Dico quia iudicor, merito, si veritas Dei abundauit, [In meo mēdacio] id est, si mendacium in fidelitatis & negationis meæ à deo magnum fuit, vt veritas diuinæ promissionis & fidei cōmēdabilior inde fieret in gloriam ipsius. Hoc est dicere: Merito iudicor, vt pote peccator, quia veritatem Christianæ fidei negabam & veritatem supernæ promissionis exinanire laborabā persequendo fideles: tamē veritas ipsa fidei vel promissionis, per sequitiā meā clarior facta est in his, quos martirizauit, sicut in Stephano. Et cū ego de his merito iudicor, cōstat quia Deus nō est iniustus, dū peccatores in iudicio damnat. Et nō est ita de nobis, [Sicut blasphemamur] id est, iniuste & falsō vituperamur, [Et sicut quidā] non nominandi [aiunt nos dicere] id est aliis prædicare, [Faciamus mala] id est, peccem, [Vt veniant nobis à Deo] bona [id est vt Deus remedia suæ misericordiæ nobis tribuat condonando peccata.] [Quod] id est, eorum qui talia de nobis garriunt, [Iusta est damnatio] id est iusto Dei iudicio tales damnantur, nec est deus iniquus dum infert eis iram.

**Quid ergo? Præcellimus eos? Nequaquā. Causati enim sumus Iudæos & Græcos oēs sub peccato esse, sicut scriptū est: Quia nō est iustus quisquā, non est intelligēs, non est requirens deum. Omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, nō est vsque ad vnum. Sepulchrum patēs est guttur eorum linguis suis dolose agebant, venenum aspersionem sub labiis eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Cōrritio & infelicitas in viis eorum, & viā pacis non cognouerunt, nō est timor dei ante oculos eorum.**

Psal. 13.

Isa. 69

Quia multū per omnē modum Iudæo fuisse amplius, quā Græco dixerat, ideo nūc Iudæi volebant se præferre gentilibus, quasi qui per præcedētia iustitiæ opera meruissent ad gratiā vocari. Sed ipse arrogatiā eorū deprimēs, ostē-

dit eos fuisse peccatores, sicut & gētiles. Quādoquidē in priori statu multum fecit Deus per omnē modū amplius Iudæo quā Græco. Igitur quid ex hac re videtur esse consequens? Est inde cōsequens [Quia præcellimus eos] id est, Græcos in gratia noua, quā nūc perceperimus. [Nequaquam] est inde cōsequens, quod nos Iudæi præcellamus eos & digniores eis simus: quia & nos, sicut & illi, peccaui. Nā [Causati sumus] id est, multis causis & rationibus iam mōstrauimus, [Iudæos & Græcos oēs] ante gratiā istam [Sub peccato esse.] Et ideo nullus præcedit aliū. Superius ostendit gētiles sub peccato esse, cū diceret, Tradidit illos Deus in desideria cordis eorū &c. Iudæos autē, vbi dixit, Qui prædicās nō furandū, furaris? qui dicis nō mœchandū, mœcharis? &c. Ita diximus eos sub peccato esse [Sicut scriptū est] dē Iudæis, de quibus minus videbatur, quia [Nō est iustus quisquā] eorū, quoniam ex operibus legis sine gratia nemo iustificatur: [Nō est intelligēs] quia nullus eorū scripturas sanctas intelligit vel **C H R I S T V M**, nec per verba, nec per miracula esse intelligit. [Non est requirens Deū] quia quāuis Christus Deus venisset eos quærere, vt ad æternam eos patriā reduceret, tamē nullus eorū requirit eū, cū iam sit quæsitus ab eo. Hoc enim de illis dictum est, qui nondū venerunt ad Christum. [Non est requirens Deum] vel Iudæus, vel gētilis quisquā, vt scilicet quærat ac requirat quomodo volūtatem eius impleat, quatenus ad inuentionem visionis eius pertingere mereatur, sed [Omnes declinauerunt] id est, deorsum ab eius requisitione se retraxerunt, ponētes cor in infimis, & occupantes sollicitudinibus corporis. [Et simul omnes facti sunt inutiles] id est, nihil vtilitatis sibi conquirentes: quia non solū gentiles, sed & Iudæi, qui per legem sine Christo voluerunt saluari, frustra laborauerūt. Non est qui facit bonum, cū Iudæos præuariatio mandatorū, gentes verō naturæ lex violata condemnet. Et ideo etiam nō est inter eos qui faciat bonum, quia quicquid fit sine fide Christi, nequaquā est bonū, quāuis bonum videatur esse. Non est vsque ad vnum, id est, nec vnus ex eis qui faciat bonū, quia si quis per singulos eorum numerando & inquiredo vsq; ad vnum trāseat, nō inueniet qui operetur bonū. Vel non est in omnibus qui faciat bonum vsq; ad vnum, id est, donec veniatur ad eū qui vnus & singularis est, id est, ad Christum, cui nemo comparari potest. Christus enim tantummodo facit bonū, & in se & in suis. Non est ex eis qui faciat bonū, sed omnes ipsi multa mala faciunt. [Nam guttur eorum est sepulchrum patens] quia sicut ex patenti sepulchro exit nimis foetor putrefacti cadaveris, sic ex aperto guttore eorū exit per mala colloquia foetor putētis conscientie ipsorū, vt inficiat & corrumpat mores audientium. Clausum enim sepulchrum esset guttur eorum, si pudor eos adhuc cohibere, ne interim foetorem mortuæ suæ animæ foras in publicum loquendo proferrent. Sed patens sepulchrum est guttur eorum, quia quod in malis vltimum est, verecundiā perdiderūt, vt iam publicè crimina sua loqui non erubescāt, sed gut-

Psal. 13.

Al. putēs.

**G** tur suum impudēter aperiāt, & ex eo foetorem mortuę animę circūstantibus proferāt. Et etiā [Linguis suis] suauia & blāda verba humiliter depromētes, [Agebant dolose] quoniā alia proferebāt ore, & alia meditabātur in corde, iuxta illud, Loquuntur pacē cum proximo suo, mala autem in cordibus eorū. In verbis habebāt bona, [Sed venenū aspidum erat sub labiis eorū] id est, insanabile odiū latebat sub dīctis eorum: Aspidū quippe venenum perniciosius est quā cæterorum serpentū, ideōq; per illud pessima designatur malitia. Et venenum aspidū tegitur sub labiis eorū, qui blanda loquūtur, sed morfu venenati verbi fraudulenter animam audientis necāt, sicut detractores, sicut poetę, sicut quilibet seductores. Hostes enim sunt animarum, licet se fingant amicos; & idcirco per malitiam fraudis eas veneno suo inficiunt, vt interficiāt [Quorum os] etiam [Maledictione plenum est & amaritudine] quia non solum fictis verbis blandiūtur, sed etiam aliis pleno ore maledicūt & amara loquuntur. Hęc sunt enim artes pessimorum hominum vt aliis adulentur, aliis maledicant: & aliis blandiantur, aliis amara loquuntur. Nec dicuntur habere maledictionem & amaritudinem in ore, sed os eorum plenum esse fertur maledictione & amaritudine, vt abundātia maledictionis & amaritudinis in ore ipsorū monstretur esse. [Pedes] quoque [eorū sunt veloces ad effundendū sanguinem] quia cito currunt ad perpetrādum homicidiū. Vel pedes, id est, affectus, eorū sunt veloces, id est parati & festini ad effundendū sanguinem, quia ex deliberatione faciunt homicidia. [Contritio & infelicitas est in viis eorum] quia tam ipsi quā omnes qui in viis actionum ipsorum ambulant, conterētur gehēnalibus suppliciis, & felicitate carebūt æternę beatitudinis. Et hoc ideo, quia [Non cognouerūt viā pacis] id est, viam iustę actionis, qua peruenirent ad quietem perpetuę pacis. Nec mirum, si nescierunt viā qua tenderent ad eternam pacem, qui [Timor dei] qui est initium sapientię, [Non est ante oculos] cordis [eorū.] Nā quia initium sapientię abiecerunt, ad prouectū sapientię nequaquā peruenierunt, Sicq; superbia quia timorē Dei ab intuitu suę mentis remouerunt, fecit vt viam pacis ignorarent, & viam mortis ambularent. Hęc de prauitibus infidelium Iudæorum atque gentiliū, autoritate prophetica locutus est Apostolus, vt maximē Iudæos, qui de legis operibus gloriabātur, conuinceret multis peccatis irretitos fuisse. Non autē putandū est, eū ex solo tertio decimo Psalmo ista posuisse, neq; enim habentur in Hebræo simul ita per ordinē, sed potius ex diuersis Psalmis, & ex libro Isaia cōiunxisse. Nā quod ait, Quia nō est iustus quisquā, nō est intelligēs, nō est requirēs Deū, omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, nō est vsque ad vnum, ex tertio decimo Psalmo sumpsit. Quod autē subiecit, Sepulchrum patēs est guttur eorum, linguis suis dolose agebāt, i quinto Psalmo legitur. Quod que mox addidit, Venenū aspidū sub labijs eorum, centesimi tricesiminoni Psalms est. Rursūmq; quod ait, Quorū os maledictioe & ama-

ritudine plenu est, de nono Psalmo sumptū est, K vbi singulariter dicitur: Cuius maledictione os plenum est & amaritudine. Quod autē sequitur, Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, contritio & infelicitas in vijs eorū, & viam pacis nō cognouerunt, in Isaia reperitur. Et iterū quod in fine dicitur, nō est timor Dei ante oculos eorum, in tricesimo quinto Psalms principio sic est: dixit iniustus vt delinquat in semetipso, non est timor Dei ante oculos eius. Nec in hoc cuiquam videatur esse diuersum, si quod in suis locis numero dicitur singulari, ab Apostolo pluraliter ponitur, qui scribebat ad plurimos, & in vnum sensum multa colligebat exempla. Patet itaque non tam Apostolum de Psalmo tertio decimo sumpsisse, quod in Hebraico non habetur, nec in Septuaginta interpretibus, sed in editione vulgata, quā eos, qui artem contexendarum inter se scripturarū Apostoli nesciebant, quæsisse aptum locū, vbi assumptum ab eo ponerent testimonium, quod absque autoritate scripturę positum in epistola non putabant.

*Scimus autē quoniā quacūque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo, quia ex operibus legis nō iustificabitur omnis caro corā illo. Per legē enim cognitio peccati, nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testificata à lege & prophetis. Iustitia autē dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes, qui credunt in eum.*

Ne dicerent Iudæi, hęc quę protulisti, non sunt dicta de nobis, sed de gētib<sup>9</sup>, ostēdit Apostolus quia quę in lege dicta sunt, his qui sub lege tenentur, dicta sunt. Legē appellat hoc loco librum Psalmorum, sicut & dominus, vbi ait: Nōne scriptū est in lege vestra, quia ego dixi, dij estis? Vel totū vetus testamētum appellauit nunc legem. Quasi diceret: Vos quidē ad alios vultis hęc detorquere, [Sed nos scimus quia] nō solū ista, sed etiā [omnīa quęcūq;] lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur] id est, Iudæis, siue bona, siue mala. Quauis ergo & in gētibus omnia mala hęc essent, quę nunc Apostolus prophetice verbis descripsit, de Iudæis tamen propriē dicta sunt omnia: quia non necesse erat scelera gentium, de quibus nemo dubitabat, prophetice testimonijs astruere, sed potius Iudæorū, qui de transactis operibus iustitię gloriari volebant. [Quęcūque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur] quoniam omne quod in lege de gētibus dicitur, etiā ipsum hoc de Iudæis dicitur, quia ipsorū principalis est causa. Omnia quę lex loquitur, etiā dum pessima flagitia describit, loquitur sine dubio, [His qui sunt in lege] positi, & ad ipsos ptinet quicquid lex dicit, ita [vt omnes os] nō solum gentiū, sed etiā Iudæorū, [Obstruatur] id est, obmutescat, dum nō habent vnde gloriētur, sed omnes sub

**A** peccato esse mōstrantur. Vel ideo loquitur lex omnia his qui in lege sunt, vt [Omne os] etiam Iudæorum [obstruatur, non inueniens quid de meritis suis iactet, cum lex dicat: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. [Et vt subditus fiat omnis mundus Deo] vt sciat se sine gratia Dei saluum esse non posse, vel certē in confessione peccati speret misericordiam, cognoscens se esse in peccatis. [Omnis mundus] id est, omnes homines qui in mundo sunt, non solum gētiles, sed & Iudæi, sicut Deo subiecti. Quod debēt humiliter facere, [quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro] id est, nullus in carne viuens iustificabitur ex carnali obseruantia legis coram Deo, qui videt intima cordis, licet coram hominibus videatur iustificari. Hinc contra eos incipit Apostolus disputare magno diuturnoque conflictu, qui gloriabantur in lege, & per legem se iustificari credebant, nō per gratiam, docēs per ordinem, legē non potuisse auferre, sed potius auxisse peccatū quod aufert gratia: quia lex iubere nouit, cui succumbit infirmitas, sicut gratia iuuare, qua infunditur charitas. Et notandum quia nunc legem quinq; libros Moyfi nominat. Et cuius legis operibus nemo iustificabitur coram Deo, quia nihil ad perfectum adduxit lex, quę timorem pœnię incussit, non amorem iustitię infudit. Qui enim timore supplicij, non amore sanctitatis obseruabat legem, mallet utiq; nō esse quod timeret, vt impune legē ei præterire liceret. Ac propterea licet ipsam legem actibus impletet, & in oculis hominum iustus appareret, in oculis tamen interni inspectoris erat iniustus: quia quod foris in opere demōstrabat, intus in voluntate nō habebat. Non dicimus non iustificatos fuisse eos qui fuerūt legi obediētes, sed dicimus quia nisi ex gratia iustificati fuissent, non essent verē obediētes. Verē ex legis operibus nemo veraciter iustificatur, quia [per legem] est tantūm [peccati cognitio] nō consumptio. Prohibet enim lex peccatum, non aufert, & prohibendo ostendit esse malum quod prohibet. Per legem fuit cognitio peccati, & per eam nemo sine gratia iustificatus est: sed nunc in hoc tēpore gratiæ [est manifestata iustitia dei.] quę tēpore legis fuit operata. [Manifestata est sine lege] id est, sine legis auxilio, [iustitia, non hominis, non proprię voluntatis, sed [Dei.] Et iustitia Dei, non qua iustus est Deus, sed qua induit hominem cū iustificat impium. Et vt certius teneatur ista iustitia, [testificata est à lege & prophetis] id est, testimonium ei perhibuerunt, lex & prophetę. Nā lex quidē dum iuberet & minaretur & neminē iustificaret, satis indicauit dono Dei hominē iustificari per adiutoriū spiritus. Prophetę autē, quia id quod prædixerūt, impleuit aduētus Christi. Et hęc iustitia est sine lege, quia Deus eam per spiritum gratię credenti confert sine adiutorio legis, id est, non adiutus à lege: quandoquidē per legē ostendit homini infirmitatem suā, vt ad eius misericordiam per fidē cōfugiens sanetur. Dixi iustitiā Dei esse manifestatam. Sed [hęc iustitia Dei est per fidem Iesu Christi] id est, per fidem qua creditur in Christum. Sic enim ista fides CHRISTI, dicta est,

qua credimus in CHRISTVM, sicut illa iustitia Dei, qua iustificamur à Deo. Vtraque enim nostra est. Sed idcirco Dei & CHRISTI dicitur, quia eius nobis largitate donatur. Hęc iustitia quę confertur per fidem, fidesque ipsa, occulta inspiratione dei & gratiæ dono infunditur, nō labore humano, nec opere veteris testamenti acquiritur, quia ipsius donum est vt credamus. Est ergo iustitia hęc [sup omnes qui credūt,] cœlitus data, superans merita omniū & Iudæorum & gentilium. Ideo etiam per fidem super eos est iustitia, quę per legem esse non potuit, quia fides impetrat quod lex imperat.

*Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerūt, & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiā ipsius, per redemptionem quę est in Christo Iesu, quem proposuit deus propitiatorem per fidē in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitię suę propter remissionem precedentium delictorum, in sustentatione dei, ad ostensionem iustitię eius in hoc tempore, vt sit ipse iustus, & iustificans eum qui ex fide est Iesu Christi.*

Ideo dixi super omnes æqualiter esse iustitiā per fidem, quia [non est distinctio] in accipienda illa iustitia, sed siue sit Iudæus siue gentilis, si fidem habuerit, iustificabitur. Verē non est distinctio vtrocunq;, quia omnes & Iudæi & gētiles peccauerunt, vel in se vel in Adam. Quoniā lex siue in paradiso data, siue naturaliter insita, siue in literis promulgata, præuaricata est ab ipsis. [Oēs] ergo [peccauerūt & egēt] adhuc quotidie [gloria Dei] id est, vt Deus magis magisq; glorificetur in eis, tribuēdo beneficia gratiæ suę per remissionem quotidianorū delictorum & multiplicationem virtutum. Nō gloria sua egent, vt gloriētur quasi de suis meritis, sed egēt gloria Dei, id est, omnino necessarium est illis, vt gloria Dei dilatetur in ipsis. Si enim iustitia ex operibus legis haberetur, iam ipsa iustitia non esset gloria Dei, sed potius hominū legem obseruantium. Sed quia per gratiā, non per legem habetur iustitia, illa iustitia est gloria Dei, non hominum, vt quicquid habet homo, non sibi, sed Deo ascribat. Gloria Dei adhuc egent, iam tamē [iustificati gratis] id est, sine vllis meritis. Et iustificati nō per legem, nec propriam voluntatē, sed [per gratiā ipsius.] Non quod sine voluntate nostra fiat, sed voluntas nostra ostenditur infirma per legem, vt sanet gratia volūtatem, & sana voluntas impleat legem, non constituta sub lege, nec indigēs lege. Hoc totum idcirco Apostolus loquitur, ne fides ipsa superbire incipiat & dicat: Si ex fide, quomodo gratis? Quod enim fides meretur, cur non potius redditur quā datur? Sed si quis dixerit, Vt merear iustificationē habeo fidem, respōdetur ei: Quid enim habes quod nō accepisti? Cū ergo fides impetrat iustificationem, sicut vniciq; deus partitus est etiā ipsius mēsuram.



**G** fidei, non gratiā dei aliquid meriti præcedit hu-  
 mani, sed ipsa gratia meretur augeri, vt aucta  
 mereatur & perfici comitante, non ducente: pe-  
 disse qua, nō præuia voluntate. [Iustificati] in-  
 quit, [per gratiā,] quæ nō meritis redditur, sed  
 gratis datur, propter quod gratia nominatur.  
 Quæ gratia venit [per redēptionem, quæ est in  
 Christo Iesu,] nō in alio aliquo. In eo enim in-  
 uēta est redēptio humani generis, id est, in eius  
 sanguine, quæ in nulla alia re poterat inueniri.  
 Non emit nos Christus, quia per naturā ipsius  
 semper fueramus: sed redemit, quia captiui pec-  
 cato tenebamur. Qui enim aliquē redemit, suū  
 docet fuisse quem redemit. Ita Christus nos re-  
 demit, quia eius eramus, [Quæ] Christi [Deo]  
 pater [proposuit] id est, longē antē præordina-  
 uit futurum [propitiationem] id est, expiationē  
 peccatorū nostrorum, hoc est, vt per eum ipse  
 pater expiaret nos à peccatis, & propitius no-  
 bis fieret. Vel [proposuit] id est, in ppatulo o-  
 mnibus illum posuit [propitiationē in sangui-  
 ne ipsius] id est, vt ipse esset non solum propi-  
 tiator, sed etiā propitiatio, & illā propitiationē  
 haberemus in sanguine eius, qui in remissionē  
 peccatorum effusus est. Nā absq; sanguinis ef-  
 fusione, sicut iste dicit apostolus, non fit remis-  
 sio peccatorum, quia videlicet non nisi per san-  
 guinem Christi dari valet propitiatio & remis-  
 sio peccatorum. In cuius typo quotiescunque  
 peccata in lege dimitti dicuntur, sanguis hostiæ  
 offertur. Proposuit autē Deus Christum propi-  
 tiationē per fidem, vt qui in eum crederēt, ipsi  
 propitiationē hāc haberent. Vel proposuit eū  
 propitiationē per fidē in sanguine ipsius, quo-  
 niam aliter non erit ipse propitiatio alicui, nisi  
 credat eum sudisse sanguinem suum pro redē-  
 ptione generis humani, & subiungat huic fidei  
 bona opera, prout poterit. Proposuit in quā eū  
 id est, in publico posuit per prædicationē apo-  
 stolorum, hunc esse propitiationē pro peccatis  
 nostris: & hoc fecit [ad ostētionē iustitiæ suæ,]  
 id est, vt per eum manifestaret hominibus suā  
 veram iustitiam, quæ prius latebat, dum puta-  
 rent homines ex operibus legis se posse iustifi-  
 cari. Verā ergo iustitiā ostēdit in Christo cre-  
 dētibus, & ostendit eam esse suam, nō hominū,  
 id est, à seipso datam hominibus, nō ab ipsis or-  
 tam, nec ex legis operibus habitam. Quam sci-  
 licet iustitiā ostēdit [propter remissionē præ-  
 cedentiū delictorū] id est, vt remitteret delicta  
 quæ præcesserant non solum in gentilibus, sed  
 etiam in Iudæis, qui veram iustitiam necdum  
 nouerant. Omnes enim peccauerunt. Sed per  
 ostensionem suæ iustitiæ placuit deo, vt remit-  
 teret illis præcedētes culpas & iustificaret eos,  
 vt deinceps iustē uiuerent. Præcedētia enim ob  
 hoc Apostolus nominauit, ne quis intelligeret  
 illa esse remissa, quæ post acceptam gratiam cō-  
 mittit. Præcesserunt delicta, & hoc factum est,  
 [in sustentatione Dei] qui non statim percussit  
 delinquentes, sed diu patienter sustinuit, vt ad  
 pœnitentiam conuerteret. Sustentatione dico,  
 prærogata [ad ostensionem iustitiæ eius,] id est  
 ad hoc longanimiter sustinuit eos, vt tandē cō-  
 nersis ostēderet iustitiā suā [in hoc tēpore] gra-  
 tiæ, quam prioribus tēporibus non manifesta-

uerat, dū putarent homines se per seipfos pos-  
 se iustificari. Ad hoc inquam sustinuit & iusti-  
 tiam suam qua iustificari possent homines, ostē-  
 dit, [vt sit ipse iustus] id est, iustē agens omnia.  
 Iustum nāque fuit, vt qui in futuro seculo iudi-  
 caturus est singulos secundum opera eorum, in  
 isto seculo patiēter eos sustineret, & quid age-  
 re deberent illis ostenderet. Iustus ergo est in  
 hac sustentatione & iustitiæ ostensione, quoniā  
 omnia quæ facere debuit, fecit. Et per hęc etiā  
 est [iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi;  
 quia dū sustinet, & iustitiam suam ostēdit, in-  
 fundit ipsam iustitiam cordi credentis. Nō ius-  
 tificat eum qui est ex lege, sed eum qui est ex  
 Christi fide, id est, ex fide qua creditur in Chri-  
 stum. Ex hac enim datur iustificatio, & non ex  
 operibus legis aut naturæ.

*Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est.  
 Per quā legē? Factorū? Nō, sed per legē  
 fidei. Arbitramur enim iustificari ho-  
 minē per fidē sine operibus legis: An Iu-  
 daorū deus tantū? Nonne & gentium?  
 Imò & gentium. Quoniam quidem  
 vnus est deus qui iustificat circumcisio-  
 nem ex fide, & præputium per fidem.  
 Legem ergo destruimus per fidem? Ab-  
 sit, sed legem statuimus.*

Quādoquidē iustitia est dei, nō hominis, &  
 est ex fide, non ex lege, [ergo vbi est gloriatio  
 tua] dō Iudæe? Id est, vbi est elatio tua, in qua glo-  
 riabaris per legis opera te iustificatū? hoc est,  
 non habes materiam gloriādi in lege, quia ex-  
 clusa est, id est, eiecta & ablata tibi causa glo-  
 riādi, eliminata est gloriatio, quam in corde ha-  
 bebas. Et attende per quid. Nam [per quā le-  
 gem] putas eam exclusam? Putas per legem fa-  
 ctorum, id est, operum? [Non] est exclusa per  
 legem factorum, [sed per legem fidei] id est, nō  
 per laborem operum, sed per facilitatem fidei.  
 Lex enim fidei est, qua in Christum credimus,  
 & auxilium gratiæ eius ad bene agendum pre-  
 camur. Lex fidei est in spiritu iuuante, lex facto-  
 rum in litera iubente. Quod lex operum mi-  
 nādo imperat, hoc lex fidei credēdo impetrat.  
 Lex operū dicit, Non concupisces: lex fidei di-  
 cit, Cū scirē quia nemo potest esse continēs  
 nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapiētia scire  
 cuius esset hoc donū, adi dominū & depreca-  
 tus sum. Ipsa est illa sapiētia quæ pietas voca-  
 tur, qua colitur pater luminū, à quo est omne  
 datū optimū & omne donum perfectū. Coli-  
 tur autē sacrificio laudis, actionibūq; gratiarū  
 vt cultor eius nō in seipso, sed in illo gloriatur.  
 Ac per hoc lege operum dicit Deus, fac quod  
 iubeo: lege fidei dicitur deo, da quod iubes.  
 Nō ergo per legē operū excluditur gloriatio  
 eorum, qui cū sibi iustē videntur viuere, ita  
 gloriātur quasi nō acceperint, sed per legē fi-  
 dei, quia per eā quisque cognoscit si quid bene  
 viuunt, Dei gratia se habere, & vt perficiatur in  
 dilectionē iustitiæ, nō se aliūde consequuturū,  
 in lege

**A** In lege itaque factorū, est Dei iubentis iustitia:  
 in lege autem fidei, subuenientis misericordia.  
 Hæc est enim lex fidei, qua credimus & oram⁹  
 per gratiā nobis donari, vt faciamus quod per  
 nosmetipsos implere non possumus, ne ignorā-  
 tes Dei iustitiā & nostram volentes cōstituere  
 iustitiæ Dei nō simus subiecti. Verē inquit, per  
 legē fidei exclusa est gloriatio tua, qua de legis  
 obseruatiōe tumebas: quia nos apostoli [arbi-  
 tramur] id est, certi sumus, [Iustificari] quēlibet  
 [hominē per fidē sine operibus legis] præ-  
 cedētibus. Nō ideo enim Apostolus hoc dicit,  
 vt si quis crediderit, non ad eū pertineat bene  
 operari: sed ideo potius, vt nemo putet meritis  
 priorum bonorum operū se peruenisse ad do-  
 num iustificationis, quæ est in fide. In hoc enim  
 se gentibus in Christum credentibus Iudæi  
 præferre cupiebant, quod dicebant se meritis  
 bonorum operum, quæ per legem sunt, perue-  
 nisse ad euangelicam gratiam. Ideoque scanda-  
 lizabatur multi qui ex Iudæis crediderāt, q̄ in  
 circumcisio gentibus Christi gratia traderetur.  
**B** Vnde nunc Apostolus dicit posse hominē sine  
 operibus, scilicet præcedentibus iustificari per  
 fidem. Nam iustificatus per fidem, quomodo  
 potest nisi iustē deinceps operari, quamuis ni-  
 hil antea iustē operatus ad fidei iustificationem  
 peruenerit, non merito bonorum operum, sed  
 gratia Dei, quæ vacare in illo non potest, cū  
 iam per dilectionem bene operatur? Quod si  
 cum crediderit, mox de hac vita discesserit, ius-  
 tificatio fidei manet cum illo, nec præcedenti-  
 bus bonis operibus, quia non merito ad illam,  
 sed gratia peruenit: nec consequentibus, quia  
 in hac vita esse non finitur. Vnde manifestum  
 est, quia quod Apostolus dicit iustificari homi-  
 nē per fidem sine operibus, nō ita debet intel-  
 ligi, vt accepta fide, si vixerit, dicamus eū iustū  
 etiā si male vixerit, sed vt sciat se quisque per fi-  
 dē posse iustificari, etiam si legis opera non præ-  
 cesserint. Sequuntur enim iustificatum, non  
 præcedunt iustificandum. De illis autem, qui  
 post acceptionem fidei nolunt bene operari,  
 testatur Iacobus, quia fides si non habeat ope-  
 ra, mortua est in semetipsa. Post hæc Apo-  
 stolus vt ostendat & gentiles ad istam gratiam de-  
 bere suscipi sicut Iudæos, ait: [An Iudæorum  
 DEVS tantū?] Quasi dicat: Vos putatis quod  
 ad vos tantum Deus pertineat, & vos soli gra-  
 tiam eius suscipere debeatis. Sed nunquid hoc  
 verum est? An Iudæorum tantum est Deus?  
 [Nōne est etiam gentium] sicut Iudæorum?  
 [Imò] id est, magis hoc eligam dicere, quia est  
 [ & gentium] & Iudæorum, id est, omnes ho-  
 mines fecit, & similiter de omnibus cura est ei.  
 Non solum vobis, sed & gentibus venit Chri-  
 stus, vobis ex lege promissus, sed ad illas mis-  
 sus. Propterea multo magis & gentium, quia  
 ante legem sancti in præputio placuerūt Deo.  
 Ob hoc enim dixit, [imò & gentium] vt osten-  
 deret magis gentes, quoniam antē fuerunt san-  
 cti præputiati quā circumcisi & Abraam ante  
 circumcisionem fide iustificatus est. Sed Iudæi  
 tumendo dicūt: Gentes idōla colendo, Deum  
 dereliquerunt. Quibus respondetur: Et vos.  
 Sed nos, inquiunt, conuertimur. Et illi, No-

bis, aiunt, Christus venit promissus. Et illis. **D**  
 Non ergo vester tantum est Deus, quoniam ex **Locus ob-**  
 Adam nati sumus, & per prophetas prædictum **scurus.**  
 est, gentes CHRISTO credituras. Verē gen-  
 tium Deus est sicut Iudæorū. Quod cū alijs  
 modis possit probari, hoc vnum pono, [quo-  
 niam quidem vnus est Deus,] non plures dij.  
 Et in hoc apparet vnus esse omnium, quia ius-  
 tificat omnes per eandem causam: Nam [circum-  
 cisionem] id est, circumcisos [iustificat ex  
 fide, & præputium] id est præputiatis [per fi-  
 dem, hoc est enim ex fide, quod per fidem. Nā  
 nec circumcisio, nec præputium sine fide iusti-  
 ficatur. Et quando quidem homo iustifica-  
 tur per fidem sine legis operibus, [ergo legem  
 destruimus per fidem? Non, sed statuimus.]  
 Quod Iudæus posset inferre, ipse apostolus  
 sub interrogatione infert, vt remoueat. Quia,  
 inquit, per fidem iustificari dicimus quemlibet  
 hominem sine legis opere, ergo per fidem de-  
 struimus legem? [Absit] vt destruamus eam. **E**  
 [Sed] potius [statuimus] id est, firmam & sta-  
 bilem esse facimus [legem.] Per legem enim,  
 cognitio peccati: per fidem impetratio gratiæ  
 contra peccatum: per gratiam sanatio animæ à  
 vitio peccati: per animæ sanitatem, libertas ar-  
 bitrij: per liberum arbitrium, iustitiæ dilectio:  
 per iustitiæ dilectionem, legis operatio. Ac per  
 hoc lex non destruitur, sed statuitur per fidem:  
 quia fides impetrat gratiam qua lex impleatur,  
 gratia sanat voluntatem qua iustitia libere dili-  
 gatur. Vel ita: [Legem ergo &c.] Quoniā apo-  
 stolus dicebat hominem iustificari per fidem  
 sine legis obseruantia, ne Iudæi dicerent, Le-  
 gem ergo destruis, in qua omnes qui credide-  
 runt iusti, circumcisi fuerunt, Non soluo, ait, nō  
 destruo, sed confirmo, dum hanc prædico cir-  
 cuncisionem quā illa prædixit. In nouissimis, **Deut. 30.**  
 inquit, diebus circumcidet dominus Deus cor  
 tuum & cor seminis tui. Tunc destruerem le-  
 gem, si illam mentitam dicerem, hoc est, non  
 cessaturam, cū illa promiserit se esse cessaturam,  
 sicut Ieremias ait: Ecce dies veniunt, di-  
 cit dominus, & consummabo super domū Is-  
 raël & super domum Iuda testamentum nouū,  
 non secundum testamentum quod feci patri-  
 bus eorum, in die qua apprehendi manus illo-  
 rum vt reducerē eos de terra Aegypti: sed hoc  
 est testamentum quod disponam domui Israël  
 post dies illos, dicit dominus, dādo leges meas  
 in cordibus eorum, & in mentibus eorum su-  
 perscribam eas. Non destruitur lex, cū im-  
 pleta cessat: Non eā destruimus, sed magis sta-  
 tuimus, id est, stare facimus, dum probamus ve-  
 rum esse, quod dixit de antiquis iustis & de gē-  
 tibus credituris, & spiritalem circumcisionem  
 venturā, dum hoc efficit fides quod lex iubet.

## CAPVT. IIII.

*Vid ergo dicemus inuenisse A-  
 braam patrem nostrum secundū  
 carnem? Si enim Abraam ex  
 operibus iustificatus est, habet gloriam,  
 sed*

**G**ene. 15. *sed non apud deum. Quid enim scriptura dicit? Credidit Abraam deo, & reputatum est illi ad iustitiam.*

Reuocat illos ad caput circūcisionis, vt quod in initio constiterit, id habeatur in toto. Quandoquidē fide iustificatur homo sine operibus, & nemo iustificari valet absq; fide, [ergo quid dicemus, id est, possumus dicere, [Abraam patre nostrū, quem imitari debemus, [inuenisse secū dū carnē] id est, secū dū carnis circūcisionē, vel secū dū carnalia legis opera? Ac si dicat: Nihil iustificationis dicere possumus eū inuenisse secū dū carnē, sed potius secū dū mentem. circūcisio enim in carne est, fides autē in mente. Et ipse non per circūcisionem, sed per fidem legitur inuenisse iustificationem, sicut generaliter dictum est, omnem hominem posse iustificari per fidem sine operibus. Vel secū dū carnē est pater noster, quia ex eo carnis originē ducimus, & circūcisionem carnis ab ipso habemus nos Iudæi. Secundum fidem verō, pater est creditū ex gentibus. Et quid dicimus eum inuenisse per quod iustus esset? Opera legis? Non, Quia si dixerimus quod ex operibus legis sit iustificatus, hoc inconueniēs incurremus, quod habet gloriam de suis operibus, sed non apud Deū, quod omnino falsum est, quia omnes scimus eum habere gloriam apud Deū. Non ergo ex operibus, sed ex fide iustificatus est. Sicut enim fides sine subsequētib; operibus bonis vacua est, ita quēlibet opera bona ante fidem, [Habent gloriā] apud semetipsa vel apud homines [sed nō apud Deū.] Multi enim gloriātur de operibus, & multi pagani ppter ea nolūt fieri Christiani, quia quasi sufficiunt sibi de bona vita sua. Et dicit aliquis talium, Bene viuere opus est. Quid mihi pcepturus est Christus vt bene viuam? Iam bene uiuo. Quid mihi necessarius est Christus? Nullum homicidium, nullum furtum, nullam rapinā facio, res alienas non cōcupisco, nullo adulterio contaminor, non inuenitur aliquid in vita mea quod reprehendatur, & qui reprehenderit, faciat me Christianū. Iste talis habet gloriā, sed nō apud Deū. Non autē sic pater noster Abraam gloriatus est. Non enim ex operibus legis inuenit iustitiam, utpote qui ante legē fuit, sed potius ex fide, quia promissis Dei credidit. Verē non ex operibus est iustificatus. [Nam quid dicit scriptura] in Genesi? id est, vnde dicit scriptura iustificatū Abraam? Ex fide. Testatur enim [quia credidit Abraam deo] promittenti quod semen eius futurū esset multiplex & clarissimum sicut stellæ cœli, & quod ita firmiter credidit, [reputatū est illi] diuinitus [ad iustitiā] id est, per hanc credulitatē nō solum liberatus est ab omni originali & actuali peccato, sed & iustus est à deo reputatus. Ergo ex fide iustificat⁹ est Abraam. Sed si fidē opera nō pcesserūt, tamē sequuta sunt. Nā qui prius ex fide iustificatus est in conspectu dei, postea & ex operibus est iustificatus etiā in conspectu hominū. Vnde & Iacobus apostolus in epistola sua cōtra eos qui nolebant bene operari, sed de sola fide psumebāt, ipsi-

us Abraam opera commendauit, dicens: Vis autem scire o homo inanis, quoniam fides sine operibus ociosa est? Abraam pater noster nōne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium super altare? Nec est Iacobus in hac sententia contrarius Paulo dicenti, quia si Abraam ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed nō apud deum, ac per hoc asserenti, quia non ex operibus est iustificatus. Vterque enim verum dicit. Paulus quippe, commendans iustitiā quę ex fide est, aduersus eos qui fidem negligētes, gloriantur de iustitia quę est ex operibus, dixit Abraam non esse iustificatum ex operibus, sed quę fidem pcederent. Iacobus autem vt dictum est, aduersus illos qui percepta fide torpebant ocio, & putabant se per eandem fidem, vt pote iustificatos, posse saluari, etiam si bona opera nō haberent, dixit Abraam ex operibus esse iustificatum, sed quę fidem sequuta sunt. Vnde vt ostenderet se nō dissentire à Paulo, sed potius concordare, protinus addidit: Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides cōsummata est, & suppleta est scriptura, dicens: Credidit Abraam deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus dei appellatus est? Et adhuc subiicit: Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum? Manifestum est enim, eum loqui de operibus quę fidem subsequuntur. Quia Paulus sine pcedentibus operibus dixit hominē sola fide posse iustificari. Nemo enim fidem suis pcedentibus meritis habere potest. Et ideo qui per fidem gratis sibi datam iustificatur, non in se, sed in domino gloriatur: quia dum nō ex operibus habet fiduciam, per omnia deo se intelligit debitorem, nihil inueniēs quod sibi arrogare possit ex meritis.

*Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei verò qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides ad iustitiā secundum propositum gratiæ dei, sicut & David dicit beatitudinem hominis, cui deus accepto fert iustitiam sine operibus: Beati quorū remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum.*

Dixi quia Abraam iustu se est ex fide. Sed [ei qui operatur] opera legis quę Abraam non fecit, vel aliqua bona vt gratiam mereatur, vt Iudæus se fecisse dicebat, si merces est ei, non est ex gratia, sed ex debito meriti sui. Sed si quis quærere voluerit ante gratiam, quid meruit vt acciperet eam, mala sua poterit inuenire, non bona. Gratia enim gratis datur, vnde etiam nūcupatur. Si ergo gratia, non iam ex operibus. Alioqui gratia iam non est gratia. Errat igitur Iudæus vel quilibet alius, qui se putat merito pcedentium operū peruenisse ad gratiā dei. Qui enim prior dedit illi, & retribuetur ei?

Al. nō habent.

L

M

P salm. 10.

P salm. 31.

Al. Dei.

A Putat quod ipse prior dederit Deo, & pro mercede sui operis acceperit euāgelicam gratiam, quod non ita est. Huic enim qui antē operatur, non gratia sed debitum redditur. Illi verò qui non facit opera legis, sed absque pcedenti opere accedit ad fidem, sufficit ipsa fides ad iustitiā. Ita tribuit Apostolus aliis quod de Abraam dixerat, scilicet quod si est iustus ex operibus, habet gloriam, sed non apud deum, & ideo ex fide. Vel hoc modo fides in exordio iustificat sine operibus. Sed qui sic iustificatus est, non debet deinceps à bonis operibus torpere. Nam ei qui post fidem quam gratis acceperit, operatur opera bona, [non imputatur merces] id est, nō recompensatur æterna remuneratio [secū dū gratiam] id est, secundum fidem tatum, sed [secū dū debitum] operationis suæ. Ita fit ei qui post acceptam fidē viuūt & bene operatur, non enim aliter à domino mercedem percipit. Sed [ei qui non operatur] id est, qui postquam baptizatus est, nō habet tempus operandi, vel propter infirmitatem non potest operari, quanquā velit, sed absque opere de hac vita rapitur cum fide & bona voluntate, huic nihil operanti, sed tantummodo [credenti in eum qui iustificat impium] id est, in deum, [reputatur fides eius ad iustitiā] id est, sola fides sufficit ei ad iustitiā, & ita ad salutem [secundum propositum gratiæ dei] id est, secū dū quod deus per gratiam suā longē antē proposuit, vel secū dū gratiam dei propositam omnibus credere volentibus. Credenti, inquit, in eum qui iustificat impiū. Aliud est credere eum, aliud est credere ei, aliud credere in eum. Credere eū, est credere quod ipse sit. Credere ei, est credere quod ipse vera dicit. Credere in eum, est credendo amare, credendo in eum ire, & eius mēbris incorporari. Et idcirco fides qua creditur in eum, ipsa est sola quam ille approbat. Credenti in eum qui iustificat impium. Impius est, qui non rectē credit, etiam si nihil cuiquam auferat, si pauperibus tribuat, si vxorem alienam non concupiscat, si nulli fraudem faciat, si depositū reddat, quia hæc omnia facit non ea intentione qua debuit: & idcirco bona non sunt, quę non de bona radice prodeunt. Quisquis ergo sine fide operari bona vult, impius profecto est. Sed credat in eū qui iustificat impium, vt & ipse ex impio fiat pius: & per fidem iustificatus, possit deinceps opera pietatis & iustitiæ facere. Ei qui sic credit, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiæ Dei, qui sic per gratiam suam proposuit & decreuit, vt cessante lege fides iustificet. Et hoc dico ego ex gratia fieri, [sicut & David dicit] hic & futuro esse [beatitudinem] illius [hominis, cui accepto] id est, ad gratiam assumpto, [Deus fert iustitiam sine operibus] pcedentibus. Magna enim beatitudo est hominis, sine labore legis vel pœnitentiæ fidem per solam gratiam promereri secū dū propositum dei, quo proposuit gratis peccata dimittere. Illi accepto fert deus iustitiam sine operibus, qui per fidem quę primum deo credidit, & de pœnitentiā absoluitur, & de pœnitentiā iustificatur, & ad futura fidei opera pœparatur. Probare vult Apostolus, & in ipsa lege pœdici iu-

stitiam sine operibus prodesse, nec se hoc de suo defendere, sed prophetæ testimonio confirmare: [Beati, inquit, sunt illi [quorum iniquitates sunt remissæ, & quorū peccata] sunt oculis dei [tecta.] Iniquitas est, cōtra legem vel extra legem agere. Vnde & Græce dicitur ἀνομία, id est, sine lege, quia lex νόμος vocatur. Iniquitas ergo est, à lege deuiare, vel cōtra legem agere. Peccatum verò etiā illud dici potest, quod cōtra quā naturā docet, & conscientia arguit, delinquitur. Et iuxta hunc sensum iniquitas ad Iudæos, peccatum autem ad gentes pertinere videtur. Sed vtrorūque culpas dominus per gratiā suam, si crediderint, abluit. Quod enim remittitur, non est: & quod tegitur, non apparet, & ideo non imputatur. Beati sunt illi quorum iniquitates sunt remissæ in baptismo, vel etiam igne dilectionis postea liquefactę & cōsumptę, sicut illius peccatrici, cui remissæ sunt peccata multa, quia dilexit multum. Et quorū peccata superpositis actibus bonis sunt tecta. Omne enim quod tegitur, inferius ponitur: & hoc vnde tegitur, desuper ducitur. Quando igitur abdicamus mala quę fecimus, & eligimus bona quę faciamus, quasi tegimen rei superducimus quam erubescim⁹ videri. Et ita ante dei oculos teguntur peccata, dum eis superducuntur bona facta. Potest etiam ad gentes magis pertinere iniquitas, quę dicitur anomia, id est, sine lege, quia gentes sine lege erant. Et possumus totum in baptismo intelligere fieri, id est, & iniquitates remitti, id est, deleri: & peccata tegi, vt vltra non videantur ad pœnam. [Beatus] est etiam [vir] ille, [cui] credenti dominus propter fidem suam [Non imputauit] ad pœnā [peccatum] originale vel aliquod peccatum. Sicut enim Abraam reputata est fides ad iustitiam, ita & omni credenti: cum fides ad iustitiā in baptismo reputatur, peccatum vtique non imputatur.

*Beatitudo ergo hæc in circūcisione tantum manet, an etiam in pœputio? Dicimus enim quia reputata est Abraam fides ad iustitiā. Quomodo ergo reputata est? In circūcisione, an in pœputio? Nō in circūcisione, sed in pœputio. Et signū accepit circūcisionis, signaculum iustitiæ fidei quæ est in pœputio, vt sit pater omnium credentium per pœputium, vt reputetur & illis ad iustitiam, & sit pater circūcisionis, non his tantū qui sunt ex circūcisione, sed & his qui sectantur vestigia fidei, quæ est in pœputio patris nostri Abraam.*

Quandoquidem David vniuersaliter dicit eū esse beatū, cuius iniquitates vel peccata Deus gratis remittit, [Ergo hæc beatitudo] remissio peccatorum [Manet tantum in circūcisione,] id est, in Iudæis, [An & in pœputio] id est, in gentilitate?

**G**entilitate? Id est, cum constet quod beatitudo ista per fidem sit ex gratia, modò quæritur in quibus sit, in Iudæis tantum, an etiam in gentibus. Quod ideo quæro, quia constat de Abraham quod iustus est per fidem. Et cum hoc constet, quæro in quo statu sit iustificatus, postquã est circūcisus vel antè. Et sicut in eo videbitur, sic in aliis credi poterit. Et hoc est: Idcirco quærimus an sit etiam in præputio ista beatitudo, quia [Dicimus] omnes & confitemur, [Quia fides Abrahæ reputata est ad iustitiam] id est, fide iustificatus est. [Quomodo ergo reputata est] ad iustitiam? [In circūcisione, an in præputio?] Id est, cum omnes confiteamur eum per fidem iustificatum, videamus vtrum propterea sit iustus quia est circūcisus, an ideo sit circūcisus, quia inuentus est iustus. [Non in circūcisione] est reputata fides eius ad iustitiã, [Sed in præputio,] Id est, antè iustificatus est per fidem, quã circūcideretur. Nò ergo propter circūcisionem iustificatus est. Quomodo, in-

**H**quit, reputata est fides eius? Cum esset in circūcisione, an cum esset in præputio? Si enim fuisset tunc temporis in circūcisione, videtur utiq; à fidei huius gratia exclusum esse præputium. Sed erat adhuc tunc in præputio. Et cū in præputio positus per fidem sit iustificatus, iure princeps & pater dicitur omnium credentium in præputio. In præputio est iustificatus. Cur ergo post circūcisus? Non hoc superflue factum est, sed [Accepit signum circūcisionem] non qua fieret, sed qua ostenderetur iustus. In præputio per fidem iustificatus est, & deinde accepit signum circūcisionis, id est, circūcisionem exteriorem, quæ esset signum interioris. Signum enim dicitur, cum per hoc quod videtur, aliud aliquid indicatur. Bene ergo circūcisio signum appellatur in Abraam, quia & ipsa aliud videbatur, & aliud intelligebatur: quia iam tunc carnalis illa circūcisio signum erat spiritualis circūcisionis, quæ nò in carne suscipitur, sed in corde. Et tale signum quod sit [signaculum] id est,

**I** habes similitudinem signatæ rei, vt sicut carne libidinis, sic spoliatur omnibus primæ natiuitatis sordibus. Et quia nondum dixerat cuius signum, subdit: [Iustitiæ fidei] id est, quæ est ex fide. fidei dico, [Quæ est in præputio] id est, quam ipse habuit existens in præputio. Vel [signaculum] id est, celans quoddam mysterium. Signaculum enim dicitur, cum alicui rei seruandæ pro tempore custodia imponitur, quod nemo alius nisi ipse qui impressit debeat resignare. Sic in circūcisione Abrahæ conclusum est pro tempore mysterium quoddam, quod celaretur inimicis, & seruaretur amicis ad similitudinem sigilli, quod sicut iussum est Abrahæ vt octaua die circūcideretur homo ex ei<sup>9</sup> semine, sic in octaua post finem septem dierum seculi auferretur omnis vetustas & corruptio ab electis Dei. Vel hoc mysterium sigillatū est in eo, quod Abraam primo iustificatus est, & post accepit circūcisionem, quæ esset signaculum iustitiæ fidei eius, vt [ipse sit pater credentiū per præputiū,] id est, in præputio, [ & sit pater circūcisionis. ] Effectus enim est vtriusque generis pater, his qui sunt in præputio per fidem, &

his qui sunt in circūcisione per carnem. Et hoc K Abrahæ sigillum tunc credimus resignandum, id est, aperiendum, cum plenitudo gentiū introierit & omnis Israël saluus erit. Tunc enim patèter cognoscetur Abrahæ esse pater non solum gentium, sed etiam circūcisionis per fidem. Nam idcirco antè iustificatus est in fide, dum adhuc esset in circūcisus: & post circūcidi iussum est, vt ostèderetur primo pater futurus multarū gentium, & postea illorū qui ex circūcisione credituri sunt. Neq; enim hi qui secundū carnem nascuntur ex Abrahâ, & filij Abrahæ dicèdi sunt, nisi fidem & opera Abrahæ habeant. Hoc itaque sigillabatur in circūcisione Abrahæ, vt sit pater, id est, exemplū omnium credentiū per præputiū, id est, in præputio. Sic enim dicitur per præputium, pro in præputio, sicut dicere solemus, per illud tempus, pro in illo tempore. vel sit pater per præputium, id est, per id quod datum est ei tempore præputij. Si enim post circūcisionem datum esset, diceretur ex ea hoc accepisse, per hoc quod accepit in præputio, id est, per fidem sit pater credentium de gentibus, vt reputetur & illis credulitas ad iustitiam, id est, vt sicut Abraam in præputio iustificatus est per fidem, ita & illi iustificentur credendo, licet præputium non exuerint. Et circūcisionem ideo accepit, vt sit pater circūcisiois, id est, Hebræorum. Nam antè in præputio iustus fuit, vt esset in circūcisus iustorum pater: & circūcisus iustus permansit, vt circūcisus iustorū fieret pater. Fieret inquam pater, [non his tantum qui sunt ex] carnali [circūcisione, id est, Iudæis: [sed & his] qui corde sunt circūcisus, non carne, id est, gentibus, [qui sectantur vestigia fidei] Abrahæ, hoc est, qui illum in fide imitantur, vt ita ample credant sicut ille. [Quæ fides est in præputio patris nostri Abrahæ,] id est, apparet in patre nostro Abraam, dum ipse est adhuc in præputio. Ideo toties repetit de præputio, vt ostendat gentiles eodem modo per fidem iustificari, sicut & Iudæos.

*Non enim per legem promissio Abrahæ aut semini eius, vt hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Si enim qui ex lege hæredes sunt, exinanita est fides, obolita est promissio. Lex enim iram operatur: Vbi enim non est lex, nec præuaticatio. Ideo ex fide, vt secundum gratiã firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solum, sed & qui ei ex fide est Abrahæ, qui est pater omnium nostrum, sicut scriptū est, Quia patrè multarum gentium posui te ante deum cui credidisti, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ nò sunt tanquã ea quæ sunt.*

Verè Abraam est pater omnium credentium Iudæorum & gentium, quia per fidem adeptus est hanc paternitatem, non per legem [Non enim

**A** enim per legem] facta ei [promissio, quia lex nondum erat. Non per legem, [sed per iustitiam, [id est, quam per fidem obtinuerat, facta est] Abrahæ] promissio, & [semini eius, id est, Christo. Hæc scilicet promissio, [vt ipse esset hæres mundi, id est, possessor aliorum de toto mundo, qui eum imitarentur: & in Christo qui ex eo nasciturus erat, possideret omnia. Abrahæ est hæres mundi, id est, possidēs totum orbem per fidem, quia ipse est omnibus exemplum fidei, & omnes sancti sunt filij eius per fidem. Semē quoq; eius, id est, Christus, est hæres, id est, dominus mundi secundū regiam potestatem, per quam benedictio filij Abrahæ, & cui pater dixit, Dabo tibi gentes hæreditatē, &c. Et hæc promissa fuerant Abrahæ & semini eius, non per legem quæ nondum erat, sed per fidem qua ipse Deo crediderat, Et merito. Legis obseruantia pœnam tantummodo effugit, fidei verò meritum spem repromissionis expectat. Et præceptum seruis imponitur, fides ab amicis quæritur. Verè non per legem, sed per fidem Abraam est hæres mundi: quia si illi [qui sunt ex lege,] id est, carnales Iudæi, [sunt hæredes,] id est, possessores hæreditatis, quã deus Abrahæ promissit, tunc [fides est exinanita,] id est, inanis & vacua & inutilis facta, cum gentes per eam non possint hæreditare cœlestem patriam, [ & abolita,] id est, deleta & in irritum deducta est [promissio] dei, qua dictum est Abrahæ, quia in femine tuo, id est, in Christo benedicentur omnes gentes, id est, benedictionem hæreditate possidebunt. Nam si ex lege tantum fierent hæredes, vt Iudæi volebant astruere, gentes quæ lege carent, sine benedictione hæreditatis remanerent. Non ergo per legem Abraam est hæres mundi, quia nec filij eius sunt per legem hæredes, id est, æternæ hæreditatis possessores. Nam si hoc esset, inconuenientia sequerentur, quod scilicet superflua esset fides qua ipse iustificatus est, & qua iustificatur cæteri, cum per eam nò possit hæreditas æterna acquiri, & promissio diuina remaneret inexpleta, quæ promissio omnes gentes benedicendas, quoniam nullus gentium benediceretur, & ita nulli essent hæredes. Et verè ex lege non est hæreditas. Nã [lex] potius [iram operatur,] quia peccatē in se aut lapidari continuo, aut igne cremari, aut alio genere supplicij iubet interfici. Lex iram operatur & præuaticationem. Ex ea enim est præuaticatio, nam sine ea non est. [Vbi enim nò est lex, nec præuaticatio,] id est, transgressio. Qui ergo legem non acceperunt, iniqui dici possunt, præuaticatores non possunt. Iudicantur vtrique secundum opera sua, sed tamen ira dei maior est in præuaticatores, qui per legem cognoscunt peccatum, & tamen faciunt. Et ita non potest per legem hæreditas haberi, sed potius ira. [Ideo ex fide] sunt hæredes. Ex fide, quæ est donum misericordiæ, & iustificat credentes, habetur hæreditas, ita [vt secundū gratiã] dei, non secundum merita hominum, [firma, id est, verax & rata] sit promissio, quã deus fecit Abrahæ de multiplicatione filiorum, qui perpetuam hæreditatem essent possessuri. Non enim firma esset, sed potius infirma & irrita, ni-

si ipse per gratiam suã impleset eam. Ideo non de nostræ voluntatis potestate, sed de sua prædestinatione promissit. Promissit enim quod ipse facturus fuerat, non quod homines. Quia etsi faciunt homines bona quæ pertinent ad colendum deum, ipse facit vt illi faciant quæ præcepit, non illi faciunt vt ipse faciat quod promissit. Alioquin vt dei promissa compleantur, nò in dei, sed in hominū potestate est: & quod à domino promissum est, ab ipsis redditur Abrahæ. Sed non ita fieri potest, per gratiam ergo dei gratuito munere nobis concessam implentur eius promissa, dum per donum suæ gratiæ facit vt credamus & bene operemur, sicque hæredes efficiamur. Firma sit promissio [omni semini] Abrahæ, id est, non parti seminis, sed omni semini. Volebant enim Iudæi vt quantum ad eos, firma esset: & quantum ad gentiles, cassa. Sed nò ita deus promissit, cum diceret, in semine tuo benedicentur omnes gentes. Firma sit omni semini, id est, omni populo fidelium imitatori Abrahæ, [non solum ei qui ex lege est,] id est, qui ex veteri testamēto venit ad nouū, [sed & ei qui est ex fide Abrahæ,] id est, qui non sibi præmissa lege sequitur fidem Abrahæ, qui sine lege per fidem iustificatus esse memoratur. [Qui est pater] nò omnium hominum, sed [omnium nostrum,] id est, non solum qui ex lege descendimus, sed & qui ex fide legi succedimus, scilicet & circūcisorum & præputiatorum credentium est pater, id est, institutor & exemplū. Ita est pater credentium, sicut in Genesi scriptum est, [dicite domino,] [Quia patrem,] id est, autorem secundum fidem, non dico Iudæorum, [sed multarum gentium posui te.] Multarū autem non quarundam, sed omnium. Si ergo pater multarum gentium futurus esse promittitur, rectè non solum eorum qui in circūcisione veniunt, sed & eorū qui ex gentibus credunt, pater nominatur. In eo enim quod ipse dicitur pater multarum gentium, superbia confunditur Iudæorū, quia Iudæorum carne, gentium autē fide pater est. Vbi rectè Apostolus ex sua interpretatione addidit, [ante deum cui credidisti,] significans fidem in interiore homine esse in cōspectu dei, non in ostentatione hominum, sicut est carnalis circūcisio: & per eandem fidem, non per carnem eum esse patrem gentiū, quas ante dei oculos in fide generauit. [Qui] deus, sicut Apostolus subiūgit, [viuificat mortuos,] id est, à morte animæ suscitatur per baptismum Iudæos, [ & vocat] ad fidem quæ non sunt, [id est, gentiles, de quibus scriptum est, Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo. Ipse enim verè est qui ait, Ego sum qui sum. A quo quisquis recedit, etiam esse amittit, vt iure dicitur non esse. Et tales erant gētes idōlis seruientes. Sed ipse [vocat ea quæ non sunt, tanquã ea quæ sunt,] id est, gentiles ad fidem adducit, sicut Iudæos qui ob vnius dei cultum dicuntur esse. Vel omnes peccatores siue gentiles, intelligamus mortuos. Et hos enim deus per gratiam suam viuificat, vt ex fide viuant. Et vocat ea quæ nò sunt tanquam ea quæ sunt. Apud eum quippe iam factum est, quod eius dispositione futurum est, quia de illo per prophetā dicitur, Qui fecit quæ

Al. definiere.

M. Gene. 17.

Gene. 17.

F

Exo. 3.

cit quæ



**G**cit quæ futura sunt. Nondum enim erant quibus promitteretur, quando Abraæ loquebatur ne quisquam de meritis gloriaretur. Et quibus promissum est, etiam ipsi promissi sunt, vt totū corpus Christi dicat, Gratia dei sum id quod sum. Dum enim deus vocare dicitur ea quæ nō sunt, sola gratia vocantis apparet, non aliquod meritum eorum, qui nec esse adhuc habuerunt quando vocantur. Elegit, inquit, nos ante mundi constitutionem. In mundo isto facti sumus, nec mundus erat quando electi sumus. Quis hoc explicare sufficiat? Eliguntur qui non sunt nec errat qui eligit, nec vanè eligit. Eligit tamē, & habet electos quos creaturus est eligendos. Habet autem apud semetipsum, non in natura sua, sed in præscientia sua. Rectè itaque dicitur vocare ea quæ non sunt tanquam sint. De Abraam verò subditur.

*Qui contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium, secundum Gen. 13. quod ei dictum est, Sic erit semen tuum sicut stellæ cali, & sicut arena maris. Et non infirmatus est fide, nec considerauit corpus suum emortuū, cum ferè centum annorum esset, & emortuam vuluam Sara. In repromissione, etiā dei non hesitauit dissidentia, sed confortatus est, fide, dans gloriam deo, plenissime sciens, quia quaecunque promisit, potens est & facere. Ideo & reputatum est illi ad iustitiam, non est autem scriptum tantū propter ipsum, quia reputatum est illi ad iustitiam, sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrum à mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.*

Incipit commendare fidem Abraæ, vt imitemur. Sæpe enim iam dixerat eū credidisse, & ideo pergīt nūc ostendere, quomodo & quā firmiter crediderit. Qui credidit in spem habendi filium per promissionem dei, & hoc cōtra spem carnis suæ, quæ iam erat quasi per naturam deficiens & frigida [contra spem,] id est, contra hoc quod prius sperabat se nō amplius filium generare, [credidit] eundo [in spem,] id est, vt speraret se posse generare, quia de<sup>o</sup> promittebat. Dum enim viridis esset, sperauit secundum naturam ex iuuentula vxore sobolem habere, nec potuit. Modò autē contrarium sperauit, vt scilicet vetulus ex vetula & sterili generaret per dei potentiam, sicque contra veterem spem credidit in nouā spem. Maius est enim sperare contra aliquod insperatum, quā simpliciter sperare. [Credidit Abraam ita vt fieret [pater multarum gentium] id est tam va-

lide credidit, vt propter fidei meritum susciperet ex sua coniuge filium, de quo populus iudæorum propagaretur, & ex illo populo Christus carnem assumeret, in quem omnes gentes crederent. Hoc enim ordine factus est Abraam multarum gentiū. Et hoc iuxta [quod dictum est ei,] diuinitus. [Sic erit semen tuum sicut stellæ cali, & sicut arena maris.] Nō quod essent tot vel carnaliter spiritualiter ex eo processuri, quot sunt stellæ vel arena quæ numerari non potest: sed quod illi, qui ex eo siue carnaliter siue spiritualiter erant nascituri, ita futuri essent hominibus innumerabiles, vt stellæ & arena. Mystice verò per stellas intelliguntur spirituales filij cælo inhærentes, & desuper lucentes fulgore virtutū: per arenā verò, siue Christiani carnales, in infimis corde iacentes, & fructum boni operis non ferentes. Abraam credidit. Et quia posset ad horam credere & postea deficere, subditur, quia [non infirmatus est fide.] Credidit enim deo promittenti, & in illa fide non est infirmatus, id est, debilitatus, cum multas causas infirmandi haberet secundum humanam rationem, scilicet quod nec ipse iam nec vxor eius idonei essent ad generandum. In eo enim quod credidit, non [considerauit corpus suum emortuum,] & verè emortuū, [cum esset ferè centum annorum.] Et licet tanto tempore vixisset, tamen non hoc attendit, nec etiā cagitauit [vuluam Sara emortuam.] Sara enim sterilis erat, & cruore menstruo iam destituta: propter quod iam parere non posset, etiam si sterilis non fuisset. Porro si fæmina ita sit prouectioris ætatis, vt ei solita mulierū adhuc fluant, de iuvene parere potest, de seniore nō potest, quāuis adhuc possit ille senior, sed de adolescentula gignere, sicut Abraam post mortem Sara de Cethura potuit, quia viuendam eius ætatem inuenit. Hoc ergo est quod mirum commendat Apostolus, & ad hoc dicit Abraæ iam fuisse corpus emortuum, quoniam non ex omni fæmina, cui adhuc esset aliquod parienti tempus extremum, generare ipse in illa ætate adhuc posset. Ad aliquid enim emortuum corpus intelligere debemus, non ad omnia. Nam si ad omnia, non iam senectus viui sed caduer esset mortui. Sara quoque magis erat destituta cunctis viribus generandi. Et tamē nihil horum considerauit Abraam, cum audiret sibi à deo sobolem promitti, sed potentiā promittentis attendens, nihil difficile esse credidit in his, quæ promittebat omnipotens. Ita fuit credulus in promissione qua dictum est ei, quoniam qui egreditur de vtero tuo, ipsum habetis hæredem: vel quando audiuit, quia ex Sara dabo tibi filiū cui benedicturus sum. [In repromissione etiam dei,] id est, quando deus iterum ei promisit, qui reuertens veniam ad te tempore isto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua, [non hesitauit dissidentia,] id est, non dubitauit vt differet de completionem promissionum, [sed confortatus est fide,] id est, omnino fortis & constans factus est in fide, [dans gloriam deo,] id est, glorificās deum qui per munus gratiæ suæ daturus erat ei filiū contra naturam ex vetula sterili, & per illum filium in Christo

d. fidei.

**A** in Christo populū credentium plenissime, id est, multo intuitu veritatis & potentia, \* dei, [Sciens quia quæcunque promisit, potens est etiā facere.] Deus igitur eos quos promisit bonos, facit vt ipsi faciant bona. Neque enim eos propterea promisit Abraæ, quia præsciuit à seipsis bonos futuros. Nam si ita est, nō suum, sed eorum est quod promisit. Non autem sic credidit Abraam, sed dedit gloriam nō humanis meritis, sed deo, plenissime credens quia quæ promisit, potens est & facere. Non ait, quæ præsciuit potens est promittere, aut quæ prædixit potens est ostendere, vel quæ promisit potens est præscire, sed quæ promisit potens est facere. Ipse ergo facit bonos eos qui boni fiunt, & ipse facit in bono perseverare eos qui perseverat. Hoc enim promittit deus quod ipse facit. Non enim ipse promittit & alius facit. Quod iā nō est promittere, sed prædicere. Cauendū est igitur ne homo se extollat aduersus Deum, dicens se facere quæ promisit deus. Ipse enim & fidē gentium, sicut Abraæ promiserat, facit, qui potens est facere quæ promisit, & omnia bona operatur in sanctis. Hęc ita credidit Abraam, [ideo & reputatum est illi ad iustitiam.] Diceret aliquis: Quid ad nos quod Abraam credidit, quæ fidem iustificatus est? Hoc illius gloria fuit. Et Apostolus: Ipse quidem ita per fidem magnificatus est. Sed tamen non est scriptum tantum propter ipsum, id est, propter laudem & commendationem ipsius, hoc scilicet, quia reputatum est illi ad iustitiā quod bene credidit, [sed etiam propter nos] instruendos, vt profectum fidei ex illa scriptura caperemus, intelligentes quia si ita credamus deo vt ille credidit, etiam nobis [reputabitur] fides ad iustitiam [credentibus in eum, qui suscitauit Iesum à mortuis,] id est, à numero mortuorum perpetualiter separauit, suscitans eum amplius non reuersurū in corruptionem, quod Iudæi nō credunt. Suscitauit eum à mortuis, vt nos à vitiorum sordibus faceret resurgere. [Qui Iesus tradit<sup>o</sup> est] in mortem, vt nos possemus mori delictis nostris: [& resurrexit,] vt nos in virtutum honestatem resurgeremus iusti. Etenim mors ipsius significat interitum veteris vitæ nostræ, resurrectio autem gratiā nouæ conuersationis. Traditus est in manus persequentium [propter delicta nostra] tollenda, ne nos propter illa traderemur in manus dæmonum cruciandi: & per mortē iure diaboli destructo, [resurrexit] propter iustificationem nostram, [id est, vt nos iustificando suscitaret à morte animæ, quatenus iuste viueremus quod aliter non poteramus.] Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Sonat in eius traditione delictum, sonat in eius resurrectione iustitia. Ergo moriatur delictum & resurgat iustitia.

## CAPVT V.

*Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad deum, per dominū nostrum Iesum Christum, per quē*

*& accessum habemus per fidem in gratiā istam in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiā operatur, patientia autem probationem probatio verò spem. Spes autem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.*

Quandoquidē multis modis hætenus probatum est, nō ex operibus legis, nec ex viribus liberi arbitrij, sed ex fide iustificari hominem, [igitur ex fide] sumus [iustificati,] non ex lege, nec ex nobis. Et nos ita iustificati, [habeamus pacem ad deum,] quam non habetis, dum inuicem arrogatis falsam iustificationem, alij per legem, alij per vires liberi arbitrij. Quasi dicat Hęc dissensio contra deum est, quia de meritis vestris gloriamini, quasi per vosmetipsos iustificati. Sed iustificatio quæ ex fide est, pacem cum deo facit: quia inimicas præsumptiones humanorum meritorum expellit, & animum deo humiliter subiicit, dū se sola gratia saluari cognoscit. Ex fide sumus iustificati, & tamen gratis, quia & ipsa fides donum supernæ gratiæ est. Et cum fides impetrat iustificationem, non gratiā dei aliquid meriti præcedit humani, sed ipsa gratia meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici comitante, non ducente: pedissequa, non præuia voluntate. Ita ergo iustificati, iam de cetero pacem habeamus ad deum, quia reconciliati sumus ei per mediatorem Iesum. Non iam à diuina voluntate discordemus, sed pacem ad deum habere studeamus. [Per dominum Iesum,] id est, non per nos ipsos, sed per auxilium & gratiā reconciliatoris nostri, [per quem habemus] non solum ablutionem nostræ vetustatis in sanguine ipsius, vt sic ascendamus ad indumentum iustitiæ & nouitatis, sed etiam [accessum] habemus per illum, [In istam gratiā,] id est, in hanc virtutum sublimitatem gratis datam, & hoc nō per legem sed [per fidem.] Hoc est dicere, Fides concessa nobis ex gratia, apud deum impetrat & remissionem delictorum & perfectionem omnium virtutum, per Christū qui est ostium, accessimus per fidem in gratiam istam, id est, in bonæ vitæ obseruantia, [in qua stamus,] id est, statū rectitudinis habemus, qui in Adam cecideram<sup>o</sup>: quia qui manet in vitis, non stat, sed prostratus iacet. Elias verò stabat qui ait: Viuit dominus in cuius conspectu sto. *Re. 17.* Stamus, inquit, in hac gratia, non cadentes ab illa nec recedentes, [& gloriamur in spe gloriæ filiorum dei,] id est, in eo quod speramus gloriam quam habent filij dei. Tantum enim est quod speramus, quantum ex se præsumere nullus auderet: quia in sola dei virtute est vt homo in filiorum dei numerum possit ascendere. Et magna valde gloria est, per fidem ac spem in numerum filiorum dei ascisci. Quod adeo magnum

Iacob. 1

E

F

4. Re. 4.

**G**num est, ut à multis pro ipsa magnitudine incredibile videatur, eo quod speramus gloriam filiorum dei nos consequuturos. [Non solum autem] gloriamur de spe gloriæ huius, sed etiã [gloriamur] per Christi gratiam [tribulationibus], per quas oportet nos intrare in regnum cœlorum. Gloriamur sine periculo vanitatis de tolerantia tribulationum, quia nouimus quãta merces inde sequatur. Et hoc est quod gradatim ascendendo profequitur: Gloriamur in tribulationibus, quia sumus [scientes quod tribulatio operatur] in nobis [patientiam], id est, facit nos esse patientes. nemo enim patiens esse potest, nisi in aduersis: [patientia autem] operatur [probationem], quia cuius patientia vincit non potest, ille perfectus esse probatur. Multi enim ante experimentum tribulationis putant se fortes esse, qui in ipso experimento deficiunt & imbecilles esse apparent: & multi prius se putant infirmos, qui in ipso articulo passionis apparent fortissimi, dum omnia viriliter patientiando superant. Et ita probationem operatur patientia, dum & sibi & aliis vnumqueng; liquidò manifestat, qui antequam pati inciperet, & sibi & aliis ignotus erat. [probatio verò] operatur [spem], quia vnusquisque ex eo quod per tribulationes insuperabilis esse probatus est incipit habere spem, id est, certitudinem future gloriæ, quæ humanæ rationi vana videtur, sed testimonio virtutis firmatur. Siquis enim non dum sibi probatus sperat præmium, non sperat sed præsumit. Nã tribulationes quibus patientia fidelium probatur, non solum eas debemus intelligere quæ extrinsecus accidunt, id est, de damnis vel languoribus, vel ex quolibet corporis cruciatu, sed eas etiam quas intus sibi faciunt aut perferunt, dũ in requie positi semetipsos affligunt & atterunt, obstitendo voluptatibus suis, refrenando libidinem, &c. quæ ad bonũ continentia vel abstinẽtia pertinent, [faciẽdo.] Ex quibus sine dubio nascitur patientia, quæ probabilis effecta generat spẽ. Spes autẽ est bonorũ expectatio futurorũ, Quæ exprimit humilitatis affectum & sedulæ seruitutis obsequium, quæ spes non est inanis, quia non confundit, id est, non generat confusionem sic speranti, quia quicquid sperauit adipiscitur. ille enim sua spe confunditur qui dicit, Ego quod sperabam nõ inueni. Vir autem qui per patientiã in tẽtationibus est probatus, nõ cõfunditur sua spe: quoniam magnitudine præmij quod inuenit, exuperatur magnitudo spei eius. [Spes nõ cõfundit] quia in deo posita est, qui fallere nõ potest, quia verax est: non in homine qui falleret quia mēdax est. In deo posita est, & idcirco sequitur [quia charitas dei,] &c. Vel ita, Spes non facit erubescere, quia impletur. Et constat eam esse implendã ex eo quod iam spiritum sanctum in arram habeamus, quo & latè diligimus. Et hoc est: Quia charitas dei, id est, quã ex Deo habemus, per quã deũ & proximũ diligimus, [diffusa est,] id est, latè & copiose data [in cordibus nostris.] Vbi enim charitas est, angustia esse nõ potest, quia mox angustia excluditur, & cor dilatatur, ut tantum habitatorẽ, id est, spiritũ sanctum intra se possit habere. Non enim à nobis

ipsis, sed à spiritu sancto possumus habere charitatem. Nã cum dixisset, charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, ne putaret quisque à se sibi esse quod diligit deũ, cõtinuò addidit, [per spiritũ sanctũ qui datus est nobis.] Ut ergo ames deũ, habitet in te deus, & amet se de te, id est, ad amorẽ suũ moueat te, accendat te, illuminet te, excitet te. Per spiritum, inquit, sanctũ qui datus est nobis, quia & deus est & donũ dei. Et propter hũc diuitẽ habitatorẽ faciebat Apostolus quod supra dixit, Gloriamur in tribulationibus. Quomodo enim in his gloriaretur, si egestatẽ intus pateretur? Videbantur foris angustia, sed intus latitudo erat. Quid autẽ facit malus homo cum cõperit tribulari? Foris nihil habet, ablata sunt omnia, in cõscientia nullũ solatiũ est. Nõ est quo exeat, quia dura sunt: nõ est quo intret, quia mala sunt. Male secum torqueatur necesse est, quia sibi ipse tormẽto est. Ipse est enim pena sua, quem torquet cõscientia sua. Boni verò quicquid exterius patientur, facile per internã cõsolationẽ vincunt. Et si in hac vita vbi tanta tormẽta sunt, possunt boni & iusti viri cum talia patiuntur, non solum æquo animo tolerare, sed etiam in dei charitate gloriari, quid cogitandum est de illa vita quæ nobis promittitur, vbi nullam de corpore molestiam sentiemus?

*Ut quid enim Christus cum adhuc infirmi essemus, secundũ tempus pro impiis mortuus est? vix enim pro iusto quis moritur. Nã pro bono forsitan quis audeat mori. Cõmendat autem deus charitatem suã in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. Multo magis igitur iustificati nunc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum.*

Cum deus nos diligit, vel nos eum per spiritum sanctũ, spes nostra implebitur. Nã nisi ita sit, frustra passus est Christus. Et hoc est: [Ut quid Christus pro impiis,] id est, pro dilectione impiorũ [mortuus est,] nisi ut spes impleatur? Vel ita: Volens Apostolus ostẽdere plenius virtutes charitatis, quã per spiritũ sanctum diffusam in cordibus nostris dixerat, exponit quib⁹ causis diffusa sit in nobis, asserens Christum nõ pro piis, sed pro impiis esse mortuũ. Impij nãque eramus, antequam conuerteremur ad Deũ Christum. Et Christus vtique mortem pro nobis, antequã crederemus, accepit. Quod proculdubio non fecisset, nisi nimiam & abundantissimã erga nos charitatem habuisset, vel ipse Christus moriendo pro impiis, vel deus pater vnigenitum suum pro impiorum redemptione tradendo. Verè charitas dei diffusa est in cordibus nostris. Nam quare mortuus est Christus pro nobis, nisi ut charitas dei diffunderetur in nobis, ut diligeremus eũ qui prior dilexit nos? [ut quid enim,] id est, ppter quid aliud [Christus pro nobis mortuus est, cum adhuc essem⁹ infirmi?] id est, indigentes medico. Tam gra-

**A**uiter enim ægrotabimus, ut non aliter quã medici morte sanari possemus. Mortuus est [secundum tempus,] id est, nõ ut alij qui morte detinentur: sed ad horam pro nobis mortem sustinuit, resurgens die tertia, ne desperarem de eius potentia, cuius apparet in morte beneuolentia. Mortuus inquã est, & hoc non pro quibuslibet, sed [pro impiis,] id est, pro scedis & execrandis & à deo penitus separatis. Et ipse tam magnum fecit, ut pro talibus mori tẽpora liter dignaretur, ut eternã mortem ab eis auerteret. Hinc beneficiorũ eius apparet magnitudo, ut qui indebite ab eo tantum dilecti sumus, consideremus quantum eũ diligere debeamus, aut si quid ei prẽponere debeamus, cum ille nobis impiis nec vitã suam prẽposuerit, nec mortẽ denegauerit. Piũ enim dominũ vsq; ad mortẽ diligere debemus, quẽ pro impiis seruis cruciatum mortis excepisse cognoscimus. Vbi & præsumptio humana reprimatur, ne suis meritis aliquid tribuat. Et verè mirãda est eius bonitas, qui p impiis dignatus est mori. [Vix enim pro iusto quis moritur,] id est, raro est ut aliquis pro iusto moriatur, nedũ pro impio: quoniam dubitat vnusquisq; mortẽ subire, etiam si mortis sit causa iusta. Raro dico: nã forsitan potest inueniri ut quis audeat mori pro bono, id est pro re bona vel pro bono viro. Quasi dicat: Difficile hoc inuenitur, metu mortis cuncta terret. Vel per iustũ intelligatur instituta legis: per bonũ verò, bonitas euãgelicæ gratiæ. Et vix p iusto quis moritur, quia in veteri lege in qua iustitia est, vix pauci inuenti sunt qui suũ in martyrio sanguinem fuderint. [Nã pro bono forsitan quis audeat mori,] quoniam in nouo testamento, in quo bonitas est atque clemẽtia, innumerales extiterunt, qui suas in mortem audacter animas tradiderunt. Sed tamen ad cõparationẽ carnaliũ & mori pro domino trepidantiã, tam pauci fuerunt, ut propter raritatẽ dicatur de eis forsitan quis audeat mori. Forsitã, dicitur propter eos qui mori necdũ audent: quis, propter raritatem eorum qui audent, licet sint innumerales. Nonnulli verò sic interpretantur: Si ille p nobis impiis mortuus est & peccatoribus, quanto magis nos absque vlla dubitatione pro iusto & bono debemus occumbere? Iustum autem & bonum non putemus esse diuersum, nec aliquem proprie significare personam, sed absolute iustam rem & bonam: pro qua difficulter, sed interdum aliquis inueniri potest qui suum sanguinem fundat. Vix pro iusto & bono quis moritur. Dominus autem noster pro impiis & peccatoribus est mortuus, i quo laudabilior charitas fulget. Neq; enim merita nostra prẽcesserant, pro quibus filius dei moreretur: sed magis quia nulla erant merita, magna erat misericordia. Diceret aliquis: Cum deus sit omnipotẽs, & aliis modis nos potuisset liberare, cur filium suũ p nobis mori voluit? Ad quod Apostolus: Nõ sine causa deus id fecit, sed hoc modo [cõmendat charitatem suã in nobis.] Quando indebite aliquid redditur, tunc charitas commendatur. Et quid tam indebitũ, q̃ ut sine peccato domin⁹ pius p peccatoribus seruis impiis moreretur? Et in hoc cõmendatur nobis charitas

patria, qua sic nos dilexit. Cur ergo non fieret mors Christi, imò cur prætenuis aliis innumerabilibus modis, quibus ad nos liberandos uti posset omnipotens, id potissimum non eligeretur ut fieret, vbi nec de diuinitate eius aliquid immutatũ est, & de humanitate suscepta tantum beneficij collatum est hominibus, ut à dei filio mors temporalis debita redderetur, qua eos ab æterna morte debita liberaret? Peccata enim nostra diabolo tenebat, & per illa nos meritò tenebat in morte. Dimisit ea illi qui sua non habebat, & ab illo est immerito perductus ad mortem. Tãtum enim valuit sanguis ille, ut neminem Christo indutũ in æterna morte debita detinere debeat, qui Christũ morte indebita vel ad tempus occidit. Commendat itaque Deus pater nimiam charitatem suam in nobis, [quoniã cum adhuc peccatores essem⁹, nihilq; nobis nisi pœna deberetur, Christus pro nobis pœnã mortis excepit, ut nos à cruciatu perpetuẽ mortis saluaret. Qui ergo peccatoribus donauit mortem suã, quid seruat iustis nisi vitam suã? Incredibilis est enim q̃ mortuus est eternus, q̃ ut in æternum viuat mortalis. Iam quod incredibile est tenemus. Si propter hominẽ mortuus est deus, nõ est victur⁹ homo cũ deo? Nõ est mortalis victurus in æternum, propter quem mortuus est qui viuat in æternum? Carne tamen sola mortuus est. Mortuus est pro nobis peccatoribus. Multo magis ergo saluabit iustificatos. Nam qui fecit quod maius & difficilius est, multo leuius faciet quod minus & facilius est. Difficilius quippe est p peccatoribus mori & peccata tollere, q̃ & iustos cooperãtes saluare. [Multo magis igitur] nos [iustificati, i. à peccatis omnibus liberati,] nunc, id est, in hoc tempore gratiæ, [in sanguine ipsius,] sine culpa p peccatis nostris effuso, [salui erimus ab ira,] id est, à pœna damnationis æternæ, [per ipsum] mediatorem & reconciliatorem.

*Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius. Non solum autem, sed & gloria facti sumus in deo per dominũ nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliati sumus.*

Verè salui erimus ab ira per ipsum. Nam [si cum essemus inimici, id est, per amorem iniquitatum deo contrarij,] reconciliati, id est, in pacem reducti sumus Deo [per mortem filij eius, tunc multo magis qui iam sumus reconciliati, erimus salui in vita ipsius: quia talẽ ipse iam secundũ humanitatẽ habet vitã, talẽ & nos habebimus. In vita erimus salui, qui per mortem sumus reconciliati. Dedit enim pro nobis mortẽ suã, & reconciliati sumus, qui alienati & inimici facti fueramus per transgressionem. Nemo enim reconciliatur, nisi ex inimicitia. Inimicos autẽ nos deo primi parentis fecit transgressio. Quos supra dixerat peccatores, hos nunc inimicos dei nominat: & quos supra iustificatos



**G** in sanguine Christi, nos nunc reconciliatos deo per mortem filij eius: & quod supra saluos ab ira per ipsum, eos nunc saluos in vita ipsius. Non ergo ante gratiam istam quoquo modo peccatores, sed in talibus peccatis fuimus, ut inimici essemus dei. Sed reconciliati sumus ei per mortem filij eius. Quomodo per mortem? An cum irasceretur nobis, vidit mortem filij sui pro nobis & placatus est nobis? Nunquid ergo filius eius usque adeo nobis iam placatus erat, ut pro nobis etiam mori dignaretur: pater vero usque adeo ad huc irascebatur, ut nisi filius pro nobis moreretur, non placaretur? Non. Superius enim dictum est: Comendat autem charitatem suam deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Habebat ergo pater erga nos charitatem, etiam cum inimicitias aduersus eum exercentes, deseruiremus peccatis. Et in sequentibus epistolae huius dicitur: Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non perperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Nunquid ergo si implacatus nobis esset, filium pro nobis traderet? Veraciter enim dictum est ei, quia nihil odisti eorum quae fecisti. Sed tamen nihil ominis veraciter ei dictum est, Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Proinde miro modo & diligebat nos, & oderat. Diligebat quales ipse fecerat, oderat quales per operationem iniquitatis fueramus per nos facti. Et quadam iustitia dei in potestate diaboli traditum erat genus humanum, peccato primi hominis in omnes vtriusque sexus commixtione nascentes originaliter transeunte, & parentum primorum debito vniuersos posteros obligante. Si ergo commissio peccatorum per iram dei iustam hominem subdidit diabolo, profecto remissio peccatorum per reconciliationem dei benignam eruit hominem a diabolo. Non enim sicut hominis animi perturbatio, est ira dei, sed iusta vindicta vocatur eius ira. Et si iusta diuina vindicta tale nomen accepit, etiam reconciliatio dei, quae non recte intelligitur, nisi cum talis ira finitur. Nec aliter inimici eramus deo, nisi quemadmodum iustitiae sunt inimica peccata. Quibus remissis tales inimicitiae finiuntur, & reconciliantur iusto quos ipse iustificat. Quos tamen etiam inimicos utique dilexit, quandoquidem pro his cum adhuc inimici essent, filium tradidit. Quod ergo reconciliati sumus deo per mortem filij eius, non sic intelligatur, quasi nos ideo reconciliauerit ei filius, ut iam inciperet amare quos oderat, sicut reconciliatur inimicus inimico, ut inde sint amici & inuicem diligant qui oderant inuicem: sed iam nos diligenti reconciliati sumus ei, cum quo propter peccatum inimicitias habebamus. Et per hanc reconciliationem a diabolo sumus erepti, qui non potentia dei, sed iustitia superandus fuit. Nam quid omnipotente potentius, vel cuius creaturae potentia valet ei comparari? Sed cum diabolus vitio peruersitatis suae factus sit amator potentiae, & defensor oppugnatoremque iustitiae, in quo homines magis eum imitantur, placuit deo ut non potentia diabolus, sed iustitia viceretur, atque ita & homines imitantes Christum, iustitia quaererent diabolum vincere, non potentia. Quae igitur iusti-

tia, qua victus est diabolus a Christo? Quia cum in eo nihil morte dignum inueniret, occidit eum tamen. Et utique iustum est ut debitores quos tenebat, liberi dimittantur, in eum credentes quem sine ullo debito occidit. Hoc est, quod iustificari dicimur in sanguine Christi. Sic quippe in remissionem peccatorum nostrorum innocens ille sanguis effusus est. Hoc est quod reconciliari deo dicimur per mortem filij eius. Remissis enim peccatis nostris, finiuntur inimicitiae, & pacem cum deo assequimur, a quo nos sola peccata dirimebant. Sic ergo per mortem eius [reconciliati, multo magis salui erimus in vita ipsius,] qui in vita nostra perieramus. Nam si mors ipsius tantum potuit ut illud faceret quod difficilius erat, tunc vita, id est, resurrectio & gloria eius illud facere poterit, vbi minor difficultas est, [Non solum autem] salui erimus in futuro, [sed etiam nunc gloriamur] [spe in deo,] id est, in eo quod consideramus nos cum deo futuros in illa gloria. Vel non in nobis, sed in deo gloriamur: nec per nos, sed [per dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc] iam in praesenti vita [reconciliationem accepimus,] secundum ea quae superius disputata sunt.

*Propterea sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Usque ad legem enim peccatum erat in mundo: Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset. Sed regnauit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt, in similitudinem praeuaricationis Adae, qui est forma futuri.*

Nunc prolixius disputare inchoat de duobus hominibus: vno primo Adae, per cuius peccatum & mortem tanquam haereditariis malis & posteris eius obligati sumus: altero autem secundo Adae, qui non homo tantum, sed & deus est. Quo pro nobis soluente quod non debebat, a debitis & paternis & propriis liberati sumus. Proinde quoniam propter unum illum tenebat diabolus omnes per eius vitiatam carnem concupiscentialiter generatos, iustum est ut propter hunc unum dimittat omnes per ipsum immaculatam gratiam spiritaliter regeneratos. Nam quia dixerat Apostolus nos esse per Christum deo reconciliatos, propter ostendere quod conuenienter per unum obedientem sumus reconciliati, qui per unum inobedientem fueramus a deo separati. Reconciliationem accepimus per Christum. [Propterea,] id est, quia per unum sumus reconciliati, idcirco [sicut per unum hominem intrauit peccatum] in orbem, [ & per peccatum mors, ita subaudi per unum redemptorem reddita est iustitia, & per iustitiam vita. Per unum hominem qui primus peccauit, intrauit originale peccatum in hunc miserum mundum, id est, in vniuersum genus humanum: quoniam peccando omnem suam stirpem in seipso tanquam in radice vitiauit, ut quicquid

al. tabificauit.

**A** prolis ex simul damnata per quam peccauerat; coniuge per carnalem concupiscentiam (in qua inobediens poena similis retributa est) nascere tur; traheret peccatum originale. Sicut enim Christus, in quo omnes viuificabuntur, praeter id quod se ad iustitiam exemplum imitantibus praebuit, dat etiam sui spiritus occultissimam fidelibus gratiam, quam latenter infundit & paruulis baptizatis: sic & Adam in quo omnes moriuntur, praeter id quod eis qui preceptum domini voluntate transgrediuntur, imitationis exemplum est, occulta etiam tabe carnalis concupiscentiae suae: tabefecit in se omnes de sua stirpe venturos. Peccatum enim generationis hic intelligitur, non imitationis. Nam sicut a muliere initium peccati fuit, sic initium generationis a viro est. Prior enim vir feminat, ut foemina pariat. Ideo per unum hominem peccatum intrauit in mundum, quia per semet generationis intrauit, quod a viro excipiens foemina concipit. Opus hoc castum in coniuge non habet culpam sed origo peccati trahit secum debitam poenam. Non enim maritus, quia maritus, mortalis non est, aut aliunde nisi peccato mortalis est. Itaque per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: quia si homo non peccasset, nunquam moreretur. [Et ita in omnes homines] peccatum siue mors [pertransiit, ut nullus ex viro & foemina genitus, immunis esset a peccato & morte. Notandum est enim quod dicitur, pertransiit. Inde est paruulus reus: Peccatum nondum fecit, sed traxit. Etenim illud peccatum non in fonte mansit, sed pertransiit in omnes per vitiatam carnem genitos. [In quo,] id est, in primo homine [omnes peccauerunt] quia quando ipse peccauit, omnes in illo erant, & tota humani generis massa in illo est infecta peccati veneno. Sic etenim in Christo iustificantur omnes qui credunt in eum, propter occultam communicationem & inspirationem gratiae spiritalis: quia quisquis adharet domino, vnus spiritus est cum eo. Et sicut per peccatum primi hominis quod in omnes pertransiit, amissimus vita: sic per iustitiam secundi hominis, quae in omnes qui membra eius fiunt, diffunditur, recuperabimus vitam. Dixi quia peccatum in omnes pertransiit, & verum dixi. Nam ab Adam usque ad legem peccatum originale in omnibus fuit. De Iudaeis non probo, quod fuerint sub originali peccato, quia legem habebant, & se esse sub illo per legem cognoscere poterat: sed de illis, qui ante legem fuerat, & peccatum originale non cognoscebant. Nam usque ad legem Moyse, peccatum illud erat in toto mundo. Erat quidem, sed non imputabatur, id est, non intus in anima esse putabatur aliquod huiusmodi peccatum, cum lex non esset, quae casum primi hominis, ex quo peccatum illud propagatum est, intimaret. In omnes itaque peccatum illud pertransiit, quia etiam ante legem, cum non ita videtur, lege non docente. Vel ita: Quoniam Iudaei vellent dicere iustitiam & vitam esse redditam per legem potius quam per Christum, ut Apostolus docebat, ostendit Apostolus iustitiam non potuisse reddi per legem, quae peccatum auferre non valuit. Nam [usque ad legem,] id est, quandiu lex mansit, [peccatum] originale [erat in mundo,]

id est, non fuit deletum per legem. Istud usque, non est terminale, sed comprehensiuum, sicut cum dicitur, Et vitam usque in seculum. Usque ad legem fuit peccatum, quia nec lex potuit illud auferre, quae sub intrauit ut magis abundaret peccatum: siue naturalis lex, in qua quisque iam ratione vitiosus, incipit peccato originali addere & propria: siue ipsa quae scripta per Moysen, populo data est. Quod igitur ait, quia usque ad legem peccatum erat in mundo, non idcirco dictum est, quod deinceps non fuerit, sed quia non poterat per literam legis auferri, quod solo poterat spiritu gratiae. Ne quisquam ergo fidens viribus, non dico voluntatis, sed potius vanitatis suae, putaret libero arbitrio legem potuisse sufficere, & Christi gratiam derideret, ideo ait Apostolus, quia usque ad legem peccatum erat in mundo. Et addidit: [Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset.] Non dixit, Non erat, sed Non imputabatur, id est, ignorabatur, & peccatum esse non putabatur. Neque enim a domino deo, tanquam non esset habebatur, sed ab hominibus caecis nesciebatur: quia non erat lex, quae argueret demonstraretur siue lex rationis in paruulis, siue lex literae in populo. Ante legem non imputabatur peccatum, sed regnauit mors, secure possidente homines diabolo pro impunitate credita, usque ad Moysen, per quem rediit cognitio vni dei. Prius enim aut ignorabant deum homines, aut non putabant eum curare quid egissent. Sed vbi lex data est, nouerunt deum curare humana & iudicare. [Regnauit] inquit, [mors ab Adam usque ad Moysen,] id est, a primo homine usque; ad ipsam etiam legem, quae diuinitus promulgata est: quia nec ipsa potuit regnum mortis auferre, quae non regnat utique nisi per peccatum. Regnum enim mortis vult intelligi, quando ita dominatur in hominibus reatus peccati, ut eos ad vitam aeternam, quae vera vita est, venire non sinat, sed ad secundam etiam, quae poenaliter aeterna est, mortem trahat. Hoc regnum mortis sola in quolibet homine gratia destruit saluatoris, quae operata est etiam in antiquis sanctis, quicunque; antequam in carne Christus veniret, ad eius tamen adiuuantem gratiam, non ad legis literam, quae iubere tantum, non adiuuare poterat, pertinebat. Quod autem dicit, Usque ad Moysen, id est, usque ad finem legis & initium gratiae mortem regnasse, eo genere loquutionis ait, quo dicimus, verbi gratia, fuerunt Hunni usque ad Atilam. Non enim principium regni eius, sed finem designamus. Sic & usque ad Moysen, id est, usque ad finem legis & principium gratiae, pestis late diffusa per orbem regnabat, quia medicus deerat. Vbi vero de caelo medicus aduenit, mors potestate perdidit. Ergo in omnibus regnauit mors ab Adae usque ad Moysen, qui Christi gratia non adiuti sunt, ut in eis regnum mortis destrueretur. Verum in omnibus, [etiam in eis qui non peccauerunt in similitudinem praeuaricationis Adae,] id est, qui nondum sua & propria voluntate, sicut ille, peccauerunt, sed ab illo peccatum originale traxerunt. Quia in seipsis cum iam non nati essent, nec ratione adhuc vterentur, qua ille vtebatur quando peccauit, nec praecipuum accepissent quod ille transgressus est, solo originali vitio tenebantur ob-

**G** stricti, per quod eos regnū mortis traheret ad condemnationem, quod est occidi in gehenna. Potest & sic intelligi, vt cum dixisset, regnauit mors etiā in eis qui non peccauerunt, quasi nos moneret quare in eis regnauerit qui non peccauerunt, adderet in similitudinem preuaricationis Adæ, id est, quia erat in horum membris similitudo preuaricationis Adæ. [Qui est forma futuri, quia ipse in formam mortis infligit posteris suis. In illo enim constituta est forma cōdēnationis futuris posteris, qui eius propagine crearentur, vt ex vno in cōdēnationē nascerentur, ex qua non liberat nisi gratia saluatoris. Vel forma est futuri, id est, Christi, partim à simili, partim à cōtrario. A simili, quia sicut Adā sine patre à Deo ex virgine terra factus est, ita Christus ex virgine Maria sine semine à Deo creatus est. Sicut ille est pater omnium secundū carnem, sic Christus secundū fidem. Dormiuit Adā vt fieret Eua, mortuus est Christus vt fieret ecclesia. Dormienti Adæ facta est Eua de latere, mortuo Christo lancea percussum est latus, vt profluerent sacramēta quibus formaretur ecclesia. A contrario quoque est Adam forma Christi, vt quomodo per illius inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita per Christi obedientiam iusti constituuntur multi. Et sicut in illo omnes moriūtur, sic & in Christo omnes viuificantur. Sicut enim manducātū est ab Adam, suadente diabolo, & omnes qui nascuntur ex eo, morti additi sunt: ita ieiunātū est à Christo & omnes qui per eum renascuntur, vitæ æternæ restituuntur. Sicut ille communicare potuit filiis peccatum & mortem, sic iste suis iustitiam suam & vitā. Sicut ille est pater præsentis seculi, & princeps discordiæ, sic iste pater futuri seculi & princeps pacis. Sed nō sicut delictum, ita & donum.

1sa. 9.

*Si enim vnus delicto multi mortui sunt multo magis gratia dei & donum in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit. Et non sicut per vnū peccatum, ita & donum. Nam iudiciū quidem ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis iustificationem. Si enim vnus delicto mors regnauit per vnum, multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes in vita, regnabunt per vnum Iesum Christum. Igitur sicut per vnus delictū in omnes homines in condemnationem, sic per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. Sicut enim per vnus hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita & per vnus obediētiā iusti constituētur multi.*

His verbis declarat Apostolus, qualiter A-

dam forma Christi sit à contrario, & qualiter eadem forma non sit ex omni parte conformis. Nam similes quidē à contrario sunt, sed tamen in hoc differunt, quod nō sicut delictum Adæ, ita & donum Christi: quia plus boni Christus cōfert, quàm ille mali. Similes enim sunt Christus & Adam, sed non sicut delictum, ita & donum, id est, non sic est efficax peccatum Adæ ad damnationem, vt gratia Christi ad saluationem. Quāuis enim delictum & donum in hoc sint similia, quod sicut delictū operatur discordiam inter nos & Deum, & tandem in nobis mortem, ita donum reconciliationem & æternam beatitudinem: atque sicut per vnum hominem intrauit peccatum in omnes, & per peccatum mors, ita donum per vnum venit in omnes, & per donum vita: in hoc tamen differunt, quod delictum operatur in omnibus mortem temporalem, donum autem vitam sempiternam. Plus ergo præstat Christus regeneratis, quàm nocuit Adam generatis. Et verè donum est maius & potētius quàm delictum. Nā si delictum vnus adeo potuit & efficax fuit, vt multos duceret in mortem, multo magis abundauit gratia dei, id est, remissio peccatorum, quam deus gratis dat sine præcedenti merito humano, & donum, id est, largitio virtutum. Hæc inquam gratia & donatio, abundauit in gratia vnus hominis Iesu Christi, id est, in perfectione virtutum quæ in homine Christo est & abundauit in plures, id est, in omnes suos abundanter venit. Non in plures transit gratia quàm delictum. neque enim plures iustificantur quàm condemnantur, cum iniqui multo plures sint: sed in plures dictum est, velut si diceretur, non in paucos. Neque enim pauci, sed plures sunt, in quos redūdat ista gratia. Et multo magis abundat quàm delictum, quia omnes qui per Christum liberantur, temporaliter propter Adam moriuntur, propter ipsum autem Christum sine fine viuunt. In eo autem quod præmisit [enim vnus delicto multi mortui sunt] dum diceret Multi, & nō Omnes, inuit se dicere de illis, in quibus delictum Adæ mortē animæ fecit? Sed [gratia dei multo magis abundauit] quia primus parens vnū delictū in omnes misit, Christus autē etiā delicta illa quæ homines propria volūtate addiderūt originali, in quo nati sunt, gratia sua soluit, & iustificationem atque vitā æternam dedit. [Et nō sicut per vnum] peccantem venit cōdēnatio [ita & donum] gratiæ post datum est, quia maius est donum quàm delictum. Ostēderat delictum & donum differre secundum effectū, quia delictū genuit mortem, donum autē vitā: & nunc rursum ostendit quod alio modo differunt, quia non sic, sed copiosius est donū gratiæ per vnū Christum donantem, sicut fuerat delictū per vnum Adam peccantem. Non solum in hoc, inquit, nō æqualis est forma, quia Adā tēporaliter nocuit eis quos in æternum Christus redemit: sed etiā quia illius vno delicto posteris eius, nisi à Christo redimantur, traduntur in cōdēnationem: Christi autē redemptio etiam multa delicta dissoluit, quæ originali sunt addita. Et verè ita est. [Nā iudiciū quidē,] id est, sentētia diuini iudicij

A cij [ex vno] delicto Adæ ducit [in cōdēnationem] sed [gratia,] id est, gratuitum donum dei [ex multis delictis] in baptismo liberans ducit [in iustificationem,] quia non solum ignoscit, sed & iustificat. Ideo dixit iudicium ex vno delicto in cōdēnationem, quia sufficeret ad cōdēnationē, etiā si non esset in hominibus nisi originale peccatū. Quāuis enim cōdēnatio grauior eorū sit, qui originali delicto etiā propria coniunxerūt, & tāto singulis grauior, quāto grauius quisque peccauit, tamen etiam illud solum quod originaliter tractum est, non tantū à regno dei separat, verū & à salute ac vitā æternā facit alienos, quæ nulla esse alia pōt præter regnum dei, quo sola Christi societas introducit. Ac per hoc ab Adam in quo omnes peccauimus, non omnia nostra peccata, sed tantum originale traximus: à Christo verò, in quo oēs iustificamur, non illius tantum originalis, sed etiam cæterorum quæ ipsi addidimus, peccatorum remissionē consequimur. Et ideo nō sicut per vnum peccatū, ita est & donum. Nam iudicium quidē ex vno delicto si non remittitur, id est, originali, in cōdēnationē iam potest ducere [gratia verò ex multis delictis] remissis, hoc est, non solum originali, verum etiā omnibus cæteris [ad iustificationē] perducit. Quicūq; enī ex illo vno homine multi in seipis futuri erāt, tunc in illo vnus erant. Proinde illud Peccatū solius esset, si ex illo nullus exisset. Porro autē in quo erat natura cōmunis, ab eius vitio nullus est immunis. Sed inde sola Christi gratia liberat, quæ non secundum merita hominū, sed gratis datur, quoniam deus misericors est: nec omnib⁹ datur, quoniam deus iudex est: & iusto eius iudicio in aliis demonstratur, quid in eis quibus datur, cōferat gratia. Nō ergo simus ingrati ei, qui secundū placitū voluntatis suæ tā multos liberat de tā debita perditione, vt si inde liberaret neminē, nō esset iniustus: sed qui liberātur, gratiā diligant: qui non liberātur, debitū agnoscant. Si enim in remittendo debitū apparet bonitas, & in exigendo æquitas, laudēt misericordiam qui liberantur, non culpēt iudicium qui puniuntur. Dixerat autē quod gratia nos à multis delictis emundans iustificauit, & nūc consequenter adiungit, quod per illorum delictorū remissionē & iustitiæ adaptionē nō solum viuemus, sed & regnabimus, & hoc per Iesum Christū. Sed præmittit inde quasi quandā probationē: quia si in peccato Adæ moriebamur, multo magis in gratia Christi viuemus. Et hoc est Gratia dei nos à delictis multis liberās & iustificās saluauit à cōdēnatione cæterorū, quia per illam regnabimus. Nā [mors per vnum] in cæteros trāsiens [delicto,] id est, ob delictum vnus, [regnauit,] regnū occidendi omnes potenter obtinuit. Vel per vnū regnauit, quia sic in omnibus regnū obtinuit, vt in illo vno qui primus peccauit, haberet initiū regni sui. Siue per vnū (vt diximus) in cæteros venit, quia quas vires in illo habuit, in omnes posteros exercuit. Et si mors ita per vnum in delicto vnus regnauit, tunc multo magis regnabunt [per vnum Christū] accipientes, id est, non à se, sed à deo habentes [abundantiam gratiæ,] id est, remissionē

al. à Christi.

peccatorum abundantem: quia non solum originale, sed & actualia remittuntur, & abundantiam [donationis,] id est, spiritualiū charismatū [ & iustitiæ,] id est, bonæ operatiōis. Isti inquam, qui hæc diuinitus consequuntur, regnabunt per vnum Iesum Christum. Regnabunt multo magis quàm in eis mors regnauit, quia ipsi regnabunt æternaliter, mors autem regnauit temporaliter. Itaque ob vnus delictum mors regnauit per vnum, quia mortis vinculo tenebantur omnes in illo vno, in quo omnes peccauerunt, etiam si propria peccata non adderent. Alioquin non ob vnus delictū mors per vnū regnauit, sed ob delicta multorum per vnūque peccantē. Sed abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipiunt, quia non solum eis peccatum illud, in quo omnes peccauerūt, sed etiam quæ addiderunt, gratia remissionis deletur eisque tanta iustitia donatur, vt cum Adam consenserit ad peccandum suadenti, non cedat etiā cogenti. Qui multo magis in vita regnabunt, quia æterna vita sine fine regnabunt magis quàm in eis mors temporaliter & cū fine regnauit. [Igitur sicut per vnus] & c. Quoniam multa interposuerat ad propositam probationē peritinentia, ostendendo donum efficacius esse quàm delictum, & esse multiplicius quàm delictū, repetit antecedens, vt cōuenienter subinferat ipsum cōsequens. Et hoc est: Quoniam [per vnus delictum] transiens in omnes homines [peruentum est ab hominibus] in cōdēnationē, igitur & [per vnus iustitiam] in omnes homines [transeuntem,] peruenitur [in iustificationē,] quæ est causa [vitæ] perennis. Et sicut illud factū est, sic fit & istud, id est, quàm digne illud, tam digne & istud. Vel ita. Quādoquidem Adam est forma Christi, & quia maius est donū Christi atq; plus cōfert, igitur sicut iuste per delictū vnus transiens in omnes homines, itum est in cōdēnationem corporis & animæ, sic iusto iudicio etiam per vnus iustitiam venientem in omnes homines electos, itum est in iustificationem, vt participatio iustitiæ Christi iustificetur, quæ iustificatio est causa vitæ, sicut cōdēnatio causa mortis æternæ. Sicut ibi delictū solum sine actuali peccato omnes præcipitavit in cōdēnationem, & sic in mortem, ita sine nostro opere præcedente gratia Christi nos duxit ad iustificationem, & sic ad vitam æternā. Eam quippè iustificationem dicit, qua Christus iustificat impium. Quæ iustificatio trāsit in omnes homines, non quia omnes homines veniant ad gratiam iustificationis Christi, cum tam multi alienati ab illa in æternum moriantur: sed quia omnes qui renascuntur in iustificationem, non nisi per Christum renascuntur, sicut omnes qui nascuntur in cōdēnationē, nō nisi per Adā nascuntur. Nemo est quippè in illa generatione præter Christum, & nemo in ista regeneratione præter Christum. Ideo dictum est, omnes & omnes. Nā si aliqui possent carne generari non per Adam, & aliqui spiritu regenerari non per Christum, nō liquido omnes, siue hīc, siue ibi, dicerētur. Eosdem autē omnes, postea multos dicit. Possunt quippè in aliqua re oēs esse, qui pauci sūt. Sed multos habet generatio carnalis,

**G** multos & spiritualis, quamuis non tam multos hæc spiritualis quam illa carnalis. Sed tamen sicut illa omnes habet homines, sic ista omnes iustos homines: quia sicut nemo præter illam hominem, sic nemo præter istum iustus homo, & in vtraque multi. De quibus subditur: [Sicut enim per inobedientiam] &c. Et determinat Apostolus delictum vnius & iustitiam vnius, ut sicut ille merito peccati multos perdidit, sic & iste merito iustitiæ inde liberaffe videatur. Verè sicut delictum vnius condemnauit omnes, sic iustitia vnius iustificat omnes. Nam sicut per inobedientiam vnius primi hominis, quæ est delictum ipsius, peccatores constituti sunt multi, id est, omnes qui ex eo nati sunt, originale peccatum ex eo traxerunt: ita & per obedientiam vnius hominis Christi, constituentur multi iusti, id est iustificabuntur fide incarnationis & passionis eius, qui fuit obediens vsque ad mortem. Ideo hic Christum hominem dicit, cum sit & deus, ne quis existimet vel antiquos iustos, per deum tantummodo Christum, id est, per verbum quod erat in principio, non etiam per fidem incarnationis eius, quæ & homo est, potuisse iustificari. Hic finitur disputatio de duobus, Adam scilicet & Christo, ex quibus alter nobis peccatum & mortem intulit, alter iustitiam & vitam reddidit. Sequitur *Lex autem subintravit ut abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum superabundauit gratia, ut sicut regnavit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam, per Iesum Christum dominum nostrum.*

## CAPVT VI.

*Vid ergo dicemus? Permanebimus in peccato ut gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato quomodo adhuc viuemus in illo?*

Suprà dixerat quia vsque ad legem peccatum, in mundo fuit, quod non originale tantum, sed omne peccatum intelligi voluit. Et ideo vsque ad legem fuit, quia nec lex potuit illud auferre. Vsque ad legem enim dictum est, ut etiam ipsam legem sententia ista concluderet, quomodo dictum est in euangelio, omnes generationes ab **Matt. 1.** Abraam vsque ad Dauid, generationes quatuordecim. Non enim excepto Dauid, sed ipso etiam computato, numerus iste completur. Sic lex non est extra permissionem peccati, quod dictum est, vsque ad ipsam fuisse. Imò sicut nunc dicitur, [lex subintravit ut abundaret delictum.] Intraerat enim in mundum ab initio peccatum siue delictum, sed lex subintravit, id est, subsequenti tempore intrauit, non ut per eam finiretur delictum, sed ut abundaret ex præuaricatione. Legem enim, siue naturalem intelligamus, quæ in eorum apparet ætatibus, qui iam ratione uti possunt: siue conscriptam, quæ data est per Moysen quia nec ipsa potuit viuificare & liberare à lege peccati & mortis, quæ tracta est ab Adam, sed magis addi-

dit præuaricationis augmentum. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Præuaricata ergo lege, quæ in paradiso data fuerat, nascitur homo ex Adam cum lege peccati & mortis, de qua dicitur, Video aliam legem in membris meis, &c. Quæ tamè nisi mala consuetudine postea roboretur, facilius vincitur, non tamè sine gratia dei. Lege autem alia præuaricata, quæ est in usu rationis animæ rationalis, in ætate hominis iam ratione utentis, præuaricatores fiunt omnes peccatores terræ. Præuaricata verò lege, etiam illa quæ data est per Moysen, multo amplius abundat delictum. Lex ergo subintravit ut abundaret delictum, siue cum homines negligunt quod debent, siue cum de viribus suis presumptis, adiutorium gratiæ non implorant, & addunt infirmitati superbiæ. Qui enim tales sunt, ignorat quæ dispensatione lex data sit. Non enim data est lex quæ posset viuificare, quia gratia viuificat per fidem. Sed data est lex, ad ostendendum quævis peccatorum vinculis constringerentur, quia de suis viribus ad implendam iustitiam præsumebant. Et ideo peccata non minuit, sed adiecit. Non tamè propter hunc effectum data est, sed ex hominum prauitate hoc contigit. Non enim vitio legis, sed illorum sic abundauit peccatum, cum & concupiscentia ex prohibitione ardenter facta est, & peccantibus contra legem præuaricationis crimine accessit. Non ergo Iudæi de lege gloriantur, quia non sunt per eam iustificati, sed abundantiori delicto grauati. Ideoque magis humiliantur & confugiant ad implorandam Christi gratiam, per quam & à peccato præuaricationis liberentur atque sanentur. Delictum enim abundauit per legem. Sed non ideo despiciatur Iudæi, qui ad Christum venerunt, quia [vbi,] id est, in quibus [abundauit delictum,] quoniam accepta lege non ignorarent, sed scientes delinquebant. [sibi,] id est, in eis [superabundauit gratia] dei, hoc est, sic abundauit, & sic dona sua multiplicauit, ut deleter omnino delictum, & superior atque maior existeret quam fuerat delictum. Superabundauit, quia & hos perficit quos diabolus vincere non potuit: & delictum ad tempus fuit, gratia verò in æternum. Ita superabundauit gratia, [ut sicut regnavit in mortem peccatum,] etiam quod non ex Adam traxerunt homines, sed sua voluntate addiderunt, [ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam.] Non tamen est aliqua iustitia præter Christum, sicut aliqua peccata præter Adam. Ideo cum dixisset, sicut regnavit peccatum in mortem, hic non addidit per vnum aut per Adam, quia supra dixerat etiam de peccato illo quod subintrante lege abundauit, & hoc vtiq; non est originis, sed iam propriæ voluntatis. Cum autem dixisset sic, & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam, addidit: [per Iesum Christum dominum nostrum,] quia generatè carne illud tantummodo trahitur quod est originale peccatum regenerante autem spiritu non solum originalis, sed etiam voluntariorum remissio peccatorum. Ita ergo superabundauit gratia, ut sicut regnavit peccatum in mortem, id est, sicut præualuit actuale peccatum & efficax fuit ducere homines in mortem: sic & [gratia,] id est, remissio peccatorum & accumulatio virtutum [regnet,] id est, præualeat, & omnem voluntatem suam in nobis

**A** in nobis potenter compleat. [per iustitiam,] id est, per subsequentem bonam operationem nostram, ducens nos in vitam æternam, non per ipsos, neque per legem, sed [per Iesum Christum.] Post hæc quæstionem quæ ab alio fieri poterat, ipse sibi facit: & quod opponi poterat, remouet. Quasi dicat: Quoniam supra dixi, quia vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia, [ergo quid] ex hoc [dicemus? Permanebimus in peccato ut gratia abundet] in nobis, id est, ut abundantiam gratiæ consequamur? [Absit] ut in eo iam maneamus. [Nā qui iam sumus mortui peccato,] id est, qui per baptismum iam extincti peccato sumus, [quomodo adhuc viuemus in illo?] Obediendi desiderii peccati, hoc est viuere peccato. Sed cum id gratia præstiterit, ut moreremur peccato, quid aliud facimus, si viuimus in eo, nisi ut gratiæ simus ingrati? Neque enim qui laudat beneficium medicinæ, morbos docet & vulnera, à quibus hominem illa sanat: sed quanto magis medicina prædicatur, tanto magis vulnera & morbi vituperantur. Sic laus & prædicatio gratiæ, vituperatio & damnatio est delictorum.

*An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Cõsepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.*

**Mortui sumus peccato per baptismum quæ in morte Christi percepimus, & an hoc ignoratis? [An ignoratis quia quicumque,] siue serui, siue liberi, siue paruuli, siue magni, [baptizati,] id est, tincti & abluti [sumus] in Christo Iesu,] id est, in nomine Christi [in morte ipsius baptizati sumus?] Ac si dicatur: Nūquid sacramentum ipsius baptismi ignoratis? In morte quippe Christi baptizamur, ut in ipsius morte credentes & imitantes quasi mortui viuamus. Mortui enim per baptismum peccato, non debemus ei iterum viuere, ut iterum mori ei necesse sit, quia in morte Christi, id est, in similitudinem mortis Christi sumus baptizati, ut sicut ille semel mortuus est & semper viuuit, ita nos mortui malo, semper viuamus bono. Quomodo enim mortuus peccare non potest, ita & nos si Christo sumus commortui, implicari peccatis capitalibus non debemus: quia qui crucifixus est, nihil aliud facit nisi horam mortis expectat, & spiritum suum deo commendat, nihilque iam in hoc mundo appetit. Nam quemadmodum pedes & manus Christi cruci sunt affixi, ut in nullam partem moueri possent, ita manus & pedes nostri debent imitatione mortis eius ligari, ut non possint ad peccatum moueri. Et ita nihil aliud intelligamus esse Christi baptismum, nisi mortis Christi similitudinem: nihil autem aliud mortem Christi crucifixi, nisi remissionis peccati similitudinem, ut quemadmodum in illo mors vera facta est, sic in nobis vera remissio peccatorum: & quemadmodum in illo vera resurrectio est, ita & in nobis vera iustifi-**

**D** catio. Et si hinc ostendimur mortui esse peccato, quia in morte Christi baptizati sumus, profecto & paruuli qui baptizantur in Christo, peccato moriuntur, quia in morte ipsius baptizantur. Nullo enim excepto dictum est, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et ideo dictum est, ut probaretur nos mortuos esse peccato. Cui autem peccato paruuli renascendo moriuntur, nisi quod nascendo traxerunt? Vel in morte Christi sumus baptizati, quia mors eius est causa huius purificationis. Verè in morte Christi sumus baptizati, id est, in baptismo similes morti eius effecti, quia etiam consepulti sumus illi per baptismum. Sicut enim nemo viuus potest sepeliri cum mortuo, ita nemo qui adhuc viuuit in peccato, potest in baptismo consepeliri Christo. [Consepulti sumus cum illo per baptismum,] ut quemadmodum ipse fuit sepultus corpore, sic peccatum nostrum lateat & sepeliatur sepulchro aquæ: sicut ipse tribus diebus in sepulchro iacuit, sic nos tribus vicibus sepulchro baptismatis immergimur. Nā **Et** quod tertio mergimur, triduanæ sepulturæ sacramenta signamus, & dum tertio ab aquis educimur, resurrectio triduanæ temporis exprimitur. Quia in alio aquarum elemento sepelimur, ut renouati per spiritum sanctum resurgamus. In aqua enim imago mortis, in spiritu pignus est vitæ, ut per aquam moriatur corpus peccati, quæ quasi quodam tumulo corpus includit, ut per virtutem spiritus renouemur à morte peccati: Cõsepulti sumus cum illo per baptismum, & hoc [in mortem,] id est, in defectum vitiorum, ut vitia in nobis sint mortua ad exemplum mortis eius. Ad hoc sumus commortui & consepulti [ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos] à vitiis surgentes ad bona opera, [ambulemus] de bono in melius [in nouitate vitæ,] id est, ut quomodo glorificatur pater per resurrectionem filij, ita & per conuersationis nostræ nouitatem glorificetur. Nouitas autem vitæ est, vbi veterem hominem cum actibus suis deponimus, & induimus nouum, qui secundum deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. **F**

*Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus, hoc scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato, Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam viuemus cum illo.*

Debemus exemplo resurrectionis Christi ambulare in nouitate vitæ, ut nostra & incorruptibilem conuersationem ducamus, nec iam vitiorum putredine corrumpamur. Nam [si sumus facti complantati,] id est, à veteri ritu auulsi, & in nouitate conuersationis translati, hærentes [similitudini mortis eius,] id est, imitantes pro posse nostro mortem eius, ut abstineamus nos à peccato



**G** quo ille prorsus caruit, [ simul & resurrectionis ] eius similitudini [ erimus ] complantati. Arbor quæ plantatur, moritur antequam crescat, & demortua viuificatur, & viuificata fructificat. Sic & **CHRISTVS**, qui lignum vitæ est, iuxta Salomonem, auulsus de præsentis seculo, mortuus est: & per resurrectionem viuificatus, creuit in totam mundi latitudinem, in quo & multum fructum affert. Notandum autem quia non dixit Apostolus, Si enim complantati sumus morti eius, sed similitudini mortis eius. **Christus** enim semel ita mortuus est peccato, id est, carni, vt peccatum omnino non fecerit. Nos autè ipsa morte qua ille mortuus est, peccato non possumus mori, vt omnino nesciamus peccatum, similitudinem tamen habere possumus, vt imitantes eum abstinemus nos à peccato. Hoc enim recipere potest humana natura, vt in similitudine mortis eius fiat, dū ipsū imitando non peccat. Debemus ergo cōplantari similitudini, id est, ad similitudinem mortis eius, vt imitantes innocent am mortis eius extinguamur vitiis, & fructificemus in operibus bonis. Tunc enim & resurrectionis eius similitudini complantabimur. Omnis enim plātatio post hyemis mortem, resurrectionem in verè germinat. Si igitur & nos in Christi morte complantati sumus per hyemem huius seculi, in verè futuri seculi proferemus ex ipsa radice fructus iustitiæ. In similitudine resurrectionis eius complantabimur, quando reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Complantemur, inquit, similitudini mortis eius, [ hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est: ] quoniam in illa morte domini, peccati nostri figura pependit. Crucifixio quippe veteris hominis, pœnitentiæ dolores intelliguntur, & continentia salubris cruciatur. **Christus** enim qui vixerat vetus homo secundum pœnam, id est, secundum famem & sitim & huiusmodi, hoc modo vetustatem, id est, nostræ mortalitatis infirmitatem finiuit & deposuit, vt dolorem crucis sustinens, sic haberet membra distenta & confixa, vt ad priores actus moueri nō possent, à quibus etiā sepultus quieuit humanis subtractus aspectibus, exigens à nobis vt vetustatem peccatorum cum dolore pœnitentiæ deponamus, & membra nostra per continentiam sint confixa, ne ad priora redeamus, à quibus ita perfectè quiescamus, vt nec eorum visio & memoria habeatur. Et si iam ista compleuimus, tunc verè vetus homo noster simul cum **Christo** crucifixus est. Vetus enim homo, est vetusta conuersatio, fomes & consuetudo peccati, & quicquid vitiorum ex primo parente sumpsit initium. **Qui** tamen noster est, quia ex nobis, non ex Deo. Et iste vetus homo cū crucifixione **Christi** ita debilitatus est, [ vt ] dominatur ratione [ destruitur corpus peccati ] id est, tota peccatorū massa, ita [ vt vltra non seruiamus peccato. ] Corpus peccati, id est peccatum, secundum omnia membra sua destruitur. Vnū enim vitium, membrum est peccati: corpus verò, vniuersitas delictorum, quorum principium est originale peccatum. **Christus** autem nō ex parte, sed integer

est crucifixus, vt nos ex toto moriamur peccato & viuamus Deo. Gratia enim Dei per baptismum **Christi**, qui venit in similitudine carnis peccati, id agit, vt destruitur corpus peccati. Destruitur autem, non vt in ipsa viuente carne concupiscentia conspersa, & innata repente absumatur & non sit, sed ne obsit mortuo quæ inerat nato. Destruitur, non vt interim non sit, sed vt non cogamur ei seruire. Hoc enim est quod ait, vt vltra non seruiamus peccato. Et verè non cogemur peccato seruire, quia iustificati sumus: & verè iustificati, quia mortui. [ **Qui** enim mortuus est ] cum **Christo**, [ iustificatus est ] id est, liber effectus [ à peccato ] & alienatus: nec potest iam peccare, quia sicut & **Ioānes** ait, Omnis qui natus est ex Deo, non peccat. Crucifixus enim, omnibus membris dolore occupatis, peccare non potest, sed concupiscentiis & passionibus contradicit. Et qui sunt **Christi**, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Ille est iustificatus, qui mortuus est, id est, qui seipsum pro **Christo** vitiis mortificauit aut martyriū pertulit. Sed [ si mortui sumus cū **Christo** ] id est, si imitatione mortis eius vitiis sumus mortificati, vt vltra non viuamus eis, [ credimus ] & pro certo speramus, [ quia simul etiam viuemus cum illo ] vt vbi ipse est, & nos simus: & quomodo ipse in æternum & beatè viuuit, ita & nos viuamus.

*Scientes quòd **Christus** resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Quòd enim mortuus est peccato, mortuus est semel, quòd autem viuuit, viuuit deo, Ita & vos existimate, vos quidem mortuos esse peccato, viuentes autem deo in **Christo** Iesu.*

Viuemus cū **Christo** qui sine fine viuuit, nos dico iam [ scientes quòd **Christus** resurgens ex mortuis, iam amplius non moritur ] id est, non dissoluitur, sicut **Lazarus** & filius viduæ, quos ipse suscitauit, iterum mortui sunt. Non enim talis fuit eius resurrectio qualis eorum: sed talis, vt amplius mori non possit, & talis etiā nobis promissa est. Iam non moritur **Christus**, & [ mors illi vltra non dominabitur ] quæ ad horam illi per ipsius piam voluntatem dominata est in cruce. Hoc dictum est cōtra **Manichæos**, qui negant **Christum** veram carnem habuisse. Ad hoc enim humanitatem suscepit, vt mors ei temporalis in passione dominaretur, id est, veraciter affligeret eum sicut verū hominē & occideret, sicq; mors æterna dominiū in nobis amitteret. Sed non vltra dominatur ei mors aliqua passione, quia iam nihil molestiæ sustinebit. **Impij** verò licet post generalē resurrectionē iam nō moriantur, tamen sine fine mors illis dominabitur, quia sicut scriptum est, Mors depascet eos. Et ad distinctionem talis immortalitatis, dicitur nunc **Christus** ita post resurrectionē suam immortalis, vt ei per alicuius molestiæ passionē mors vltra dominari nequeat. Nā & electis eius similis incorruptio & impasibilitas

**A** tas tribuetur. Verè iam non moritur **Christus**, quia semel est mortuus, id est, ita vt mortē vltra nō iteret. Semel, quia, p peccato tollēdo quod vna morte suffecit tollere, & ideo non est opus repetitione. Et hoc est: [ Quòd enim mortuus est peccato, mortuus est semel. ] Vel peccato mortuus est, id est, carni, in qua erat non peccatum, sed similitudo peccati. Peccato enim mortuus est, quia similitudini carnis peccati mortuus est, quando moriendo exutus est carne, vt per hoc mysterium significaret eos, qui in morte ipsius baptizantur, mori peccato vt viuant Deo: Peccatum enim non inerat ei. Et tamen quodammodo peccato mortuus est, dum moreretur carni, in qua erat similitudo peccati, vt cū secundum vetustatem peccati nunquā vixisset, nostram ex morte veteri, qua in peccato mortui fueramus, reuiuifcentem vitam nouam sua resurrectione signaret. Et ideo mortuus est semel, vt nos à duplici morte liberaret. Nos enim quia & mente à Deo recessimus, & carne ad puluerem redimus, pœna duplæ mortis astringimur. Sed ille pro nobis sola carne mortuus est, vt simplam mortem suam duplæ nostræ coniungeret, & nos ab vtraque morte liberaret. Quòd ergo mortuus est peccato, id est, peccati similitudini, mortuus est semel, id est, sola carne. Sed [ quòd ] post resurrectionem [ viuuit, viuuit deo ] id est, in æterna beatitudine patris: quia sicut vita patris, ita & vita **Christi** nullam inquietudinem recipit. [ Ita & vos ] id est sicut mors **Christi** semel peccato facta est, & vita Deo perenniter manet, ita vos semel peccato moriamini, vt iam amplius peccato non viuatis, ne iterum oporteat vos peccato mori, & Deo semper in bonis operibus viuatis. Et hoc est: [ Ita & vos existimate, vos ] imitatione **Christi** [ mortuos quidē peccato ] id est, alienatos à peccato tempore baptismatis, sed [ viuentes Deo ] in virtutibus & nouitate vitæ, quæ est prima resurrectio, vt adhæreatis Deo, & vnus cum eo spiritus efficiamini & hoc nō in viribus arbitrij vestri sed [ in **Christo** Iesu ] id est in eius gratia & virtute, quia sicut **Petrus** ait, Non est in alio aliquo salus. Nō sine causa dictum est, existimate, id est, cogitate, vos mortuos esse peccato. **Qui** em cogitat vel existimat apud semetipsum, peccatū mortuū esse, nō peccat. verbi gratia: Si me concupiscentia mulieris trahat, si auri, si prædij cupiditas pulset, & ponam in corde meo quod mortuus sum cum **Christo**, & de morte cogitem, extinguatur continuo concupiscentia, & effugatur peccatum. Omnia hæc ad illam respiciunt quæstionem, ne videatur apostolus dedisse locum peccandi in eo quod ait. Vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia. Sequitur

*Non ergo regnet peccatū in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius. Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos deo tanquam ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ deo.*

*Peccatum enim vobis nō dominabitur. Non enim sub lege estis, sed sub gratia.*

**Q**uia dixit mortuos esse peccato & non debere viuere in eo cū nemo sit sine peccato, determinat à quibus maximè est cauendum, quasi concludat quod supra quærebatur, per manebimus in peccato? **Quia**, inquit, mortui estis peccato, & tamen non potestis in hac vita esse sine peccato, [ ergo ] saltē [ non regnet peccatum in vestro mortali corpore. ] Non ait, nō regnet. Peccatum quippe in corpore mortali non prohibuit esse, sed regnare: quia in carne corruptibili non regnare potest, sed non esse non potest. Hoc ipsum nanque de peccato tentari, ei peccatum est. Quo quia quam diu viuimus, perfectè omni modo non caremus, **Apostolus**, quoniam hoc expellere plene non potuit, ei de cordibus nostris regnum tulit, vt appetitus illicitus, etsi plerūque bonis nostris cogitationibus occulte se quasi fur ingerit, saltē si ingreditur, non dominetur. **Qu** enim quælibet culpa cor iniqui pulsat, & resistens illud non inuenit, sed suo dominio subternit, proculdubio regnat in eo quoniam ad vitia mox vt pulsauerit, inclinatur. Sed nō ita fiat in vobis. Etsi sit [ peccatum ], id est, fomes & delectatio peccati. [ in corpore vestro ] id est, iam vestri iuris, corpore dico mortali, & ideo non sine peccato, tamen [ non regnet ] in eo peccatum id est, non faciat quod illicite cupit. In corpore mortali dictum est, quia in imortali corpore nō erit peccatum. Inest modò peccatum cum delectaris, regnat si consenseris. Est itaque peccatum in corpore, sed non regnet, [ vt obediatis concupiscentiis eius, quæ ex carnis infirmitate nascuntur, Si enim non obediatis, etsi est peccatum in carne, quod suadeat, quod delectet ad malum, non obediendo facitis vt non regnet quod est, & ita fiet postea vt non sit quod erat, quando absorbebitur mors in victoriam. Et nō solummodo non regnet in vobis per consensum, sed etiam non regnet per operationem. Et hoc est: Non obediatis per consensum illicitis concupiscentiis, [ sed neque exhibeatis ] id est, tribuatis [ peccato ] id est fomiti peccati [ membra vestra arma, id est, instrumenta [ iniquitatis ] hoc est, prauæ actionis, qua virtutes debellantur sicut quibusdam armis. Membra vocantur arma, quia his vel iustitiæ peccato militamus. Et vnumquodque membrum, si officium suum in malos vsus conuerterit, arma iniquitatis efficitur ad iustitiam expugnandam, si manus furto, linguaque mēdatio sit intenta, si oculus concupiscentiæ seruiat ad expugnandā pudicitiam, & cætera membra similibus vitiis sint occupata. Peccatum enim quod est in corpore nostro, quidā tyrānus est pugnans aduersum nos & membra nostra pro armis habere quærit ad debellandum nos. Nō ergo sinamus eum membris nostris contra nos pugnare. Surgit ira: nō demus iræ linguam ad maledicendum, manum aut pedem ad feriendum. Non surget irā ista irrationalis, nisi peccatum esset in membris. Sed tollamus illi regnum, non habeat arma quibus contra nos pugnet. Discet enim non sur-

**G**gere, cum arma coeperit non inuenire, Ne exhibeatis, inquam, membra vestra peccato arma iniquitatis, id est, quibus impleatur iniquitas, [sed exhibete vos deo tanquam viuentes ex mortuis] id est velut iam a morte resuscitatis, post resurrectionem enim non carnaliter viuitur, nec peccatur, sed diuinis & spiritualibus intenditur: & vos qui a morte animae surrexistis, iam spiritaliter & sancte & Deo viuere debetis, [ & membra vestra] exhibere [Deo arma iustitiae] ut per ea deus pro iustitia pugnet aduersus regnum peccati, Deus enim est qui operatur in vobis, scilicet ut manus quae ante rapiebat aliena, nunc tribuat suo: oculus qui ante videbat ad peccandum, nunc videat ad boni operis ministerium. Sic & caetera membra iustitiae seruiant. Quod bene si vultis, implere potestis. [nam peccatum] id est fomes peccati & delectatio iniquitatis, quae in carne est, [non dominabitur] id est, non preualebit [vobis] ut olim solebat. Ideo non dominabitur, quia [non estis] modo [sub lege] iubente & non iuuante, [sed sub gratia] liberante & iuuante. Sub lege enim positus, non sub gratia dominatur peccatum, a quo non fit homo liber lege, sed gratia. Non quia lex mala est, sed quia sub illa sunt, quos reos facit iubendo, non adiuuando. Gratia quippe adiuuat ut legis quisque sit factor, sine qua gratia sub lege positus, tantummodo erat legis auditor.

*Quid ergo? Peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. Nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis siue peccati ad mortem, siue obediuntis ad iustitiam? Gratias autem deo, quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinae in qua traditi estis. Liberati autem a peccato, serui facti estis iustitiae.*

Quoniam sub gratia sumus, [ergo quid] faciemus? Peccabimus, quoniam non sumus sub lege sed sub gratia? Id est, ergo cessante vindicta legis impune peccabimus? [Absit] ut peccemus. Lex enim peccantes mox interfici iubebat, gratia vero etiam post culpam expectat ad poenitentiam. Et ideo nunc isti volebant Apostoli sententiam ad hoc inflectere, ut liceret eis peccare, quoniam exuti erant a legis terrore. Sed hoc ipse remouet. Absit, inquit, ut ideo licentius peccemus, id est, criminalia & capitalia peccata committamus, qualia lex damnare consueuerat, nam sine minoribus peccatis haec vita non potest duci. Verè non debetis peccare, sed potius bene operari: quia si peccaueritis, serui peccati eritis, sicut econtra si bene egeritis, serui iustitiae efficiemini. Et nimis turpe est, ut cum Dei gratia nos a peccato liberauerit, rursus occasione eius peccato seruiatis. An [nescitis] id est, an ignoratis quia [cui exhibetis] id est, praeparatis & praesentatis, [vos seruos] id est, pronos [ad obediendum, serui estis eius] id est, voluntati

eius seruire habetis, [cui obedistis,] id est, cuius obedientiam colla vestra subiecistis? Postquam illi obedistis, serui eius estis, etsi non antea, cum primum illi consentiendo vos exhiberetis. Cuicumque obedistis, serui eius estis, [siue peccati] ducentis [ad mortem] aeternam [siue] sanctae [obediuntis] ducentis vos [ad iustitiam] id est, ad iustitiae consummationem. Qui enim per fidem primo iustificati estis, nunc si diuinis praecipis obedientes fueritis, ad summam iustitiae perfectionem ascendetis. Eius estis serui, cui obedistis. Sed [gratias] ago [Deo] quia licet prius fuissetis serui peccati, iam tamen non estis. Inde gratias refero, non vobis, non libero arbitrio vestro, [sed Deo] per quem factum est, ut peccati seruitutem euaderetis. Gratias inquit, Deo, quia [serui peccati fuistis,] sed ipso liberante & adiuuante iam non estis, quoniam [obedistis] Deo non ex timore legis, sed [ex corde] id est, ex bona cordis voluntate, vel non specie tenus, non simulatione, sed ex cordis puritate. Obedistis dico, tendentes [in eam formam] id est, regulam euangelicam [doctrinae] in qua traditi estis, Hoc est, in doctrinam informantem & componentem mores vestros, in qua traditi estis a gratia Dei, non per vos accessistis, vel a doctoribus estis in ea traditi. Quae scilicet doctrina est forma, quia imaginem Dei deformatam restituit. Nec solum obedistis, sed etiam [liberati] estis [a peccato] per spiritum sanctum, quem accepistis in baptismo: quia ubi spiritus domini, ibi libertas. Et a peccati seruitute liberati, [facti estis] consentiendo & operando [serui iustitiae,] quod est summa libertas. Serui iustitiae estis, cui obedistis, id est, Christi qui factus est nobis sapientia a Deo & iustitia & sanctificatio.

*Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestrae. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiae & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiae in sanctificationem.*

Haecenus non esse peccatum, hinc quid deinceps sit agendum, de quo nullus possit se excusare, quia nullus est qui non possit bene operari, saltem voluntate, quod item est per gratiam, [Humanum] inquit, [dico] id est, quod potestis portare dico, quod non excedat vires humanitatis & fragilitatis vestrae, sed quod satis complere potestis, & hoc facio [propter infirmitatem] id est, debilitatem & fragilitatem [carnis] id est, carnalitatis [vestrae,] quia video vos adhuc esse debiles secundum carnem, & ideo humane vos instruo. Verè est humanum, id est, leue & non asperum quod dico, quia hoc praecipio. [Sicut exhibuistis] id est, praeparauistis [membra vestra seruire] operando [immunditiae] id est, libidini quae carnem maculat, [ & iniquitati,] id est, iniquae actioni, quae etsi vestrum corpus non inquinat, proximo tamen nocere appetit. iniquitati dico, ducenti [ad iniquitatem] aliam maiorem, ut per incrementa malorum proficeretis

**A** retis semper in peius. [ita nunc] post conuersionem cum sitis liberati, [exhibete] id est praeparate [membra vestra quae sunt vestri iuris,] [seruire] operando [iustitiae] ducenti [in sanctificationem,] id est, in boni consummationem, & ideo est seruendum iustitiae, ex qua prouenit tanta utilitas & honestas. Hoc est, sicut tunc nullus timor coegit, sed voluptas peccati duxit, ita nunc delectatio iustitiae adultae, etsi nondum perfecta. Si nequaquam amplius potestis, saltè tales estote in fructu bonorum, quales fuistis dum in actione vitiorum, ne debiliores vos habeat sancta libertas, quos in carne validos habuit usus terrenae voluptatis. Ita scilicet vnusquisque vestrum virtutibus seruiat, sicut vitis seruebat. Multo enim amplius & multo intensius iustitiae, quam immunditiae, seruendum est. Sed ego, inquit, humane ago. Eadem postulo, similia requiro, ut vnusquodque membrum ministerium quod exhibuit vitis, aptet virtutibus: & actum quod exhibuit immunditiae, ad castitatem nunc sanctificationemque conuertat. Si non plus potestis, vel tantum nunc agite quantum tunc egistis, ne fidem & doctrinam nostram quasi asperam & importabilem fugiatis.

**Q**uid est autem, sicut illud, ita & hoc agite, nisi quemadmodum ad peccandum nullus vos cogebat timor, sed ipsius libido voluptatisque peccati: sic ad iuste viuendum non vos supplicij metus vrgeat, sed delectatio ducat, charitatisque iustitiae: & quam fortiter & instanter illa egistis, tam fortiter & instanter ista nunc agite? Et haec quidem nondum est perfecta iustitia. Tantum ne enim digna est iustitia, quantum digna fuit iniquitas? Sic amanda est ista, quomodo amata est illa? Absit ut sic, & utinam vel sic. Ergo plus est amanda. In iniquitate enim secuti estis voluptatem, sed pro iustitia debetis tolerare dolorem. Ecce nescio quis impudicus adolescens iniecit oculos in coniugem alienam, adamauit, cupit peruenire, quaerit tamen latere. Sic enim

**C** amat voluptatem, ut plus timeat dolorè. Suauitas enim illa voluptatis non est tanta, ut vincat etiam dolorem timoremque poenarum. Pulchritudo autem & delectatio iustitiae tanta est, ut cuicumque amorem suum perfecte inspirauerit, faciat eum contemnere non solum quicquid in hoc mundo delectabat, sed & quicquid terret, quicquid cruciat. Ad hanc iustitiae perfectam delectationem hortari nunc volebat Apostolus, sed auditores suos minus idoneos vidit. Ideoque condescendit eorum infirmitati, & praecipit quod eis dabat, temperauit. Humanum, inquit, dico, &c, usque in sanctificationem. Iustitia hic pro omnibus simul virtutibus nominauit, sicut econtrario iniquitatem pro omnibus simul vitijs posuit. Deinde addidit iustitiae sanctificationem, quo videlicet castitatis parte & generaliter cum caeteris, & per semetipsam specialiter commendaret. Et monet auditores, ut si necdum pro iustitia poenas, dolores, mortemque continere valent, saltè iustitiae delectationem praeponeant voluptatibus sui corporis, ut paulatim proficiant ad maiora iustitiae merita, & fortius atque deuotius seruiant sanctitati quam luxuriae prius seruierant, nec iam aliquid pro iustitia pati re-

spuat. Sicut enim ille est iniquissimus, quem nec poenae corporales deterrēt ab immundis operibus sordidae voluptatis, ita ille est iustissimus, qui nec poenarum corporalium terrore reuocatur a sanctis operibus luminosissimae charitatis.

*Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiae. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est.*

Ideo iustitiae seruire debetis, non immunditiae, quia [cum essetis serui peccati] id est, cum peccatu dominaretur vobis, & regnaret in corpore vestro mortali, [liberi fuistis iustitiae] id est, caruistis domino iustitiae, quia nemo potest duobus dominis seruire. Quandiu enim quis peccato seruit, liber est iustitiae, id est, alienus a iustitia. Et notandum est esse & libertatem & culpabilem, & seruitutem laudabilem. Nam liberum esse iustitiae, crimen est: seruum vero eius esse, laudabile est. Liberum autem arbitrium vsque adeo in peccatoribus non perit, ut per ipsum peccent maxime omnes, qui cum delectatione peccant & amore peccati. Nam dicente apostolo, cum essetis serui peccati, liberi fuistis iustitiae, ostenduntur etiam peccato non potuisse seruire, nisi alia libertate. Liberi ergo a iustitia non sunt, nisi arbitrio libertatis: liberi autem a peccato non fiunt, nisi gratia saluatoris. Propter quod admirabilis doctor etiam verba ipsa discreuit. Liberos enim dixit iustitiae, non liberatos: a peccato autem non liberos, ne sibi hoc tribuerent, sed vigilantissimè maluit paulo superius dicere liberatos, referens ad illam domini sententiam: Si vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis. Sed haec voluntas, quae libera est in malis, quia delectatur malis, ideo libera in bonis non est, quia liberata non est. Male libera est, quando eam peccare delectat. Liberaliter enim seruit, qui sui domini voluntatem libenter facit.

Ac per hoc ad peccandum liber est, qui peccati seruus est. Vnde ad iuste faciendum liber non erit, nisi a peccato liberatus, iustitiae seruus esse coeperit. Ipsa est vera libertas propter recte facti laetitiam, simul & pia seruitus propter praecipit obedientiam. Et quandoquidem peccato serui fuistis, [ergo quem fructum, id est, quam utilitatem] habuistis tunc in illis [vitiorum] actibus, [in quibus] maiorem turpitudinem [erubescitis nunc] cum sanae mentis estis? Quasi dicat: Nullum fructum ibi tunc habuistis, vel si quem voluptatis fructum habere vos putastis, ille talis fuit, vnde merito nunc erubescitis. Haec remuneratio facit eos priora abhorreere, & magis obnoxios esse gratiae. Merito nunc de praeteritis erubescitis, [nam finis illorum,] id est, exitus vitae [est mors.] Vel ita: De fructu quaero, nam de fine patet, quia finis illorum est mors, non illa quae communis est omnibus, sed illa quam nullus euadere valet, nisi qui conuertitur ad iustitiam, & de praeteritis male gestis erubescit.

*Nunc verò liberati a peccato, serui autem facti deo, habetis fructum vestrum in sanctificatione.*

**G** *Justificationem, finem verò vitam aternam  
Stipendium enim peccati, mors: Gratia  
autem dei, vita aeterna in Christo Iesu  
domino nostro.*

De seruitute peccati habuistis fructum confusionis, & in fine habituri eratis mortem aeternam: sed de dei seruitio nunc habetis fructum sanctificationis, & in fine habebitis vitam sempiternam. Et hoc erat tunc quidem ita. [Sed nunc] cum conuersi estis per Christi gratiam [liberati à peccato] cui seruietis, nec solum à peccati seruitio erepti [sed etiã facti dei serui] qui tunc eratis liberi iustitiæ, vt iam libere possitis opera bona facere, [ & habetis fructum vestrum ] id est, vobis vtilem & congruam, qui fructus proculdubio charitas est & opera eius, quã nullo modo per nos habere possumus, sed per spiritum sanctum qui datus est. Hunc fructum habetis donante spiritu sancto [ducti in sanctificationem] id est, in virtutum consummationem: nec solum hoc habebitis, sed etiam [finem] laboris, quem in dei seruitio sustinetis, percipientis [vitam aeternam] corporis & animæ. Dixi quia finis illorum quæ prius faciebatis, est mors, & merito dixi. [Nam stipendium] id est, præmium [peccati est mors.] Sed rursus e contrario subieci, quia pro nobis quæ nunc facitis, consequemini in fine vitam æternam, quoniam [gratia dei] quæ misericorditer bene agentes remunerat [est vita aeterna.] Stipendium dicitur à stipe & pendo. Et quod est merces operanti, hoc est stipendium militanti. Stipendium ergo peccati merito mors dicitur, quia militiæ diabolicæ mors aeterna tanquam debitum redditur. Vbi cum posset Apostolus dicere & recte dicere, Stipendium autem iustitiæ vita aeterna, maluit dicere: Gratia autem dei vita æterna, vt hinc intelligeremus non meritis nostris deum nos ad aeternam vitam, sed pro sua miseratione perducere. Cum enim dixisset, stipendium peccati mors, quis non eum congruentissime & consequenter addere iudicaret, si diceret, stipendium autem iustitiæ vita aeterna? Et verum est, quia sicut merito peccati tanquam stipendium redditur mors, ita merito iustitiæ tanquam stipendium vita aeterna. Sed aduersus elationem caute militans, stipendium inquit, peccati mors. Recte stipendium, quia debetur, quia digne retribuitur, quia merito redditur. Deinde ne iustitia de humano se extolleret bono merito, sicut humanum meritum malum non dubitatur esse peccatum, non à contrario retulit, dicens, stipendium iustitiæ vita æterna, sed gratia, inquit, Dei vita aeterna. Et hæc ne præter mediatorem aliqua via alia quæreretur, adiecit, [in Christo Iesu domino nostro.] Tanquam diceret: Audito quod stipendium peccati sit mors, quid te disponis extollere ò humana non iustitia, sed nomine iustitiæ planè superbia? Quid te disponis extollere, & contrariam morti vitam aeternam tanquam debitum stipendium flagitare? Cui debetur vita aeterna, vera iustitia est. Si autem vera iustitia est, ex te non est. Desursum est, descens à patre luminum, vt haberes eam, prof-

ecto accepisti. Quid enim boni habes quod non accepisti? Quapropter si accepturus es vitam aeternam, iustitiæ quidem stipendium est, sed tibi gratia est, cui gratia est & ipsa iustitia. Tibi enim tanquam debita redderetur, si ex te tibi esset iustitia cui deberetur. Nunc verò de plenitudine eius accepimus non solum gratiam, qua nunc iuste in laboribus vsq; in fine viuamus, sed etiam gratiam pro hac gratia, vt in requie postea sine fine viuamus. Gratia enim nisi gratis esset, gratia non esset. Et ideo intelligendum, vt diximus, etiam ipsa hominis bona merita, esse Dei munera. Quibus cum vita aeterna redditur, gratia pro gratia redditur.

## CAPVT VII.

*Ignoratis fratres (scientes enim  
A legem loquor) quia lex in homine  
dominatur, quanto tempore viuunt?*

*Nã quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro. Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, vt nõ sit adultera, si fuerit cū alio viro. Itaque fratres mei & vos mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, vt fructificamini deo.*

Dicerent Iudæi: Cur dicis in Christo Iesu vitam aeternam esse, & non potius in legis obseruantia? Et Apostolus, Quia iam finem habet, & nõ dat vitam, sed auget peccatum. Hactenus enim de vi gratiæ locutus est, & nunc incipit difficultatem legis ostendere, & quod ultra non sit tenenda, vt illos hortetur sine timore sub gratia viuere. Ne enim mirarentur quod dixerat, non estis sub lege, sed sub gratia, inchoat per rationes demonstrare legem esse finitam, & prius etiam non iustificasse subditos, sed magis peccatores constituisse. Nam vsque ad Christum fuit data, & ideo post acceptionem gratiæ non est tenenda. Quod in his sententiis ostenditur, an ignoratis fratres &c. Ordo est. [An ignoratis] hoc [quod lex in homine dominatur,] vt ei obediat [quanto tempore viuunt] id est, quandiu statum habet ipsa lex. Quod non debetis ignorare, quia legem scitis, & [ego loquor sciētibus legem,] in qua quod dico manifestatur. Scientes legem, intelligamus Hebræos, quos secundum legem de legis fine instruit Apostolus. Vel etiam gentiles Romani sciebant legem, quia non erant barbari, sed naturalem iustitiam comprehenderant partim ex Græcis, sicut Græci ex Hebræis. Lex in homine dominatur quanto tempore ipsa lex viuunt, & idcirco cum mortua fuerit, non dominabitur illi amplius, sed liberum dimittet. Docet autem dominus eam esse iam mor-

Mat. II.

**A** mortuam, id est, cessasse iuxta carnalem intelligentiam vel obseruantiam, dicens: Lex & propheta vsque ad Iohannem, ex eo regnum Dei euangelizatur. Quod bene præfiguratum est, quando mortuus est Moyses, & Iesus suscepit principatum populi Israel. Moyses enim legem designauit, & Iesus dominum Christum atque gratiam euangelicam. Mortuo igitur Moyse, successit Iesus in principatum: quoniam mortua lege secundum carnales obseruantias, succedit euangelica gratia. Et hoc est quod Apostolus dixerat, non estis sub lege, sed sub gratia, id est, non estis sub Moyse, sed sub Iesu: quia Moyses mortuus est, & Iesus imperat. Iustum ergo fuit vt Moyses (id est lex) dominaretur in quolibet homine subiecto quandiu viueret, & post mortem suam dominium amitteret, quatenus quicumque tempore legis seruiliter cogebantur eam facere, post liberatoris aduentum possent liberi ad euangelicam libertatem venire. Quod Apostolus per simile probat. [Nã mulier quæ est sub viro, viuente viro alligata est legi] viri, vt non possit ab eo discedere. Sed [si vir eius fuerit mortuus, soluta est à lege viri.] Sic etiam quandiu lex statum habet, debet seruari: sed si lex statum amittit, soluitur homo ab ea. Et quia viuente viro alligata est legi, [igitur viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro.] Sic finita & sublata lege, liberatus est homo per gratiam, vt non præuaricaretur si ad Christum transferit dimissis figuris. Hoc enim exemplo docet Apostolus Christianum à lege factorum exutum, non ab omni lege, sicut mulier à lege viri exiit, non à lege naturæ, nec vltra debere esse sub lege. Si enim lex ei viuunt, adulter est, nec prodest Christianum dici. Nam si legem seruat, adulter est & in fide & in lege, nec prodest ei Christus. Hæc etiam similitudo tota debet intelligi mystica, vt vir sit Moyses, hoc est, lex: mulier, anima vel plebs. Nam mulier quæ est sub viro, id est, plebs vel anima Iudæica, quæ est sub Moyse, viuente viro, id est, viuente Moyse, hoc est, statum habente lege, alligata est legi, vt non possit recedere ab eius carnali obseruatione. Si autem mortuus fuerit vir eius, id est, Moyses, quemadmodum supra docuimus, soluta est mulier à lege viri, id est, plebs Hebræorum à iugo legis, vt non impediatur Christo copulari. Et quia nunc solūmodo soluitur, igitur viuente viro, id est, viuente Moyse, durate legis actu, vocabitur adultera si fuerit cū alio viro: id est, crimen incurrit adulterij, si carnalem legis obseruantiam deserens, solam spiritalem Christi doctrinam tenere voluerit. Non enim deserenda fuit suo tempore illa carnalis obseruatio legis, sicut & nunc non est assumenda. Sed [si mortuus fuerit vir eius] Moyses, id est, si lex actu cessante dormierit, [liberata est] ipsa plebs Hebræorum [à lege viri] id est, à constrictione Moysaycæ institutionis, [vt non sit adultera,] sed casta, [si fuerit cum alio viro] id est, cum Christo, vt illi soli complexibus amoris inhæreat, & solam spiritalem doctrinam custodiat. Deinde Apostolus adaptat similitudinem. Quadoquidem, inquit, viuente viro alligata est mulier, & eo mortuo soluta est, iuxta sensum qui tractatus est,

[itaque & vos ò fratres mei] quemadmodum nos **D** apostoli, [mortificati estis legi,] vt ulterius nõ viuatis in ea. Deuisset dicere, mortificata est vobis lex: sed hoc inter Iudæos dicere adhuc intractabile videbatur, & ideo magis intelligendum reliquit. Et idem valet quod dixit: Lex enim mortua est, quando carnalis eius actio penitus cessat. Et ille legi mortuus est, qui ab huiusmodi actione cessauit. Cautè ergo loquutus est Apostolus ne Iudæos offenderet, eligens potius dicere, mortificati estis legi, quàm, mortificata est lex vobis, cum vtrunque idè significet. Nihil inquit, legi debetis, quæ data est vsq; ad Christum: sed mortificati estis illi [per corpus Christi] id est, per hoc quod Christus carnem assumpsit. Ex quo enim ille corpus induit, lex mori cœpit in actione fidelium, quia lex & propheta vsque ad Iohannem, sicut ipse loquitur. Dimissis ergo per nouitatem gratiæ peccatis, cessante in vobis actione legis, mortificati estis legi per corpus Christi, id est, per mysterium incarnationis eius. Vel mortificati estis legi, id est, figuratiuis vmbis, per corpus Christi, id est, per completionem solidæ veritatis quæ est in Christo. Quantum enim distat inter vmbra & corpus, tantum inter illa quæ fiebant in veteri testamento, & ea quæ fiunt in nouo. Et ideo per corpus Christi mortuus est legi, quia per veritatem euangelicam cessauit ab vmbra actione legis. Mortificati estis legi, id est soluti à lege mortuo vobis Moyse, [vt sitis] sponsa [alterius] viri, cuius nõ pudet esse, [quia surrexit ex mortuis] & superata morte in æternum viuunt. Vel merito debetis eius esse, quia vos sanguine suo redemit, & calcata morte surrexit vt vos possideat, quos moriendo adquisiuit. Ideo surrexit, vt & nos à morte animæ faceret resurgere [vt fructificaremus,] id est, fructum boni operis faceremus [Deo,] qui antea fructificabamus morti.

*Cum enim essemus in carne, passionis peccatorum quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ.*

Verè nunc debemus fructificare Deo, cum simus legi mortificati, quoniam prius fructificauimus morti. [Nam cum essemus in carne] quæ carnis sunt operantes, quod est sub lege esse, [passiones peccatorum quæ per legem erant, operabantur in membris nostris.] Cum essemus in carne, inquit, id est, carnalibus desideriis astricti teneremur. Cū essemus in carne, id est, præsumeremus de carne. Non enim qui loquebatur Apostolus, iam exierat de ista carne, aut eis loquebatur qui iam exierant de ista carne, sed adhuc & qui loquebatur, & quibus loquebatur, in carne erant. Quid est ergo, cum essemus in carne, nisi cum de carne præsumeremus, hoc est, de nobis consideremus? De homine enim dictum

Mat. II.

E.



**G** dictum est. Videbit omnis caro salutare Dei, id est, omnis homo. Ergo cum essemus in carne, id est, in concupiscentiis carnalibus versaremur & ibi totam spem nostram tanquam in nobis poneremus, passiones peccatorum, id est, incentiua vitiorum, quae per legem erant, quia per legem accesserant. Vbi enim non erat gratia liberatoris, augebat peccandi desiderium prohibitio peccatorum. Ille passiones operabantur in membris nostris, id est, ducebant membra nostra ad mala opera. Et hoc ideo, quia eramus in carne. Passiones enim illae peccatorum, id est, vehementes concupiscentiae, dictae passiones, quia intrinsecus mentem affligunt, idcirco nos vicerunt, quia in malo loco nos inuenerunt, hoc est, in carne. Migrandum est ergo a carne, etiam dum ad huc viuimus in carne, ut non simus in carne, sed in spiritu, id est, non in nobis, sed in Deo spem ponamus: nec in carnalibus, sed in spiritualibus delectemur. Nam qui in carne est, id est, qui in se remanet, nec se transcendit ut ad Deum cor subleuet, non habet Deum adiutorem, & idcirco superatur, & fit non adimpletor legis, sed prauaricator. Et ita passiones peccatorum, id est, concupiscentiae vehementes & immoderata desideria operantur in membris eorum qui in carne sunt, id est, ducunt ad effectum operis mala quae cupiunt, dum manus agunt mala, os loquitur mendacium, oculi vident illicita, aures delectantur audire praua. Quae passiones sunt per legem, quoniam ipsa legis prohibitio fuit causa ut ille appetitus carnis adeo vehemens esset. Minor enim erat concupiscentia, quando ante legem securus homo peccabat. Multo autem maior facta est, quando legem Dei coepit transgredi. Et haec (sicut dictum est) passiones operabantur in membris nostris, [ut fructificarent morti] id est, ut facerent opera digna morte aeterna. Fructus enim peccati, mors est. Et si damnandus erat peccator, quam spem habet prauaricator? Tunc quidem sub lege positi fructificabamur morti. Sed nunc cum simus mortificati legi per corpus Christi, soluti sumus per libertatem nouae gratiae a lege. Quae dicitur lex mortis, quia per medium, id est, per peccatum fuit causa mortis, dum peccantes non ad poenitentiam, expectaret, sed mox interfici iuberet. Ideo etiam lex mortis, quia stipendium peccati, mors: aculeus vero mortis, peccatum: virtus autem peccati, lex. Peccando enim ad mortem animae labimur, & vehementius peccamus lege prohibente, quam si nulla lege prohiberemur. Sed iam remisissis peccatis, [soluti sumus] ab hac lege in qua detinebamur, [id est, vi quadam necessitatis carnalia eius mandata seruare cogebamur, nec ad spiritalem libertatem assurgere permittebamur, quia nunquam solui, nisi per gratiam Christi poteramus. Soluti inquam sumus, [ita ut seruamus deo in nouitate spiritus, & non in vetustate literae,] id est, spiritualis gratiae praecipis obediamus, non literam legis sequentes, quae iam senuit, ut mori, id est, cessare debeat. Quod enim antiquatur & fenescit, propere interitum est. Et lex quid aliud est quam sola litera, eis qui eam legere nouerunt, & implere non possunt? Non enim ignoratur ab eis quibus co-

pta est: Sed quoniam intantum nota est, in quantum scripta legitur, non in quantum dilecta perficitur, nihil est aliud talibus nisi litera. Quae litera non est adiutrix legentium, sed testis peccantium. Ab eius ergo damnatione liberantur, qui per spiritum sanctum innouantur, ut iam non sint obligati literae ad poenam: sed intellectui per iustitiam copulati. Itaque seruimus in nouitate spiritus, id est, in nouitate quam dat spiritus sanctus infundendo charitatem & innouando interiorem hominem. Et sic in hac nouitate seruimus, ut nihil addamus de legis operibus, quae vetusta sunt & sepulturae magis tradenda.

*Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam.*

Videbatur Apostolus per supradicta verba legem culpasse, & ideo sentiens contra obscuritatem dictorum suorum cogitationes hominum commoueri, prior ipse voluit dicere & remouere, quod sibi aliquis poterat obiicere: Quia dixi, inquit, passiones peccatorum esse per legem: quia dixi, soluti sumus a lege mortis in qua detinebamur: quia dixi, seruimus in nouitate spiritus, & non in vetustate literae, [ergo quid dicemus?] lex his verbis meis? Dicemus ex his esse consequens quia [lex peccatum est? Absit] ut hoc dicamus, absit ut lex sit peccatum. Non est peccatum lex, quia non est mala, sed bona quantum ad se. Et quantum bona, non tamen sufficiens ad salutem sine gratia. Quod nunc Apostolus ingreditur ostendere, & loquitur voce humani generis: Lex, inquit, non est peccatum, sed index peccati, quia [peccatum non cognoui nisi per legem.] Quare intelligimus legem ad hoc datam esse, non ut peccatum infereretur, neque ut extirparetur, sed tantum ut demonstraretur, quatenus animam humanam quasi de innocentia securam, ipsa demonstratione peccati ream faceret: ut quia peccatum sine gratia vinci non posset, ipsa reatus sollicitudine ad percipiendam gratiam conuerteretur. Idcirco non ait, peccatum non feci nisi per legem, sed, peccatum non cognoui nisi per legem. Vnde apparet per legem peccatum non insitum, sed demonstratum esse. Et quomodo medicina non est causa mortis, si ostendat venena mortifera, licet his mali homines abutantur ad mortem, & vel se interficiant vel insidiantur inimicis: sic lex data est ut peccatorum venena monstraret, & hominem male libertate sua abutentem, qui prius ferebatur improvidus, & per praecipitia labebatur, freno legis retineret, & compositis doceret incedere gressibus. Lex docuit hominem quid esset peccatum, quia prius nesciebatur quaedam vel esse peccata, vel adeo grauiora, vel esse punienda. Vere peccatum non cognoui,

**A** cognoui, nisi per legem. [Nam concupiscentiam] esse peccatum [nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces.] hoc ideo elegit Apostolus generale quiddam, quod cuncta complexus est, tanquam haec esset vox legis, ab omni peccato prohibetis, quod ait, Non concupisces. Neque enim peccatum vllum nisi concupiscendo committitur. Non ait, concupiscentiam non habebam: sed, nesciebam eam esse peccatum. Habebam quidem eam, sed tanquam naturale bonum esse credebam. Postquam autem lex dixit, Non concupisces, cognoui non naturale bonum, sed per peccatum accidens esse malum concupiscentiam. Per haec & sequentia Apostolus in se solo generalem agit causam, & sub persona sua fragilitatem describit conditionis humanae. Nesciebam, inquit, concupiscentiam esse malum, donec audiui eam prohiberi in lege. [Sed peccatum,] id est, fomes peccati, [accepta occasione] stimulandi [per mandatum] legis [operatum est in me omnem concupiscentiam.] Peccati enim nomine, vel fomes peccati nunc intelligitur, vel diabolus autor peccati. Et talis est nostra carnalitas, ut ardentius desideret prohibita: quibus non memoratis, iaceret quasi sopita. Sed & diabolus videns legem in auxilium hominibus datam, magis exarsit & magis institit, ut eam illis verteret in perniciem, cum prius quasi secure possidens eos minus tentaret. Et sic occasione per mandatum accepta, fecit in me omnem concupiscentiam. Minor enim concupiscentia erat, quando ante legem securus peccabam. Minor erat, quando meam mouebat libidinem. Omnis est, quando transcendit legem. Cum ergo putarem quod propriis viribus iubente lege possem concupiscentiam libidinis vincere, maioribus vrgebar eius stimulis, & infirmante me eius cupiditas augebatur. Nam vbi spiritus sanctus non adiuuat inspirans pro concupiscentia mala concupiscentiam bonam, id est, diffundens in cordibus charitatem, profecto

**C** lex quantum bona, auget prohibendo desiderium malum, sicut aquae impetus, si in eam partem non cesset influere, vehementior fit obice opposito, cuius molem cum euicerit, maiore cumulo praecipitans, vehementius per prona prouoluit. Similiter nanque & fluiui concupiscentiae oppositis sibi legis obicibus frenatus est, non siccatus: ac postmodum ruptis eisdem obicibus, vehementior exiuit. Nescio enim quomodo hoc ipsum quod concupiscitur, fit iucundius dum vetatur. Recte itaque dicitur, quia peccatum occasione stimulandi accepta per mandatum legis operatum est in me omnem concupiscentiam: quia vbi non est gratia liberatoris, auget peccandi desiderium prohibitio peccatorum: & lex dum concupiscentiam prohibet, quodammodo eam inflammat.

*Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed cum venisset mandatum, peccatum reuixit, ego autem mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum, quod erat*

*ad vitam, hoc esse ad mortem. Nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me, & per illud occidit.*

Verè per legem cognoui peccatum. Nam [sine lege erat peccatum mortuum,] id est, latebat, non apparebat, & omnino tanquam sepultum ignorabatur. Vel ita: Iure dixi, per mandatum. Nam quando lex non erat, peccatum mortuum, id est, debile & quasi sopitum erat, dum prohibitione legis non incitaretur. Peccatum quidem erat mortuum ante legem. Sed [ego viuebam sine lege aliquando] id est, prius quam data esset lex. Viuebam sine lege, id est, nulla ex peccato morte terrebar, quia non apparebat, cum lex non esset. Patet quia non ex persona sua proprie, sed generaliter ex persona hominis loquitur Apostolus. Viuebam, id est, viuere me arbitrabar, quia nesciebam animam meam per peccatum esse mortuam, dum me sine peccato esse putarem. [Sed cum venisset mandatum,] id est, cum data esset lex, ilico [peccatum reuixit, id est, apparuit, sentiri coepit, rebellare aduersum me coepit. Reuixit peccatum, quia aliquando vixerat. Non enim potest reuiuiscere, nisi quod vixit aliquando. vixerat enim aliquando peccatum in paradiso, quando contra datum praecipitum satis apparebat admissum. Cum autem a nascentibus trahitur, tanquam mortuum sit latet, ne repugnans iustitiae malum eius prohibitione sentiat. Cum enim aliud iubetur atque probatur, & aliud delectat atque damnatur, tunc peccatum quodammodo in notitia nati hominis reuiuiscit, quod in notitia primi facti hominis aliquando iam vixerat. Sic igitur adueniente mandato legis reuixit peccatum, quod mortuum fuerat, id est, occultatum, cum mortales nati sine mandato legis homines viuerent, sequentes concupiscentias suas sine vlla cohibitione. Peccatum quidem reuixit, sed [ego mortuus sum] id est, mortuum me esse cognoui manifestatione peccati. Quia iam etiam prauaricatione peccat, qui videt per legem quid facere non debeat, & tamen facit. Mortuus sum in anima, quia prauaricator factus sum, & inde me mortuum esse perspexi. Vel ideo vidi me mortuum, quia reatus prauaricationis certum mortis supplicium comminabatur. [Et inuentum est mihi mandatum quod erat] datum [ad vitam] consequendam, [hoc esse ad mortem] incurrendam. Quod enim, si custodiretur, proficiebat ad vitam, hoc neglectum perduxit ad mortem. Mandato enim si obediatur, vitae vita est. Sed inuentum est esse ad mortem, dum fit contra mandatum, ut non solum peccatum fiat, quod etiam ante mandatum fiebat, sed hoc abundantius & perniciosius, ut iam ab sciente & prauaricante peccetur. Inuentum est mihi, id est, non Deus ad mortem dedit mandatum, sed visum est mihi tanquam mortiferum, eo quod illud virtute propria implere non possem, cum ego non mandati vitio, sed stimulo concupiscentiae morte percussus, morerer. Stimulus enim mortis, peccatum est. Idem igitur mandatum, quod erat datum ad vitam intentione dantis, quia bonum erat obedienti, inuentum est, id est, probatum mihi

**G** mihi peccanti esse ad mortem. Et vere ad mortem. [Nam peccatum,] id est, fomes & delectatio peccati, [occasione accepta per mādaturum,] quod erat contra se, [seduxit me] falsa dulcedine, id est, seorsum à bono duxit, & in malū traxit, [ & per illud occidit, id est, per mādaturum trāsgressionem ad aeternam damnationem perduxit. Gladio enim quem portabam id est mandato legis, occidit me inimicus, quia præsumberā de viribus meis, & ideo sum victus. Seduxit enim me peccatum occasione accepta per mādaturum, siue quia suasio delectationis ad peccandum vehementior est cum adest prohibitio, siue quia etiam siquid homo fecerit secundū iustā legis, si adhuc non sit fides quæ in gratia est, vult sibi tribuere, non deo, superbiendo plūs peccat. Peccatum itaque non legitime vtens lege, ex prohibitione aucto desiderio, dulcius factū est, & ideo seduxit vel fefellit. Fallax enim dulcedo est, quam plures atque maiores pœnarum amaritudines sequuntur. Quia ergo ab ho-

*peccatum per mādaturum.*

K

Exo. 20.

minibus nondum spiritalem gratiam consequētibz suauius admittitur quod vetatur, fallit peccatū falsa dulcedine: quia vero accedit etiā reatus præuaricationis, occidit. Hæc diximus, legem quæ per Moysen data est, intelligentes. Est autem & naturalis lex, quæ in corde scripta est, nisi qui adhuc expers est rationis, qui hanc nesciat legem. Vnde & omnis mundus sub peccato, & vniuersi homines præuaricatores legis sunt. Et idcirco iustum iudicium Dei est scribētis in corde humani generis. Quod tibi fieri nolueris, alteri ne feceris. Quis enim ignoret homicidium, adulterium, furtum, & omnē concupiscentiam esse malum ex eo quod sibi nolit fieri? Si enim mala esse nesciret, nunquam sibi doleret illata. Hanc legem nescit perueritia, ignorat infantia: & peccans absque mādaturum, non tenetur lege peccati. Maledicit patri & parentes verberat, & quia necdum accepit legem sapientia, mortuum est in eo peccatum. Cum autem mādaturum venerit, hoc est, tempus intelligentiæ appetentis bona & vitantis mala, tunc incipit ei peccatum reuiuiscere, & ille mori reusque esse peccati. Atque ita fit vt tempus intelligentiæ, quo Dei mandata cognoscimus vt perueniamus ad vitam, operetur in nobis mortem, si agamus negligentius, & occasio sapientia seducat nos atque supplantet & ducat ad mortem. Non quod intelligentia peccatum sit, lex enim intelligentiæ sancta & iusta & bona est, sed per intelligentiam peccatorum atque virtutum mihi peccatum nascitur, quod priusquam intelligerem, peccatum esse non noueram. Atque ita factum est, vt quod mihi pro bono datum est, meo vitio mutetur in malum.

*Itaque lex sancta quidem, & mādaturum sanctum & iustum & bonum.*

2. Tim. 1. *Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum vt appareat peccatum per bonum mihi operatum est mortem, vt fiat supra modum peccans*

**A** bonum] id est, per transgressionem boni mādaturum. Ita operatum est mihi mortem anime] vt ipsum peccatū quod prius latebat in corde meo [appareat] foris [peccatum] esse in manifesto opere. Ita scilicet appareat [vt] id est peccatum, id est, fomes peccati & concupiscentia [fiat supra modum peccans peccatum] id est, plus quā antea [per mādaturum] sine quo nec tantum ardebat, & per quod accreuit præuaricatio. Vel ita intelligendum est: Vt per legem appareat peccatum, quod per ignorantiam latebat. Iam enim dixerat, sine lege peccatum mortuū erat, id est, latebat & ignorabatur, tanquam in quibusdam ignorantia tenebris sepultum. Modò autem videamus quā vere dicat, peccatum vt appareat peccatum. Non enim dicit, vt sit, quia erat & quando non apparebat peccatum. Quid est, vt appareat peccatum? Quia concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces. Non ait, concupiscentiam non habebam: sed, concupiscentiam nesciebam. Sic etiā hinc non ait, vt sit peccatū: sed, vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem.

**B** Quam mortem? Vt fiat supra modum peccans peccatum per mādaturum. Supra modum, quia accessit & præuaricatio. Quando enim delinquebam sine mādaturum, minus erat. Quando autem delinquo per mādaturum, excedo modum. Lex enim modificauerat omnia: sed ego modū legis transgredior instinctu concupiscentia, impulsus. Vel supra modum, qui valde immoderatus creuit peccatum per legem, dum per eius prohibitionem magis inflammaretur, & eam scienter trāsgrederetur. Quod quidem ad hoc vtile fuit, vt sentiret anima seipsam non sufficere ad extrahendum se de seruitute peccati, atque hoc modo detumescere & extincta omni superbia, subderetur liberatori suo, & auxilium gratia eius imploraret.

*Scimus enim quod lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, venūdatus sub peccato. Quod enim operor, non intelligo. Non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odi malum, illud facio.*

Superius dixi, quia lex est sancta. Et vere est sancta, quia [scimus quod] ipsa [est spiritualis] id est, à sancto spiritu data, & mandans spiritualia, atque spiritum hominis alens & instruens de diuinis & cœlestibus. Sed [ego sum carnalis,] id est, carni consentio, [venūdatus sub peccato,] id est, peccans precio temporalium voluptatum. Dulcedo enim mortifera voluptatis, precium est quo se vendit vnusquisque diabolo, ponens se sub peccato, id est, faciens se seruum peccati. Verè animam meam diabolo vendidi, accipiens precium voluptatis & subdens me peccato. Nam [quod operor, non intelligo] quia aliud video me agere, & aliud per legem scire. Quod operor non intelligo, id est, non agnosco in præceptis veritatis vbi est vera scientia. Secundum hanc loquutionem dicit dominus peccatoribus, Non noui vos. Non enim eum aliquid latet. Sed quia peccata non inue-

niuntur in regulis præceptorū, quas habet veritas, ideo ipsa veritas peccatoribus dicit, Non noui vos. Sicut enim tenebræ oculis non vidēdo, sic peccata mente ignorando sentiuntur. Verè non intelligo in lege faciendum esse quod facio. Quia [bonum quod] secundum rationem [volo, non hoc ago, sed malum quod odi] secundum rationis iudicium, [illud ago] secundum carnis appetitum. Nam ratio quidem naturaliter vult bonum, sed hæc voluntas semper caret effectu, nisi per gratia fuerit adiuta. Et hæc quidem verba hoc modo conueniunt homini carnali & sub lege posito, sed melius intelliguntur esse etiā spiritualis hominis, iamque sub gratia cōstituti, vel ipsius Apostoli. Scimus, inquit, quod lex spiritualis est, id est, spiritualia iubet. Hucusque legem excusauerat, quod nō debet refundi in eā culpa. Hic ostendere incipit, quod nec in principale naturam debet refundi, & ita non in creatorē, sed in homines qui ex se vitiati sunt, vt prauis nequeant motibus resistere. Lex spiritualis est, sed ego carnalis sum, id est, carnale corpus adhuc gero, in quo & carnales motus sentio. **E** Quādiu enim hic viuatur, sic est. Ita ergo dixit Apostolus, ego autem carnalis sum, ideo quia nondū spiritale corpus habebat, sicut posset dicere, ego autem mortalis sum: quod utique non nisi secundum corpus intelligeretur dixisse, quod nondum fuerat immortalitate vestitū. Item quod adiunxit, venūdatus sub peccato, ne quisquā eum nondū redēptum Christi sanguine existimet, hoc etiā secundum illud potest intelligi, quod ait, Et ipsi in nobismetipsis ingemiscimus adoptionē filiorū, expectantes redēptionē corporis nostri. Si enim secundū hoc se dicit venūdatus sub peccato, quod adhuc nō est redemptum à corruptione corpus eius, vel venūdatus aliquando in prima transgressionē præcepti, vt haberet corpus corruptibile quod aggrauat animam, quid prohibet hinc **Sapi. 9.** Apostolum de se hoc diceret, quod ita dicit, vt etiam in ipso possit intelligi, etiam si in sua persona non se solum, sed omnes accipi velit, qui se nouerunt spirituali dilectione cum carnis affectione sine consensione configere? Venūdatus, inquit, sum: quia quod operor nō affectu consentiendi & implendi, sed ipso motu concupiscendi, non intelligo in regulis præceptorum cœlestium. Vel non intelligo, id est, non approbo. Et vere non intelligo quod operor. Nā bonum quod volo, hoc nō ago: sed malū quod odi, illud facio. Nō hoc sic intelligamus tanquā vellet apostolus esse castus, & esset adulter: aut vellet esse misericors, & esset crudelis: aut vellet esse pius, & esset impius. Sed ad quid? Volo non concupiscere, & concupisco. Et si concupiscentia non cōsentio, & post cōcupiscentias meas non eo, tamen adhuc concupisco. Et hoc est, quia bonū quod volo, id est, nō concupiscere, hoc non ago: sed malum quod odi, id est, concupiscere, illud facio, id est, ex carne concupisco. Quādiu enim caro mortalis est, nō potest à cōcupiscētis penitē esse libera. Minuiquidē quotidie possunt cōcupiscentia, sed ex toto nō possunt auferri, quādiu hic viuatur. Et ideo nō ago bonum quod volo, id est, non concupiscā: sed **D** facio

Tobi. 4.  
Matth. 7.

Dei.

Matth. 7.



**G** facio malum quod odi, id est, concupisco, quāuis non cedam, quāuis non consentiam, ut desiderio peccati non obediam.

*Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi quoniam bona est. Nunc autem non iam ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Nō enim quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio, non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.*

**H** Dixi me nō facere quod volo, sed potius quod nolo. [Sed si] ego [illud facio quod nolo,] id est, si ex carnis infirmitate concupisco quod nolē facere, [consentio legi] quia nolo quod non vult. Dum quod nolo, ago, id est, dum nolo concupiscere & concupisco, consentio legi [quoniam bona est] quia & ego ipse nolo quod lex. Quia nolo concupiscere, & lex dicit, Nō concupisces. In hoc enim quod volo quod & lex vult absque dubio consentio legi: concupisco tamē quia non sum sine peccato. Non implet legem infirmitas mea, sed laudat legem voluntas mea. Ergo si quod nolo hoc ago, ideo consentio legi, quia nolo, non quia ago. Ipsum autem quod ago, concupiscere est, non concupiscentiæ consentire. Lex dicit, Nō concupisces, & ego nolo concupiscere, sed tamen concupisco, quāuis post illā non eam. Resisto enim, auerto mentem, nego arma, teneo membra, & tamē fit in me quod nolo. Quod non vult lex, nolo cū lege. Ergo consentio legi. [Nunc autē iam nō

**I** ego operor illud, [Nunc iam, id est, iam redemptus, qui fui antē sub peccato venundatus, nūc iam sub gratia, quæ liberauit delectationē meā voluntatis à consensione cupiditatis, libera est mens, caro captiua. Non ego operor illud, quia non consentio. [sed peccatum quod habitat in me,] id est, sines peccati & concupiscentia quæ est in carne mea. Quando enim peccatū quod in nobis habitat, operatur in nobis, tunc nos id non operamur, cum nequaquam ei voluntas nostra consentit, & tenet etiam corporis membra, ne obediant desiderii eius. Quid enim operatur peccatum nolentibus nobis, nisi sola illicita desideria? Quibus si voluntatis non adhibetur assensus, mouetur quidem, sed nullus ei relaxatur effectus. Operatur ergo peccatum in nobis hæc desideria. Quibus si obedimus, & nos operamur. Si verō non eis obedimus, non nos illud operamur, sed quod in nobis habitat peccatum. Si autem desideria nulla haberemus illicita, nec nos, nec peccatū mali aliquid operaretur in nobis. Motum porrō illiciti desiderij (cui non obediendo non id nos operamur) ideo nos agere dicimur, quoniam non est na-

turæ vigor alienæ, sed languor nostræ naturæ. **K** A quo languore omni modo salui erimus, cum & animo & corpore immortales facti fuerim? Languoris huius & infirmitatis, vnde illicita desideria commouentur, quod peccatū appellat Apostolus, vniuersus reatus sacramento baptismatis est solutus, cum omnibus quæ illi obediētes fecimus, diximus, cogitauimus. Nec nobis deinceps languor iste obesset, si desiderii eius illicitis nullis unquā obedientiā præberem, siue operatione, siue loquutione, siue tacita assensione, donec etiam ipse sanaretur. Cū autē omne aliud peccatū sit volūtariū, ita ut præter voluntatem omnino fieri non possit: hoc solū de quo nunc agitur, etiam præter voluntatem fit eo modo quo exposuimus. Si ideo peccatū vocatur, quia peccato factum est, & pœna peccati est. Non ego, inquit, operor illud, sed quod habitat in me peccatū. Multū autē fallitur, qui consentiens concupiscentiam carnis suæ, putat se adhuc posse dicere, nō ego operor illud, etiā si oderit quia consentit. Nam si concupiscit & cōsentit & agit, quomodo nō ipse illud operatur, etiam si se operari doleat, & vinci grauiter ingemiscat? Dixi quia peccatum habitat in me. Quod ideo dixi, [quoniam scio quia bonū non habitat in me, hoc est, in carne mea.] Aliiter fortasse acciperetur, quod dixit, in me, & ideo exposuit, addēs: Hoc est, in carne mea, ac per hoc aptissimē ostēdit vnde loqueretur. Ac si diceret: Certus sum quod hæc concupiscentia, quæ est conatui meo aduersa in corpore meo, nō est bonum. Vitium carnis in re bona, non est bonum. Quod cū esse destiterit, caro erit, sed iā vitiata vel vitiosa non erit. Non dico, caro mea non est bona: sed, bonum in carne mea non habitat, quam peccati deprimit cōsuetudo, quod vincere nequeo. Verē in carne mea non habitat bonum, nam ideo non possum perficere bonum quod volo. [Nā velle adiacet mihi,] id est, præsto est mihi bona voluntas, [sed perficere bonum non inuenio,] id est, tam longe est à me perfectio boni, ut eā inuenire non possim. Hoc est perficere bonum, ut ne concupiscat homo. Imperfectum autem bonū est quando concupiscit, etiam si non concupiscentiæ cōsentit ad malum. Quia tunc perficitur bonū, quando desideria mala nulla sunt: sicut tunc perficitur malum, quādo malis desiderii obeditur. Quando autem sunt quidē, sed non eis obeditur, nec malū perficitur, quia nec eis obeditur, nec bonū, quia sunt, sed fit ex aliqua parte bonū, quia concupiscentiæ malæ non consentitur, & ex aliqua parte remanet malum quia concupiscitur. Ideo Apostolus non dixit, facere bonū non inuenio sed perficere. Multū enim boni facit, quia facit quod scriptum est, Post concupiscentias tuas nō eas: sed non perficit, quia non implet quod scriptum itē est, Nō concupisces. Erit autem quādoque perfectio boni, quādo consumptio mali: Illud summum, hoc erit nullū. Quod si in ista mortalitate sperandum putamus, fallimur. Tūc enim erit quando mors non erit: & ibi erit, vbi vita æterna erit. Ad hoc igitur dixit lex, Non concupisces, ut nos in hoc morbo nos ipsos inuenientes iacere, medicinam gratiæ quæremus, atque

**A** atque in eo præcepto sciremus, & quod debeamus in hac mortalitate proficiendo semper in melius conari, & quod possit à nobis ad illam immortalitatem beatissimam, vbi concupiscentia non erit, perueniri. Nisi enim quandoque perficiendum esset ut non concupisceremus, nec malum desiderium vllum haberemus, nunquam fuisset iussum. Quod donec in nobis cōpleatur, semper nos debemus agnoscere peccatores & in bono imperfectos, atque pugnare aduersus peccatū, & in bono proficere. Nō inueni perfectiōnē boni, quandiu in hac mortalitate viuo, quia nō possum ex toto carere concupiscentia. Non enim quod volo bonū, hoc ago &c. Volo enim nō habere concupiscentiā, & tamen habeo. Eadē quæ superius dixerat, repetit inculcans, & tanquam tardissimis ostēdit somno eos excitans. [Non enim facio bonū quod volo, sed ago malū quod nolo] Quia volo (ut dixi) penitus carere concupiscentia, sed nō valeo. Et nolo concupiscere, sed tamen concupisco ex carne, non ex mente. Quod nolo, illud facio: [sed si quod nolo, illud facit, id est, si inuitus concupisco, [non ego operor illud] quia mente non consentio, [sed peccatum quod habitat in me,] operatur illud id est fomes peccati & concupiscentia habitans in carne mea. Quæ scilicet concupiscentia & peccati libido vel delectatio, per transgressionē primi parentis ex vitiata natura mihi transfusa est.

*Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum quoniam malum mihi adiacet. Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem, video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Et captiuam me in legem peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Igitur ego ipse mente seruius legi Dei, carne autem legi peccati.*

Quandoquidē ego non operor malū, sed volo operari bonum, [igitur inuenio legē mihi] esse bonā, [volētī facere] quod ipsa iubet, [quoniam] non ipsi legi quæ dicit. Non concupisces, sed [mihi malū adiacet.] Bonam inuenio legē. Bona est lex. Vnde probō? Quia implere eam volo. Igitur mihi volenti facere bonum, inuenio legē bonam, id est, vtilem inuenio legem bonam, id est, vtilem inuenio illam, dum docet quid fieri debeat & quid non. Verē bonum aliquid est lex, quoniam non ei, sed mihi malum adiacet ex concupiscentia, cui tamen non consentio. Malum prauæ delectationis adiacet, id est, vitiū mihi est, & mihi incūbit, nec me finit perficere bonum quod volo. Mihi malum adiacet, id est, peccatū quod habitat in carne mea, videlicet carnalis concupiscentia quæ peccati nomine appellatur, quoniam ex illa oriuntur cun-

cta peccata. Quicquid enim est peccatorū in di-  
ctis, in factis, in cogitationibus, nō oriūtur nisi ex mala cupiditate, non oriuntur nisi ex illicita delectatione. Hęc ergo illicita delectatio, cui tamen resisto, malū est quod adiacet mihi, id est, carni meæ. Nō enim caro mea, aut de alia substantia caro, aut de alio principio caro, aut anima ex deo, & caro de gēte tenebrarum, sed languor repugnat sanitati, quoniam semiuiuus iacet in via. Verē malū mihi adiacet, quia cū secundū interiorem hominē condelector legi dei, video tamē aliā legē in mēbris meis repugnantē legi mentis meæ. Vel ita: Verē cōsentio legi, & inuenio illā esse bonū quiddā & vtile, quāuis malum mihi adiacet. Nā [condelector legi dei,] id est, in hoc quo lex quæ deus dedit, delectatur, & ego delector: quia quicquid ei placet, & mihi si mul placet. [Secundū interiorem hominē] id est, secundum spiritus & rationis affectum. Cōdelector, quidem ei secundū bonæ voluntatis affectum, sed tamē eā cōplere non sufficio, quoniam [video] id est, attēdo, [aliam] id est, diuersam à dei lege [legem] id est, prauā suggestionem [in membris meis] quæ recta dicta est lex, quoniam legitime factū est ut homo qui noluit obedire domino suo, nō ei seruiet caro ipsius. Nā supra hominē deus est, & infra hominē caro. Et quia homo cōtempnit superiorem, torquetur ab inferiore. Tunc enim nata est hæc lex, quando in paradiso contēpta & transgressa est ab homine prima lex. Ut enim vetitū cibū comedit, protinus illicitum carnis motū sentire cœpit. Video aliā legē, id est, peccati pruriginem, in mēbris meis, ut in auribus ad audiendū illicita, & in oculis ad concupiscendū. Huiusmodi legē, i. peccati fomitem qui male regit, video in mēbris meis [repugnantem legi mentis meæ,] id est, rationi, quæ est lex naturaliter scripta in corde omnium, [et captiuam me] id est, captiuare conantē, hoc est, ad consentiendum implendumque cogentē [in lege peccati,] id est, carnalē concupiscentiam [quæ est in membris meis] & ibi mouet illicita desideria, tantoque periculosior est, quāto vicinior. Quatuor leges ostendit Apostolus inuicem dimicantes, legē dei & legē mentis, quæ duæ in bono cōcordāt. i. legem Moyfi & legem naturæ vel fidei: itēque legem suggestionis & legem peccati, quæ in malo sibi cōsentiant. Et in harum legum contrarietate & repugnantia est labor & conflictus omnium militū Christi, dum resistunt ne prauis legibus cōsentiant. Possumus etiā istam aliam legem & legē peccati, non duas, sed vnam intelligere, id est, sarcinā mortalitatis, per quā fit sæpe etiam iniuste delectet quod non licet. & quod ait, captiuam me, id est, captiuam carnem meā in legem peccati, id est, in seipsam. Captiuam enim me, dixit: quia & in ipsa carne non est aliena natura, sed nostra. Quā nisi teneret carnalis concupiscentia, quam legem peccati vocat, non utique in ea vllū illicitum desiderium cui mēs obedire non debeat, commoueret. Ex parte enim captiuatur, & ex parte iam liber est, nam mens quæ interius habet alias delectationes suas, non cōsentit, sed repugnat delectationibus carnis. Cōdelector, inquit, legi dei, delectat me

**G**lex, delectat ne quod iubet lex, delectat me ipsa iustitia secundum interiorem hominem. Ecce libertas ex parte superiore, Libertas enim delectat. Nam qui adhuc timore facit quod iustum est, nondum deus eum delectat, ideoque seruus est. Cum vero non iam timuerit poenam, sed amauerit iustitiam, in ipso amore & delectatione iustitiae liber erit. Video autem, inquit, aliam legem in membris meis. Haec est que remansit infirmitas. Et ex hac parte sentit homo captiuitatem, ubi non est impleta iustitia. Nam ubi condelectatur legi dei, non captiuus, sed legis amicus est. Et ideo liber, quia amicus. Sed nondum tota, nondum pura est, non dumque plena libertas, quia nondum aeternitas. Est in me quiddam mortuum, & quiddam viuum. Mors contendit, mens non consentit: Quid inde sperandum est? [Infelix ego homo,] Et si non in mente, tamen in carne infelix homo. Non enim in mente homo, & in carne non homo: sed in mente homo, & in carne homo. Infelix sum ego homo. Ita qui se infelicem exclamat, lugendo implorat consolatoris auxiliu[m]. Nec parum est ad beatitudinem accessus, cognitio felicitatis suae. Infelix ego homo. Et cum per me ab hac infelicitate non possim liberari, [quis me liberabit, quis hoc facere poterit, nisi magnus aliquis, ut me liberet [de corpore mortis huius,] id est, de hoc corpore corruptibili in quo mors est? Haec est vox militis pugnantis & gementis in labore certaminis. Cui gementi & auxiliu[m] liberatoris imploranti, respondetur: [Gratia dei] te liberabit a corpore mortis huius [per Iesum Christum dominu[m] nostru[m,] quando corpus habebis immortale, ubi nulla concupiscentia remanebit. De corpore enim mortis huius non omnes liberantur, qui finiunt hanc vitam: quoniam aliud est exire de corpore, quod omnes homines dies huius vitae nouissimus cogit: aliud liberari de corpore mortis huius, quod non lex, non vires propriae, sed sola dei gratia per Iesum Christum sanctis & fidelibus eius impertit. Liberari enim a corpore mortis huius, est omnino sanato languore concupiscentiae carnis, non ad poenam corpus recipere, sed ad gloriam. Nam impij utique non liberantur a corpore mortis huius, quibus eadem corpora redduntur ad aeterna tormenta. Tunc enim corpus mortis huius redit ad impiu[m], nec inde aliquando soluetur. Et tunc non erit ei vita aeterna, sed mors aeterna, quia poena aeterna. Iustus autem liberabitur a corpore mortis huius, non ut hoc corpus non habeat, sed ut mortale & onerosum non habeat. Habebit enim ipsum corpus, sed immortale & leue & sine molestia. In his verbis (ut supra dictu[m] est) recte intelligitur Apostolus non quidem se solu[m] in sua persona, sed etiam alios sub gratia constitutos significasse. Quandoquidem cōdelector legi dei secundum interiorem hominem, & video aliam legem membris meis. [Igitur ego ipse mente seruius legi dei] amando iustitiam, & resistendo concupiscentiae, [carne autem] seruius [legi peccati] concupiscendo. Ego ipse haec facio. Non enim alius in mente & alius in carne, sed ego ipse in mente, ego in carne, non duo, sed vnus ex utroque. Mente seruius legi dei in libertate Christi, carne autem legi peccati ex vetustate Adae. Nouitatis

gaudio suspendor, vetustatis onere pregrauior. **K** Est mihi bellum aduersum me. Sed ex qua parte displiceo mihi, iungor deo. Ex qua parte iungor deo, idoneus ero ad vincendum me, quia ille mecum est qui omnia superat. Mente seruius legi dei, volendo quod ipsa vult, & nolendo quod non vult: carne autem legi peccati, non quidem dando membra committendis iniquitatibus, sed tantum concupiscendo, quantum illicite concupiscentiae non dem manus.

## CAPVT VIII.

*Nihil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Lex enim spiritus vitae in Christo Iesu liberauit me a lege peccati & mortis. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.*

Igitur ego ipse mente seruius legi dei, carne autem legi peccati. Et quidem ego, qui in me significo quemlibet iustum sub gratia constitutum, mente seruius legi dei, [ergo nihil damnationis est nunc] etsi antea fuit [his qui sunt in Christo Iesu, in quo per baptismum soluta sunt illis omnia. Dum non essent in Christo, & consentirent concupiscentiae, erat illis damnatio. Nunc autem cum sint in Christo & repugnent concupiscentiae, nihil damnationis est illis, quantumquam ex carne concupiscant: quia non pugnatore, sed victi dantur: nec est damnabile si existant desideria carnalia, sed si eis ad peccatum obediatur. Nihil damnationis est his qui sunt in Christo. Et ne putares hoc postea futurum, ideo additum est, nunc. Postea illud expecta, ut nec concupiscentia sit in te contra quam contendas, quia nec ipsa erit. Nihil ergo damnationis est nunc illis, quantumquam alia lex in membris eorum adhuc repugnet legi mentis ipsorum. His qui sunt in Christo, non est damnatio, his dico, [qui non ambulant secundum carnem,] id est, qui non operantur secundum carnalem appetitum. Sunt enim nonnulli qui dicuntur Christiani, & tamen secundum desideria cordis ambulant, ad quorum distinctionem dicitur nunc non esse damnatio illis Christianis, qui non secundum carnem ambulant, id est, non carnaliter viuunt. Verè non est damnatio his qui sunt in Christo, [nam lex] non litera in mente Sinae, sed [spiritus vitae in Christo Iesu, liberauit me a lege peccati & mortis,] per quam legem erat damnatio. Inest adhuc membris meis lex illa peccati, sed iam reu[m] me non facit, quia liberatus sum ab illa, ideoque liber pugno contra illam. Lex Moyfi est spiritalis, sed non

vitae,

**A** vitae, quia non viuificat dimissis peccatis. Lex autem quam spiritus sanctus ponit, est vitae, quia viuificat remittendo peccata. Lex Moyfi, est lex Dei, sed factorum: lex operum, lex quae iubet, non iuuat: lex quae ostendit peccatum non tollit. Lex autem spiritus, lex est fidei, lex gratiae, lex misericordiae, lex quae tollit peccatum, & liberat a lege membrorum, quae non est dei, sed peccati & mortis, quoniam reos facit & mortem operatur. Et hoc est, Lex enim spiritus vitae liberauit me a lege peccati & mortis. Lex illa bona liberauit me ab ista lege mala. Et hoc in Christo Iesu, id est, in sanguine & gratia **I**ESU CHRISTI. Me, id est, quemlibet iustum sub gratia constitutum liberauit in Christo, ut non consentiam legi peccati & mortis, id est, concupiscentiae. Et quomodo sum liberatus ac damnationem euaserim, consequenter exponitur. [Nam quod impossibile erat legi,] deus in Christo fecit, id est, damnare peccatum & dare iustitiam. Impossibile erat legi naturali vel scriptae liberare a lege peccati & mortis: quia nec peccatum tollere, nec mortem vincere praeualebat **B** nec sibi obedientem aut perfectum quoniam facere poterat. Quod impossibile erat legi, deus fecit, [in quo] impossibili [infirmabatur] ipsa lex [per carnem,] id est, ab infirmis non poterat impleri per carnem, quia per spiritum impletur. Lex enim infirmate intelligitur, eo quod non impletur, non quod ipsa infirma sit, sed quod infirmos faciat minando poenam, nec ad iuuando per gratiam. Quae infirmata esse per carnem dicitur, quia caro non implet quod per spiritum impletur, id est, per gratiam spirituales. Nam caro ubi non erat gratia, inuictissime resistebat. Et lex infirmabatur per carnem, id est, carnis desideria per fomitem vitiorum qui in carne est, quia caro nimium rebellabat, & audiens legem plus incitabat concupiscentiam. Infirmabatur ergo lex literae per carnem, id est, non efficiebat iustos deditos carni, quoniam caro fortiter obsistebat ne lex adimpleretur, & **C** lex non habebat vires quibus impetu[m] carnis frangeret. Vel per carnem infirmabatur lex, id est, per carnalem intellectum & per carnalem obseruationem erat imbecilla, non per seipsam. Sed quod lex infirma non poterat, deus fecit, qui filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, etiam peccatum de peccato damnauit in carne. [Deus filium suum,] id est, sibi propriu[m] & consubstantialem atque coaeternu[m] [misit,] id est, incarnari constituit, ut manens quod erat, assumeret quod non erat. Misit eum non [in similitudinem carnis] quasi caro non esset caro, sed in similitudinem carnis peccati, quia caro erat, sed peccati caro non erat. Nostra enim caro est peccati caro, quia per libidinis usum generata est. Sola autem illius caro non fuit caro peccati, quia non eum mater concupiscentia, sed gratia concepit. Tamen similitudo carnis peccati fuit, id est, passibilis & mortalis quae nutrir & esurire & sitire & dormire & fatigari & mori potuit. Mors enim & infirmitas non est nisi de peccato. Et utique corpus illud mortale erat & infirmum, ut caeterorum corpora. Caro peccati habet mortem & peccatum, similitudo autem car-

nis peccati habuit mortem sine peccato. Si haberet peccatu[m], caro esset peccati. Si mortem non haberet, non esset similitudo carnis peccati. Talis venit saluator. [Et de peccato damnauit peccatu[m] in carne, id est, suscipiendo carnem hominis peccatoris, & docendo quemadmodum viuere mus, peccatum in ipsa carne damnauit, ut aeternorum charitate spiritus noster flagrans, non duceretur captiuus in consensionem libidinis. Mortem enim non meruit Adam nisi peccando, & Christus carnem suscepit mortalem. Ergo sic dicitur mors peccatum, quae facta est peccato, sicut dicitur lingua Graeca, lingua Latina, non ipsum membrum carnis, sed quod fit per membrum carnis. Lingua enim Graeca verba Graeca sunt, non quia verba lingua, sed quia verba per linguam. Sic igitur peccatu[m] domini, quod factu[m] est de peccato, quia inde carnem assumpsit de massa ipsa, quae mortem meruerat ex peccato. Et ut celerius dicam, Maria ex Adae mortua propter peccatu[m], nisi diuinitus exempta fuisset, & caro domini ex Maria mortua propter delenda peccata. De peccato itaque, id est, de morte quae per peccatu[m] accidit, dānauit peccatu[m] in carne. Vel de peccato, id est, de sacrificio pro peccatis oblato. Peccatu[m] enim vocabatur in lege, sacrificiu[m] pro peccato. Et tale peccatu[m] fuit caro dñi. De peccato igitur, id est, de sacrificio quod factus est pro peccatis, inde dānauit peccatu[m], [ut iustificatio legis,] id est, iustificatio quam praecipit siue pmisit, [impleretur in nobis] per spiritu[m] qui adiuuat, hoc est, lex litera impletur in nobis per spiritum vitae. In nobis dico, qui non secundum carnem ambulamus,] id est, operamur [sed secundu[m] spiritum.] Caro de terra facta est, spiritus autem a deo datus est. Vtraque ergo desiderant illud vnde sunt, caro terrena, spiritus caelestia. Si igitur spiritus carnem superauerit, operantur in eo caelestia. Si autem carni cōsenserit, praualuerit ei terrena. Illi ergo non secundu[m] carnem ambulans, sed secundu[m] spiritum, qui non terrenis & carnalibus, sed caelestibus & spiritalibus sunt intenti, nec carnaliter obseruant legem, sed spiritaliter. **F** Quid est enim secundum carnem ambulare? carnalibus concupiscentiis cōsentire. Et quid est secundum spiritum ambulare? adiuuari spiritu in mente, & concupiscentiis carnis non obedire. Sic ergo impletur in nobis per Christu[m] iustificatio legis, non adhuc illa quae dicit, Non concupisces, sed interim illa quae iubet, Post concupiscentias tuas non eas.

*Qui enim secundum carnem sunt, quae carnis sunt sapiunt. Qui vero secundum spiritum, quae sunt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis, mors: est prudentia autem spiritus, vita & pax. Quoniam sapientia carnis inimica est deo. Legi enim dei non est subiecta, neque enim potest. Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt.*

Verè in illis impletur iustificatio, qui non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum. Nam [qui secundum carnem sunt,] id est,

**G** qui carni consentiunt, & sequendo appetitum carnis vitam suam ducunt, [sapiunt ea quæ sunt carnis.] id est, sciunt carnalia & curiosi sunt in carnalibus atque saporem delectabilem illis habere videntur temporalia & terrena, quæ carnis sunt, vel ad carnem pertinent, ideò que tales non iustificantur. [Sed illi qui] sunt [secundum spiritum,] id est, qui sancto spiritui consentiunt & ei concordant, vt spiritualiter viuant, [sentiant ea quæ sunt spiritus,] id est, diuina & spiritalia bona sentiunt interiorius, & spiritali dulcedine replentur, ideò que iustitia legis per charitatem in illis adimpletur. Verè illi qui sapiunt ea quæ sunt carnis non iustificantur, sed illi potius qui sentiunt ea quæ sunt spiritus. Nam finis rerum hoc indicat, cum sapientia carnis generet mortem: & sapientia spiritus, vitam. Poena enim vel præmium euidenter declarant, & eos qui moriuntur non fuisse iustificatos. & eos qui vitam adepti sunt, implese iustitiam. [Nā prudentia carnis mors est] æterna: [prudentia autem spiritus, vita & pax.] Prudentia enim carnis est, cor machinationibus tegere, sensum verbis velari: quæ falsa sunt, vera ostendere: quæ vera sunt, fallacia demonstrare. Hæc nimirum prudentia vsu à iuuenibus scitur, hæc à pueris precio discitur. Hanc qui sciunt, cæteros despiciendo superbiunt: hanc qui nesciunt, subiecti & timidi in aliis mirantur: quia ab eis hæc eadem duplicitas, æquitatis nomine palliata diligitur, dum mensis peruersitas vrbánitas vocatur. hæc sibi obsequentibus præcipit honorum culmina quærere, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere, interrogata ab aliis mala multiplicius reddere: cum vires suppetunt, nullis resistentibus cedere, cum virtutis possibilitas deest, quicquid explere per malitiā nō valet, hoc impastica bonitate simulare. Iure ergo talis prudentia mors animæ dicitur. Prudentia verò spiritus, id est, iustorum sapientia est, nihil per ostensiones fingere, sensum verbis aperire, vera vt sunt diligere, falsa deuitare, bona gratis exhibere, mala libentius tollerare quàm facere, nullam iniuriæ ultionem querere: pro veritate contumelias pati, lucrum putare. Et hæc prudentia est vita animæ & pax, non solum in futuro seculo, sed etiā in præsentia. Diffinitio autem prudentiæ in appetendis bonis & vitandis malis explicari solet. Eadem nanque animæ natura, & prudentiam carnis habet cum inferiora sectatur, & prudentiam spiritus cum superiora eligit, sicut aquæ natura & frigore congelascit, & calore soluitur. Per prudentiam carnis propterea deum Iudæi colebant, vt eis secundum carnem bene esset, ideò que secundum animam erant mortui. Per prudentiam autem spiritus, iusti deum gratis colunt: id est, quia ipse bonus est, non quia dat alia bona, quæ dat & nō bonis. Et ideo per hanc spiritalem prudentiam viuunt etiam nunc in anima & pacem habent, concordantes voluntati diuinæ & amantes proximos, nec se vindicantes cum læsi fuerint. Multo magis autem in futuro vitam habebunt æternā, & pacē tranquillitatis perpetuæ. E contra qui carnaliter sunt prudentes, id est, qui appetunt temporalia bono, & timent temporalia mala, vel suas

astute vlciscuntur iniurias, & magis naturalibus K credunt rationibus quàm diuinis sententiis, mortem animæ & corporis æternā patientur. Et verè per talem prudentiam moritur anima & corpus. [Quoniam sapientia carnis,] id est, quæ carnalibus intendit, & carnalia studiose agit, [inimica est deo,] quem non sibi finem cōstituit. Quicumque enim voluerit amicus esse Iac. 4. seculi huius, inimicus dei constituetur. Inimica est deo, dum nil putat dominum posse præter quod in naturis rerum videtur. Inimica est deo, quia eius voluntati non obtemperat. [Legi enim dei non est subiecta.] Et facere contra legē, hoc est inimicū dei esse. Non quia deo aliquid nocere potest, sed quia sibi ipsi nocet, quisquis resistit voluntati dei. Quod ergo ait, sapientia carnis inimica est deo, nō sic accipiamus, quasi inimica ista possit lædere deū. Resistēdo enim inimica est, nō nocēdo. Illi autē nocet, in quo est sapientia carnis, quia vitium est. Naturę nocet in qua inest. Pellatur vitium, & natura sanabitur. Hæc carnalis sapientia nō est subiecta legi dei, [neque enim potest] ei esse subiecta. Nō dixi, homo non potest: nō dixi, anima non potest: non dixi, caro non potest: sed dixi, quoniam sapientia carnis nō potest, id est, vitium nō potest, nō natura: quomodo si dicatur, claudicatio rectæ ambulationi non est subiecta, neque enim potest. Pes potest, sed claudicatio nō potest. Tolle claudicationē, & videbis rectam ambulationē. Sed quandiu claudicatio est, non potest. Nō sit sapientia carnis, & homo est. Sic dictū est, Legi enim dei nō est subiecta, neque enim potest: tanquam si diceretur: Nix non calefacit, neque enim potest. Quandiu enim nix est, non calefacit. Sed resolu potest & feruere, vt calefaciat. Sed cum hoc facit, iam nix nō est. Sic & prudentia vel sapientia carnis dicitur, cum anima pro magnis bonis temporalia bona concupiscit. Quandiu enim appetitus talis animæ inest, legi dei subiecta esse non potest, id est, nō potest implere quæ lex iubet. Sed si spiritalia M bona desiderare cœperit, & temporalia continere, desinet esse carnis prudentia, & spiritu non resistet legi. Sapientia carnis non subiicitur diuinæ legi. Nec hoc tantum dico, sed etiā istud, quod illi [qui sunt in carne,] id est, qui voluptatibus carnis acquiescunt, [deo placere nō possunt.] Ipsi enim in carne sunt, qui in carne confidunt, qui concupiscentias suas sequuntur qui in his habitant, qui earum voluptatibus oblectantur, qui in earum delectationibus beatam foelicemque vitam cōstituant. Et ideo quādiu tales sunt, nihil deo quod placeat, agere possunt.

*Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, tamen spiritus dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi nō habet, hic non est eius. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatū, spiritus verò viuunt propter iustificationem. Quod si spiritus eius qui suscitauit à mortuis Iesum, habitat*

*in vobis*

*A in vobis, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem spiritum eius in vobis.*

Illi qui sunt in carne, non possunt deo placere. Sed vos non estis in carne, & propterea deo placetis. In hoc quidē seculo adhuc viuitis, sed tamen in carne non estis, quia nō in voluptate carnis iacetis, sed carnalia desideria supergressi estis. Nequis enim illud quod præmissum est, quia qui in carne sunt, deo placere non possunt de his dictū putaret, qui de hac vita nondū exierunt, opportunissime subiunxit: [Vos autem non estis in carne.] Vtiq; adhuc in vita hac cōstituti loquebatur, & tamē dixit eos nō esse in carne. Romanis quidē scribebat, sed vniuersæ electorū ecclesiæ dixit: tritico dixit, nō paleæ: massæ latenti, nō stipulæ apparenti. Nō estis in carne, quia non facitis opera carnis, consentiendo concupiscentiæ carnis. [Sed] estis [in spiritu,] quia secundum interiorē hominē condelectamini legi dei. Et hoc est, [si tamen spiritus dei habitat in vobis.] Nā si spiritu vestro præsumitis, adhuc in carne estis. Sic ergo nō estis in carne, vt in spiritu dei sitis. Nā si recedit spiritus dei pondere suo spiritus hominis reuoluit in carnem. Redat ad facta carnalia, redat ad concupiscentias seculares. Sic igitur habete liberū arbitriū, vt imploretis auxiliū. Nō estis in carne. Et hoc viribus vestris absit. Vnde ergo? Si tamē spiritus dei habitat in vobis, tūc enim in carne nō estis, sed spiritum dei habitatorem habetis. [Sed si quis spiritum Christi non habet, hic nō est eius,] id est, non possidetur à Christo, nec est membrum Christi. Spiritum dei dixerat, & spiritum Christi subiunxit, quia non sunt duo spiritus sancti tāquam singulorum, vnus patris & alter filij, sed vnus potius patris & filij. Sicut autem anima mea, id est, spiritus meus viuificat omnia membra corporis mei: sic spiritus Christi viuificat omnia membra corporis Christi, id est, omnes electos eius. Si quis autem spiritum Christi non habet, id est, si quis non vegetatur spiritu Christi, si quis non viuunt spiritu Christi hic non est membrū Christi, nec possessio Christi, sed diaboli. Caritas verò testis est, esse spiritum Christi in eo corde quod ipsa repleuerit. Nunquid enim spiritū Christi habet ille, cuius mentem odia dissipant, elatio inflat, ira vsq; ad dimissionem mentis exasperat, auaritia cruciat, luxuria eneruat? Nō vtiq;e. Quia spiritus Christi vbi habitat, facit amicos & inimicos diligere, terrena despici, pro cœlestibus æstuari: carnem propter vitia conteri, mentē à concupiscentiis frenari. Et iste spiritus est quasi quidam titulus diuinæ possessionis. Quo quisquis ex toto caret, ad Christum non pertinet. [Sed si Christus est in vobis,] qui ibidem habitat vbi spiritus eius est, & nō alibi: [corp⁹ quidē mortuū est,] non propter fragilitatē terrenam, quia de terre puluere factum est, sed [propter peccatū.] Nō dico mortale, sed mortuū. Nam antequā immutaretur in illam incorruptionē quæ in sanctorū resurrectione promittitur, poterat esse mortale,

quanuis non moriturum, sicut hoc nostrum potest esse ægrotabile: quanuis non ægrotaturum. Cuius enim caro est, quæ non ægrotare possit, etiam si aliquo casu priusquam ægrotet occumbat? Sic & illud corpus primi hominis iam erat mortale & antequam peccasset. Quam mortalitatem fuerat assumptura mutatio in æternam incorruptionē, si in homine iustitia, id est, obedientia permaneret. Sed ipsum mortale non est factum mortuum, nisi propter peccatum: quia mox, vbi præceptum transgressus est homo, eius mēbris velut aliqua ægritudo letalis mors ipsa concepta est. Quam ægritudinem mortis & in nos omnes in se transfudit, ac per eam necessario morituri sumus. Corpus ergo nostrū non tantum moriturum est propter animæ abscissum qui futurus est, sed etiam mortuum est propter infirmitatem carnis & sanguinis. Habet quidam adhuc vitam, sed tamen comparatū corpori illi, quod in resurrectione futurū est inuenitur, mortuum, quanuis adhuc habens animam, corpus quidem ita mortuū est adhuc propter peccatū, sed [spiritus] iā [viuit propter iustificationē.] Et hæc vita ex fide facta est, quoniam iustus ex fide viuunt. Anima enim iam pia quæ fuit impia, propter iustitiā fidei dicitur ex morte reuixisse atq; viuere. Et hoc interim non bis p̄stitit gratia saluatoris, vt anima iā per iustitiam viuat, sicut per peccatū mortua fuerat. Hoc enim dictū est, ne ideo putarent se homines vel nullū vel paruum se habere beneficium de Christi gratia, quia necessariō morituri sunt corpore: attendere quippē debēt, corpus quidē adhuc peccati meritū gerere, quod conditionē mortis obstrictum est, sed iā spiritum cœpisse viuere propter iustitiam fidei, qui & ipse fuerat quadam morte infidelitatis extinctus. Non igitur, inquit, parum vobis muneris putetis esse collatū per id quod Christus in vobis est, quod in corpore propter peccatum mortuo, iā propter iustitiam vester spiritus viuunt. Nec ideo de vita quoq; ipsi⁹ corporis desperetis, sed credite [Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christū à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra.] Vel ita continuatur: Spiritus quidē vester iā viuunt, sed si spirit⁹ dei habitat in vobis, corpus quoq; vestrum viuunt, sicut corpus Christi quod iam suscitatum est, viuunt. Dixerat, si autē Christus in vobis est: subiecit, q̄ si spiritus pacis habitat in vobis: quem spiritū Christi dixerat, hunc spiritū pacis adiūxit: quia vbi Christus, ibi sine dubio spiritus sanctus habitat, atq; vnus est spiritus Christi & dei. Quia verò in illa resurrectione futura mutatio non solum nullā mortem, quæ facta est propter peccatum, sed nec mortalitatem habitura est, quā corpus animale habuit ante peccatū: non ait, qui suscitauit Iesum Christū à mortuis, viuificabit & mortua corpora vestra, vt scilicet iam non solum non sint mortua, sed nec mortalia, cum animale resurget in spirituale, & mortale hoc induet immortalitatem, & absorbebitur mortale à vita. Cum enim præsentis temporis gratiam determinās, diceret mortuum esse quidem corpus propter peccatum, quia in eo nondum per resurrectione

**E**  
Haba. 2.  
Roman. 1.  
Hebr. 10.



**G**ne renouato peccati meritū manet, hoc est necessitas mortis, spiritū autē viuere propter iustitias: quia licet adhuc corpore mortis huius oneremur, iam secundum interiorē hominē cœpta renouatione in fidei iustitiā respiramus, tamen humana ignorantia de resurrectione corporis nihil speraret, etiā ipsum quod propter peccati meritū in præsenti seculo dixerat mortuū, in futuro propter iustitiæ meritum dicit viuificandum, nec sic vt tantum ex mortuo viuū fiat, verū etiam ex mortali immortale. Dono enim dei quod animæ datur, id est, spiritu sancto, nō solum anima cui datur, salua & pacata, & sancta fit, sed ipsum etiam corpus viuificabitur, eritq; in natura sua mūdissimum. Viuificabit, inquit, mortalia corpora vestra, nō propter merita vestra, sed propter munera sua, id est, [propter inhabitantem spiritū ei⁹ in vobis.] His gradibus homine perfectō, nulla substātia inuenitur malum. Neque lex mala est, quæ ostendit homini in quibus peccatorū vinculis iaceat, vt per fidē implorato liberatoris auxilio, & solui & erigi & firmissime cōstitui mereatur. In prima ergo actione quæ est ante legem, nulla pugna est cum voluptatibus huius seculi. In secunda quæ sub lege est, pugnamus, sed vincimur. In tertia quæ est sub gratia, pugnamus & vincimus. In quarta quæ est in resurrectione, non pugnam⁹, sed perfecta & æterna pace requiescimus, quia nihil nobis nunc resistit non resistentibus deo. Subiungitur enim nobis quod inferius nostrū est: quod propterea non subiungebatur, quia superiorē nobis deserueramus deum.

*Ergo fratres debitorum sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.*

**I** Dixi quia in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in vobis, & si Christus est in vobis, & quia de⁹ viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis. [Ergo fratres, accepto adiutorio, porrecto nobis desuper diuino auxilio brachio domini porrecto nobis auxilio à spiritu sancto, [debitores sumus,] id est, ex debito seruire nos oportet. [non carni] sed spiritu diuino, qui in nobis habitat & tanta bona prestat. Debitores in quā sumus, sed non carni, [vt secundum carnem viuamus,] id est, secundum carnis voluptates & illecebras vitam ducamus. Hoc enim modo fiet, vt propter inhabitantem spiritū dei viuificētur & mortalia corpora vestra, id est, vt vita in se mortē mortificādo conuertat, si non secundum carnem, sed secundum spiritum viuere studueritis. Promissa est nobis & carnis immortalitas, propter spiritum dei quem habemus in nobis. Ergo fratres si hanc immortalitatem adipisci volumus, debitorum sumus non carni, vt secundum eius illecebras viuamus, quia ipsa nos ad mortem trahit, sed potius spiritui sancto, vt secundum eum vitam nostram dirigere studeamus, quia ipse no-

bis vitam preparauit æternam: vt sic peruenimus ad illā, si nunc eius voluntatem secuti fuerimus. Et verē ita se habet effectus vtriusq; partit. [Si enim secundum carnem vixeritis moriemini,] id est, si secundum mortem vixeritis, totum morietur, si secundum carnis concupiscentias vixeritis, moriemini perpetualiter & carne & anima. [Si spiritu] sancto [mortificaueritis facta carnis,] id est, secundum deum viuendo, voluptates carnis & desideria eius extinxeritis, [viuetis] in æternū beati. Hoc est opus nostrū in hac vita spiritu mortificare quotidie facta carnis, affligere, minuere, frænare, iterimere. Quā multa enim proficientes iam non delectāt, quæ antea delectabant. Quando autem delectabat, & non ei cōsentiebatur, mortificabatur. Si iam non delectat, mortificatum est.

*Quicumque enim spiritu dei aguntur, hi sunt filij dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij dei. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem dei, cohæredes autem Christi, si tamen compatimur, vt & conglorificemur.*

Verē viuetis, si spiritu sancto opera carnis mortificaueritis. Nunc enim filij dei estis, & cū eo in perpetuum regnabit. Et hoc est quod hæc Apostoli verba demonstrat: Viuetis, quia filij dei estis. Nam quicumque spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei. Cū dixisset Apostolus, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis: id est, illas concupiscentias carnis, quibus non consentire magna laus est, & quas non habere perfectio est, metuendum erat ne quisquā ad mortificanda facta carnis, de spiritu sancto præsumeret. Ergo ne hic se extolleret humanus spiritus, & ad hoc opus se idoneum firmūque iactaret, subiecit & ait: [Quicumque enim spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei.] Non qui secundum carnem suam viuunt, non qui carnis voluptate ducuntur, non qui spiritu suo aguntur, non qui lege aguntur, sed quicumque spiritu dei aguntur, hi sunt filij dei. Spiritus ergo dei quo aguntur, ipse est spiritus quo facta carnis morti ficantur, quia ipse dat continentiam qua frænetur & dometur atque vincatur concupiscentia. Aguntur autem spiritu dei, vt & ipsi quod agendum est agant: & cum egerint, illi à quo aguntur, gratias agant. Spiritus enim dei qui eos agit, agentibus est adiutor & ductor. Aguntur ergo vt agant, & ad hoc eis ostenditur quid agere debeant, vt hoc sicut agendum est agant, id est cum dilectione & delectatione iustitiæ: quia qui spiritu dei aguntur, charitate aguntur & excitantur. Non ergo litera, sed spiritu: non lege præcipiente, minante, promittente, sed spiritu exhortante, illuminante, adiuvante aguntur. Non quia ipsi nihil agant sed

**A** ne nihil agant boni, à bono aguntur vt agant. Nam tantō magis efficitur quisque filius bonus, quantō largius & datur à patre spiritus bonus. Plus verō est agi quā regi. Qui enim regitur, aliquid agit: & ideo regitur, vt recte agat. Qui autem agitur, agere ipse vix aliquid intelligitur. Quod ergo spiritus dei sanctus agit, hoc est quod deus operatur omnia in omnib⁹. Nec aliquid in nobis libera voluntas melius agere potest, quā vt illi se commendat qui male agere non potest. Dixi quia filij dei estis, si spiritu dei agimini. Et verē filij. Non enim accepistis spiritum seruitutis, sed filiationis [Non accepistis spiritum seruitutis iterum, id est, sicut olim in lege. Non est vobis iterum spiritus iste seruitutis, sed libertatis. Idem enim spiritus est legis & euangelij, sed propter diuersa opera dissimiliter appellatur. Iudæis fuit spiritus seruitutis, sed Christianis, est spiritus libertatis. Quia eodē spiritu, id est, digito dei quo lex in tabulis lapideis scripta est, timor incusus est eis qui gratiam nondum intelligebant, vt de sua infirmitate atque peccatis per legem conuincerentur, & lex illis fieret pædagogus, quo perducerentur ad gratiam, quæ est in fide Christi. Et timor ille seruilis erat, quia per eū non tam iustitia diligebatur, quā pœna timebatur. Iam ergo nobis non in timorem datur spiritus, sed in dilectionem, vt non serui, sed filij simus. Qui autē adhuc ideo bene agit, quia pœnam timet, & deum non amat, nondū est inter filios. Mandatū enim dei si timore fit pœnæ non amore iustitiæ, seruiliter fit, non liberaliter, & ideo nec fit. Nō enim bonus fructus est, qui nō de charitatis radice procedit. Non accepistis in nouo testamento spiritum seruitutis iterum [in timore,] sicut quondam in veteri, [sed accepistis spiritum adoptionis filiorum,] id est, qui vos deo adoptauit in filios. [in quo] spiritu [clamamus] id est, toto mentis affectu dicimus, [abba pater.] Ipse spiritus facit nos deum vocare patrem nostrum. Et si ille est pater noster, ergo nos filij eius. Filij clamant, abba pater. Hoc est abba, quod pater. Abba enim Hebraice dicitur, pater autē græce vel latine. Sed propter vtrunque populum, circuncisionis videlicet & præputij, qui angularem lapidem, id est, ad Christum accessit, posita sunt hæc duo nomina idem significantia. Hebræi enim fideles clamant, abba: gentiles autem, pater. Clamor iste cordis est, nō faucium, non labiorum. Intus sonat auribus dei. Cū autem clamant, aliquid petunt. Et quid petunt, nisi quod de illis dictum est, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur? Quæ est ista petitio, nisi esuries sitisque iustitiæ? Huc ergo transeat qui sub lege sunt, vt ex seruis filij fiat, nec sic tamen, vt serui esse desistant, sed vt tanquam filij domino & patri liberaliter seruiant. Accepimus spiritum adoptionis, per quem vocamus deum patrem nostrum. nam [ipse spiritus] diuinus [testimonium reddit spiritui nostro,] id est, recognoscere & intelligere facit spiritū nostrum, quia sumus filij dei. Ad ipsum enim pertinet quia efficitur vnū corpus vnici filij dei. Et per hoc quod ipse spiritus sanctus

charitatem nobis infundit, qua nos facit imitatores esse diuinæ bonitatis, vt diligamus inimicos nostros, & bene faciamus his qui oderunt nos, sicut pater cælestis solem suum oriri facit super bonos & malos, atque pluit super iustos & iniustos, euidenti testimonio declarat menti nostræ nos esse filios dei, cuius bonitatem pro modulo nostro sequimur. Filiorum enim est imitari patrē suum. Spiritus dei dum facit nos bene agere, testatur quoniam [sumus filij dei, Sed si filij sumus,] erimus [ & hæredes, ] id est, eiusdē gloriæ participes. Non enim inaniter filij sumus, sed magnum inde commodum habebimus, quia hæredes patris nostri erimus, imò ipse erit hæreditas nostra, sicut in Psalmo canimus, Dominus pars hæreditatis meæ. [Hæredes quidem dei] erimus. Sed si hoc parum videtur, audiamus adhuc vnde amplius gaudeam⁹, quia erimus [cohæredes Christi, id est, simul cū Christo hæredes, eandē scilicet quam ipse possidet, beatitudinis hæreditatem cum eo possidentes. Hæredes quidem dei efficiemur, cū ea quæ dei sunt possidere cœperimus, id est, in corruptionis & immortalitatis gloriam atque thesauros sapiētiae & scientiæ reconditos. Cohæredes autem Christi efficiemur, cū reformauerit ipse corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Hæredes autē dei erimus, sed non eius morte hanc hæreditatem adipiscemur, cū ipse mori non possit, imò cū ipse sit hæreditas, quā ab eo percipiemus. Sed quoniam cū vocati sumus adhuc paruuli & ad spiritalia contēplanda minus idonei, vsq; ad humilitatē nostræ cogitationis se misericordia diuina porrexit, vt quomodocunq; cernere niteremur, quod non euidenter atque perspicue cernebamus, ipsum moritur quod in ænigmate cernebamus, cū facie ad faciem cernere cœperimus. Conuenienter ergo dicitur moriturū esse quod auferetur. Cū autem venerit quod perfectum est, auferetur quod ex parte est. Ita nobis quodāmodo moritur pater in ænigmatē, & idem ipse fit hæreditas cū facie ad faciem possideretur: non quia ipse moritur, sed imperfecta in eum nostra visio perfecta visionē peruenit. Et tamen nisi illa prior nos nutriret ad aliam plenissimam & euidentissimam, non efficeremur idonei. Cohæredes etiā erimus Christi, cū in fine seculi absorpta fuerit mors in victoria. Non timuit ille habere cohæredes, quia hæreditas eius non fit angusta si multi possiderint. Homo enim si habeat vnicum filium, gaudet ad illum magis, quia solus omnia possessurus est, & non habebit fratres, qui cum eo diuidant hæreditatem, & pauper remaneat. Deus verō vnicum, quem genuerat & per quē cuncta creauerat, misit in hunc mūdū, vt nō esset vnus, sed fratres haberet adoptatos, qui cū eo possiderent hæreditatem vitæ perennis. Hæreditas in quā, in qua cohæredes eius erimus, non minuitur multitudine filiorū, nec fit angustiior numerositate cohæredum: sed tanta est multus, quanta paucis: tanta singulis, quanta omnibus. Cohæredes eius erimus, ita [tamen si compatimur,] id est, si cum eo patimur, si passionū eius nunc participes efficitur: si qualia pro nobis ille

Luc. 6.  
Matt. 5.

Psal. 15.

Colos. 2.  
Philip. 3.

1. Cor. 13.

Ibidem

1. Cor. 15.

Matt. 5.

G ille pertulit, nos talia pro nomine eius pati non recusamus: si non pro humano favore vel temporali commodo, sed pro amore illius aduersa perferimus, [ vt & conglorificemur ] id est, cum eo glorificemur, facti cohæredes eius & participes gloriæ ipsius. Conglorificabimur enim, si hoc eius nobis gratia concesserit, quia

1. Ioan. 3.

*Existimo enim quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.*

Ne cui videretur graue, quod dixerat nos debere compati, mox addidit non esse condignas passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelanda est in nobis. Ostendit enim per hæc, quod qui illa respicit quæ non videntur, id est, gaudia sempiternæ beatitudinis, omnem tribulationem, quæcunque ei acciderit, quâuis sæua, quanuis diuturna videatur, leuem ducit

H & momentaneam, etiam si tormentis subiiciatur & equuleis & vngulis. Nam eo tēpore quo supplicii corpus eius atteritur, si aspiciat ad futuram gloriam, & cōsideret quomodo per hæc tormenta corpus humilitatis suæ transformabitur vt fiat conforme corpori gloriæ vnigeniti dei, tribulationem præsentem pro minimo reputabit, remunerationem verò futuræ beatitudinis inestimabiliter magnā iudicabit. Et quāto magis multiplicari sibi tribulationē & pœnas viderit, tantō amplius sibi pōdus & magnitudinem gloriæ intelliget cumulari. In eo autē quod Apostolus nunc dicit, [ existimo, ] nō dubitat ipse, sed dubitantes increpat, sicut & alibi ad quosdam contemptores suos loquens, Puto autem, inquit, quod & ego spiritum dei habeā.

1. Cor. 7.

Qui enim dicit, puto vel existimo, dubitare videtur. Sed ille increpat, non dubitat. Et ipse dominus qui omnia scit, increpans infidelitatem futuram generis humani, Cum venerit, inquit,

Lucæ. 18.

I filius hominis, putas inueniet fidem in terra? Nam & homines de his rebus quas certas habent, aliquādo increpatie dubitant, id est, verbum dubitationis ponunt, cum corde non dubitent, velut si quis indignetur seruo suo & dicat. Contēnis me? Puto quia dominus tuus sum. Ita & nunc Apostolus dicens existimo, increpat illos qui hoc non æstimabant, vel non existimant. Nonnulli enim dum futura gaudia minus attendunt, putant intolerabilia esse præsentia mala quæ perferunt. Et illorum pusillanimitatem vel infidelitatem increpat nunc Apostolus. Si compatimur, inquit, & conglorificabimur. Et verè per passionē perueniemus ad glorificationem. Nam ego existimo quod vos non æstimatis, id est, ego indubitanter scio [ quod passiones huius tēporis, ] quod tam breue est, [ non sunt condignæ, id est, omnes simul non sunt dignæ ] ad promerendam [ gloriam futuram, quæ reuelabitur in nobis, ] id est, quæ ita manifestabitur vt sit in nobis, quia in vnoquoque nostrum manebit, & foras apparebit. Hoc est, si quis pateretur oēs pœnarum acerbitates, quæ in tēpore præsentis vitæ sufferri possunt,

non essent omnes illæ passiones dignū meritū ad consequitionem futuræ gloriæ, quæ ablato omni velamine reuelabitur in nobis, quando percipiemus illud quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit.

*Nam expectatio creaturæ reuelationē filiorū dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eū qui subiecit eā in spe. Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei.*

Verè gloria reuelabitur in nobis, qui nunc pro deo molestias sustinemus, quia hæc gloria est vt filij dei appareamus. Hanc enim expectamus. [ Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum dei expectat. ] Quod est dicere: Nam & hoc ipsum quod in nobis dolet, cū facta carnis mortificamus, cū esurimus vel sitimus, per abstinentiam, dum frænamus delectationē concupiscentiæ: per castitatem, dum iniuriarū lacerationes & contumeliarum aculeos per patientiam sustinemus, dum neglectis atq; reiectis voluptatibus nostris, pro fructu matris ecclesiæ laboramus, quicquid in nobis in hac & huiusmodi attritione dolet, creatura est. Dolet enim corpus & anima, quæ vtique creatura est, & expectat reuelationem filiorum dei, id est, expectat quādo appareat quod vocatum est in ea gloria ad quam vocatum est. Quia enim filius dei vnigenitus non potest appellari creatura, quandoquidem per ipsum facta sunt omnia, quæcunque deus fecit, distincte etiā nos vocamur creatura ante illam euidentiā gloriæ, & distincte vocamur filij dei, quâuis hoc adoptione mereamur. Nam ille vnigenitus natura filius est, non adoptione. Expectatio ergo creaturæ, id est, expectatio nostra reuelationem filiorū dei expectat, id est, quando appareat quod promissum est, quando re ipsa manifestum sit, quod nunc spe sumus. Filij enim dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eū sicuti

M est. Ipsa est reuelatio filiorū dei, quam nunc expectat expectatio creaturæ. Non quod creatura reuelationem expectet alterius naturæ, quæ non sit creatura, sed ipsa qualis nunc est, expectat quando sit qualis futura est. Tāquam si diceretur: Operante pictore, subiectis sibi coloribus & ad opus eius paratis, expectatio colorū manifestationem imaginis expectat, non quia tunc alij erunt aut non colores erunt, sed tantū quod aliam dignitatē habebunt. Dixi quod expectatio creaturæ expectat vt reueletur filij dei. Quod rectè dixi. Nam ipsa [ creatura ] adhuc [ subiecta est vanitati, ] id est, temporalibus rebus, quæ sunt vanitas: quia quod promittunt, implere non possunt, & euanescent, id est, deficiunt & transeunt. Ait enim Salomon: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quæ abundantia est homini in omni labore suo, quem ipse laborat sub sole? Cui & à domino dictum est: In labore manducabis panem. Ita ergo subiecta est humana creatura vanitati. Et subiecta est [ non

A [ non volens, [ quia homo sponte peccauit, sed non sponte damnatus est. Peccatum enim fuit voluntarium, id est, contra præceptum facere veritatis, peccati autem pœna, id est, subijci fallaciæ, non voluntaria. Sponte (vt dixi) peccauit creatura hæc, & inimica facta est veritati: sed vt merito puniretur, non sponte subiecta est vanitati. Diligit homo sponte vanitatem, cum deserta soliditate veritatis, opinabilia sequitur, id est, mutabilia. Vanitates enī sunt quæ mutantur & transeunt. Cum autem inde meritas pœnas luit, subijcitur non sponte vanitati, sicut subiecta est in homine peccate. Vanitati enim creatura non volens subijciitur, quia homo qui ingentis constantiæ statum volēs deseruit, pressus iustæ mortalitatis pondere, nolens mutabilitatis suæ corruptioni seruit. Nō ergo sponte creatura volūtati subiecta est, [ sed propter eum qui subiecit eam in spe, id est, propter eius iustitiā atque clementiam, qui neque impunitum peccatum reliquit, neque insanabilem voluit esse peccantem. In spe est subiecta vanitati, propter

B misericordiam liberantis per remissionem peccatorum & adoptionē gratiæ. Ergo in spe, qua sperat se adhæsurā contēplandę veritati, subiecta est interim vanitati. [ Quia & ipsa creatura, ] id est, ipse homo, cum iam signaculo imaginis propter peccatum amisso, non tamen tota penitus imagine deleta, remansit tantummodo creatura. & ipsa creatura, id est, & ipsa quæ nōdum vocatur filiorum forma perfecta, sed tantum creatura, [ liberabitur, à seruitute corruptionis. ] Quod itaq; ait & ipsa liberabitur, facit intelligi & ipsa quæadmodū nos, id est, & de ipsis nō est desperādū, qui nōdū vocātur filij dei, quia nondū crediderunt, sed tantū creatura, quia & ipsi credituri sunt, & liberabūtur à seruitute corruptionis, quæadmodum nos qui iam filij dei sumus, quanuis nondū apparuerit quid erimus. Liberabitur ergo à seruitute corruptionis, [ in libertatem gloriæ filiorum dei, id est, erunt & ipsi ex seruis liberi, & ex corruptibilibus incorrupti in vita perfecta, quam habebūt filij dei. Tūc enim creatura hæc à seruitute corruptionis eripietur, cum ad filiorum dei gloriā incorruptam resurgendo subleuabitur. Electos enim nunc pœna corruptionis aggrauat, sed tunc incorruptionis gloria exaltat. Et quātum ad præsentis necessitatis pondera, nunc in dei filijs de libertate nihil ostenditur, tantū ad subsequentiæ libertatis gloriam tunc in eis de seruitute nihil apparet. Creatura ergo seruitute corruptionis exuta, & dignitate libertatis adpta, in filiorum dei gloriam vertitur: quia vnita deo per spiritum, quasi hoc ipsum quod creatura est, transisse ac subegisse declaratur. Eiq; ita tunc inhæret, vt illi de corruptione quæ per resurrectionem vincitur, nihil iam in suo amore contradicat, sed vnita gloriæ sui redemptoris fiat. Cuius redēptoris respectu potest intelligi dictū, quia & ipsa liberabitur, scilicet sicut iam à corruptione liberatus est ipse dominus.

C

*Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc. Non solum*

*lum autem illa, sed & nos ipsi spiritus primitias habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum, expectantes redemptionem corporis nostri.*

Verè non volens subiecta est creatura vanitati. Nā inde gemit. [ Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit. ] Vel liberabitur à seruitute corruptionis. Nam ideo gemit, quia non est adhuc inde liberata. In vnoquoque autem homine, omnis creatura non vniuersaliter, sicut est cælum & terra & omnia quæ in eis sunt, sed generatim quodammodo intelligi potest: quia rationalis in illo est, quam habere creduntur angeli: & sensualis, quæ & bestię nō carēt. vtitur enim sensibus & sensualibus motibus ad appetenda vtilia & vitanda contraria. & vitalis priuata sensu, qualis aduertit in arboribus potest. Nā & in nobis sine sensu nostro fiunt corporis incrementa, & capilli nec cum præciduntur sentiunt, & tamen crescunt. Iam verò corporalis creatura euidentiā apparet in nobis, quæ licet ex terra facta atque formata sit, insunt tamen illi ex omnibus huius corporei mundi elementis quædam particulę ad temperiem valetudinis. Nam & calore membra vegetantur, qui est ab igne, cuius etiam lux per oculos emicat: & aëre venarum decursus, quas arterias vocant, atque spiramenta pulmonis implentur: & humor nisi esset, nulla spiramenta confluerent vitamque absumeret siccitas. Nam & ipse sanguis humido lapsu alias venas replens, quasi riuus & fluminibus per cuncta diffunditur. Ita nullum est creaturæ genus, quod non in homine possit agnosci. Ac sic omnis creatura in eo congemiscit adhuc. Propter quod & dominus euangelium iussit omni creaturæ prædicari, quia in vnoquoque homine (sicut differuimus) est omnis creatura. Omnis itaque creatura gemit in homine. Non tota, sed omnis. Tanquam si dicatur quod solem omnes vident, qui sunt incolumes, sed non toti vident, quia tantū oculis vident. Ita & in homine omnis creatura est, quia & intelligit & sentit & viuit & corpus habet: sed nō tota creatura in ipso est, quia sunt præter ipsum & angeli qui intelligunt, & pecora quæ sentiunt, & arbores quæ viuunt, & lapides qui tantummodo sunt. [ Scimus ergo quod omnis creatura, ] id est, homo fidelis [ ingemiscit. ] id est, in interiori suo gemit ac gemitum semper recentem habet, quādiu subiecta est vanitati. [ & ] etiam [ parturit, ] id est, cum summa difficultate & onere bonum opus facit. Nam sicut mulier magnis doloribus & conatibus profert filium, ita fidelis homo nisibus magnis & laboribus producit fructum boni operis. Laborat enim & affligitur vigiliis & ieiuniis, aliisque sanctis actionibus. Et hoc facit vsque adhuc, Nam etsi sunt aliqui iam in sinu Abrahe, & latro ille cum domino in paradiso constitutus, illo die quo credidit, gemere destiterit, tamen [ vsque adhuc ] omnis creatura ingemiscit & parturit in illis sanctis, qui adhuc in præsentī vita laborant, [ Non solum autem illa [ ingemiscit, [ sed & nos ipsi, ] id est, non solum in homine corpore & ani-

Mar. 7.

F

Eccle. 12.

Gene. 1.

**G** & anima & spiritus simul dolent ex difficultatibus corporis, sed & nos ipsi, exceptis corporibus, in nobis ipsis ingemiscimus, nos dico primitias spiritus habentes, id est, quorum iam spiritus tanquam sacrificium oblatus sunt deo, & diuino charitatis igne comprehensi. Hæ sunt enim primitiæ hominis, quæ veritas primum spiritum nostrum obtinet, vt per hunc cætera comprehendatur. Iam ergo habet primitias oblatas deo, qui dicit, *Mente serui legi dei, carne autem legi peccati.* & de quo dicitur, Spiritus qui dem promptus est, caro autem infirma. Nō solum, inquit, omnis creatura, id est, cum corpore, sed etiam nos ipsi habentes primitias spiritus, id est, nos animæ quæ iam primitias mentes nostras obtulimus deo, [in nobis ipsis ingemiscimus,] id est, præter corpus, [adoptionem filiorum expectantes corporis nostri redemptio nē] id est, vt etiam ipsum corpus accipiens beneficium adoptionis filiorum, qua vocati sumus, totos nos liberatos, trāfactis omnibus molestiis, ex omni parte dei filios esse manifestet. Non solum illa ingemiscit, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, id est, qui iam spiritu deo seruimus, qui iam mente deo credimus, & in ipsa fide primitias quasdam dedimus vt primitias nostras sequamur. Et nos ipsi primitias spiritus habentes, id est, qui nondū quidem ex toto quod sumus, sed ex ea parte qua peccatoribus meliores sumus, deo non vanitati subditi sumus hoc est, per primitias spiritus & ipsi in nobismetipsis ingemiscimus. Videtur etiam specialiter designare apostolicā dignitatē in eo quod ait, & nos ipsi primitias spiritus habentes, id est, qui primi spiritum sanctū accepimus & digniora eius dona habemus. Non solum, inquit, omnis creatura, id est, omnis ecclesia creata in operibus bonis, quæ subdita est nobis, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, id est, nos apostoli qui ad hoc electi sumus, vt primitias spiritus acciperemus, & per hoc maiores sumus quod eius primitias habemus, vel quia primo venit in nos, vel quia dignius & euidentius dona sua declarat in nobis per genera linguarum, per sanationem infirmorum, per resurrectionē mortuorum, & per similia opera. Et nos ipsi qui tati sumus, qui iam primitiis sancti spiritus acceptis lætamur, adhuc gemimus miseras habentes vt alij: gemimus intra nos, quia in nobis est vnde gemamus. Vel quauis nō coram hominibus, tamen intra nos, id est, in interiore nostro gemimus: nec fictus est gemitus noster, sed intra mentis arcana resonat. Et gemimus expectantes adoptionem filiorum, quia nec dilatione nec aduersitate frangimur, sed longanimitè & fortiter expectamus adoptionem filiorum, id est, vt secundum corpus accipiamus gloriam adoptionis, vt & anima & corpore toti simus immortales & beati, atq; in omni substantia nostra appareamus adoptiui filij dei. Hæc adoptionem expectamus, scilicet redēptionem corporis nostri, id est, vt & ipsum quod adhuc corruptitur, incorruptibile fiat & immortale. Hæc est enim redēptio nostri corporis, vt ab omnibus molestiis redimatur, id est, liberetur & veram salutem consequatur. Nōdum enim habet

salutem. Nam esuries & sitis interficit, si subiectum non fuerit. Medicamentum enim famis est cibus, & medicamentū sitis est potus, & medicamentū fatigationis est somnus. Si sepositis istis non sunt morbi, est sanitas. Si autem habes aliquid quod te possit interficere nisi manducaueris, noli gloriari de sanitate, sed gemens expecta redemptionem corporis tui. Gaude te redēptum, sed nondum re. Spe securus es. Etenim si non gemueris in spe, non peruenies ad rem.

*Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, nō est spes. Nā quod videt quis, quid sperat? Si autē quod nō videmus speramus, per patientiā expectamus.*

Quasi diceretur Apostolo. Quid tibi profuit Christus si adhuc gemis? & quomodo saluator saluum te fecit? qui enim gemit adhuc, ægrotat, subiunxit atq; ait, Spe enim &c. Ideo gemimus quia [spe salui facti sumus.] Ideo speramus nos saluandos, & quod speramus, iam quidem expectamus, sed nondum tenemus: & donec teneamus, in tempore suspiramus, quia desideramus quod nondum tenemus. Nōdum re saluati sumus, sed adhuc spe: quia nondū venit nostri gaudij plenitudo, nondum habemus corpus cæleste & spiritale, id est, corpus angelicum in societate angelorum, sed speramus. Spe quidem iam habemus hanc salutē, hanc gloriā. Sed [spes quæ videtur, nō est spes.] Et ideo nōdum in re videmus ipsam salutem, quam in spe habemus. Certitudo quæ præsentialiter videtur, non est spes. [Nam quod videt quis, quid sperat?] Quod enim videtur, quare speratur? Non speratur, sed scitur. Sed [si nos speramus quod non videmus,] id est, redemptionem corporis nostri & societatem angelorum, [per patientiam expectamus] illud. Spes enim ad augmentum meriti operatur in nobis expectationē futuræ saluationis, & etiam in ipsa expectatione patientiam: quia inuisibilem salutem, spe nos confortante, expectamus longanimitè patientiō mala præsentia, & ideo gemere cogimur. In malis enim si quisquam patitur, non in bonis quibus fruitur, opus est patientia.

*Similiter autem & spiritus adiuuat in firmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis.*

Spes nos adiuuat vt patienter expectare possimus, similiter autē & spiritus. Et ideo de expectatione vel patientiā nihil nobis attribuius, sed totum deo, cuius beneficiis hæc possumus. Non solum enim spes nos adiuuat, sed etiam [spiritus] sanctus [similiter adiuuat infirmitatē nostram,] quia charitatem nobis infundit, per quam nostra corroboratur infirmitas, vt patienter expectare valeat salutem quam sperat. Similiter vt spes, adiuuat nos charitas, id est, spi-

**A** spiritus sanctus non solum in aduersitatibus tollerantia, sed & in orationibus, quia nec bene orare sine eo possumus. Nam quia ingemiscimus & petimus liberari, spiritus adiuuat ne vel ante tempus liberari petamus, vel contraria nobis dari. Adiuuat infirmitatem nostram, docēs & faciens orare. [Nam quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse postulat pro nobis.] Nescimus prout oportet quid orare debeamus, quia molestiæ tribulationesque temporales plerunque profunt vel ad sanandum tumorem superbiæ, & ad probandam exercendamq; patientiam, cui probatæ & exercitatæ clarior merces superiorque seruatur, vel ad quæcunque flagellanda & abolenda peccata, & tamen nos nescientes quid ista profint, ab omni optamus tribulatione liberari. Quid enim nobis expediat, non satis scimus. Aliquando quod putamus obesse, prodest: & quod putamus prodesse, obest. Infirmi enim sumus: & quæ medicamenta nobis sint vtilia, medicus quidē nouit, nos autē ignoramus. In his ergo tribulationibus, quæ possunt & prodesse & nocere, quid oremus sicut oportet nescimus. & tamen quia dura, quia molesta, quia cōtra sensum nostrę infirmitatis sunt vniuersali humana voluntate, vt à nobis hæc auferantur, oramus. Sed hoc deuotionis debemus domino deo nostro, vt si ea non abstulerit, non ideo nos ab eo negligi existimemus, sed potius pia patientia malorum bona speremus ampliora. Sic enim virtus in infirmitate perficitur. Vel etiam dum beatam vitam petimus, in qua simus immortales atq; incorruptibiles corpore & spiritu, quoniam ipsa pax est, quæ præcellit omnem intellectum, etiam ipsam in oratione poscēdo, quid oremus sicut oportet nescimus: sed quicquid cogitatibus occurrit, abijcimus, respuimus, improbamus, non hoc esse quod quærimus nouimus, quauis illud nondū quale sit nouerimus. Est ergo in nobis quædam (vt ita dicam) docta ignorantia, sed docta spiritu dei, qui adiuuat infirmitatem nostrā. Nos nescimus quid oremus sicut oportet, sed ipse spiritus postulat pro nobis, id est, postulantes nos facit, [gemitibus inenarrabilibus]. Postulare enim nos facit, inspirans nobis desiderium etiam adhuc incognitæ tantæ rei, quæ per patientiā expectamus. Et facit postulare gemitibus inenarrabilibus. Quomodo enim narretur, quando desideratur quod ignoratur? Quod utiq; si omnimodo ignoraretur, non desideraretur. Et rursus si videretur, nō desideraretur, nec gemitibus quæreretur. Minor verò est qui postulat, quàm qui postulatur. Quomodo ergo spiritus postulare dicitur, qui minor non est? Indigentis enim certissimum indicium est, postulare gemitibus. Nullius autem rei esse indigentem, fas est, credere spiritum sanctum. Sed iuxta quod præmisimus ipse postulat, qui ad postulandum eos quos repleuerit, inflammat. Et ipse dicitur gemere, eo quod nos gemere faciat desiderio futuræ beatitudinis. Ita enim dictum est, postulat, quia postulare nos efficit, nobisque postulandi & gemendi inspirat affectum, sicut illud in euangelio: Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.

Neque enim & hoc ita fit de nobis tanquā nihil facientibus nobis. Adiuutorium igitur spiritus sancti sic expressum est, vt ipse facere diceretur, quod ut faciamus facit. Vilitati enim sunt tales loquutionum modi, quando per efficientem significatur id quod efficitur: sicut frigus pigrum dicimus, quia pigros facit: & diem tristem vel lætum, quia tristes vel lætos facit. Sic & dominus Abraæ dixit, Nunc cognoui quod timeas deum, id est, nunc vt cognosceres feci. Secundum quam loquutionem ipse qui est dei sapientia, dixit se nescire diem vel horam finis seculi. Quid enim potest esse, quod ipse nesciret? Sed quia hoc vtiliter discipulis occultabat, nescientem se esse dixit, quia illos nescientes occultando faciebat. Secundum hanc figuram & patrem solum scire dixit ipsum diem, quia eūdem filiū scire faceret. Eodē loquutionis modo & spiritus sanctus postulare vel gemere dicitur, quia eos in quibus habitat, postulantes & gementes facit. Vel appellatione spiritus sancti designatur charitas, quæ per spiritum sanctum diffusa est in cordibus nostris. Sanctus ergo spiritus interpellat & pro nobis gemit, id est, charitas interpellat, charitas postulat, charitas gemit, charitas orat. Contra hanc aures claudere nō nouit qui illam dedit, sed [qui scrutatur corda,] id est, deus, qui in occulto cogitationis suæ omnia cordium arcana videt, [scit quid desideret spiritus,] id est, approbat & implet hoc quod spiritus facit nos desiderare, [quia secundum deum,] id est, secundum dei voluntatem, [postulat pro sanctis,] id est, postulare sanctos facit pro seipsis vel spiritus, id est, charitas secundū deū postulat pro sanctis, quia nihil petit charitas, nisi quod deo gratū est, & ideo ipse scit, id est, approbat desiderium seu petitionem eius.

*Scimus autem quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos præsciuit, & prædestinauit cōformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & magnificauit.*

Dum patimur aduersa, nescimus sicut oportet quid orare debeamus. Sed hoc pro certo [Scimus, quia diligentibus deum,] ita vt ipsam dilectionē operibus probent, [omnia] vel aduersa vel prospera [cooperantur,] id est, simul fiunt [in bonum.] Passiuam enim significationem hoc loco habet quod dictum est, cooperantur. Et dilectoribus dei omnia cooperantur, id est, simul fiunt cuncta in bonum: quia in bonū vertuntur illis omnia quæcunq; ipsis accidunt, non solum illa quæ appetuntur, vt suauia: sed etiā illa quæ vitantur vt molestia. Vsq; adeo prorsus omnia, vt etiam si qui eorum deuiant & exorbitant, etiam hoc ipsum eis proficiat in bonum

Roma. 7.  
Matth. 14

Gene. 22.

Matth. 25

2. Cor. 12

C

Mat. 10.



**G**num, quia humiliores redeunt atque doctiores, & robustius atque cautius post insistant bonis actibus. Vel diligentibus deum omnia cooperatur ipse deus in bonum, siue spiritus sanctus, de quo supradictum est, qui & deus est. Cooperatur enim deus, id est, cum electis suis operatur, dum illi agunt, & ipse cum eis. Et ita cooperatur eis, ut omnia vertat in bonum & utilitatem eorum. Sed quia nonnulli diligunt deum, & in eo bono quod ceperunt, non permanent usque; in finem, mox determinando subditur: [his qui secundum propositum vocati sunt sancti.] Hi enim in eo quod diligunt deum, permanent usque; in finem: & qui ad tempus inde deuiant, reuertuntur ut usque; in finem perducant, quod in bono esse ceperunt. Nam secundum propositum occultissimae iustitiae bonitatisque suae deus quos praedestinavit, ipsos vocat & iustificat & glorificat. Proposuit enim deus illos ad vitam venire, cuius propositum mutari non potest. Secundum hoc propositum, non secundum suum meritum vocati sunt a deo per praedicatorum sancti sint. Et vero secundum dei propositum, nam quos praesciuit &c. Ordo est: [Nam quos praesciuit conformes fieri imaginis filij,] id est, imitatores futuros Christi, [etiam praedestinavit illos hoc fore, ita ut sit ipse primogenitus in multis fratribus, id est, primatum habes in collegio sanctorum, & iure hereditatem patris obtines, aliisque fratribus dispertiens. Secundum propositum sunt vocati, id est, quod vocati sunt, non aliunde est quam a praedestinatione dei. Nam deus quos ab aeterno praesciuit fieri conformes filij sui, etiam praedestinavit, id est, per appositam gratiam praeparavit illos, ut verbo praedicationis crederent. Praedestinatio est gratiae praeparatio, quae sine praescientia non potest esse, potest autem sine praedestinatione praescientia. Praedestinatione quippe deus ea praesciuit quae fuerat ipse facturus. Vnde dictum est: Fecit quae futura sunt. Praescire autem potest etiam quae ipse non facit, sicut quaecunque peccata. Quod circa praedestinatio dei quae in bono est, gratiae (ut dixi) praeparatio est. Gratia vero est ipsius praedestinationis effectus. Haec est praedestinatio sanctorum praescientia scilicet & praeparatio beneficiorum dei, de quibus certissime liberantur quicumque liberantur. Ex his enim qui praedestinati sunt, nullus cum diabolo perit, nullus usque ad mortem sub diaboli potestate remanebit. Horum enim si quisquam perit, fallitur deus. Sed nemo eorum perit, quia falli non potest qui praedestinavit eos. Quod autem ait, praedestinos conformes fieri imaginis filij Dei, potest secundum interiorum hominum intelligi, ut in mente conformemur illi. Potest & sic accipi, ut quemadmodum nobis ille mortalitate, ita nos illi efficiamur conformes immortalitate. Secundum hanc imaginem filij, cui per immortalitatem conformamur in corpore, etiam illud agimus quod item dicit Apostolus: Sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem eius qui de caelo est: ut scilicet qui secundum Adam mortales fuimus, secundum Christum immortales nos futuros fide vera & spe certa firmamur; teneamus. Sic enim

nunc eandem imaginem portare possumus nondum in visione, sed in fide: nondum in re, sed in spe. De corporis quippe resurrectione tunc loquebatur Apostolus, cum haec diceret. deinde, [ut sit,] inquit, [ipse primogenitus in multis fratribus.] Secundum id quod unigenitus est, non habet fratres: secundum id autem quod primogenitus est, fratres vocare dignatus est omnes, qui post eius & per eius primatum in dei gratiam renascuntur per adoptionem filiorum. Primogenitus enim dicitur respectu fratrum consequentium in id quo ipse praecessit. Vnde & alio loco primogenitum eum a mortuis dicit, ut sit ipse primatum tenens: quia resurrectio mortuorum, ut iam non moriantur, ante illum nulla: post illum autem, multorum sanctorum est. Dixi quia quos praesciuit, & praedestinavit. [quos autem praedestinavit, hos & vocavit.] Hic subaudire debemus, secundum propositum. Sunt enim & alij vocati, sed non electi, ac per hoc non secundum propositum vocati. [et quos vocavit,] hoc est, secundum propositum, [hos & iustificat.] Quomodo si aliquis imperator disponderet aliquem infirmum sublimare ad consulatum, & daret illi sumptus quibus se praeparat idoneum, & ornaret ut digne promoveri posset ad tantum honorem: ita deus illis quos praedestinavit ad vitam, dat virtutum & bonorum operum gradus, per quos ad tantam sublimitatem possint erigi. Vocat enim illos & iustificat & magnificat. Et haec sua dona quibuscunque ipse donavit, proculdubio se daturum esse praesciuit, & in sua praescientia praeparavit. Quos ergo praedestinavit, ipsos & vocavit vocatione illa de qua dictum est. Sine praesentia sunt dona & vocatio dei. Nam in sua quae falli mutarique non potest, praescientia opera sua disponere, id omnino nec aliud quicquam est praedestinare. Non ergo alios, sed quos praedestinavit, ipsos & vocavit: nec alios, sed quos ita vocavit nec alios, [sed quos] praedestinavit & vocavit [et iustificavit, illos & magnificavit,] siue glorificavit. Praedestinatio nostra non in nobis facta est, sed in occulto apud ipsum in eius praescientia. Tria vero reliqua in nobis fiunt, vocatio & iustificatio & magnificatio. Vocamus praedicatione penitentiae, iustificamur innovatione misericordiae & timore iudicij, magnificamur profectu virtutum, siue glorificamur aeterna beatitudine. Ista omnia iam facta sunt, praedestinavit, praesciuit, vocavit, iustificavit, magnificavit: quoniam omnes iam praesciti ac praedestinati sunt, & multi iam vocati atque iustificati & magnificati sunt, quanvis adhuc usque in finem seculi multi vocandi & iustificandi sint atque magnificandi. Verba tamen praeteriti temporis, posita sunt de rebus etiam futuris, tanquam iam fecerit deus, quae iam ut fierent, ex aeternitate disposuit, qui fecit quae futura sunt. Quicumque ergo Iudaei providentissima dispositione praesciti, praedestinati, vocati, iustificati, magnificati vel glorificati sunt: non dico etiam nondum renati, sed etiam non nati, iam filij Dei sunt, & omnino perire non possunt. Talibus ipse deus omnia cooperatur in bonum.

Quid

**A** Quid ergo dicemus ad haec? Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?

Quoniam quidem deus tot & tanta beneficia nobis contulit, non pro meritis nostris, sed pro gratia, [ergo quid dicemus ad haec] tam magna eius dona? Videlicet dicemus? Vltimum quod aliquid a nobis habeamus? Non, sed omnia gratiae dei ascribemus. Et si deus gratuito munere suo tanta nobis confert, quis poterit nobis quicquam horum auferre? vel quis poterit eius voluntati resistere, qui nos ad gloriam praedestinavit perducere? Si deus pro nobis, quis contra nos erit? Deus pro nobis ut praedestinaret nos, deus pro nobis ut magnificaret siue glorificaret nos. Si deus pro nobis, quis contra nos? Si deus in his omnibus pro nobis est, qui nobis vult adversari, paret se, si potest bellare adversus deum. Non enim laedit nos, nisi qui deum vincit. Et quis est qui vincit omnipotentem? Quicumque reluctari voluerit, sibi nocet. Si deus pro nobis, quis contra nos? Etiam si totus mundus contra nos insurgat, & omni genere tormentorum in nos saeviat, quid totus mundus, quando pro nobis est per quem factus est mundus? Quid est omnis qui deo nititur resistere paranti nos ad regnum perducere? [Qui etiam filio proprio] id est, non adoptivo, sed naturali & consubstantiali [non pepercit, sed pro nobis omnibus,] id est, pro nostrum omnium salute, [tradidit illum,] id est, exposuit in mortem. Et qui illud quod maius est, dedit nobis, id est, filium, etiam illud quod minus est, dabit nobis, id est, regnum suum. Nam qui filium dedit, quomodo aliquid negare potuit? [Quomodo non etiam omnia donavit nobis cum illo?] Vbi enim dedit nobis illum in quo omnia bona sunt, ibi cum illo omnia nobis utilia dedit, id est, fidem, remissionem peccatorum, perfectionem virtutum, diversa dona sancti spiritus, & in futuro seculo beatitudinem sempiternam. Et tunc qualis erit spiritus hominis, nullum omnino habes vitium, nec sub quo iaceat, nec cui cedat, nec contra quod saltim laudabiliter dimicet pacatissima virtute perfectus? Rerum ibi omnium quanta, quam speciosa, quam certa scientia, sine errore aliquo vel labore, vbi dei sapientia de ipso suo fonte potabitur cum summa felicitate, sine difficultate? Quale erit corpus, quod omnimodo spiritui subditum, & eo sufficienter vivificatum, nullis alimoniis indigebit? Non enim animale, sed spiritale erit, habens quidem carnis, sed sine vlla carnali corruptione, substantiam. Cum enim beatitudinem illam obtinuerimus, tunc habebimus omnia. Nostra quippe erunt ad vivendum superiora, nostra erunt ad conuiuendum aequalia, nostra erunt ad dominandum inferiora. Sic enim habentur ibi omnia, ut sint & omnium singula, & omnia singulorum.

Qui accusabit adversus electos dei?

Deus qui iustificat? Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram dei, qui etiam interpellat pro nobis?

Verè salutem & omnia bona cum Christo deus nobis donavit, & habebimus illa. Nam quis nos accusabit, ut faciat nos his privari? Quis adversus, id est, quis contrarius accusabit electos dei, quos secundum immutabile propositum vocavit? Vel [quis accusabit] id est, quis accusationem deferet [adversus electos Dei?] Nullius accusatio nocere illis poterit. Diabolus quidem nititur eos accusare. Sed quis est diabolus, vel quae eius accusatio adversus eos quos deus elegit? eius accusatio contra eos non valet. Quis ergo accusabit eos? [Deus?] Non, quia ipse [iustificat] eos. Et repugnans est, ut quos iustificat, illos accuset. Deus non vult illos accusare, alius non potest. Et cum nullus accuset, [quis est qui condemnet] eos? Nullus. Nam condemnabit eos [Iesus Christus?] Nequaquam rex saluator condemnabit eos, [qui mortuus est] ut ipsi viuant. Dico, mortuus est, ut nos peccato moriamur: imò ut maius beneficium designet, dico quia etiam [resurrexit, ut nos cum eo resurgamus, & primae resurrectionis participes simus. Qui & in caelum sublimatus] est ad dexteram dei, [ut nos post se eleuet, & dexteram partem, quae perpetuum beatitudinem designat, tenere faciat. Potens est subvenire suis, quia est ad dexteram Dei, id est, omni creaturae praeratus, & in honore positus in quo pater est, [qui etiam interpellat pro nobis,] quia hunc habemus apud patrem advocatum & intercessorem. 1. Iob. 2. Unigenitum enim filium pro hominibus interpellare, est apud coaeternum patrem, seipsum hominem demonstrare: eumque pro humana natura rogasse, est eandem naturam in divinitatis suae celsitudinem suscepisse. Interpellat igitur pro nobis dominus non voce, sed miseratione: quia quod damnari in electis noluit, suscipiendo liberavit.

Quis ergo nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum est, Quia propter te mortificamur tota die, aestimati sumus ut oves occisionis. Sed in his omnibus superamur propter eum qui dilexit nos.

Quandoquidem Christus pro nobis mortem pertulit, & adhuc interpellat pro nobis, [ergo quis separabit nos a charitate Christi?] id est, quis poterit separare nos ab amore quo diligimus Christum? Nullus hoc facere poterit. Nam faciet hoc [tribulatio?] id est, corporis afflictio. Nequaquam, [an angustia] id est, mentis anxietas hoc facere poterit, ut non diligamus Christum? Minime. [an persecutio,] id est, de loco ad locum expulsio, separabit nos a Christi dilectione? Non. Et si omnimodam tribulationem susti-

**G** sustineamus, etsi animi angustia torqueamur, et si nos aduersarij per diuersa loca persequantur, nunquam à Christi amore diuelli poterimus. [an] nos ab eo [fames] separabit, id est, desiderium comedendi sine abundantia cibi? Absit. [an nuditas] id est, penuria vestis hoc faciet? Nequaquam. [an periculum] id est, apparatus mortis nos diuidet à Christo? [an gladi] id est, ipsa mors gladio facta valebit hoc facere? Nequaquam. per hæc septem designantur vniuersa quæ nos in hoc seculo possunt affligere, quia septenarius vniuersitatem solet exprimere. Sed nullum horum poterit nos ab amore Christi separare, si electi sumus. Et hoc dico [sicut scriptum est] de nobis, vbi vox nostra exprimitur, dicens Christo: [Quia propter te mortificamur] quoniam à te separari non possumus. Nō propter crimen, non propter humanum fauorem, sed propter te mortificamur. Hæc est causa martyrum. Propter te à quo nolumus separari, mortificamur, id est, variis pœnis afficimur. [tota die, id est, toto tempore] Illuminatio nis nostræ, ex quo de tenebris ad lucem venimus [Aestimati] enim [sum] ab aduersariis nostris [sicut oues occisionis] id est, existimant nos sine respectu misericordiæ debere occidi, cum nec resistamus eis, sed in simplicitate & mansuetudine nostra innocenter mori simus parati. Hæc omnia pro Christo patimur, nec ab his speramur. [sed in omnibus his superamus,] id est, superiores & victores efficitur, nō propter nostras vires, sed [propter eum qui dilexit nos:] quia dum in illius amore pendemus, sensum doloris non recipimus. Illius enim charitas quæ nos dilexit, & nostrum ad se affectum rapuit, cruciatum corporis & dolorem sentire nos nō sinit.

*Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque alitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.*

**al. Christi.** Verè nihil nos separabit à charitate \* Dei, nam inde certus sum. Non opinor, sed [certus sum] id est pro certo & constanti firmiter teneo quod [neque mors] vlla, [neque vita] temporalis promissa, nec aliquid eorum quæ subduntur, poterit nos separare ab amore Christi. Nemo nos separabit inde minando mortem, quia id ipsum quod diligimus Deum, mori non potest. Nemo inde separat nos pollicendo vitam, nemo enim ab ipso fonte separat aquam pollicendo. Non separat inde qui minatur mortem quia qui credit in Christum, licet moriatur, vivit. Neque qui pollicetur vitam, quia Christus vitam dat æternam. Et ideo temporalis vitæ pollicitatio, æternæ cōparatione contemnenda est. [Neque angeli] separant inde, siue boni siue mali, quia etiam si boni angeli dicerent vt Christum non amemus, quod nunquam dicent, non eis acquiesceremus. Licet, inquit,

angelus de cœlo euangelizet vobis præter id quod accepistis, anathema sit. Non igitur angelus aliquis inde separet, quia non est angelus cum inhæremus Deo, nostra mente potentior. [Neque principatus] id est, illi angeli qui habent principatum super alios, siue bonos, siue malos. In vtrisque enim præeminet alij aliis. Et dominus contrarios principatus expoliavit, triumphans illos in semetipso. Boni verò principatus nunquam nos ab illo separare volent, quorum maximū studium est, subiectos ad eum reducere. Nec etiā [virtutes] inde separant, id est, adhuc sublimiores angelicæ fortitudines: quia si bonæ sunt, fauent nobis vt cōiungamur deo: si verò malæ, reprimuntur ab eo. Enumeratis omnibus aduersis quæ in terra sunt, ascendit in cœlum: & ostendere volens quia parū est si contemnat terrena supplicia propter Christum, adiungit etiam hoc, quia neque angeli, neque principatus, neque virtutes &c. Quod autē dicit, tale est: Non solum homines abstrahere me nō possunt ab amore Christi, sed ne angeli quidem, neque omnes simul cœlorum virtutes, si cōueniant in vnum, nec si à regno decedere me necesse sit aut etiam in gehennā trudi pro Christo. Quod enim ait, altitudo & profundum & vita & mors, regnum cœlorum & gehennam designare videtur. Hæc autem dicit, non quod angeli affectare possint aliquando eum à Christo separare, sed etiam ea quæ impossibilia sunt, fieri posse dicit magis, quàm se à Christi amore seigi, vt per hæc quanta in eo vis esset Dei charitatis ostenderet. [Neque instantia aduersa separant nos inde. hæc enim leuiora eo sentimus, quo ei à quo nos separare moliuntur, arctius inhæremus. [Neque futura,] id est, futurorum promissio, separat inde: quia quicquid boni futurum est, certius promittit deus: & nihil est ipso deo melius, qui iam profecto bene sibi inhærentibus præsens est. Neque instantia, id est, aliqua immunitia præsentia aduersa vel prospera, neque futura bona vel mala separant nos à Christo, hoc est, nec præsentia nec futura temporalia, quæ vel delectant, vel premunt, vel spem dant, vel timorem incutiunt. [Neque fortitudo] aliquid fortiter nobis violentiam inferentis separat, inde: quia ille cui inhæremus, fortior est omnibus. [Neque altitudo] id est, si quis nos in altum leuauerit vt durius præcipitet. [Neque profundum] id est, si quis nos in profundum maris demerferit, aut in imum carceris deposuerit. Siue altitudo, i. sublimitas mundani honoris promissa: & profundum, id est, vltima deiectione extremæ calamitatis, quæ in hoc mundo perferri potest, comminata. Vel altitudo & profundum, id est, sublimitas eloquentiæ secularis, & profunda perscrutatio naturalium rerum. Siue etiam altitudo & profundum, id est, inanis curiositas earum rerum, quæ vel in cœlo vel in abyssu sunt aut esse putantur. Sed quocumque modo sublimitas & profundum intelligatur, non poterit nos ab amore Christi separare. [Neque creatura alia] i. creatura visibilis: quia & nos (hoc est anima) sumus quidem creatura, sed invisibilis. Et ideo alia creatura i. diuersa ab interiori homine nostro, quo Christum diligimus, nō nos ab amore

**A** eius diuidet: quia amor corporum qui per creaturam aliam exprimitur, nō hoc faciet. Vel alia creatura melius intelligitur de his dici, quæ nō sunt. Ergo quæ nō sunt commemorat, vt ostendat quia etiam si essent ea quæ nō sunt, se tamen mouere à proposito aut mutare nō possent. Certus sum, inquit, quia nihil horum quæ enumerauit, [poterit nos separare à charitate Dei] qui omnibus melior est, & tot tantaque beneficia nobis contulit. [quæ] charitas est nobis [in Christo Iesu domino nostro:] quia nobis charitatem suam in Christo pater ostendit, quem pro nobis tradidit: & nemo patrem diligere potest, nisi Christum dilexerit.

## CAPVT IX.

*Veritatem dico in Christo Iesu, nō mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia est mihi magna & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis: qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum & gloria & testamentum & legislatio & obsequium & promissa, quorum patres: ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula, amen.*

Modò nihil potest me & alios electos à Christo separare, sed olim fui ab eo separat & optabam semper esse alienatus. vnde nunc doleo, sicque mala vertuntur in bonum. Nam veritatem dico &c. Vel ita continuatur: Certus sum quod nihil poterit nos ab amore Christi separare, cum ex supradictis beneficiis, quia nos præsciuit & prædestinavit & vocauit & iustificauit: tum ex hoc quod cum essem persecutor ecclesiæ Dei, nullo modo potui fideles ab eius charitate dimouere quos ab eius amore in tantum laboravi diuellere, vt modò multum inde doleam, quod tantam crudelitatem in eos exercuerim. Nam ego existens [in Christo] id est, in corpore Christi [dico vobis veritatem] ita puram, quod [non mentior] sicut nonnulli qui dum vera loquuntur, intermiscunt falsa. Et quia nonnulli vera loqui videntur, qui non ita habent in corde, adiungo me veritatem ore proferre, [testimoniū perhibente mihi conscientia mea:] quia etsi vos non creditis, mea tamē conscientia mihi testis est quia verū dico: & testatur hoc nō in sua auctoritate, sed in spiritu sancto, qui facit eam hoc testari: De hoc dico tam firmam veritatem, [quia tristitia est mihi] nō exigua, sed [magna, & dolor] non horarius, sed [continuus cordi meo.] Et cur est mihi nunc tanta tristitia, & tam longus animi dolor? Inde scilicet quia [ego ipse] qui modò sum tantus apostolus, ante fidem nō

solum volebam, sed & [optabam esse anathema,] id est alienatio aliorum [à Christo] vt alienatos & diuisos vel separatos à Christo facerem illos. Et hoc optabam [pro fratribus meis] i. pro Iudæis, qui mei sunt fratres in lege, quorum legem volebam defendere, [qui sunt cognati mei secundum carnem,] & ideo amplius iuuadi erant, quia omnium commoda quærere debemus, sed maxime consanguineorum. Sed ego male iuuabam eos, quia impediēbam illos, ne in Christum crederent. [Qui sunt Israelitæ] id est, de genere Israël descendentes. Vel aliter: Affectum suum erga Iudæos ostendit Apostolus, dicens & iuramento confirmans se eorum causa plurimum contristari, quod Christo credere noluerunt, qui ei fuerat repromissus, & ad eos venit missus. Tristitia, inquit, est mihi non leuis, sed magna, & dolor continuus cordi meo, non qui ad horam punget & transeat, sed qui iugiter maneat. Doleo genus meum beneficio Christi priuari. Optabam enim, id est, iam dudum optare cepi ego ipse esse anathema, id est, alienatus à Christo pro fratribus meis Iudæis, vt ipsi adhererent Christo: optabam perire, vt illi saluarentur. Iuxta hunc sensum & beatus Micheas, cum multa mala Iudæis vctura prophetaret, ait: Vtinam nō essem vir habens spiritum, & mendacium potius loquerer. Amore enim gentis suæ voluit se alienum esse à spiritu sancto & falso loquum, dummodo plagas illas & captiuitates, & exitia, quæ ipse sua vaticinatione prædixerat, plebs Iudæica euaderet. Sicut ergo Micheas à spiritu sancto alienus fieri voluit præ amore plebis suæ, ita Paulus anathema, id est, alienus optauit fieri præ nimietate dilectionis fratrum suorum. Par est enim, alienum esse à spiritu sancto, & alienum à Christo. Moyses quoque pro eodem populo mirabiliter intercessit, obiciēs semetipsum pro eis, dicens. Si dimittis eis peccatum, dimitte: si autem non vis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Vbi demonstratum est, intercessio sanctorum quantum pro illis valeat apud deum. Securus enim Moyses de iustitia dei quæ eum delere nō posset, impetrauit misericordiā, ne illos quos iuste posset, deleteret. Intercessit ergo paratior deleri pro ipsis quàm ipsos, sciēs apud misericordiam se id agere, quæ quoniam nullo modo deleteret ipsum, etiam illis parceret propter ipsum. Sed si consideremus Moysis vocem intercedentis, perspiciemus eundem & Moysis & Pauli erga creditum sibi gregem affectum. Pastor enim bonus ponit animam suam pro ouibus. Et hoc ipsum est dicere, optabam anathema esse à Christo: & dele me de libro quæ scripsisti. Qui enim deletur de libro Dei, anathema fit à Deo. Simulque cernamus Apostolum, quantæ charitatis in Christo sit, vt pro illo cupiat mori & solus perire, dummodo omne in illum credat hominum genus. Perire autem non in perpetuum, sed impræsentiarum. Vult perire in carne, vt alij saluetur in spiritu: suum sanguinem fundere, vt multorum animæ conferrentur. Anathema enim interdum occisionem sonat, sicut & hoc loco. Optat ergo pro salute fratrum anathema esse, imitari volens dominum, qui & ipse cum non esset maledictio, pro

**G** nobis factus est maledictio. Scriptum enim de illo  
**Deut. 21.** fuit. Maledictus a Deo qui pendet in ligno. Et  
**Galat. 3.** sicut Christus fuit maledictus a Deo, sic Apo-  
 stolus anathema, a Christo. Hoc est enim hic  
 anathema, quod ibi maledictus: & hoc est hic a  
 Christo, quod ibi a Deo. Christus enim in cru-  
 ce pendens fuit maledictus, id est, morti ad-  
 dictus a patre, & Paulus in passione martyrij  
 fuit anathema a Christo, id est, alienatus atque  
 priuatus vita, volente Christo. Optabam enim  
 anathema esse a Christo pro fratribus meis, ut  
 illi non essent a Christo alieni, qui sunt cogna-  
 ti mei non secundum spiritum, sed secundum car-  
 nem, quia in spiritu sunt a me alieni. affectu suu  
 (ut diximus) circa illos ostendit, & multa de illis  
 præconia enumerat, ut omnibus (id est, ad quos  
 pertinet antiquitus electio filiorum) pro illis do-  
 lorem incutiat, quia tanto peiores sunt etiam  
 gentibus. [Quorum] inquit, [est adoptio filio-  
 rum, de quibus quondam dominus loquebatur, Fi-  
 lius meus primogenitus Israël, & Filios enutri-  
 ui & exaltaui: & quorum gloria] ut de cunctis ge-  
 tibus eligeretur in peculiare populum Dei. &  
 quorum [testamentum] vnum in litera, alterum in  
 spiritu: ut qui prius in carne seruierant ceremo-  
 niis legis abolitis, postea seruieret in spiritu ma-  
 datis euangelij sempiterni. Testamentum enim  
 ad illos præcipue pertinet, quia & vetus testa-  
 mentum illis est datum, & nouum in veteri fi-  
 guratum. & quorum est [legislatio], id est, vete-  
 ris ac noui testamenti datio, quia in veteri datum  
 est eis & nouum. Vel legislatio, id est, Mosai-  
 ce legis datio. & quorum est [obsequium], id est,  
 executio mandatorum caelestium & cultus dei. &  
 quorum sunt [promissa] diuina, ut quicquid prom-  
 issum est patribus, compleatur filiis, nisi cul-  
 pa eorum obtulerit. Multæ enim de CHRISTO  
 promissiones factæ sunt patribus eorum. [quo-  
 rum patres] sunt illi nominatissimi, quos vetus  
 scriptura laudat, & quod maius est omnibus,  
 [ex quibus est Christus secundum carnem] de Ma-  
 ria virgine natus. Quorum patres, ecce laus a  
 prioribus: & ex quibus Christus, ecce laus a  
 posterioribus. Ex eis, id est, ex genere eorum,  
 est Christus secundum carnem, [qui] factus est  
 ex semine Dauid secundum carnem, sed ex na-  
 tura suæ diuinitatis, in qua est æqualis patri,  
 [est] ipse [super omnia Deus benedictus in se-  
 cula, amen.] Per hoc enim quod Deus super om-  
 nia dicitur, Deus naturaliter esse ostenditur.  
 Deus enim aliquando nuncupatiue, aliquando  
 verò essentialiter dicitur. Nuncupatiue, sicut  
 Moyse dictum est: Ecce constitui te deum Pha-  
 raonis. Essentialiter sicut ait, Ego sum Deus  
 Abrahæ & Deus Isaac & Deus Iacob. Qui verò  
 nuncupatiue dicitur Deus, inter omnia: qui aut  
 essentialiter dicitur Deus, super omnia est. Ut  
 ergo Paulus ostenderet Christum naturaliter  
 Deum, non hunc Deum tantummodo, sed super om-  
 nia Deum memorauit. Quia & electus quisque,  
 sicut præmissimus, vel in exemplo prærogado po-  
 situs, dici Deus potest, sed inter omnia, quonia  
 nuncupatiue: Christus autem Deus super omnia,  
 quia naturaliter Deus. Et hoc Amen, id est, ve-  
 re. Et propterea est dolor cordis Apostolo,  
 quia iste tantus ac talis non recipitur a Iudæis

de quorum stirpe generatus est. Et in quibus K  
 tanta fuerunt bona, dolet cur tanta nunc mala  
 sint. Nihilominus tamen laudat iudicij verita-  
 tem, ne sententia Dei in propinquos & fratres  
 suos displicere videatur, & vel austeram esse vel  
 nimiam. Nam subdit,

*Non autem quod exciderit verbum Dei.  
 Non enim omnes qui ex Israël, hi sunt  
 Israëlita: neque qui semen sunt Abrahæ,  
 omnes filii, sed in Isaac vocabitur tibi  
 semen. Id est, non qui filii carnis, hi filii  
 dei, sed qui filii sunt promissionis, æsti-  
 mentur in semine. promissionis enim ver-  
 bum hoc est, Secundum hoc tempus ve-  
 niam, & erit Sara filius.*

Doleo, inquit, de perditione istorum, sed [non]  
 ideo [quod exciderit verbum Dei] id est, non  
 propterea quod euauerit promissio Dei, qui  
 semen Abrahæ saluari promissit. Non ob hoc ta-  
 tum contristor quod exciderit verbum Dei,  
 quia non excidit, non irritum est deductum, sed  
 ratum & stabile manet, licet quidam illorum non  
 crediderint: quia verbum promissionis non est  
 factum Iudæis tantum, sed electis. [Non enim  
 omnes qui] sunt [ex Israël], id est, ex carnali stir-  
 pe Iacob, [hi sunt Israëlita:] id est, per meritum  
 fidei & iustitiæ in Israëlita forte numerandi:  
 neque quia semen sunt Abrahæ secundum car-  
 nem, idcirco omnes filij sunt. Multi enim ex eo  
 carnaliter procreati sunt, qui non censentur eius  
 filij, sicut omnes quos Cethura peperit vel fi-  
 lius Agar. Itaque verbum Dei excidere, esset pro-  
 missa non impleri. Sed volens Apostolus osten-  
 dere quia non excidit verbum diuinæ promif-  
 sionis, non enim omnes, inquit, qui ex Israël, hi  
 sunt Israëlita: [neque qui semen sunt Abrahæ, oēs  
 filij, sed in Isaac vocabitur tibi semen.] hic enim  
 declarat illos, qui non crediderunt, non esse Israël-  
 itas vel filios Abrahæ, nec Deum promississe vel  
 decreuisse illos fore saluandos. Et ideo incipit  
 ratiocinari, quare alto & iusto iudicio Dei, re-  
 pulsus illis gentes sint intromissæ. Non omnes  
 illi sunt filij, & idcirco habituri hæreditate aut  
 salutem, sed in Isaac, inquit, vocabitur tibi semen,  
 [non qui filij carnis, hi sunt filij Dei: sed qui filij  
 sunt promissionis, æstimantur in semine.] In  
 Isaac quippe, qui Abrahæ promissus est filius,  
 præfigurati sunt, non qui seipsos iustos, sed quos  
 Deus fuerat ipse factururus. Propter quod & filij  
 promissionis dicuntur, ac per hoc ipsi filij pro-  
 missionis, ut sint semen Abrahæ, in Isaac vocantur,  
 id est, in Christum, vocante gratia, congregantur. Fi-  
 lij enim carnis pertinent ad terrenam Ierusalem,  
 quæ seruit cum filiis suis: promissionis autem filij  
 ad eam quæ sursum est, liberam matrem nostram  
 æternam in cælis. Hi ergo vere sunt filij Abrahæ,  
 qui gratuito Dei munere sicut Isaac promittun-  
 tur, & gratuito eius munere boni efficiuntur.  
 Nam sicut Isaac non meruit ut nasciturus promit-  
 teretur, sic & isti. Et vere promissus est Abrahæ  
 filius. Nam [hoc est verbum promissionis] id est,  
 in hoc

A in hoc verbo promissit Deus: [Secundum hoc tem-  
 pus veniam,] id est, reuoluto anno ostendat me  
 tibi adesse in effectu virtutis, [et erit] tunc [Sa-  
 ræ filius] in vtero. Secundum hoc, inquit, tem-  
 pus veniam, & verbi gratia, si tunc ver erat vel  
 autumnus, sequenti anno veniret in vere vel  
 autumnus. In hac sententia contendit Apostolus  
 ostendere quomodo Isaac non filius sit carnis,  
 sed filius Dei, rediens ad ea quæ de ipso in Ge-  
 nesi scripta sunt. Promissionis, inquit, ver-  
 bum &c. Non ergo per ordinem natiuitatis  
 carnalis, Isaac natus est, quippe cum & Abrahæ  
 am emortui iam corporis haberetur, & vulua  
 Saræ esset emortua, sicut superius ostensum  
 est: sed per virtutem eius qui dixit, Secundum  
 hoc tempus veniam, & erit Sara filius, id est,  
 habebit Sara filium. Merito igitur non carnis,  
 sed Dei filius esse dicitur, qui & aduentu &  
 sermone Dei nascitur, ac propterea spirituales  
 ecclesiæ filios aptissime præsignat.

*Non solum autem, sed & Rebecca ex  
 vno concubitu habens Isaac patris nostri.  
 Cui enim nondum nati fuissent, aut ali-  
 quid egissent boni aut mali, ut secundum  
 electionem propositum dei maneret, non ex  
 operibus, sed ex vocante dictum est ei,  
 quia maior seruiet minori, sicut scriptum  
 est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.*

Isaac qui promissus est, utique nullis operibus  
 promeruerat ut nasciturus promitteretur, ut in  
 Isaac vocaretur semen Abrahæ id est, illi pertine-  
 rent ad sortem sanctorum quæ in Christo est, qui  
 se intelligerent filios promissionis, non super-  
 bientes de meritis suis, sed gratiæ vocationis de-  
 putantes, quod coheredes essent Christi. Cum  
 enim promissum est ut essent, nihil utique me-  
 ruerunt qui nondum erant. Promissus, inquam,  
 est Isaac. Sed [non solum] ille promissus est qui  
 reprobato Ismaele solus possideret hæreditatem  
 patris, sed & Rebecca] promissionem similem  
 diuinitus accepit, [habens] in vtero geminos  
 [ex vno concubitu Isaac patris nostri,] quæ ut  
 patre habemus imitari. Ex vno concubitu habu-  
 it eos Rebecca, ut non solum de suis, neque de pa-  
 rentum meritis, sed nec de ipsius quidem vnus pa-  
 tris mutata sorte in melius voluntate gloriaretur  
 Iacob, dicens ideo se a creatore dilectum, quia  
 pater eius quando eum seminavit, melioribus  
 laudabilioribusque moribus fuit. Ex vno, inquit  
 concubitu. Vnum tunc ad seminandos eos meritum  
 patris, vnum ad concipiendos meritum matris.  
 Simul enim ambo sunt vno tempore concepti.  
 Promissio facta Saræ vel Abrahæ, ostendit quod  
 nullus propter genus saluatur: ista Rebecca,  
 quod propter nullum meritum suum vel parentum  
 aliquis eligitur sed sola gratia. Vel ne quis dice-  
 ret quod Ismael ex ancilla concubina genitus  
 non debuit hæres fieri, sed Isaac ex libera vxore  
 natus, quod scilicet ille per indignitatem ma-  
 tris sit hæreditate priuatus, & iste non per dei  
 gratiam per matris meritum & dignitatem sit  
 hæres effectus, proponit Apostolus exemplum

de alijs duobus, id est, de Esau & Iacob, in qui D  
 bus vnum fuit meritum patris & matris, & ex  
 quibus alter reprobatus est, alter verò sola gra-  
 tia electus. Et hi duo sicut duo filij Abrahæ te-  
 nuerunt figuram reprobatorum & saluato-  
 rum. Diximus quod Rebecca geminos in vte-  
 ro portans accepit diuinitus promissionem, in  
 qua declaratum est quod alter eorum reproban-  
 dus esset, & alter eligendus. Nam dictum est ei,  
 quia maior seruiet minori. Et tunc facta est hæc  
 promissio, quando nec boni nec mali quicquam  
 adhuc fecerant filij. [Cum enim nondum nati  
 fuissent, aut aliquid egissent boni vel mali] quia  
 & in vtero videri possent aliquid meruisse lu-  
 ctando, dictum est ei, id est, matri, quia maior  
 seruiet minori. Ideo tunc dictum est, [ut pro-  
 positum] id est, præfinitio vel præordinatio  
 Dei, [maneret] id est, impleteretur & rata con-  
 staret [secundum electionem] id est, secundum  
 gratiam qua eligit quos eligit. Et dictum est,  
 [non ex operibus] patris vel matris, nec ex fu-  
 turis operibus filiorum, [sed ex vocante] id est,  
 ex Deo qui per gratiam vocabat Iacob. Nam si E  
 futura opera vel bona huius vel mala illius, quæ  
 Deus utique præsciebat, vellet Apostolus in-  
 telligi, nequaquam diceret, non ex operibus, sed  
 diceret, ex futuris operibus, [dictum est ei] in-  
 quit, [quia maior] id est, Esau qui erat primoge-  
 nitus, [seruiet minori] id est, Iacob. Hic iam ser-  
 uitus vnus & libertas alterius prænunciata est.  
 Et utique seruitus actionem iniquitatis hoc loco  
 designat, libertas verò actionem iustitiæ. Nam  
 si ad corpoream seruitutem respiciamus, magis  
 videbitur Iacob illi seruisse, quam ipse Iacob.  
 Iacob quippe de Mesopotamia rediens, obtu-  
 lit ei multa munera, & dominum eum vocauit,  
 & humiliter adorauit. Quomodo igitur serui-  
 uit ei Esau, nisi affligendo eum & premendo ac  
 persequendo? Vnde Salomō ait. Qui stultus est, Prou. 11.  
 seruiet sapienti. Quia contra sapientis vitam dum  
 stultus præeminens terrorem potestatis exercet, dum  
 hunc laboribus fatigat, contumeliis lacrat, pro-  
 fecto hunc ab omni vitiorum rubigine vrendo  
 purgat. Stultus ergo sapienti etiam dominando  
 seruit, quæ ad meliorem statum premendo proue-  
 hit. Et iuxta hunc modum Esau fratri suo serui-  
 uit. Secundum literam autem Esau, id est, [populus  
 Idumæorum, qui de Esau descendit, seruiuit mi-  
 nori. i. subditus fuit populo Iudaico. Allegori-  
 ce verò Esau. i. populus Iudæorum qui fuit pri-  
 mogenitus, seruiuit minori. i. populo Christia-  
 norum qui sequitur est. In qua sententia beat⁹ A po-  
 stolus etiā testimonium Malachię lōge postero-  
 ris assumpsit, ut intelligerem⁹ hoc apertum postea  
 per prophetam, quod ante quam illi nasceretur,  
 erat Iudæi prædestinatione per gratiam: Ita, in-  
 quit, dictum est quia maior seruiet minori, [si-  
 cut scriptum est] id est, sicut in Genesi legitur, &  
 sicut Malachias longè post de hac re antiquum  
 Dei consilium declarauit, dicentis: [Iacob dilexi,  
 Esau autem odio habui.] Hoc enim quod dicitur,  
 sicut scriptum est, & ad librum Genesis & ad scri-  
 pturam Malachię refertur. Quid verò Deus dili-  
 gebat in Iacob antequam fecisset aliquid boni,  
 nisi gratuitum misericordiæ suæ donum? Quid  
 autem oderat in Esau antequam natus fecisset  
 E ij ali-

Gene. 25.

E

Prou. 11.

Malac. 1.



**G** aliquid mali, nisi originale peccatum? Nam nec in illo diligeret iustitiam, quam nullam ille fecerat: neque in isto odisset naturam, quam bonam ipse fecerat. Nam antequam nascerentur, nihil boni vel mali fecerant. Quo dicto declaratur quia nec in vtero peccauerunt aut iustitiam fecerunt, nec in cælo animæ ipsorum ante corporum societatem conuersatæ sunt secundum fabulas gentilium. Nam si animæ illorū in cælo fuissent antequam corporibus sociarentur, fecissent utique ibi aliquid boni vel mali. Sed nihil fecerant. Vnde patet nec illorum animas in cælo vnquam ante natiuitatem fuisse. Nihil egerant, & quātum ad originale peccatum attinet, ambo pares erant: quātum autem ad proprium vilius eorum, nullum erat. Et tamē vnus eorum eligitur, alter reprobat. vnus succedit in hæreditatem, alter exhæredatur. Non facit Deus populum suū de Esau, sed facit de Iacob. Semen vnum, diuersi qui concepti sunt: vnus vterus, diuersi qui nati sunt. Dū essent in utero, dictum est matri quia maior seruiet minori: & dictum, nō ex operibus, sed ex vocante, id est ex eo qui vocādo ad fidem gratis iustificat impium, vt secundum electionē propositum Dei maneret, non meritum hominis anteiret. Non enim dicit electionem voluntatis humanæ vel naturæ, compar enim esset in vtroque mortis damnationisq; conditio, sed electionē proculdubio gratiæ, quæ non inuenit eligendos, sed facit. Propositum iustificationis manet non secundum debiti, sed secundum gratiæ electionē, qua eligendos facit Deus, nō inuenit: quia nequaquam inuenit opera bona in hominibus quæ eligat, sed facit vt ipsi faciant opera quæ possit eligere. Nemo autē eligitur, nisi iam distans ab illo qui rejicitur. Et propterea electionē præcedit iustificatio. Et tamē ex his duobus antequam aliquid egissent, alter electus est & alter repulsus, vt intelligat Iacob ex illa massa originalis iniquitatis, vbi fratrem, cum quo habuit cōmunem causam, videt per iustitiam meruisse damnari, non nisi per gratiam se potuisse discerni.

**Exo. 33.** *Quid ergo dicemus? Nūquid iniquitas apud Deum? Absit. Moysi enim dicit: Miserebor cui miserebor, & misericordiā præstabo cui miserebor. Igitur nō volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim scriptura Pharaoni, quia in hoc ipsum excitauit te, vt ostēdā in te virtutem meam, & annuncietur nomē meum in vniuersa terra. Ergo cui vult miseretur, & quem vult indurat.*

**Exo. 9.** Cum rem stupendam proposuisset Apostolus, quomodo de nondū natis, nec aliquid agentibus boni vel mali, recte dici potuerit, quod vnum Deus dilexerit, & alterum odio haberit, ipse sibi obiecta quæstione motū exprimēs auditoris, [Quid ergo dicemus] inquit, [Nūquid iniquitas] est [apud Deum? Absit.] Vidit enim quod his auditis humana posset infirmi-

tas vel ignorantia cogitare, & eandē quæstionē sibi proponit. Si, inquit, Esau & Iacob necdum nati erant, nec aliquid boni aut mali egerant, vt vel promererentur Deum vel offenderent, & electio eorum atq; abiectio, non merita singulorum, sed voluntatē eligentis & abijcientis ostēderet, ergo quid dicemus? Nunquid inferemus quod iniquitas sit apud Deum, qui alterū eligit & alterū abijcit, cum vterq; sit æqualis meriti, imō nullius meriti? Absit vt apud eum sit iniquitas. Et quare absit? Quia hunc per misericordiam eligit, illum per iustitiam reprobat, in quo neutro est iniquitas. Hunc per misericordiā, quia ita [dicit Moysi. Miserebor] vt credat, [cui miserebor] vt eum vocē: [ & misericordiā præstabo] vt bene operetur, cui miserus fuero vt credat. Vel miserebor vocando, cui miserebor prædestinando: & misericordiā præstabo vitā perennē dando, [cui miserebor] bona opera largiendo. Vel miserebor inspirando bonam voluntatē, cui miserebor secundū prædestinationē: & misericordiam præstabo secundū bonæ voluntatis executionē, dādo gratiā ad omne opus bonū peragēdum, cui miserebor peccata dimittendo. In quibus verbis docemur, ex illa massa primi hominis, cui mors merito debetur, nō ad merita hominū, sed ad Dei misericordiā pertinere, quod quisq; liberatur: atq; ita nō esse iniquitatē apud deū, quia neq; remittēdo, neq; exigēdo quod debetur, iniustus est. Ibi em gratuita est indulgentia, vbi iusta posset esse vindicta, vt hinc euidentius appareret à pœna debita liberato & gratis iustificato, quātū beneficij cōferatur, quod alter æqualiter reus sine punitis iniquitate punitur. Nō enim iniquus est Deus, siue iudiciū pœnale ingerat digno, siue misericordiā præstet indigno. Ambo itaq; gemini natura filij iræ nascebātur, nullis quidē operib; propriis, sed originaliter ex eodē vinculo dānationis obstricti, sed qui dixit, Miserebor cui miserebor, Iacob dilexit per misericordiā gratuitā, Esau autē odio habuit p iudiciū debitū. Quod M cum deberetur ambobus, in altero agnouit alter nō de suis distātib; meritis sibi esse gloriandū, quod in eadē causa supplicium nō incurrit, sed de diuinæ gratiæ largitate. Similiter & oīs quicūq; misericordiā cōsequitur, de propriarū virtutū meritis gloriari prohibetur, dicēte domino, Miserebor cui miserebor. Nō enim ait, Miserebor talibus vel talibus: sed, Cui miserebor, vt neminē præcedētē bonis operibus suis misericordiā tantæ vocationis meruisse demonstrat. In eo autē quod addidit, & misericordiā præstabo cui miserebor, intelligendum fortasse est, quod aut ipsius misericordiæ suæ firmitatē Deus ista repetitione monstrauit, sicut Amē amen, sicut fiat fiat, sicut repetitio somnij Pharaonis, plurāque similia: aut in vtrisque populis, id est, gentibus & Hebræis, hoc modo prænunciauit misericordiam se esse facturum. Et quandoquidem nullo præcedente merito deus per misericordiam elegit Iacob, & sic cæteros, [igitur non volentis neq; currentis,] id est operantis, est vt perueniat ad vitam, [sed miserentis est Dei] qui præstat illi misericordiam. Si hoc, inquit, recipimus, vt faciat Deus quodcunque

**A** voluit, & absque merito & operibus vel eligat aliquem vel condemnet, igitur non est volentis neque currentis hominis, sed miserentis Dei. Nō ergo ideo miserus est Deus, quia voluit & cucurrit Iacob, sed ideo voluit & cucurrit Iacob, quia miserus est deus. Paratur enim voluntas à domino, & à domino gressus hominis diligenter, & viā eius volet. De in quia propter Iacob dicta est ista sententia generalis, nō volentis neque currentis, sed miserētis est Dei datur etiam exemplū de Pharaone propter id quod dictum est, Esau autē odio habui & subditur: [Dicit enim scriptura &c.] Esau per iustitiā Deus reprobaui, quia hoc dicit scriptura inducens deū loquentē Pharaoni per Moysen, [quia in hoc ipsum excitauit te, vt ostēdā in te virtutem meā.] Non feci te malū sed excitauit. Malus enim eras, sed quasi sopitus. Ego autem ostēdens tibi signa, & mandans vt populū meū dimitteres, excitauit te in eandē malitiam vt de terior fias. Hoc enim iustū est, vt qui in fordibus est, sordescat adhuc. Neque hoc est inutile

**B** quod excitatus es, sed vt in te obdurato & resistente ostendam virtutē meam, multiplicando signa mea & ad vltimum te submergendo atq; populū meum potenter liberando. [ & annuncietur nomen meū in vniuersa terra ] id est, fama & gloria nominis mei resonet vbique terrarū, & omnes gentes notitiam mei discant, fama virtutis operum meorum vbique diuulgata, scilicet quomodo valida manu populū meū eduxerim de medio inimicorum suorum, & ipsos à tergo persequentes in mari rubro submerferim, vt nec vnus superesset. Post hæc ad vtrunque id est ad illud quod dictum est de Iacob, & ab illud quod de Esau vel de Pharaone concluditur: Quandoquidem, inquit, deus sola misericordia Iacob elegit, Esau autem iuste reprobaui, vel Pharaonē excitauit in perniciem ipsius, quia vtrunque sic voluit, [ergo cui vult miseretur, & quē vult indurat.] Miseretur utique gratuito dono, indurat autē iustissimo merito. Miseretur secundum gratiam quæ gratis datur, nō meritis redditur: indurat autem secundum iudicium quod meritis redditur. Miseretur magna bonitate, indurat autē nulla iniquitate, vt nec liberat; de suis meritis gloriatur, nec damnatus nisi de suis meritis conqueratur. Sola enim gratia redemptoris discernit à perditis, quos in vnam perditionis cōcreuerat massam, ab origine ducta causā communionis. Cum ergo totus mundus iustissimè posset damnari, Deus cui vult miseretur, & quem vult indurat, id est, nō miseretur ei, nec emollit cor eius, nec tamen iniusta est eius voluntas volentis alij misereri, alijque non volentis. Quis enim dicat aliquem potentem iniuste agere, si ex duobus reis vnum iuste velit; interimere, & alterū misericorditer liberare? Sic & Deus in nullo potest reprehēdi, siue damnet, siue misereatur. Meritum enim misericordiæ nullum est, meritum autem indurationis est peccatum totius massæ damnatæ. Nec indurat Deus impartiendo duritiam, sed non impartiendo misericordiam, sicut nec digni sunt. Quod facit equitate occulta, ab humanis sensibus remota.

**Psal. 36.**  
**Psal. 98.**

**Apoc. 17.**

*Dicis itaque mihi: Quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistit? O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui finxit se, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus lutī ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud vero in contumeliam?*

Ex prædicta sentētia præuidit Apostolus moueri audacem infirmitatem eorum, scilicet qui secundum coniecturas cordis humani, inscrutabilem altitudinem iudiciorum Dei cogitare conantur, & de culpis suis se excusare nituntur, & hanc sibi exaduerso opponens, ait: Quoniam dixi, quia deus cui vult miseretur, & quē vult indurat, [itaque] id est, ergo [dicis] id est, obijcis, [mihi: Quid adhuc queritur] Deus de nobis? Nam [voluntati eius quis resistit?] Hoc est dicere: Quid de nobis fit querela quod deū offendamus male viuendo, cum illius voluntati nemo possit resistere, qui nos obdurauit misericordiam non præstando? Cōqueritur enim Deus sæpe de hominibus, sicut per innumeras apparet scripturarum locos, quod nolunt credere & recte viuere. Vnde & fideles ac facientes voluntatem eius conuersari dicuntur sine querela, eō quod de illis non queratur scriptura. De diuersis autē queritur. Sed cur, inquit, queritur atque causatur nos vel bona nō fecisse, vel mala fecisse, cum in potestate illius sit & voluntate, absque bonis vel malis operibus vel eligere aliquem vel abijcere, præsertim cum voluntati eius humana fragilitas resistere nō possit? Cur querelam faceret de peccatis hominū, cum nequeat vitare quod ipse vult? Sic solent carnales in voluptatibus viuētes aduersus Deū murmurare, & volūtati eius, nō suo vitio quod mali sunt, deputare, validamque contra eum talibus verbis calumniam parare. Quos radarguit Apostolus ab huiusmodi præsumptione, & quæstionē eorum breui sermone dissoluit, dicēs: [O homo, tu quis es qui respondeas Deo?] Et est sensus: Et ex eo quod respondere vis, Deo calumniam facis: & quia de scripturis tāta perquisis, vt loquaris contra Deum, & iustitiā voluntatis eius inquiras, ostendis te esse liberi arbitrij, & posse recte agere si volueris. Quidam autē stulti putauerunt hoc loco Apostolum in responsione defecisse, & inopia reddendæ rationis repressisse contradictoris audaciā. Sed magnū habet pondus quod dictum est, o homo tu quis es & cætera: & in talibus quæstionibus ad suæ capacitatis considerationē reuocare hominem verbo quidem breui, sed re ipsa magna, est redditio rationis. Si enim hæc nō capit, quis est qui respondeat? Si autem capit, magis nō inuenit quid respondeat. Videt igitur, si capit, vniuersum genus humanum tam iusto iudicio diuino in apostatica radice damnatū, vt etiā si nullus inde liberaretur, nemo rectē Dei posset vituperare iustitiam: & qui liberantur, sic oportuisse liberari, vt ex pluribus non liberatis atq;

**D**  
**I**saie. 48  
**O**  
**29.**  
**I**ere. 18.

**Luc. 1.**

**2. 10. 1**

**F**

**2. 10. 1**

## AD ROMANOS

**G**in condénatione iustissima derelictis, ostendetur quid cōmeruisset vniuersa conspersio, & quo etiam istos debitum iudicium Dei duceret, nisi eis indebita misericordia subuenisset, vt volentiū de suis meritis gloriari omne os obstruatur, & qui gloriatur, in domino gloriatur. O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Quis sit ille, attende: quis sis tu, attende. Ille deus est, tu homo. Sed iustitiam loqui videris tu, & fōs ille iustitiæ siccatus est? Satis sit interim tibi ex fide adhuc viuēti, & nondū cernenti quod perfectum est, sed ex parte scienti, nosse vel credere quod neminē Deus liberet nisi gratuita misericordia, & neminem damnet nisi æquissima iustitia. Cur autē illum potius quā illum liberet, aut nō liberet, scrutetur qui potest iudiciorum eius tā magnum profundū, sed caueat precipitiū. Tu enim hō quis es qui respōdeas Deo Respondere enim Deo non posse cōiucitur, qui homo nominatur: quia per hoc quod de humo sumptus est, iudicia superna discutere dignus non est. O homo, id est, carnalis pertinēs ad Adā, tu luteus, quis es, id est, cuius valentiæ qui respōdeas Deo, id est, qui rationibus cōtra Deū agas, quod iniuste eligat & reprobet: siue causas iudiciorū eius inquiras, cur istum eligat & illum reprobet. Deus per opera sua quodāmodo te interrogat, & tu si causas & rationes operū eius intellexeris, respondebis ei quia cōsiliū volūtatis eius intelliges. Sed tu homo quis es vt hoc facias? Excede hominem, excede carnalitē, excede mores & sensus humanos, si vis hoc attingere. Esto prius vnus ex illis, de quibus dicitur. Sapientiam loquimur inter perfectos, & tunc demū rectē & non prepostere audies, si qua sunt de animarum meritis & de gratia vel iustitia secreta omnipotentis DEI. Peccatores enim credere iubentur, vt à peccatis credendo purgentur. Nesciunt enim quod recte viuendo visuri sunt. Quapropter cū videre non possint nisi recte viuant, nec recte viuere valeant nisi credant, manifestum est à fide incipiendum, vt præcepta quibus credentes à seculo hoc auertuntur, cor mundum faciant vbi videri DEVS possit. Ideo recte dicitur hominibus in vetustate vitæ manentibus, & propterea tenebrosus oculus animi gerentibus, ò homo tu quis es &c. Non enim sanctos hoc loco Apostolus prohibuit à quærendo, de quibus ait: Spiritualis autem iudicat omnia: sed luteos atque terrenos homines, qui adhuc imaginem illius portant, qui primus factus est de terra terrenus: & quia ei à quo factus est, obtemperare noluit, in id lapsus est, vnde factus. Talibus ergo dicitur: O homo tu quis es qui respondeas deo? Et additur: [Nūquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare sic me fecisti?] Vbi ostenditur quasi à simili & etiam à minori, quia deus nihil iniuste facit, si vnus miseretur & ab alio misericordiam auertit. Si, inquit, figmentum formatum in immundum vsū, non potest accusare, de iniustitia fictorem suum, cū figmentum multo dignius opus sit quantum ad figulum, quā tu homo ad deum: tum ille qui verus figulus, id est, creator & artifex & formator noster est, habet potestatem salua iustitia cuius vult misereri,

& quem vult indurare. Sed tu quandiu figmentum es, nondum perfectus es filius: quia nondū haufisti plenissimam gratiā, qua nobis data est potestas filios dei fieri, vt possis audire. Iam nō dicam vos seruos, sed amicos: & tamen iam vis respondere deo & nosse consilium eius. Qui si hominis tibi equalis consilium nosse voluisses, impudenter faceres, nisi prius in amicitiam recipereris. Si ergo consilium dei nosse vis, prius stude per meritum sanctitatis amicus eius fieri, vt non sis luteum figmentum, sed vir spiritualis. Nam vt manifestum sit, non sanctificato spiritui, sed carnali luto ista dici, mox subditur: [An non habet potestatem figulus luti, ex eadē massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliā?] Ex quo enim in paradiso natura nostra peccauit, iam à dei prouidentia non secundum cœlum, sed secundum terram, id est, nō secundum spiritum, sed secundum generationē mortalem formamur, & omnes ex vna massa luti facti sumus, quod est massa peccati. Cū ergo meritū peccando amiserimus, & misericordia dei remota nihil aliud peccantibus nisi æterna damnatio debeatur, quid sibi homo de hac massa vult vt deo respondeat & dicat, quare sic me fecisti? Hæc massa si esset vtiq; media, vt sicut nihil boni ita nec mali aliquid mereretur, nō frustra videretur iniquitas, vt ex ea fieret vas à contumeliā. Cū verò per liberū arbitriū primi hominis in condénationē vniuersa defluerit, proculdubio quod ex ea fiunt vasa in honore, non ipsius iustitiæ quæ gratiā nulla præcessit, sed dei misericordiæ attribuendū est: quod verò in contumeliā, non iniquitati dei quæ nulla est, sed iudicio deputandum est. Qui figulus est, cū fragiles, infirmos & terrenos facit. Et ex eadem massa, quæ tota in Adam periit, facit secundum voluntatem suam alia vasa in honorem per misericordiam, alia in contumeliā per iudicium.

*Quod si volens deus ostēdere irā, & nō tā facere potentiā suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ, in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam, quos & vocauit nos non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus, sicut in Osee dicit: Vocabo non plebem meā, plebem meam: & non misericordiam consequutam, misericordiam consequutā. Et erit in loco vbi dictum est eis, Nō plebs mea vos, ibi vocabuntur filij dei viui.*

Ostēsum superius est, quia etsi Deus nihil boni det, non tamen iniquus est, nec potest ei homo respondere. [Quod] id est, sed si ipse quibusdam etiā bona dedit, quid ei respondebis? Quid dices, si Deus bona illis impendit, scilicet cum essent apti in interim, sustinuit eos in multa patientia, & interim, dū expectaret, ostēdit multis iudiciis, vel ipsos nonnunquā puniendo vel alios coram eis, futuram iram vt sibi cauerent

A cauerent: & in hoc quod sustinuit & iram ostēdit, notificauit potentiam, quia per malos purgat bonos? Quasi dicat: Potens dicere quod iuste subtrahit gratiam & damnat illos, qui ita expectati noluerūt respiscere, sed hac gratia abusi sunt. [si volens Deus ostendere] in perditis [iram] reddendo illis vindictam, & notificare [potentiam suam] bene vtendo malis, quia tā potens est eius bonitas, vt bene vtatur etiā malis. [sustinuit in multa patientia] id est, diutissime patienter tolerauit [vasa iræ] id est, homines qui pleni eius ira sunt: vasa dico [apta in interitum] id est, idonea æternæ morti, si hoc fecit Deus, non est inde accusanda eius patientia sed eorum pertinacia, qui diu expectati noluerunt conuerti. Nam ideo sustinuit eos, cum sciret non conuertendos, vt fierent inexcusabiles & per eorum malitiam purgarentur boni. Idcirco sustinuit eos, [vt] in futuro seculo ostenderet diuitias gloriæ suæ] id est largifluas opes beatitudinis æternæ, venturus [in vasa misericordiæ] id est, in electos homines plenos misericordiæ eius, [quæ] electa vasa ipse [præparauit in gloriam], [cum e contrario vasa iræ sunt apta in interitum cadere. Quia quod à vasis iræ exigat iustitia punientis, hoc vasi misericordiæ dimittit pietas liberantis, & insuper gloriam eis largitur gratia saluantis. Notandum autē, quia in eo quod superius ait, figulum habere potestatem ex eadem massa facere aliud vas in honore aliud in contumeliā, ostendit mystice creatorē non posse reprehendi, si ex eadem humanæ naturæ massa alios creat ad honorem sanctitatis, alios autem sic creat, vt abire sinat in contumeliā nequissimæ operationis & iustæ damnationis. In eo autem quod nunc dicit, quod si volēs Deus & cætera, declarat quia nō potest accusari, si diu viuētes in carne malos patienter tolerat, vt eos in malitia perseuerantes postmodum acerbius puniat: & bonos eorum prauitate vexari permittit, vt eis pro patientiæ merito maiorem gloriæ coronam reddat. Si eos quos indurat, patienter sustinet, vt eos iustius damnet postquam diu sustinuerit, non eius accusanda est patientia, & infinita clemētia sed eorū duritia, qui bonitate eius in perditionē abutuntur. Alioqui vnus est solis calor, & secundū essentias subiacentes alia indurat, alia liquefacit, alia dissoluit, alia cōstringit. Liquatur enim cera & induratur lutū, & tamē caloris nō est diuersa natura. Sic & bonitas dei atq; clementia vasa iræ, id est, populum Iudæorū & cæteros reprobos indurat: vasa verò misericordiæ, id est, electos, liquat. Non potes figmentum fictori suo dicere, cur me fecisti sic? quia & ipse fictor habet potestatem facere ex eodem luto, prout voluerit, alia vasa ad honestos vsus, alia ad inhonestos. Quod .i. si deus volens ostēdere iram, sustinuit in multa patientia vasa iræ, tu quis es qui respondeas deo? Voluit deus ostēdere iram suam, non vtique animi perturbationem, sicut est quæ circa homines nuncupatur, sed iustam vindictam, & notam facere potentiam suam, ad quam pertinet damnare iniquos. In hoc quoque demonstratur eius potentia, quod & malis bene vtī optimus possit. Ostendere ergo

voluit hanc potentiam, qua bene vtitur etiam malis, multa illis naturalia & temporalia bona largiens, eorumque malitiam & comparationem ad exercendos & admonendos bonos accommodas, vt in eis discant agere gratias deo, quod ab eis nō suis meritis quæ in eadem massa paria fuerunt, sed illius miseratione discreti sunt. Si enim soli hi crearentur ex Adā, qui essent per gratiam redimendi, & præter hos qui vt Iudæi in filios adoptantur, nulli alij homines nascerentur, lateret beneficium quod donaretur indignis, quia nullis ex eadem damnabili stirpe venientibus debitum supplicium redderetur. Volens itaque deus ostēdere iram & notificare potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ aptata in interitum, id est, reprobos homines, in quibus latet ira eius, qui aptati sunt in perditionem, longanimitate tolerauit, vt ordinate disponderet eos, & vteretur illis ad instructionem salutis eorum quorum miseretur, ideoque vasa misericordiæ vocantur. Non quod illi essent necessaria siue angelica siue humana peccata, cui nec iustitia creaturæ cuiusquā est necessaria, sed vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, ne se in bonis operibus tanquam de propriis extollerent viribus: sed humiliter intelligerent, nisi illis Dei gratia non debita, sed gratuita subueniret, id fuisse reddendum meritis suis, quod aliis in eadem massa redditum cernerent. Ita enim quid sibi præstetur discunt gratis iustificati, dum non suo merito, sed gloria ditissimæ Dei misericordiæ discernuntur à damnatis, cum quibus eadem iustitia fuerant & ipsi damnandi: Cæteri autē homines ad istam gratiam non pertinentes, quorū tamē & animam & corpus Dei bonitas operata est, & quicquid habet ipsa natura præter vitium, quod eidem infixit superbientis voluntatis audacia, propter hoc à Deo (qui illos ita peccatos, vt æterno essent igne damnandi, sine dubitatione præsciuit) creati sunt, vt in his ostenderet liberum desertoris arbitrium sine sui gratia quid valeret, & in eorū iustis ac debitis poenis vasa misericordiæ, quæ non suorum operū meritis, sed gratuita Dei gratia discreta sunt ab illa concreatione, quid sibi collatum esset addicerent: vt omne os obstruatur, & qui gloriatur, in domino gloriatur: [Vt ostēderet,] inquit [diuitias gloriæ suæ] qua glorificatur in sanctis, bene faciens eos operari, [in vasa misericordiæ] id est, in homines quos replet sua misericordia, [quæ] id est, quos hoīes electos [præparauit] id est, præordinauit ad [gloriam] æternam. [Quos & vocauit] scilicet [nos, non solum ex Iudæis] vt ipsi Iudæi volebant, [sed etiam ex gentibus, vt ex vtriusque] fieret vnus credentium populus. Ex quo ostenditur, non gentes eligi vel Iudæos, sed hominum voluntates diuinitus illuminatas. Quos & vocauit nos, pro eo positum est, ac si dixisset: Sicut nos quos vocauit non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus. Superiora enim quasi de Pharaone & Aegyptiis, qui fuerunt vasa iræ, & de filiis Israël qui erant vasa misericordiæ, disputare videtur. Nunc autem ne solum illi antiqui Israël ita intelligerentur vasa misericordiæ, ostendit quia & nos

**G** qui ad nouam gratiam vocati sumus, non solū ex illo Hæbræorum populo, sed etiam ex gentilitate, vasa sumus eiusdem misericordiæ. Etiam ex gentibus vocauit nos Deus, [sicut] ipse [dicit in Osee: Non plebs mea] id est gentilitatem quæ non erat plebs mea, vocabo plebem meam, [id est vocabulū peculiaris populi mei dabo illi in gratiam nominis Christiani. & nõ misericordiam consequutam] id est, eandem gentilitatem quæ misericordiam consequuta non fuerat, sed sine misericordia perditioni relicta erat, vocabo [cõsequutam misericordiã,] id est, hoc vocabulum illi dabo, vt appelletur consequuta misericordiam, vt nomen indicet beneficium. [Et erit] istud in tempore gratiæ [in loco] id est, in terra gentium, [vbi dictum est eis] diuinitus, [Non plebs mea] estis [vos ibi,] id est, in eadem gentium regione [vocabuntur] qui ibi fuerint, [filij Dei viui,] Per hoc quod Deus gentiles ad cultum suum non vocabat, sed in errore reliquerat, dicebat eis. Nõ

**H** plebs mea vos. Sed in loco gentium vbi hoc antea dictum est, ibi postmodum prædicata per apostolos euangelij gratia, vocati sunt qui illic crediderunt, filij Dei non mortui, sed viui. Coluerunt enim prius multos Deos mortuos, id est, homines mortuos, quos sibi Deos cõstituerant, sicut Iouem & Appolinem & Herculem, & ideo ne quis talium intelligeretur, nunc Deus à propheta dici, cum de gentilibus sermo esset, cognominauit Deum viuum.

**Isaiæ. 10.** *Isaias autem clamat pro Israël: Si fuerit numerus filiorum Israël tanquam arena maris reliquæ saluæ fient. Verbum autem consummans & abbrevians in æquitate, quia verbū breuiatum faciet dominus super terram. Et sicut prædixit Isaias, Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus & sicut Gomorrha similes fuissetemus.*

**Isaiæ. 1.** *Quia hos dixerat vocatos, nõ solū ex Iudæis sed etiam ex gentibus, & gentium vocationem de quibus minus videbatur, astruxerat propheta testimonio, vult similiter autoritate prophetica Iudæorum vocationem ostendere. Osee dicit de gentium conuersione, sed [Isaias clamat,] id est aperte & publicè testatur [pro Israël] id est, pro conuersione Iudæorum. [Si fuerit numerus, &c.] Hoc est, etiam si multitudo non crediderit, tamen pauci credent. Et reuera, si legamus Iosephum, quãta hominum in Ierusalem & in Iudæa fuerit multitudo quando passus est dominus, intelligemus vix paucos in apostolis & in apostolicis viris saluatos esse ex Iudæis. Sed non, quia fracti sunt infideles & superbi, ac per hoc infructuosi rami, vt iseretur oleaster gētiū ideo perire potuit radix patriarcharum & prophetarū. Quia [si fuerit] inquit, [numerus filiorū Israël] sicut [arena maris,] id est, si fuerint tot Iudæi, vt non possint numero cõprehēdi, sed omnem supputationē vicerit*

multitudo eorū, sicut arena quæ non potest numerari, [reliquæ saluæ fient,] id est, illi quos sibi dominus relinquet, quando alios abiciet, saluabuntur. Vel si numerus eorum fuerit sterilis & grauis vt arena maris reliquæ quæ erūt fulgentes & cœlo inhærentes sicut stellæ saluabuntur. Vtrumque enim promissum est Abrahæ Erit, inquit, semē tuum sicut stellæ cœli, & velut arena quæ est in littore maris. Verè saluabuntur. nam [verbū] erit [consummās & abbreviās in æquitate. Ideo saluabuntur, quia verbū euangelij quod eis tradetur, erit consummans hominē in iustitia, id est, perfectionem iustitiæ dans, & ea consummās ac perficiens quæ lex nõ poterat. Et abbrevians. i. in vno geminæ charitatis præcepto cõprehēdens omnia, quæ lex multiplicibus præceptis instituerat. Et erit abbrevians in æquitate, secundū illud: Quod tibi nõ vis ab alio fieri, tu alij ne feceris: Et prout vultis vt faciāt vobis homines, & vos facite illis similiter. Vel in vno Christo abbrevians omnia legalia, & hoc in æquitate, quia æquū est hoc verbum breuiari, vt nihil desit ad iustitiã de omnibus præfiguratis. Siue in æquitate, quia quæ æqua sunt, retinet, vt moralia: quæ ius est tolli, tollit, vt figuras. Verè nouū verbum erit abbrevians, [quia verbum breuiatū faciet dominus] Iesus [super terram:] id est, vt cõpēdio fidei per gratiam saluos faciat credentes, non per innumerabiles obseruationes, quib⁹ Iudæorū plebs seruiliter onerata premebatur. Hoc verbum fecit dominus super terram conuersans inter homines. Dictum fuit, reliquias esse saluandas ex multitudo pereuntium. [Et sicut] iterū [prædixit Isaias, Nisi dominus sabaoth] id est, exercituum, cui seruiunt exercitus angelorū & hominum] reliquisset nobis] Iudæis [semē] id est, electos filios qui disseminarētur per orbē, [sicut Sodoma facti essemus,] & [sicut Gomorrha similes fuissetemus,] id est, sicut in Sodoma & Gomorrha post discessum Loth soli reprobi remanserunt qui simul perirent: ita & nos in Ierusalem post Christi resurrectionem soli reprobi, & perituri remansissemus. Hi enim qui ex circuncisione crediderunt, vocantur semen, quia sparsi per terras, multiplicati sunt, & velut grana seminis copiosam segetem fidelium genuerunt. Et propter istos non fuerunt Iudæi sicut Sodoma & Gomorrha, quia non omnes fuerūt reprobi, nec omnes perierūt, quoniam isti sunt electi atque saluati de multitudo illorū.

*Quid ergo dicemus? Quod gentes quæ nõ sectabantur iustitiã apprehenderunt iustitiam, iustitiã autem quæ ex fide est Israël verò sectando legē iustitiæ, in legē iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis & petram scandali, & omnis qui credit in eū non confundetur.*

Ab

**A** Ab autoritate vtriusque prophetæ infert: **Osee. 2.** *Quandoquidem, inquit, Osee de gentibus dicit, Vocabo non plebem meam, plebem meã. & Isaias de filiis Israël clamat, quia reliquæ eorum saluabuntur, id est, pauci de multitudo, [ergo quid dicemus] id est, quid per hæc prophetarū dicta de gētib⁹ & Iudæis diffiniemus? Istud possumus ex prædictis oraculis inferre & asserere, [quod gentes, quæ] neque per hostias, neque per voluntatem [sectabantur iustitiam] Dei, apprehenderunt iustitiã,] nõ quancunque, non eam quæ est ex lege, sed eam [iustitiam] quæ est ex fide] id est, per gratiam: quia nõ superbierunt, sed in Christum crediderunt, sed [Israël,] id est, carnalis populus Iudæorū, [sectando] per carnales obseruantias [legem iustitiæ] id est, legem quæ est iustitiæ bene intellecta, [non peruenit in legem iustitiæ] id est, venit quidem aliquantulum in legem iustitiæ, sed non peruenit in eam: quia quamuis opera legis faceret, non tamen ex amore iustitiæ fecit ea, sed ex timore pœnæ, & ita cordis innocentiam*

**B** habere non potuit. Vbi probatur vera esse supradicta sententia, quia non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei: quoniam gentes, vt dictum est, quæ iustitiam non quæsierūt, iustitiam inuenerunt: & Israël qui legem iustitiæ sectabatur, non potuit in eam peruenire. Terribilis ergo deus in consiliis super filios hominum, & iudicia eius occulta sunt, non iniusta. Gentes quæ non sectabantur iustitiam, quæ ex lege est, quasi propriam suam apprehenderunt iustitiam, quæ est ex fide. Israël autem sectans per opera legem iustitiæ, non peruenit corde in legem iustitiæ. Et [quare?] Quasi diligēter hoc attendamus, cur in eam peruenire non potuit. [Quia non ex fide] id est, quia non sperauit in Deum, non illam petiuit à deo, non credidit in eum qui iustificat impium. Non ex fide, [sed quasi ex operibus] id est, quasi iustitiam per semetipsum operans, non in se credens operari Deum. Deus est enim qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate. Sed Israël non quærebat iustificari ex fide, sed quasi ex operibus, quia fidem non putauit esse causam & principium iustitiæ, sed opera carnalium obseruationum iustitiæ principium esse credidit: & glorians quasi de operibus, exclusit à se gratiã: ac quasi de sanitate præsumens, respuit medicinam. Verè non ex fide iustificari quæsiuit populus Iudæorum, sed velut ex operibus. nam [offenderunt in lapidem offensionis] id est, Christum humilem per superbiam calcare volentes gressum suæ rectæ actionis læserunt, & quassati corruerunt. Quasi ipsa sua iustitia offenderunt in Christum, quia velut de iustitia tinuerunt, & fidem Christi spreuerunt. Qui ad similitudinem parui lapidis, à quo non cauetur, fuit eis habilis ad offendendum, latens in humilitate. Omnibus quoque malis est ipse Christus lapis offensionis: quia quicquid dicit, amarum est illis, & commouētur ex dictis eius. Ita offenderunt in hunc lapidem, [sicut scriptū est] apud Isaiam dicente patre: [Ecce pono in Sion lapidem offensionis] id est, per incarnationis mysterium pono Christum in Sion, hoc

est, in ecclesia fundamentum, qui Iudæis erit lapis offensionis, quia non sibi cauebunt ab illo humili & paruo propter suæ mētis cæcitatem, sed offendent in eum & corruent, & pono ibi [petram scandali]: id est, eundem Christum, qui in passione erit illis petra scandali, id est, deformis & asper & durus, in quo scandalizabuntur irascentes & indignantes, cum se filium Dei dixerit. Lapis vocatur politus & lubricus, quando si calcatur, pes cito labitur: petra verò dicitur, quando est inculta & aspera. Christus ergo in natiuitate vel in conuersione & prædicatione sua Iudæis fuit lapis offensionis & in passione petra scandali: quia qui prius in ortu & humana conuersione visus est eis contemptibilis & cõculcabilis, postmodum in passione nimium deformis & asper illis apparuit. Plus autem est scandalum quam offensio: quia scandalum dicitur à Græco, quod est *σκανδαλιζω*, & est proprie impactio pedum. Ita ergo Iudæi offenderunt in Christum, vt omnino impingerent pedem ibi & confringerent. Non solum enim contempserunt eum, sed & crucifixerūt. Pono hunc lapidem offensionis, quantum ad reprobos: & propter electos subiungo, quia [omnis] siue Iudæus, siue gentilis, siue seruus, siue liber, [qui crediderit in eum, non confundetur] id est, non erubescet in futuro cum ille venerit ad iudicium. Qui enim crediderit in eū, nõ habebit suã iustitiam quæ est ex lege, quamuis sit bona lex, sed implebit ipsam legem non sua iustitia, sed data ex deo. Ita enim non confundetur. Nam qui in se gloriatur, confundetur. non enim sine peccatis inuenietur. Ille autem tantummodo non confundetur, qui in domino gloriatur. Quicumque illum fide expectant, cum venerit, gaudebunt. Qui sine fide sunt, cum venerit quod nunc non vident erubescunt: quomodo solent confundi qui inueniuntur in aliqua culpa, & eis insultatur ab omnibus: sed tamen non transfret illa confusio, nec delebitur. Notandum autem, quia hoc testimonium Apostolus ex duobus locis libri Isaiæ coniunxit. Ita enim ibi legitur: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum, lapidem angularem, præciosum, in fundamento fundatum. Qui crediderit, non festinet. Atque alibi in eodem libro: Et erit, inquit, vobis in sanctificationem: in lapidem autem offensionis & in petram scandali, duabus domibus Israël. Vnde perspicuum est, Apostolos in interpretatione veterū scripturarū sensum quæsisse, non verba: nec magnopere de ordine sermonibusq; curasse, cum intellectui res pateret.

## CAPVT X.

*Rates, voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad dominum fit pro illis in salute. Testimonium enim perhibeo illis, quod emulationem Dei habent, sed non secundum scientiã Ignorantes enim Dei iustitiam, & suã quæren-*



**G** *quærentes statuere, iustitiæ Dei nõ sunt subiecti. finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti.*

Hinc iam incipit de spe Iudæorum loqui, ne etiam gētes superbire audeant aduersus eos. Sicut enim Iudæorum superbia refellenda erat tanquam ex opere gloriantium, sic & gentibus occurrendum est, ne tanquam Iudæis prælati superbiant. Dixi quia non peruenerunt in legem iustitiæ, sed offenderūt in lapidem offensionis, non quia illos odio habeam, nec quia de illis omnino desperem. Nā sciatis, [fratres] quia intima [volūtas cordis mei fit pro illis in salutem] id est, ex corde volo illorum salutem. Voluntas quidem cordis mei pro illis oprat, vt accipiant salutem, quanuis illorum voluntas adhuc obstat. Potens est enim Deus corda illorum conuertere. Non solum voluntas, sed etiam [obsecratio] id est, oratio cum obtestatione sacrorū,

**H** fit à me pro illis ad deum in salutem, id est, vt efficacior sit oratio mea pro illis, facio eam cū ad iurationem sacrorum, in salutem illorum dirigēs intentionem, hoc est, vt credant & per fidē cōsequantur salutem. Non enim aliter saluari poterunt. Quanuis Apostolus eis instanter euangelium prædicaret, parum tamen esse credebat nisi pro illis etiam oraret vt crederent: quoniā voluntas vt ad vera credenda moueatur, non sibi sufficit, nisi per gratiā deus illi opituletur. nec ipsa conuersio fieri potest sine dei adiutorio. Obscuro, inquit, pro illis, & iustū est vt obsecrem. nam æmulationem dei habēt. Nam ego qui olim similis fui, & idcirco noui intentionē cordis ipsorum, [perhibeo illis testimoniū, q̄ æmulationem dei habent,] id est, bono zelo mouentur ad defendendam legem, [sed secundum scientiam] quia imprudēter agūt, dū nos quasi præuicarios legis psequūtur. Nesciūt enim quia nos potiùs q̄ ipsi legē adimplemus: qui spiritaliter eā obseruamus: & idcirco bona quidem intentione volunt legē contra præuicarios defendere, sed non secundū scientiā, quia nesciūt qui sint illi contra quos mouētur. Hoc

Ioan. 16.

& dominus sic prænunciant: Venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequiū se præstare deo. Putabant enim se Deo placere ex eo, quod Christianos velut pro defensione legis interficiebant, quia æmulationem Dei habebant, sed nõ secundum scientiam. Verè non secundum scientiam. Nam [ignorantes iustitiam Dei] id est, quæ à Deo datur per fidem Christi, [ & quærentes statuere suam iustitiam] id est, quā suis viribus per obseruatiā legis putabāt se facere, [nõ sunt subiecti iustitiæ Dei] id est Christo. De se enim præsumentes, gratiā repellebant, & in Christum propterea nõ credebāt, ignorātes iustitiā dei, & suā volētes statuere. Iustitia dei hīc dicitur, non qua iustus est deus, sed quā dat homini, vt iustus sit homo per deum. Iustitia autē illorum erat, quia de suis viribus præsumebant, & quasi impletores legis se ipsos ex sua virtute dicebant. Ignorabant ergo iustitiam dei, id est, quam dat homini deus, qui solus est iustus atque iustificans: & volebant cō-

stituere suam, id est, velut à se sibi paratam, non ab illo impetitam: & ideo iustitiæ dei non erāt subiecti, quia superbi erant, de suo putantes, nõ de Dei placere posse se Deo. Verè ignorabant iustitiam dei, nam [Christus quem cæci respuebant, est [finis] id est, consummatio [legis] quia in eo lex consummatur & perficitur. Finis, id est, perfectio legis, est Christus [ad iustitiam] cōplendam [omni] in se [credenti:] quia omnis qui in Christum credit, habet ipsum Christum consummationem legis, vt per eum faciat iustitiam. Sunt enim opera quæ videntur bona sine fide Christi & non sunt bona, quia non referuntur ad eum finem ex quo sunt bona. Talia erant per opera istorū, qui suam iustitiam quærebant statuere, quia ipsum quod dicitur, Non Exod. 20. cōcupisces, & cætera huiusmodi mandata sancta & bona sibi tribuebant: quæ vt possit homo facere, Deus operatur in homine per Christi fidem, qui finis est ad iustitiam omni credenti, id est, cui per spiritum incorporatus factusq; mēbrum eius, potest quisque illo incrementum intrinsecus dante operari iustitiam, de cuius operibus etiam ipse dixit, quia sine me nihil potestis facere. Finis enim dicitur ipse Christus, quia quicquid agimus, ad illum referimus: & cū ad eum peruenerimus, non habebimus vltra quod quæramus, sed ibi permanebimus. In eū nanque dirigitur nostra intentio. Ad quē cū peruenerimus, non erit vltra quod tendamus, quia ibi est omnium bonorum plenitudo.

*Moses enim scripsit, quoniam iustitiam quæ ex lege est, qui fecerit homo, viuet in ea. Quæ autem ex fide est iustitia sic dicit: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cælum? id est Christum deducere, aut quis ascendet in abyssum? hoc est Christum ex mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? Prope est verbum in ore tuo & in corde tuo. Hoc est verbum fidei quod prædicamus, quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris quod Deus illum excitauit à mortuis, saluus eris.*

Verè Christus est finis legis ad veram iustitiā nam in ipsa lege antequam ad Christum veniat, est quædā vnbratilis iustitia. Moses enim ita scripsit. Probat Apostolus autoritate Moy si duas esse iustitias, quia dixerat Iudæos esse ignorantes iustitiam dei & suam quærentes statuere. Verè sunt duæ, vna per legem, altera per Christum. [Moses enim scripsit,] quia [homo qui fecerit iustitiā quæ ex lege est, viuet in ea,] legē hoc loco pro ipsis operibus ponēs. Qui autem viuebant in ipsis operibus, timebant vtique, ne si nõ ea fecissent, lapidationem vel combustionem vel aliquid huiusmodi paterentur. Ergo qui fecerit (inquit) ea, viuet in illis, id est, habebit præmium ne ista morte puniatur: non ergo

**A** ergo apud deum, ex cuius fide si quis in hac vita vixerit, cum hinc exierit, tunc enim magis habebit præsentissimum præmium. Non itaque ex fide viuit, quisquis præsentia quæ videntur, vel cupit vel timet: quia fides dei ad inuisibilia pertinet, quæ post dabantur. Nam est & ista quædam in operibus legis iustitia, quando sine suo præmio relicta non est, vt qui fecerit eam, viuat in illa. Vnde & superius dictum est, quia et si Abraam ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud deum. Aliud est ergo, non iustificari apud deum: aliud nõ iustificari. Qui omnino non iustificatur, nec illa seruat quæ temporale habent præmium, nec illa quæ æternum: qui autem in operibus legis iustificatur, non apud deum iustificatur, quia temporalem exinde expectat visibilemque mercedem. Sed tamen etiam ista est, vt dixi, quædam terrena carnalisque iustitia. Hæc Moyse de iustitia legis. Sed [quæ est ex fide iustitia, sic dicit] ipse: Ne dixeris in corde &c. Vel si iustitia legis in

**B** qua viuitur, est vera iustitia intelligenda, quæ vitam præstat æternam, ideo proponitur iustitia legis, quod qui fecerit eam, viuet in illa, vt cū quisque infirmitatem suam cognouerit, non per suas vires, neque per literā legis ipsius, quod fieri non potest, sed per fidem concilians iustificatōre, perueniat & faciat & viuat in ea. Opus enim quod qui fecerit, viuet in eo, non fit nisi à iustificato. Iustificatio autem ex fide impetratur, & ita per iustitiam fidei completur vera iustitia legis. De cuius fidei iustitia sic dicit Moyse, vel ipsa dicit in corde hominis: [Ne dixeris in corde tuo] id est, ne saltem cogites, [quis ascendet in cælum?] id est, nullus homo ascendet, quia [hoc est Christum deducere,] quantum ad te, id est, si hoc cogitaueris, Christum ascendisse negabis. [Aut] non dixeris in corde tuo, [quis descendet in abyssum?] id est, nullus pro contempta lege descendet in infernum, quia [hoc est Christum à mortuis reuocare,] quantum ad te: id est, hoc cogitare, est nõ credere quod Christus pro nobis mortuus sit, & in infernum pro liberatione iustorū, qui ibi tenebantur, descendit. Vel ita: Cū audieris post resurrectionem prædicari Christum ascendisse in cælum, noli dicere in corde tuo, mendacium est, quis enim ascendet? Quia hæc infidelitas, quantum in te est, Christum de cælo ad terram deducit. Aut cum audieris prædicari quod ad infernum descendit, noli dubitare & putare hoc incredibile: quia hæc incredulitas, quantum ad te, reuocat Christum à mortuis, id est, negat Christum fuisse mortuum. Nam si in abyssum descendisse dubitetur, nec mortuus esse creditur: quia sicut mortuus est vt mortem occideret, sic in abyssum descendit vt suos inde retraheret. Et hæc est iustitia fidei, distans à iustitia moralitatis legis, vt non dubitet quis de spe dei quæ in Christo est, vt nõ diffidat Christum spoliasse infernum, & cum sanctorū animabus cælum ascendisse: quia qui hoc credit, ex hoc efficitur iustus. Potest & ita intelligi: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cælum? id est, quis illuc ascendet Christum inde deducere. aut quis descendet in abyssum? hoc est, quis

**C** in infernum descendet Christum inde ex mortuis reuocare. Non enim expectauit Christus vt aliquis homo ascenderet in cælum ad deducendum eum, quod impossibile erat: sed ipse sua sponte descendit, à paterna sede veniens quærere & saluum facere quod perierat. Neque fuit necesse vel possibile vt aliquis in abyssum descenderet ad reuocandū inde Christum à mortuis: quia ipse sua virtute, ligato forti aduersario & spoliato inferno, resurrexit à mortuis. Ne dicas, inquit, quis ascendet in cælum Christum deducere? quasi & in terra non sit Christus, qui per diuinitatem est vbique: aut quis descendet in abyssum Christum ex mortuis reuocare? quasi Christus in abyfso contineri possit, qui nullo loco continet, sed omnia cōtinet. vel inter mortuos morari possit, qui vita est. Hoc ne dixeris. [Sed quid dicit scriptura] per Moysem de Christo? [Prope est verbum, id est, Christus qui est verbum & sapientia dei, est prope, hoc est, non longe est à natura animorum & loquēdi ratione. Prope est [in ore tuo] ad confitendum, [ & in corde tuo] ad credendum. Et ideo non per loca quæras eum, qui sicut verbum & veritas & sapientia vbiq; est, & in corde iustorum manet atque in ore: sed credas quia verbum quod personaliter vnitum est humanitati, prope nos est, quoniam non à loquutione nostra remotū est, neque ab intellectu. [Hoc] verbum quod Moyse dicit ita esse prope, [est verbum fidei quod prædicamus,] id est, CHRISTVS, in quo nostra fides constat, quem annunciamus. Hoc prædicamus de illo, quia si confitearis, &c. Vel ratio redditur, cur in ore & in corde verbum hoc debeat esse. [Quia si confitearis in ore tuo dominum IESVM, & in corde tuo credideris quod Deus illum excitauit à mortuis, saluus eris.] Non est laus fidei Christianorum, quia credūt mortuum Christum, sed quia credūt resurrexisse Christum. Nam mortuum & paganus credit. Hæc est laus fidei quia credimus eum resurrexisse, & speramus nos quoque per eum resurrecturos esse. Non enim ait, si cōfessus fueris quia eum des tradidit ad occidendum: sed, si cōfessus fueris quia deus eum suscitauit à mortuis, tunc saluus eris. In tantum saluus, in quantum iustus. Quare autem credimus & mortuum? Quia credere eum resurrexisse non possumus, nisi prius mortuum fuisse credamus. Pertinet autem ista confessio præcipue ad martyres, qui coram tyrannis Christum confitebantur. Nam nostro tempore facile est vt quisque Christum voce confiteatur, ideoque vox sola non sufficit sine operibus.

*Corde enim creditur ad iustitiam, ore autē cōfessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura: Omnis qui credit in illum, nõ confundetur. Non est enim distinctio Iudæi & Græci. Nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicumque inuocauerit nomen domini, saluus erit.*

Luca. 13.

Deut. 30.

1. Cor. 1.

E

F

Isaie. 28.

Ioel. 2.

Verè si

**G** Verè si resurrectionem Christi corde credideris, & ore confessus fueris, saluus eris. nam [corde creditur ad iustitiam, sed ore confessio fit ad salutem.] Hoc est, qui corde credit, habet in præsenti iustitiam, quia iustus ex fide uiuit: & qui ore confitetur, habet in futuro salutem. Et idcirco oportet nos esse & iustitiæ memores & salutis: quandoquidem in sempiterna iustitia regnaturi, à præsenti seculo maligno salui fieri non possumus, nisi & nos ad salutem proximorum nitètes, etiam ore profiteamur quod corde gestamus. Credere enim dat salutē, quia iustitiam parit quæ est causa salutis, si quod cor credit, os confiteatur. Hoc est enim cōfiteri, dicere quod habes in corde. Si autē aliud in corde habes & aliud dicis, loqueris, non cōfiteris. Noli erubescere de spe tua in conspectu hominum. Quomodo uiuit in corde tuo, sic habitet in ore tuo: quia nō sine causa signum suū Christus in fronte nobis figi voluit tāquam in sede pudoris, ne Christi opprobria Christiani erubescat. Parum ergo in corde habere Christum, & nolle cōfiteri dum timetur opprobriū. Qui enim salutem cupit habere, debet fidem suam ore proferre, quia ore confessio fit ad salutem. Alioquin credulitas cordis nō dat salutē, quāuis corde credatur ad iustitiam. verè fides ore prolata perducit ad salutem, nam [scriptura dicit] in libro Isaia: [Omnis] non solum Iudæus, sed & gentilis, [qui credit in illum,] hoc est, in Christum, [non confundetur,] id est, non erubescet in die iudicij, quia salutem quam credit, consequetur. Et verè omnis. [Non est enim distinctio Iudæi & Græci,] id est, propheta neq; Iudæum, neque gentilem nominauit, sed in eo quod ait, omnis, ostendit de vtroque populo, quia quicūque sincera fide rectisq; operibus deo ingemuerit, saluus esse possit. Verè non est distinctio. [Nam idem dominus est omnium,] siue Iudæorū, siue gentilium. [diues in omnes,] id est, sufficiens ditare omnes [qui inuocant illum,] id est, qui pia deuotione in seipfos vocāt illum, præparando se dignos tali habitatore. Illis est diues qui inuocant, non modò credunt: quia credere dat remissionem peccatorum, inuocare impetrat promissa dei. Orans inuocat, sed hoc non potest nisi prius credat. Iure dixi quia est diues in omnes, non in quosdam vel in paucos inuocatores suos: quia sicut Ioël testatur, cum gratiæ tēpus prænunciat, [omnis quicunque inuocauerit nomē domini, saluus erit.] Nullus excipitur, nulli gratia hæc denegatur: sed omnis Iudæus & gentilis, cuiuscunque gradus & conditionis sit, quicunque piis precibus inuocauerit nomen domini, præparans se dignum ad excipiendum in sui cordis templum habitorem deum, saluus erit æterna salute.

*Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine predicante? Quomodo*

*verò predicabunt nisi mittantur, sicut Nabum. 1. scriptū est, Quam speciosi pedes euāgelii*

*zantiū pacem, euāgelizantiū bona.* K

Probato quod de vtroque populo assumuntur qui salui fiant, ostēdit quod per missionem ad vtroque factam assumuntur: quam qui non recipit inexcusabilis est. Quicūque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Ergo oportet credere. Quia [quomodo inuocabunt in quem nō crediderunt?] Inuocatio, inquit, saluat. Nemo autē inuocat qui nō credit. Nisi enim crediderint, non inuocabunt: & nisi inuocauerint non saluabuntur. Hoc maxime de gentibus dicitur, ne quis Iudæos tantum putaret ad fidem vocādos. Quomodo inuocabunt Christum in quem non crediderunt? Prius oportet vt credant. [Aut quomodo credent ei quem non audierunt?] Prius enim necesse est vt ab ore alicuius audiant illum. Credere nanque est ex auditu. Sed [quomodo audient eum sine] aliquo [predicante?] Necesse est vt aliquis predicet, à quo cæteri audiant quid credere debeant. Nō enim audient nisi predicatum fuerit. Sed [quomodo] doctores [predicabunt nisi mittantur?] Non possunt predicare nisi missi fuerint, quia non sunt veri apostoli nisi missi. Et inanis est hominum conatus, nisi Deus missos suos iuuerit. Nec eis annūciandi virtus vlla subsistit, nisi affuerit illis ipse qui misit. His dictis refutat Apostolus eos, qui negabant ad incircuncisas gentes mittēdos esse præcones Christi, & ostēdit salutem per Dei gratiam omnibus aduenisse. Salus, inquit, est ex inuocatione, inuocatio ex fide, fides ex auditu, auditus ex predicatione, predicatione ex missione, vt ita totum descēdat ex fōte gratiæ. Omnia ergo nō ex nobis, sed ex dei gratia sunt nobis, qua præmissi sunt predicatorum nostræ salutis, [sicut] in Isaia [scriptū est: Quam speciosi, id est, admirabiliter pulchri] [pedes,] id est, gressus apostolorum mundum illuminantium, in quo apparet eos à deo missos, quoniam aliter hoc facere nō possent. Speciosi sunt, id est, pulchritudine virtutum & claritate miraculorum ac predicationis decorati sunt pedes, id est, incessus apostolorum [euāgelizantium,] id est, bene nunciātium hominibus [pacem,] id est, reconciliationem & concordiam ad dominum, & [euāgelizantium bona] regni cælorum.

*Sed non omnes obediunt euāgelio: Isa. 1. Iob. 12. Ias enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.*

Apostoli quidem omnibus euāgelizant pacem, sed non omnes obediunt euāgelio, vt pœnitentiā de præteritis agentes, & de cætero recte viuentes, studeant habere pacem cū deo. Nam, cum auditus sit ex gratia, necessaria est & alia gratia quæ cor moueat: quia nihil foris proficit sermo docentis, si deus intus cor nō tetigerit audientis. Et verè [non omnes obediunt euāgelio,] sed pauci, Nam Isaia voce predicatorum dicit, quærimoniam faciens de raritate auditorum: [Domine, quis,] id est, quāminus est [qui credidit auditui nostro, id est, audi-

A tui præuaricationis quam à te audiuiimus & eis nūciauimus? Raro ex multis inuenitur aliquis qui credat. Et qui non credunt, manifestum est quia non obediunt. Auditui predicationis crediderunt pauci de multitudine, [ergo fides] est [ex auditu:] quia ex eo quod audiuiimus à doctoribus, incipimus credere: sed [auditus] est non per merita nostra, sed [per verbum] predicationis Christi, quod ab eius gratia doctores perceperunt.

*Sed dico: Nunquid non audierunt? Et quidē in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.*

Isaias dicit quod pauci crediderunt, [sed ego dico, Nunquid nō audierunt?] Vtique audierunt, & ideo inexcusabiles sunt qui non crediderunt. [Et quidem] audire potuerunt non solum proximi, sed & remotissimi. Nā [in omnē terram exiuit sonus, id est, fama] eorum, [id est, apostolorum,] & in fines orbis terræ, id est, in omnes mundi terminos in circuitu processerunt ipsa [verba eorum,] vt veritas non solum per famam audiretur, sed & per ipsa predicationem dicta cognosceretur. Quod tamen ex toto necdum fuerat impletum, quando scribebat Apostolus: sed verbis præteriti tēporis loquutus est, sicut & propheta quod futurum erat, & ex magna parte iam completum fuerat.

*Sed dico: Nunquid Israël non cognouit?*

*Primus Moyses dicit: Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in irā vos mittam.*

*Isaias autem audet & dicit: Inuentus sum à non quærentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant. Ad Israël autem dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi.*

In oēs gentes vsque ad orbis terminos processit fama Christiani nominis. [Sed dico. Nunquid Israël non cognouit] quod totus mundus audiuit? Non ignorauit Israël hæc salutem, sed cognouit quia posset audisse & cognouisse. Cognouit quia contradicere non potuit. Sed non verè cognouit, vt in mente eius bene sederet. Cognouit ad testimonium suæ damnationis, non in adiutoriū suæ saluationis. Verè cognouit, quia [Moyses primus] doctor eorū [dicit] hoc, & omnes propheta post eum similia loquuntur. Hoc enim innuitur in eo quod Moyses nunc primus appellatur, quem alij sequuti sunt in eodem sensu. Moyses voce dei dicit Iudæis in cantico, dum infidelitatem eorum prænunciat: [Ego adducam vos ad æmulationem in non gentem,] id est, tale quid faciam genti paganorum, quæ nec gens dicenda est propter stultitiā idololatriæ, vnde vos æmulationē, hoc est, inuidiam habebitis. Inuidia nanque tabescunt Iudæi, dum gentes deum eorum suum di-

cunt, & legem atque prophetas ad se pertinere. Et ita adducti sunt ad inuidiam in non gentem, hoc est, contra gentilem populum, de quo dictum erat: Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram deo. Vel in non gentem, quæ cum esset gens, gentilem credendo deposuit: & facta est nō gēs, id est, plebs Christiana per baptismū. Quandiu enim fuerat infidelis, fuit gēs: sed in ecclesia dicitur popul⁹ acquisitionis. Ita, inquit, mittam vos in emulationem in non gentem, id est, contra conuersam gentilitatem, quæ fidem apprehendet quā vos respicietis. Et mittam vos in iram, id est, in indignationem: hoc est, permittam vos irasci & indignari in gentē insipientem, id est, cōtra eandem gentilitatem, quæ dei sapientiam ignorabat, & stultitiā idololatriæ predicabat. hoc est, tanta beneficia gentilitati tribuā, vt vos ide irascamini. Hoc Moyses dixit, & hanc scripturam Iudæi legunt & legerunt, ideoque predicationem Christi in gentibus per orbem esse cognoscunt. Hoc Moyses. Sed [Isaias audet & dicit,] id est, audaci⁹ loquitur de salute gētium: quia quauis sciret sibi imminere periculum, audacter tamen verbū Dei predicabat. Manasses enim rex, vt Hebræi testatur, ferra lignea post ferrauit eum. Sciebat igitur Isaias contemnendum se esse ab impiis, & interficiendū, & tamen abiecto timore predicabat Dei gratiam, & ex persona Christi dicebat: [Inuentus sum à non quærentibus me,] id est, sponte me obtuli gētilibus, & per fidem me ab illis inueniri feci, qui me querere nō noverant, nec in scripturis aduētum meum scrutabatur sicut Iudæi, qui adhuc in libris suis aduentum Messia quærent & expectāt. [palam,] per ænigmata & figuras, sicut in lege, sed manifesta veritatis cognitione [apparui his] gentilibus [qui me nō interrogabant] ab aliis, quia interrogare non didicerant. Ita ad gentes, sed [ad Israël] carnalem [dicit: Tota die,] id est, toto tempore quo cū eis in terra cōuersatus sum, illuminans mundum, [expandi manus meas,] id est, ampliaui operū meorū beneficia, [ad populum] Iudaicum [nō credentē] mihi, & quod peius est, [contradicentem,] Cōuenienter enim per extensas manus tota die cōtinuatio bonorum operum intelligitur, à quorum intentione saluator nunquam cessauit, sed infideli populo semper exhibuit, ac sicut nutrix paruulum expansis manibus excipere paratus fuit. Significant enim expansæ manus, & parentis clementiam suos filios in sinū recipere gestientis. Possunt & largitatem donantis exprimere, & nihil eis petentibus denegauerit, sed roganti leproso mox sanitatem reddiderit, & oculos cæcorū rogantium protinus aperuit, sicque cætera petentibus dederit.

CAPVT XI.

*Ico ergo. Nunquid repulit deus populum suum? Absit. Nā ego Israelita sum ex semine Abraā de tribu Benjamin. Non repulit deus plebem suam quam presciuit.*

Quia

**G** Quia tot autoritatibus cōfutaui Iudęos, ne insultarent eis gentiles, & dicerent eos ex toto esse repulso, incipit rursum de eorum salute loqui, ostendens non omnes esse reprobato. Cō memorauerat enim prophetę testimonium de pręnuntiata futura incredulitate populi Israēl. Tota die expandi manus, &c. Et ne quis malę intelligens, vniuersum illum populum crimine incredulitatis & cōtradictionis arbitraretur esse damnatum, continuo subiicit. [Dico ergo] &c. Hic ostendit quam plebem dixerit vtique Israēliticam. Quam si totam deus reprobasset atque damnaisset, non vtique esset ipse Christi Apōstolus, ex femine Abraę & tribu Beniamin. Quia, inquit, dixi populum non credentem & cōtradictentem, ergo dico & hanc quęstionem facio: [Nunquid] propter multitudinem incredulorum & contradicentium [repulit deus populum suum,] vt euacuaret promissiones quas patribus eorum fecerat? [Absit] vt repelleret eum, qui tot milia credentium inde elegit. Verę non omnem populum illum repulit, [Nam & ego] qui hęc loquor, [sum Israēlita,] id est, sum ex eodem populo Iudęus, non profelytus. [ex femine Abraam,] id est, descendens ex Abraam, [de tribu Benjamin,] id est, per lineam Beniamin. Nō me repulit deus, qui ita sum ex illa gente. Similiter non repulit plebem suam ex Israēl, quam pręsciuit, id est, prędestinavit. Prędestinatio enim hoc loco significatur nomine pręscientię. [Non repulit, inquit deus plebem suam, quam pręsciuit,] id est, ad vitę prędestinavit. Atque vt ostenderet dei gratia fuisse relictas Israēliticę gętis reliquias, non meritis operum eorum, sequutus adiunxit valde necessarium testimonium, dicens:

*An nescitis in Elia quid dicit scriptura, quemadmodum interpellat deum aduersus Israēl? Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & querunt animam meam. Sed quid dicit illi responsum diuinum? Reliqui mihi septem milia virorum, qui non curauerunt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore reliquię secundum electionē gratię saluę factę sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus. Alioquin gratia iam non est gratia.*

Inde, inquit, potest videri quodd deus multos sua gratia reseruauit, quos non repulit, quoniā tempore Elię tam pauci fuerunt, vt ipsi Elię nulli viderentur esse quos non repulerit, & tamen tunc in tanta bonorum oppressione fuerunt multi quos in gratia dei sibi reseruauit. Et hoc est, quod interrogādo dicit ad increpationem eorum, qui totā plebē Israēliticā a Deo repulso esse putabant: [An nescitis quid scriptura] tertij libri Regum [dicit in Elia,] id est,

in gestis Elię, scilicet [quemadmodum ipse interpellat deum aduersus Israēl, id est, inter se & illos iudicem eum appellat, & contra perfidos prouocat? Domine,] inquit, [pphetas tuos] pręcepto impiissimę reginę Izabel [occiderunt,] & [altaria tua suffoderunt,] id est, a fundamentis subuerterunt, [ & ego relictus sum solus] ex tuis, [ & querunt animam meam,] id est, me occidere. Quasi dicat: Non debes eis parcere quia tanta mala fecerunt. Ipse sic interpellabat, & se solū putabat. [Sed quid dicit illi responsum diuinum?] id est, quid respondet ei dominus? [Reliqui mihi septem milia virorum,] Nō ait, relictas sunt mihi: aut, reliquerunt se mihi, sed reliqui mihi. Vbi non humanū opus, sed diuina gratia patenter ostenditur. In septem verō milibus virorum, perfecta summa viriliter agentiu exprimitur: Reliqui, inquit, mihi: id est, per gratiam reseruauit, septem milia virorum, quia tunc erant multi quos deus sibi reseruauerat, quauis nesciret Elias, quoniam grana latebāt, sub aceruo palearum. [Qui non curauerunt genua ante Baal,] id est, non adorauerunt demonium, quod adorabat populus Israēl sub rege Achab. Vbi omnem populū simul propheta putauerat refutatum, inuenta sunt septem milia virorū qui permanserunt in testamento dei. [Sic ergo & in hoc tempore] gratię facilius saluę factę sunt reliquię: hoc est, Quandoquidē ante tempus gratię deus tot milia ex sua gratia reseruauit contra opinionem tanti prophete: ergo sic, id est, simili modo etiam in hoc tempore gratię & prędicationis euangelij credendum est, multos esse quos deus pręsciuit & suos esse prędestinavit, & hoc non secundum humanū meritum, sed [secundum electionem gratię,] quā nulla operum merita pręcesserunt. In hac ergo electione & in his reliquiis est illa plebs, quam propterea deus non repulit, quia pręsciuit. Pręsciuit enim reliquias quas secundū electionē gratię fuerat ipse facturus, hoc est, prędestinavit. Dixi quia secundum electionem gratię sunt saluę. Sed [si gratia] saluę sunt, [iā nō ex operibus] eorū processit illa salus. [Alioquin,] id est, si aliter est, [gratia,] id est, gratuitū donum dei [iam non est gratia,] id est, gratuitū donum, sed debitum. Si enim gratia vllis bonis meritis datur, iam non gratis datur, sed debita redditur. Ac per hoc nō vero nomine nuncupatur, vbi merces non imputatur secundū gratiam, sed secundum debitum. Si autem vera est gratia, id est, gratuita, nihil inuenit in homine cui merito debeatur. Quod bene intelligitur in eo quod dictum est, pro nihilo saluos facies eos. Ipsa enim dat merita, non meritis datur: & pręuenit etiam fidem, ex qua omnia bona opera incipiunt.

*Quid ergo? Quod querebat Israēl, non est consequutus, electio autem consequuta est: Ceteri verō excęcati sunt, sicut scriptum est: Dedit illis deus spiritum cōpunctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant, vsque in hodiernum diem*

**A** diem. Et David dicit: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum & in captionem & in scandalum, & in retributione illis. Obscurentur oculi eorū ne videant, & dorsum eorū semper incurua.

Quandoquidem non ex operibus sed gratia dei tantum saluę sunt reliquię de multitudine Israēlitarum, [ergo quid] dicendū est? Hoc scilicet, quia [quod querebat Israēl,] id est, iustitiā vel salutē, quam querebat in lege populus Iudęorum, [nō est consequutus] per opera legis, sed [electio,] id est, illa pars quę ex eodem populo est electa, [consequuta est] per gratiam iustitię & salutem. Electio consequuta est, sed [ceteri] qui nō pertinent ad sortem electionis, [excęcati sunt] iusto Dei iudicio, [sicut scriptū est: Dedit illis deus,] id est, iuste permisit vt illi haberent [spiritum cōpunctionis,] id est, spiritum malignum, quo cōpungerēt & stimulerentur ad malum. Malā enim significat hęc cōpunctionem, quia sępe fit vt bonum homini sit molestū, vt pharisęis doctrina Christi. Et dedit eis iusto iudicio [oculos vt non videant, & aures vt nō audiant, vsque in hodiernum diem,] id est, vsq; ad pręsens tempus. Hic enim oculos & aures interioris hominis debem⁹ intelligere quibus excęcati & surdi effecti sunt, qui Christum vidētes in corpore & audiētes in doctrinam eius, neq; credere operibus quę videbāt, nec obedire verbo quod audiebāt, voluerunt. Quicūq; enim cū intellexisset, credere noluit id quod verum est, debet consequi quod vult, vt de cetero nō possit credere. In voluntate ergo sua adiuti sunt, vt quia scientes verum dicebant esse falsum, de cetero nō intelligerēt. Cęci itaque sunt oculi cordis eorū, vt lucē veritatis Christi nequeant videre: & aures surdę, vt spirituales scripturarum sensus non possint audire. Vbi autem scripta sit hęc sententia, non satis apparet. Tamen beatus Hieronymus dicit eam in Isaia scriptam, vbi nos legimus: Misit oculos vestros. prophetas & principes vestros qui vidēt visiones, operiet. Ego autem si aliud quā tantus doctor auderem dicere, magis in Deuteronomio illā inueniri putarē, vbi Moyses loquitur: Non dedit vobis dominus cor intelligens & oculos videntes & aures quę possint audire, vsque in pręsentem diem. Hęc vel Isaia vel Moyses de excęcatione & surditate eorum loquitur. Et David inde dicit: [Mensa eorum,] id est, scriptura quę variis sententiarū ferculis consuevit eos pascere, fiat in laqueū,] id est, vertatur eis in laqueum vt illaqueet eos. [coram ipsis,] id est, videntibus ipsis, vt iniquitatem suam agnoscant, & in ea pertinacissime perseuerent: tantumque valeat animi ipsorum pręsumptio, vt coram ipsis laqueus sit, & incidant in eum. Hęc non optantis, sed prophetātis sunt verba: non imprecantis vt hoc fiat, sed prędicentis quodd hoc fiet. Fiat ergo, quia nō potest aliter, nisi vt talibus ista eueniant, esse. Fiat illis mensa in laqueum, vt scriptura male

intellecta illaqueet eos, & faciat inhærere literę, ne veniant ad Christum & ad euangelium. & fiat illis [in captionem,] vt capiat eos & teneat, ne recedere possint a vetustate. & fiat illis [in scandalum,] vt per eam scandalizentur in Christo sabbatis operante virtutes. & fiat [illis in retributionem,] vt per eam recipiant malorum suorum vicissitudinem, id est, æternam damnationem, [Obscurentur oculi] cordis [eorum, ne videant,] vt quoniam sine causa viderunt, fiat illis & nō videre. Et post oculorum obtenebrationem [incurua semper dorsum eorum,] vt postquam cessauerint superna cognoscere, semper de inferioribus cogitent. qui enim supernis intendunt, curuum dorsum non habent: quia erecti stant, dum spem repositam sibi in cęlo expectant. At verō qui futurę vitę spem non intelligunt, iam excęcati de terrenis & infimis cogitant, & hoc est habere dorsum curuum, quia terram semper intuetur qui curuus est. Et tales sunt nunc omnes Iudęi, similes scilicet brutis animalibus, quorum vultus in terram pronus est ventri intentus.

*Dico ergo: Nunquid sic offenderunt vt caderent? Absit. Sed illorum delicto salus gentibus, vt illos emulantur. Quod si delictum illorum diuitię sunt mundi, & diminutio eorum diuitię gentium, quanto magis plenitudo eorum.*

Quoniam Iudęos autoritate prophetarum docuit excęcatos esse, & scandalum, id est, offendiculum & impactionem pedum pertulisse, ne gentiles his verbis haberent occasionem, spernendi eos, ingreditur iterum loqui de salute eorum. Quia, inquit, aspere loquutus sum de excęcatione eorum, & offensione, [ergo] ne quis desperet de salute eorum, [dico: Nunquid sic offenderunt] id est, pedibus impeerunt, [vt caderent?] id est, vt tantummodo caderent quasi ad pœnam suam solū. [Absit.] Quasi non ceciderunt, quia nec omnes ceciderunt: & quidam ex his qui ceciderunt, Iudęi prędicatione semper stantes fuerunt, & ex casu ceterorum mundus est erectus. Non enim irreparabiliter & sine vtilitate ceciderunt, sed casus eorum prodest, & ipsi possunt restitui. Absit vt ex toto caderēt. Non ita ceciderunt, [sed illorum delicto salus est gentibus.] Ipsum eorū lapsum talem esse dicit, non vt illi caderent, sed vt delicto suo salutem gentibus darent. Deinde incipit ex hoc loco Iudęorum populum cōmēdare, & de ipso casu infidelitatis, vt non superbiant gentes, quia etiam casus Iudęorum tam preciosus extitit pro salute gentiu, sed magis caueant, ne dū superbiunt, similiter cadāt. Absit, inquit, vt caderent, sed illorū delicto salus est gentibus. Nō dixit quia non ceciderūt, sed quia illorū casus non fuit inanis: quoniā ad salutem gentium profecit, dum prędicatores euangelij a se repellerent, & ad gentes migrare facerent. Delicto illorum salus est gentibus, quia propter necē saluatoris dispersi, per omnes gętes gerunt scripturas sanctas, & testimonio



**G** monio nobis sunt, ppheras nos nō finxisse de Christo, & fidem gentiū corroborat. Illorum delicto salus est gentibus, [vt illos æmulentur Iudæi, hoc est, imitentur. Hoc sæpe factum est, & plenius fiet in fine seculi quādo Iudæi Christianos sequentur in fide Christi. Nam sicut nūc illorum lapsus salutem gentibus dedit, ita nunc gentium fides & conuersatio Iudæis æmulatione conuersationis confert & salutis. Potest etiā intelligi, vt gentes Iudæos æmuletur, id est, vt credat sicut & ipsi credebāt, vt dei emulatione contra opera eorū mala moueantur. Dixi delictū eorum prodesse, [Quod si,] hoc est, sed si [delictū,] id est, quod Christū occiderunt, vel verbū prædicationis repulerunt, [diuitiæ sunt mundi,] id est, ditauit mundū fide & religiosis operibus & moribus, [diminutio eorū,] id est, paucitas ad fidē conuersa, hoc est, pauci de eis conuersi, [diuitiæ sunt gentium,] id est, ditauerūt gentes fide & virtutum perfectione, ac spiritus sancti charismatibus, [quanto magis plenitudo eorū,] quæ in fine mūdi cōuertetur, ditabit mundum? Id est, si malum eorum vertit deus in bonum, hoc est, in diuitias mundi, multo magis bonum eorum, cum in fine multitudinis vel plenitudo eorum conuersa fuerit, ditabit gentes doctrina & exemplo. In quo ostendit nec inutilem, nec irreparabilem casum eorum. Mirabiliter enim disponit omnia dei sapientia, apud quam nec ipsa delicta, nec lapsus inutiliter cedunt. Nam cum vnusquisque ex propositi sui libertate delinquat, dispensatio diuinæ sapientiæ per hoc ipsum, in quo illi damno suæ negligentia pauperes fiunt, alios diuites facit sicut nunc delictum Iudæorum ditauit gentes, vt eorum sine labore legis fierent cohæredes & cōcorporales. Potest & ita intelligi quod ait, si diminutio eorum diuitiæ sunt gentium, quanto magis plenitudo eorum? Id est, si pauci eorum credentes tantum profuerunt gentibus vt eas spiritualibus diuitiis replerent, quanto magis si plurimi vel omnes credidissent, prodesse illis poterant ad doctrinam? Duobus enim modis diminutio eorum versa est in diuitias gentium: vel quia gentes ab illis paucis sumpturūt exemplum credendi, vel quia cum ipsi pauci credidissent ex Iudæis, ventum est ad gentes, vt maior fieret numerus credentium.

**H**abitabit mundum? Id est, si malum eorum vertit deus in bonum, hoc est, in diuitias mundi, multo magis bonum eorum, cum in fine multitudinis vel plenitudo eorum conuersa fuerit, ditabit gentes doctrina & exemplo. In quo ostendit nec inutilem, nec irreparabilem casum eorum. Mirabiliter enim disponit omnia dei sapientia, apud quam nec ipsa delicta, nec lapsus inutiliter cedunt. Nam cum vnusquisque ex propositi sui libertate delinquat, dispensatio diuinæ sapientiæ per hoc ipsum, in quo illi damno suæ negligentia pauperes fiunt, alios diuites facit sicut nunc delictum Iudæorum ditauit gentes, vt eorum sine labore legis fierent cohæredes & cōcorporales. Potest & ita intelligi quod ait, si diminutio eorum diuitiæ sunt gentium, quanto magis plenitudo eorum? Id est, si pauci eorum credentes tantum profuerunt gentibus vt eas spiritualibus diuitiis replerent, quanto magis si plurimi vel omnes credidissent, prodesse illis poterant ad doctrinam? Duobus enim modis diminutio eorum versa est in diuitias gentium: vel quia gentes ab illis paucis sumpturūt exemplum credendi, vel quia cum ipsi pauci credidissent ex Iudæis, ventum est ad gentes, vt maior fieret numerus credentium.

**Vobis enim dico gētibz: Quādiu quidem ego sum gentium apostolus, ministerium meum honorificabo, si quo modo ad emulandum prouocem carnem meam, vt saluos faciem aliquos ex illis.**

Dixi quia plenitudo eorum conuertetur. Bene enim poterunt conuerti. nam & ego pro cōuersione eorum laboro. [Vobis enim dico gentibus,] qui mihi specialiter estis cōmissi. [Quādiu quidem ego sum apostolus gentiū,] quod semper sum donec viuo, [honorificabo ministerium meum.] Gentium sum apostolus, non Iudæorum, & tamen & horū minister. Et quādiu sum apostolus gentium, ad quas specialiter missus sum, honorificabo, id est, honorabile faciam ministerium meum per conuersio-

nem Iudæorum. Quia cum sim positus ad prædicandum gentibus, nō solum illis prædicabo, sed etiam vt Iudæi conuertantur laborabo. In quo honorabile ministerium meum facio, superaddendo vltra quā debeo. Ille verò ministerium suum reddit honorabile, qui quicquid sibi præceptum est & plus facit. Ille verò qui minus & remissius quā debet operatur, ministerium suum vituperabile reddit, honorificabo inquam ministeriū meum, tentans [si quo id est, aliquo modo prouocem carnem meā,] id est, Iudæos, ex quorum genere venio, [ad æmulandum,] id est, ad imitandū me, si quocūq; modo talē me exhibeā, vt illi me æmulentur & desideret tales esse. Si hac non potero via, aggrediar alia: id est, nūc docēdo, nūc exhortādo, nunc scribendo, nunc bona exempla monstrādo, nunc orando, nunc miracula faciēdo, tentabo si aliquo modo prouocare possim ad æmulandum me eos, qui sunt caro mea, vt & in spiritu mihi fiant fratres, [vt] ita [saluos faciam saltem aliquos ex illis]

**Si enim amissio eorum, reconciliatio est mundi, quæ assumptio nisi vita ex mortuis? Quod si delibatio sancta est, & massa: & si radix sancta, & rami.**

Ideo labora vt aliquem ex illis ad fidem conuertam, quia vtilis erit eorum conuersio. Nam [si amissio illorum,] id est, quod deus propter infidelitatem amisit eos & reliquit in manu hostis antiqui, [est reconciliatio mūdi,] id est, causa vt gentes de toto mūdo reconciliarentur creatori suo, [quæ erit assumptio,] id est, quod deo assumet eos in fine seculi qui tunc erunt, [nisi vita ex mortuis?] Si huius gentis abiectio reconciliacionem præstitit mūdo, & tanta fuit in hac gente gratia, quæ sublata ab ea, mundum vniuersum deo reconciliare sufficeret, quantū putas tunc deum misereri mundo, cum gens ista reconciliari meruerit deo? Et quid sit quod ex reconciliatione Israēl mundus adquirat, breuiter ostēditur, id est, vita ex mortuis. Tunc enim erit assumptio Israēl, quando iā mortui vitā recipiēt, & mūdos ex corruptibili incorruptibilis fiet, & mortales immortalitate donabuntur. Absurdū nanque videtur, si quū offensio eorū reconciliationē mundo donauerit, assumptio eorū non magis aliquid mundo & præstantius largiatur. Assumptio eorū erit vita ex mortuis. [Quod,] id est, sed [si delibatio] eorū [sancta est & massa. [Ne dicatis, inquit, fieri non posse vt multitudo eorū assumatur, quasi totum genus sit repudiatū. quia si delibatio, id est, pauci de illis assumpti, vt apostoli & alij discipuli, si illa delibatio sancta est, tunc & massa, (id est, gens tota) potest sanctificari. Ostendit per simile, quia si cut illi pauci qui tēpore apostolorū, cōuersi sunt, dulces fuerunt, sic erit & multitudo eorū quæ in fine conuertetur. Nam sicut delibatio alicuius panis est dulcis & bona similiter & ipsa massa quæ remanet, dulcis esse credāda est & bona. Est enim delibatio, parua ex aliqua re assumptio ad experimentum totius massæ, vt ex cibo vel potu. Sed si delibatio sancta est, & massa,

**A** massa, quia sapor sanctitatis, qui in paucis primis inuentus est, inuenietur & in multitudine nonisimorum. [ & si radix] est [sancta,] id est, patriarchæ, à quibus trahunt humorem fidei, tunc [ & rami] sancti sunt, qui de genere eorum excreuerunt.

**Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos. Quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te.**

Sancti sunt & rami. [quod,] id est, sed [si aliqui ex ramis fracti sunt,] id est, ab arbore sanctæ plebis dei per superbiam & infidelitatem excisi, noli gloriari. Putata est oliua, non amputata, & inde superbi rami fracti sunt, ipse est blasphemus & impius populus Iudæorum. Manserunt tamen rami boni & vtilis. nam inde apostoli & multi alij. Et cum ibi rami vtilis relictū essent per dei misericordiam, insertus es & tu gētilis, [cū esses oleaster,] id est, agrestis & sterilis naturaliter, [insertus es in illis,] id est, aliena operatione coniunctus radici in loco illorū. Illi enim amiserūt radicē, tu tenes eam. Huius enim arboris radix Abraam & Isaac & Iacob, vnde effloruit populus dei. Et isti nunc sunt in requie apud deū in honore magno. Videamus ergo quēadmodū & ipse dominus prænunciet & insertione oleastri & fractionē ramorū: Multi, inquit, venient ab oriēte & occidēte. Tā late terrā occupauerat oleaster, amara sylua & sterilis. Sed qui veniūt, iā præcisi sunt de sylua. Vbi inserēdi sunt ne arefcant? Et recumbēt, inquit, cum Abraam & Isaac & Iacob in regno cælorū. Et quid erit de illis qui venerunt ex stirpe Abrahæ? Quid fiet de ramis quibus erat plena arbor? Quid, nisi quia præcidentur & arefcēt vt isti inserantur? Filij, inquit, regni eiicientur in tenebras exteriores. Hoc itaq; cōmemorat Apostolus factum, quod dominus prædixit faciendū. Si, inquit, aliqui ex ramis fracti sunt, id est, aliqui ex filiis à sanctitate & promissioe patrū abscissi, vt arefcant & comburentur, sed tu cum esses oleaster, insertus es in illis, id est, operatione diuinæ pietatis in loco ipsorum plantatus, [ & factus socius radicis,] id est, patriarcharum in fide & moribus, [ & pinguedinis oliuæ,] id est, spiritualis gratiæ fructiferi populi Hebræorum ante aduentū domini, nūc factus es socius & particeps [noli gloriari aduersus ramos [fractos, id est, noli insultare malis aliorū. Gentes enim iā in Christū credentes, erigebāt se cōtra Iudæos, quia crucifixerant Christum, cum & de ipsis veniret alius paries ad angularē lapidē, & ideo reprimit illas Apostolus: Noli, inquit, gloriari aduersus ramos. [Quod, id est, sed [si gloriaris] aduersus eos, scito quia [non tu radicem,] quæ est in patriarchis & prophetis, portas & sustines, [sed radix te] id est, non tu fundamentū & sustentatio es radicis, sed radix sui. Gens illa nihil à te, sed tu ab illa fidem habes. Non es stabilis, si illos per quos stas, destruis.

Math. 8.

**C** Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos. Quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te.

**D**icis ergo: Fracti sunt rami vt ego inserar. Bene. Propter incredulitatem fracti sunt, tu autem fide stas. Noli altū sapere, sed time. Si enim deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat.

Quoniam dixi aliquos ex ramis fractos, te verò cum esses oleaster, insertum loco ipsorū, [ergo] propter verba mea hæc [dicis] mihi: Fracti sunt rami] ob hoc [vt ego inserar] loco fracturæ, ipsorū. Et ad hoc increpatue tibi respondeo, quia [bene] dicis. Quod est dicere: Nō bene dicis, quia iactāter dicis, & falsum dicis. [Fracti sunt] enim [propter incredulitatē suam,] nō propter insertionē tuā: sed [tu fide stas] in radice, de qua sunt præcisi. Nullis enim tuis meritis fidei insertus es gratis, ne putes quod personam tuā deus acceperit, & illos sine causa proiecerit. Dei est enim beneficium, non meritum tuum. Fide enim stas, id est, non merito tuo, sed gratia dei. Neque enim propter iustitiam tuam vel meritum tuum fracti sunt rami, sed propter infidelitatem suam. Suo vitio fracti sunt, & inde tibi prouenit oportunitas salutis non propter te, sed propter dei misericordiam. Et ideo [noli altū sapere, id est, superbire noli quia insertus es, [sed time] ne frangaris per infidelitatem aut superbiam, sicut illi fracti sunt, quia in Christum credere noluerunt, qui semper in illa radice & in illa arbore prædicatus est. Et ideo fracti sunt inde, qui in eum venientem non crederunt: & tu insertus es ibi, quia in eum credidisti. Noli ergo altum sapere, id est, noli extolli, sed time ne gratiam quā accepisti, perdas. Time non feruili timore, quem charitas expellit: sed timore casto, qui permanet in seculum

al. fide.

B

1. Ioan. 4  
Psal. 18.

F

seculi. Illo enim timetur, ne incidatur in tormentum supplicij: isto autem, ne dimittatur gratia beneficij. Illo mens pœna terretur, non iustitia delectatur: isto anima timet ne amittat gratiam, per quam in ea factum est vt eam non peccare delectet, timens ne deus eam deferat, etiā si nullus dolorum cruciatibus puniat. Hic timor castus est, nec eum eijcit charitas, sed asciscit. Itaque noli altū sapere, sed timore isto time: quia qui altum sapit, & ideo nō timet, vtique perniciose non timet: Timor virtutum custos est: securitas ad lapsum facilis. Time offendere, time eradicari. Nam [si deus naturalibus ramis non pepercit] id est, illis qui secundum patrū suorū instituta fuerunt in hac fidei radice plantati, & de hac patriarcharū stirpe naturaliter originē ducebant, timēdum est [ne fortè] contingat vt [nec tibi parcat.] Putas enim quod tibi aduētio parcat, si eū offenderis, qui nec naturalibus pepercit? si eos ob culpā incredulitatis percussit & fregit, caue ne & te percutiat & conterat.

**Vide ergo bonitatem & seueritatem dei. In eos quidem qui ceciderunt, seueritatem: in te autem bonitatē dei, si permanseris in bonitate. Alioqui & tu excideris. Sed & illi si non permanserint**

F in

**G**in incredulitate, inferentur. Potens est enim deus iterum inferere illos.

Quandoquidem iusto dei iudicio fracti sunt rami, tu vero sola dei gratia ipsorum loco insertus es, [ergo vide] id est, considera & attende ex vna parte [bonitatem diuine pietatis qua donantur peccata cōuersis, & ex alia [seueritatem dei] id est, districtam iustitiā, qua frangitur infidelis superbia naturalium ramorum. Salubriter enim nō solum bonitas, sed etiam seueritas dei videtur, quoniam & amatur vtiliter deus, & timetur. Et Apostolus gentilem populum, vt in fide stabilis firmusq; permaneat, p̄cepto monet & exemplo terret. Vide, inquit, piā bonitatem & rectam seueritatē dei, dum alios misericorditer eligit, alios iuste repellit, & per vtrūq; disce humiliari. In eos quidē ramos qui fracti [cecidissent], vide [seueritatē] iustā percussio- nis, sed in te qui loco illorū misericorditer insertus es, agnosce [bonitatē] gratiā [dei, si tamē

**H** [permāseris in bonitate,] vt bonis operibus humiliter insistas vsq; in finem. [Alioqui,] id est, nisi permāseris & perseueraueris in bona & religiosa conuersatione, [ & tu excideris] ab arbo re gentis sanctorum, in qua es insertus. Notandum quod hi qui ex propria oliua deciderunt, fracti dicuntur: hi vero qui ex oleastro inferuntur, si iterū peccauerint, nō frangēdi, quod vti- que esset leuius, sed excidēdi asseruntur. In quo acrior profectō dei seueritas demonstratur, si cū esset oleaster, ex peccatorū sylua collectus est, & ad radicem fidei atque sanctitatis adductus, postea rursus amarus malitiæ succos proferat. Si, inquit, bonus esse desieris, tu quoq; excidēris à bona radice. Nec solum tu, si ad malitiā redieris, excidiū patieris, [sed] etiam [illi inferentur,] sicut tu iam insertus es, si non permanserint in incredulitate. Quod bene potest fieri. [Potens est enim deus iterum] per fidem reuocare [illos] ad radicem suam & [inferere.]

**I** Nam si tu naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam, quanto magis hi secundum naturam inferentur suæ oliuæ?

Verè potest deus iterum illos inferere, qui potuit te. Nam [si tu excisus es] ferro verbi Dei [ex naturali oleastro] id est, ex agresti gentilitate in qua natus eras, [ & contra naturam insertus es in bonam oliuam] id est, in fructiferā plebem dei, [quanto magis hi secundum naturam] id est, sub lege nati, & per legem docti cultum dei, [inferentur suæ oliuæ] id est, vniuntur suæ plebi? Contra naturam insertus es in oliuam, quia oliua solet in oleastrum inferi, nō oleaster in oliuam. Nam quisquis hoc fecerit, nō inueniet fructum nisi oleastri. Quod enim inferitur, hoc crescit & eius rei fructus. Sed deus omnipotētia sua fecit, vt oleaster in radice oliuæ infereretur, & non syluestres baccas, sed oliuæ fructum daret. Id enim contra naturam dixit, quod est contra consuetudinem naturæ, quam notitia humana comprehendit, vt oleaster insertus in olea, non oleastri baccas, sed oliuæ

pinguedinem ferat. Deus autem creator & cō- K ditor omnium naturarum, nihil contra naturā facit. Id enim non incongrue dicimus deū contra naturam facere, quod facit contra id quod nouimus in natura. Hinc enim etiam appellamus cognitum nobis cursum naturæ, Contra quem deus cum aliquid facit, magnalia vel mirabilia nominantur. Contra illam verò summā naturæ legem à notitia remotam, siue impiorum, siue infirmorum, tam deus nullo modo facit, quān contra seipsum non facit. Populus itaque gentilis excisus est de oleastro, id est, de ritibus steriliū gentium, & insertus est in bonam oliuam, id est, vnitus per fidē patriarchis, vt fructum oliuæ faciat contra naturā, id est, cōtra institutiones patrum suorū, quoniam idolo latrā & huiusmodi opera gentibus ex vsu sunt natura. Nomen autem oliuæ ex libro Ieremiæ sumptum est, vbi Israëlita plebi dictum est: Oliuam huberem, pulchram, fructiferam, speciosam, vocauit dominus nomen tuum.

**Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc, vt non sitis vobisipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo gētium intraret, & sic omnis Israël saluus fieret, sicut scriptum est: Veniet ex Siō qui eripiat & auertat impietatem à Iacob. Et hoc illis à me testamentū, cum abstulero peccata eorum.**

Dixi quia fracti rami inferentur suæ oliuæ. Et verū est, quia interim quidam, & in fine plenitudo eorum inferetur. Quod volo vos scire, vt in spe salutis eorū gaudeatis. Nam [nolo vos ò fratres ignorare hoc mysterium,] id est, secretum diuini iudicij sacramentum, [vt non sitis vobisipsis sapientes,] id est, ne putetis vestro iudicio & ingenio id posse discutere, vel ne superbiatis de vestra electione & illorū abiectione. Qui enim secundum deum sapit, in beneficiis dei non insultat abiectis, sed cū timore gratias agit misericordiæ largientis. Nō vobis, sed deo sitis sapientes, vt nō vobis, sed deo militet vestra sapientia. Hoc mysteriū diuini consilij nolo vt ignoretis, [quia cæcitas contigit in Israël] non ex toto, sed [ex parte,] id est, Israëlita cæcati sunt, non omnes, sed quidā: hoc est, legis defensores, legis tractatores, legis doctores, legis intellectores autorē legis ignorauerūt & crucifixerūt. Ipsa est cæcitas quæ ex parte cōtigit in Israël, vt crucifigeretur Christus. Ignorauerunt eum Iudæi, & crucifixerunt. Ita cōtigit in eis cæcitas, mansura in ipsis [donec plenitudo gētium intraret] ad fidem, [ & sic,] id est, postquam plenaria gentium multitudo cōuersa esset, [omnis Israël] æmulando gētes [saluus fieret,] credens in Christum prædicante Elia. Terminus enim cæcitatē Israël erit, vbi plenaria multitudo ex omnibus gētibus ingressa fuerit: quia tunc Iudæi qui inuenti fuerint, credēt, & lumen oculorum mentis recipient ad prædicationē Eliæ & Enoch. Saluus fiet Israël accepta Christi gratia, [sicut scriptum est] in Isaia: [Ve-

**A** [Veniet ex Sion,] id est, nascetur Christus ex populo Iudeorum, speculante à longe futuram salutem & humani generis redemptionē. Sion nanque speculatio dicitur. Veniet inquam ille, [qui] cum quadam vi [eripiat impietatem à Iacob] id est, infidelitatem ab eis, de quorum stirpe nascetur. Quod fit interim, quia vix aliquis cōuertitur ex illis: & in fine [auertat,] quia tunc facile. Cultus Iudeorum à passione domini est impietas. Et hęc impietatem ab illis, qui de Iacob crediderunt, eripuit Christus quadam difficultate, videlicet multis prædicationibus & signis, & multis nouæ gratiæ præconibus. Hoc Christus in eis, qui tempore suo vel apostolorum ac deinceps crediderunt, fecit. & adhuc quotidie in his, qui ex eodem populo fidem suscipiunt & cum magno labore conuertuntur, facit. Et plenius auertat ab eis impietatem, qui per Eliam & Enoch auertuntur ab infidelitate & idololatria, ne Antichristum vt deum recipiant, sicut gentes. [Et hoc testamentum] id est, firma & stabilis promissio, ait dominus, cōplebitur [illis à me,] scilicet, vt impietas ab eis auertatur per Christum, [cum abstulero peccata eorum] in baptismo. Hoc est, tunc per Christi mei gratiā auertetur ab eis iniquitas, cū per eiusdē Christi sanguinē deleuero peccata eorū. Hęc sentētia sic legitur in Isaia: Et venerit Siō redēptor, & eis qui redeūt ab iniquitate in Iacob, dicit dominus, hoc est fœdus meū cū eis, dicit dominus. Nā quod in translatione nostra dicitur. Venerit Sion redēptor, Apostolus ait, Veniet ex Sion qui eripiat. Et quod additur, Et eis qui redeūt ab iniquitate Iacob, ipse posuit, Et auertat impietatem à Iacob. Et quod sequitur, Hoc est fœdus meū cum eis, ipse interpretatus est, Hoc illis à me testamentū, & autoritate apostolica addidit, cum abstulero peccata eorum.

**Secundum euangelium quidem inimici propter vos, secundum electionem autem charissimi propter patres. Sine penitentia enim sunt dona & vocatio dei.**

In fine conuertentur, sed modo sunt inimici. Superius enim cū diceretur, quia cæcitas ex parte cōtigit in Israël, patuit quia pars illius populi excæcata est, & pars fidei lumine illustrata. Quod ideo accidit, quia alij ex ipsis facti sunt inimici Christo, & alij charissimi. [Secundum euangelii quidē] sunt [inimici,] id est, secundū quod euāgelij noua prædicatione euacuare videtur circuncisionē & sabbatum & carnales legis ceremonias. Et sunt inimici [propter vos,] qui ad fidem suscepti estis: quia inde grauiter sunt irati, quod vos ad dei cultum estis adducti. Vel propter vos, id est, vt vobis locus intrādi fieret, permisi sunt ad inimicitias erūpere. Secundū euangelii quidē inimici sunt propter vos, quia eorū inimicitia qua occiderunt Christum, euāgelium (sicut videmus) sine dubitatione profecit. Et hoc ex dei dispensatione venit, qui bene vti nouit etiam malis, nō vt ei profint vasa iræ, sed vt ipso illis bene vtente profint vasa misericordiæ. Est ergo in malorum potestate peccare. Vt autem peccādō hoc vel hoc ex eorū ma-

litia sequatur bonum, nō est in eorum potestate, sed diuidentis tenebras & ordinantis eas, vt hinc etiam quod faciunt cōtra voluntatem dei, non impleatur nisi voluntate dei. Tāta quippe ab inimicis Iudæis aduersus Iesum manus dei & consilium prædestinauit fieri, quāta necessaria fuerant euāgelio propter vos. Ita secundum euangelium sunt inimici propter vos, sed [secundum electionem] alij ex ipsis sunt [charissimi,] nō propter merita sua, quia gratis sunt electi, sed [propter patres] quibus ista sunt promissa. Secundum electionem, que facta est de ipsis secundum gratiam, non secundum debitū, id est, secundum hoc quod deus elegit illos ab æterno, sunt charissimi propter patres, id est, propter complendas promissiones patrum, scilicet vt deus cōpleret in filiis, quod patribus eorū promiserat. Iure dico, secundum electionem, nō secundum opus eorū, quia dona dei spiritalia, quæ suis fidelibus tribuit, & vocatio qua vocat eos ad fidem, sunt sine penitentia eorum, quoniam misericordia dei præuenit omnē bonā voluntatem eorum vel actionē. Nec requirit diuina gratia in baptismo gemitum vel planctum vel aliquod opus eorum, nisi solam fidē, sed omnia gratis condonat. Hoc ideo dicit, ne putēt illos non posse accipere misericordiam, quia eos dolere non vident. Vel ita potius: Secundum electionem sunt electi propter patres, quoniam dona virtutū quæ deus præbet electis, & vocatio qua vocauit eos ab æterno, sunt sine penitentia eius, id est, sine mutatione stabiliter fixa sunt, sine mutatione consilij eius permanent. Nam quia omnes penitētes mutare solent illud, vnde penitentia agunt, penitentia pro mutatione, vt causa pro effectu poni consuevit. Vnde scriptura testatur dominū penituisse quod cōstituisse Saul regē, & dixisse de his, quos in diuino erat deletur: Penitet me fecisse eos. [Sine penitentia] ergo [sunt dona,] id est, promissa dei gratuito facta, [ & vocatio] ab æterno: quia nō mutabit deus vocationis vel largitionis suæ sententiam, sed quos ante mundi constitutionē in prædestinatione sua elegit, hos fructum boni operis afferre faciet in tempore suo, & fructus eorum manebit: nec eum nisi manentē vitæ huius inueniet finis, quia perseuerantiā habebunt in benefactis. Non enim vocatione illa vocati sunt, de qua dictū est, Multi vocati, pauci electi: sed illa, qua soli vocantur electi, qui intus audiunt à patre & discunt, & veniunt ad filiū. Istorū nemo perit, quia omne quod dedit ei pater, non perdit ex eo quicquam. Quisquis ergo inde est, omnino non perit, nec erat inde qui perit. Propter quod dictum est. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. nam si fuissent ex nobis, permansissent vti que nobiscum.

**Sicut enim aliquando & vos non creditis deo, nunc autem misericordiā consequuti estis propter illorum incredulitatem, ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequantur. Concluserunt enim**

F ij enim

1. Reg. 15  
Gene. 6.

Ephes. 1.  
Psal. 1.

Matt. 20.  
Ioan. 18.

1. Ioan. 2.

*Genim deus omnia in incredulitate, vt omnium misereatur.*

Verè cum plenitudo gentium ingressa fuerit, tunc omnis Israël saluus erit, quanuis modo sint inimici. Nā [sicut,] id est qua ratione [vos] scilicet ne causam superbiam haberetis, [aliquādo,] id est, longo tempore plus quā istis, [non credidistis,] deo, quod ad hoc valuit, vt modo humiles credatis, sed [nunc] id est, nuper siue tempore gratiæ [consequuti estis misericordiam propter incredulitatem eorum] quæ aliqua causa est vestræ misericordiam, [ita] id est, eadē ratione [et istis,] ne postea cum fuerint conuersi, habeant materiam in lege gloriandi, [nunc] in tempore gratiæ [non crediderunt] veniētes [in vestram misericordiam, vt et ipsi] in fine humiliati [misericordiam consequatur.] Hoc est, sicut vos gentes quondam non credidistis deo, nec tamen idcirco penitus reliquit vos deus, præsertim cū in vocatione tēporis Israël nunquā exclusi sitis, sed semper vobis in profelytisanua patuerit reuertendi, & aliquando plenam misericordiam ad vltimum consequuti estis, occasio tamen conferendæ in vos misericordiam & populi incredulitas extitit, ita etiam hi qui nunc de populo Israël non crediderunt, & pro incredulitate sua derelicti sunt, vt ad nos dei misericordia flecteretur, non vsquequaq; derelinquētur in incredulitate sua: sed postquā plenitudinis gentiū fuerit impleta dispensatio, etiam ipsi misericordiam consequentur: & quotidie patet eis ostium misericordiam, si conuerti voluerunt. Cū enim misericors deus gētes traxit, iratus Iudæam repulit. Actumque est vt sicut dudum ad percipiendam fidem gentilitas fuerat obdurata, ita postmodum ad fidem gentilitate suscepta, Iudæa perfidiæ torpore duret. Hæc itaq; sententia Apostoli primū quidē de vocatione Iudæorum & repulsione gentiū subtiliter est prolata. Ideo ita de vtrisque actum est, quia [deus conclusit] id est, concludi permisit [omnia] id est, Iudæos & gētes [in incredulitate,] vt incredulitas concluderet, eos ac detineret, quoniā aliter ex supbia ruerēt, [vt omniū] id est, Iudæorū & gentiū [misereatur,] nō quod nullum dānaturus sit, quod quidā falso opinati sunt. Omnium itaq; miseretur vasorum misericordiam. Quid est omnium? Et eorum scilicet quos ex gētib; & eorū quos ex Iudæis prædestinavit, vocavit, iustificavit, glorificavit. Deficiente enim ab vtrisque fide, nisi iudiciū suum potestas diuina differret, vniuersitas hominum sententiam damnationis exciperet. Sed in misericordiam ira translata est tunc præcipue, quādo nemo poterat de suis meritis gloriari. Considerans igitur Apostolus tantas diuitias bonitatis dei, & tam magnū opus sapientiæ eius erga rationales creaturas, qui tantum diues est in misericordia, & cuius tanta est bonitas & patientiæ longanimitas, dum immensitatem earum cordis oculis intuetur, repente stupore simul & pauore percussus exclamat, subiungens:

*O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei. Quam incomprehensibilia sunt*

*iudicia eius & inuestigabiles viæ eius?*

*Quis enim cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniā ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Ipsi gloria in secula seculorum, amen.*

Nam quia superius multa posuerat, vnde quæstiones istæ possent fieri, quare Iacob elegit, Esau verò reprobauit, & cur alios indurat aliis que miseretur, & quare prius Iudæos quā gentes elegit, & post saluatoris aduentū quare Iudæos populum suū reprobauit & gentes assumpsit, rursusq; circa finē seculi cur omnē Israël saluabit, & multitudinē gentium perire sustinebit, ne quis inde quæreret solutionē, vnde nunquam perueniretur ad finē, prorumpit in admirationem, in qua illa non esse humanis sensibus intelligibilia ostendit. Ne quis enim quæreret, quare sic saluantur, cū multi alij modi saluationū sint, hoc nō posse sciri per admirationē inquit Apostolus: O, inquit, altitudo & c. ac sic dicit: Hic standum est, hic humana ratio deficit: nec secreta diuinæ sapientiæ penetrat, vt intelligere possit cur ita diuinitus agatur de singulis, vt isti eligantur & illi reprobentur, & nunc Iudæi, nunc gentiles ad fidem ingrediantur. Nā ō quanta est altitudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ dei, qui secreto cōsilio suo sic disponit omnia, vt seruata vnicuiq; arbitrij libertate, & mala aliorum vertat aliis in bonum, per incredulitatem aliorum, operetur aliorum salutem. Tanta est hæc altitudo, vt exuperet omnem sensum quia educit super omnia in obscuritatem omnem intellectum & omnem rationem. Et hæc altitudo est diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, magnas enim habet diuitias sapientiæ & scientiæ eius, quæ nouit omnia & sapienter disponit omnia. Sapientia de diuinis & spiritualibus dicitur, scientia de humanis atque corporalibus. Est enim sapientia in deo & de ipso de angelis, atq; de omnibus supercelestibus creaturis, quoniam has præter ipsum deum nemo perfecte cognoscit. Neq; enim vel ipsi angeli seipos perfecte cognoscūt, inquantū deus illos perfecte intelligit vsq; ad plenū. Scientia quoq; de omnibus humanis & mūdānis rebus est in eo perfecta. Per hæc sapientiā & scientiā gubernat & disponit ipse sapiēter omnia cælestia & terrena, licet nos absconditas causas operū eius ignorem. Iuxta beatū Gregoriū, publica sapientiæ supnæ sunt opera, cū omnipotens deus regit quos creat, perficit bona quæ inchoat, & aspirando adiuuat quos visitationis suæ lumine illustrat. Cunctis etenim liquet, quia ipse perficit quod ipse ex munere suæ benignitatis inchoauit. Secreta verò sapientiæ superne sunt opera, cū deus quos creauit, deserit: cū bona quæ præueniēdo cœperat, nequaquā profecūdo cōsummat: cū claritate nos suæ illustrationis illuminat, & tamen permisis carnīs tentationibus, tenebris cæcitatē pulsat: cū dona quæ contulit, minimè custodit: cum & mentis nostræ ad se desideria excitat, & tamen occulto iudicio difficultatem nostræ

A nostræ imbecillitatis angustat. Quæ nimirum secreta eius sapientiæ pauci valent inquirere, sed nullus inuenire. Quia quod super nos de nobis ab immortalī sapientia non iniuste disponitur, iustum profecto est vt à nobis adhuc mortalibus ignoretur. Sed hæc ipsa sapientiæ illius secreta conspiciere vtcunq; iam incomprehensibilitatis eius est potentiam videre: quia dum in ipsa consiliorum eius inquisitione deficiamus deficiendo verius discimus quæ timeamus. Ad hæc igitur sapientiæ illius secreta se extendens Apostolus, ait: [O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei.] Mira est enim celsitudo tantarum diuitiarum diuinæ sapientiæ & scientiæ, quam nihil latere potest vel effugere: sed ipsa vno intuitu cōspicit omnia, & virtute suæ omnipotentiam continet vniuersa. [O quā incomprehensibilia sunt iudicia eius] id est, dispositiones de omnibus rebus, [et inuestigabiles viæ eius,] per quas ambulat in cunctis operibus suis, quoniā iudicia eius, quibus vnamquamque animā atq; omnem naturā rationālē dispensat, penetrare nemo sufficit: nec vias eius quibus prouidēter incedit, inuestigare quispiam valet, id est, nec homo, nec angelus. Valde ergo paruum sensum habemus ad discutiendā iustitiam iudiciorū eius, ad discutiendā gratiā gratuitam nullis præcedētibus meritis, nō iniquā, quæ nō tā mouet, cū præstatur indignis, quā cū æque indignis aliis denegatur. Viæ autē eius inuestigabiles illæ sunt, de quibus in Psalmo canitur: Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. Misericordia igitur & veritas eius inuestigabiles sunt: quia cuius vult miseretur, nō iustitiæ, sed misericordiam gratia: & quem vult obdurat, non iniquitate, sed veritate vindictæ. Per has enim vias venit ad omnes: & inuestigari nō potest, cur ad hunc veniat per viā misericordiam, ad illū verò per viā veritatis vel iustitiæ. Nulla enim creatura perscrutari valet, cur ipse miseretur huic potius quā illi. Verè sapientiā & scientiā eius est mirabilis, & iudicia eius incōprehensibilia. Nā [quis cognouit sensum domini] in sapientiā & scientiā? Id est, quis perfecte nouit secreta sensus illius? quis arcanorum mentis eius fuit cōscius? Nullus. [aut quis consiliarius eius fuit] in dispositione rerū, cuius cōsilio aliquid ageret, vel qui eius consilium sciret? Nullus. Hic versus ex libro Isaiæ sumptus est, cuius auctoritate probat Apostolus nō debere talia inuestigari ab hominibus, quæ etiā propheta se ignorare demōstrat. Si quis nouit consiliū alterius, vel per hoc nouit quod ipse cōsultus, id est, interrogat sibi dedit, vel quia quod ille inuenit, sibi reuelauit. Quare nulli datur scire occultū dei consiliū, cū ipse nec aliquē consuluerit, nec inuentū alicui reuelauerit. Nā sicut sensus eius nō potest cognosci, ita consiliū eius nō potest sciri. Quis fuit consiliarius eius? [aut quis prior dedit illi] quicquā, & per hoc [retribuetur ei] ab ipso? Nullus, quia ipse præuenit omnes. Hoc probat inuestigabiles esse vias eius, quia cū sit initium omniū bonorum, inuestigari nō potest, cur ipse aliis gratiā suam gratuito munere tribuat, & aliis nō tribuat, sicut cernimus factū in Iacob & Esau. Quis prior dedit illi, & retri-

buetur ei? Id est, quis prior fecit aliquid boni sine deo, cuius bonitatis est etiā quod sumus & viuimus? Nullus enim deū meritis antecessit, vt tenere eū quasi debitorem possit: sed ipse potius omnes (vt dictū est) sua gratia præuenit, vt subsequi possint eorū bona opera. [Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia.] Et ipsū igitur initium fidei nostræ ex ipso est. neq; enim hoc excepto ex ipso sunt cætera. Ex ipso sunt omnia, id est, bona voluntas & bona actio & omnes naturæ. Neq; enim ex ipso sunt peccata, quæ naturaliter substantia non sunt, sed bene conditā substantiā vitiant. Ex ipso autē, non hoc significat quod, de ipso. Quod enim de ipso est, potest dici ex ipso: nō autem omne quod ex ipso, recte dicitur de ipso. Ex ipso enim cælum & terra, quia ipse fecit ea: nō autē de ipso, quia nō de substantia sua. Sicut aliquis homo si generet filiū & faciat domū, ex ipso filius & ex ipso domus: sed filius de ipso, domus de terra & ligno. Sed hoc ideo, quia homo est qui nō potest aliquid etiā de nihilo facere. Deus autē ex quo omnia, & per quæ omnia, & in quo omnia, nō opus habet aliqua materia, quā ipse nō fecerat, adiuuari potētiam suā, & ideo cuncta fecit de nihilo. Ex ipso, potest intelligi ex patre omnia: & per ipsum, per filium omnia: & in ipso, in spiritu sancto omnia. Per has præpositiones, Ex, Per, In, ostenditur diuersitas personarum. Per idē pronomen quod est, ipse, designatur idēitas substantiæ, dum dicitur, ex ipso & per ipsum & in ipso. Nec solum eadem substantia patris & filij & spiritus sancti, sed & æqualitas per hoc demonstratur, & tota trinitas omnia creasse & continere declaratur. Et ideo [ipsi gloria in secula seculorum, amen.] Dicendo ter, ipsum, distinxit (vt diximus) personas: & subiungendo, ipsi gloria, non diuisit substantiam. Possumus & absque personarum distinctione hæc de eodem, qui est trinitas, intelligere. Sic enim exponit Ambrosius: Quid est ex ipso? Quod ipsius voluntate natura omniū sit, & ipse sit autor omniū quæ esse cœperunt. Per ipsum, quid est? Quia per ipsum institutio & perseverantia omnibus impertita videtur. In ipso, quid est? Quia omnia admirabili quodā desiderio & inenarrabili amore autorem vitæ & ministratorem gratiæ suæ ac muneris intuentur, secundum quod scriptum est: Oculi omnium in te sperant, & aperies manum tuā, & implebis omnem animā bona voluntate. Et quoniā ita sunt ex ipso, & per ipsum & in ipso omnia, idcirco ipsi gloria in secula. Illi autem nolunt vt sit ipsi gloria in iustificandis impiis gratuita gratia, qui eius ignorantes iustitiam, volunt suam cōstituere, vt sui meriti præcedat aliquid, quasi priores volētes dare vt retribuat eis ab illo, & sua putātes præire merita ad illum ex quo omnia.

CAPVT XII.

*Osecro itaque vos fratres per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuētem,*



**G** sanctam deo placentem, rationale obsequium vestrum.

Ab hoc loco incipit moralis admonitio post tractatum legis & fidei, ac naturam Iudaici populi & gentilis. Cum enim per omnem textum huius epistolę in superioribus docuisset Apostolus, quomodo à Iudæis ad gentes, à circumcissione ad fidē, à litera ad spiritū, ab umbra ad veritatē, ab obseruantia carnali ad spiritalem, religionis summa translata sit, & hæc ita futura prophetica ostendisset vocibus designata, iam nūc spiritales obseruantę huius, ad quā cultus dei ritū docuit esse translātū, aggreditur mores & statuta sancire, & ad bonā vitā vtrūq; simul populū monere. Hucusq; enim ostēsum est, ne alter aduersus alterū superbiret: nunc vt alter de alterius vtilitate laboraret. quasi dicat: Hactenus vitia extirpauī, nūc itaq; virtutes plāta re disposui. Et ideo obsecro vos ó fratres &c. Vel ita continuatur ad proximū: Quandoquidem

**H** dem ex deo sunt omnia, & ex gratia eius habemus quicquid boni habemus, [itaque obsecro vos fratres, id est, quod rogo, fraternitas exigit, Non per potentia impero, nihil enim proficit legis imperium: sed quasi qui officium susceperim recōciliādi vos deo, obsecro [p misericordiā dei,] id est, per misericordiā vobis à deo factam. Quia enim oēs sub peccato cōclusi sunt, nō iam meritis hominū, sed misericordia dei salus humana consistit. Ad quā misericordiā pertinet & sacrificiū, quo se quisq; deo maculat extinguendo vitia: quia & in seipsum facit misericordiā sicut scriptū est: Miserere animę tuę placēs deo. Et ideo per misericordiā rogat Apostolus exhiberi corpora hostiam. Obsecro, inquit, [vt exhibeatis,] id est, offeratis [corpora vestra hostiam viuētem.] Hostia quippē & immolatur & viuā est, quando & ab hac vita homo nō deficit, & tamē se à carnalibus desideriis occidit. Hostia enim occiditur vt offeratur. Sed hostia viuens est, corpus pro domino afflictum. Quod & hostia dicitur, & viuēs, quia viuūt in virtutibus, & est à vitis occisum. Hostia videlicet, quia iam huic mundo est à prauis actibus mortuū: viuens autem, quia cuncta quę pręualet, bona operatur. In lege corpora brutorū animalium hostia mortua, sed in euangelio corpora hominum offeruntur hostia viuā. Tunc hostia occidebatur, vt homines causā peccati subiecti, morti ostenderētur: nunc quia à peccato sunt liberi, viuā offertur in signum vitę æternę. Qui enim membra sua mortificant ab incentiuo libidinis, & actus corporis sui deo placitos habent: hostiā viuētē offerunt, & legē sacrificiorum, quę in Leuitico lata est, spiritualiter complent. Sic exhibete corpora vestra, hostiam viuētē, [sanctam,] id est, à peccati cōtagio mūdā, & [deo placentē,] id est, virtutum meritis acceptabilem. Et [obsequiū vestrum] in dei cultum exhibete [rationabile, vt rationabiliter omnia faciatis, nec sit quicquā in actionibus obsequij quod deo impendatis, vnde rationē reddere non possitis. Vel rationabiliter, id est cum discretione facite omnia, ne quid nimis aut imprudēter agatis, sed cūcta moderate & sapiēter.

**Et nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quę sit voluntas dei bona & bene placens, & perfecta.**

Ita vos ipsos sacrificiū facite. [Et nolite cōformari huic seculo,] id est, nolite formā huius seculi vobis imprimere, vt similis efficiamini huic seculo nequā, [sed reformamini, id est, rursus reformamini ad imaginem dei, quę in vobis per peccatum deformata est, vt incipiat illa imago ab illo reformari, à quo formata est. Non enim reformare seipsum potest, sicut potuit deformare. Ab ea deformitate, qua per cupiditates seculares conformamini huic seculo, reformamini nunc in nouitate sensus vestri, vt sensus mentis vestrę semp igne charitatis vt aurū innoetetur. Sicut generalis prohibitio est in lege, Nō cōcupisces: & generalis iusio est, Diliges: ita nunc apud Apostolū prohibitio est, Nolite cōformari huic seculo: iusio autem, sed reformamini in nouitate sensus vestri. Illud pertinet ad nō concupiscere, hoc ad diligere: illud ad continētiā, hoc ad iustitiam: illud ad declinādū à malo, hoc ad faciendum bonū. Nō concupiscendo enim, vetustate expoliamur: & diligendo, nouitate induimur. Reformatur autē sensus noster per exercitia sapiētia & emundationē verbi dei, ac legis eius intelligentiā spiritalē. Et quāto quis quotidie ex scripturarū proficit lectione, tanto altius intellectus eius accēdit, tantōq; semper & quotidie magis nouus efficitur, & secundū hęc pulchritudinē reformatur ad imaginē dei. Iustitia enim cum in nobis est, vel quęlibet virtus qua recte sapienterq; viuatur, interioris hominis pulchritudo est. Et anima quę se refert ad deū, vt igne amoris eius accensa, formā concupiscentiæ secularis amittat, ei tanquā incōmutabili formę subdita reformatur, hinc ei placēs, quod ex eius pulchritudinē acceperit. Reformamini, inquit, [in nouitate sensus vestri, vt probetis quę sit voluntas dei.] Nisi enim à domino renouatus sit sensus noster & dei sapiētia illuminatus, probare non potest quę sit voluntas dei. In multis enim putatur esse volūtas dei & nō est: vbi errāt & falluntur, qui sensum non habent diuinitus reformatum. Probetis quę sit voluntas dei [bona] in his quę bona inchoant, [ & bene placēs ] in his qui perseverāt, [ & perfecta ] in his qui consummant. Vel bona, quantum ad coniugatos: bene placens, quantum ad continentes: perfecta, quantum ad virgines.

**Dico enim per gratiam quę data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere quā oportet sapere, sed sapere ad sobrietatē, & unicuique sicut deus diuisit mensurā fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habēt, ita multi vnū corpus sumus in Christo singuli autē alter alterius membra.**

**A** Voluntatem Dei quę in præceptis eius est, probetis, vt secundū eam rectē viuatis. nam dico vobis, id est, præcipio ne inscrutabilia eius arcana discutere præsumatis. [Dico enim per gratiam quę data est mihi] id est, per apostolatū gratis mihi datū, [omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere] id est, non plus inuestigare de mysteriis [quām oportet sapere.] Datur intelligi, fuisse quosdam inter eos, qui se intromittebant de illis quæstionibus quas superius denotauit, & conabantur rimari illa sacra Dei. Quos nūc apostolica autoritate corrigit, dicēs eis, nō plus sapere, id est, nō plus inquirere de cultis Dei, quā oportet, id est, quā ad fidem & religiosos mores pertinet: [sed sapere ad sobrietatem,] vt mēs eorum non inebrietur, vt sensum perdat nimietate sapiētia, dum in his quę supra vires humanę rationis sunt, se immerferit, sed moderato intelligentiæ poculo sobria sit. Obediendum valde est huic præcepto. Si enim pro viribus suis alatur infans, fiet vt crescendo plus capiat. Si autē vires capacitatis suę excedat, deficiet antequam crescat. Et ideo non est supra modū exquirēda sapiētia, sed in huiusmodi inquisitionibus seruanda est tēperantia. Vel quod ait, non plus sapere quā oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, hoc est quod supra dixerat, Noli altū sapere, sed time. Videt enim adhuc superbiētēs ramos oleastri insultare ramis, qui de bona oliua fracti sunt: & ideo præcipit eis nō plus sapere quā oportet. i. nō plus de se sentire quā expedit, non plus de se gloriari propter casum aliorum. Superbia enim semper sibi videtur esse sapiens, & ideo plus quā oportet sapere, hoc est, superbire. Dico, inquit, omnibus qui sunt inter vos, non supra modum sapere, sed ad sobrietatem, [ & unicuique ] dico sapere, [sicut diuisit deus] singulis [mensurā fidei:] quia deus unicuique mensuram dedit fidei, vt ab alio minus, ab alio amplius haberetur, & unicuique p modo suę perfectionis propria mensura cōpleretur. Vel sapiat vnusquisque sicut ei deus diuisit mensuram fidei, id est, intelligat vnusquisque quę in eo sit mensura gratiæ dei, quam cōsequi meruit per fidem. Interdum enim accipit quis à deo, vt sapiat in officio visitandi infirmos, aut erga misericordias pauperum, aut erga viduarū aut pupillarū defensionem, aut erga hospitalitatis sollicitudinē. Hęc ergo singula diuisit unicuique deus secundum mensuram fidei. Sed nisi is, qui accepit gratiam vt de vno aliquo horum saperet, intellexerit mensuram gratiæ sibi datę, sed voluerit præsumere de sapiētia dei, de verbo doctrinę, de profundioris scientiæ ratione, in qua gratiam non accepit, & non tam discere quā docere quę nescit, iste cū minus sapiat, plus vult sapere quām oportet. Nō enim sapit ad sobrietatem, vt custodiat quomodo Deus diuisit unicuique mensuram fidei. Verūm vt euidentius adhuc de his Apostolus adsignet, introduxit exemplum & dicit [Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autē membra non eundem actum habent, ita multi vnū corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.] Ordinatisimē enim tali exemplo componit omne corpus ecclesię. Sicut, in-

quit, mēbra corporis singula quę que proprios habent actus, & officiis suis vnūquodque membrum deseruit, nec tamen possibile est vt non cōsensu mutuo sibi inuicē cedāt, sic in ecclesia quę est corpus Christi, diuersos singuli habemus actus. Verbi gratia: Alius studet sapiētia & verbo doctrinę, & est oculus in hoc corpore. Alius est deditus ministerio fratrum & curę indigentium & est manus huius corporis: alius est studiosus auditor verbi dei, & est auris huius corporis: alius ad visendos decumbētēs & requirēdos tribulatos & eruendos in necessitatibus positos est impiger, & est corporis ecclesię pes. Et ita inuenitur vnusquisque, erga vnū aliquod officiū specialius operā dare. Nec tamen vnū debet sufficere, sed secundū formā propositi exempli. sicut verbi gratia, oculus speciale officium habet vt videat, vnum tamē est ex omnibus & in omnibus membris, & cū singulis agit omnia, & cum ipso singula quęque agunt omnia: ita & qui per gratiam fidei vnū aliquod donum speciale meruerit, illud quidem principaliter administrat, in omnibus verō actibus aliorum habetur & particeps. Et hoc est quod dicit: Verē diuisa est unicuique mensura fidei, & diuersa sunt dona fidei, nam ita est etiam in ceteris donis gratiæ. Sicut enim in vno, &c. Vel ideo mēsurate diuisit deus donū fidei, quia multi vnū corpus sumus: & ideo omnia necessaria sunt danda, sed nō vni mēbro, vt nec ecclesia indigeat. & sit subseruēdi materia, vt sit tua dilectio, dum alter opus habet altero. Sicut enim corpus nostrum est vnum, & in ipso multa habemus membra, ita vnū est corpus Christi quod est ecclesia, & in ipso sunt multi fideles quasi varia mēbra, quia multi vnū corpus sumus in Christo. Nullus reiicitur maior vel minor. Et sicut in corpore humano non omnia mēbra habēt eundem actū, sed diuersā diuersos, & nō omnia habēt omnes actus in se, sed per alia suppletur: eodē modo in ecclesia singuli quisque nō solum sumus mēbra alter alterius, vt inuicē seruamus. Sicut enim manus seruit oculo, oculo pedi, sic in ecclesia omnium seruitus debet esse cōmunis. Nos multi per diuersa dona vel opera sumus vnū corpus per vnitatem charitatis & cōcordiæ in Christo, sed singuli sumus membra alter alterius, id est, aliis seruientes & aliis indigentes, vt hoc modo charitatis inter vos vinculo coniungeremur, quoniam singuli singulis indigemus, & quod huic in serpio deest, suppletur per alium.

**Habentes autem donationes, secundum gratiam quę data est nobis differentes.**

Singuli sumus membra, alter alterius, nō vno quidem modo, sed [habentēs] diuersas [donationes] spiritualium munerū [differentes] ab inuicem [secundum gratiam, quę data est nobis] à deo: qua secundum quod unicuique deus dedit gratis, habet iste hoc donum, & ille aliud.

**Sive prophetiam secundum rationem fidei: sive ministeriū, in ministrando: sive qui docet, in doctrina.**

**G** Nunc differentiam donationum incipit exponere, ac velut diuersorum membrorum act<sup>o</sup> enumerare. Et quasi oculis visum, ita menti que interior est oculus, prophetiæ adsignat mysterium. Et alij tãquam manui ministerium ascribit, & alij tanquã linguæ doctrinam tribuit. Simili modo & cætera diuidit. Singuli sumus inuicem membra, ad hoc habentes dona differentia, [siue] habentes [prophetiam] id est, futurorum vel quorumlibet occultorum manifestationem, mēbra sumus aliorum, vt illis prophetemus, vt quemadmodum oculus aliis mēbris, ita & nos aliis fidelibus per prophetiã seruiamus præuidendo illis futura, quatenus ad euitanda imminētia mala reddamus illos cautiore. Nos dico, habentes hanc prophetandi gratiam [secundum rationem fidei] vt nihil extra fidei regulam loquamur aut sapiamus. Vel secundum rationem fidei, quia prout fides credētium siue auditorum exigit capacitas seu salus, datur gratia prophetiæ. A prophetia incipit enumerare spiritalis donationes, quia credentes accepto spiritu sancto, mox propheta-bant. [Siue] habentes [ministerium] sicut diacones, vt ministremus sacris altaribus, [in ministrando] sumus membra aliorum pro quorum vtilitate ministramus. Vel ministerium, vt terrena alimēta sanctis ministrē, in ministrando sumus eorum membra. [Siue] ille [qui docet] ingnorantes, [in doctrina,] id est, in exhibitione doctrinæ fit membrum eorum.

**H** *Qui exhortatur, in exhortando: qui tribuit, in simplicitate: qui præst, in sollicitudine: qui miseretur, in hilaritate. Dilectio sine simulatione.*

[Quia exhortatur] alios vt faciãt bonũ quod ipsi nõ faciunt, sed sciunt & negligunt, [in exhortando] fit membrum eorum. [Qui tribuit] de suo aliis, [in simplicitate] fit mēbrum eorũ, id est, si nihil repetat ab illis quibus dedit, sed tantũ a deo qui remunerator est omnium bonorum. Vel qui tribuit indigētibus, in simplicitate cordis hoc faciat, hoc est, ne videatur manibus bene facere indigentibus, & corde laudē querat ab hominibus. Simplicitas excludit hypocrisim. Qui eleemosynam tribuit, faciat hoc in simplicitate supernæ intentionis, non in duplicitate præsentis & futuræ gloriæ. [Qui præst] fratribus vel ecclesiæ, [in sollicitudine] præst, vt sollicitus vigilet super custodiam gregis sibi commissi: non in sollicitudine humanarum causarum, aut secularium rerum, hæc enim sollicitudo abiicienda est ab his qui ecclesiæ præfunt, sed in huiusmodi sollicitudine, qualem habebat Apostolus, gerēs sollicitudinē omniũ ecclesiarũ. Qui ergo præst ecclesiæ, talē habere sollicitudinem debet, & illam aliã secularē habere omnino non debet. [Qui miseretur, in hilaritate] hoc faciat: hoc est, qui misero pie compatitur, impendens illi beneficium misericordiæ, in hilaritate mentis hoc agat, quia hilarem datorem diligit deus. Qui enim res suas prærogat, si infidelis sit & recepturũ se de speret, contristatur tanquam qui eas perdidit. Qui verò

cum fide & spe hoc agit, in hilaritate & lætitia hoc agit, cert<sup>o</sup> q̄ pro paruis magna recipiet, & insuper æternam cōsequetur vitã. Opera enim misericordiæ non ob aliud fiunt, nisi vt à miseria liberemur, iuxta illud: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. **Quod contra Iacobus ait:** Iudicium sine misericordia illi qui non facit misericordiam. Nam quia in multis offendimus omnes, suggeritur opus misericordiæ tanquam quotidiana medicina quotidianis, etsi leuioribus, tamen vulneribus. Misericordia verò multiplex est, scilicet peccati ignoscere, oppresso subuenire, esuriētem pascere, nudũ vestire, & similia facere. Et ideo qui miseretur, in hilaritate hoc faciat, vt ex hilaritate vultus & animi gratum magis fiat beneficium eius tam Deo, quã hominibus. Iam dixerat, **Qui tribuit in simplicitate:** & nunc dicit, **Qui miseretur, in hilaritate.** Et vtriusque sententię forsitan videtur vnum opus esse, non tamen & operis ipsius vnus affectus. Aliud est enim dare indigenti, aliud affectum misericordiæ cum indigente partiri. Et aliud est simplicitas, aliud hilaritas: quoniam simplicitas duplicem excludit intentionē, hilaritas ostendit fretum animum spe cælestium præmiorum. [Dilectio] quoq; [sine simulatione] sit in vobis. Omnis dilectio quæ non est secundum deum, simulata est & nõ vera: quia creator animę Deus idcirco ei cum cæteris virtutibus etiam affectũ dilectionis inseruit, vt diligat Deum & ea quæ vult deus. Cũ ergo hoc opus dilectionis Deus in anima dederit, quicumque aliud dilexerit q̄ deum & quæ deo placent, charitas in eo ficta & simulata dicenda est. Sed & si quis proximum suum diligat, & cũ errantem viderit, non cõmoneat nec corrigat, simulata charitas ista dicenda est. Et ideo nihil adulatorium, nihil fucatum habere charitas debet.

**Odientes malũ adhærentes bono, charitatem fraternitatis inuicem diligentes honore inuicem præuenientes, sollicitudine non pigri, spiritu feruētes, domino seruiētes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes.**

Sitis [odientes] omne [malum] & [adhærentes bono.] Odit malum, qui non solum nõ vincitur voluptate, sed etiam odit opera voluptatis. Et adhæret bono, quem nulla tentatio nullaque aduersitas separare valet à bono. Et ita debetis ex ordine proficere, vt primum oderitis & in vobis & in aliis omne malum: deinde firmiter adhæreatis bono, ne vnquam diuellamini ab eo. Sitis [diligenter inuicem charitatē fraternitatis,] id est, amate inter vos fraternam charitatē, diligite & habere studete ipsam dilectionem, quæ vos mutuo fœderat vt fratres. Iste erga illum, & ille erga istum diligat hanc charitatem fraternitatis & seruare studeat. Et sitis alij alios [inuicem præuenientes honore] vt vnus-

**A** vt vnusquisque festinet alium magis honorare, quã honorari ab illo, & maiorem ei reuerentiam exhibere, sibi que illum præferre, & ille similiter huic faciat. Sitis etiã [sollicitudine non pigri] id est, & solliciti corde & impigri opere, vt & de vestra aliorũq; salute sitis solliciti, & quod ad salutē pertinet, agere non sitis pigri. Sitis etiã [spiritu feruētes] vt etsi actu semper implere non potestis quod pie desideratis, spiritus tamen igne charitatis ferueat in vobis, vt nihil remissum, nihil tepidum sit in vobis. Sitis etiam [domino seruiētes] vt nulli vitiorũ seruiatis, sed domino, cui seruus vitiorum seruire non potest. Domino seruite, vt quicquid boni feceritis, ad domini gloriam referatis: & quicquid pro eius amore proximis feceritis, ei vos facere credatis. Sitis [spe] cælestium bonorum [gaudentes] vt non respiciatis ea quæ vidētur, sed expectetis ea quæ non videntur. Sitis & [in tribulatione patientes] vt patienter propter cæleste præmium toleretis omnem tribulationē, vt nec conturbemini ira, vel odio contra persequutorem, neque murmuretis contra Deũ. Et vt possitis aduersã patienter sustinere, sitis [orationi instantes,] ne deficiatis in tribulatione. In quo enim non sufficit humana fragilitas, auxilium Dei orationibus implorandum est. Sitis [necessitatibus sanctorum] vestra bona [cõmunicantes] id est, honeste & decenter non quasi eleemosynam indigentibus præbentes, sed sensum vestrum quodammodo cum ipsis habentes communem. Sitis & [hospitalitatem sectantes] non solum veniētes ad domum vestram hospites suscipiatis, sed etiam sectemini ac perquiratis eos vbiq;, ne forte in plateis alicubi sedeãt, ne extra tectum iaceant.

**Benedicite persequentibus vos, benedicite, & nolite maledicere. Gaudere cũ gaudentibus, flere cum flentibus. Idipsum inuicem sentientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes.**

[Benedicite persequentibus vos] id est, bona illis orate qui mala vobis fecerint. [benedicite] illis [ & nolite maledicere] id est, nec saltē voluntatem maledicendi habeatis in corde. Remouet eos à communi cõsuetudine, dum prohibet aduersariis maledicere. Et quia graue & velut intolerabile erat eis hoc præceptum, quod iussit persequentibus benedicere, ideo repetit vt magis mentibus eorum ingerat, & vt benedictio eorum sit absque maledictionis admixtione, dicens: Benedicite, & nolite maledicere. Scriptura verò sacra duobus modis maledictũ memorat, aliud videlicet quod approbat, aliud quod damnat. Aliter enim maledictum profertur iudicio iustitiæ, aliter liuore vindictæ. Maledictũ iudicio iustitiæ profertur, sicut Abrahæ dicitur: Maledicam maledicentibus tibi. Rursum, quia maledictum liuore vindictæ promittitur, Apostolus nũc admonet: Benedicite, inquit, & nolite maledicere. Deus ergo maledicere dicitur, & tamē maledicere homo prohibetur: quia quod homo agit malitia vindictæ,

Deus non facit nisi examine & virtute iustitiæ. **D** [Gaudere] subauditur debetis, [cum gaudentibus] de spiritali profectu, [ & flere cum flentibus] de spiritali detrimento. Nõ enim quibuscunq; gaudiis gaudia nostra sunt socianda, nec quibuscunq; flentibus lachrymæ nostræ iungendæ. Neque enim præceptum habemus, vt cũ illis qui de acquisitione pecuniæ vel huiusmodi rebus gaudent, gaudeamus: sed potius cũ illis, qui spe supernorum bonorum gaudent, vel de accepta remissione peccatorũ & gratia spiritus sancti lætantur, & de similibus bonis. Similiter nec cum illis flere iubemur, quos flere facit tristitia seculi, quæ mortem operatur, sed cum illis potius, qui pro suis vel aliorum peccatis flent, aut qui præ desiderio vitæ æternæ seu pro quibuslibet causis huiusmodi fundunt lachrymas. [Idipsum] sitis [inuicem sentientes] id est, quod iste sentit, idipsum sentiat ille: Et item quod ille sentit, idipsum sentiat iste, vt nulla dissensio sit inter vos, sed vnanimis concordia. vos dico [non alta sapientes] id est, non in corde tumentes, non superbientes, [sed humilibus consentientes] id est, voluntati humilium adquiescentes, vt vos quoque sitis humiles. Cõsentientes sitis eis, quod non fit ore, sed corde: quia tunc vera humilitas est, cum non est in sola lingua.

**Nolite esse prudētes apud vosmetipsos.**

Id est, nolite prudentiam vobis arrogare. **Prouer. 3.** Qui enim sibi ipsi prudens esse videtur, hic cũ arrogantia stultus est. Nec potest veram sapientiam Dei scire, qui suam stultitiam quasi sapientiam colit. Qui ergo apud seipsum prudens est, apud Deum prudens esse non potest, quoniam scientia inflat. **1. Cor. 8.**

**Nulli malum pro malo reddentes.**

Qui enim malum pro malo reddit, aut simile peccatũ, aut grauius facit. Nam ille qui malum prior intulit, non sensit forsitan malũ esse quod fecit. Qui autem malum reddit, eo ipso quod ad vlciscendũ motus est, probatur sensisse malum esse quod reddidit. Et ideo nullus se vindicet, ne deterius quã hostis eius peccet.

**Prouidentes bona non tantum corã deo, sed etiam coram omnibus hominibus.**

Sitis [prouidentes bona,] id est prouida discretione considerantes, vt ea quæ feceritis sint bona, [non tantum coram Deo] qui videt conscientiam: [sed etiam coram omnibus hominibus] fidelibus & infidelibus, qui vident actionem, ne possint eam reprehendere. Prouidentia sunt enim bona coram cunctis hominibus, non vt placeamus singulorum vel vitis vel moribus, ne simus contrarij sententiæ, qua dicitur: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Sed qui vitæ suæ & morũ actuũq; libram sic tenet, vt non possit ab vllò homine reprehendi, iste bona coram omnibus hominibus prouidet, siue illis placeant quæ bona sunt, siue non placeant. Et ideo prouidendum est, ne ex bonis nostris fiat hominibus scandalum, sed bonum exemplum. Sunt enim nonnulli qui nõ curant quicquid dicatur de eis, dummodo ipsi intē-

**G** intentionem bonam habeant. Sed qui salutem proximi negligit, crudelis existit.

*Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.*

Hebr. 11.

Sitis [habentes pacem cum omnibus hominibus, si fieri potest,] quia difficile est ut fiat, [quod] tamen [est ex vobis] id est, habere pacem cum omnibus non remanet à vestra parte, quia vos erga nullum pacem violatis. Vel si bonum quod à vestra parte est, videlicet obseruatio iustitiæ, potest fieri ut non impediatur ab vllis hominibus, sitis habentes pacem cum cunctis hominibus. Iuxta beatum verò Gregorium, dixit Apostolus hoc præceptum ad rectores ecclesiæ. Hortaturus enim ut pacem cum omnibus haberent, præmisit dicens, si fieri potest: at que subiūxit, quod ex vobis est. Difficile quippe erat, ut si male acta corripere, habere pacem cum omnibus possent. Sed cum temporalis pax in prauorum cordibus ex nostra increpatione confunditur, inuiolata necesse est in nostro corde seruetur. Rectè itaque ait, quod ex vobis est. Ac si diceret: Quia pax ex duarum partium consensu subsistit, si ab eis qui corripuntur, expellitur, integra tamen in vestra qui corripitis, mente teneatur.

**H** pe erat, ut si male acta corripere, habere pacem cum omnibus possent. Sed cum temporalis pax in prauorum cordibus ex nostra increpatione confunditur, inuiolata necesse est in nostro corde seruetur. Rectè itaque ait, quod ex vobis est. Ac si diceret: Quia pax ex duarum partium consensu subsistit, si ab eis qui corripuntur, expellitur, integra tamen in vestra qui corripitis, mente teneatur.

*Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus.*

Deut. 32.

Dico, pacem habeatis, si fieri potest, cum omnibus, [non defendentes vosmetipsos charissimi,] si quis vos aggressus fuerit, id est, non percutientes eum qui vos percusserit: [sed date locum iræ,] id est, finite iram persecutoris in vobis expleri. ille enim dat locum iræ, qui aduersarium permittit facere quod vult. Vel ille dat

locum iræ, qui iram superbientium humiliter fugiendo declinat, non se contra acceptas contumelias erigens, sed de loco pia humilitate recedens. Vel date locum iræ, id est, iudicio dei. Non præcipit ut nolint vindicari, sed ut nos ipsi vindicantes, demus locum iræ dei, qui dixit:

Deut. 31.

Hebr. 10.

Apo. 6.

Psal. 57.

Psal. 139.

Luc. 18.

Mihi vindictam, & ego retribuam. Neque enim propter exaturandum odium desiderant sancti vindictam, quod ab eorum perfectione longe est. Nam iustus quisque magis cupit inimicum suum corrigi quam puniri. Et cum in eum videt à domino vindicari, non eius delectatur poena, quia non eum odit: sed diuina iustitia, quia deum diligit. Sic quippe inimicus diligitur, ut non displiceat dei iustitia qua punitur. Et sic placet iustitia qua punitur, ut non de malo eius, sed de bono iudice gaudeatur. Ait itaque: Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date

Matth. 6

locum iræ. Ac si dicat: Quid opus est vos ipsos vestras vltimè ire iniurias, qui nec corda hominum nosse, nec agnita eorum scelera tranquillo valetis animo iudicare? Quin potius quod in vos peccatur, quasi fratribus & proximis ex corde remittite, ut & vobis deus vestra peccata remittat, sciens quia si corrigi voluerint, eos socios bonorum habebitis: sin aliter, rectius diui-

no iudicio, quod errare non potest, sicut nec irasci potest, quam vestro damnabuntur. Et vere iudicium eius debetis expectare, [scriptum est enim] in Iezechiele. Nam ubi nos legimus secundum Hebraicam veritatem, Appropinquauerunt visitationes vrbis, Septuaginta interpretes transfulerunt, [Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus.] Et ideo patet Hebræos qui Romæ crediderunt, habuisse in autoritate translationem Septuaginta interpretum, iuxta quam Apostolus eis profert testimonium. Non enim proferret eis testimonium ex scriptura, quam non reciperent. Ob hoc, inquit, dominum expectate, quia ipse sicut scriptum est, dixit: Ego retribuam mihi vindictam, id est, omnia mala quæ vobis irrogantur, mihi fiunt, licet sim imparsibilis: sed ego vindictam mihi pro his retribuam, puniens æternaliter eos qui temporaliter vos affligunt.

*Sed si esurierit inimicus tuus, cibus illum: si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.*

Non defendes te ab aduersario ut referas eum, & malum illi pro malo reddas, sed potius bonum illi pro malo repende, ut iuxta Salomonis præceptum, [si esurierit inimicus tuus] pascas [illum,] si sitierit, potes illum. Et quare? quia [hoc faciens, congeres super caput] id est, accumulabis super mentem [eius carbones ignis] id est, feruentes & vrentes poenitentiae dolores. Beneficiis enim tuis victus, dolebit se iniurias tibi fecisse, à quo bona recipit, & conuertetur ad poenitentiam, sicque lucraberis eum Christo. Vel carbones ignis, id est, charitatem igne sancti spiritus feruentem congeres super cor eius. Hoc est dicere: Sicut carbones ardentes incendunt corpus super quod congeruntur, sic bona facta tua inflammabunt ad dilectionem cor eius qui te persequebatur. sicque ad feruorè sancti spiritus exemplo tuo prouocabis eum ut bene agat. Absit enim ut credamus Salomonem vel Apostolum docere voluisse, ut eo animo bona faciamus inimicis nostris, ut ipsi in his ingrati persistentes, maiora tormentorum in cendia perpetuo sustineant. Non est hoc benefacere his qui oderunt nos, sed male illis facere. Sed hoc potius in hac sententia iubemur, ut misericordiam facientes egentibus inimicis, emolliamus fomentis beneficiorum duritiam cordis eorum, & ad redimendum nos in domino studeamus inflammare illos, adhibito dilectionis igne, ut virtutem mansuetudinis & patientiæ nostræ mirantes incipiant imitari: reiectisque vitiis, ad virtutum opera conuertantur. Vnde ne quis hæc Salomonis verba Iudaico sensu vellet intelligere, mox Apostolus subdidit: [Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.] Quomodo enim potest vincere in bono malum, qui in superficie bonus est, & in abdito malus: qui opere parcit & corde sæuit, in animo mitis, voluntate crudelis? Noli vinci à malo, sed vince

Iezec. 9.

L

Prou. 25.

M

Matth. 5

in

**A** in bono malum. Contende cum malo, sed bonitate. Ipsa est enim vera contentio, vel certamen salubre, ut sit bonus contra malum, non ut sint duo mali. Si tu iam non es malus, obstat malo ut sis bonus. Si displicet tibi malus, noli fieri malus. Nā si repercutis, malo vis vincere malum. In sensibus vel motibus animorum ille dicitur vicisse, qui alterum ad suam traxerit partem, sicut hæreticum aut paganum. Si ergo mali vicissitudinem à te receperit ille, te vicit, & passionis similitudine vitio suo subdidit. Si autem per patientiam tuam cessare eum ab ira vel iniuria feceris, tu vicisti, & de peccato ad salutem lucrando proximum, triumphasti.

## CAPVT XIII.

*Mnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo. Quæ autem sunt à Deo, ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Deo ordinationi resistit. Qui autem resistunt ipsi, sibi damnationem acquirunt,*

Sapi. 6

B

Iai. 40.

C

Sicut superius reprehendit illos qui gloriabantur de meritis, ita nunc ingreditur illos redarguere, qui postquam erant ad fidem conuersi nolebant subiici alicui potestati. Videbatur enim quod infideles, Dei fidelibus non deberent dominari, etsi fideles deberent esse pares. Quam superbiam remouet, dicens: [Omnis anima] id est, omnis homo [sit] humiliter [subdita potestatibus] vel secularibus vel ecclesiasticis [sublimioribus] se: hoc est, omnis homo sit subiectus superpositis sibi potestatibus. A parte enim maiore significat totum hominem, sicut rursus à parte inferiore totus homo significatur, ubi propheta dicit: Quia videbit omnis caro salutare

dei. Et rectè admonet, ne quis ex eo quod in libertatem vocatus est, factusque Christianus, extollatur in superbiam, & non arbitretur in huius vitæ itinere seruandum esse ordinem suum, & potestatibus quibus pro tempore rerum temporalium gubernatio tradita est, non se putet esse subdendum. Cum enim constemus ex anima & corpore, & quædiu in hac vita temporalis sumus, etiam rebus temporalibus ad subsidiū eiusdem vitæ vtamur, oportet nos ex ea parte quæ ad hanc vitam pertinet, subditos esse potestatibus, id est, res humanas cum aliquo honore administrantibus: ex illa vero parte qua deo credimus, & in regnum eius vocamur, non debemus subditi esse cuiquam homini id ipsum in nobis euertere cupienti, quod Deus ad vitam æternam donare dignatus est. Si quis ergo putat quoniam Christianus est, non sibi esse vestigal reddendum siue tributum, aut non esse honorem exhibendum debitum eis, quæ hæc curant, potestatibus, in magno errore versatur. Itē si quis sic se putat esse subdendum, ut etiam in suam fidem habere potestatem arbitretur eum, qui temporalibus administrandis aliqua subli-

mitate præcellit, in maiorem errorem labitur. Sed modus iste seruandus est, quæ dominus ipse præcepit, ut reddamus Cæsari quæ sunt Cæsaris, & Deo quæ sunt Dei. Quauis enim ad illud regnum vocati simus, ubi nulla erit potestas huiusmodi, in hoc tamen itinere conditionem nostram pro ipso rerum humanarum ordine debemus tolerare, nihil simulatè facientes, & in hoc non tam hominibus, quam deo qui hoc iubet, obtemperantes. Itaque omnis anima sit subdita sublimioribus potestatibus, id est, omnis homo sit subditus primū diuinæ potestati, deinde mundanæ. Nam si mundana potestas iusserit quod non debes facere, contemne potestatem, timendo sublimiorem potestatem. Ipsos humanarum rerum gradus aduerte. Si aliquid iusserit procurator, nonne faciendum est? Tamen si contra proconsulem iubeat, non utique contemnis potestatem, sed eligis maiori seruire. Non hinc debet minor irasci, si maior prælata est. Rursus si aliquid proconsul iubeat, & aliud imperator, nūquid dubitatur, illo contempto, huic esse seruicidū? Ergo si aliud imperator, & aliud Deus iubeat, quid faciemus? Nunquid non deus imperatori est præferendus? Ita ergo sublimioribus potestatibus anima subiiciatur, id est, homo. Siue idcirco ponitur anima pro homine, qui secundum hanc discernit, cui subdi debeat, & cui non. Vel homo qui promotione virtutū sublimatus est, anima vocatur à digniore parte. Vel, non solum corpus sit subditum, sed anima, id est, voluntas: hoc est, non solum corpore, sed & voluntate seruiatis. Ideo debetis subiici, quia [non est potestas nisi à Deo.] Nunquam enim posset fieri nisi operatione solius dei, ut tot homines vni seruirent, quem considerant vnus secum esse fragilitatis & naturæ. Sed quia deus subditis inspirat timorem & obediendi voluntatem, contingit ita. Nec valet quisquam aliquid posse, nisi diuinitus ei datum fuerit. Potestas omnis est à deo. Sed [ea quæ sunt à Deo, ordinata sunt] ergo potestas est ordinata, id est, rationaliter à Deo disposita. [Itaque qui resistit potestati] nolens tributa dare, honorem deferre & his similia, [dei ordinationi resistit,] qui hoc ordinavit ut talibus subiiciamur. Hoc enim contra illos dicitur, qui se putabant ita debere uti libertate Christiana, ut nulli vel honorem deferrent, vel tributa redderent. Vnde magnum poterat aduersus Christianam religionem scandalum nasci à principibus seculi. De bona potestate patet, quod eam perfecit Deus rationaliter. De mala quoque videri potest, dum & boni per eam purgantur, & mali damnantur, & ipsa deterius præcipitur. Qui potestati resistit, cum Deus eam ordinauerit, Dei ordinationi resistit. Sed hoc tam graue peccatum est, quod [qui resistunt ipsi,] pro contumacia & peruersitate [sibi damnationem] æternæ mortis [acquirunt.] Et ideo non debet quis resistere, sed subiici.

*Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonū fac, & habebis laudem ex illa,*

Ioan. 19.

F



## AD ROMANOS

**G** ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem male feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei qui male agit. Ideoque necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideo enim & tributa præstatis. Ministri enim dei sunt, in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

Matth. 22

Merito acquirunt sibi damnationem qui resistunt potestati, quia [principes non sunt] his [timori] qui sunt [boni operis] sed qui sunt prauis, id est, non bene operantibus, sed male agentibus. Principes dicit, qui propter corrigendam vitam & prohibenda aduersa constituntur, dei habentes imaginem, ut sub vno sint ceteri homines. Qui non sunt timori bene agentibus, sed male: quia non ad bonos, sed ad malos puniendos sunt instituti. Naturaliter enim omnes norunt & innocentiam præmio, & malitiam supplicio dignam esse. Et princeps, si est bonus, bene operantem non punit, sed diligit. Si autem malus est, non nocet bono, sed purgat eum. Idemque non est quod timere debeat, qui bene agit. Qui vero mala operatur, debet timere: quia principes ad hoc sunt constituti, ut mala puniant. Ille timeat. Sed si [vis non timere potestatem, do tibi consilium, [Bonum] opus [fac & habebis laudem] ex illa.] Bonum facere apostoli & martyres, tamen non eos laudauerunt, sed potius interfecerunt potestates. Ideoque voluit Apostolus dicere, Bonum fac, laudabit te potestas: sed temperauit verba, & ait: Bonum fac & habebis laudem ex illa. Si enim iusta est potestas, habebit laudem ex illa in ipsa laudante. Si autem iniqua est, mortuus pro fide, pro iustitia, pro veritate habebit laudem ex illa, in illum seruiente. Ex illa enim habebit, non ipsa laudante, sed ipsa tibi laudis occasionem præbente. Hæc Augustinus. Gregorius vero sanctus sic ait: Paulus cum infirmum auditorum suum perpenderet, aut praua adhuc velle agere, aut de actione recta humanæ laudis retributione gaudere, ait: Vis non timeate potestatem? Bonum fac & habebis laudem ex illa. Neque enim ideo bona agenda sunt, ut potestas huius mundi nulla timeatur, aut per hæc gloria transitorie laudis quaeratur. Sed cum infirmam mentem ad tantum robur ascendere non posse præfaret, ut & prauitatem simul vitaret & laudem, prædicator egregius etiam monendo aliquid obtulit, & aliquid tulit. Cōcedendo enim lenia, subtraxit acriora, ut quia ad deserenda cuncta simul non assurgeret, dum in quodam suo animus familiariter relinquitur, à quodam suo fine dolore tolleretur. Laudem habebis ex potestate, quia ille potens, siue bonus, siue malus sit, [est dei minister] proficiens [tibi in bonum,]

Nam si bonus fueris nutritor tuus est: si malus fueris tentator tuus est. Et nutrimenta libenter accipe, & in tentatione ut aurum probare. Si bene feceris, non timebis principem. [Si male feceris,] tunc [time] illum. Et timendus tibi est, qui [non sine causa gladium portat,] sed ut malos puniat. Gladium habet materiale, vel gladium, id est, iudiciariam potestatem, ut reos feriat. Nec mirum, quia [Dei minister est] vindex in iram ei qui male agit, ut loco Dei vindicet in malos. Est enim vindex ei, id est, ad dandum eius qui male agit. Est vindex in iram id est, propter iram dei vindicandam, vel vindex in iram Dei ostendendam. Quia hæc punitio indicat persistentes in malo grauius puniendos. Nam si homo iudex amore iustitiæ peccata subditorum punit, considerandum est, qua animaduersione Deus iudex, qui sine peccato est, & puram iustitiam habet, peccata peruerforum puniet. Ideo princeps seculi est minister Dei, ut vice eius interim ultionem faciat, & iudicium eius præfiguret, quoniam fortia quæque crimina, quæ vindicari vult Deus, non perantistites & rectores ecclesiarum, sed per mundanos iudices voluit viuicare. Et hoc sciens Apostolus, rectè eum ministrum Dei nominat & vindicem in eum qui male agit. Dei minister est. Et [ideo subditi estote] illi [necessitate] quia necesse est propter hæc vitam subditos illi vos esse, nec resistere, si quid auferre voluerit ex rebus huic temporis necessariis, in quas sibi data est potestas. Subditi estote [non solum propter iram,] ut effugiatis offensionem hominum, [sed etiam propter conscientiam] ut non simulate quasi ad oculum hominum ista faciatis, sed pura dilectionis conscientia propter Deum, qui omnes homines vult saluos fieri & in agnitionem veritatis venire. Non solum propter iram principum vitandam subiiciamini illis, quod potest etiam simulate fieri, sed etiam propter conscientiam, ut in vestra conscientia certi sitis illorum dilectione vos id facere, quibus vos deus subiici voluit. Et debetis esse subditi quia etiam [ideo] id est, propter obedientem subiectionem [tributa præstatis] illis, quasi reddituris, dum pugnant pro patria & agunt iudicia. Tributa præstatis, & merito, quia [ministri Dei sunt] qui vobis eos constituit. Cuius enim iussu homines nascuntur, huius iussu reges constituuntur, apti his qui eo tempore ab ipsis reguntur. Quidam enim illorum ad correptionem & vtilitatem subiectorum & conseruationem iustitiæ dantur, quidam autem ad timorem & poenam & increpationem, quidam vero ad illusionem & contumeliam & superbiam. Ministri Dei sunt, [in hoc ipsum seruientes] ei, quod tributa exigunt à vobis, & potestatem exercent ad vtilitatem bonorum, & detrimentum malorum. Vel vos præstatis illis tributa, in hoc ipsum Deo seruientes, quia ministri Dei sunt. Aut certe illi qui tributa à vobis exigunt, in hoc ipsum vobis sunt seruientes, quia propter illa quæ à vobis percipiunt, vtilitati vestræ subseruiunt, dum patriam defendunt & res vestras custodiunt. Et qui ministri Dei sunt, qui vos illis subiecit, [ergo reddite omnibus

A omnibus] illis [debita] sicut & dominus pro se & Petro censum reddidit, significans quod potestas spiritalis potestati seculari non aufert suum ius. Omnibus reddite debita, ut sic laudetur ecclesiastica doctrina. [Cui tributum] debetis reddite [tributum:] & [cui vectigal,] reddite [vectigal.] Tributum est redditus vel pensio. Et dictum est tributum, eo quod olim per tribus singulas exigebatur, sicut post per singula territoria. Sic enim per tres partes diuisus erat Romanus populus, ut qui præerant in singulis partibus, tribuni dicerentur. Vnde etiam sumptus quos dabant populi, tributa nominantur. Vectigal quoque redditus est vel pensio, siue tributum fiscale. Sed tamen vectigal à vehendo, id est, à portando dictum est. Tributum illi census dicuntur, qui dantur de terris, & quos homines de capitibus suis dant: vectigal vero, quod aduehitur de longinquis regionibus. Tributum, quod à præsentibus datur: vectigal quod ex remotis prouinciis mittitur. Tributum, quod regiones soluunt: vectigal, stipedium quod datur dominis quando per patrias vehuntur. Tributum, quod domi soluitur statutis temporibus: vectigal, quod à transeuntibus & sua negocia vehentibus datur pro rebus suis conseruandis. [Cui timorem,] debetis, [timorem] reddite, ut reueramini dominos atque timeatis. & [cui honorem,] ut honoretis regem, siue parentem aut senem, vel huiusmodi personam, [honorem] reddite. Per hæc præcepta ordinat Apostolus ecclesiam Dei, ut nihil aduersus principes seculi gerens, per quietem & tranquillitatem vitæ opus iustitiæ & pietatis exercent. Si enim ponamus, verbi gratia, credentes in CHRISTO potestatibus seculi non esse subiectos, tributa non reddere, neque vectigalia soluere, nulli timorem, nulli honorem deferre, nonne per hæc regum & principum merito in semetipsos arma conuerterent, & persecutores quidem suos excusabiles, semetipsos vero culpabiles facerent? Non enim fidei, sed contumaciæ causa impugnari viderantur, & essent eis causa quidem mortis digna, meritum vero mortis indignum. Sic nanque Iudæi perire meruerunt gladio Romanorum.

Matth. 22.  
Galat. 5.  
Iac. 2.

*Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam, Non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.*

Sic reddite omnibus debita, quantumvis [nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis.] Cetera enim cum reddita fuerint, non debentur, dilectio autem tanto magis debetur, quanto amplius impenditur. Ipsa quippe exigit de-

bitum, ut fraternæ charitati seruientes, eum qui se adiuuari recte velit, in quo possumus, adiuuemus, semper existentes debitores charitatis. Ipsa est enim quæ semper redditur, & semper debetur. Debetur nanque, etiam si reddita fuerit: quia nullum tempus est, quando impendenda non sit. Nec cum redditur amittitur: sed potius reddendo multiplicatur, quoniam pecunia cum recipitur, accedit ad eum cui datur, sed ab eo recedit à quo datur. Charitas vero non solum apud eum crescit, qui hanc ab eo quem diligit, exigit, etiam si non recipit, sed etiam ille à quo eam recipit, tunc incipit habere cum reddit. Et ideo cetera sic soluite, ut non debeatis: charitatem vero ita soluite, ut semper habeatis & debeatis. Et merito semper est habenda, quia [qui diligit proximum, legem impleuit.] Sola enim charitas iustitiam legis adimplet, quam timor implere non poterat. Hoc loco sola dilectio proximi ad perfectionem præcipi videtur, & taceri dilectio dei, eum in utroque præcepto lex prædeat & prophætæ. Sed qui proximum diligit, consequens est ut ipsam dilectionem præcipue diligit. Nam nec proximum verè sine Deo, nec Deum verè sine proximo potest diligere. Sed cur Apostolus solam proximi dilectionem commemorare maluit, quia legem dixit impleri, nisi quia in dilectione Dei possunt homines mentiri, quia rariores tentationes eam probant: in dilectione autem proximi facilius conuincuntur eam non habere, dum scilicet inique omnibus vel aliquibus agunt? Cum ergo alterum dilectionis præceptum sine altero teneri non possit, etiam vnum eorum commemorare plerumque sufficit, cum agitur de operibus iustitiæ, sed oportunitus illud, de quo quisque facilius conuincitur. Itaque dilectione proximi lex impletur. Et hoc per partes probatur. [Nam omnia hæc præcepta complentur amore proximi. [Non adulterabis?] Quis enim adulterat uxorem eius quem diligit? [Non occides.] Quis occidit eum quem diligit? [Non furaberis.] Quis furatur res eius, quem sicut seipsum diligit? [Non falsum testimonium dices.] Quis falsum profert testimonium contra eum, quem sicut se diligit? Omnia igitur hæc mandata, & quod est aliud mandatum simile his in lege. [instauratur,] id est, adimpletur & perficitur [in hoc verbo] quo dicitur. [Diliges proximum tuum sicut teipsum] id est, recto amore quo te diligis. Qui enim se ut oportet diligit, ac deinde proximum tanquam se, necesse est ut cuncta præcepta hic custodiat. Nam hæc præcepta malum prohibent. [Dilectio proximi malum non operatur.] Qui ergo amat homines, aut quia iusti sunt, aut ut iusti sint, amare debet. Sic enim & seipsum amare debet, aut quia iustus est, aut iustus sit. Sic enim diligit proximum tanquam seipsum sine vlllo periculo. Qui enim aliter diligit se, iniuste se diligit: quoniam ad hoc se diligit, ut sit iniustus, ad hoc ergo ut sit malus, ac per hoc iam non se diligit. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Tenenda est igitur vera dilectio, per quam omne malum opus vitatur, & omne bonum opus impletur. Et quandoquidem qui proximum diligit,

Matth. 22

E

F

Leuit. 19.

Psal. 10.

**G** diligit, singula quæque præcepta legis impleuit, quia nec malum operatur, & bonum facit: [ergo dilectio est plenitudo legis] id est, plenaria legis adimpletio: quia plene legem adimplet, dum & ab his abstinet quæ lex prohibet, & ea facit quæ lex iubet.

*Et hoc scientes tēpus, quia hora est iam nos de somno surgere. Nūc enim propior est nostra salus, quā cum credidimus.*

Dixi ut nemini quicquam debeatis nisi dilectionem, quia per eam potestis vniuersam legē implere. & nunc dico, ut sitis [scientes] id est, cognoscentes & intelligentes [hoc tempus] gratiæ in quo spiritus sanctus datur credentibus, per quem charitate repleantur, qua legem impleant, sicque vitam æternam merito percipiant. Sciatis hoc tempus, in quo per aduentū saluatoris gratia dei mundo illuxit, [quia hora est,] id est, opportunum, sed breue spatium tēporis: [iam nos de somno surgere,] id est, ut surgamus ad bene agendum à torpore negligentia vel ignorantia. Hora est, id est, breue spatium: quia qui hodie habemus horam: nescim⁹ si cras habuerimus vitam. Et ideo iam, id est, cum celeritate quadam sine dilatione, surgendum est à somno desidia, ut mente vigilemus & bonis operib⁹ occupemur. In vitiis nostris requiescebamus torpentes, & veluti quodā sopore detenti: sed nunc scire debemus quod sit hoc tempus in quo sumus, quia hora est ut iā ab illo somno metis surgamus, & amodo in bonis operibus laboremus. Verè amplius non est nobis iacendum in somno, sed potius surgendum est, quia [nunc est propior nostra salus] æterna [quā] tūc erat [cum credidim⁹] id est, cum credere cœpimus: quoniam morti iam vicini sumus, in qua retributionem percipimus. Et cum magis ac magis ad salutem nostrā propinquemus, & omnia ruant ad occasum, iam omnis torpor bene operandi à nobis excutatur, & ad salutem quæ iam instat, cum alacritate festinemus, cum hæc vita ad præsens finiat. Turpius est enim, si non surgimus qui iam salutem propinquamus quæ nostra erit, si surrexerimus: alioquin salute carebimus. Vel nunc, id est, quando surgimus, propior est nostra salus, id est, nobis vicinior: hoc est, magis ad nos pertinens, & magis nostri iuris, quā tunc erat cū primum credidimus. Si enim tunc moreremur salus & vita prope nos esset: sed nunc ad nos magis attinet, quoniam tunc ex sola misericordia erat venia, nunc verò ex gratia & meritorū nostrorum actione corona. Nam bene operans est vicinior æternæ vitæ. Baptismus verò est ad veniam, vita autem bona ad coronam.

Lucæ. 2.

*Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic ut in die honeste ambulemus.*

Verè propinquior est nostra salus quā antea [Nox] enim infidelitatis & iniquitatis [præ-

cessit, [sed] dies fidei & iustitiæ [appropinquauit.] Noctis enim tenebris premimur, cum pertratione iniquitatis obscuramur. Sed nox in lucem vertitur, cum erroris nostri obscuritas veritatis cognitione radiatur. Nox in lucē vertitur, cum corda nostra iustitiæ fulgor illuminat, quæ cæcitas culpæ deprimebat. Hoc nunc diluculum discipulorum mentibus oriri viderat Apostolus, cū dicebat: Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Qui enim post discessum noctis, non iam venisse, sed appropinquasse diem insinuat, esse proculdubio ante solem post tenebras adhuc auroram demonstrat. Nō dum enim in splendore suæ claritatis apparuit sol iustitiæ CHRISTVS, sed iam vicinus eius instat aduentus. Et ideo nondum perfectum diem, sed adhuc diluculum & auroram habemus. Vita enim fidelium, quæ in hac carne & in hoc seculo ducitur, in cōparatione vitæ infidelis & impiæ, nō irrationabiliter lux & dies appellatur, sed tamen in cōparatione illius diei, quo æquales angelis facti, videbimus Deum si i. Ioan. cuti est, adhuc nox est. Nox & dies. Dies in cōparatione infidelium, nox in cōparatione angelorum. Habent enim diem angeli, quem non nondū habemus: sed tamen iam habemus, quē non habent infideles. Rectè igitur prætermisso, quem nūc habet vita fidelium, dicitur, quia nox infidelitatis præcessit, & dies æternitatis appropinquauit. Dies æternæ beatitudinis appropinquauit, quia iā remissa sunt peccata, iustificati iā credentes. Et quia nox præterit, & dies appropinquauit, [ergo abiiciamus opera tenebrarū,] id est, illa facta quæ solebamus agere dū tenoris ignorantia premeremur, [ & induamur arma lucis,] id est, virtutes quas exigit lux diuinæ cognitionis, per quas impugnemus [opera tenebrarū] & principes talium operū id est, dæmones: Minus enim decorū est, sub tēpore nouæ lucis opera veterum tenebrarū gerere, id est, opere mala, quæ in tenebris ignorantia venerūt, vel tenebras amant & ad tenebras ducūt. Opera verò lucis, nō tā opera quā arma vocātur: quia dū recto agimus, dum lucem fidei bonis operibus sequimur, hostes nostros armis talibus debellamus. Induamus ut ornamentū opera lucis, id est, opera quæ fides exigit: & acceptis huiusmodi armis, [ambulemus honeste sicut in die, id est, pergamus in via mādatorū Dei laudabiliter, sicut decet in die fidei] Iam enim (sicut diximus) vita fidelium in cōparatione vitæ infidelium, dies est. Et ideo nos qui iam in die sumus, debemus sicut in die honeste ambulare, ut honestas virtutum vndiq; nos adornet in via nostræ actionis, quos illustrat dies fidei & notitia veritatis, in qua videm⁹ quid honestum sit, & quid inhonestum. Quæ sint autem opera tenebrarum, quæ abiicienda sunt, consequenter ostenditur, cum dicitur:

*Non in comestationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitis, non in contentione & emulatione.*

Et de armis lucis quæ induenda sunt, subditur. Sed

**A** Sed induimini dominum nostrum Iesum Christum.

Et post adiungitur:

*Et carnis curā ne feceritis in desideris.*

Ambulemus honeste sicut in die, nos dico existentes, [non in comestationibus,] id est, superfluis manducationibus, [ & ebrietatibus,] id est, nimis vini ingurgitationibus, [non in cubilibus,] id est, pigritiis dormiendi [ & impudicitis,] id est, libidinib⁹ quæ in nimis epulationibus & potationibus atque cubilibus nutriuntur. Comestationes enim sunt inhonestæ & luxuriosa cōuiuia, quib⁹ necessaria comes est turpissima temulentia. Et quid aliud subsequitur, nisi cubilia & impudicitia? A fœdis cubitationibus cubilia sunt appellata, quæ non tā rationalibus hominibus quā feris & beluis conueniunt. In cubilibus enim & impudicitis agunt qui communes habent stratus, & more ferarū illicite commiscētur ibi. Notandum est, in his Romanos fuisse, & ideo non esse illis ius gloriandi. Et hæc quatuor vitia carnis sunt, duo autē quæ ad animum pertinent, subdūtur, cum dicitur: [Non in contentione & emulatione.] Agebant verò Romani in cōtentione, & emulatione, quia contendebant adinuicem, & se alijs præferebāt, in quo minoribus maiores inuidebant. Horum autem morborum, id est, cōtentionis & emulationis, mater superbia est, & humanæ laudis auditas, nec adhuc sanari potest, nisi qui superbiam calcauerit, & humanas laudes contempserit. In his non inueniamini, quia hæc sunt opera tenebrarū. [Sed induimini dominum Iesum Christum,] quia hoc est arma lucis indui. Christus enim sapiētia est & iustitia & sanctificatio & veritas & omnes simul virtutes. Quas qui assumpserit, Christum dicitur indutus esse. Christum induimini, id est, formā Christi sumite vestē, ut habitus & forma illius vndique fulgeat, & representetur in nobis. Cū vestem induimur, ex omni parte circundamur. Christū igitur est indutus, qui vndique bono opere protegitur, ut nullam partē actionis suæ peccato nudā relinquat. Nā qui in alijs actionibus iustus est, in alijs iniustus, quasi hoc latus cooperuit, illud nudauit. Nec iā bona sunt opera, quæ subortis alijs prauis operibus inquinantur. Qui ergo vndique Christianus apparet in cunctis operibus suis, hic Christū dicendus est esse indutus. Christū induimini, [ & carnis curam ne feceritis [nō dico, in necessariis, sed] in desideris.] In necessariis enim permittitur fieri, quia nemo vnquā carnē suā odio habuit: sed in desideris prohibetur, quoniam carnalia desideria militant aduersus animam. Neque enim mortali in carne adhuc viuētib⁹ funditus cura carnis abscinditur, sed ut discretē seruiat, tēperatur. Discretiōe ergo magni moderaminis frenanda est, ut seruiat, & non principetur: nec quasi domina animum vincat, sed subactamentis dominio quasi ancilla famuletur: & ad necessitatem salutis fiat, non ad desideria voluptatis. Quæ enim in desideris fieri prohibetur, proculdubio in necessitate conceditur. Quia vide-

1. Cor. 2.

Ephe. 5.  
1. Pet. 2.

Galat. 5.  
1. Petri.

licet mēs nostra à carnali delectatione superāda est, sed à carnis cura necessaria separanda nō est.

CAPVT XIII.

*Nfirmum autē ex fide assumite,*

*I non in disceptationibus cogitationum. Alius enim credit manducare se omnia. Qui autē infirmus est, holus manducet. Is qui manducat, non manducantem non spernar: & qui non manducat, manducantem non iudicet. Deus enim illum assumpsit. Tu quis es Iacob. 4. qui iudicas alienum seruum? Suo domino stat aut cadit. Stabit autē. Potens est enim Deus statuere illum.*

Iterū quia erat inter Romanos aliud genus cōtentionis, redarguit eos inde, & ad concordiam reuocat. Contendebant enim de differentiis ciborum, quia quidem illorum cum integra fide omnes cibos comedebant: alij verò à quibusdā abstinentium esse credebant, & inde abinuicē dissentiebant. Illi enim qui ex gentibus crederant, extollebant se in libertate fidei, quia nihil commune vel immundū esse crederent, aduersus eos qui ex circuncisione venientes, obseruabant adhuc traditione legis ciborum differentiam. Et inde reprimit eos Apostolus, & monet ne insultent eis, quibus longa cōsuetudo in obseruandis cibis discretionem adhuc aliquam & cūctationem mouebat. Et vnumquēque talem, vocat infirmum in fide, quia nō credit omnia licere māducari. Perfecta enim fides nullum cibū Iudaico sensu credit respuendū, quia omnis creatura Dei bona est, & nihil abiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sed quisquis ita non credit, adhuc infirmus est in fide, si iam fidem habet. Sed tamen hunc nō abiici, sed assumi iubet Apostolus, nec quasi infidelem iudicari. Aliud est enim infidelem esse, aliud infirmari in fide: quia infidelis nō habet, infirmus autē iam habet, sed adhuc ex parte dubitat. Et ideo non est repellendus, sed assumendus. Et hoc est quod ait, [Infirmum autē, &c.] Quod sic cōtinuatur: Ea curā superius dixi, ita ut docui, facite in vobis ipsis, id est, induite Christū, & his similia facite: sed hæc quæ nunc dico, facite erga proximos, scilicet infirmum in fide assumite ut sanetis eū, sicut Christus medicus peccatores, id est, male habentes suscepit sanādos. Assumite cum non in disceptationibus cogitationum eius, id est, nō de occulto cogitationū iudicetis eum. Fortè dubitat aliquid nouitas ipsius. Amate abundantius dubitantem. Amore vestro curate de corde infirmi dubitationē. Et si incognitū nobis est quo animo id faciat, nō inde disceptemus. Non nobis vsurpemus diiudicare cogitationes aliorū, sed deo probemus cogitationes nostras etiam p̄ illis, de quibus forte aliquid dubitamus. Verè infirmus est assumendus ab eo qui firmus est.

Nam

**G** Nā[alius credit]licere[manducare omnia]genera ciborum, & est firmus iste, atque infirmū debet assumere: alius verò non credit ita licere, & infirmus est, ac indiget assumi. Hoc videtur debuisse dicere. Sed ponit cōsiliū de illo, per quod satis intelligitur, dicens: [Qui autem infirmus est,] id est, qui non credit omnia esse manducanda, [holus māducat,] id est, relinquatur arbitrio suo, ne cum scrupulo edat, vt si voluerit, non solum ab omni carne, sed etiam à cæteris cibis abstineat, & holera tantum comedat. Alius credit manducare omnia, id est, gentilis quisque ad fidem cōuersus omnes cibos indifferenter posse comedi iudicat: sed qui infirmus est, id est, Hebræus quilibet adhuc in fide pusillanimis & titubās, qui alias carnes mūdas, & alias arbitratur immundas, holus manducet, in quo nulla est suspicio immunditiæ, sed indifferenter comeditur ab omnibus. Melius est enim vt permittatur illa solum comedere, quæ ritus legis in qua nutritus est, non prohibuit, & cum pusillanimitate retineatur in fide, vt paulatim crescendo ad sublimiora proficiat, quam vt de pusillanimitate eradicetur, & discedat penitus à fide. Et ideo [is qui manducat] omnia, id est, gentilis qui nullum cibum credit immundum, [non spernat,] id est non vilem reputet [nō māducātem,] id est, Hebræum qui adhuc propter legis consuetudinē quosdam cibos respuit. [Et qui non māducat] id est, Iudæus qui se abstinet ab aliquibus, ne ritum legis violet: [non iudicet,] id est, non damnet [manducantem,] id est, gentilem omnes cibos indifferenter sumentē. Gentiles enim quos carnalis intellectus legis à fide non retrahebat, firmiter credebant nihil abiiciendum, quod cum gratiarū actione percipitur: & ideo spernebant Iudæos infirmiores in fide, quos adhuc videbant propter antiquā legis obseruantiam cibos discernere. Et e contra Iudæi cum viderent illos alimenta illa percipere, quæ ipsi putabant immunda esse, grauius eos inde iudicabāt. Ideoque iubet illis Apostolus, ne istos quasi infirmos & hebetes spernant: & istis, ne illos quasi gulosos & immundos iudicent. Erant etiam nonnulli inter eos, qui non propter legem, sed propter sobrietatē se abstinebāt à carnibus & vino, & spernebantur à cæteris, quasi qui dei creaturas reiicerent. Ipsi verò iudicabant cæteros quasi voraces & gulosos. Et idcirco præcepit Apostolus, vt is qui māducat omnes cibos, nec ieiunat, nō spernat non manducantem, id est, ieiunantem & à carnibus abstinentem, cum in volūate vniuscuiusque sit edere vel nō edere: is qui non manducat, sed abstinet & ieiunat, manducantem bis in die, & carnibus vescentē vel huiusmodi cibis non iudicet, id est, nō de illo male existimet cū possint bono animo & simplici corde sine vitio concupiscentiæ quicūque humani cibi indifferenter sumi. De talibus enim rebus, quæ bono animo possunt fieri, quanuis etiam possit nō bono, volebant illi cum homines essent in occulto cordis ferre sententiam, de quibus solus deus iudicat. De manifestis enī iudicare possunt homines, sed de his quæ incertum est quo animo fiant, quia possunt & bono

& malo animo fieri, iudicium relinquendū est K deo, vt non audeat quisque de alterius consciētia, quam non videt, iudicare. Non enim damnandus est, cuius cogitatio aperta nō est, & de quo nescitur qualis postea sit futurus. Ieiunans non iudicet manducantem, id est, non credat peccare, cum nesciat quo animo manducet? Et quare? Quia [Deus illum assumpsit] vt suus esset. Et cum sit à deo assumptus vt dei sit & deo feruiat, [tu quis es] id est, cuius valētia, [qui iudicas] id est, damnandum affirmas, [alienū seruū?] Cum enim non tuus seruus sit, sed alterius, in eo quod illum iudicas dominum illius præcipuē offendis, quia seruū eius ipso prohibente iudicare præsumis. Nam qua conscientia edat vel non edat quisque, dominus est iudex. Et idcirco non est ab homine iudicandus, quia non homini, sed [suo domino stat aut cadit] id est, ad honorem domini sui stat, si stat: & ad dominum suum pertinet & casus eius, si cadit, quia potest illum vel erigere, vel iudicare. Ideo dico, stat aut cadit, quia ambiguū est, fortasse enim stat qui putatur cadere, vel cadit qui putatur stare. [Stabit autē.] Hic innuitur quod ambigua debemus in meliorem partem vertere, & plus salutem hominis quam mortē optare: atq; in futuro de illo spem boni habere, etiā si aliter sit in præsentī. Stabit, quia [Deus est potens illum statuere] id est, stare facere illū. Non ipse, sed Deus est potens hoc facere. Voluntate enim sua cadit qui cadit, sed voluntate Dei stat qui stat, vel surgit qui surgit. Nā per se potest cadere, sed per Deum resurgere. Quanuis de omnibus regeneratis & pie viuētibz loqueretur Apostolus dicens, Tu quis es qui iudicas alienum seruū, suo domino stat aut cadit, continuo tamen respexerit ad prædestinatos & ait: Stabit autem. Et ne hoc sibi arrogarent, potest enim, inquit, Deus statuere illum. Ipse enim ergo dat perseverantiam, qui statuere potēs est eos qui stant, vt perseverantissimē stēt, vel restituere illos qui ceciderint. Possunt M hæc forsità & de spiritali esu, vel ieiunio sic intelligi. Infirmū autem ex fide assumite, vt infirmitatem eius paulatim sanetis, nō in disceptationibus cogitationum, id est, non vt de cogitationibz eius disceptetis & disputetis, sed deo iudicandas relinquitte illas, qui potest emendare quicquid ibi videtur sibi displicere. Alius enim, id est, diuersus ab isto infirmo & robustus, credit manducare omnia, id est, credit se debere pro posse suo & intelligere, & operibz exercere omnia quæ in scripturis dicuntur. Qui autem infirmus est, id est, quæ adhuc cordis & operis infirmitas detinet, holus manducet, id est, infirmitati suæ congruos scripturarum sermones comedat, per quos à vitiis carnis & egritudine mentis satietur. Is qui manducat, id est, qui intelligit arcana scripturarum, non spernat non manducantem, id est, eum qui hæc non valet intelligere. Et qui non manducat, id est, qui non intelligit, non iudicet manducantē, id est, intelligentem. Solent enim hi qui aliquantulum videntur in scientia proficere, spernere & nihil ducere eos qui altioris intelligentiæ minus capaces sunt, & e contra imperiti & indocti iudicare,

**A** care, id est, inculcare & condemnare eos, qui altiora & profundiora perquirunt, quæ ipsi capere vel assequi nequeunt. Et ideo apostolus reserare volens culpam ex vtraque parte nascentē, illis quidem præcipit ne inferiores supernant atque despiciant: his verò, ne superiores iudicent, cum peritiā iudicandi non habeant. Qui non manducant, ore cordis non præsumat iudicare manducantem, id est, intelligentem: quia Deus eum qui sic manducat, assumpsit sibi in seruū. Et tu imperite quis es qui alienum seruū iudicas id est, qui Dei seruū damnabilem esse censet? Suo domino stat in bono opere, vel cadit in praua actione: quia si in bono steterit, domini sui erit: vel si in malū opus ceciderit, à domino suo peribit. vel per dominū suū resurget. Stat aut cadit. Sed stabit etiā si nunc iacet, quia potens, est Deus illū erigere. Hoc cōtra indoctos dicitur, qui doctos reprehendunt, vel diiudicāt de quibusdam actionibus suis infirmis.

*Nā alius iudicat diem inter diē, alius autem iudicat omnem diem. Vnusquisque in suo sensu abundet. Qui sapit diem, domino sapit. Et qui manducat, domino manducat. Gratias enim agit Deo, Et qui non manducat, domino non manducat, & gratias agit Deo.*

Iure dixi quia stabit ille qui comedit, siue qui abstinet: quia quod agit, ex iudicio agit. [Nam alius] eorum [iudicat diem inter diem] abstinentiæ ducendum, id est, deputandum [alius autem iudicat omnem diem] in abstinentia ducendū, id est, alius certis diebus, alius omni die iudicat abstinentium. Quidam enim in animo suo iudicant & statuunt, vt diem inter diem in abstinentia ducant, id est, vt alio die abstineāt, & alio nō abstineant, sicut qui quarta & sexta feria ieiunāt & cæteris diebus comedunt: alij verò quia cōsiderant vitam hanc esse breuem, iudicant vt omnem diem, id est, continuum vitæ suæ tempus transigant in abstinentia. [vnusquisque,] id est, ille qui nōnullis diebus, & iste qui omni die iudicat abstinentium, [abundet] operibus bonis [in suo sensu] id est, faciat quod sentit faciendū, quia vtrunq; acceptum est apud DEVM. In suo sensu abundet, id est, suo consilio remittatur. ne scandalum passus, à charitate, quæ est mater omnium, recedat. Et debet permitti abundare, quia [qui sapit diem] vel omnem, vel aliquem esse dandum abstinentiæ, [sed domino sapit,] hoc est, ad honorem domini se placere putat. [Et qui manducat,] id est, qui non abstinet, [domino manducat,] id est, ad laudem domini, cuius omnia creata credit munda, & cui seruiturus sustentatur ex eis. Verè domino. [gratias enim agit Deo] pro collatis sibi beneficiis. Effectus indicat, quia domino manducat, dum illi gratias agit. [Et qui non manducat,] id est, qui ieiunat & abstinet, [domino non manducat,] id est, ad honorem domini ieiunat, [ & gratias agit Deo,] qui sibi dedit tolerantiam abstinentiæ. Ad hoc quippe additum est, & gratias

agit deo, vt ostenderetur quid esset, domino facit, id est, in eius laudem facit. Tūc enim rectē, tunc iustē, tūc piē fit, cum opus bonum in eius fit laudem, cuius gratia donatur vt fiat. In quo affectu proficiens, quicquid boni facit, domino facit: hoc est, in eius laudem, cuius gratia percipit vt faciat. Gratia igitur Deo ab vtroque referuntur, pro illo pro libertate vescendī, ab hoc autem pro fructu abstinentiæ, & idcirco neuter reprehendus est. Aliter: Dixi quia stabit ille qui manducat ore cordis cibum doctrinæ sanctæ. Nec mirum si ad standum erigitur. Nam alius ex his ita manducantibus iudicat diem inter diem, alius iudicat omnem diē, hoc est dicere. Alius quidem nonnulla intelligit, alius verò omnia ad intellectum possibilis, ita vt sunt videndo cognoscit. Si enim ignorantia obscuritas, nox cordis est, intellectus non immerito dies vocatur. Vel non de duobus hominibus, sed de homine & Deo accipiatur hæc sententia. Nam alius est qui iudicat diem inter diem, alius qui iudicat omnē diē. Homo enim iudicat diem inter diem, id est, præsens, quod est inter præteritum & futurum: Deus autem iudicat omnem diem, id est, præteritum, præsens, & futurum. Et ideo stabit qui non stare vi debatur, quia Deus potens est statuere illum, qui omnem diem iudicat: & nouit si cras steterit, qui hodie iacet. Qui iudicat diem inter diē, homo est: quia potest hodie aliud, & cras aliud iudicare, id est, vt quem hodie malum, conuictum cōfessum damnauerit, cras bonum inueniet cum se correxerit: & quem hodie iustū laudauerit, cras inueniet damnatum. Qui autē iudicat omnem diem, Deus est, quia non solum qualis quisque modo sit, sed etiam qualis fuit, & qualis omni die futurus sit, nouit. Et ideo secundum præscientiam, qua nouit quos ante mundi constitutionem prædestinauit. Multi etiam qui apertē mali videntur, multis bonis meliores sunt. Quid enim sint hodie videmus quid cras futuri sint ignoramus. Et Deo quidem apud quem sunt præsentia quæ futura sunt, etiam quod futuri sunt iam sunt: nos autē secundum id quod in præsentī est, quæque hominem iudicare possumus. vnusquisque igitur in suo sensu abundet, id est, quantum humano intellectui, vel vnicique homini concessum est, tantum audeat iudicare: nec sublimiora sacramentorū arcana temere discutiat, sed in eo sensu quæ habet, bonis operibus abundare curet: neque dei sensum vsurpet vt de futuro iudicet, sed suo sensu cōtensus sit, quo de præsentī tantum iudicare potest. Qui sapit diem, dño sapit. i. qui contentus est, tantum præsentia iudicare, nihil contra Deum vsurpat: quia hoc ipsum quod præsentē diem bene iudicat, domino sapit, id est, ad honorem domini. Hoc est autem bene iudicare diem, vt noueris de eius correctione non esse desperandum in futurū, de cuius manifestata culpa iudicaueris in præsentī: Et qui manducat intelligendo cibos sapientiæ, domino (id est, ad honorē domini) māducat: quia gratias agit dicens: Benedicam dominum qui mihi tribuit intellectum: Et qui nō manducat, id est, qui fortiores sensus scripturarū nō capit, domino



**G** domino non manducat, quia humilior inde fit. Et hoc est gratias agere, nihil de se præsumere, sed in humilitate Deo se prosternere.

*Nemo enim nostrū sibi uiuit, & nemo sibi moritur. Siue enim uiuimus, domino uiuimus: siue morimur, domino morimur. Siue ergo uiuimus, siue morimur, domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est & resurrexit, ut & mortuorū & uiuorum dominetur.*

Dixi quia manducans ad honorem domini manducat, & non manducans ad honorem domini non manducat. Quod iuste dixi. Nam omnes siue manducantes siue non manducantes, domini sumus. [Nemo enim nostrū sibi uiuit,] sed domino. [ & nemo nostrum sibi moritur,] sed domino. Nemo sibi uiuit, quia qui lege frenatur, non sibi, sed deo qui legē dedit, uiuit. Si lex non esset, tunc sibi quisque uiueret. Modo autem paret mandato cælitus sibi dato, & uiuit ei qui dedit. Et nemo sibi moritur, sed deo, quo iudice vel coronatur vel damnatur. Nam [siue uiuimus, domino. i. ad honorem domini [uiuimus,] cui seruiamus: [siue morimur,] i. præsentē vitam dissolutione corporis & animæ terminamus, [domino morimur] id est, ad gloriam eius & secundum voluntatem eius, quia nō nostrā, sed eius gloriam & uiuendo & moriendo querimus. Et quia utrunque domino facimus, [ergo siue uiuimus, siue morimur, domini sumus,] ut possideamur ab eo & uiuētes & mortui. Et si semper ipsius sumus vel in vita vel in morte, semper ad laudē ipsius fit, quicquid à nobis vel de nobis fit. Siue uiuimus, siue morimur, domini sumus: quia Christus morte sua & resurrectione dominium acquisiuit super omnes fideles, siue dum uiuunt, siue dum mortui sunt. [In hoc enim mortuus est Christus & resurrexit, ut & mortuorum & uiuorū dominetur.] Domini sumus & post mortem, quia precio sanguinis sui nos redemit & mortuū. Quomodo enim perdit seruos mortuos cuius est mors precium eorum? Nō enim tenebit regnum mortis eos, pro quibus est mortuus liber in mortuis. Dominatur uiuorū & mortuorum, ne putetur tantū iudicare de mortuis, quasi commissum sit super eos iudicium hominibus dum uiuunt, sed post mortem Christo. Nam & nunc & tūc dominatur ipse & iudicat, atque sancti & nunc cū illo regnant & tunc: quia & nunc conuersatio eorum in cælis est, & ipsi postmodum in cælis erunt. Neque piorum animæ mortuorum separantur ab ecclesia, quæ nunc etiam est regnum Christi, & cum eo nunc primum regnat in uiuis & mortuis. Vel ita: Et manducans & non manducans, ad gloriam domini hoc facit: quia nemo nostrū sibi uiuit in virtutibus, non enim suam, sed Christi gloriam querit, à quo sic uiuere habet. & nemo sibi moritur peccatis, quia non se per hoc, sed Christum glorificare querit, qui sibi dedit ut semetipsum peccatis mortificare possit. Siue enim uiuimus, id est in no-

uitate vitæ ambulamus, domino uiuimus, id est K domino vita nostra deputatur, quia non à nobis, sed ab illo est & ad eius laudē fit: siue morimur, id est, mūdo & peccato mortificamur, domino morimur, id est, ad honorē domini uitis morimur, ut peccatis mortui iustitiæ uiuamus. Siue ergo morimur peccato siue uiuimus iustitiæ, domini sumus, ut & extinctio mali, & uiuificatio boni fiat in nobis ad eius gloriā. In hoc enim Christus & mortuus est & resurrexit, ut & mortuorum & uiuorum dominetur. Illorū scilicet mortuorū, qui mortificant membra sua quæ sunt super terram, & mortificationē Christi in corpore suo circumferunt: uiuorum quoque illorū, qui resurrectionis eius exemplo nouam & cælestem vitam in terris agūt. Istorum dominatur CHRISTVS, quia tales digni sunt dominio eius.

*Tu autē quid iudicas, fratrem tuū? aut quare spernis fratrem tuū? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptū est enim: Viuo ego, dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua cōfitebitur Deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum.*

Christus ita dominatur omniū. Sed [tu quid] id est, cur [iudicas fratrem tuū] manducantē, cū nescias qua necessitate manducet, aut quo animo? [aut] tu manducans [quare spernis fratrem tuum] nō manducantem, cū ignores quā pia deuotione seruet abstinentiam? Non debes iudicare vel spernere, quia iudicādis es. [Omnes enim] nos abstinentes & manducantes [stabimus] iudicandi [ante tribunal]. i. ante sedem iudicalem [Christi.] Iudicantis enim est sedere, iudicādorū uero ante iudicem stare. Omnes stabimus ante tribunal Christi. Qui ergo fratrem iudicat, tantum crimē elationis incurrit, ut Christi tribunal sibi videatur assumere, & eius iudiciū præuenire. Cuius iudicij species, ut notior fieret hominibus iudicādi forma ex his quæ inter homines gerūtur assumpta est, quatenus agnoscerem⁹, quia sicut iudex terrenus celsior est, & que ndā locū qui tribunal appellatur ascendit, ut ex eo altior & eminentior sit cæteris qui iudicādi sunt, ne cōspectum eius lateant vel supplicia reorū, vel allegationes innocētū: ita & iudex omnium Christus natura & maiestate cunctis eminentior, intrōspicit corda & conscientias singulorum, ac manifestabit occulta, ut bonis laudē tribuat, & mali pœnam quā merētur, accipiant. Omnes stabimus Christo iudici: [Scriptū est enim] apud Isaiam de Christo in psona ipsius: [Viuo ego, dicit dominus,] id est, qui sui mortuus, uiuo perpetualiter ut iam mori non possim: & quod ego sic uiuo, causa est quoniam mihi flectetur omne genu, id est, omnis

**A** omnis rigor & fortitudo humiliabitur meæ potestati. ut per flexionem genuum intelligatur subiectio omniū. [ & omnis lingua, ] id est, omnis conscientia [confitebitur deo quicquid egit siue bonum siue malum. Hoc fiet in iudicio. Et quandoquidem teste scriptura, omnis lingua cōfitebitur deo, [itaque unusquisque nostrum reddet] deo iudici [rationem pro se,] id est, respondebit deo pro his quæ fecit, & cur ea fecerit. Hoc est enim reddere rationē deo, quod est confitebor deo. Et quia unusquisque respondebit pro se deo iudici, [ergo non amplius iudicemus inuicem] ex opinione, sicut hactenus fecimus, Deo sunt enim, in quibus temerarium iudicium cauere debemus, cum incertum est quo animo quicquam factum sit, vel cum incertum est qualis futurus sit, qui nunc vel bonus vel malus apparet. Si ergo quispiam (verbi gratia) conquestus de stomacho, ieiunare noluit, & tu id non credens, edacitatis vitio id tribueris, temere iudicabis. Itē si manifestam edacitatem, ebrietatemq; cognoueris, & ita reprehenderis quasi nūquam illa possit corrigi atque mutari, nihilo minus temere iudicabis. Nō ergo reprehendamus ea, quæ nescimus, quo animo fiant: neq; ita reprehendamus quæ manifesta sunt, ut desperemus sanitatē. Maximē autē hi temere iudicant de incertis & facillē reprehendunt, qui magis amant vituperare & dānare, quā emēdare & corrigere. Quod vitiū vel superbia est, vel inuidētia. Non amplius inuicē iudicemus, id est, neque abstinēs manducantem, neq; manducans abstinentē: [sed hoc magis iudicate,] id est, hoc potius decernite & præfinite in cordibus uestris, [ne ponatis offendiculum fratri vel scandalū,] id est, ne faciatis per escā & ieiunationem uestrā, unde frater offendatur, vel scandalū incurrat. Hoc potius statuite, ne per obseruantiam ciborū offensiones fratribus vel scādalum generetis. Eos qui ex gentibus edebant monet, ne scandalizent Hebræos cibo suo, qui adhuc in fide infirmiores erant, & cibos discernebāt. Gentiles enim qui firmiores erant fidei, omnes cibos indifferenter sumi credebant: sed Iudæi scandalizantur inde, cū uiderēt eos se uesci communibus escis. Erant & nonnulli ex eis qui sciētes nihil esse idōlum, & omnē creaturam Dei bonā esse, comedebant idōlothyta. Quod alij uidentes, & aliquid sanctificationis putantes esse in illis carnibus, quia idōlis erant immolata, ex eis comedebant & peribant, cæteri uero irascebātur inde. Et hoc est quod dicit, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalū id est, ne faciatis corā fratre unde pereat uestro exemplo idem faciens, vel contristetur. Offendiculū enim esset, si tali exēplo corrueret à fide Christiana: scādalu uero, si ad tristitiam vel irā puocaretur. Si enim uideret à Christiano idōlothytum manducari, offēderetur, id est, moueretur à fide, quia putaret idōlum esse aliquid. Si autem uideret ab eo comedi cibum quē putaret immundum, scandalizaretur, id est, ad indignationem & iram compelleretur.

*Scio & confido in domino Iesu, quia nihil cōmune per ipsum, nisi ei qui existi-*

*mat quid commune esse, illi cōmune est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illū perdere, pro quo Christus mortuus est.*

Non ideo dico offendiculū vel scādalum, quo cibis fit immundus, aut quod ego more Iudaico suadeam obseruare ciborum differentiam, quia [scio & confido in domino Iesu] nihil esse commune, id est, scio nihil esse commune per hoc quod mihi fiducia est in domino Iesu, qui postquā uenit, absoluit à lege. Populus Iudæorum partem dei se esse iactans, cōmunes cibos uocat, quibus omnes uescūtur homines, sicut carnē, ostreas, lepores & istiusmodi animalia, quæ uingulā nō findūt, nec rumināt, nec squamosa in piscibus sunt. Cōmune ergo quod cæteris hominib⁹ patet, & quasi nō est ex parte dei, pro immūdo appellatur. & sicut uasa in ministeriis templi segregata, non communia, sed sancta dicebantur, ad quorū distinctionē reliqua uasa humanis uibus dedita, uocabantur cōmunia: sic & ad distinctionem illorum ciborū, quos quasi mundos & secundum legem edendos scriptura segregauit, reliqui omnes appellati sunt communes. Sed Apostolus iam à litera legis liberatus, dicit [quia nihil commune est per ipsum,] id est, per seipsum. Nihil enim in creaturis dei immundum est natura sui. Omnia nanque à bono deo creata, bona esse constat & munda. Nec tamen in his distinctionē legis accusat, ut absolute dicat nihil esse commune eorum, quæ lex definiuit immunda. Præmittit enim causam, cur per seipsum, id est, natura sui, nihil commune sit. Scio, inquit, & confido in domino Iesu. Manifestum est enim, saluatoris beneficio omnia munda esse, qui de sub iugo legis eruens homines, reddidit eis statutum pristinū libertatis. Itaque vel propter dei creationem, vel propter saluatoris aduentum, nihil in creaturis est naturaliter immundum. Unde & ipse dicit, quia non quod intrat in os, coinquinat hominē. Nihil est cōmune, [nisi ei qui existimat aliquid cōmune esse, illi] enim [cōmune est] propter estimationē, qua putat illud esse cōmune, id est, immundum. cogitatio enim mētis cibum, quia natura sui nō est cōmunis vel pollutus, facit pollutum, cū ecōtrario cibum uerē pollutū (uere enim est pollut⁹, qui idōlis immolatur) simplicitas mentis, quæ nullam cogitationis scrupulositatem habet, ab omni suspicionē cōtaminationis absoluat. Et rursus etiā si mundus sit cibis, suspicionem tamen aliquis patiat, quasi quod idōlis immolatus sit, pollutus dicitur pro conscientia scrupulo. Dixi, ne ponatis offendiculū fratri vel scādalum, ideo scilicet, quia [si propter cibū tuū] saltem [contristatur frater tuus,] iā non secundū charitatem ambulat. [id est,] iā huius operationis tuæ gressus non tenet uiam fraternitatis: & idcirco grauius peccas, quia charitatē deseruisti, sine qua nihil placet deo. [Noli cibo tuo illū perdere.] Non debes eum cibo tuo vel contristare. Plus

**G**autem caue, ne taliter eum perdas. Noli pro cibo tuo, pro tam vili re, tam cito peritura, perdere tam magni precij & tā dignam, pro qua Christus sustinuit mortem. Cum definisset apostolico dogmate, per dominum Iesum nihil cōmune vel immundum natura sui putandum, & dedisset ergo vsus ciborum fidelibus quibusq; absolutissimam libertatem, rursus ad ædificandā authoritatem fratrum amoris, licentiam reuocat libertatis, & dicit: Etiam si commune nihil est, & omnis vsus ciborum licenter admittitur tamen tu si propter cibum quem licitum putas fratrem qui nondum scientiæ huius capax est, scandalizas, iam non secundum charitatē agis, nec affectum in te fraterni amoris ostendis. Et ideo ne lædas aut contristes eum, etiam à licitis abstinere debes. tibi enim abstinere à licitis, crimen nullum est: illi verò, in quibus discernit & putat non licere, cōtaminabilis vsus est. Qui enim discernit, si manducauerit, damnatus est. Quod si facias, tu vtique fratrem tuum spernis & perdis, [pro quo Christus mortuus est,] & tu ei causam perditionis acquiris. *Non ergo blasphemetur bonū nostrum. Non est enim regnum dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo, placet deo, & probatus est hominibus. Itaque quæ pacis sunt, sectemur: & quæ ædificationis sunt inuicem custodiamus.*

**I** Quandoquidem frater noster contristatur cibo nostro aut perditur, [ergo] caueamus [ne bonū nostrū blasphemetur. [Blasphematur enim bonum nostrum, si propter escas contentiones oriuntur: quoniam bona in se comestio blasphemabilis est, dū aliis nocet. Et quia nocet, abstinere. Et abstinendū est, quia [non est regnum dei esca & potus], id est, regnum dei propter quod laboramus & curimus, neque per escam, neque per potum constat: sed aliena sunt hæc à regno dei, & ab illa sanctorū cōuersatione futura. Nō erunt ibi carnales epulæ, [sed iustitia & pax & gaudiū.] Et quia solent homines multum gaudere corporeis cibis, addidit: [in spiritu sancto. Ideoque nos in his virtutibus exerceamus, quæ nobiscum possint transire ad regnum cælorum id est, in iustitia pace & gaudio spiritali. Has enim tres virtutes idcirco posuit, quoniam ad intentionem suā & ad Romanorum correctionē specialiter militare vidit. Iustitiam, vt vnusquisque non faciat alij, quod sibi non vult fieri: & quod sibi exoptat rectē fieri, faciat alij. Pacem, vt illis quies & concordia sit, non gloriatio & discordia. Gaudiū, vt vnusquisque de bonis fratris sui gaudeat, sicut de suis. Et istę virtutes sūt regnū dei, quoniam virtutibus huiusmodi consistit regnum supernæ beatitudinis. Vel regnū dei sunt, quia etiam in præsentī vita regnat de⁹ in illis, in quibus sunt hæc virtutes. Verē istę in spiritu sancto sunt regnum dei, nam [qui in hoc,] id est, in spiritu sancto, [seruit Christo,]

vt accepta spiritus sancti gratia, studeat obedire mandatis Christi, [placet deo] patri qui de Christo dixit. Ipsum audite. [ & probatus est hominibus,] qui videntes opera eius bona, glorificant patrem eius qui in cælis est. Placet deo secundum gaudium quod est in spiritu sancto, probatus apparet hominibus secundum iustitiam & pacem. Et quia pax & gaudium est regnum dei, atque per hæc placere potest quisque tam deo quàm hominibus, [Itaque sectemur] semper [ea quæ pacis sunt] & concordia, non quæ belli & discordia: [ & custodiamus ea quæ sunt ædificationis,] id est, obseruemus ea quæ ad ædificationem pertinent, [inuicem,] id est, Iudæus ad gentilem, & gentilis ad Iudæum, vt semper alterutrum magis ac magis ædificemur vel alij per nos.

*Noli propter escam destruere opus dei Omnia quidem munda sunt, sed malū est homini qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur aut scandalizatur aut infirmatur. Tu fidē habes penes te metipsum? habe coram deo. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est, quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide, peccatū est.*

Quæ sunt ædificationis custodire debemus, & ideo [noli propter escam tuam destruere] in aliis [opus dei,] id est, subuertere fidem & charitatem, quas in eis operatus est deus. Soluit enim opus dei & ædificium destruit charitatis, qui propter ciborum intemperantiā scandalum fratris ponit. [Omnia quidem] genera ciborū [munda sunt] sed tamen nonnulla sunt intermitenda, ne per hæc destruat opus dei, quia [malū est homini qui per offendiculum] aliorū [manducat,] id est, qui ita manducat, vt alij per eius manducationē cadant & à fide deficiant. Quod ergo sui natura bonū est, ex offensione efficitur malū, ex eo quod offenditur frater te vtente his cibis, in quibus ille scandalū patitur. Omnia enim naturaliter munda sunt, quāuis lex Moyſi quædam munda & quædam immunda significauerit, vt populus qui sub lege cēsebatur, discerni per huiusmodi obseruantiā à ceteris gentibus videretur. Et quādiu quidē populus ille sanctus & segregat⁹ à ceteris nationib⁹ habebatur, æqua discretio de mūdis & immundis necessaria videbatur quæ populū illū fecerneret à nationibus, quas ignoratiā dei & cultus idolorū faciebat immundas. Nunc verò gētilibus cunctis ad fidē ingressis non necesse est distantiā huiusmodi obseruare, sed omnē creaturam dei, sicut reuera est, bonā estimare. Omnia itaque munda sunt & bona, sed in malū conuertuntur eis, qui per offensionē fratrum comedunt ea. Et ideo ne frater offendatur, abstinendum est ab eis. Nam [bonum est non

**A**nō manducare carnem, nec bibere vinum] per offensionem fratris, [neque] aliud [in quo frater tuus offenditur aut scandalizatur, aut infirmatur.] Alioqui manducare carnem & non manducare, vel bibere vinum & non bibere, neque malum neque bonum est, sed medium & indifferens. Potest enim non manducare carnem & non bibere vinum etiam malus homo & à fide alienus, vt sæpe etiam nonnullos idolorū causa hoc facere contigit. Sed ne frater offendatur vel offendant, ideo non manducare carnem & non bibere vinum, non iam medium vt indifferens, sed vere bonum est. Bonum est enim abstinere à carne & vino, si in eis frater offenditur. Omnia enim ob hoc fieri oportet, ne destruat opus dei. Ideo & manducandum est, si in eo frater ædificatur: & non est manducandum, si per hoc decrescit opus dei. Et bibendum est, si per hoc proficiat frater ad fidem: & non bibendum, si per hoc aut frater damnus fidei, aut tu detrimentum charitatis incurras. Sunt & aliæ causæ, propter quas à talibus cibis plerique religiosorū abstinere, sed nunc tacetur ab Apostolo, quia rudibus loquitur. Ob hoc enim solummodo suadet nunc abstinendū, ne frater offendatur, aut scandalizetur, aut infirmetur. Offenditur enim, si propter comestionē aut bibitionē offensus recedit à fide. Vel offēdit⁹ perturbatus nesciens quid teneat. Scandalizatur, si cōtristatur. Infirmatur in fide, si quāuis nō recedat, dubitare incipit. Et ne frater ista propter cibū tuū patiat abstinere debes. Quod bene potes facere, quia de tuo bono nihil perdis. [Tu enim habes penes te metipsum,] id est, in corde tuo, unde nullus auferre potest, [fidē,] quia credis licitum manducare omnia, [habe] illam [coram deo,] i deſt, serua illam intra conscientia, nec iactes illā coram hominibus, ne magis in ostentatione fiat quod credis, quā in virtute. Sufficit tibi habere corā deo huiusmodi fidem. Non tamen idcirco cogendus est & alius vt omnia manducet, qui nondum habet talem fidē, vt credat omnia esse manducanda. Et ideo noli apud homines gloriari de hac fide tua, spernendo ceteros qui nondum sic credunt, sed in oculis interni arbitrij eam retine. Nam [beatus est qui non iudicat semetipsum,] id est, qui non facit damnabile seipsum nocēdo aliis, [in eo quod probat,] id est, in eo facto quod laudat & bonum iudicat. Beatus qui non aliud facit, quàm quod vtile probat. Nā ille semetipsum iudicat, id est, proprio iudicio se damnat, qui quod dicit non debere se facere, facit. Bona enim est fides, qua credimus omnia esse munda, & hæc probamus apud nosmetipsos veraciter esse bonam. Sed si hoc fidei bono male vsi fuerimus, vt per offendiculum infirmorū fratrum manducemus, nosmetipsos iudicamus, quia sciēter hoc facimus, quod non esse faciendum mens nostra iudicat. Ille quidē beatus est, qui non ita se iudicat. Sed ille [qui discernit,] id est, qui discretionē habet in cibis, putans alios esse mundos & alios immundos, si tali conscientia [manducauerit,] damnatus est, quia non ex fide] manducat. Et ideo nō debemus eū cogere vt manducet, nec exemplo nostro ad manducandū prouocare, sed nos

potius propter eū à talibus escis abstinere. Si māducauerit iam conscientia arguente damnatus est, quia non ex fide manducat, dum cibum illum nequaquam credit esse mundum, & tamen comedit. Digne enim subiacet dānationi, quoniam aliter credit agendū, & aliter agit. Ille nō ex fide comedit. Sed [omne] opus [quod nō est ex fide, peccatum est.] Igitur quia comestio illius peccatum est, rite damnatur. Omne quod non est ex fide, peccatum est, quia etiam illud quod est bonum, si putetur esse malum & tunc fiat, peccatum est. Velut si quis (verbi gratia) castitatem crederet esse malum, & viuere castus, profecto peccaret. Et propterea omnis infidelium vita peccatum est, nihilq; bonum est sine summo bono. Vbi enim deest agnitio æternæ & incommutabilis veritatis, falsa virtus est etiā in optimis moribus.

## CAPVT XV.

*Ebemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisque nostrum proximo suo placeat in bono, ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est. Impropria impropertium tibi ceciderunt super me.*

Infirm⁹ si edit, dānatus est, sed nos infirmiores debemus sustinere taliū imbecillitates. Vel ita: Offendiculū vel scandalū fratri ponere nō debemus, sed potius [nos qui firmiores] sumus [debemus sustinere imbecillitates infirmorū,] vt ea in quibus alij pro infirmitate delinquant, nos robustiores patienter feramus, & non continuo spernētes, abiiciamus & abhorrescamus illos, si fortē in aliquo infirmitatis vitio vincuntur, neque sub specie purioris vitæ, à conuentu fratrum & ecclesiæ societate depellamus eos. Cū enim nō possint se ad nos erigere, debem⁹ nos patienter eorum imbecillitates sustinere, id est, portare & erigere, non abiicere & despicere. Quoniam si portetur infirmus, aut erubescit diutius portare, & corrigit consuetudinem delinquendi: aut si se corrigere noluerit, qui eū portat præmium patientiæ hebebit: & ille deterius peribit. Debemus inquā, eorū imbecillitates sustinere, ne cadant qui titubāt, [ & nō nobis placere,] id est, priuato amore diligere, vt diligentes nos ipsos, de aliis non curemus: & propria cōmoda quærentes vtilitatem aliorū negligamus. Hoc nullus faciat. Sed [vnusquisque] nostrū proximo suo] non in consensu nequitia ipsius, vel in alio quolibet malo [placeat,] sed potius [in bono] opere & sermone [ad ædificationē] illius. Non enim propter humanum fauorem proximo placere debemus in bono quod agimus, sed propter illius ædificationem, vt verbis & exemplis ædificemus eum. Non nobis placeamus, sed proximo in bonis ad vtilitatem eius. [Etenim CHRISTVS] qui est

**G** caput nostrum & dux noster sic fecit. [non sibi placuit,] quia cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Sed volens hominibus placere, ut eis exemplum bene agendi tribueret & ad salutem eos reduceret, semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, [sicut scriptum est,] impropria sustinuit. [Ceciderunt,] inquit, [super me impropria impropertium tibi] o pater. Dum enim mihi impropertarent, impropertabant tibi: quia sicut qui me recipit, recipit eum qui me misit: & qui me spernit spernit eum qui me misit: qui mihi impropertat impropertat ei qui me misit. Impropertat ergo Iudæorum, hoc modo tibi impropertatum ceciderunt super me, id est, onere mortis oppreserunt me. Dixerunt enim me blasphemare in te, & ob hoc occiderunt. Sicque peccata peccatum in te ceciderunt super me, quia innocens a peccatoribus occisus sum quia blasphemus: & tu qui me miseris, es exonoratus.

**H** Quaecunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.

Dixi quia Christus quem nos sequi debemus sustinuit (sicut scriptum est) impropertat pro salute hominum, & non sibi placuit, sed aliis, ut salui fierent. Et verè nos per hanc psalmi scripturam docemur exemplo eius non nostra, sed aliorum comoda querere. [Quaecunque enim] in veteri testamento [scripta sunt, ad nostram doctrinam,] id est, ut nos per hanc doceamur, [scripta sunt.] Ostendit Apostolus utilitatem lectionis veterum scripturarum. Quas quia Iudæi non intellexerunt, nos autem Christo aperiente intelligimus, non ad illorum, sed ad nostram doctrinam scripta sunt quæ ibi leguntur. Quæ enim scribuntur, propter eos sine dubio scribuntur, qui intellecturi sunt & utilitatem ex eis capturi. Et ideo propter nos scripta sunt omnia quæ in lege & prophetis leguntur, ut nos qui intellecturi eramus, doceremur per ea quid credere & agere deberemus vel sperare, ut scilicet [per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus,] per patientiam habeamus spem, quoniam patientia operatur probationem, probatio verò spem. Et per consolationem scripturarum habeamus spem, quia dum scripturæ nos in aduersis consolantur, in spem supernæ beatitudinis mentem nostram erigunt. In ipsis scripturis docemur per patientiam, & communiemus passionibus Christi, & pro salute proximorum libenter sustineamus, sicut ille sustinuit pro nobis. Et ibi percipimus consolationem, id est, mœroris & afflictionis allevationem, ne nimia absorbeamur tristitia: Consolatio enim non doloris ablationem significat, sed temperantiam & quandam mitigationem. Et hanc ex scripturis habemus, atque per hanc, spem: quia dum præsentem tristitiam nostram deus per scripturarum suarum sententias leuigat & in hilaritatem vertit, dat spem perueniendi ad illud gaudium, cui tristitia non erit admixta. Consolatio nobis datur in recitatione passionum Christi,

quia dum legimus vel audimus quot & quantum ille sine culpa sustinuit, intelligimus nos peccatores omnia debere libenter sustinere: ac deinde sequitur spes, quia has afflictiones speramus ad illam beatitudinem peruenire, ad quam Christus merito suæ passionis peruenit.

*Deus autem patientiæ & solatiij det vobis id ipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum, ut vnanimis vno ore honorificetis Deum & patrem domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei.*

Scripturæ nos docent, sed deus vobis tribuat, ut possitis agere quod scripturæ docent. Deus luce & virtute suæ gratiæ vestram imbecillitatem corroboret, ut operari velitis & possitis quod in scripturis auditis. Deus dico patientiæ & solatiij, id est, a quo est patientia & solatium, sicut & cæteræ virtutes. Cum dicitur deus patientiæ, hoc intimatur, quia Deus cum his est, qui habent in se virtutem patientiæ: sicut & cum dicitur, deus iustitiæ, ostenditur in illis esse deus, qui seruant iustitiam. Similiter & deus solatiij, cum dicitur, ostenditur esse cum illis, qui ex scripturis diuinis per intelligentiam spiritalem capiunt solatiū. [Deus patientiæ & solatiij det vobis id ipsum sapere in alterutrum.] More patriarcharum & prophetarum tribuit nunc Romanis Apostolus benedictionem. Grædis enim est ista benedictio, qua præcatur illis diuinitus dari, ut id ipsum sapiant in alterutrum, hoc est, ne iam sit in eis vlla dissensio, sed vnum idemque sapiant omnes atque sentiant: & sicut sibi, ita & proximo suo velit vnusquisque. Bene autem addidit [secundum Iesum Christum.] Potest enim fieri, ut & in malitia aliqui vnum vicissim sapiant & cõsentiant. Qui autem secundum Christum sapiunt, sine dubio omne quod sapiunt, bonum est. Det inquit vobis id ipsum sapere inuicem, id est, det vobis tantam cõcordiam inuicem, ut quod vnus sentit, sentiat alter, & sapientiæ sensus transeat in alterutrum, id est, de isto in illud, & de illo in istum. Et hoc secundum Christum, id est, in omni bono per quod regem nostrum sequimur, non in malo per quod ei contrainimus. Ita sapiatis, [ut vnanimis,] id est, vnū omnes animum habentes, [vno ore honorificetis deum & patrem domini nostri Iesu Christi.] Vno ore dicitur, quando vnus atque idem sensus & sermo per diuersorum ora procedit. Idem sapiatis, ut vnanimis vno ore deum honoretis, quoniam aliter eum honorare non potestis. Non enim honoratur nisi ab illis qui id ipsum in Christo sapiunt, ut vnanimi voluntate atque eadem oris cõfessione laudant eum. Qui secundum humanitatem Christi, est deus eius: & secundum diuinitatem eius, est pater ipse. Vno sensu & cõcordi vita debetis eum honorare. Propter quod, id est, ut eum cõcorditer honoretis, [suscipite inuicem] alij alios, ne iam alter alterum abiiciat, causa mundorum vel immundorum ciborum dissentiens ab eo. Vbi

pro

**A** pro eis orationem præmisit, ostendit quia non ex viribus & meritis hominum, sed ex dei gratia salus est. Vbi verò admonitionem subiungit, ut seinuicem suscipiant, liberum arbitrium in eis demonstrat: & quod ex suo arbitrio per præcedentem dei gratiam corroborato, salutem suam operari possint, indicat. Nam si nihil possent ex viribus suis, non eos admoneret: & si solo arbitrio sufficerent, deum pro ipsis non oraret, sed solummodo exhortaretur eos. Suscipite vos inuicem, [sicut & Christus suscepit vos,] qui nullius horruit immunditias, nec reputauit alicui delicta sua. Nihil ergo de immunditia animalium iudicetis, sicut nec ille immunditias credentium reputauit. Suscepit autem vos [in honore dei,] quoniam iam ad hoc vos suscepit, ut iuxta præceptum eius, videant homines opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est.

**B** Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis, propter veritatem dei ad confirmandas promissiones patrum, gentes autem super misericordia honorare deum sicut scriptum est. Propterea confitebor tibi in gentibus, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit: Letamini gentes cum plebe eius. Et iterum: Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rursus Isaias dicit: Erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt.

Verè suscepit vos Christus, nam Iudæos propter veritatem, gentes propter misericordiam. [Dico enim Iesum Christum ministrum fuisse circumcisionis,] id est, ego cui indubitanter credendum est, ego qui non ab homine, sed ab ipso Christo didici, ego qui tantus apostolus sum, dico qui Christus fuit minister circumcisionis, id est, apostolus & prædicator eorum qui sunt ex circumcisione, sicut ait: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël, & hoc [propter veritatem Dei] complendam, qui locutus fuerat Abraæ & Dauid, quod ex eorum semine Christus esset venturus, [ad confirmandas promissiones patrum,] id est, ut ratas & firmas redderet promissiones, quæ de eius aduentu factæ patribus in scripturis leguntur. Ad illos enim venire debuit, quorum patribus fuerat promissus. Non autem clausit deus fontem bonitatis suæ etiam in alienigenas gentes, sed per eundem redemptorem misericorditer eas saluauit. Vel pro eo quod circumcisione in carne sua Christus suscepit, dicitur minister fuisse circumcisionis, ut aperte declararet quod ex semine Abraæ veniens, cui deus promiserat, quia in semine eius benedicetur omnes gentes, cõpleret in semetipso, quæ patribus fuerant promissa, ut per hoc gentiles intelligerent non esse penitus iudicandos eos, qui in legis obseruationibus demorantur, cum etiam Christus in carne sua circumcisionis minister, id est, obseruator extiterit. Dico Christum fuisse ministrum

circumcisionis propter veritatem dei, [sed gentes] dico [honorare deum,] id est, dico quod gentes ad fidem conuersæ bonis operibus & religiosi moribus honorant deum [super misericordia,] id est, de misericordia aut per misericordiam sibi ab eo collata. Veritas enim in Iudæis, misericordia in gentibus. Veritas ibi, ubi erant eloquia dei: misericordia in illis, qui dimiserant deum & conuerterant se ad diaboli cultum, nullamque promissionem diuinitus acceperant, & nullum iustitiæ meritum habebant. Ita per solam misericordiam vocauit deus gentes ad honorandum & glorificandum se, sicut in psalmo scriptum est in persona Christi: [Propterea,] id est, propter resurrectionem meam & ascensionem, quia ab insurgentibus in me exaltabis me, a viro iniquo eripies me, o deus qui subdis sub me, [confitebor tibi in gentibus,] id est, tibi per me confitebuntur gentes, [et nomini tuo cantabo,] id est, cantantes faciam. Ostendit a gentibus maiores deo gratias referendas. Cui enim plus dimittitur, plus diligit. Et Iudæis arrogantiam tollit, dum & gentium salutem similiter docet esse prædictam. Quod dominus ait, Confitebor tibi in gentibus, declarat ut ipse confitetur in eis, sicut & loquitur in eis, ut pote in membris suis. Cõfessio autem non tantum peccatorum est, sed & laus dei. Et quod ait, cantabo, hoc est illud canticum nouum, de quo dicit alius psalmus: Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Ipse quippe cantat in nobis, cuius gratia cantat in nobis. Intus est gaudium, ubi vox laudis & canitur & auditur: qua voce laudatur, qui gratis amandus est toto corde, tota anima, & tota mente, amatoremque suum accedit in se gratia spiritu sancti. Hæc de gentium salute Dauid in psalmo. [Et iterum] Moyses in cantico Deuteronomij, ubi nos habemus, Laudate gentes populum eius, iuxta Septuaginta interpretes] dicit, Letamini gentes cum plebe eius. [Et iterum] Dauid: [Laudate omnes gentes dominum,] quia auxit plebis suæ numerum nobis omnibus associatis. [et magnificate eum.] id est, magnam & gloriosum vestris operibus ostendite [omnes populi] Iudæorum. i. duodecim tribus & omnes familiæ Israël. [Et rursus Isaias ait, quod ad idem pertinet: [Erit radix Iesse,] id est, principium regalis familiæ, & ex hac radice erit Christus, [qui exurget] a mortuis [regere gentes,] id est, ut regat gentes per fidem & bona opera: & ideo [gentes sperabunt in eum] veterum ad iudicium, ut recipiant ab eo coronam gloriæ. Vel quia ipse Christus in Apocalypsi Ioannis dicit, Ego sum radix & genus Dauid, ipse potius est intelligendus radix Iesse, id est, origines carnis per Dauid & Mariam trahens ex Iesse. Radix, inquit, erit Iesse. i. erit filius Iesse, erit ducens genus Iesse, & ipse erit qui de morte exurget regere gentes, & in eum (ut diximus) gentes sperabunt, ut cum redierit, percipiant ab eo regnum.

*Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo, ut abundetis in spe & virtute spiritus sancti.*



**G** Palchre qui dixerat in Isaia scriptum esse, *quod in eum gentes sperabunt*, subiungit: [Deus autem spei,] velut si scriptum fuisset, quod in eum gentes crederet, & adiecisset, deus autem spei. Deum autem spei inuocat super eos qui sperant in eum, a quo eis benedictionis munus precatur augeri. quasi dicat: Ego scripturarum testimoniis ostendi vos tam gentiles quam Iudaeos per Christum ad fidem pertinere, sed deus qui potest omnia adimplere quae dixi, deus spei, id est, qui dat spem, vel in quo speramus, [repleat vos omni gaudio] spirituali, ut nullus vestrum iam contristetur, sicut solebatis in lite mutuo contristari, sed de profectu vestro & spe gaudeatis, & repleat vos [pace,] id est, concordia [in credendo,] ne in vestra credulitate sit vlla discordia, sed pax adinuicem, [ut abundetis] bonis operibus [in spe] future remunerationis [et virtute spiritus sancti,] quae nunc confortamini. Vel abundetis per opera bona, id est, certi speretis eternam beatitudinem, & abundetis in veritate & virtute spiritus sancti, id est, abundantius repleamini eiusdem spiritus fortitudine, ut ad omnia fitis robusti.

*Certus sum autem fratres mei & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere.*

Ne videretur omnes intelligere discordes, & ad corrigendum insipientes remouet illud. Quod ideo incipit, ut admoneat perfectiores de correptione minorum, & inde proponit se exemplum qui laborabat de aliis. Et opus est ut hoc istifaciant, cum ipse aliis impeditus, ad eos venire nondum possit. Moneo, inquit, vos inuicem suscipere & concorditer viuere, non tamen omnes, sed [certus sum] de vobis maioribus [et fratres mei & ego ipse,] qui ita loquor, [quoniam] non ego solus, sed vos [ipsi pleni estis dilectione,] qua velitis aliis prodesse, & [repleti omni scientia,] qua possitis implere quod vultis erga profectum aliorum. Repleti omni scientia veteris & nouae legis, etsi non plenarie, tamen ex parte, [ita ut possitis alterutrum monere] id est, in tantum didicistis omnem scripturae scientiam, ut possitis per eam inuicem alterutrum monere ad bene agendum, nisi in vestra culpa remanseritis.

*Audacius autem scripsi vobis fratres ex parte tanquam in memoriam vos reducens, propter gratiam quae data est mihi a deo, ut sim minister Iesu Christi in gentibus, sanctificans euangelium dei, ut fiat oblatio gentium accepta & sanctificata in spiritu sancto.*

Certus sum de vobis, & vos scientia repletos esse noui, sed tamen [audacius] quam fortasse putaretis, [scripsi vobis et fratres,] & scripsi [ex parte.] Cum nunc Apostolus, a quo scientiae sermo nobis transfusus est, ex parte se dicat scri-

psisse, credendum est quod quauis ipse alibi dicat, Ex parte cognoscimus & ex parte prophetamus, plura tamen & multo plura sciret quam scripserit. Tanquam enim ipse multa sciret, nec tamen auderet multa proferre, audacius se fecit se dicit, ut salutem aliqua per scripturam eis dirigeret. Quod vero ait, [tanquam in memoriam vos reducens,] indicat fuisse quidem sibi iam sermonem de talibus, & se frequenter disseruisse de mysteriis, sed quia quae solo sermone dicta sunt facile intercipere posset obliuio, per haec pauca quae scripsit, reuocat illos in memoriam eorum, quae latius saepe disseruerat. Vel audacius scripsi vobis, reprehendendo audacius quosdam vestrum male se habentium. scripsi dico, non quasi putans vos insipientes, sed quasi in memoriam vos reducens, id est, quasi faciens vos memores quid agere debeatis. Per laudem eos reuocat ad meliora, more exhortatis. Vnde nec dicit se docere eos, sed monere, quasi quod sciatur, sed subterfugiat animo. Vbi tamen latenter eos arguit, quasi oblitos quod mente fedula retinere debuissent. Scripsi, inquit, vobis, & hoc [propter gratiam] apostolatus [quae data est mihi a deo,] quasi dicat: Pro officio meo omittere non potui. Ob hoc data est mihi gratia, [ut sim minister Christi in gentibus,] id est, ut ministrem & seruiam Christo, praedicans illum gentibus. Non temere scribit, sed apostolus gentium constitutus, audet scribere omnibus gentibus. Si minister Christi, quem ipse, non alius instituit. ego dico [sanctificans euangelium dei,] id est, exemplo meo sanctum ostendens, quod cum tanta reuerentia ministro, [ut fiat oblatio gentium accepta,] id est, ut omnes offeratur domino tanquam acceptabile sacrificium, cum in Christum credentes per euangelium sanctificantur. Vel fiat oblatio gentium accepta, id est, ut gentes quas offero, sint acceptae deo fidei perfectione. [et sanctificate] bona operatione [in spiritu sancto,] id est, in spiritus sancti gratia.

*Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum, quae per me non efficit Christus in obedientiam gentium verbo & factis: in virtute signorum & prodigiorum, in virtute spiritus sancti, ita ut ab Ierusalem per circuitum vsque ad Illyricum repleuerim euangelio Christi.*

Dixi quia sum minister Iesu Christi, sanctificans euangelium dei. [Igitur habeo gloriam in Christo Iesu,] cui ministro, [ad deum,] cuius euangelium sanctifico. In Christo gloriam istam habeo, quia nullus apud deum gloriam habere potest, nisi in Christo. Christus enim veritas & sapientia & iustitia, & sine his nemo gloriam habet apud deum. Habeo gloriam in Christo, & recte: quia [non audeo] ut pseudo apostoli [loqui aliquid eorum] quae per me non efficit Christus, id est, dedecus grande putarem, si aliquid loquerer quod per me Christus non operetur, [in obedientiam gentium,] id est, ut gentes ei

**A** obediant [verbo] meae praedicationis [et factis] meae operationis, in virtute signorum & prodigiorum, id est, potentia mysticorum & simplicium miraculorum, factorum [in virtute spiritus sancti.] Quae loquor, inquit, non sunt alieni operis verba: nec aliorum gestorum laudator efficior, sed quae Christum per me fecisse non ui, haec scribo vobis, quae per obedientiam gentium verbo in me & opere expleuit, verbo doctrinae, opere autem signorum & prodigiorum. Signa appellantur, in quibus cum aliquid sit mirabile, indicatur etiam aliquid futurum. Prodigia vero, in quibus tantummodo mirabile aliquid ostenditur. Signa autem & prodigia, quasi quae vtrunq; contineant, dixit. Scriptura vero diuina interdum tenet istas proprietates, interdum abusive & prodigia pro signis, & signa pro prodigiis ponit. Haec ideo per se facta dicit Apostolus, ut probet se nihil minus posse quam priores apostolos, qui cum Christo fuerant. In virtute autem spiritus sancti potest illa potestas intelligi, qua manus imponebat super credentes, & accipiebant spiritum sanctum, vel super infirmos & sanabantur. Ita, inquit, operatur in me Christus, [ut ab Ierusalem vsque ad Illyricum repleuerim euangelio Christi] omnes populos per circuitum, vel euangelium Christi repleuerim, id est, plene praedicaui vsque ad Illyricum, quae est regio magna, incipiens a principio Europae, & habens prouincias decem & nouem, ex quibus Dalmatia & vtraque Pannonia, Epirus & Achaia, Macedonia & Thessalia.

*Sic autem praedicaui euangelium hoc, non vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum aedificare, sed sicut scriptum est: Quonia quibus non est enunciatum de eo, videbunt: Et qui non audierunt, intelligent. Propter quod impediabar plurimum venire ad vos. Nunc autem ulterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam praecedentibus annis, cum in Hispaniam proficisci caepero, spero quod praeteriens videam vos, & a vobis deducar illuc, si vobis primum ex parte fructus fuero.*

Repleui omnia euangelio per tam longa terrarum spatia, nec post alios id feci, sed sic praedicaui hoc euangelium, [ut omnes anticipare,] quia praedicaui illud [non vbi nominatus est Christus,] id est, non in locis in quibus ab aliis praedicatus fuerat, [ne super fundamentum aedificarem,] id est, ne super fundamentum fidei ab alio positum adderem meae praedicationis aedificium, & alieni operis gloriam subripere viderer. [sed sicut] in Isaia [scriptum est] feci, vbi legitur: Quia [quibus non est enunciatum de eo,] id est, de CHRISTO, [videbunt] eum oculis cordis: [et qui] antea [non audierunt] praedi-

cationem de eo, [intelligent] quae de ipso dicitur. Secundum hoc prophetiae testimonium obseruauit diligenter Apostolus, ut illis CHRISTVM nunciaret, quibus a nullo fuerat nunciatus, & illi de eo intelligerent, qui a nullo antea didicissent. Nam quia sciebat pseudo apostolos sub nomine CHRISTI falsa dicere, quod postea corrigere maximi erat laboris, ideo erat sollicitus praenire, & veritate integre tradere, vbi CHRISTVS nondum erat nunciatus: utque verus de eo esset intellectus, festinabat gentes veritate imbueri, quatenus contra pseudo apostolorum commenta cautos omnes faceret. Tot, inquit, gentibus praedicaui CHRISTVM ignorantibus. [Propter quod,] id est, quia detinebar occupatione fundandi ecclesiae, & in illis locis fundandi, vbi nullum fidei fundamentum praefecerat, dum per circuitum iram, & pseudo magistros praenire, [impediabar plurimum venire ad vos,] quos (sicut in principio epistolae dixi) videre desidero. Sed [nunc ulterius non habens locum,] id est, causam morandi [in his regionibus,] quia omnes notitia dei repleui, [sed cupiditate diu habens veniendi ad vos ex multis iam praecedentibus annis, cum caepero proficisci in Hispaniam,] ad quam difficile itur a pseudo apostolis, & ideo tardare licuit: [spero quod praeteriens videam vos.] Videtur haec in Achaia positus dicere apud Corinthum. Quae vtiq; Achaia vicina & cohaerens est Macedonia. In quibus locis degens, cum singula quaeque peragrasset, euangelium praedicans in his duntaxat finibus, vbi Christus ante non fuerat praedicatus, & agnitione dei repleisset omnia, dicit se ulterius locum non habere in his regionibus, id est, nullum sibi superesse Christi praedicatione vacuum, & tempus iam adesse, quo desiderium suum videndi Romanos debeat implere, quod conceptum ex multis annis gerebat, sed propter alios assidue conuertendos, distulerat. Nec falsum loquitur, qui se in Hispaniam profecturum pollicetur. Profectus est enim, sicut Hieronymus & Beda caeterique doctores testantur. Vnde & Narbonam praeteriens, quendam discipulum suum nomine Paulum, fertur ibi reliquisse episcopum. Peruenit igitur vsque ad Hispanias, & a mari rubro vsque ad oceanum praedicando cucurrit, imitans solis cursum ab oriente vsque ad occasum, ut ante ei terra deficeret quam studium praedicandi. Quia ergo & apud Hispanias pseudo apostolos praenire festinabat, cum in Hispaniam, inquit, proficisci caepero, spero quod videam vos, quasi dicat: Ex me nil possum, sed spero quod deus dabit ut vos videam, & hoc praeteriens, quia non indigetis longa mora, & alij prorsus indigent adueto meo. Spero quod videam vos, [et a vobis deducar illuc,] si interim vos praeparatis, ne me a caeteris retardetis, videlicet [si vobis primum fructus fuero] id est, si primum de vobis fructum habuero, si primum de vestro fructu laetatus fuero, & hoc ex parte vestrum, id est, ex illis qui nondum talem fructum faciunt, quale oportet. Quod ait, spero quia praeteriens videam vos, non ita accipiendum est, quasi tam paruo amore erga Romanos teneretur, ut eos in transitu solummodo & aliquo pergens iudicaret videntes.

**G**dos. Vnde subiungit, si vobis primum ex parte fructus fuero. In quo utique in ipsorum potestate videtur ponere, quoad pro eis debeat relaxare propositum alio pergendi: & hoc quodammodo anorem ipsorum erga se inuitat & nutrit, vt ipsi insatiabili erga Apostolum teneantur affectu, sciant etiam ipsum id habere propositi, vt non prius ab eis discedat, neque alio quam charitatis ipsorum gratia perfruatur: non tamen ex integro, sed ex parte satisfiet eidem charitati. Præmonet enim quod præferenda sit eis necessitas euangelizandi pluribus. Et bene his quos nondum secundum carnem viderat, & ad quos nondum in corpore venerat, præsentiam sui & retardationem moderatius pollicetur. De siderabilius enim suscipimus bona quæ cito me tuimus auferenda: securius verò negligimus, quæ nos diutius contenturos credimus.

*Nunc ergo proficiscar Ierusalem ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia & Achaia, collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Ierusalem. Placuit enim eis, & debitorum sunt eorum. Nam si spirituum eorum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis. Hoc igitur cum consummauero, & assignauro eis fructum hunc, proficiscar per vos in Hispaniam. Scio autem quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Christi veniam.*

**Actu. 4.** Quandoquidem hic amplius non habeo locum & vos desidero, igitur non indilate [proficiscar Ierusalem,] vt inde veniam ad vos. Proficiscar [ministrare sanctis,] qui rerum suarum venditarum precia posuerunt ad pedes apostolorum. Et habeo quod illis ministrem, quia [probauerunt,] id est, probum iudicauerunt, [Macedonia & Achaia,] id est, Macedones & Achaici, [collationem aliquam facere,] Non ego cogi, sed ipsi probauerunt facere aliquam collationem pecuniæ [in pauperes sanctorum,] id est, in illos sanctorum qui sunt pauperes [in Ierusalem,] Non enim omnes sunt pauperes, sed illi qui omnia vendiderunt, & ad pedes apostolorum (vt diximus) precium posuerunt. Hic subtiliter & verecunde, dum laudat Græcos, hortatur Romanos. facilius enim deuotæ mentes, ad bene agendum exemplis quam sermonibus inuitantur. Et qui per misericordiam dei viuunt, misericordes debent esse confratribus. Probauerunt inquam, facere rerum suarum collationem quæ sanctis egentibus mitant, quia [placuit eis] hoc facere, & merito placuit, quia [debitorum sunt eorum,] Similiter & Romani sunt debitorum eorum. Adeo vult Apostolus esse misericordes, vt & hoc debere dicat ab eis, qui misericordiam expectat. Debitorum sunt. [Nam si gentiles facti sunt participes spirituum eorum,] id est, spiritualium bonorum que

habent Hebræi, qui prædicatores eis miserunt, [debent] ipsi gentiles [ministrare eis in carnalibus] bonis. Isti se totos dederant diuinis obsequiis, nihil mundanum curantes, & exemplum bonæ conversationis dabant credentibus. Ideoque gentiles qui non poterant omnia quæ mundi sunt relinquere, constituit illis Apostolus tanquam stipendiosos prouinciales, vt ex rebus suis victum eis ministraret. Et quia illis hoc placuit, [igitur cum ego consummauero] hoc ministerium, [et assignauro,] id est, sub signo vnus cuiusque ecclesie vel regionis tradidero [eis fructum hunc] ex bona arbore natum, [proficiscar per vos in Hispaniam,] & ideo interim vos corrigite, per vos transibo, nec inutiliter, sed [scio,] id est, certus sum [quonia veniens ad vos, veniam in abundantia benedictionis Christi,] id est, multum vobis prodero. Hoc non nisi per spiritum prophetie pollicetur. Supra hominem nanque est scire de futuris, quod non solum in benedictione Christi, sed & in abundantia benedictionis venturus sit ad eos, vbi & venientis gratia, & suscipientium merita pariter designantur.

*Obsecro igitur vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum & per charitatem spiritus sancti, vt adiuuetis me in orationibus vestris ad deum, vt liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudæa, & obsequii mei oblatio accepta fiat in Ierusalem sanctis, vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem dei, & refrigerer vobiscum.*

Quandoquidem iturus sum Ierusalem, ac de inde ad vos migraturus. [igitur obsecro vos fratres, vt si me vultis videre, impetretis orando vt possim liberat ad vos venire. Obsecro vos [per dominum nostrum Iesum Christum & per charitatem spiritus sancti,] id est, quam spiritus sanctus dat, vt si dominum Iesum diligitis, & si in vobis est charitas quam spiritus sanctus facit, [ad iuuetis me in orationibus vestris ad deum,] vt quod ego solus obtinere nequeo, vestris adiutus orationibus obtineam. Multi enim in vnum dum congregantur vnanimis, fiunt magni, & multorum preces impossibile est vt non impetrent. Adiuuetis me [vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa,] ne me diutius teneant, & salutem vestram aliorumque retardent, nec victum quem sanctis defero, tollant. Orate vt liberer ab his incredulis, vt [oblatio obsequii mei] id est, mihi iniuncti, [fiat accepta,] id est, sufficiens, non diminuta, [sanctis in Ierusalem,] Vel accepta, grata & placens eis, vt intelligentes charitatem meam erga se, mecum vnanimis gratias agant. Magnus enim mihi profectus erit, si meo ministerio lætificati, deum laudauerint. Orate vt hæc ita compleam, sicque venire possim [ad vos in gaudio] futuri profectus vestri [per voluntatem dei, refrigerer vobiscum,] id est, requiescam in pace & concordia vestra. Non enim refrigerium habeo in vobis, si dissidentes fueritis. Licet per prophetiam dixisset superius, quia veniens ad vos, in abundantia benedictionis

**A**nis Christi veniam, nihilominus tamen sciebat etiam in his quæ manifeste futura cognouerat, orationem esse necessariam. Quæ utique nisi fuisset adhibita, sequeretur sine dubio non impleretur quæ fuerat prophetata. Quis ergo est qui hæc legens vel audiens quod Paulus deprecetur eos qui Romæ sunt orare pro se, contemnat orationes ecclesie postulare, etiam si inferiores meritis esse videatur hi, a quibus oratio postulatur? Ecce enim Paulus apostolicis præditis meritis, discipulos humiliter hortatur vt orent pro se. Notandum etiam quia sunt nonnulli qui dicunt. Quare laborarem bonis operibus ad vitam peruenire? Nam si prædestinati sumus, sine dubio ad eam perueniemus. Quorum errorem destituit, dum Romanos hortatur vt orent impleri ea, quæ ipse per spiritum prophetie futura prædixerat. Deus enim multa sic prædestinauit futura, vt sancti ea cum labore obtineant: & ideo qui laborare neglexerit, non apprehendet illa. Videamus quam validis, quamque religiosis sacramentis semper astringat. Obsecro, inquit, per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem spiritus sancti, vt adiuuetis me in orationibus vestris ad deum, vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa. Non tamen pati meruit ab incredulis ea pro Christo, quæ ad apostolatuum eius gloriam pertinent, sed impediri veretur, ne diutius obstaculis retentus vel minus gratum exhibeat sanctis ministerium, vel desiderium eius quod erga Romanos habet visendos, diutius differatur. Si enim hæc ita gesserit, tunc pro bene gestis gaudens rebus, cito veniet ad eos per voluntatem dei, & refrigerabitur cum eis, id est, requiescet in charitate & bonis operibus eorum. Ibi enim refrigerium habet Apostolus, vbi requiescit spiritus sanctus.

*Deus autem pacis sit cum omnibus vobis, Amen.*

**C**Ego, inquit, cito venire cupio. Sed siue cito, siue tarde venero, [deus pacis sit cum omnibus vobis, Amen:] qui vos omnes in pace custodiat, id est, Christus qui se vsque in finem seculi cum suis futurum promisit. Pulchre autem in pace finiuit, duobus populis in concordiam reuocatis, ostendens quia non nisi in pacificis deus pacis inhabitat. Ex hoc autem loco incipit multos proponere, quibus Romani debeant credere. Nam subdit:

## CAPVT XVI.

*Ommendo autem vobis sororem nostram Phæben, quæ est in ministerio ecclesie quæ est Cenchræis, vt eam suscipiatis digne in domino sanctis, & assistatis ei in quocumque negotio vestri indiguerit. Etenim ipsa quocumque assistit multis & mihi ipsi.*

Cenchræ dicitur locus Corintho vicinus, id est, portus Corinthi. Phæbe autem & nobilissima & ditissima mulier erat, quæ ecclesiam in loco Cenchræis sua substantia sustentabat. Et

tunc temporis pro aliquo negotio Romam profecta est, & ideo eam Romanis commendat Apostolus, vt suscipiant eam digne sanctis, vt dignum est sanctos suscipi, & per eam fortasse misit hanc epistolam. Docet etiam foeminas locus iste apostolica autoritate in ministerio ecclesie constitui, in quo positam Phæben Apostolus nunc magna laude commendat, enumerans etiam gesta eius præclara, & dicens quia intantum omnibus assistit & in necessitatibus præsto fuit, vt etiam mihi ipsi in necessitatibus meis apostolicis deuotione mentis assistit. Ostendit etiam quia hi qui bono operi in ecclesiis dat operam, vicem recipere debent a fratribus & honore, vt in quibuscumque, necesse fuerit, siue spiritualibus, siue etiam carnalibus officiis, adiuuetur: & honorifice habeatur.

*Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo, qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt, quibus non solus ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesie gentium, & domesticam eorum ecclesiam.*

Prisca, quæ in Actibus apostolorum Priscilla nominatur, vxor erat Aquilæ. De his enim dicit Lucas: Egressus ab Athenis Paulus venit Corinthum. Et inuenit quendam Iudæum nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam vxorem eius, eo quod præcepisset Claudius discedere omnes Iudæos a Roma, accessit ad eos. Et quia eiusdem erat artis, manebat apud eos, & operabatur. Erant autem scenofactorum artis, id est, artifices tabernaculorum, videlicet futores. Creditur autem quod quia illo tempore pulsus ex vrbe Iudæis per præceptum Cæsaris Corinthum venerant, rursum mitigata principis sauitia, Romam regressi essent quando Paulus hanc misit epistolam. Hi ergo adiutores eius in Christo, id est, in Christi prædicatione, quia recte crediderat, & apostolici laboris se socios fecerant, vt & ipsi hortarentur ceteros ad fidem rectam. denique Apollo quauis exercitatus esset in scripturis, ab his tamen in via domini diligentius est instructus. Quos & apparet Iudæorum infidiis, Paulo periclitante, semetipsum subiecisse, vt ille liber abscederet. Et hanc eorum laudem ipse non silet, sed omnibus eam ecclesiis admirandam tradit. [Supposuerunt,] inquit, [pro anima mea ceruices suas, quibus non solus ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesie gentium.] Merito enim gentium ecclesie his gratias agebant, qui seipsum morti obtulerant, vt doctor gentium liber euaderet, & ad opus prædicationis excurreret. Vnde Romani eis obedire debent, quia pro exhortatione ad confirmationem eorum Romam reuersi sunt. Hos, inquit, salutate, [et domesticam eorum ecclesiam,] id est, familiam ipsorum, quia sanctitatem eorum imitatur.

*Salutate Epanetum dilectum mihi, qui est primitiuus ecclesie Asiae in Christo Iesu.*

Iste primus omnium ex Asia credidisse intelligitur, & ad Romanorum confirmationem venisse. Ro-

G Romā. Sic & alij quos salutat Apostolus, intelligitur illuc venisse pro fratrum ædificatione.

*Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis.*

Et hæc pro vtilitate ecclesiæ non exiguum, sed multum & magnum laborem instituit.

*Salutate Andronicum & Iuniam cognatos & concaptiuos meos, qui sunt nobiles in apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo Iesu.*

Hi secundum carnem cognati fuerunt Pauli, & cum eo causa fidei captiuitatem pertulerunt. De quibus & hoc fortasse potest intelligi, quod ex septuaginta duobus discipulis domini fuerint, qui & apostoli iure nominantur. Ideo [nobiles] dicuntur [in apostolis,] id est, in illis septuaginta duobus, [qui &] ante Paulum [fuerunt in Christo,] id est, in Christi fide. Vel **H** ipsi duo fuerunt ante eum in Christo, quia secuti sunt priores apostolos, & ideo nobiles in apostolis dicuntur, id est, inter prædicatores, qui discipuli erant apostolorum.

*Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in domino.*

Quauis nihil egregium præ cæteris huic videatur ascribi, tamen hoc ipsum quod dilectissimus est Apostolo, manifestat eum laudabilem & salutatione dignum esse.

*Salutate Urbanum adiutorem nostrum in Christo Iesu, & Stachyn dilectum meum.*

Et istos salutatione dignos cæteris coniungit, sed Urbanum in laude præfert. Illum enim [adiutorem] apostolorum [in Christo,] id est, participem apostolici operis: Stachyn verò [dilectum suum,] id est, amicum proprium, etsi non adiutorem, dicit.

*Salutate Apellen probum in Christo.*

**I** Hic etsi non specialis amicus erat Apostoli vel particeps apostolici operis, tamen per tentationes inuentus est fidelis in Christo. Intelligitur enim per multas tribulationes patienter & fortiter sustentatas transisse, & ideo probus ab Apostolo pronunciarum, iuxta quod superius ait, quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem.

*Salutate eos, qui sunt ex Aristobuli domo.*

Aristobulus fuisse congregator fratrum in Christo intelligitur. Cuius factum sic probat Apostolus, vt eos quos ille congregabat, dignos salutatione sua designaret.

*Salutate Herodionem cognatum meum.*

Hic tantum cognatus Apostoli dicitur: nulum eius euidenter meritum ostenditur, nisi quod religiosus in Christo fuisse declaratur, cum ab Apostolo salutatur.

*Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Christo.*

Narcissus dicitur fuisse presbyter, qui peregrinatio confirmabat fratres exhortationibus. Et quia præsens tunc non erat, suos Apostolus salutat. Quia verò non omnium illorum merita nouerat, discernit qui sunt in domino, id est eos, qui digni sunt salutatione mea propter meritum quod habent in domino.

*Salutate Tryphanam & Tryphosam, quæ laborant in domino.*

Labor istarum non pro hoc mundo fiebat, nec pro vita præsentem, sed pro spe quam habebant in domino. Intelliguntur autem in ministerio sanctorum laborasse.

*Salutate Persidem charissimam, quæ multum laborauit in domino.*

Hæc longe præfertur istis duabus, quia & charissima dicitur, & non solum laborasse, sed & multum laborasse in domino asseritur.

*Salutate Rufum electum in domino, & matrem eius & meam.*

Hunc (credo) sciebat Apostolus esse de numero non multorum qui vocati sunt, sed paucorum qui electi sunt. Vel electus, id est, promotus erat ad ecclesiasticas res agendas, vt in aliquo gradu honoris preesset. Cuius & mater tantum meritum habuit, vt etiam Apostolus suam hæc nominauerit matrem, vnumque cum eo partitus sit matris affectum, sicut Ioannes cum Christo. **I** Eadem enim scemina & Rufi mater erat secundum carnem, & Pauli secundum charitatem ac beneficentiam. Vel fortasse carnalis mater Apostoli erat tunc Romæ degens cum ista.

*Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen, & qui cum eis sunt fratres.*

Isti quos nominat, intelliguntur simul habitasse, & in Christiana amicitia vnanimis fuisse, atque famosi in religione, & secum alios fratres habuisse, qui non tanti meriti erant vel tantæ famæ. Puto autem quod Hermas iste scriptor sit libelli illius, qui pastoris appellatur.

*Salutate Philologum & Iuliam, Nereum & sororem eius, & Olympiadem, & omnes qui cum eis sunt, sanctos.*

Et hi simul vnanimis erant, & qui nominatim exprimuntur, maiores fuisse designantur. Omnes autem quos hucusque salutauit, intelliguntur præclari fuisse fide & meritis, vt eos iure deberent honorare Romani, & credere verbis eorum.

*Salutate inuicem in osculo sancto.*

Vos ipsos [inuicem salutate in osculo] non ficto, non subdolo, non libidinoso, sed [sancto,] religioso & casto. In osculo sancto, id est, in pace Christi vos salutate, vt non simulata vel carnalia, sed religiosa sint oscula vestra. Ex hoc præcepto & aliis similibus, mos ecclesiæ traditus est, vt post orationem osculo se inuicem suscipiant fratres.

*Salutant vos omnes ecclesiæ Christi.*

**A** Per hoc dictum intelligitur ecclesiæ posse dici, quæ non sunt Christi. Vnde Psalmista: Odiui ecclesiam malignantium. Omnium autem illorum locorum ecclesiæ dicit Romanos salutare, vt crescant in fide & religione.

*Rogo autem vos fratres, vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula, præter doctrinam quam didicistis, faciunt, & declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo domino non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium.*

Nunc monet Apostolus vt super omnia caueat à pseudo apostolis. Quasi dicat: Eos quos præmissi, salutate & imitami, sed hos notate & vitate. Iussit vt illos salutetis, sed rogo vt istos caueatis. [Rogo vos o fratres] filij matris ecclesiæ, [vt obseruetis,] id est, discernatis & notetis [eos qui faciunt dissensiones,] id est, metum & sensuum discordias, [ & offendicula,] id est, fratrum inuicem offensiones, vt alius offendat alium. Vel offendicula, id est, culparum præcipitia præparant, vt incautos ruere in opera nequitie faciant. Et hæc agunt [præter doctrinam] quæ vos à bonis prædicationibus [didicistis,] quoniam talia opera transgressiones sunt sanctæ doctrinæ quæ accepistis. Idcirco obseruate eos [ & declinate ab illis.] Et quare? quia [huiusmodi] homines in subdola prædicatione quæ faciunt, [non Christo, sed ventri suo seruiunt:] quoniam non amore audientium prædicant, sed intentione accipiendi ab eis cibos. [ & per dulces sermones,] quibus venenum nequitie suæ dulciter infundunt [ & per benedictiones] fallaces [seducunt corda innocentium.] Hoc enim est proprium hæreticorum, & eorum qui decipiunt audiētes, vt dulciter eis loquantur. Sæpe infidiosa, callida, blanda est adulatio: pulchræque adulator apud philosophos definitur blandus inimicus. Possunt dulces eorum sermones intelligi peccatorum alleuationes, dum dicunt ea non esse graua, & securitatem peccandi præbent stultis, promittentes eis impunitatem ex dei misericordia, crebroque benedictiones illis dant, vt sancti eis appareant. Sicque seducunt, id est, seorsum à via rectitudinis ducunt corda innocentium, id est, simplicium cauere nescientium. Non enim Romanis tantum qui tunc in carne erant, sed magis omnibus vbiq; fidelibus vsq; in finem sæculi iubet Apostolus vt diligentius considerent & perspiciant, qui sint qui dissensiones & offendicula in ecclesiis generant. Dicit namque dissensiones & offendicula commouere, præter Christi doctrinam esse quæ didicimus. Et ideo alienus à nobis sit, nec omnino recipiatur inter nos, quisquis certamina commouet, quisquis seruit iurgis, quisquis lites excitat & studia contentionis exercet. Qui enim tales sunt, Christo domino, qui est pax nostra, non seruiunt, sed ventri suo potius obsequuntur. Cur enim iurgia & lites in ecclesiis suscitentur, spiritus sanctus per Apostolum nunc indicat. Ventris inquit, gratia, id est,

quæstus & cupiditatis. Vnde & nonnulli circumeunt domos, loquentes ad gratiam cum omni deceptione adulationis, non vt verbo dei ædificent animas ad virtutes, sed vt per adulationes dulcesque sermones perimant, vt etiã proficere hortentur in vitiis, laudantes & benedictes ea quæ correctione sunt digna.

*Vestra enim obedientia in omnem locum diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis, sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo.*

Ideo, inquit, vos moneo vt vitetis deceptores, quia non solum fides, sed [ & obedientia vestra] vbiq; audita est, quoniam estis in capite mundi: & sic exemplo vestro iam alij corrumpi possent, si essetis seducti. Vel rogo vt eos vitetis, quia leuiter obeditis, sicut vbiq; iam diuulgatum est. Subtiliter indiscretam & facile eorum obedientiam, non in omni re laudat, sed diuulgatam dicit. Et ne eos rursus inobediētes efficeret, si hoc apertius corrigeret, addidit: [Gaudeo igitur in vobis,] quasi dicat: Facile obeditis, & hoc bonum est, atque hinc gaudeo quia sic obeditis. [Sed] tamē [volo vos sapientes esse in bono & simplices in malo,] id est, volo vt sitis sapientes in bono discernendo & sine aliqua parte mali, vt sapienter discernatis quibus bonum obedientie præbere debeatis, ne si incaute peruersis obediētes fueritis, bono vestro se misceat malum duplicitatis. Non enim simplex sed duplex erit quod egeritis, si & propter obediētiã bonum fuerit, & propter indiscretionem malum. Simples sitis in malo, id est, sine aliqua plicatione, hoc est, sine aliqua admixtione vel associatione sitis, ne bono vestro se malum aliquod adiungat. Sapientes etiã in bono estote, vt bonum sapienter & cautè faciatis. Simplicitati enim adiungere prudentiam debetis, quatenus sic securitatem de simplicitate possideatis, vt circumspectionem prudentiæ non omittatis. Simplicitas enim & ignorantiã quandam significat, vt sitis in malo simplices, id est, nescij, videlicet malum nescientes per actionem.

*Deus autem pacis conterat satanam sub pedibus vestris velociter.*

Volo vt sitis sapientes ad cauendum malum. Sed [deus pacis] largitor & amator [conterat velociter satanam,] id est, omnem qui vobis aduersatur in via dei. Satanas enim aduersarius interpretatur. Quo nomine hostis antiquus designatur, vel quilibet peruersus, qui sanctis ad deum tendentibus contraria molitur. Sed deus pacis eum cito conterat [sub pedibus] eorum, vt suggestio antiqui aduersarij, mox vt mentem ipsorum pulsauerit, conculcetur & conteratur, atque in nihilum redigatur, & omnino pseudo prædicator vel quilibet pacis dissipator, cito conteratur aut de mundo tollatur. Satanam sub pedibus ecclesiæ deus pacis contriuit, quia membra eius, in quibus ecclesiam persequeretur, ad fidem conuertens, ipsi ecclesiæ subiugauit.



**G** *Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum, Amen.*

Vt satanas conteratur, gratia Christi sit vobiscum custodiens vos & adiuuans.

*Salutat vos Timotheus adiutor meus, & Lucius & Iason & Sosipater, cognati mei. Saluto vos ego Tertius, qui scripsi hanc epistolam in domino.*

Timotheus cōsors laborū Apostoli fuit, qui multo tēpore cum eo ad prædicādum perrexit, & tandē episcopus ab eo factus, magna sollicitudine gubernabat ecclesiā. Sed de Lucio scriptū est, quia erant in ecclesia quæ erat Antiochiæ, prophetæ & doctores, in quibus Barnabas & Simeō qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis: Iason verō ille est Theſſalonicensis, qui in Actib<sup>9</sup> apostolorū legitur, & Sosipater Berhœensis. Hi inquit, vos salutant. Ac si diceret:

Actu. 13.

Actu. 21.

Actu. 20

**H** His estis curæ. Et ego qui scripsi epistolā, saluto vos in domino, Tertius nomine, nō numero, vt Timotheus qui specialis adiutor designatur, primus itelligatur: deinde Lucius & Iason & Sosipater (quasi vnus accipiatur) secundus, sicq; scriptor epistolæ tertius. Vel post Iasonē & Sosipatrem tertius, qui videlicet scriptor vel ipse Apostolus est intelligendus: vel vt alijs visum est, notarius Apostoli. Nam melius est vt Tertius interpretatur adiungēs, id est applicans se.

*Salutat vos Gaius hospes meus, & vniuersa ecclesia. Salutat vos Erastus arcarius ciuitatis, & Quartus frater.*

I. Cor. 1.

Ex his verbis apparet epistolā de Corintho scriptam. De hoc enim Gaio dicit Corinthiis: Gratias ago deo meo, quia neminē vestrū baptizauī, nisi Crispū & Gaium. Et de Erasto scribit ad Timotheum: Erastus remāsit Corinthi.

2. Tim. 4.

**I** Videtur autē indicari de Gaio, quoniā hospitalis fuerit, vt nō solū Paulū ac singulos quosq; aduentātes Corinthum hospitio receperit, sed & ecclesiæ vniuersæ in domo sua conuenticulum præbuerit. Hoc enim patēter innuere videtur Apostolus, qui cum dixisset, [Salutat vos Gaius hospes meus,] mox addidit, [ & vniuersa ecclesia. ] Illa videlicet Corinthiorū ecclesia, quæ apud Gaium conueniebat. Nā & Ioannes eū quia fratribus ministrabat. Erastus autem ab arca dicitur arcarius, quia dispensator ciuitatis erat quasi curator, quia dictante iustitia ciuitatē gubernabat maximē in moderādīs preciiis. Ad laudem ecclesiæ Corinthorum scribitur de isto Romanis, quōd is qui princeps erat ciuitatis, nō erubesceret in Christum credere crucifixū, & credētibus in eum salutationē dirigere. Hos omnes Apostolus enumerat nominatim in salutatione Romanorū, vt scirent quales & quāti viri congauderent bono incepto eorum.

3. Ioan. 1.

*Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis, Amen.*

Tot & tanti salutationem vobis mandant, K sed gratia Christi vobiscum maneat. Hoc paulo antē dixerat, sed præ nimietate æstuatīs amoris repetit quod valde exoptat.

*Ei autem qui potens est vos confirmare iuxta euangelium meum & prædicationem Iesu Christi, secundum reuelationem mysterij temporibus æternis taciti, quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum, secundum præceptum æterni Dei ad obedientiam fidei in cunctis gentibus cogniti, soli sapienti Deo per Iesum Christum, cui honor est & gloria in secula seculorum, Amen.*

Ego vos in hac epistola sic instruxi & monui, sed ei qui potēs est vos confirmare, soli sapiēti deo sit honor & gloria in secula seculorū. Deo à quo sunt omnia, dat gloriā, vt cœptū Romanorum (quia potens est) dignetur cōplere, confirmando in fide & charitate animas eorum, in quo epistolæ summa notatur. Ei sit gloria [qui potens est vos cōfirmare iuxta euāgelij meum & prædicationem Iesu Christi,] id est, qui potest vos ad tantā perfectionē ducere, quātā ego euangelizo: & quātā Christum prædicauit & prædicando insituit. Quod euāgelij & quæ prædicatio sit [secūdum reuelationē mysterij,] id est, secūdum quod reuelatum est de occulto dei cōsilio ipsum mysteriū incarnationis Christi. mysterij dico, [taciti æternis temporibus, id est, spatiis quæ fuerunt ante mundi constitutionem, quia soli deo notū erat quod vnigenitus patris humanitatē pro hominū salute esset assumpturus. Sed & factō iam mundo, tacitū est hoc mysterium Christi incarnationis. & humanæ reparationis, quia licet aliquatenus esset antiquis patribus notum, nulli tamen eorum plenariē fuit cognitū. [Quod nūc patefactum est per scripturas prophetarū,] id est, aduentū Christi reuelatum est, scripturis prophetarum ab eo referatis, quæ testimonium dant huic prædicationi. Patefactum est [secūdū præceptū æterni dei, id est secūdum quod præcepit deus, qui hoc ab æterno ordinauerat. Et est patefactū] ad obedientē fidei in cunctis gentibus, id est, ad hoc manifestum est nunc in vniuersis nationibus, vt omnes obediāt fidei bene operādo. Mysterij dico olim taciti alijs, sed [cogniti soli sapiēti Deo:] quia etsi sit hominibus modo reuelatū, tamen soli deo cognitū est, qui solus nouit cur ita factum est. In quo reprimat Apostolus inquisitores, qui quærūt cur distulit Deus tantū, cur tot gētes perire permisit. Solus autē sapiens Deus, pater & filius & spiritus sanctus, quoniā trinitas vnus Deus est. Qui propterea solus sapiēs dicitur rectē, quoniā solus secūdū sapientiam suam & substantiam sapiens est, nō secūdum accidentem vel accedentē participationē sapientiæ, sicut sapiēs est rationalis quæcunque creatura. Trinitas, inquam, est solus sapiens deus, qui omnino nec potuit vnquā esse

Matt. 28.

Mar. 16.

**A** insipiēs, nec poterit, nō per gratiā particeps sapiētiae, sed sapiēs immobilitate naturæ. Soli igitur sapiēti Deo gloria sit [per Christū Iesum,] hoc est, clara cum laude notitia, quia innotuit gētibus<sup>9</sup> Deus trinitas. Ideo per Iesum Christū, quia vt alia taceam, ipse præcepit baptizari oēs gētes in nomine patris & filij & spiritus sancti, vbi præcipuē commēdata est huius indiuiduæ gloria trinitatis. Quod verō additum est, cui, vt diceretur, cui gloria, cū sufficeret, si dictū esset, ei autē gloria, inusitatā nostræ linguæ locutionē indicat, nō sensum quē requiramus, vel de quo ambigamus, insinuat. Quid sensui deperit, si dicam<sup>9</sup>, & gloria cui p Iesum Christū gloria? hoc nanq; est, ei per Iesum Christū cui gloria, quod est, cui p Iesum Christū gloria. Sed alter horū inusitatus, alter vñtatus ordo verborū. Vel dictum est, ei gloria cui per Iesum Christum gloria, siue ei gloria per Iesum Christū, cui gloria, vt intelligeremus eū qui in seipso semp gloriosus est, p incarnationē & resurrectionē Christi apud homines glorificari. Vel ei qui potens est vos confirmare. i. trinitati, sit gloria per Iesum Christum, [cui] Iesu Christo & secūdū humanitatē [est honor & gloria,] sicut in Psalmo canitur, Gloria & honore coronasti eum. Quod subiunxit, [in secula seculorū,] moris est scripturæ diuinæ, immēsitatē per hoc tēporū designare. Vel in secula seculorū, in æterna secula, quæ digniora erūt labentibus seculis, sicut sancta sanctorum & canticorū præstantiora sunt cæteris sanctis & caticis: vel sicut rex regū & dominus dominorum cæteris regibus & dominis est præstantior. [Amē] autē, quod interpretatur verē vel fideliter, quasi ad cōfirmationem omnium quæ superius scripta sunt, in fine posuit, per quod vernaculo Hebræorū sermone vera & fidelia esse, quæ sunt scripta, signaret.

Psal. 8.

**C** INCIPIT PRIMAE AD CORINTHIOS Argumentum.

Actu. 18

**C** Orinthus est ciuitas metropolis, caput Achaia, decus Græciæ. Ad quem Paulus veniens, multos ciuium conuertit ad fidem. Vbi & dominus ei nō deper visionem dixit: Noli timere, sed loquere, & ne taceas. Propter quod ego sum tecū, & nemo apponetur tibi vt noceat te, quoniam populus est mihi multus in hac ciuitate. Sedit ergo annū & sex menses docens apud eos verbū domini. Post cuius abscessum, subuersi sunt quidā eorum à pseudo apostolis, quidā etiam à mundana eloquentiā sectatoribus, nōnulli verō Iudæis traditionibus deprauati. Quidam etiam eorum attendētes dignitatem personarū in baptismo, putabant quōd plus gratiæ & remissionis peccatorū acceperissent, si à dignioribus & sanctioribus viris baptizati fuissent. Et per hoc se alijs præferre volebant, qui ta dignos baptizatores nō habuerāt. Multaque alia in eis erant schismata & vitia. A quibus omnibus intendit Apostolus eos corrigere, & modū illos Christianæ cōuersationis docere, scribēs ab Epheso. Hæc epistola post illam ad Romanos iure locata est, licet ante illā scripta sit, quia quisquis in fide iam instructus est, de qua cum Romanis agitur, debet consequēter à subreptibus vitis corrigi, & in virtutibus plenius informari, sicut nunc corriguntur & instruuntur Corinthij. Ob hoc etiā posita est hæc post illā, quoniam in materia quandā habet affinitatem cum illa. Vt enim illi de meritis suorū antecessorum gloriabantur, & suam saluationē non gratiæ depurabant, sed quidam legis obseruationibus, quidā verō facultati ingenij & libertati arbitrij: sic & isti de sanitate suorū baptizatorum gloriantes, & quicquid boni habebāt illis adscribentes, alijs alijs præferri volebant. Sed veniamus ad litteram.



*Aulus vocatus apostolus Christi Iesu per voluntatē Dei, & Sosthenes frater, ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in*

*Christo Iesu, vocatis sanctis, cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorum & nostro, gratia vobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo.*

Paulus interpretatur mirabilis. Et verē mirabilis doctor, cui nullus comparari potest in scientia: mirabilis operarius, qui plus omnibus laborauit. Hoc ergo nomine iā reddit attonitos auditores suos, & tanti nominis autoritate cōprimat, ne verbis sequentibus audeant contradicere, vel inobedientes existere. Qui & vocatum se dicit, vt maioris appareat autoritatis: quia non sicut cæteri ab hominibus est ad fidē vocatus, sed à Christo ipso de cælo. Qui etiam [apostolus,] id est, missus [Iesu Christi,] à quo audiuit: Vade, ego longe ad gentes mittam te Apostolus Iesu Christi est [per volūtātē Dei,] id est, à Christo missus ad gentes per voluntatem patris. Per quod tangit etiam illos, quos neque Christus miserat, neque per voluntatem Dei prædicabant. Paulus talis & tantus scribit Corinthiis, [ & Sosthenes frater. ] Etiam istum adiungit ad confirmationem omnium quæ scribit, quia magnē erat apud eos autoritatis, vt pote qui princeps ibi synagogæ fuerat, & ad fidem conuersus, multas à Iudæis persecutiones ante tribunal Gallionis proconſulis viriliter sustinuerat. Paulus & Sosthenes scribunt [ecclesiæ] non baptizantium, sed [Dei quæ est Corinthi.] Ideo scribit ecclesiæ, quia adhuc singulis ecclesiis rectores non erant constituti. Paulus ecclesiæ Dei, videlicet [sanctificatis,] id est, baptismo regeneratis [in Christo Iesu,] id est, infiguratione mortis & resurrectionis Christi Iesu. Sanctificatis in Christo, non in petro vel Paulo, vel alio quolibet baptizatore, quia Christus sanctificationem istam æqualiter operatur per omnes suos ministros, & ideo nulli gloriandum est in meritis sui baptizatoris. Ecclesiæ se dixit scribere, & addidit sanctificatis in Christo, vt ostenderet omnem ecclesiam sanctificatam fuisse in Christo, sed quosdā illorum post male cœpisse conuersari. Scribit etiam [vocatis] prædicatione euangelica, & [sanctis] bona cōuersatione sua. Vel vocatis sanctis, id est, vocatis ad hoc vt sint sancti: hoc est, vt non recedant à regula sanctitatis, declinantes in aliquē errorem vel in malum, actionem: vel etiam vocatis ab æterno diuinitus, id est, prædestinatis ante mundi constitutionem, & sanctis in tempore cōuersationis suæ. His scribit Paulus [cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorum

Actu. 9.

Actu. 22.

F

Actu. 18.

**G** forum & nostro, id est, conuersis ad fidem Iudæis iungit & gentes. quia salus ex Iudæis est, vt in omni loco, vbi gentes quæ inuocant nomē domini, & vbi tales Iudæi sunt similiter sint omnes vnum. Vel ita potius Corinthiis scribit, cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorum Corinthiorum, id est, subiecto eis, hoc est, cum omnibus suffraganeis Corinthi, cum omnibus qui subiecti Corintho vt metropolitanæ ciuitati. Cum omnibus qui Deum inuocant in omni loco ipsorum Corinthiorum, id est, famulante illis, & nostro, id est, ad nos similiter pertinente, sicut ad eos. De nostro nanque apostolatu sunt illi qui sunt in locis Corintho subiectis, & ideo scribimus eis sicut Corinthiis. Deum autem inuocat, qui suis precibus nihil aliud ab eo quā ipsum Deum quærit. Qui enim inuocat Deum vt diues fiat, Deum nō inuocat, sed illud quod vult ad se venire. Quid enim est inuocare, nisi in se vocare? Nam cum dicit Deo, da mihi diuitias, non vis vt Deus ipse in te veniat, sed vis vt diuitiæ veniant ad te. Quod vis vt ad te veniat, hoc inuocas. Si autem Deum inuocares, ipse ad te veniret, ipsum haberes diuitias. Ergo illi qui propter secularia cōmoda, qui ppter terrenā felicitatē inuocant Deū, nō inuocāt deū. Sed illi inuocāt Deū, illi inuocāt nomē domini, qui nihil ab eo quærunt nisi ipsum, qui hoc ab eo piē postulant, vt ipse dignetur in eos venire & in eis habitare, cōsque templum suæ gloriæ facere. Meritōque tales vbicunque maneant, scientur illis quibus scribit Apostolus. Quos si mul omnes salutat, dicens: [Gratia vobis] sit, qua vobis peccata remittantur & virtutes conferentur. Gratia lapsis vt resurgant, stantibus vt maneant. [Et pax] sit vobis, qua reconcilietur Deo, qui per peccata eius facti sunt inimici: & qua stabiliter ei inhæcant, qui nō recesserunt ab eius amore. Quæ scilicet gratia & pax sit vobis, non à baptizatoribus vestris, vel ab alijs hominibus, sed [à Deo patre nostro,] qui nos in filios adoptare dignatus est. [ & à domino Iesu Christo, ] id est, saluatore, rege, domino nostro, id est, qui de potestate satanæ nos eripuit, & suo domino nos mancipauit. Serui nanque eius sumus, licet pater eius nos in filios adoptauerit: quia ipse est filius per naturā, nos per gratiam: ille creator, nos creatura: ille sine peccato, nos liberati à peccato.

*Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia dei, quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo & in omni sciētia, sicut testimoniū Christi cōfirmatum est in vobis, ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi, qui & cōfirmabit vos vsque in finem sine crimine, à die aduentus domini nostri Iesu Christi*

**Fidelis Deus, per quē vocati estis in socie**

*tatē filij eius Iesu Christi domini nostri. K*

Hæc epistola cum ad vnius scribatur populum ciuitatis, pro varietate habitatiū, id est, sanctorum & peccatorū, nunc laudat eos, nūc corripit, nunc docet, nūc reprehēdit, vt vnusquisque in ea intelligat, quid pro se, quid aduersum se dicatur: vt cum laudat eos, sciant boni ad se verba dirigi: & cum reprehendit, sciāt qui male egerūt, ad se hæc dici. Ecce enim à perfectis inchoat, quos multa laude prosequitur, vt postmodum ad infirmos veniat, quos reprehensurus est. Alloquitur primò perfectos, ostendēdo eos cōmēdatione dignos, vt qui hæcenus boni permanerunt, meliores fieri studeāt: & cæteri qui in aliquo errore deciderunt, erubescant & conentur vt his similes fiant. [Gratias,] inquit, [ago Deo meo semper pro vobis.] Deo qui omnium est, sed tamē speciali priuilegio sanctitatis, quam mihi cōtulit, meus est, ago pro vobis semper gratias: quia quicquid boni habetis, ab illo vobis datū esse scio, nō ab hominibus. Gratias ago [in gratia Dei quæ data est vobis,] id est, propter gratiā quā Deus contulit vobis [in Christo Iesu,] non in Petro vel Paulo. Gratia enim data est in Christo, quia hoc cōstitutū est à Deo, vt qui credit in Christo, saluus sit sine opere, sola fide, & gratis accipiat remissionem peccatorū. Nec hoc solum isti perceperāt, sed & charismata spiritualia fuerant illis multa diuinitus cōcessa. Verē magna gratia vobis data est in Christo, [quia diuites in illo facti estis in omnibus] donis spiritualibus, vt abūdetis omnibus diuitiis spiritualibus. Et suppono partes aliquas diuitiarū, scilicet [in omni verbo,] id est, in omni genere linguarū, vt Græca & Latina & Hebraica lingua, cæterisq; linguis omnibus loqui possitis. Vel in omni verbo, id est, in omni modo prædicādi paruulis tenuiter, & mediocribus mediocriter, ac perfectis perfecte. [ & in omni sciētia, ] id est, scripturarū itelligētia, quæ est secundū historialē & mysticū & moralē sensum. Ditati estis in omni verbo prædicandi & sciētia intelligēdi, [sicut testimoniū Christi] .i. quod Christus de semetipso moriēdo & resurgēdo testatus est, [cōfirmatum est in vobis,] id est, in vestra vita, in vestris moribus. [Ita] estis donis omnibus ditati, [vt nihil desit vobis in vlla gratia] spiritus sancti, quia prophetiā habetis, genera linguarū, virtutē curationum & cætera charismatū dona. Nihil deest vobis, quod necesse sit habere, quia si nō habetis omnia quæ habēt apostoli, omnia tamē habetis quæ necesse est vt habeatis. Ita repleti estis, vt nihil vobis desit, vobis dico [expectantibus,] id est, cū desiderio præstolātibz & digne paratis excipere [reuelationē domini nostri Iesu Christi,] quādo reuelabitur in flamma ignis ad iudicium veniens, & apparebit omnibus. Hanc reuelationē impij timēt & venire nolunt: pij verò, qui propter meritum bonæ conuersationis suæ sperāt se cum Christo regnatos, totis desideriis cupiunt vt reueletur, quia sperant in eius reuelatione ad visionem gloriæ eius pertingere. Et ideo infatigabiles in bonis operibus perdurantes expectant eam: & cauta circumspectione inuigilant, ne cum venerit, reprehensibiles in aliquo

**A** quo inueniantur. Sic expectatis reuelationem domini, in qua ipse bonis & malis se in iudicio manifestabit. [Qui] & per auxilium gratiæ suæ faciet vt ab hac expectatione nō deficiatis, quia [confirmabit vos] in virtutibus & bonis operibus [vsque in finem,] id est, vsque ad obitum vniuscuiusque vestrum. Confirmabit inquam vos in bonis, [sine crimine,] id est, sine vlllo criminali peccato vel animi vel carnis. Nonnulli enim expectant reuelationem domini, quasi de iustitia securi, & tamen in criminibus manent, id est, in inuidia, detractioe, odio, dissensione, & his similibus. Sed vos ab his & talibus immunes Dei gratia conseruabimini [in die aduentus domini nostri Iesu Christi,] id est, vt in illo die sine vllius criminis reatu inueniamini. Qualis enim quisque moritur, talis in illo die inuenitur. Et etiam mortis dies est vnicuique dies aduentus domini, sicut ipse declarat, dicēs: **Vigilate,** quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Alacri animo confusus de spe istorum Apostolus, securus est, quia inuolati vsq; in diem nouissimum erunt. Qui enim inter tot discrimina sensuum & perturbationes diuersitatum mutari nō potuerunt, proculdubio se in sua bonitate permansuros ostēdunt. Quos dū laudat Apostolus, ceteros qui errore pseudoapostolorum deprauati fuerāt, inuitat. Dū enim istorum fidem & sanctitatem prædicat, illos ad pœnitentiam vocat. Dixi quia vos cōfirmabit vsque in finem. Et verē cōfirmabit, quia [fidelis] .i. verax est in promissis suis [deus,] quia fideliter reddet quicquid promissit. Promissit salutem æternam & beatam vitam cum angelis sine fine, & hæreditatem immarcescibilem, gloriam sempiternam, dulcedinē vultus sui, domū sanctificationis suæ in cælis, resurrectionē à mortuis, vbi deinceps moriendi metus erit. Talia promissit, & in horū redditione fidelis erit, quia sine mendacio reddet ea illis quibus promissit. **Fidelis Deus** [per quem vocati estis,] quia qui auersos vocauit, iam facilius confirmabit. **Vocati estis** [in societatem] non modo apostolorū vel angelorum, sed etiam [filij eius Iesu Christi domini nostri,] vt sitis participes hæreditatis & gloriæ quam possidet filius eius. Hoc enim dedit vobis esse, quod credidistis, vt quia credidistis Christum esse filium dei, vos quoq; efficeremini filij dei, mansuri in eadem dignitate in qua manet Christus. Societas enim fraternitatis est. Et vos fratres eius & socij facti estis, quem dei filium firmiter credidistis.

Hucusque præfatio cum laude. Hinc iam diffensionis causam exequitur, subdendo. **Obsecro autē vos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis, schismata. sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem scientia. Significatum est enim mihi de vobis fratres mei, ab his qui sunt Chloës, quia contentiones sunt inter vos. Hoc autem dico, quod vnusquisque ve-**

**strum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollō, ego verò Cepha, ego autem Christi. Diuisus est Christus?**

Si qualiter quid dicatur, & quibus dicatur, nō vigilanter aspicitur, valde periculosum est. Verecundæ etenim mentes, si quas fortasse culpas admiserint, leniter arguendæ sunt: quia si asperius increpentur, frāgantur potius quā erudiuntur. Quod nunc bene demonstrat Apostolus, qui cum Corinthios cognosceret pro amore personarum in schismate diuisos, eorum verecundiæ consulens, locutionem suam eis à gratiarum actione & laudibus incepit. Et quos in omni verbo & in omni scientia laudauerat, quibus nihil deesse in vlla gratia dixerat, paulisper loquens, & ad increpandum leniter veniens, diuisos erga seipso reprehēdit. Et quorum prius salutem narrauerat, postmodum vlnera patefecit. Peritus enim medicus vuln' secandum videns, sed ægrum timidum esse conspiciens, diu palpauit, & subito percussit. Prius blandam manum laudis posuit, & postmodum ferrū increpationis fixit. Nisi enim verecundæ mentes fuerint palpando reprehensæ, ita vt ex alijs rebus audiant quod in consolationem summat, per increpationē protin' ad desperationē cadūt. Nō autē mētutus est Apostolus, vt prius eis nihil deesse in omni gratia diceret, quibus postmodum dicturus erat vnitatem deesse. Sed quia erant inter eos quidā omni gratia repleti, & erant quidā in personarum fauoribus scissi, cœpit (vt dictum est) à laudibus perfectorū, vt modesta inuectione ad reprehensionem pertingeret infirmorum. Et in hoc quoque ad medicinam cordis, à medicina corporis vsū traxit. Nam cū feriendū vulnus medicus aspicit, prius ea membra quæ circa vulnus sana sunt, palpat, vt post ad ea quæ vulnerata sunt, leniter palpando perueniat. Cum ergo Paulus perfectos in Corinthiis laudauit, sana mēbra iuxta vulnus tetigit: cum verò infirmos de diuisione reprehēdit, vulnus in corpore percussit. Sed iam verba eius tractemus. Videtur enim dicere: Pro perfectis qui in bono permāserunt, gratias ago: sed [vos fratres,] qui seducti estis & meritis hominum gloriamini, [obsecro per nomen domini nostri Iesu Christi,] qui vos solus redemat, & in cuius nomine baptizati estis, [vt idipsum dicatis oēs.] Idipsum, videlicet quod dicunt illi quos laudauit, dicatis oēs vos vno ore, [ & non sint in vobis ] .i. inter vos vel in cordib' vestris, [schismata,] id est, diuisiones. Hæc schismata intelliguntur aliquorū in fide diuisiones, dum diuersa sentirent: quia cū deberēt omnes dicere se esse Christi, dicebat alius, Ego sum Pauli: alius, Ego sum Petri. Nō sint in vobis schismata, sed [sitis perfecti in eodem sensu,] id est, in eadem voluntate, in qua sunt illi quorum laudē præmisi: [ & in eadem scientia, ] id est, in eadē scripturarum intelligentia, in qua sunt illi. Vel idipsum dicatis, id est, vnam fidem catholicam omnes pariter loquamini: & non sint in vobis schismata .i. mentium aut verborum discisiones, sed sitis perfecti in eodem sensu, quæ vobis

H tradidi

**G** tradidi de Christo, vt omnes perfecte sentiat in eo solo gloriandū, non in hominibus: & in eadem scientia, quā vobis de Christo tradidi, vt perfecte sciatis vos eius sanguine redemptos & in eius nomine per baptismum sanctificatos. Potest sensus ad Christi diuinitatē referri, scientia verō ad humanitatem, vt vos omnes eundē sensum atque intellectum de eius diuinitate, & eandem scientiā de humanitate firmiter teneatis, quatenus omnes simul idem de diuinitate & humanitate illius credatis. Hęc ideo dico, quia [significatū est mihi de vobis] per literas o [fratres mei, ab his qui sunt Chloēs] id est, in illo loco qui sic vocatur, [quia cōtentiones sunt inter vos.] Quāuis auersi fuissent, fratres tamē vocat eos Apostolus, vt per id non dissentirent ab eo cui conuentus fratrum qui habitabant Chloēs intimauit quia cōtentiones essent inter eos, per quas manifestabatur diuersitas mentis eorū de disciplina dominica. Fratres illi significauerūt mihi vestras contentiones. Nec solum illas scio sed etiam verba quę dicitis. Sed [hoc dico quod vnusquisq; vestrū dicit,] id est, nullus ex vobis est, qui non dicat vnū horum quę subiicio. Nā alius quidem dicit, [Ego sum Pauli:] alius autē, [Ego] sum [Apollō,] id est, filius peritissimi doctoris: alius verō, [Ego] sum [Cephæ,] id est, Petri: alius autem qui solus sapit, dicit, [Ego] sum [Christi.] Sicque diuisi estis in partes, ac si alij ex vobis essent Pauliani, alij Apollani, alij Petriani, & alij Christiani. Et ita secundum vos [diuisus est Christus.] Quasi dicatur: Multos facitis Christos, id est, datores gratiarum. Vel qui operatur idem in omnibus, diuisus est, dum creditur in isto plus gratiæ operari, in illo minus. Vel diuisus est, id est, abscissus & separatus est à vobis, qui caput vestrum erat: quia ab illo vos subtraxistis, quando meritis hominum causam vestrę salutis ascribere cœpistis. Errorē quidem ostendit Apostolus, sed autorum nomina non prodidit. Neque enim in loco stabant, sed circuibant ad euerisionem simplicium. Nā hi quos nominauit, sine dubio boni erant doctores, sed horum specie falsos apostolos tãgit. Si enim in his gloriandum vetat, quanto magis in malis doctoribus, quorum doctrinā prauam in subiectis significat? Inter eos tamen hos perseuerantes designat, qui dicebāt se Christi esse, nō hominis, quos superius laudauit, & ad horū similitudinē alios inuitat. Diuisum autē Christū dixit, quia gloriam eius homines sibi partiti sunt, sicut hæretici, qui se aut Photinianos aut Arrianos vel Manichæos vocari nō horruerūt Nam & Corinthij diuersis hæreticorum nominibus subiici cœperāt, vt viderēt loco Christi homines venerari. Qui diuersa de Christo accipiunt, Christū diuidunt. Vnus enim hominē tantum accipit Christum, alter Deum purū sine corpore profitetur. Alius per prophetas prædictum Christum dicit, alius negat prophetas de Christo locutos. Cū ergo Christus vnus sit Deus & homo, isti sibi dum alius aliud, & alius aliud de eo vendicat, diuidunt Christū.

*Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati*

*estis? Gratias ago Deo meo quod neminem vestrum baptizauit, nisi Crispum & Gaium, ne quis dicat quod in nomine meo baptizati estis. Baptizauit autem et Stephana domum. Caterum nescio, si quem alium baptizauerim.*

Non debetis dicere, ego sum Pauli, quia [nūquid Paulus crucifixus est pro vobis] vt vos sanguine suo redimeret, & autor salutis esset, [aut in nomine Pauli baptizati estis,] vt inuocatio nominis Pauli mudaret vos à peccatis in baptismo? Nequaquā Paulus, sed Christus pro vobis crucem iustus pro iniustis pertulit: & nō in Pauli, sed in Christi nomine baptismum suscepistis. Modestē & humiliter sanctus Apostolus zelans ecclesiam, sed sponso, nō sibi, & horrēs eos qui voluerunt dicere, ego sum Pauli, ego Apollō, ego Cephæ, suā personam potius assumpsit quā calcaret & contēneret, vt Christum glorificaret. Repulit à se, sed vt mittat ad Christū. Nō vult à spōsa amari pro sponso. Idcirco enim seipsum maluit contēnere ad commendandū Christum, ne fortē si alios nominatim contēneret, ideo putaretur eorum refutare personas, vt suam commendaret. Si, inquit, pro vobis Christus mortuus est, & in nomine eius sanctificationē baptismi percepistis, quomodo ad eius iniuriam nunc gratiam & beneficiū ipsius imputatis vlli hominū? Nā quia de baptizatoribus gloriamini, [gratias ago deo meo] ex hoc [quod neminē vestrū baptizauit, nisi Crispū & Gaium,] qui non sunt de cōtentione vestra, nō quod malum sit baptizare, sed [ne quis dicat quod in nomine meo baptizati estis,] de quo magis gloriaremini. Non solum non estis in nomine meo baptizati, sed nec in meo ministerio, & inde gratias ago deo meo, qui me noluit huius occasionem esse erroris. Non baptizauit nisi Crispum archisynagogum & Gaium, qui nobiles erāt, & in primis crediderūt: nec gratiā baptismi deputabant vlli hominum, sed soli Christo, & intelligūtur ex illis esse, qui superius sunt laudati. Nec solū hos, sed [baptizauit & domū Stephanę] .i. familiā illius nobilis matronę, de qua bus in postremis epistolę huius dicitur, quā sunt primitiæ Achaïę, & in ministerium sanctorum ordinauerūt seipos. De his, inquit, certus sum quod eos baptizauit, sed præter hos [nescio si quē alium] ex vobis [baptizauerim.] Per quod ostendit se non esse saluatorem. Nam si aliquos saluaret à se iustificatos non ignoraret. Baptizasse se quosdā dicit, non tamen eo modo, quo ille cōsuevit baptizare, de quo dictum est, Hic est qui baptizat in spiritu sancto. Baptizauit enim Paulus tanquam minister, non tanquam ipsa potestas. Baptizauit autem Christus tanquam potestas. Et potuit hanc potestatem seruis dare, sed noluit. Si enim daret hanc potestatem seruis, id est, vt ipsorum esset quod domini erat, tot essēt baptismi quot serui, vt quomodo dictum est, baptismus Iohannis, sic diceretur, baptismus Petri, baptismus Pauli, baptismus Iacobī, & ceterorum. Ergo ne tot baptismi dicerentur,

**A** rentur quot essent serui qui baptizabāt accepta potestate à domino, sibi tenuit baptizandi dñs potestatem, seruis ministerium dedit, vt in illo ipse esset baptizatorū, à quo se baptizatos cognoscerent. Noluit ergo seruum spem ponere in seruo. Et ideo sibi soli retinuit hanc potestatem. Quam si vellet, potuit vel alicui vel vnicuique seruorum suorum dare, vt tāta vis esset in baptismo serui, quantam vim habet baptismus à domino datus, sed noluit. Idcircoque non differt siue bonus siue malus, cui contingit ministeriū vt baptizet: quia quisquis sit minister, Christus est dñs qui baptizat: propter quod tātum valet baptismus per hominē cōtemptibilem, quantum per apostolum datus.

*Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare, non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, his autem qui salui sunt, id est, nobis, virtus dei est. Scriptum est enim: Perdā sapientiā sapientium, & prudentiā prudentium reprobabo. Vbi sapiens, vbi scriba, vbi inquisitor huius seculi? Nonne stultā fecit deus sapientiā huius mundi? Nam quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.*

Ideo tam paucos baptizauit, quia non ad hoc missus sum. [Non enim Christus,] cuius ego minister sum, [misit me baptizare, sed euangelizare] .i. prædicare. Quoniā maius est euangelizare quā baptizare: quia non omnis qui baptizat, idoneus est euangelizare. Quia igitur & minores possunt baptizare, qui sapientiam & virtutem prædicandi non habent, ideo non baptizare missus sum, ne retardarer à prædicatione, sed euangelij semina spargerem. Quo dicto illi humiliantur, quibus Corinthij multum dabant eō quod ab illis baptizati fuerāt, dum innotescit non magnū esse baptizare. Missus sum euangelizare, & hoc [non in sapientia verbi] quia prædicatio Christiana non indiget pōpa & cultu sermonis. Ideoq; piscatores homines imperiti electi sunt, qui euangelizarent, vt doctrinæ veritas ipsa se commendaret teste virtute, ne hominum versutia & calliditate humanæ sapientiæ acceptabilis videretur, non veritate, sicut disciplinæ ab hominibus inuentæ, in quibus non ratio, non virtus, sed verborum compositio quæritur. Ac per hoc gloriam suā quærit, qui fidē Christi verbis exornare studet: quia obscurat illam splendore verborum, vt nō illa sed ille laudetur. Sicut & pseudo apostoli stulti viderentur prudentibus mūdi, in sapientia hominum prædicabant Christum, deuitates ea quæ mundus in nobis stulta iudicat; vt neque incarnatum dei filium & de virgine natum do-

cerent, neq; morte eius homines saluari prædicarent, neq; carnis nostrę futurā resurrectionē, quia mūdane sapiētia ratio iudicat hæc stulta. Hoc enim habet physicalis sapiētia, quod Deus non fiat homo, quod inuisibilis nō fiat visibilis quod immortalis non fiat mortalis, quod virgo concipere & parere non possit, quod mori nō possit autor vitæ, quod mors vnus non possit multos viuificare, quod mortuus aperto sepulchro resurgere nequeat, quod verum corpus humanū clausis ianuis intrare non possit in domum. Nos autē hæc omnia de Christo prædicamus. Ideo Apostolus non in sapientia hominum euangelizat, quæ sapientia est verbi, id est locutionis ornatæ secundū dialecticam & rhetoricam. Non sum missus, inquit, euangelizare in sapientia verbi, id est, vt secundum humanā calliditatē verbis compositis auditores ad fidē argumentando cogere, sed simpliciter veritatē omnibus annunciare. Ideo non in sapientia verbi hominū, [ne euacuetur crux Christi,] id est, ne vacua, ne ociosa putetur passio Christi, sed plena hominum redemptionē & salute. Si enim possibilitas naturalis per liberū arbitrium sufficit sibi, quæadmodum seculi sapientes dicūt, & ad cognoscendum quomodo viuere debeat, & ad bene viuendum, ergo Christus gratis mortuus est, & crux eius ab omni vtilitate vacua est. Sed impossibile est crucem eius vacuam ac superfluam esse, quia salus humana non nisi per crucem illam poterat euenire. Ergo stulta est sapientia verbi secularis, quæ hoc ignorauit. Verē euacuetur crux in sapientia verbi, quia verbum crucis,] id est, prædicatio crucifixi Christi [est,] id est, videtur esse [stultitia pereuntibus,] id est, sapientibus mundi, quorum sapientia perit ac falsa ostenditur, & ipsi dānandi inde sunt, quia spēs suę salutis in cruce Christi non constituunt. Stultitia enim videtur illis, dei filium dicere crucifixū, & ideo sunt in perditione, quia infernę morti nō sunt erepti. Incredulis & pereuntibus est stultitia, sed [his qui salui fiunt, id est, nobis] credētibus, [est virtus Dei] ipsa crux. Credimus enim nō infirmitatē esse crucem Christi, sed virtutem, intelligentes mortem victā in cruce: cuius signum qui habēt sunt fortes & salui fiunt, quia teneri à morte nō possunt. Nō enim in verbo crucis Christi dicitur aliquid, vbi virtus & fortitudo Christi non appareat, quia moriendo mortē vicit & diabolū atque infernum & peccatum, hominēq; liberauit, & ignem portæ paradisi sanguine suo extinxit credentibus, omniāque mundi regna superauit, & regnū cœlorū aperuit. Nulla ergo est tāta virtus, quāta est in omnib; quę de Christo crucifixo dicuntur. Nō prædico in sapientia verbi, ne taliter crux euacuetur: quæ euacuetur, si aliquo modo præter illius sacramentū ad iustitiam vitamque æternā peruenire homines posse dicerētur, quia [scriptum est] in Isaiā, quod Deus perditurus esset sapientiam mundi. Ideo enim nō misit me dominus euangelizare in mundana sapientia, quoniam ipse (sicut scriptura testatur) prædixerat quod eam non reciperet in prædicatione euangelica, sed perderet & reprobareret de collegio prædicatorum suorū.



**G** Vnde ait: [Perdam sapiētiam sapientiū, & prudentiam prudentium reprobabo.] Non suā sapiētiam Deus in eis perdit & reprobat, quam ipse donauit: sed quā sibi arrogāt, qui nō habēt ipsius. Notandū enim sapiētiam talem esse in subtili excogitatione rerum, prudentiam verō in expolita ipsarū rerum explanatione. Vel sapiētiam, qua de Deo humanis rationibus disputant, & incarnationem mortēque eius velut stultam contemnunt: prudentiam verō quā habēt in moribus, vel qua excogitant aliquid probandum. Et Deus perdidit, id est, irritā fecit & destruxit sapiētiam sapientiū, atque reprobauit prudentiam prudentium, quando fecit illa quæ illi negant posse fieri, & piscatores ad prædicandum misit. Vbi enim fecit vt dei filius incarnaretur de virgine & crucifigeretur pro humana salute, obuiauit sapiētiae sapientium & destruxit eam. Et vbi illiteratos & idiotas fecit prædicatores, vt per eos simplicibus verbis ad fidē conuerteret dialecticos & rhetores, reprobauit à sua prædicatione prudentiā prudentiū, & astutiā morēsque eorum reiecit. Sciendum verō quod hæc sententia iuxta Hebraicū sic dicitur in Isaia de populo Iudæorū: Peribit sapiētia à sapientibus eius, & intellectus prudentiū abscondetur. Quod cōpletū est post aduentū domini, quando vno eodēque tempore successa est Ierusalem templūque destructū, & omnis maiorū scientia ablata. Nā quia sapientes illius populi Christum qui est dei sapiētia, nō receperunt, periit ab eis omnis sapiētia eorum. Et quia prudentes astutis machinationibus studuerunt contraire eidem sapiētiae Dei, inter homines corporaliter conuersant, absconditus est ab oculis cordis eorum omnis intellectus, quē habebant in scripturis, ne scilicet Christū reperiant qui in litera cōtinetur. Quod & huic loco epistolæ multum congruit, quia ex illis in fatuatis doctoribus Iudæorum erant pseudo apostoli, contra quos nunc Paulus agit, qui se per mundum sparserant, loquentes in sapiētia mundi ad subuersionem eorum qui nuper ad fidem venerant. Post propheticum verō testimoniū subdit Apostolus: Vbi sapiens, &c. Ac si dicat: Ita olim prophetatū est, & nostro tempore videmus illud cōpletum. Nam [vbi] est [sapiēs?] id est, in qua ecclesia de Iudæis aut gentilibus aliquis rhetorum vel dialecticus est prædicator euangelij constitutus? Si enim prædicator in ecclesia esse voluit, sapiētiam seculi abicere oportuit. Et [vbi] est electus ad prædicandum [scriba?] id est, qui de moribus vel artibus præcepta dat aut libros cōponit. Et [vbi] est electus ad docendum in ecclesia [inquisitor huius seculi?] id est, qui secreta naturę rimatur. Scribę sunt, naturalium & moralium librorum autores, & artium seculariū scriptores. i. de ipsis artibus præcepta dantes. Inquisitores autem seculi, qui constellationibus agi mundum credunt, & duodecim signis ortus & occasus fieri decernunt, nihil omnino sine horum motu putantes fieri posse: qui sapiētia sua inquirunt & discutiunt atque inuestigant de occultis rebus ac naturis singulorum. Sapiens generale vocabulū vtriusque est. Hos reprobatos & adnihilatos esse perhibet Apostolus, non quod doctrinam eorum ex toto improbet, in multis enim concordāt sacris literis, sed quia quædam senserunt & scripserunt contraria Christianę religioni, & maximē de cultura pluralitatis deorū. Tales non recepit deus, sed stultos fecit. Insultat ergo Apostolus sapiētiae & astutię, probatæ falsæ & reprobę, cum dicit: Vbi sapiens, vbi scriba, vbi inquisitor huius seculi? quasi dicat: Nil valet taliū astutia, & est inuectio in Iudæos & gentiles. Nam Iudæorum scribæ & legis doctores, deum filium habere, stultū putāt credi. Simili modo quotidie & gentes istud risu deputant. Sed Iudæi, quia hoc non tam apertē in lege significatum est, diffidunt. Gentiles verō, quia mundi ratio istud non recipit, nihil enim dicit posse gigni sine commixtione duorum, stultum iudicat. Sed vbi sunt, inquit tales dogmatizatores? quasi dicat: Cōfusi sunt & retrorsum pulsi, vel in nihilum redacti. [Nōne stultam fecit deus sapiētiam huius,] id est, quę est secundum rationes huius [mundi,] vtique stultam fecit eam, faciens illa quæ dicebat nō posse fieri. Et ita quæ se sapere putabat, inuenta est insipiens. Quod enim illa impossibile iudicabat possibile declaratū est. Stultā fecit deus talem sapiētiam, quia per stultitiā dedit salutē credentibus. [Nā quia in dei sapiētia,] hoc est, in luce diuinitatis filij dei [mundus,] id est, quilibet mundi amator vel mūdane sapiētie sectator per superbā seculi sapiētiam [non cognouit Deum,] quoniam creatorē inuenire nō potuit, multiplicibus disputationibus & solertissima inquisitione, qua peruenit ad inuestigationem creaturę, propterea [placuit Deo saluos facere credētes per stultitiā prædicationis], i. per rem prædicatam quæ stulta videtur, hoc est, per incarnationem & humilitatem filij sui. Verbum quippe dei, sapiētia est. Sed stultia huius sapiētiae, dicta est caro verbi. Vt quia carnales quippe per carnis suę prudentiā pertingere non valebant ad sapiētiam per stultitiā prædicationis, id est per carnē verbi prædicatā sanarentur. Et hoc est, quia in dei sapiētia non cognouit mūdus, &c. Ac si dicatur: Cum deū qui est sapiētia, nequaquā per sapiētiam suā mūdus inueniret placuit vt Deum hominem factum per humanitatis stulta cognosceret, quatenus eius sapiētia ad nostra stulta descenderet, & lucem supernę prudentiæ luto carnis suę illuminata, nostra cæcitas videret: sicut ille cæcus, qui luto super oculos accepto illuminatus est.

*Quoniam & Iudæi signa petunt, & Græci sapiētiam quærunt: nos autē prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scādalum, gentibus autem stultitiā, ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis, Christum dei virtutē & dei sapiētiam. Quia quod stultū est dei, sapiētius est hominibus: & quod infirmū est dei, fortius est hominibus.*

Ideo

**A** Ideo mundus non cognouit per sapiētiam deum, quia Iudæi signa potentiae quærunt, consueti ab antiquo: & Græci sapiētiam, vtrum quod prædicatur, natura patitur: & nos cōtra prædicamus Christum crucifixū, quod non est Iudæis signū potentiae, sed scādalum, quia irascitur cōtra præcones rubore sceleris sui, & gentilibus est stultitia, quoniā secundum mundanā rationē nō cōgruit vt deus pro hominibus moreretur. Et hoc est: [Iudæi signa petunt] id est nō phycas vel argumētosas rationes, sed miracula postulāt: & nō diffidunt posse fieri cōtra naturā, sed an factū sit quærunt, scientes virgā Aarō aridā germinasse & fructū attulisse, scientes Ionā post tres dies de ventre piscis viuim exiisse, & alia multa diuinitus facta esse, & ideo signa cōsueuerunt petere. [Græci] verō [sapiētiam quærunt] quia nolunt audire ea quæ mundi ratione non possibilia sunt, qm̄ cōtra naturā nihil posse fieri putāt, & ideo secūdū phycas rationes diligēter inquirūt, si possit fieri quod audiunt: eā quę ingenio hominis sapiētia videtur, inuenire cupiunt. Iudæi & gentiles sic agunt, sed [nos] contrā [prædicamus Christū crucifixū Iudæis quidem scādalum, gentibus autē stultitiā.] Iudæi enim turbantur & indignantur atque irascuntur, dum audiunt Dei filiū prædicari eū, quem ipsi crucifixerunt. Gentiles verō stultitiā putant, immortalē potuisse mori, & eum qui in potestate habebat persecutores vna voce prosternere, pertulisse ab illis se flagellari, conspui, teneri, spinis coronari, crucifigi. Stultū quippe gentilibus videtur, vt pro hominibus autor vitæ moreretur, quia hoc mundanę sapiētiae nō congruit. Christum crucifixum pro mundi redemptione prædicamus, quod (vt diximus) scādalum Iudæis incredulis est, & stultitia Græcis. Sed [ipsis Iudæis atque Græcis,] qui hoc prius putabant scādalum & stultitiā, [vocatis,] id est, postquam sunt ad fidem vocati vel conuersi, vel vocatis ad vitam non cōmuni vocatione, sed qua soli prædestinati sunt ante mūdi principium vocati, prædicamus [Christum dei virtutem,] quia mortuus vicit, [ & dei sapiētiam,] qua prudenter sefellit diabolus. Virtutem nūc ad signa retulit Apostolus propter Iudæos, sapiētiam autē ad doctrinā propter Græcos. i. gentiles. Hęc enim virtus sufficit Iudæis signa quærentibus, si crediderint: & hæc sapiētia sufficit Græcis sapientibus petentibus. Credentes enim intelligent hæc signa virtutis in Christo, quod mors eius mortē nostram destruxit, & mortuus ipse vitā nobis dedit æternā. Græci quoque, si crediderint, in eo videbūt magna sapiētiae documenta, & suam secularem sapiētiam intelligent esse stultitiā. Videbūt enim quod prouido & sapienti consilio nos, qui per superbiam cecideramus, ipse per humilitatē suam erexit. Ob hoc etiā vocatur Christus Dei virtus, quia per ipsum omnia fecit deus: & dei sapiētia, quia per ipsum cognitus est deus. Vnde & apparet idē filius cōæternus & cōæqualis patri. Cū enim ipse filius sit dei virtus & dei sapiētia, si aliquādo fuit deus sine filio, fuit sine virtute & sapiētia. i. fuit infirmus & insipiens. Itē si quis dicat quod dei virtus sit minor illo, aut eius sapiētia mi-

nor illo, magnā deo contumeliā ingerit, cū nec quilibet homo potens id sibi dici æquamiter ferret. Nec mirū si Christus crucifixus, est credentibus dei virtus & dei sapiētia, [quia quod stultum est dei] .i. humilitas & pāsio, [sapiētius est hominibus,] id est, quod hominēs possint videre & esse. [ & quod infirmū est dei,] id est, incarnatio, [fortius est hominibus:] quia victus vicit mortē, quā nullus gigas euasit. Quia nos cum ad diuinam sapiētiam venimus, sapienter facimus: ipsa cum ad nos venit, ab hominibus superbis, quasi stulte fecisse reputata est. Et nos cum ad illā venimus, conualescimus: ipsa cū ad nos venit, quasi infirma existimata est. Serpētis sapiētia decepti sumus, dei stultitia liberamur. Sed sicut illa vocatur sapiētia, erat autē stultitia contēnentibus deū, sic ista quæ vocatur stultitia, sapiētia est vincētibus diabolū. Nō enim vere stultitia est, sed ab hominibus dum rationi mundanę non conuenit, putatur stultitia, cū sit ratio spiritalis. Nam hæc stultitia superat omnes sapientes, quia salutē humano generi sapienter reddit, quā nullus sapientiū inuenire sciebat. Hęc, inquam, stultitia omnem hominū sapiētiam supergreditur: quia qui sapiētia sua liberari non poterant, per crucis mysterium saluantur. Sed & infirmum dei non est infirmum, quia infirmitas Christi magna victoria est. Vicit enim fortior est hæc infirmitas Dei cunctis hominibus: quia superauit illum qui cūctos superauerat, & mortem quam nec gigantes euadere potuerunt, crucifixi infirmitas vicit.

*Videte enim vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, nō multi nobiles: sed quæ sunt stulta mundi, elegit Deus, vt confundat sapiētes: & infirma mūdi elegit Deus, vt cōfundat fortia: & ignobilia mundi & contēptibilia elegit Deus, & ea quæ nō sunt, vt ea quæ sūt destrueret, vt non gloriatur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapiētia à deo & iustitia & sanctificatio & redemptio, vt quæadmodū scriptū est, Qui gloriatur, in domino gloriatur.*

Verē stultum & infirmum dei, est sapiētius & fortius hominibus: quia in vobis potestis hęc experiri, insipientes enim & infirmos vos vocauerunt. Nam [videte vocationē vestram fratres] .i. videte per quos vocati estis, [quia non multi] ex illis sunt [sapientes secundū carnē], .i. secundū humanā sapiētiam, [nō multi potētes] secundum seculi potētiam, [nō multi nobiles] secundū carnis nobilitatem. Et primo nulli ex vocationibus fuerūt tales. Nō multi forsitā propter se dicit, qui solus inter Apostolos secularium literarum peritus, terrenarū opum diues,

H iij Romanæ

**G** Romanæ dignitatis parentela conspicuus fuit, qui tamē hæc nihili pēdit, nec vsus est eis. Erāt iam & aliqui alij prædicatores sancti ex illis, qui fuerant sapientes secundū carnē, & potentes & nobiles, sicut Dionysius Areopagita & alij. Vel ita: Videte vocationē vestrā, id est, in vobis ipsis probate quod dico, quia non multi ex vobis sapientes secundum carnē vocati sunt ad fidē, sed potius pauci sapiētes crediderūt. Per superbiam enim sapientiæ secularis, multi sapientiæ Dei contēpererūt esse subiecti. Vix enim istiusmodi homines ad fidem possunt adduci. Nec multi potentes in hoc seculo vel nobiles inter vos, ad Christū sunt vocati. Difficile enim potētes & nobiles ac diuites, & multo his difficilius eloquētes, credunt Deo. Obcæcatur enim mens eorū diuitiis & opibus, atque luxuria vel superbia: & circumdati vitiiis, non possunt videre virtutes: simplicitatēque scripturæ sanctæ non ex maiestate suā, sed ex vilitate verborum iudicant. Non multi tales vocati sunt, [sed quæ stulta sunt mūdi,] id est, ignaros homines mundanæ sapientiæ [elegit deus] vt per eorū doctrinā [cōfundat,] id est, erubescere faciat, & ad insipientiam redigat [sapientes] seculi. Confunditur enim sapiētes, dū ea quæ ipsi negant, vidēt multos cōfiteri, id est, partū virginis & crucē filij Dei & resurrectionem à mortuis, cæteraque similia. Stulta mundi elegit Deus, id est, ineruditos, liberalibus disciplinis & omnino (quantum ad seculi doctrinas pertinet) im-politos, non peritos grammaticæ, non armatos dialecticæ, piscatores fecit suos prædicatores, vt videlicet cunctis in eis ostenderet, quod ad vitam credentes populos, non sermo, sed causa suaderet, [Et infirma mundi,] id est pauperes & impotentes [elegit deus,] vt per eorum virtutem [confundat fortia,] id est, superet & erubescere faciat potentes. Nam dum elati diuites nouas virtutes in humilibus peccatoribus aspi-

**I**cerent, eorū quorum prius contēnebant vitam postmodū obstupere miraculis. vnde mox pauidi ad sua corda redeuntes, extimuerunt sanctitatem in miraculis, quam despexerant in præceptis. Per infirma ergo cōfusa sunt fortia, quia dū in veneratione vita surgit humilium, cæritio cecidit superborū. [Et ignobilia mundi & cōtemptibilia,] id est homines in hoc mundo plebeios & abiectos [elegit deus, & ea quæ nō sunt] id est, non computantur, scilicet illos homines qui nihil esse videbātur, [vt ea quæ sunt,] id est magna putabātur, [destrueret,] id est, vincēdo humiliaret. Elegit ergo idoctos, infirmos, ignobiles & pauperes: non quia reliquit sapientes, firmos, nobiles & diuites: sed si ipsos primos elegisset, merito sapientiæ suæ vel potentiæ, seu natalium aut diuitiarum suarum sibi eligi viderentur: atq; inflati de his rebus, salutem humilitatis non recipirent. Si enim primo sapientes elegisset, doctrinē eorū merito elegisse illos putaretur, & ita illorū scientia laudaretur & laus Christi gratiæ minueretur. Si potētes elegisset, videretur eos merito dignitatis eorum elegisse & similiter diuites merito diuitiarum. Et ideo istos qui de semetipsis in semetipsis poterāt gloriari, non quidē omisit nec contempfit, sed ali-

quantulum distulit: & illos primo eligere maluit, qui nihil in se ipsis habebant vnde gloriari possent. Quia nimirum ad prædicandum tales venire debuerūt, qui de laude propria nihil haberent, vt tanto solius veritatis cognosceretur esse quod agerent, quanto & aperte cereretur quia ad hoc agendum per se idonei non fuissent. Tales ergo primitus elegit, vt per eos humiliaret cæteros, & ad fidem adduceret, [vt nō gloriatur omnis caro,] id est, omnis homo [in conspectu eius,] i. coram ipso, vel nō gloriatur omnis caro in conspectu eius, i. in se nullus gloriatur eum conspiciens. Nō gloriatur vtiq; de meritis suis. Nō enim gloriatur iniusti, qui nō habēt vnde gloriatur: nec iusti, quia ex ipso habent vnde gloriari debeant: nec habēt gloriam suam, nisi ipsum cui dicunt, Gloria mea & exaltans caput meum. Ac per hoc ad omnē hominem pertinet, siue iustum, siue iniustum, quod nunc dictum est, vt nō gloriatur omnis caro in conspectu eius, scilicet neq; de meritis, neq; de sapientia, neq; de potentia, neq; de nobilitate, nec de diuitiis aut alia re propria quisquam gloriatur. Nullus ex se potest gloriari, sed vos in deo gloriamini, quia [ex ipso] Deo, i. ex ipso dono [vos estis in Christo Iesu,] non ex vobis. Ex eius gratia processit vt sitis in Christo, non ex vestris meritis, quia eius propositum fuit vt essetis membra Christi. Si ergo ex ipso estis, nolite illos admirari quos ipse non elegit. In Christo estis, [qui factus est] vobis [sapientia,] vt eius participatione sapientes efficeremur percipientes ab eo sensum prudentiæ, & factus est [nobis iustitia,] vt nos eius participatione iustificaremur per opera virtutū. [ & sanctificatio,] vt nos sanctificaret in baptismo, faciens immunes à peccato. [ & redemptio,] vt nos redimeret pro nobis seipsum dando. Sapiētia ergo nobis factus est, id est, illuminans nos ad veritatem & dei cognitionē. & quia prius iustificat bona operatione, per hoc iustitia, quia prius emūdat in baptismo: & hoc, quia prius redemit sua passione. Ipse qui in seipso est æterna & incōmutabilis sapientia, etiā nobis fit sapientia, cum nos eius participatione efficimur vt cunq; sapiētes ad recte sapiēdū. Ita ipse cū in se sit ipsa iustitia, quæ viuut in seipsa & incōmutabiliter viuut, etiā nobis fit iustitia, cū nos ei cohærentes iuste viuimus: & tãto magis minúsvē iusti sumus, quãto illi magis minúsvē cohæremus. Similiter cū ipse sit in seipso æterna sanctitas, etiā nobis fit sanctificatio, cū nos sanctificat sui participatiōe. Factus est ergo nobis à Deo sapiētia & iustitia & sanctificatio, quia nos ad illū conuertimur tēporaliter, id est, ex aliquo tempore, vt cum illo maneamus in æternum, & ipse ex quodam tempore verbum caro factum est & habitauit in nobis. Hæc omnia nobis à Deo factus est, [vt qui gloriatur,] nō in se, sed [in domino gloriatur,] sicut [scriptum est] in Ieremia: Nō gloriatur sapiēs in sapientiā sua, & nō gloriatur fortis in fortitudine sua, & nō gloriatur diues in diuitiis suis: sed in hoc gloriatur qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum dominus, qui facio misericordiā & iudicium & iustitiam in terra. Videte quæadmodum nobis abstulit gloriā, vt daret gloriam

**A** gloriam abstulit nostrā, vt daret suam: abstulit inanē, vt daret plenā: abstulit nutantem, vt daret solidam. Quãto enim gloria nostra fortior & firmior quæ in Deo est, quã quæ in nobis? Non ergo gloriatur quisquam in sapientia sua vel in fortitudine, vel in diuitiis aut huiusmodi rebus: sed si gloriari voluerit, gloriatur in domino qui facit misericordiam & iudicium & iustitiam. Ille enim in solo domino gloriatur, qui cognoscit non suum, sed illius esse, non solum vt sit, sed etiam vt non nisi ab illo bene sit sibi, à quo habet vt sit: & qui in omnibus quæ facit, non suam, sed domini gloriam quærit. Et ideo gloriandū est in domino, quia non poterit cōfundi qui gloriatur in eo: confundetur autem, qui gloriatur in hoc seculo vel in seipso.

## CAPVT II.

**T** ego cum venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis aut sapiētiæ annūcians vobis testimoniū Christi: nō enim iudicauis scire me aliquid inter vos, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Et ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud vos, & sermo meus & prædicatio mea nō est in persuasibilibus humanæ sapiētiæ verbis, sed in ostēsiōne spiritus & virtutis, vt fides vestra non sit in sapientia hominū, sed in virtute dei.

**C** Dixi superius, quia infirmos & stultos prædicatores elegit deus. [Et ego] quoque talis apparui vobis, qui veniens ad vos [veni nō in sublimitate sermonis,] i. nō in rhetoricis & dialecticis disputationibus, vt artificiose & compositè prædicarem vobis secundū logicam, nec in sublimitate [sapientiæ,] i. humanarū rationū secundū physicā, quod laudatis in pseudo apostolis, qui per eloquentiam suā cōmendant prauā doctrinā suā, & per sapiētiā mūdi euacuat crucē Christi. Non in sublimitate sermonis aut sapientiæ veni, sed potius in humilitate: quia qui minus capacibus sublimiora loquitur, nō illorū vtilitatē, sed sui ostentationē facit. Veni [annūcians vobis testimoniū Christi] i. quod de eius incarnatione, passione, & resurrectione testati sunt prophete, vel quod ipse de semetipso moriēdo & resurgēdo testatur est, aut quod nos apostoli testamur de illo. Veni, inquam, non in sublimitate secularis eloquentiæ vel sapientiæ, quia nec in sublimitate illius quæ de deo est. Et hoc feci ex iudicio. [nō enī iudicauis me aliquid scire inter vos,] qui minus capaces vos videbā, [nisi Iesum Christū & hūc crucifixū] i. nisi saluatorē regē, & hoc p crucifixionē. quod est dicere: Quia vos capere diuinitatis eius mysteria nō posse p̄sāui, sola vobis infirma humanitatis eius locutus sum: hoc enim inter illos Apostolus nesciebat, quod ipsi p̄ illū scire nō poterāt: & hoc solū se scire dicebat, quod eos p̄ illū sci-

re oportebat. Eo autē genere locutiōis nescire quisq; dicitur quod occultat, quomodo dicitur fossa cæca quæ occulta est. In Christo autē crucifixo nō parua sciētia est, sed multa in eo discuntur: & maximē q̄ vetus hō noster simul crucifixus est, vt euacuetur corpus peccati, & vltra nō seruiamus peccato. Nā ad eius crucē pertinet, quod etiā nos in ei corpore crucifigimur mūdo, vbi intelligitur omnino coërcitio malarū cōcupiscētiarū. Ac per hoc fieri nō potest, vt eis qui in cruce Christi informātur, p̄fessa adulteria vel alia crimina permittātur. Oīa enim vitia carnis ac spiritus mortificat crux Christi, vt viuere faciat in virtutib: quia ipse p̄ peccatis nostris crucifixus est, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & cruciatib: æternis saluaret. Hæc & alia multa discuntur in Christo crucifixo. Ita humilia & infirma vobis prædicaui. [Et ego] humilis & infirmus fui, quia [apud vos fui in infirmitate,] i. quasi nullus essem virtutis aut potētiæ vel in infirmitate, i. in tribulatione [ & timore,] i. anxietate animi. [ & tremore] corporis p̄pter afflictiones pœnarū. Christū enim in stultitia humanæ sapiētiæ prædicās, odiū mihi Iudæorum atq; gētiliū & persecutiones prouocabā, quasi rē vanā annūcians, & deū mortuū prædicās: & dū ita cōuersarer vobiscū, [sermo meus] de moribus [ & prædicatio mea] de Christo, vel sermo priuatim corā paucis, & prædicatio publice corā omnibus, [nō fuit in persuasibilibus verbis humanæ sapiētiæ,] id est, in verbis quæ per humanā sapiētiā suaderēt credere quod dicebā, [sed] fuit [in ostēsiōne spiritus & virtutis,] i. in eo quod ostēdebā me habere spiritū sanctū religiose viuēdo & p̄phetando, & per manuum impositionem ipsū aliis impetrando, & ostēdebā me habere virtutē miracula faciēdo. Ideo sic feci, [vt fides vestra] non sit fundata [in sapientia hominū, sed in virtute dei,] i. secundum humanā sapiētiā non quærat rationes eorum quæ debet credere, sed omnia imputet virtuti diuinę possibilia, sciēs deo nihil esse impossibile.

*Sapientiam autem loquimur inter persectos. Sapientiam verò non huius seculi neque principum huius seculi, qui destruntur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam predestinavit Deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nūquam dominum gloriæ crucifixissent: Sed sicut scriptum est: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec est eor hominis ascendit, quæ preparauit deus his qui diligunt eum. Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum.*

Quia supra dixerat, veni nō in sublimitate sermonis aut sapiētiæ, ne cui stultus videretur, & in prædicatione sua nihil sapientiæ continere,





**G**lis ordinis, quia & ipse se non subdit regendū deo. Animalis enim ab anima dicitur, sicut à carne carnalis. Iste talis non percipit ea quæ sunt spiritus dei, id est, quid gratiæ credētibz cōferat crux Christi, & sic audit quæcunq; audit de Dei natura, vt aliud quā corpus cogitare nō possit, quālibet amplum, summū vel immēsum, quālibet lucidum ac speciosum, corpus tamen. Ob hoc etiā dicitur nō percipere, id est, nō intelligere ea quæ sunt spiritus Dei, quia sola præsentis vitæ bona carnalia cogitat & appetit, spiritualia verò & æterna non intelligit. **[S T V L T I T I A** enim est illi quicquid de talibus audit, & nō potest intelligere.] Pecoribus enim similis sensum suum in terra deprimat, & ideo non assequitur nisi quæ videt, nec putat aliud posse fieri quā quod ipse scit: propterea quicquid aliter audit quā nouit, stultum iudicat. Ideo nō potest hæc intelligere, quia [spiritualiter examinatur,] id est, inuisibiliter à Deo iudicatur, vt iusto dei iudicio spiritualia intelligere nō sinatur. Vel spiritualiter examinatur, id est, per spiritualia tantū probatur quod animalis est, quia audita hæc improbat, & nō ob aliud ei proponuntur. Siue ideo nō potest intelligere, quia res illa quā ipse stultitiam reputat, spiritualiter examinatur, id est, per spiritū sanctum diiudicatur & intelligitur. Animalis nō potest intelligere, sed [spiritualis,] id est, ille cuius mēs illuminatur luce spiritus sancti, & spiritualiter viuere docetur, [iudicat,] id est, diiudicat & discernit [omnia.] Iudicat enim & approbat quæ recte, improbat autē quod perperam inuenerit in operibus moribzq; fidelium. Iudicat omnia, sed [ipse à nemine iudicatur,] id est, à nullo homine, sed sola ipsa lege, secundum quam iudicat omnia, quoniā verissime dictū est, oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi. Omnia ergo iudicat, quoniā super omnia est, quādo cū deo est. Et à nemine iudicatur, quoniā ipse supra cæteros est, & inferiores nō possunt iudicare superiorē. Et vere à nullo iudicatur, vtrum bene an male intelligat vel operetur. Quia [quis] animalis [cognouit sensum domini quē vir spiritualis habet?] Nullus. Et ideo nō potest inde iudicare, quia de incognitis nemo recte iudicat. Et [quis] est qui [instruxit eū?] id est, docuit dominū quid agere debuerit. Nemo homines enim spiritū dei nō habētes, dominum instruere volunt, dum secū dicunt: Deus nunquā mori debuisset vt creaturā suam à potestate diaboli liberaret, sed solo præcepto vt omnipotēs, suos saluare debuisset. Et quia eum sic instruere volūt, inde contingit quia sensum eius nō cognoscunt. Nesciunt enim quia deus iustus non debuit in hac re vt virtute potētiae, sed ratione iustitiæ. Vel taliter litera secundum alios codices potest legi. [Quis enim cognouit sensum domini, aut quis instruxit eum?] Sensus nanq; domini est, quo hæc fecit, per quæ sapiētia mundi probatur stulta, negans posse fieri quæ facta sunt. Quē sensum nullus est qui cognouerit, vt si displiceat illi, emendare velit consilium dei. Quia quicumque cognouit, laudat sapientiam & potentiam dei. Quis cognouit sensum domini nostri Iesu Christi? Sed nos spirituales

[sensum Christi habemus,] id est, participes facti sumus scientiæ Christi per acceptionem spiritus sancti. Et ideo animales homines vel pseudo apostoli, nos iudicare non possunt, qui sensum domini habemus, quem illi ignorant.

## CAPVT III.

**E**go fratres non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquā paruulus in Christo lac vobis potum dedi, nō escam. Nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis. adhuc enim estis carnalēs. Cū enim sit inter vos zelus & cōtentio, nōne carnalēs estis, & secundum hominem ambulatis? Cū enim quis dicit. Ego quidem sum Pauli, alius autē, ego Apollo, nōne homines estis? Quid igitur est Apollo? quid verò Paulus? Ministri eius cui credidistis. Et vnicuique sicut dominus dedit. Ego plantavi, Apollo rigauit, sed deus incrementū dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementū dat, deus. Qui plantat autem & qui rigat, vnum sunt. Vnusquisque propriā mercedem accipiet secundum suum laborem.

Nos spiritualibus spiritualia comparamus, quia sensum Christi habemus. Et tamē [fratres vobis nō potui] ego [loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus:] quia vidi vos nō posse capere spiritualia propter imbecillitatē sensus vestri. Et ideo sic locutus sum vobis, quomodo audire poteratis: nec propter ignorantiā vestrā, sed propter infirmitatē vestram, arcana dei vobis reticui. Nō enim audientiū animi sunt vltra vires tradendi, sed alta quæque & eminētia debent multis auditoribus contēgi, & vix paucis aperiri. Et inchoantibus quidē vel infirmis nō alta & mystica, sed quædā quæ capere possint prædicāda sunt, perfectis verò profunda & mystica sunt dicenda. Sed timendū & cauendū est, ne sub hac occasione dicta pseudo apostolorū vel quorūlibet hæreticorū, velut ea quæ carnalēs capere nō possunt, non solum excusatione dealbāda, sed etiam laudanda videātur. Vnde sciendū est, quia ipse Christus crucifixus, quo velut lacte paruulos aluisse se dicit Apostolus, id est, ipsa vera caro, in qua facta est vera mors eius, & vulnera vera confixi, sanguisq; percussus, nō eo modo à carnalibus, quo à spiritualibus cogitantur. Et illis est lac, istis cibus. Quia est nō audiunt amplius, intelligunt amplius. Non enim æqualiter mente percipitur, etiā quod in fide pariter ab vtrisque recipitur. Hoc igitur primitus cognito, quod ea ipsa quæ simul audiunt spiri-

**A** spirituales atq; carnalēs, pro suo quique modo capiunt, illi vt paruuli, isti vt maiores, illi vt lactis alimentū, isti vt sibi solidamētū, nulla videtur esse necessitas, vt aliqua secreta doctrinæ ta ceātur & abscondātur fidelibus paruulis, dicēda seorsum maioribus, id est, intelligentioribus, nisi quod solidus cibus, qui perfectis congruit, paruulis nō proficit, dū nō capitur ab eis, & ea quæ fortes subleuāt, infirmos grauāt. hoc enim ipsum quod Apostolus se nō iudicauit scire in eis nisi Christum Iesum & hūc crucifixū, ipsis non potuit loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, quia id sicut spirituales capere non poterāt. Quicumq; autem spirituales inter eos erant, idē quod illi qui tanquā carnalēs erāt, audiebant, spirituali intellectu ipsi capiebāt, vt sic intelligatur quod ait, Nō potui loqui quasi spiritualibz, sed quasi carnalibus. ac si diceret: Nō potuistis quasi spirituales, sed quasi carnalēs capere quod loquebar. Quasi carnalibus, inquit, locutus sum vobis. Et hoc tam diligenter feci, quod [tanquā paruulis] cognitione [in Christo dedi] vobis potū lac, [id est, faciliē doctrinā, dulcem & nutriētē,] [nō escā,] id est, non robustā spiritualiū rerū doctrinā. fieri tamē (sicut præmissimus) potest, vt id quod dicitur, & paruulis lac, & grandibus esca sit: sicut in principio erat verbū, & verbū erat apud deū, & deus erat verbum, & paruuli bibunt, & grandes mandunt. Lac tamē præcipuē per carnē saluatoris est expressum paruulis. Quomodo enim mater cibū comedit, vt per carnē traiciat ad infantē lac factum: sic cibus angelorū dominus verbū caro factum est, & factus est lac. Lac quippe nostrū Christus humilis est: cib⁹ noster, idē ipse Christus æqualis patri. Lacte nutrit vt pane pascit. Qui paruulus est, fugat ab huberibus ecclesiæ lac omniū sacramētorū tēporaliter pro æterna nostra salute gestorū, vt nutritus atq; roborat⁹ perueriat ad māducandū cibū æternæ diuinitatis. Talibus nunc dicitur: Lac vobis potū dedi, non escā. Et quare? Quia [nondū] poteratis escā percipere, quandiu vobiscū erāt, [sed nec nunc quidē potestis,] quia [adhuc estis carnalēs,] id est, potius sensum carnis quā spiritus sectamini. Isti propterea quod seculi adhuc voluptatibus seruiebant, carnalēs erant, quanuis iam baptizati essent, & spiritum sanctum accepissent. Nā quia post baptismū ad veterē vitā relapsi fuerant, ideo carnalēs appellantur. Vbi verò dicitur nondū vel nō adhuc, profectō nō desperatur, si eō tenditur, vt sit aliquādo quod nōdū est. Adhuc enim, inquit, estis carnalēs, & ostendens vnde sint carnalēs, [cū enim, inquit, sit inter vos zelus,] id est, inuidia [ & cōtentio,] id est, litigatio verborū, [nōne carnalēs estis,] qui in carne, id est, in homine confiditis, [ & secundū hominē ambulatis?] id est, in peius proficitis. Ac si dicat: Qui discordes mētes ducitis, nōne adhuc ex reprehensibili humanitate peccatis? Homo enim hoc loco per culpam nominatur. Cum autem dixisset eos carnalēs, nō ait, secundū carnem ambulatis, sed secundū hominē: quia & hoc voluit intelligi, secundū carnē. Nā utiq; si culpabiliter quidē secundū carnē, laudabiliter autē secundū hominē ambularetur,

id est, viueretur, nō exprobas diceret, secundū hominē ambulatis. Nā secundū hominē ambulare, hoc est carnalē esse. Qui autē non ambulat secundū hominē, sed secundū deū, profectō nō ambulat & secundum seipsum, quia & ipse est homo. Qui verò nō secundū se, sed secundū deū ambulat, nō homines, sed dii vocātur. Et verē, inquit, zelus & cōtentio est in vobis, & setū dum carnē ambulatis. Quia [cū quis vestrum dicat, ego quidē sum Pauli, alius autem] dicat, [ego sum Apollō, nōne homines estis?] Sicut enim gloriantes in deo & omnē gratiā ab ipso sperātes, dii vocantur à deo adoptati, ita & qui in homine gloriātur, homines dicuntur. Deos enim vel angelos esse cupit Apostolus, quos arguit quia homines sunt, id est, in his contētionibus nō quæ dei sunt, sed quæ hominis sapiūt. A sua verò persona incipit, ne fortē putaretur per inuidiā magis personas aliorum destruere, ostendens magnū errorē esse, & ad dei contumeliā pertinere, quando deo prædicato, gloria datur hominibus: & spes quæ in deo ponenda est, ponitur in hominibus: dicēte scriptura, **Ma ledictus homo qui spē ponit in homine. Quid enim minus est à gētilitate, dū gloria quæ dāda est creatori, datur creaturæ, id est, homini? Et quandoquidē alius vestrū dicit, ego sum Pauli, alius autē, ego Apollō, atque in his doctoribus vano errore gloriamini, igitur respōdete mihi, [Quid est Apollo, quid verò Paulus,] qui adhuc maior est. Et si vos respōdere nescitis, ego respondeo quod non sunt deus qui det, sed per quos deus det: quia [ministri] sunt [eius cui credidistis.] Et quia ministri sunt, spes in his ponēda non est, sed in deo cuius ministri sunt. Illi enim gratiarū actio deferenda est, cuius donum est, nō seruis quos & inuitos oportet dispensare. Ministri sunt, & hoc non vno modo, sed [sicut dominus dedit vnicuique,] id est, sicut voluit & sicut diuisit singulis officia ministerij. Nā [ego] ipso dante plantavi, id est, euangelizando vos ad fidē cōuersti, & [Apollo rigauit,] id est, vt pote episcopus vester imbre sui eloquij, postquā in fide fundati estis, corda vestra rigauit. Nō tamē nos, [sed deus incrementū dedit] proficiēdi vobis. Nos enim qui forinsecus loquimur ad aures vestras, ita sumus quasi operarij adhibētes culturā forinsecus ad arborem, sed incrementū dare nō possumus, nec fructus formare. Ille autē qui vos creauit, & redēmit & vocauit per fidē & spiritū sanctum, habitans in vobis, nisi loquatur vobis intus, sine causā nos perstrepimus. Interior ergo magister est, qui docet. Christus docet, inspiratio ipsius docet. vbi illius inspiratio & illius vnctio non est, forinsecus inaniter perstrepūt verba. nā & agricola arborē potest plantare, aquā foris adhibere & diligentia culturæ, sed nō potest folia pomāq; formare. Excedit enim hoc humanā humilitatē, excedit angelicam sublimitatē, nec omnino pertinet nisi ad creatorem. & quia solus deus dat incrementū, [itaq; neq; qui plantat,] id est, qui in fide fundat, [est aliquid] dando quicquā ex se, [neq; qui rigat,] id est, qui vel baptizat, vel postea mores instruit, [sed deus qui dat incrementum,] ipse valet ad salutē, id est illius vnctio**

P sal. 81.  
Ioan. 10.E  
Iere. 17.Gen. 4.  
Psal. 61.  
Galat. 6.  
Math. 10.

**G** vnctio quæ vos docet intrinsecus. Frustra quippe operarius omnia moliretur extrinsecus, nisi creator intrinsecus latenter operaretur. Neque plantator, neque rigator est aliquid ad salutem eorū quæ rigantur siue plantantur, quia & plantata solent mori, & rigata ad effectum fecunditatis nō peruenire, nisi det deus vegetantē gratiam. Quantum ergo ad honorificentiam pertinet dei, nihil est homo. Quantum verò ad ministerium pertinet, necessarius est vt honorificetur quasi seruus, non vt aliquid de illo speretur ad iniuriam dei. Deus solus est, in quo gloriādam est, quia dat incrementū. [Sed qui plantat & qui rigat, vnū sunt,] id est, ambo ministri sunt, quāuis diuersa sint illorum officia. vnum sunt, id est, ambo sunt homines, & idē cōcorditer de deo sentiunt. Vnū sunt, id est, indifferentes. Possent enim videri quòd etsi nihil ex se dāt, tamē magis deus per hunc quàm per illū daret. Ideo dicitur quia vnū sunt, id est, non plus gratiæ confert vnus quàm alter, quia solus deus dat per eos. In dando nō differunt, sed in labore & mercede, quia [vnusquisque] eorum [accipiet propriam mercedem] à domino [secundum suū laborē,] id est, qui magis laborauit, maius præmium habebit: & qui minorem pertulit laborem, minorem percipiet remunerationē. Deus enim reddet vniciuique secundum opus eius. **Rom. 2.** Vnde patet neutrum illorum esse autorem salutis, & ideo non esse gloriandum in eis. *Dei enim sumus adiutores. dei agricultura estis, dei edificatio estis. Secundum gratiam dei quæ data est mihi, vt sapiēs architectus fundamentum posui. Alius autem superædificat. Vnusquisque autem videat quomodo superædificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem superædificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos: ligna, scœnum, stipulam, vnus cuiusque opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vnus cuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur. Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.*

Mercedem percipiemus, quia [dei adiutores sumus] in colendo agro illius. Nā ei quem ipse per internā gratiā infundit, nos exhortationis voce concurrimus, hoc quod ille per spiritum agit intrinsecus, nos exterius ministerio vocis adiuuamus: & tunc solūm nostra exhortatio ad perfectionē ducitur, si in corde fuerit deus qui adiuuetur. Nos sumus adiutores dei, & vos

[estis cultura agri dei,] & [ædificatio] templi [dei.] Et nos eum adiuuamus, dum agrum cordis vestri, quem ipse per internam gratiam excolit, nos aratro prædicationis excolimus: ac nostræ mentis ædificium, quod ipse ad inhabitandum sibi construit, & nos construere laboramus. Ager enim dei colitur, dum vitia de populo extirpantur fidelium, & virtutes inferuntur vt crescant & fructificent. Aedificatio eius instruitur, quando ecclesia extruitur his, qui fundamento fidei superponuntur, vt in altum surgant aliis alios portantibus, vel quādo mens fidelium construitur impositione virtutum, vt dignum deo fiat habitaculum. Dixi quia dei ædificatio estis, & huius ædificationis [fundamentum] ego [posui,] & hoc non à me feci, sed [secundum gratiam dei quæ data est mihi,] vt dignus essem prædicare euangelium Dei, & in humanis cordibus ponere fidei fundamentum. Vnde apparet hoc dei esse, quod feci, non hominis. Secundum gratiam dei, id est, secundum apostolatū à Deo gratis mihi datum. Posui in ædificio vestræ mentis fundamentum, id est, fidem Christi, & hoc vtens discretionē, [vt sapiens architectus, id est, princeps ædificij, qui fundamentum domus ædificandæ ponit in loco firmo ex fortibus & quadratis lapidibus. Sapiens architectus est, qui iuxta disciplinā autoris collocat fundamentum, id est, qui iuxta traditionē saluatoris euangelizat fidem. Alius autē superædificat.] Superædificat, qui quisque prædicationem apostolorum superueniens aut bonus aut malus doctor prædicat. Sed [vnusquisque videat quomodo superædificet,] id est, vt superpositum ædificium congruat fundamento, ne si obliquum fuerit & friuolum, ruinā faciat manēte incolumi fundamento. Quia si etiā male ille docuerit, Christi nomen permanet, quod est fundamentū, doctrina autē mala peribit. Videat inquā, quomodo superædificet, non quomodo fundamentū ponat, nam [fundamentum aliud nemo ponere potest, præter id quod à me positum est, quod est Christus Iesus,] id est, fides Christi Iesu. Ideo nemo potest ponere aliud fundamentū, quia nec hæretici docere valent nisi sub Christi nomine. Aliter enim cōmenta errorum suorum commendare non valent, nisi interposito saluatoris nomine prædicent, vt res contrarias & absurdas nominis dignitas acceptabiles faciat. Fundamentū permanet, sed quod superædificatur, si inutile fuerit, nō stabit: sed tātū illud quod vtile est, si superaddetur, pmanebit. Quia [si quis superædificat super hoc] Christi nominis [fundamentū aurū, argētū, lapides preciosos,] p quæ tria designatur præclara doctrina: vel [ligna, scœnū, stipulā,] per quæ significatur varia & friuola & corrupta doctrina, [vnus cuiusque opus] in nouissimo die [manifestū erit,] id est, vnus cuiusque doctrina in iudicio erit omnibus manifesta, vtrum bona an mala fuerit. [Dies enim domini hoc declarabit.] Dies iudicij vocatur dies dñi, non quòd omnes dies non sint eius: sed per excellentiam hoc dicitur, & ad differētiā humani diei. Dies enim præsentis temporis, est dies hominis, quia in isto agit homo quod vult: sed ille dies erit domini,

**A** domini, quia in illo faciet dominus quod iustū erit, reddens vniciuique secundum opus eius. & ideo declarabit ille dies qualitātē vnus cuiusque operis, [quia in igne reuelabitur,] id est, manifestabitur idē dies, qui nunc omnes latet, & tūc omnib⁹ erit notus. Cū enim viderint omnes ignē illum ante faciē iudicis per totū diffundit orbem, scient adesse diem iudicij. Vel dominus in igne illo reuelabitur, id est, apparebit omnibus bonis & malis. Vnde & Theſſalonicēsis dicitur: In reuelatione domini Iesu de cælo eū angelis virtutis eius in flāma ignis. [Et ignis] ille [probabit quale sit opus vnus cuiusque,] id est, an sit firmum an solubile. Ignis probabit opus, id est, doctrinā vnus cuiusque. Quia enim per ignē examinatio fiet, si in aliquo non inuenit quod exurat, manifestabit illū bonū fuisse doctorē. Mala verò & adultera doctrina idcirco per ligna & scœnum & stipulā significata est, vt ostēderetur fore ignis efca. Vere ignis opera singulorū probabit. Nam [si cuius opus quod] ipse [superædificauit, manserit, mercedē accipiet.] Quia sicut aurum & argētū & lapides quos ignis nō consumpsit, ita & bonus magister incorruptibilis permanebit. Cūq; nihil in illo sordis inuentū fuerit & prauæ doctrinæ, accipiet cum gloria mercedem remunerationis perpetuæ. [Si] verò [cuius opus arserit,] id est, alicuius doctrina praua in igne defecerit, talis operarius [detrimentū patietur,] id est, deorsum atteretur supplicijs. [Ipse autē saluus erit,] quia nō interibit substantia qua constat: sicut & doctrina eius mala peribit, quæ est accidēs. Quod tamen nō de hæretico doctorē debet intelligi, sed de catholico qui non recte docuit. Nā & in libris sanctorū doctorum quos authentice legit ecclesia, nonnunquā inueniuntur quædā praua vel hæretica, nō tamen pro his vel libri vel auctores dānantur. Perlegat eorū libros prudens lector, & inueniet esse verū quod dico. Et ipse saluus erit, [sic tamē quasi per ignem,] vt salus hæc nō sine pœna sit. Saluus quidē erit, sed tamen pœnā ignis patietur, vt per ignē purgatus fiat saluus, & non sicut perdit, aeterno igne in perpetuum torqueatur, vt ex parte profit illi in perpetuū credidisse. Potest & aliter intelligi verius: Ego fundamentū, inquit, posui, alius autē superædificat. Ac si dicat: Posito fundamento, id est, fide fundata i vobis, nihil vltius ad me pertinet vt superædificē, sed alterius est superædificare, id est, eius qui fidē habet est vt bona opera superædificet. Credētis est superædificare. Sed vnusquisque videat quomodo superædificet, id est, cuiusmodi opera superaddat, scilicet vtrum maluerit contēplatiuæ vitæ adhærere, & cōtinenter absq; iugo vxoris viuere, quod quidē melius est & laudabilius cōsiliū, an magis expetat actiuam vitā & vxoris vinculum, quod infirmum est & minus laudabile. De superædificatione bonæ operationis solummodo vidēdum est, qualē quisque velit eā eligere, quia multa sunt genera bene operandi: sed de fundamento eligendo nulli datur potestas, quia non est nisi vnum fundamentum, id est, vna fides, quam nemo valet mutare sicut nituntur pseudo apostoli. Fides Christi Christus est in no-

bis, qui per fidē habitat in corpibus nostris. Et hoc est fundamentum, ex quo surgit totum bene viuendi ædificium. Neque enim fides hæc intelligenda est ociosa, sed quicquid boni poterit, operabitur per dilectionem. Nō enim fides dæmonum, qui & credunt & contremiscūt, ac filium dei constituent Iesum, potest accipi in fundamentum: quia non est quæ operatur per dilectionem, sed quæ exprimitur per timorem. Fides itaque Christi, fides gratiæ Christianæ, id est, ea fides quæ per dilectionem operatur, posita in fundamento, neminem perire permittit. Sed si quis superædificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, scœnum, stipulā, vnus cuiusque opus manifestum erit. Quisquis bene viuunt ac deū honorat & laudat, non inhærens ex dilectione terrenis rebus: sed desiderans æternam patriam, & aut vendēs omnia sua, distribuensque pauperibus, aut possidens tanquā non possideat, & vtens hoc mūdo tanquā non vtatur, iste superædificat aurū argentum, lapides præciosos. In auro sensus occultus designatur, in argento sermo docens, in lapidibus preciosis opera deo placencia. Aurū sapientiæ, quod in occulto sensu eius est & in cordis arcano, splendet verò lumine dei, superædificat iste: & argentum, id est, nitorem sanctę eloquię quæ docet alios: & lapides preciosos, id est, exempla virtutum & bonorum operum, quibus adornat ea quæ loquitur siue cogitat. Qui verò amat adhuc secularia, & negociis terrenis implicatus est, ac vinculis quibusdam & affectionibus carnis deditus est domui suæ & coniugi ac possessioni, & tamē Christianus est ita vt cor eius non recedat à Christo, & nihil præponitur fundamento, iste superædificat ligna, scœnū, stipulam: per quæ non absurde possunt intelligi rerum secularium licitē concessarū tales cupiditates, vt amitti sine dolore non possint: per ligna scilicet duræ & graues, per scœnū verò & stipulā, paruæ & leues. Sed vnus cuiusque opus manifestum erit in feruore tentationis. Dies enim domini declarabit, dies vtiq; tribulationis. Præsentis enim temporis tribulatio cruciat electos diuino disponente iudicio, quia tēpus est vt incipiat iudiciū de domo domini. Propterea dies tribulationis appellatur dies domini, id est, dies iudicij. Quia, inquit, in igne reuelabitur. Eandem tribulationem vocat ignē sicut alibi legitur. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Et vnus cuiusque opus quale sit probabit ignis tribulationis. Ignis enim iste, talis debet intelligi, vt ambo per eum transeunt, id est, & qui ædificat super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos, & qui ædificat ligna, scœnum, stipulam. Ignis enim tribulationis in hac interim vita probat opus vtriusque, si duobus accidat fidelibus, vni scilicet cogitanti quæ sunt dei quomodo placeat deo, id est, ædificanti super Christi fundamentum aurum, argētū, lapides preciosos: alteri cogitanti quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, id est, ædificanti super fundamentum ligna, scœnum, stipulam. Illius enim opus non exuritur, quia non ea dilexit, quorum amissione crucietur. Exuritur autē huius, quoniam

Jacob. 2.  
Matt. 8.  
Marc. 5.  
Luc. 8.  
Galat. 5.  
I. Cor. 7.  
I. Cor. 7.  
E  
Soph. 1.  
I. Petri. 4  
Eccle. 27  
I. Cor. 7.

**G**nam sine dolore non percunt, quæ cum amore possessa sunt. Et hoc est quod dicitur, si cuius opus manserit. Manet opus, quando quisque cogitat quæ sunt domini, quomodo placeat deo. Quod superædificauit, mercedem accipiet, id est, unde cogitauit, hoc sumet. Nec solum post mortem, sed & in hac vita habet suam requiem anima contemnentis omnia. Si cuius opus arserit, id est, igne tribulationis consumptum fuerit, detrimentum patietur: quia quod dilexit, non habebit. Ipse autem saluus erit, quia nulla eum tribulatio ab illius fundamenti stabilitate semouit. Sic tamē quasi per ignē, quia quod sine illicito amore non habuit, sine vrente dolore non perdet. Qui enim ædificat amorē terrenorum super fundamentum regni cælorum, id est, super Christum, ardebit amor temporalium rerum, & ipse saluus erit, si in fundamento firmus permanserit, id est, si Christum ante omnia sic dilexerit, ut ab eius amore separari non possit. In rerum temporalium amissione patietur detrimentum, & per ignem quendam doloris perueniet ad salutem. A quo dolore atque detrimento, tanto est quisque securior, quanto temporalia vel minus amauerit, vel tanquam non habens habuerit. Tale aliquid etiam post hanc vitam fieri incredibile non est, nonnullos scilicet fideles per ignem quendam purgatorium, quanto magis minusve bona temporalia dilexerunt, tanto citius saluari. Nam de quibusdam leuibus culpis esse ante corporum resurrectionem purgatorius ignis credendus est, pro eo quod veritas dicit, quia si quis in spiritum sanctum blasphemiam dixerit, neque in hoc seculo remittetur ei, neque in futuro. In qua sententia datur intelligi, quasdam culpas in hoc seculo, quasdam autem in futuro posse laxari. Quod enim de vno negatur, consequens intellectus patet, quia de quibusdam conceditur. Sed tamen hoc de paruis minimisque peccatis fieri posse credendum est, sicut est assiduus ociosus sermo, immoderatus risus, vel peccatum curæ rei familiaris, quæ vix sine culpa vel ab ipsis agitur, qui qualiter culpa declinari debeat, sciunt, cauere possunt, aut in non grauibus rebus error ignorantia. Quæ nunquam etiam post mortem grauant, si adhuc in hac vita positus non fuerint relaxata. Nam pensandum sollicitè est, quia & Apostolus illum dixit per ignem posse saluari, non qui super hoc fundamentum ferrum, æs vel plumbum ædificat, id est, peccata maiora, & idcirco duriora, atque tunc insolubilia, sed ligna, fœnum, stipulam: id est, peccata minima atque leuiora, quæ ignis facile consumat. Hoc tamen sciendum est, quia illic saltem de minimis nihil quisque purgationis obtinebit, nisi bonis hoc actibus in hac vita adhuc positus ut illic obtineat, promereatur. Sciendum est etiā, quia grauior est ille ignis, quam quicquid potest homo pati in hac vita. Omnia enim tormēta quæ hic sunt, multo faciliora sunt. Et tamē homines ne ea patiatur, quicquid ab homine fuerit iustum, faciunt. Quanto melius est, ut faciant quæ iubet deus, ne illa grauiora patiantur?

*Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Si quis autem*

*templum Dei violauerit, disperdet illum deus. Templum enim dei sanctum est, quod estis vos.*

Dixi vos esse ædificationem dei, & me posse fuisse fundamentum huius ædificationis, unde patet vos esse templum dei. Et hoc nescitis? [Nescitis quia templum Dei estis?] Templum dei estis secundum fidem, templum dei eritis aliquando secundum spiritum. Templum dei estis, ut ipse in vobis per fidem maneat, & perfectionem sapientia ac cognitionis secretorum suorum in vobis ponat. Templum dei estis, [ & spiritus dei habitat in vobis, Non ait, & spiritus dei sanctificat & purgat vos, ut deus habitet in vobis: sed ait, spiritus dei habitat in vobis. Vtique in templo suo deus habitat. Nam quid templum dei est, nisi habitaculum dei? Deus ergo est spiritus sanctus, cuius sumus templum & habitaculum. Neque enim templum haberet, nisi deus esset. Nescitis, inquit, quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? De his supradixerat, quia animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Non ergo percipiebant cognitionem dei spiritus, qui habitabat in eis: & habitate in se spiritu sancto, adhuc animales, nondum spirituales erant quia nondum poterant habitorem suum spiritum cognitione percipere. Habitat autem ideo & in talibus dicitur, quia in eis occulte agit ut sint templum eius. Idque in proficientibus & proficiendo perseverantibus perficit. Nec mirum videri debet quod quisque, aliquid habeat, quodque habet ignoret, ut enim taceat de omnipotentis diuinitate, quis facile scientia percipit quid sit anima? & quis non habet animam? Postremo, ut certissimi nouerimus quod paruuli in Christo non percipientes quæ sunt spiritus dei, id est, non intelligentes, habent tamen spiritum dei, eos ipsos quos supradixerat animales (ut præmisimus) & paruulos increpat nunc, dicens: Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Non enim hoc ignorare debuissent. Templum enim dei estis. Sed caute ne templum eius violetis, quia [si quis templum dei violauerit,] id est, siue suum, siue alterius corpus corrumpendo, siue populum ecclesie scindendo, [disperdet illum deus,] id est, diuersis supplicii illum perdet & corpore & anima. Ideo caute corporalia peccata, ne offendatis eum cuius estis templum, ne recedat a vobis, & in ruinam vertamini: caute & prauam doctrinam pseudo apostolorum, ne per eam violetur mens vestra. Et merito deus violatorem sui templi disperdet, quia [templum dei est sanctum,] ex quo dei templum esse cepit, id est, a tempore baptismi, [quod] templum [estis vos.] Hoc repetiit ut illos compungeret, qui turpiter viuentes corpora sua violando corruerant.

*Nemo se seducat. Si quis inter vos videretur esse sapiens in hoc seculo, stultus fiat ut sapiens. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud deum. Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutia*

*astutia eorum. & iterum, Dominus nouit cogitationes sapientium, quonia vanæ sunt.*

Itaque nemo gloriatur in hominibus. Templum dei estis, & ideo [nemo se seducat,] id est, nemo sibi blandiatur propria vanitate deceptus, ut de violatione templi dei impunitate sibi in futuro promittat, quasi deus peccata carnis negligat. Vel nemo se seducat, id est, nemo seipsum ducat seorsum a veritate catholica in vanos errores, declinando post pseudo apostolos, quasi sapientiam eorum diligens. Hoc nemo faciat. Sed [si quis videtur inter vos esse sapiens in hoc seculo,] id est, si quis ex vobis stulta sapientia seculi, quæ est cōmentum hominum, putatur esse sapiens, [stultus] apud se [fiat,] id est, vanam sapientiam abiiciat, & nihil sibi scire videatur, [ut sit] in deo veraciter [sapiens.] Ad veram enim sapientiam venire non potest, qui falsæ suæ sapientia fiducia decipitur, sicut pseudo apostoli, qui volentes videri in mundo sapientes, neque deum habere filium, neque incarnationem veram esse, neque carnem posse resurgere prædicabant. Unde nunc bene doctor egregius illos Corinthiorum, quos carnaliter sapientes inuenerat, ut sapientiam veram possint comprehendere, prius fieri stultos admonet. Et subdit quare: Quia scilicet [sapientia huius mundi stultitia est apud deum,] id est, quod mundus sapientiam, hoc deus stultitiam iudicat. Et dum facit deus quod fieri posse negat mundus, sapientiam illius monstrat esse stultitiam, & vere stultitiam. Nam [scriptum est] in libro Iob: [Comprehendam,] id est, vndique coarctabo, & quasi iuxta restrictionum mearum concludam, [sapientes] mundi [in astutia eorum,] ut nihil eis astutia valeat ad effugiendam manum meam, vel ad faciendum quod contra me machinatur, siue ad impediendum quod ego contra sapientiam eorum facere disposui. Hanc sententiam Eliphaz sic protulit: Qui apprehendit sapientes in astutia eorum. Diuina tamē sapientia reprehendit amicos Iob de locutione, dicens: Non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob. Cur ergo Paulus illorum sententiam tanta autoritate vitur, si hæc ipsorum sententia dominica reprehensione quassantur? Vel quomodo dicta eorum quasi praua respuimus, quæ Paulus ex autoritate astruit? Aut quomodo attestacione Pauli recta putabimus, quæ per semetipsum dominus non recta definiuit? Sed utraq; hæc citius, quod non sint diuersa cognoscimus, si eiusdem dominicæ sententia subtilius verba pensamus, qui cum diceret, Non estis locuti coram me rectum, ilico adiunxit, sicut seruus meus Iob. Liqueat ergo quia quedam in dictis eorum recta sunt, sed melioris cōparatione superantur. Nam inter aliqua quæ irrationabiliter dicunt ad beatum Iob, fortes multas sententias proferrunt: sed comparatæ dictis fortioribus, vim fortitudinis amittunt. [Et iterum] de eadem re scriptum est in psalmo: [Dominus nouit cogitationes sapientium quonia vanæ sunt,] scilicet hominum, quia & ipsi sapientes iudicabant se solos esse homines, ceteros autem quasi bruta animalia. Sapientes seculi non nouerunt cogitationes dei, quoniam iustæ sunt: dominus autem nouit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt.

Nihil valet eis astutia eorum contra deum, quia ipse nouit cogitationes eorum. Quæ vanæ sunt, id est, inanes & falsæ, quia putant esse vera quæ falsa sunt, & falsa quæ vera sunt. Vanæ sunt cogitationes sapientium, qui hic beati esse & a se ipsis beati fieri mira vanitate voluerunt. Et quandoquidem humane cogitationes sunt vanæ, atque consilia sapientium improvida sunt & infirma, qui se sibi vel aliis prodesse sine deo putant itaque nemo gloriatur in hominibus, quasi melius ab vno quam ab alio possit accipere. Nihil enim recte sapiunt, nihil possunt homines per seipsos: & ideo non in ipsis gloriandum est, sed in illo per quem sapiunt & possunt.

*Nemo gloriatur in hominibus. Omnia enim vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue presentia, siue futura, omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem dei.*

[Nemo gloriatur in hominibus,] doctoribus vel baptizatoribus. Non in quibusdam doctoribus gloriari debetis, nec singulos vos defendere, cum omnibus utamini. Nam non solum isti, sed & [omnia sunt vestra,] id est, ad seruiendum vobis data, & non est gloriandum nisi in rebus excellentioribus. Et ideo in solo Christo, qui super vos est, vobisque subdidit omnia, gloriandum vobis est, non in his quæ subiecta sunt vobis. Omnia enim vestra sunt, ut vestrae utilitati seruiat, quia etiam illa quæ inter homines sunt digniora: quoniam [siue Paulus] eligatur, [siue Apollo,] vestri sunt, ut vobis ministrēt, [siue] etiam [Cephas,] id est, Petrus qui primus est omnium apostolorum. Et ita patet omnes apostolos esse vestros, cum primus sit vester. Ad hoc enim missi sunt omnes apostoli & prædicatores, ut vobis vel fratribus vestris qui sunt per orbem, verbum salutis ministrarent. Et quod fratribus vestris faciunt, vobis facere crededi sunt, quia & vobis profunt. Omnia sunt vestra, siue prædicatores, [siue] etiam [mundus,] si de illo secundum dei voluntatem sentitis, & decretos cursum in dei voluntate ponitis, [siue vita,] præsens est vestra, si modeste illam & cum dei gloria transigitis, [siue mors] vestra est, id est, dissolutio corporis & animæ vobis seruit, quoniam vobis transitus est de hac miseria ad æternam beatitudinem. [siue presentia,] si sic eis utimini, ne offendatis. [siue futura,] si ea credentes magis optatis, ut potest meliora & æterna. Vel mundus est vester, id est, quatuor elementa mundi seruiunt vobis, quonia ad hoc sunt condita, & vita vobis præsens seruit, si in ea emendamini, & æternam salutem promeremini. & mors, si pro Christo mori libenter parati estis spe futurae promissionis. Et presentia bona, quibus sustentati deo seruire possitis: & futura, quorum spe seruiatis. Hæc sunt vestra. [omnia enim,] quæcumque [sunt, vestra] sunt ad possidendum. Sed [vos] estis [Christi] possessio, non hominis, ut quomodo omnia iudicio vestro concessa sunt & vobis subiecta, sic & vos Christo subiciamini, quia per ipsum esse cepistis & in

Nota.

Matt. 12.

2. Cor. 6.

psal. 93.

B

Iob. 5.

Iob. 42.

C

psal. 93.

Iob. 5.

M

Colo. Rom.

Iob. 5.

tia



**G** & in prima origine, & in regeneratione. Cur ergo ad iniuriam Christi de hominibus speratis, cū ipse vobis & homines & omnia subiecerit, vt illi subiiciamini, & in illo spē omnem ponatis. [Christus autē dei] est, vt proprius filius faciēs voluntatē eius, vt & vos Christi voluntatē faciatis. Vos estis Christi, Christus verò dei, & ita mediante Christo, vos estis dei. Subditur autē Christus deo, nō tanquā dissimilis aut alterius nature, sed (vt dictum est) tāquā patri filius. Haften<sup>o</sup> de gloria pseudo apostolorū locutus est Apostolus, hīc de suo cōtemptu incipit loqui, quoniā min<sup>o</sup> de illo sentiebāt aliqui Corinthiorū. Ideoq; monet vt hoc de illo sentiat homo, quod & deus qui illū elegerat, & dicit.

## CAPVT III.

2. Cor. 6.

*Ita nos existimet homo, vt ministros*

**H** *Christi & dispensatores ministeriorū dei. Hic iam queritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.*

Ita, inquit, diuinitus est ordinatū, vt omnia sint vestra, siue Paul<sup>o</sup>, siue Apollo, siue Cephas, vos autem sitis Christi. Et cū hoc ita sit, nec magis nec minus æstimet homo de nobis, quā quod deus cōstituit: sed [sic nos existimet vt ministros Christi,] id est, nec nos tanquā viles cōtemnat, nec tāquā per nos aliquid posimus, in nobis gloriatur: sed eū in nobis honoret, cuius ministri sumus in euangelio quod vobis offerimus. Et æstimet nos nō dominos, sed [dispensatores ministeriorū dei,] quoniā ministeria eius vobis distribuimus secundū cuiusque modum. Quoniā nec verborū strepitui, nec humanæ sapientię innitebatur Apostolus, intelligi debuit ministeria Christi dispensare, in quibus nō verba, sed virtus fulgebat. & per quæ non homo, sed deus videretur gloriosus. Collega enim piscatorū, nō aliter quā illi Christum prædica-

Philip. 2.

**I** bat. Cū ergo se ministrū Christi & dispensatorē ministeriorum dei probat, pseudo apostolos notat, & negat esse Christi quod tradūt, per id quod à traditione apostolica dissentiant. Ego, inquit, & conserui mei sumus dispensatores ministeriorū æternæ salutis, docendo & cætera sacramēta distribuēdo. Et multi quidē sunt dispensatores, per quorū ministerium peruenitur ad æternam salutē. Sed [iam queritur inter dispensatores] baptizando, manus imponēdo, euāgelium dādo, [vt quis inueniatur fidelis,] vt possit credi quod bene dispenset. Neque enim omnes fideliter hoc agunt, sed plerique fraudē faciunt, dū quæ sua sunt querunt, nō quæ Iesu Christi, & cæleste ministerium in vsum terreni lucri conuertunt, nec salutem subiectorum, sed propria commoda querunt. Nonnulli qui non ita sola terrena querere videntur, aut verecundia, aut timore, aut commendationis suæ causa constanter arguere delinquentes trepidant. Et ideo queritur quis inter eos inueniatur officium suæ dispensationis fideliter agens, vt solus domini sui lucra sine fraude querat. Vel ex hoc reprehenduntur subiecti, quod hīc iā que-

ritur ab eis, quod in futuro seculo querendum est à domino, scilicet queritur & discutitur ab eis, vt inter dispensatores inueniatur aliquis fidelis, id est, idoneus & dignus ad sacra dei ministeria dispensanda cæteris. Vnde tales inquisitores iure sunt reprehendēdi, quia quod deus in alia vita faciet, ipsi iam hīc facere volunt: & præpositorum suorum vitam, à quibus ipsi debent iudicari, iudicare præsumunt: & à dignioribus digniora sibi sacramenta dispensari credunt, cū non iuxta sanctitatem dispensantis, sed iuxta deuotionem percipiētis sit magis aut minus vtile sacramentum sanctorum.

*Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer aut ab humano die. sed neque me ipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum, sed nō in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, dominus est.*

Vos, inquit, ita iudicatis, alios dispensatorū esse fideles, alios non fideles: sed [mihi pro minimo est vt à vobis iudicer] fidelis aut non fidelis. Non enim iusti humana iudicia, sed æterni iudicis examina aspiciunt, atque ideo derogantium verba despiciunt. Vnde nunc derogantibus Corinthiis Apostolus dicit: Quia mihi pro minimo est vt à vobis iudicer. Quos enim in tantis vitiis reprehendit, minimum ducit ab his se iudicari: quia sicut iusti nō erant, sic iuste iudicare non poterant, [aut ab humano die,] id est, ab humana luce & ratione: hoc est, à legibus humanis iudicari pro minimo deputabat. Supergressus enim humanā iustitiā cælesti iustitiæ studebat. Vel ab humano die, id est, ab humano intellectu, qui non videt occulta & potest falli. Siue ab humano die, id est, ab hominibus, dum sunt in suo die, & nō est dies domini. Humanus enim dies dicitur, in quo iudicāt homines, quia erit & dies domini, in quo iudicabit & dominus. Exiguum mihi est à vobis iudicari, vel ab humano die. [sed neque ego me ipsum iudico,] qui melius noui me quā vos. Et ita periculosum est vobis iudicare de ignotis. Quomodo enim potestis diiudicare conscientiam meam? aut quomodo examinare potestis quo animo faciam, quicquid facio? Quantum possunt homines de alio iudicare, plus homo vtique de se: sed deus plus de homine, quā homo de se. Tanta enim est profunditas in homine, vt lateat ipsum hominem in quo est, sed dominum latere non potest. Iure itaque doctor egregius humanas laudes aut vituperationes parupendens, ait: Mihi pro minimo est vt à vobis iudicer aut ab humano die. Qui nec in corde suo, vnde se reprehendere posset, inueniēs, adiungit: Sed neq; me ipsum iudico. [Nihil mihi conscius sum.] Nullius vtique peccati sibi conscius erat. Sed quia legerat, Delicta quis intelligit, sententiam tēperauit, ne forte per ignorantiam deliquisset, & addidit: [Sed nō in hoc iustificatus sum.] Videns enim quia ei ad perfectionem sanctitatis nec suum iudicium sufficeret, ait non se in hoc iustificatum. Cur verò non sibi metipsum de se credidit, causam reddidit,

**A** didit, cum subiunxit: [Qui autem iudicat me, dominus est.] Ac si aperte diceret: Nec meo de me iudicio credendum existimo, quia ille iudicat me cuius ego iudicium non comprehendo. Ab eo enim qui me iudicat, examinari me subtiliter scio. Recte enim me egisse recolo, sed tamen de meritis non præsumo: quia ad eius examen vita nostra ducitur, sub quo & virtutes nostræ trepidant. Nec ego, nec vos me iudicatis: sed qui me iudicat, dominus est, qui sine hesitatione nouit omnia.

*Itaque nolite ante tēpus iudicare, quoad usque veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à deo.*

**B** Quandoquidē ergo nec me ipsum iudico, sed domino me iudicandum referuo, itaque vos ipsos exēplo mei à iudicando compeſcentes, [nolite iudicare ante tēpus,] quia nondum est tēpus iudicandi. Neque enim vera de actis hominum sentire nunc potestis, quia homines estis, sed aliter quā sunt de his suspicamini. Et si suspensiones non potestis continere quia homines estis, iudicia tamē, id est, diffinitas firmasq; sententias cōtinetis, ne iudicetis quicquam ante tēpus, id est, ante diē, quia adhuc nox est, nec potest videri quod in die videbitur. Ante illud tēpus nolite iudicare, sed [quoad usque veniat dominus] ad iudiciū, & die suo cūcta illustret. [Qui & illuminabit,] id est, aperta faciet [abscondita tenebrarum,] id est, latentia peccata quæ mentē obscurant, [ & manifestabit consilia cordium,] id est, bonas cogitationes, quæ maturiore consilio & pertractione rationis in corde versabantur. Tunc enim omnibus in luce constitutis, nihil latebit proximum in proximo, sed omnia omnibus patebunt. Nihil enim occultari poterit eorum quæ gesta & cognita sunt. Ibi & simplicitas & hypocrisis apparebit, vt & qui despectus habebatur, forte appareat dignus: & qui aliquid esse putabatur, inueniatur reprobus. Tunc ergo tempus erit sine errore iudicandi. Nunc autem quisquis in cogitatione à rectitudine exorbitat, in tenebris peccat. Vnde nos tanto minus debemus aliena corda audacter reprehendere, quanto scimus quia visu nostro nō possumus alienę cogitationis tenebras illustrare. Sed tunc patebunt omnia. [Et tunc laus erit vnicuique à deo,] bene agenti vel cogitanti. Nunc enim ignoratur ab hominibus, quis sit laude dignus. Tunc à deo, quia id laudabitur & diligetur à proximo in proximo, quod ne lateat, in ipso illuminabitur à deo. Quod de solis electis dictum est, quos deus laudabit, & laude dignos monstrabit. Ac contra vnicuique reproborum erit tunc improprium.

*Hæc autem fratres trāsfigurauit in me & Apollo propter vos, vt in nobis discaris ne supra quā scriptum est, vnus aduersus alterum inflatur pro alio.*

Dixi non gloriandum in nobis. Sed [hæc o fratres transfigurauit in me & Apollo,] vt in nobis non gloriemini, [propter vos,] id est, propter vtilitatem vestram, [vt in nobis] qui maiores sumus [discatis, ne] agendo [suprà quā scriptum est,] vbi legimus, Qui gloriatur in domino gloriatur. vel, maledictus homo qui confidit in homine. [vnus inflatur aduersus alterum pro alio,] id est, pro doctore vel baptizatore, vel pro se. Me, inquit, & Apollo proposui figuram pro omnibus, vt ab omnibus adhorreatis sicut à nobis. Trāsfigurauit enim hæc in se & in Apollo, dum pseudo apostolorum glorias & traditiones peruersas sub sua & Apollo persona euacuet, summatim illos designās, non sigillatim, ne forte maior discordia in populo nasceretur. Nemo enim audiens suū nomen notari, vel eius cui fauet, contentus est tacere: Tacito autem nomine, si quis aliquid audierit, etsi intelligat, de se tamen dictum dissimulat. Sub hac ergo propositione euacuauit personas illorum, cum diceret, Ego plantaui, Apollo rigauit &c. vt in his discerent nihil dandum hominibus.

*Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Esaturati estis, iam diuites facti estis, sine nobis regnatis. Et vtinam regnetis, vt & nos vobiscum regnemus.*

Non debet alter aduersus alterum inflari pro alio doctore vel baptizatore. [Quis enim] doctor vel baptizator [te discernit?] Id est, verbigatia, si baptizatus es à Petro, quomodo discernis ab eo qui baptizatus est à Paulo? Nihil discretionis est, à quocunque bonam doctrinam vel baptismum perceperis. Sed tu per traditionem pseudo apostolorum putas te quasi sanctiorē discerni à cæteris. Sed [quid habes] ab illis [quod non] à me [accepisti?] Quicquid enim ab apostolica traditione non descendit, prauum est. Sed [si] à me [accepisti] quicquid boni habes, [quid] in te vel in illis [gloriaris] contra me [quasi non] hoc idem à me [acceperis?] Hoc dicitur contra illos, qui eadem quæ ab Apostolo acceperant, audientes à pseudo apostolis, gloriabantur de magisterio eorū, quoniā ipsi pseudo apostoli per eloquentiam se commendantes gloriā in se vertebant, cū Apostolus se contēptibilem videri fecisset, vt gloriam deo faceret. Vel ita: Iubet Apostolus vt nemo in homine, sed in domino gloriatur. Pseudo autem apostoli & qui ab illis fuerant seducti, seipsum à seipsum iustos fieri putantes, quasi hoc eis non deus dederit, sed ipsi sibi, non vtique in domino, sed in semetipsis gloriabantur. Vnde nunc vnicuique talium dicit Apostolus: Quis enim te discernit? Quod ideo dicit, quia de massa illi<sup>o</sup> perditionis, quæ facta est ex Adam, non discernit hominem vt eum faciat vas in honorem, id est, in contumeliam, nisi deus. Sed quoniam homo carnalis & inaniter inflatus cum audisset, quis enim te discernit, posset respondere vel voce vel cogitatione & dicere, Discernit me fides mea, discernit

Iere. 9. Sup. 1. Iere. 17.

Roma. 9.

**G** discernit me oratio mea, discernit iustitia mea, **mox** Apostolus occurrit cogitationibus ei⁹ & dixit: Quid enim habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Sic enim gloriantur quasi nō acceperint, qui se à seipsis iustificari putant, ac per hoc in seipsis, non in domino gloriantur. Nihil enim huic sententiæ tā cōtrariū est, quàm de suis meritis sic quēquā gloriarī, tanquam ipse sibi ea fecerit, nō gratia dei. Vel sicut diximus, nō debes inflari pro aliquo doctorū, cuius te specialiter profiteris discipulum: quis enim eorū te discernit à pereuntibus? Nullus, sed solius dei gratia, & tu te putas discerni per merita tua. Sed quid boni habes quod nō accepisti à deo? Fecit de⁹ vt esses, & tu fecisti vt bonus esses? Absit. Si enim deus dedit vt esses, & alius tibi dare potuit vt bonus esses, melior est ille qui dedit vt bon⁹ esses, q̄ ille qui dedit vt esses. Sed nullus Deo melior. Igitur à deo accepisti & esse & bonum esse. Sed si ab illo accepisti, quid gloriaris quasi nō acceperis? id est, quasi à teipso habeas. [Iam saturati estis.] Ironice legendum, non affirmatiue. Iam. i. antequam sitis apti ad percipiendā escam, [saturati estis] spirituali cibo doctrinæ, id est, videmini vobis ipsis sufficienter validis sapientiæ escis repleti: & antequam paupertate exuti sitis, [iam] (vt putatis) spiritualiter [diuites facti estis], id est, abundanter animæ diuitiis, quæ sūt virtutes, repleti. & [sine nobis], id est, sine auxilio nostro [regnatis]. i. vitæ vestræ moderamina iuste disponitis, vt vos æstimatis, gloriantes de his quæ à pseudo prædicatoribus accepistis. Secundum vestram æstimationem regnatis. [Et vtinam regnetis, vt & nos regnemus vobiscum], id est, sequamur vos, cum vos dedignemini sequi nos. Ac si dicatur: Vtinam non essetis falsa gloriatione decepti. fortasse enim simul regnaremus. Regnare nunc sanctorū, est de spe & promissis Christi securos esse, & in aduersis quæ propter nomen Christi accidunt, gaudere.

*Puto enim quod deus nos nouissimos apostolos ostendit tanquam morti destinatos. quia spectaculū facti sumus mundo & angelis & hominibus.*

Nos reuera regnamus, & timeo ne sine vobis. Nā [puto], id est, putare credor [quod deus ostendit nos apostolos nouissimos], id est, omnium vilissimos tanquam ad nullam vtilitatē, sed ad mortem reseruos. Hoc secundum quod æstimatis puto, quasi quod nullatenus putandū est. Quod enim nunc dicit, puto, increpationē significat eorum quibus loquitur, non æstimationē eius. Ideo sine vobis regnemus, quia per mala quæ patimur, deus ostendit nos apostolos oculis superbiorum nouissimos, id est, abiectissimos, de quibus non curet, [tanquam morti destinatos] .i. ad mortem directos. Quod per hoc videtur, [quia spectaculū facti sumus] huic [mundo], id est, amatoribus huius mundi, qui quasi ad spectaculū cōueniunt ad aspicienda supplicia nostra. Sed per hæc omnia magis probamur esse chari Deo, qui sic nos passionibus

glorificat. Ideo nō (vt vos credebatis) puto q̄ deus vilissimos nos fecerit, quia me humilio vt deū exaltem. Vel idcirco debetis nobiscum regnare, quia puto & p̄ certo scio quod deus nos apostolos nouissimos ostendit mundo, quibus nulli succedēt apostoli tam perfecti, tam necessarij salutē hominū, quales apparebūt in nouissimo tēpore Elias & Enoch, quos deus reseruat vt filios Israël ab Antichristi seductiōe liberēt. Ita enim & nos misit vt à seductione pseudo apostolorū vos liberem⁹, & pro vita vestra mortem sustineamus, sicut & illi passuri sunt. Nos ostēdit nouissimos. i. illis nouissimis præconibus cōsimiles in passione aduersitatis, tanquam morti corpis ob liberationē aliorū destinatos quia spectaculū facti sumus huic mūdo, quorū iniurias omnes publicē expectāt in conspectu totius populi. Nā sicut omnes concurrunt, vbi iocus celebratur vel pugiles certāt, aut aliquod mōstrum p̄ducitur: sic omnes boni vel mali cōueniunt ad aspiciendas pœnas nostras. Spectaculū sumus [ & angelis & hominibus ] tam bonis q̄ malis. Quia & inter angelos sunt sancti angeli, quibus bene viuendo placeamus, atque inter homines sancti viri, quibus placeat vita nostra: & sunt nequissimi homines, qui irrideāt bonā vitā nostram. Et hæc arma sunt dextra & sinistra, quibus hostē nostrū superamus, si nec prosperis corrūpimur, nec aduersis frangimur. Boni angeli conueniunt ad spectaculū passionis nostræ, vt nos præsentia sua confortent, & ceteros ad exemplū nostri certaminis incitent: mali verò, vt gaudeant, cū nos suos aduersarios cruciari viderint, & ceteros à fide metu pœnarum desleant. Boni homines, vt laudent: mali vt insultent. Boni, vt exemplo nostro confortentur: mali, vt ex pœnis nostris delectentur.

*Nos stulti propter Christum, vos autē prudentes in Christo. Nos infirmi, vos autem fortes. Vos nobiles, nos autē ignobiles, vsque in hac horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cedimus, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur, & benedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus. Tāquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsēma vsque adhuc.*

Nunc ostēdit quomodo illi regnēt sine veris apostolis, & quomodo apostoli stultis appareāt vilissimi. Et est increpationē cū ironia. [Nos], inquit, [stulti] sumus habiti gentibus & Iudæis [propter Christū], quæ ad salutē humani generis crucifixum prædicamus: [vos autem prudentes] estis [in Christo], quia nihil de illo prædicare vel dicere vultis, quod humanæ sapientiæ stultum videatur: & ita vultis esse Christiani, vt non prudentiam amittatis seculi. Quod est quasi duobus dominis velle seruire more veterū Samaritanorum,

**A** maritanorū, qui & deū colebāt & idōla. [Nos infirmi] sumus, qui vicē lædentibus nō reddimus, nec resistimus: [vos autē fortes] estis, qui potēter aduersantibus resistitis, & eos fortitudine seculari reprimitis. Vos estis [nobiles] .i. reuerēdi & gloriosi. [nos autē ignobiles] .i. despecti & viles. Hæc omnia quæ negare videtur, affirmat: & quæ quasi cōfirmare videtur, negat. Irascentis enim verba sunt, qui negando confitentur, & confitendo negat. Deinde confirmando loquitur, ostendens per partes infirmitatem suam, vt regni sui virtus amplior eniteat. [Vsq; in hac horam] .i. à prima die conuersionis vel prædicationis nostræ vsq; nunc, penuriam cibi & potus & vestimentorum passi sumus, & etiā cessionem colaphorū: quia libere & iuxta verā fidem Christum sine aliqua adulatione prædicantes, & gesta prauorū arguentes, gratiā apud homines nō habuim⁹, sed colaphos ab eis pertulimus. [ & instabiles sumus ], quia semper fugāt nos & persequūtur, ne in vno loco diu manētes, plures doceamus. [ & laboramus operantes manibus nostris ], vt habeamus vnde viuamus, cū nemo det: quia nō solum gratiā apud homines (vt dictū est) non habemus, sed etiam ab his accipere indignum est, qui errori studēt. Quod idcirco facere maluimus, quoniā libertatē arguendi amittit & peccat, qui ab eo accipit, qui ideo dat ne corripatur. [Maledicimus] à prauis hominibus, & nos econtrario [benedicimus] illos hortando ad bonū. [persecutionē patimur] ab illis, & licet ipsa persecutio sit grauis, tamē [sustinemus] illam, & non refugimus nec resistimus. [Blasphemamur] ab illis, quia dicunt nos seductores & maleficos, [ & obsecramus ] deū pro illis, vel illos obsecramus ne blasphement, sed permittāt sibi reddi rationē. [Et tanquā purgamenta huius mundi facti sumus] .i. de quibus mundus inquinetur, & quibus abiectis purgetur, sicut domus purgatur à sordibus, quæ de illa proiciūtur, hoc est, vsque adeo blasphemamur ab impijs & viles iudicamur, q̄ facti sumus illorū reputatione tales, tāquā essemus intantū peccatores & sordidi, vt totus mūndus nobis sublatis omnimoda sorde purgetur: & etiā reputati sum⁹ [omniū peripsēma], id est adeo superflui & immundi atq; inutiles vsibus hominum, sicuti purgamentū ferri vel corium pomi, quod vndique aufertur, vt ipsum pomū sit aptius ac dulcius ad comedendū. Peripsēma enim dicitur rasura aut limatura cuiuscūq; rei, siue purgamenta pomorum. & nos ita nullius precij nulliusque vtilitatis esse iudicatur, vt rasura ligni vel ferri seu stanni vel coriū pomi. Et hæc sustinimus à principio prædicationis nostræ [vsq; adhuc] .i. vsq; in præsens. Per hæc omnia probatur Apostolus cū similibus prudēs in CHRISTO & fortis & nobilis, per quæ videbatur stultus & infirmus ac ignobilis. Contemptibilis enim & despectus fiebat etiā apud Corinthios, pro quibus hæc quæ hucusq; memorauit, mala passus est. Et quoniā humilitatē suā nihil proficere in his videbat, quæritur dolore commotus tantā subiectionem & iniurias nullum fructum habere potuisse, sed quod deterius est, in peius profecisse. Qui & subiūgit:

*Non vt confundā vos, hæc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo. Nam si decem millia pædagogorū habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per euangelium ego vos genui: Rogo ergo vos, imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis in domino, qui vos cōmonefaciat vias meas, quæ sunt in Christo Iesu, sicut vbiq; & in omni ecclesia doceo.*

Aspera blādis mitigat vt salutaris medicus. Nā quia grauiter eos in his omnibus quasi latenter momorderat, ne ipsi ad iram prouocati admonitiones eius spernerent, ostēdit se in omnibus quæ dixit, paternam charitatis affectionem erga illos habuisse, vt libentius ei obediarent. Duri nanq; fuissent Corinthij, si hac admonitione (qua vt filij dilecti à patre tam humanè obsecrantur) emolliti nō fuissent. [Nō] ideo tamen, inquit, [hæc scribo, vt vos confundam], id est, vt tantam verecundiam vobis faciam, [sed] potius vt corrigamini [moneo vos] .i. ad meliora exhortor per hæc [vt filios meos charissimos, spirituales scilicet, pro quibus tot labores & tot flagella passus sum, & quib⁹ chariores, nullos habeo. Verè filij mei estis, quia ego pater vester. [nam si habeatis in Christo decem milia pædagogorum], id est, tot instructores pfectos, quot vobis essent necessarij: quod per mille itelligitur, qui numerus perfectus est in scientia & in obseruantia decem præceptorum legis, quæ per denarium numerum figuratur. Vel si decem milia pædagogorū, id est, quātācūq; erudientium multitudinem in obseruantia præceptorum quæ non fit in Iudaismo, sed in Christo: si in quā pædagogos .i. eruditores habeatis, [sed], id est, tamen, [nō multos patres] habetis, imo vnū, quia [ego] solus vos genui, [quia] solus ego vobis prædicauī. ad hoc enim selectus sum, vt annunciem gētilibus salutem per Iesum Christū. [per euangeliū] .i. per euangelicę doctrinæ prædicationē, non in me, sed [in Christo Iesu], id est, in fide Christi Iesu & in nouitate Christiana, quia in nouā vitam me primū prædicante venifis. His dictis, ostēdit nullū posse eo affectu diligere illos, quo ipse diligebat. Quis enim alienos filios sic diligat vt suos? ac per hoc monita eius, qui tanta p̄ illis passus est, non debent spernere. Vnus verò pater deus est, non vt hoc nomen cæteris tollatur, sed ne gratia dei, qua in eternam vitam generamur, naturę vel potestati vel etiā sanctitati cuiuscūq; tribuatur. Quia, inquit, vos genui, [ergo] ex debito [rogo vos] vt filios, [estote imitatores mei] in his quæ facio & sustineo, [sicut & ego] sū imitator [Christi] in his quæ fecit & sustinuit, quia filiorū est imitari patrē. Vult enim illos imitatores sui esse, vt sicut ipse multa exitia

**G** pro illorum salute annūciando Iesum Christū, ab incredulis & ceteris infidelibus passus est, & non celsit aut à fide desciuit, sed constanter prædicauit, dumodo per dies & noctes euāgelizaret illis donum gratiæ dei: ita & illi manentes in fide eius & doctrina, non recipient pseudo apostolorum .i. apostolorum falsorum praua dogmata vel cōmenta, sed resistent, cōtemnentes opprobria & detractiones, vt patri suo spirituali inuolatum atq; immaculatum reseruent affectum. [Ideo,] inquit, vt me imitemini tanquam boni discipuli fidelēsq; patri obediētes filij, [misi ad vos Timotheū.] per hunc creditur missa epistola. [qui est filius meus] in fide [charissimus] bene agendo, [ & fidelis] in euāgelij prædicatione, quam fideliter omnibus palam ministrat. [in domino,] nō in lucro terreno. Vel in domino est filius meus, id est, quem genui non in carne, [qui vos commonefaciat,] id est, commoneat faciendo, aut qui vos commonefaciat. i. admonēdo vos instruat [vias meas,] institutiones, præcepta & documēta mea, [quæ sunt in Christo Iesu,] id est, secundū voluntatem & doctrinā ipsius. in nullo enim discordo, & ideo sunt tenēdæ. [sicut vbique] distarū, & id est, [in omni ecclesia doceo.] ideoq; sunt authentica. Per istum reuertit illos voluit ad regulam à se traditæ veritatis, vt commoniti verbis & exemplis operum eius respicerent, cognoscentes non perperam se fuisse ab apostolo Paulo edoctos, quando eadē quæ sibi præcepta erant, tenere omnes ecclesias discerent.

*Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam. Veniam autem cito ad vos, si dominus voluerit, & cognoscā nō sermonē eorū qui inflati sunt, sed virtutem. Non enim in sermone est regnum dei, sed in virtute. Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis?*

Opus erat Timotheum mitti, quia [tanquā non sim] vltra [ad vos vēturus, sic] de philosophorum doctrina & oratorum eloquentia tam imperterrite [sunt quidā inflati iter vos.] Ideo erant inflati & vnus aduersus alterum gloriantes, quoniam putabant apostolum Paulum non amplius ad se venturum, solent enim sepissime discipuli à malis retrahi timore aduentus magistri. Ob hoc etiam indignabantur quidā Corinthiorum, quia non veniebat ad eos, non desiderio, sed superbia, quod quasi indignos visitatione sua illos haberet, cum magis Apostolo studiū hoc fuerit, vt de indignis faceret dignos. Habebat ergo votum eundi, sed maiora erant quæ agebat. Vos, inquit, putatis me nō esse vēturum, vel indignamini quia nō venio, sed [veniā ad vos cito, si dominus voluerit,] cuius voluntas semper supponēda est, iuxta illud Iacobi: Dicatis, si dominus voluerit, & si vixerim, faciemus hoc vel illud. Vel si dominus voluerit, id est, nisi culpa mea impedierit, vt sciamus non ex nobis, sed ex dei cuncta pēdere iudicio.

Veniam, inquit, ad vos cito, si dominus voluerit. Qui enim dixit, veniam ad vos, ostendit se velle, mōstrat se cupere, breuem promittit aduentum. Sed vt cautius hoc loquatur, infert, si dominus voluerit: vt si nō veniret, dominus eū iusta causa retinere monstraretur, causa vtique indignitatis & infidelitatis eorum. Veniam, inquit, [ & cognoscā,] id est, probabo [non sermonem] terrenæ sapientiæ aut humanæ sapientiæ [eorum qui] de huius mundi sapientiā [sunt inflati, sed] ipsorum [virtutem] in bona operatione vel miraculorum perpetratione: quia & dominus nō dixit de pharisæis aut hominibus subdolis. Ex verbis eorum, ex vestimentis ouiu quibus persepe induūt, cognoscetis eos: sed, Ex fructibus, id est, ex operibus. Ideo non sermonem humanæ faciūdiæ, vt diximus, sed virtutē bonæ vitæ cognoscā & approbabo: quia [regnum dei nō est in sermone, sed in virtute,] id est, nemo per eloquētiā aut facundiam secularē acquirit regnum dei aut meretur, sed per virtutem bonorum operum: nec splendore sermonis commēdatur regnum dei, sed virtute signorum, sicut nec bonum vinum hedera cōmendat. Veniam quidem q̄ citissime potero, sed [quid] horum [vultis?] Scilicet vultis vt veniam ad vos in virga, an in charitate & spiritu mansuetudinis. Superius dixerat eos indigere pēdagogo, ac per hoc pueros significabat: dein eos amari à se vt filios charissimos: nūc vt prudens pater eis virgam, non mortem proponit: spiritum māsfuetudinis & charitatis, non furoris aut odij. Virga enim austeritatem & correctionē significat. Et nunc verba terroris Apostolus infert, vt pudorem passus qui inflati erāt, humiliarentur & se corrigerent: quia si incorruptos inueniret, in illos necesse haberet virgā exercere, alios excommunicando, id est, fidelium communione & consortio priuando, alios dure increpando, alios corporaliter (vt decet patrem) flagellādo. Si verē se dignos præpararet ad excipiēdū eum, vt immunnes à crimine inuenirentur, tunc ad illos veniens lætitiā haberet quasi pater cum filiis suis charissimis. Et hoc est quod dicit: Vultis vt [veniam ad vos in virga,] id est, rigore iustitiæ & correptionis, vbi et si sit charitas, nō tamē videtur esse: [an in charitate] .i. nō in occulto charitatis affectu, sed in manifesta & aperta dilectione, vt bona suppleā. [ & spiritu mansuetudinis?] optabilius primū expetere, quā carere boni patris diligentis aduētū, quāuis rigoroso, meliora nēpe sunt vultu diligenti, teste Salomone, q̄ oscula blandiētis. Spiritu māsfuetudinis, id est, animo māsfueto & indulgenti, vt parcā peccatis vestris & per hilarem vultum ac dulcia verba mansuetudinem animi mei vobis ostendam.

## CAPVT V.

*Mnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt uxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis*

*A estis & non magis luctū habuistis, vt tollatur de medio vestrū qui hoc opus fecit.*

Opus est vt veniā ad vos in virga, non in charitate aut spiritu mansuetudinis, nisi vos ipsos correxeritis: quia [omnino,] id est, ab omnibus vel omnibus modis [auditur,] scitur, narratur at que percipitur à me & ab aliis, q̄ sit [inter vos] notissima [fornicatio,] que nemini est licita, [ & talis fornicatio,] qualis nec inter gentes, [id est, tam infamis & nefaria fornicatio auditur,] quod nec talis est inter gentes, [ita vt uxorem patris sui aliquis habeat,] id est, quidam ex vobis & cū nouerca fornicetur. Nec testibus res indiget, quoniam publice perpetrata est. Vtque hoc crimen nimis exaggeret, dicit nec ab illis tale committi qui deum nesciunt, vt hinc ostendat quæ pœna mulctandus sit iste, qui sub terribili & diuina iustitia constitutus, tanti sceleris crimē admiserat, & adhærentes ei non immunes ab eodē crimine demonstrat. Talis fornicatio apud vos auditur. [Et vos,] cū tantum scelus inter vos sit [inflati estis] superbia, [ & non magis] hoc fecistis quod faciendū esset, id est, non [habuistis luctum,] non luxistis super peccato fratris, nec cōparsi estis illi, [vt tollatur,] id est, eiiciatur [de medio vestri qui hoc opus fecit,] vt omnes vno consilio abiiciatis eum de communitate vestra, vt confusus agat pœnitentiam, & non inficiantur ceteri, id est, nec perpetrent alij simile aut illud idem facimus propter indulgentiam: quia omnes videmini sceleris participes, quandiu patimini reum tanti criminis vobiscum incorruptum conuenire. Cum enim omnes crimē eius sciatis, nec tergiuersatione aliqua possit celari, pellendus est de cœtu fraternitatis.

*Colof. 2. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicavi vt præsens, eū qui sic operatus est, in nomine domini nostri, Iesu Christi congregatis vobis & meo spiritu cum virtute domini Iesu, tradere huiusmodi satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi.*

Vos, inter quos ipse corporaliter est, non cum corripuistis, nec expulistis: sed [ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu,] id est, absens quidem facie, præsens autē autoritate spiritus, qui replet orbē terrarum virtute, non mole, & nusquam abest, [iam iudicavi eum qui sic operatus est, vt] per eūdem spiritum [præsens,] ne ex solo auditu me putetis proferre sententiā. Iam sine mora iudicavi eum [in nomine,] id est in vice [domini nostri Iesu Christi,] cuius legatione fungor, [congregatis vobis,] id est, vt omnes in vnum sine dissentione conueniatis, & eum de communione fidelium eiiciatis, Congregatis vobis in vnum [ & meo spiritu,] id est, autoritate mea, quam habeo per spiritum sanctum, qui mihi datus est [cum virtute] id est, potestate [domini Iesu,] qui est saluator hominum iudicavi [tradere satanæ huiusmodi] virū, id est,

vt tradatis eum satanæ pellendo de ecclesia, quoniam mea autoritas & Christi virtus in hoc vobis cooperabitur. Iudicavi huiusmodi reum tradere satanæ [in interitum carnis,] vt corporaliter eum vexet, & sic ille resipiscat. Magna quippe arte magisterij traditus est ipsi in pœnā, cui sponte est subtractus in culpa: vt qui autor fuerat ad vitium nequitiae, ipse flagellum fieret disciplinæ. Hāc enim potestatem dicitur Apostolus habuisse, vt si quem excommunicasset, statim ille corripere à diabolo & vexaretur, quantum & quandiu vellet Apostolus. Nam cū dicit, tradere satanæ in interitum carnis, interitū carnis significat validam corporis afflictionem per diabolum factam. Vel in interitum carnis, id est, vt carnalis voluptas in eum interiret, traditus est satanæ. Et hoc [vt spiritus] eius [saluus sit in die domini nostri Iesu Christi,] id est, anima eius salua sit in die iudicij. Quoniam in spiritum eius satanas non accepit potestatem dum corporaliter afflixit, & ideo saluus ad domini extremum iudicium reseruetur. Vel saluus sit spiritus, id est, anima eius salua fiat in die domini, id est, si quando cor illius visitet dominus, si quando illi dominus in corde luceat.

*Non est bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentū totam massam corrumpit?*

[Non est bona gloriatio vestra.] Superbitis, cum potius lugere debueritis pro fratre tā grauius peccante, & cum à vobis remouere, ne illi consentientes, pollueremini eius contagione. An [nescitis quia modicum fermentum,] id est, modicum veteris pastæ, videlicet fermentatæ; [totā massam corrumpit?] id est, totam dulcedinem nouitatis mittat in acridinem vetustatis ita & peccatum vnus, quod cognitum non arguitur, multos contaminat, imō omnes qui norunt & non deuitant, aut cum possint arguere, dissimulāt. Non enim sibi videtur peccare, quādo à nullo corripitur aut vitatur. Si quis verō potestatem non habet, vt eum quem scit reum, abiicere vel probare non valeat, immunis est. Modicum fermentum totam massam corrumpit, quia nonnunquam vnum vitium vel quodlibet nequitiae fomentum veneno suo inficit multitudinem virtutum. \* Aduerte diligēs lector: Dicendum est, teste Hieronimo, modicum fermentum totam conspersionem fermentat, in epistola ad Galatas, eodem capite vbi carpit veterem interpretem, dicens sensum potius suum quā verba Pauli transfuisse, & mauult dici conspersionem quā massam: diffiniuntque conspersionem esse farinam aqua conspersam.

*Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi.*

[Expurgate] de vobis [vetus fermentum,] id est, eiicite de vobis & de medio vestrum veteris nequitiae fomentum, quod est in fornicatore, qui est membrum veteris hominis, & totam populi multitudinem sibi consentientem corrumpit. Expurgate igitur hoc fermentum, id est,



**G**extra vos eicite, purgantes vos ab eo, ne corrumpat in vobis dulcedinē virtutum, per iniquitatis suæ consensum. Ideo vos purificate ab hoc fermento [vt sitis noua conspersio,] id est, noua in vnitāte conglutinatio, [sicut estis azymi,] id est, sicut per baptismum facti estis à corruptione synceri. Conspersio quippe est farina per aquam conglutinata, quæ vulgo dicitur pasta. Sed noua conspersio est, in quam fermentum adhuc missum non est. Ideo vocatur azima id est, sine fermento. Zyma enim Græcè fermentum dicitur. Sitis ergo, inquit, noua conspersio sicut estis azymi, id est, sitis omnes vnū quid per dilectionem, puri à corruptione peccati, nouum hominem induti, sicut in baptismo facti estis azymi.

*Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur, nō in fermento veteri, neque in fermento malitiæ*

*nequitiae, sed in azymis synceritatis & veritatis.*

Noua cōsperio debetis esse, quia [pascha nostrū,] id est, paschale sacrificium nostrum [immolatus est Christus.] Agnus quippe, quem Iudæi in Pascha immolabant, vocabatur pascha, sicut & Lucas aperte declarat, dicēs: Venit autē dies azymorū, in qua necesse erat occidi pascha. & secundum hunc loquendi morē, Christus noster dicitur pascha nostrū. Pascha enim Iudæorū immolatus est agnus, pascha nostrum immolatus est Christus. Nā sicut Iudæi per immolationē agni liberati sunt à potestate Pharaonis & satellitū eius, ac mare transeuntes venerunt in desertū, atque intraiecto temporis spatio terrā promissiois intrauerūt: sic nos per immolationem Christi liberati sumus à potestate diaboli ac malignorū spirituū, ac per baptismū traiecti venimus ad hanc cōuersionē, in qua nūc velut in deserto sumus, atq; ingressum superne hereditatis expectamus. Iudæi agno immolato

Lucæ. 22

Exo. 12.

liberati à seruitute Aegyptia, septem diebus comedunt azyma: & nos Christo immolato liberati à seruitute dæmonica, per omne spatiū vitæ præsentis, quod septem diebus voluitur, azyma comedamus, id est satiemur bonis operibus sine admixtione corruptionis vitiorū. Azima quippe (id est, panes sine fermento) comedimus, si recta opera sine corruptione vanæ gloriæ exercemus, si præcepta dei sine admixtione peccati adimplemus. Pascha etiam interpretatur trāsitus. & Christus pro nostra redēptione immolatus, pascha nostrum, id est, transitus noster, quia per eum à diabolo trāsimus ad ipsum, & ab isto instabili seculo ad eius fundatissimum regnū. Ideo quippe ad eum permanentē trāsimus, ne cū mundo transeamus: & Christus est nobis trāsitus à vitiis ad virtutes, & à præsentis exilio ad supernam patriam: quia ideo pro nobis est immolatus, vt nos liberās faceret ita trāsire. Noua itaque conspersio debemus esse. i. o. manes innouati & infusione spiritus sancti vnū per charitatē effecti, vt pascha māducare simus idonei, quia pascha nostrū immolatus est Chri-

stus, ad cuius esum inuitamur. Ob hoc etiam talis conspersio debemus esse, quia ipse Christus est transitus noster, vt nos si dignos inuenierit, transferat ad patriā vitæ. Et quia ipse est pascha nostrum. i. paschale nobis sacrificium, [itaque epulemur,] id est, comedamus hoc pascha, si volumus esse liberi à dominio Pharaonis, id est, principis huius mūdi, qui est diabolus. Vel quia Christus est pascha nostrum, id est, trāsitus noster, itaq; epulemur, id est, comedamus immolatum pro nobis corpus eius, vt per hoc ad vitam transire valeamus, quoniam aliter ad deum transire non possumus. Non enim ad vitam & gloriam nobis transire volentibus, sufficit, nouam nos conspersionem & azimos esse, nisi cibo spirituali & viatico singulari spiritus noster adiuuetur, & infirmitas nostra corroboretur. Epulemur ergo. i. epulis corporis & sanguinis eius reficiamur, ita vt [non] simus [in fermento veteri,] id est, in corruptione veteris cōuersionis, quia qui pascha vult legitime comedere, debet fermentū vetustatis abiicere. Neq; enim cognouit quæ sit solēnitas nouæ incorruptionis, qui adhuc per incontinentiam vetustæ corruptioni subiacet: & ideo epulemur, non in fermento veteri, vt sacramentum resurrectionis & incorruptionis percipientes, corruptioni iam per vitia nulla subiaceamus. Epulemur, inquit, non in fermento veteri, id est, non in consueto nobis quōdam carnalium desideriorum seruore [neque in fermento malitiæ,] qua ferueamus ad aliorum læsionem, [ & nequitiae,] qua deficiamus à bono in nobis ipsis. [sed] potius epulemur [in azymis synceritatis & veritatis.] hoc est, vt synceritas mundem faciat vitam, & veritas omnem fraudam excludat. In azymis synceritatis, vt simus sine carie, id est, sine fermento vitiorum corrumpente nos: & veritatis, vt veritas bonorum operum sit in nobis.

Ioh. 14.  
41. & 16.

*scripsi vobis in epistola, ne commiscemini fornicariis. Non vti que fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus. Alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis non commisceri. Si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cū eiusmodi nec cibū sumere. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Nonne de his qui intus sunt, vos iudicatis? Nam eos qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex vobis ipsis.*

Nunc commoneo vos ab hoc purgare. Sed & sine hac admonitiōe debueratis facere, quia [in] alia iam [epistola scripsi vobis ne cōmiscemini fornicariis.] Epistolam quandam quæ modo non habetur, miserat illis, in qua præceperat, ne cōiungerent se fornicatoribus, & cæteris de quibus

**A** quibus nunc dicitur. Sed quia non distinxerat de quib⁹ fornicariis & criminosis diceret, Christianis scilicet an gentilibus, putauerunt Corinthij de fornicariis gentilibus eum dixisse. Quæ eorum erroneam intelligentiam ipse modo corrigat, & quæ dixerat, interpretatur, dicens: [Nō vti que fornicariis huius mundi,] id est, gentilibus, sed à fratribus talibus scripsi recedendum. Quod vos non recte intellexistis, & ideo illum qui vxorem patris habebat, inter vos esse non ægre ferebatis. Sed vtiq; id est, in veritate dico quia præcepi vobis, vt non commisceamini fornicariis huius mundi, id est, qui ex toto pertinet ad hunc mundum, qui nihil cum cœlesti mūdo habent, sed propter infidelitatem suam & desideria terrena filij huius seculi existunt. Fidelis enim, etsi fornicetur aut auarus sit, non est tamē ex toto huius mūdi, quia credit & sperat. Istud non præcepi, sed potius in illa epistola scripsi vobis, quod & nunc seruare debetis, vt non cōmiscemini fornicariis fidelibus, [aut auaris] fidelibus, [aut rapacibus] id est rapinas exercentibus, [aut etiam idolis] post baptismum [seruientibus,] qui timore suppliciorum vel qualibet alia causa postquam ad fidem venerant; idolis seruiabant & sacrificabāt. Talibus apostatis fratribus ne commisceamini. [Alioquin,] id est, si his commisceamini, [debueratis de hoc mundo exisse,] id est, melius esset vobis mori. Cōpendium est male agētibus si citius moriantur, quā diutius in peccatis versentur. Vel, non scripsi vt non commisceamini fornicariis infidelibus & cæteris, qui necdum fidem habent & sunt criminosi: alioquin, id est, si præcepissem gentilib⁹ non misceri, debueratis de hoc mūdo exisse, id est, necesse esset de mundana conuersatione vos exisse, cum vbique sint tales. Non enim possunt homines in hoc mundo viuere nisi cum talibus viuere, nec eos lucrari possunt Christo, si eorum colloquium conuiuiumque vitauerint.

**C** Vnde & dominus cum publicanis & peccatoribus comedens, aiebat: Non est opus sanis medicus, sed male habentibus. & Non veni vocare iustos, sed peccatores. Tunc quidem scripseram vt fornicarios & cæteros vitaretis, quod vos non recte intellexistis, quia non determinavi de quibus dicerem. Sed [nunc] in præsentis epistola determinatē [scripsi vobis non commisceri] illis qui post baptismum talia faciunt. Ecce sine ambiguitate vobis hoc dico. [Si is qui frater nominatur inter vos,] id est, qui Christianitatis vocabulum portat, [est fornicator,] id est, probatus in scelere fornicationis, [aut auarus,] id est, immoderatē pecuniæ coaceruator, confidens in ea magis quā in dei largitione, [aut idolis seruiens,] id est, ad idōla quæ deseruerat recurrens, vel idōlōthyta comedens, [aut maledicus,] i. in vsu habens maledicere alios, & malē loqui de eis, [aut ebriosus,] id est, non femel, sed per consuetudinem se inebriat. [aut rapax,] id est, qui aliorum res violenter auferre consuevit, cū eiusmodi criminoso fideli, id est, non solum cum isto qui in aliquo horum criminum fuerit inuentus, sed etiam cum aliis qui similibus vitiis detinentur, præcipio vobis [nec cibum sumere.] Cum infidelibus nō prohibet

Apostolus cibū sumere, sed in sequētibus istius D epistolæ dicit: Si quis infidelium ad cœnam vos *Infra. 10:* vocat, & vultis ire, omne quod vobis apponitur, māducate. Plerunq; enim per cōuiuiorum participationem & confabulationē fidelis viri, infidelis dum fidelem diligit, ad fidem conuertitur. Cū fideli autē, in quo prænotata crimina vel similia reperiuntur, non solum sacramenta, sed nec comunē cibū sumere permittit, vt dū à cunctis vitatur, erubescat & se corrigat. Non tamen sic vitādus est talis, nisi aut sponte confessus crimen suū aut omnibus notus esset talis, aut in aliquo siue seculari siue ecclesiastico iudicio nominatus atq; conuictus. Pleriq; autē boni Christiani propterea tacent & sufferūt aliorum peccata quæ nouerunt, quia documentis sæpe deserūtur: & ea quæ ipsi sciunt, iudicibus ecclesiasticis pbare nō possunt. Quāuis enim vera sunt quædā, nō tamē iudici facile credēda sunt, nisi certis indiciis demonstrantur. Et ideo nō temerē & quomodolibet, sed per iudiciū auferēdi sunt mali ab ecclesiæ communionē, vt si E per iudiciū auferri nō possunt, tolerantur potius, ne per se malos euitando quisquam ab ecclesia ipse discedens, eos quos fugere videtur, mittat ad gehennam. Ideo, inquit, determinatē scripsi, si frater talis fuerit comprobatus, cū illo nec cibū sumere, nedū orare: quia [quid mihi] attinet [iudicare de his,] id est, infidelibus [qui sunt foris,] i. extra ecclesiā, vt eos vobis cauendos iudicārē sicut putastis. His enim blandiendū est, vt per amorē & dulcedinē possint Christo lucrari, sed [nōne de his qui intus sunt,] id est, de fidelibus [vos iudicatis,] & ecclesiastica censurā putredinem vitiorū ab eis ressecatis, vt in hac vita pro culpis suis puniantur, & ad Dei iudicium purgati postmodum veniant? Iudicat etiā de his qui intus sunt, qui discernit cui fratri adhæreat, quem arguat, quem deuitet. Illos tantum qui sunt intus, iudicatis, ne damnentur in futuro iudiciō. [nam eos qui foris sunt,] non cōmiserit vobis [deus] iudicandos, sed ipse [iudicabit] eos in futuro secundū districtiōne iustitiæ suæ, reddēs eis digna supplicia. Superius de incognitis & ābiguis rebus, ac maximē de præposito dictū est, Nolite ante tempus iudicare: hic autē ostēditur, quod ecclesiastici viri de manifestis & certis culpis debent iudicare fratres suos. Et quia meum & vestrū est de his tantum qui intus sunt, iudicare, ideo [auferte malū] hominē [ex vobis ipsis,] id est, de cœtu vestro eicite fornicatorē, cuius societate coinquinamini. Quod enim dicitur auferte malū ex vobis ipsis, non sic esse intelligēdum, vt ex ipso quisque auferat malū, sed sic potius, vt homo malus auferatur ex hominibus bonis, quod fit per ecclesiasticam disciplinā, fatis indicat Græca lingua, vbi sine ambiguitate scriptum est, vt intelligatur, hunc malum, non hoc malum.

Sup. 4.

## CAPUT VI.

*Vdet aliquis vestrum habēs negocium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud factos? An nescitis quoniam sancti de hoc*

**G** mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus? Quam magis secularia secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt, in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum, sed frater cum fratre, iudicio contendit, & hoc apud infideles?

**H** Occasione huius iudicij incipit agere de iudiciis. In quibus multimode peccabant, quod contemptis infidelibus fideles iudices adibant, vel stultos iudices instituebant. & litigabant atque fraudabant, & alia huiusmodi faciebant. Non solum, inquit, ex hoc reprehensibiles estis, quod fratrem iudicandum non iudicatis, cum de his qui intus sunt, iudicare debeatis, sed etiam ex eo quod ad paganos iudices causas vestras ad iudicandum transfertis. Nam [aliquis vestrum] .i. aliquis ex vobis [habes negocium], id est, causam contendendi [aduersus alterum] ex vobis fidelis, [audet], id est, tam audacter reuerentiam Christianitatis conculcat, ut quaerat [iudicari apud iniquos, & non apud sanctos], id est, apud infideles iudices, qui non sunt aequitatis amatores, & non apud Christianos, qui sancte & iuste vos iudicarent. Quasi dicat: In hoc nimis audacter religionem sacram contemnitis, quod vestra negocia quae inter vos debetis iudicare, ad iniquos iudices defertis. Infideles vocat iniquos, quia leges a deo hominibus concessas saepe spernebant, vel falsa interpretatione autoritatem illorum idolis deputabant. Ideo potius suadet apud dei ministros agere causam, quia illi facilius de timore dei sententiam legis veram pronunciant. In hoc peccatis, quod ad sanctos negocia vestra iudicanda non defertis. Debent enim ipsi & de talibus iudicare, quia & de mundo iudicabunt. Et utique, qui ipsa mundi iudicaturi sunt, non indigni sunt ea iudicare quae mundi sunt. Et hoc est: [An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt] De hoc scilicet mundo, qui in erroribus & nequitis est, quia est alius superior. De hoc mundo, id est, de hominibus qui ad hunc mundum infimum pertinent, sancti iudicabunt: quia cum Christo venient ad iudicium, & eius aequitati omnino concordabunt, quando mundanam prauitatem damnabit. [Et si in vobis] tunc [iudicabitur mundus], id est, actio prava mundi, [indigni estis qui de minimis], id est, de his terrenis rebus [iudicetis] In vobis iudicabitur mundus, si in vobis tunc non inuentum fuerit opus eorum, qui solum mundum diligunt, si in actione similes mundanis hominibus & perfidis non apparueritis. Et si hoc fuerit, indigni estis nunc iudicare de minimis. Ideo caute ne infidelium & prauorum opera faciatis, adeundo paganos iudices, sicut ceteri qui ignorant dominum. Adhuc proba quod san-

cti de terrenis iudicare possunt. Nam [nescitis quoniam angelos] apostatas [iudicabimus? Quam magis secularia] iudicare possumus, quae sunt inferiora? Nos qui supra naturam nostram dei auxilio seruauimus obedientiam, iudicabimus illos angelos, qui peccauerunt contra suam naturam, quia concordabimus iustitiae dei condemnatis illos, & ex comparatione nostra damnabiliores apparebunt. Cum enim ipsi qui sublimioris & dignioris naturae erant, & quos nulla fragilitas ab illo summo & incommutabili bono retrahebat, per superbiam sponte sunt lapsi: nos vero imbecilles, quos carnis infirmitas ad peccatum trahebat, & ad inferiora deprimebat, per humilitatem & iustitiam omni nisu tetenderimus ad superna, merito damnabuntur atrocius respectu nostri, & consolatio nostra cruciabit illos durius. Et quia fatis rationabiliter ostensum est, nos posse iudicare de istis secularibus, [igitur si habueritis secularia iudicia], id est, de rebus seculi, [contemptibiles illos qui sunt in ecclesia, constituite ad iudicandum.] Hoc est dicere: Qui minoris meriti sunt in ecclesia, & nullis magnorum donorum virtutibus pollent, ipsi de terrenis negociis iudicent, quatenus per quos magna nequeunt bona, minora suppleantur, & qui penetrare intima nequeunt, saltem necessaria foris operentur, ut ipsi videlicet dispensationibus terrenis inseruiant, quos dona spiritualia non exornant. Tales ex vobis ad iudicandum debetis constituiti, non ad infideles iudicia vestra deferre. Et [ad verecundiam vestram dico], id est, verecundiam habere potestis ex hoc quod dico, scilicet: [non est inter vos quisquam sic sapiens, qui possit iudicare inter fratrem] & fratrem [suum, sed] potius [frater cum fratre] iudicio contendit, quod est malum, [et hoc apud infideles], quod est peius. Sapientem ex fidelibus vult Apostolus iudicem elegi, quia nouerat Corinthios tam inconsideratos, ut imperitos forte ex fratribus iudices eligerent. Sciebat enim quia tepidi & improvidi in reliquis causis fuerant deprehensi. & licet contemptibiles nominauerit eos, quos ad iudicandum institui praecipit, sapientes tamen ipsos nunc vocat. Quae ex re quid colligitur, nisi ut hi terrenas causas examinent, qui exteriorum rerum sapientiam perceperunt? qui autem spiritualibus donis ditati sunt, profecto terrenis non debent negociis implicari, ut dum non coguntur inferiora bona disponere, exercitatus valeant bonis superioribus deferuire. Qui tamen proximorum infirmitatum negocia non debent funditus deserere, sed haec aliis quibus dignum est, tractanda committere. Vnde Moyses quoque viros ad populum pro se septuaginta constituit, ut quanto se ab exterioribus causis abscoderet, tanto ardentius interna penetraret. Sicque fit ut & summi viri magis ad spiritualia dona proficiant, dum eorum mentem res infimae non conculant: & rursus in ecclesia ultimi sine bono opere non viuunt, dum in rebus exterioribus inueniunt recta quae agant.

Iam quidem omnino delictum est in vobis quod iudicia habetis inter vos. Quare

**A** non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? sed vos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus.

**Matt. 5.** Propter supradicta posset putari, iudicium habere aduersus alterum, non esse peccatum, sed tantummodo id extra ecclesiam velle iudicari, nisi nunc secutus adiungeret, iam quidem omnino delictum est in vobis quod iudicia habetis inter vos. Nam & dominus dixerat: Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & iudicio tecum contendere, dimitte ei & palium. Prohibuit ergo suos de secularibus rebus cum aliis habere iudicium. Propter quod & Apostolus nunc dicit hoc esse delictum. Tamen cum finit in ecclesia talia iudicia finiri inter fratres fratribus iudicantibus, extra ecclesiam vero terribiliter vetat, manifestum est quod secundum veniam concedatur in firmis. Quamquam enim Christianus litigare non debeat, tamen si graue fuerit & quod contemni non possit, causam ad ecclesiam deferat, ne & damnum ad praesens & offensionem forte incurrat. [Iam quidem], inquit, id est, tam cito post baptismi sanctificationem [omnino delictum est in vobis], ex hoc solo, [quod iudicia habetis inter vos], de rebus caducis, cum deberetis exteriora cuncta despiciere, ut interna mentium bona possitis seruare, & ne quisquam ita hoc excuset, ut diceret iustum se habere negotium, sed iniuriam se pati, quam vellet a se iudicij sententia remoueri, continuo talibus cogitationibus vel excusationibus occurrit, & ait: [Quare non magis], id est, non potius [iniuriam], id est, apertam violentiam iniuste vobis illatam, [accipitis.] id est, acceptabilem & gratam habetis, quam ut pacem cum fratre litigando dissipetis? & [quare non] potius [fraudem occultam de vestris rebus factam] [patimini], quam ut tranquillitatem cordis amittatis iudicio contententes iniuriam? Per iniuriam designatur hic iniusta molestia violenter illata, sicut est rapina, percussio, vulnus, turpe conuiuium, & his similia: fraus vero per astutiam simulatorie & dolose agitur contra eum, quem quis decipere molitur. Et quare vos vtraque patienter non sustinetis? [Sed vos iniuriam facitis], qui factam sustinere debuistis: [et fraudatis], non fraudem patimini: [et hoc fratribus] facere non timetis, cum nec inimicis tale quid facere debuissetis. Iniuriam facitis, dum per iniuriam vestram iurgium generatur coram iudicibus: & fraudatis, dum ipsos iudices donis corrumpitis: & hoc fratribus facitis, quos vos iuuare deberetis. & qui nec suis parcat, quid faciet aliis?

**Galat. 6.** **Ephes. 5.** **1. Tim. 1.** An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? nolite errare. Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Et haec quidem fuistis, sed abluti estis,

sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri.

**Nota.** Vos iniuriam & fraudem fratribus irrogatis, & de nomine Christiano vobis blandimini, quasi per hoc saluamini qui talia facitis. Sed an nescitis quia iniqui, id est, illi qui aequitate transgrediuntur, faciendo iniurias & fraudes & his similia, [regnum Dei non possidebunt], quod iustis & sanctis Deus promisit? Cauete ergo esse iniqui, ne regnum dei perdatis: quia nullus iniquus illud possidebit, etiam si sacramenta Christianitatis habuerit: & praeter illud regnum salus nulla est, quia aut erit quisque in illo regno, aut in inferno. Et ideo [nolite errare], putantes esse extra regnum salutis locum, vel quod Deus per misericordiam suam vos in illud propter solam fidem Christianam introductorus sit, si iniquos vos inuenierit. Nam [neque fornicarij], qui cum mulieribus non desponsatis concubunt: [neque idolis seruientes regnum Dei possidebunt], sed in regno diaboli peribunt. [neque adulteri], qui uxores aliorum violant: [neque molles], qui seipsum per se inquinant: [neque masculorum concubitores], more Sodomitaram: [neque fures], qui occulte res alienas auferunt: [neque auari], qui timetes quod Deus eis necessaria praebere desistat, congregant ultra modum superflua: [neque ebriosi], qui vitium ebrietatis sectantur: [neque maledici], id est, detractores, qui student mala dicere de fratribus, vel qui eos maledicere non verentur: [neque rapaces], qui aliorum res aperte consueuerunt diripere. Nullus eorum qui tales sunt, possidebit regnum Dei, quia vnum quodlibet horum criminum tollit illud regnum. [Et] vos [quidem haec fuistis], id est, tales, quoniam haec omnia mala fuerunt in vobis: [sed] tamen ne desperatis de perceptione regni, quoniam [abluti estis] in baptismo ab istis, & ideo turpius est si ad ea reditis. Nec solum abluti estis in remissionem peccatorum, [sed] etiam [sanctificati] in baptismo per spiritum sanctum. Nec tantum sanctificati, [sed] iustificati per fidem. Et haec tanta gratiae dona consecuti estis [in nomine domini nostri] Iesu Christi, cuius nomen in baptismo super vos est inuocatum, [et in spiritu dei nostri] qui repleuit aqua baptismi. Vtrumque enim inuocatio nominis Christi & infusus spiritus sancti vobis ista concessit: & ideo nolite rursus ad priora mala redire, ne bona haec omnia perdatis. Vel abluti estis lachrymis, & sanctificati melioratione vitae: quia nimirum illos emendatior vita sanctificat, quos per poenitentiam abluens afflictio fletuum mudat. Et iustificati estis iustis operibus insistentes. Et idcirco caute rursus crimina committere, ne contingat regnum amittere.

**Infra. 10** **Eccle. 37** Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Esca ventri, & venter escis: Deus autem & hunc & has destruet. Corpus autem non fornicationi, sed & domino, & dominus corpori

**G** corpori. Deus verò & dominum suscitauit, & nos suscitabit per virtutē suam.

Quoniam suprà dixerat potius ferendū esse damnū quàm causas male agere, ne quis putaret sua nullo modo esse repetenda, supponit: [Omnia mihi licent,] id est, omnia mea mihi sunt ad repetendū licita, sed tamē nō repetā ea iudicio: quia [nō expediunt] ad cursum meum, sed impediunt. [Omnia mihi licent] ad repetendū iure per iudicium, [sed ego] cū sim liber, [sub nullius redigar potestate,] id est, nolo redigi sub potestate vllius iudicis vel testiū, supplicando eis vt mihi magis faucant. Ideo non sunt repetenda, tamen [Esca] debetur [ventri] pro quo creata est: & venter escis, quia aliter sustentari non potest: sed [Deus & hunc & has destruet,] vt neq; venter indigeat escis, neque sustentationē vilam ventri præbeant. Dum dicitur, Esca ventri & venter escis, ostenditur: hæc

Locus obsecrator.

**H** quæ ad escas pertinet, esse naturæ necessaria, & ideo licet ea repeti. Sed nō multū pro his laborandū est, quia destruentur, & ideo licet de his fieri iudiciū vel prætermitti. Esca debetur ventri, sed corpus nō debetur fornicationi. & ita iudiciū prætermitti de hoc non potest, vt vos soletis, qui fornicationē non iudicastis. Sed quod dictum est, omnia mihi licēt, sed nō omnia expediunt, repetamus. Soli enim in illicitis nō cadunt, qui se aliquando & à licitis restringunt. Qua videlicet constrictione religatum bene se nunc Apostolus insinuat, dicens: Omnia mihi licent, sed nō omnia expediūt. At vt sua religatione ostenderet in quāta se mētis libertate dilataret, adiunxit: Omnia mihi licēt, sed ego sub nullius redigar potestate. Cum enim mēs cōcepta desideria sequitur, seruire rebus conuincitur, quarū amore superatur. Sed Paulus cui cūcta licēt, sub nullius potestate se redigit, quia se metipsum etiā à licitis restringēdo, ea quæ deletata premerent, despecta transcendit. Omnia,

**I** inquit, mihi licent, sed nō omnia expediunt. Vt ostēdit ea licita esse, quæ nullo præcepto domini prohibētur, sic expedit potius esse tractanda nō præscripto legis, sed cōsilio charitatis. Hæc sunt quæ amplius erogantur faucio, qui curandus ad stabulum Samaritani illius miseratione perductus est. & ideo dicuntur non à domino præcipi, quāuis domino moneantur offerri, vt tāto intelligātur esse gratiora, quāto ostenduntur indebita. Potest ergo licere, & nō expedire: expedire autē, quod nō licet, nō potest. Ac per hoc nō omnia quæ licita sunt, expediūt: omnia verò illicita nō expediūt. Ea itaq; vidētur mihi licere & nō expedire, quæ per iustitiam quidē, quæ coram Deo est, permittuntur: sed per offensionem hominum, ne ob hoc impediatur à salute, vitanda sunt: ea verò non licere, & ideo non expedire, quæ sic ipsa iustitia vetantur, vt facienda non sint, etiam si ab eis quibus in notitiam fuerint perlata, laudētur. Quod si ita est, ideo non nisi illicita prohibentur à domino, vt ea quæ licita sunt & nō expediunt, nō legis vinculo, sed libera dilectionis beneficentia caueātur. Notandum etiam quod Apostolus ista eis prædicens, nihil ab eis accepit, sed labore ma-

nuum suarum vixit. Vnde & nonnulli eorū putabant illum ideo noluisse stipendium accipere, quia sciret se apostolū non esse. Cōtra quos nunc dicit: Omnia mihi licēt, omnia seculi quæ cæteris apostolis licent, mihi quoque licent: quia licet mihi, sicut illis, accipere sumptus à discipulis. Sed non expediunt omnia quæ licent, quia si sumptus licitos acciperem, occasionem accipiēdi pseudo apostolis darem. Omnia hæc mihi licent, sed ego propter ista stipendia non redigar sub potestate alicuius, vt autoritatem meam propter sua dona humiliet. Si enim ab his Apostolus quos in tātis vitiis arguebat, acciperet autoritatem magisterij concessam sibi à domino inclinaret. Non enim potest constanter argui à quo accipitur, maximē cum ideo promptus ad dandum sit maleuolus, vt sibi humiliet & prædicatōrē. & idcirco dicit, sed ego sub nullius redigar potestate. Pseudo autē apostoli, qui causa quæstus prædicabant, nolebant esse amari peccantibus. Omnia, inquit, mihi licent, sicut & cæteris, vt accipiam stipendia sicut illi, quia esca ventri debetur, & venter escis. Sed tamen non multum curandum de his, quia transitoria sunt, quoniam deus & ventrem & escas destruet. Neque enim in futuro manducabimus & bibemus, sed illo vescemur pane, qui de cælo descēdit, vt perfectē compleatur quod scriptum est. Panem angelorū manducauit homo. Escas ergo & ventrē destruet, cū occiderit indigentia satietate mirifica, & corruptibile hoc induerit incorruptionē sempiternā, vt sit salus perfecta in isto corpore nulla remanente corruptione, nulla succedēte defectioe, vt nullo cibo corporali fulciatur. Dixi quia venter escis debetur, quibus tēporaliter sustentatur. [Corpus autē non fornicationi] debetur, [sed domino.] Sanctus Apostolus cōtra superfluitatē escarū disputans, cōsequēter venit ad fornicationē. Etenim superfluitas escarū mater libidinis est, ventremq; distentū cibo & vini potationibus irrigatū voluptas genitaliū sequitur: atque pro mēbrorū ordine, ordo vitiorū est. Corpus non debetur fornicationi, sicut venter modificatō. Nota. escis: quia corpus sine fornicatione potest semper subsistere, venter autem sine cibis nō valet subsistere. Et ideo fornicatio est superflua, ciborū autē refectio necessaria. Vnde quāuis ad tēpus venter escis moderatis debeat, corpus tamē fornicationi nunquā debetur, sed semper domino Christo, vt ei seruiat: [& dominus] Christus debetur [corpori,] vt ipse sit ei præmiū, dans ei participationē immortalitatis sue. Corpus enim Christo dicatū, dono spirituali remunerabitur merito ducis, id est, animæ. Et gloria corporis Christi dabitur corpori, quod nunc assiduē seruit eius præceptis: & ita dominus Christus præmiū debetur corpori nostro, si corpus nostrū ei subditū in omnibus fuerit. Sed [deus] pater [& dominus] Christū [suscitauit, & nos] similiter [suscitabit.] Hoc est dicere: Sicut deus pater eū qui dominus est, suscitauit, quia in omnib⁹ obediētē reperit: ita corpus nostrū, si eidē domino fuit vsquequaq; subiectū, suscitabit, & gloriæ ipsius dñi particeps faciet illud: & hoc [per virtutem suā,] quæ Christus est,

**A** est, cui nihil est impossibile. Nam & dominus Christum suscitauit per virtutem, quæ est ipse Christus, id est, per potētiā diuinitatis ipsius Christi, & nos per eandem virtutem suscitabit, vt sequamur caput nostrum ad incorruptionē & gloriā, si digna mēbra sumus. Propter quod recedendum est ab omni fornicatione & immunditia, & insistendum studiis sanctitatis, vt ad tantam gloriam digni simus pertingere.

*Nescitis quoniam corpora vestra mēbra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam mēbra meretricis? Absit. An nescitis quoniam qui adheret meretrici, vnū corpus efficitur? Erunt enim, inquit, duo in carne vna. Qui autem adheret domino, vnus spiritus est.*

Gene. 2. Ephe. 5. Matt. 19. Marc. 10.

**B** Verè corpus nō fornicationi debet micipari, sed domino. Quia an [nescitis quoniam corpora vestra sunt mēbra Christi,] qui est caput vestrū, eod quod homo factus est propter nos? Qui si tantūmodo humanam animā suscepisset, mēbra eius nō essent nisi animæ nostræ. Qui verò & corpus suscepit, per quod etiam caput est nobis, qui ex anima & corpore constamus, profecto illius mēbra sunt & corpora nostra. Illius, inquā, mēbra sunt corpora nostra, propter corpus quod ipse ex genere corporis nostri suscepit. & quoniam ita est, [ergo tollens mēbra Christi, faciam ea mēbra meretricis] per fornicationē? [Absit] vt hoc faciā. Neq; enim tollere Christo membra sua debeo, & dare meretrici. Non enim possunt simul esse & membra Christi & mēbra meretricis: sed definit esse mēbra Christi, vbi adhærēt meretrici. Nā corpus nostrum quandiu perseuerat in sanctimoniam munditia, mēbrum est Christi. Si verò cōplectitur meretricē, separatur à Christo, & fit mēbrū meretricis. Si ergo vnusquisq; cupiēs fornicari vilescat sibi, & in seipso contēnat seipsum, nō in se cōtemnat Christum, sed propter Christi reuerentiam, cuius mēbrum est corpus eius, contineat se ab hac turpitudine. Magnā enim iniuriam, magnūq; contēptum Christo faciet, si ei meretricem præulerit, separans se ab eo & adherens scorto. Verè fiunt membra meretricis, qui illi adherent. Nam an [nescitis quoniam qui adheret,] id est, commiscetur [meretrici, vnum] cum ea [corp⁹ efficitur?] Fornicatio enim ambos vnum facit, vt quomodo in natura, sic in macula vnū sint, dum per illam nequissimæ voluptatis adhæsiōnem duo vnum corpus efficiuntur, id est, in eodem scelere vniantur. Verè vnū corpus, quia vna caro. [Erunt] enim, [inquit] liber Genesis, [duo in carne vna.] Hoc etiā de legitime coniunctis dictum est. Et sicut in legitima copula duo per adhæsiōnem vnum corpus efficiuntur & vna caro, ita vt membra istius per consensum & delectationem carnalē fiant illius, sic est etiā in illicita adhæsiōne. Qui meretrici adheret, vnum cum ea corpus est: sed [qui adheret domino, vnus spiritus est] cum eo.

Gene. 2.

**C** Diuersus quidem natura spiritus hominis est & spiritus Dei, sed inhærendo fit vnus spiritus ex diuersis duobus, ita vt sine humano spiritu beatus sit atque perfectus Dei spiritus, hominis autem spiritus non nisi cum Dei spiritu possit esse beatus. Tam potens verò est hæc humana mens, quæ est imago Dei, vt ei cui⁹ imago est, valcat inhærere, quoniam sic ordinata est naturarum ordine, non locorum, vt supra illam non sit nisi ille. Cui cum penitus adhæserit, vnus spiritus erit, accedente quidem ipsa ad participationem naturæ, veritatis & beatitudinis illius, non tamen crescente illo in natura, veritate & beatitudine sua. In illa vtique cum ei feliciter adhæserit, immutabile videbit omne quod viderit, & tunc satiabitur in bonis desiderium eius.

**D** Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est. Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.

**E** Ne fiat vnū cum meretrice corpus, sed vnus cum domino spiritus, [fugite fornicationem.] Non dico pugnate aduersus eam: sed, fugite illam: quia cum aliis vitiis potest expectari conflictus, hæc autem fugienda est, quia non aliter melius vinci potest. Ideo viri longe debent esse à foeminis remoti, nec etiā mente huic vitio propinquare, si cupiunt victores fieri. & iure debetis hoc malum fugere, quia nullum peccatū ita corpus ledit & deturpat, vt fornicatio. Quia [omne peccatum quodcunque fecerit homo,] id est, ille qui ad peccandum ex sua fragilitate pronus est, quoniam de humo factus est, illud peccatum [est extra corpus,] id est, extra maculationem corporis, videlicet ex omnibus aliis peccatis nulla deformitas vel inhonestas infertur corpori. Sed [qui fornicatur, peccat in corpus suū] id est, cōtra honorem corporis sui: hoc est: fornicatio intantum polluit corpus ipsum, intantū libidinis æstus accendit, in quantum venenum delectationis illicitæ sese per totum corpus diffundit. In aliis etiā peccatis omnia membra non sic idem appetūt, sicut in fornicatione. Et ideo hoc peccato magis homo deformatur, quoniam istud magis quàm aliud in corde vagatur, & cūcta membra huic operi mancipantur. Vel omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corp⁹ est, id est, in omni appetitu peccati anima est extra naturam corporis, quia in suo sensu remanet, intelligens mala esse quæ agit. Sed qui fornicatur, in corpus suū peccat: quoniam in appetitu & operatione fornicationis sic peccat anima, vt redigatur in naturam sui corporis, quia nihil tunc cogitat, nihil sapit, nihil intendit nisi quæ carnis sunt. Sic enim totus homo absorbetur ab ipso & in ipso corpore, vt iam dici non possit ipse animus suus esse, sed simul totus homo dici possit caro esse & spiritus vadēs & nō rediens. & ideo videtur Apostolus exaggerare fornicationis malum super cætera omnia peccata, quæ etsi per corpus cōmittuntur, nō tamē animū humanum cōcupiscentiæ carnali ita efficiūt obstrictum & obnoxiiū, sicut in solo opere fornicationis corporalis cōmiscetur animus & cōglutinatur, deuictus intantū, vt nihil aliud ipso

Psal. 77.



**G**ipso momento & experimento huius tam magni flagitij cogitare liceat homini vel intendere, nisi quod libimet addicit. Vnde merito in corpus suum peccare dicitur, quia nusquam sic totus homo corporis ipsius voluptati affigitur, vt in comparatione huius tanti mali cætera peccata extra corpus esse videantur, etiã si per corpus exerceatur: quoniã solius fornicationis vis tãta est, vt fornicã imperiosã libidinis cõditioni se subdat, propriũmq; ipsius corporis mãcipiũ pessimũ faciat in tẽpore ipsius immundissimã operationis, vt (sicut dictũ est) nõ sit liberũ humanã menti cogitare vel intendere aliud, nisi quod agit in ipso corpore, & ita in corpus suum peccat, id est, totus in corporis sui voluptatem miserabiliter demergitur in ipsa perpe- tratione peccati. Hęc dicta sunt de speciali fornicatione huius corporis. Est autem & generalis fornicatio humanã animã, qua non adhãrens quisque Deo, adhæret mundo. Cæterum

**H** Iacobus tales sic increpat: Adulteri, nescitis quia amicitia huius mundi inimica est Deo? **Iacob. 4.** Quicumque ergo voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur. Et de hac generali fornicatione mentis, quã omnia in se mala cõtinet, qua non hæretur Deo dum hæretur mundo, rectè valet intelligi, quod nũc dicitur: quia omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est. qui autem fornicatur, in corpus suũ peccat. Quia si non fornicatur anima humana adherens mundo, sed casta permanet adherens Deo, quãcumque alia peccata vel ignorando, vel negligendo, vel obliuiscendo, vel non intelligendo fragilitate mortalitatis potuerit incurere, extra corpus erunt, id est, extra corporalis & temporalis concupiscentiã malum. Quod si adhãrens mundo longe faciat se à Deo, peccat in corpus suum: quia corporali concupiscentia ad quãque temporalia & carnalia & carnali sensu & prudentia humanus animus trahitur atque distenditur, seruiẽs creaturã potius quã creatori. **Roma. 1.**

**An nescitis quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? Empti enim estis precio magno. Glorificate & portate Deum in corpore vestro.** **2. Cor. 6. Sup. 3.** **Infra. 4. 1. Pet. 1.**

Item ideo fugienda est fornicatio, quoniam membra vestra corporea sunt templum spiritus sancti, & hoc [nescitis] qui fornicari volebatis? Nolite ergo putare quod Deus peccata carnis nõ curet. Grauius eum offenditis, si templum eius, id est, membra corporis vestri corrum- pitis. Quomodo non vultis maculari domus vestras, sic nec Deus domum suam, id est, corpus vestrum. Si vobis non parcitis propter vos ipsos parcite vobis propter Deum, qui fecit vos templum suum. Grauius enim peccatis, si tẽplum eius quod est in vobis, corrum- pitis. [Membra vestra templum sunt spiritus sancti.] Verum idem spiritus apertissime declaratur esse Deus, quia nisi Deus esset, templum

vtique non haberet. Nec minor est Christo, K cuius templum sunt corpora vestra, quã sunt membra Christi. Membra corporis vestri templum sunt spiritus sancti, [qui in vobis est] tanquam deus in tẽplo suo, [quem habetis à deo] patre: & ita caute ne offendatis spiritum sanctum qui in vobis habitat, & deũ qui dedit vobis hunc spiritum. Quia templum estis spiritus sancti, vt ipse in vobis manens, omnia membra vestra gubernet & moueat ad bene agendum: [& nõ estis vestri,] vt facere vobis liceat quod vultis: sed estis eius, qui sanguine suo vos emit, vt voluntatem eius faciatis. Manifestũ est enim, quia qui emptus est, non est sui arbitrij, sed eius à quo emptus est, vt non suam, sed illius faciat voluntatem. Ideo propensius seruite domino, qui vos emit de manu inimici, ne offensus à vobis, reddat vos eidem vastatori. Verè non estis vestri ad faciendum quicquid placuerit, quia [empti estis] ad Dei seruitiũ [precio magno,] id est, sanguine ipsius domini. Qui sanguis est precium, nõ corporea quantitate, sed spirituali virtute & sanctitate magnum: quia nullum fuit in eo peccatũ, sed omnis iustitia: & ideo membra vestra quã sunt templum spiritus sancti, & sunt redempta precio sanguinis domini, caute meretrici adiungere ad contumeliam redemptoris & spiritus sancti: sed potius [glorificate & portate Deum in corpore vestro,] id est, spiritũ sanctum in tẽplo suo. Glorificare Deũ, est secundum eius legem viuere. Portare Deum, **Matth. 11.** imaginem eius in rebus bene gestis ostendere. Glorificate Deum bene operando, & portate Deum iugum eius super vos tollendo, & hoc facite in corpore vestro, id est, in moderamine corporis vestri, vt nihil in vestro corpore notari possit quod ad Dei cõtumeliã spectet, quod non eius gloriam commendet.

## CAPVT VII.

M

**Equibus autem scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non tangere. Propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorem habeat, & vnaquaque suũ virũ habeat. Vxori viri debitũ reddat, similiter autem & vxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autẽ & vir sui corporis potestatem nõ habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi: & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos satanas propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam, nõ secundum imperiũ. Volo autẽ omnes homines esse sicut me ipsum. Sed vnusquisque propriũ donum habet** **ex Deo,**

**A** ex Deo, alius quidem sic, alius verò sic. Dico autem non nuptis & viduis: Bonum est illis, si sic permanserint sicut & ego. Quod si non se continent, nubant. Melius est enim nubere quã vri.

Corinthij prauis sensibus pseudo apóstolorũ exagitati, qui nuptias per hypocrisim (vt puriores ceteris viderentur) spernedas dicebant, epistolã de his apóstolo miserunt, vt quid ipse sentiret agnoscerent. Quia enim non oblectabantur hac sententia, ideo prætermisissis ceteris, quę fuerunt solummodo de nuptiis, & de his quę ad has pertinere videbantur. Inter cætera enim per literas quæsierunt, vtrum post fidem Christi cõlibes esse deberent, & continentia causa quas habebant vxores dimitterent, aut si virgines credidissent, inirent matrimonia. Et cum è duobus ethnicis vnus credidisset in Christum, vtrum credens relinqueret non credentem. Et si essent ducendæ vxores, Christianas tantum accipi iuberet, an & ethnicas. Videamus igitur quid ad hæc Apóstolus rescripserit. Sed ita continuatur litera: Moneo vos glorificare & portare Deum in corpore vestro mundo & sancto. Sed de his [de quibus scripsistis mihi,] volo vos scire, quia [bonum est homini mulierem non tangere. Vnde patet quia malum est tangere. Nihil enim bono contrarium nisi malum. Si autẽ malum est & ignoscitur, ideo conceditur, ne malo quid deterius fiat. Simulque animaduertẽda est Apóstoli prudentia. Non dixit, Bonum est vxorem non habere: sed, Bonũ est mulierem non tangere: quasi & in tactu periculũ sit, quasi qui illã tetigerit, non euadat. Quemadmodum enim qui ignem tetigerit, statim adurit, ita viri tactus & fœminæ sentit naturam suam & diuersitatem sexus intelligit. Bonum est non tangere. Sed [propter fornicationem vitandã] vnusquisque suam vxorem [legitimam] [habeat,] non cõcubinam, [ & vnaquaqueque virum suum habeat. ] Solus fornicationis metus facit hæc cõcedi. Velut si quis definiat, Bonum est tritico pane vesci, & edere purissimam simlã, tamẽ ne quis fame compulsus comedat sterco bouinum, cõcedo ei vt vescatur & hordeo, non ideo frumentum non habebit suam puritatem si fimo hordeum præferatur, sicut nunc fornicationi nuptiã præferuntur. Nec dixit propter fornicationẽ vnusquisque ducat vxorem. Alioquin hac excusatione libidini frena laxaret, vt quotiescunq; vxor moritur, toties ducenda sit alia ne fornicemur: & qui continentiam promiserant, vel diuinis autoritatibus vxorem habere non possunt, viderẽtur ad hanc ducendam relaxari. Sed ait, Vnusquisque vxorem suam habeat, suam scilicet, quam habebat antequam crederet. Quam bonum erat vxorem non tangere, & post fidem Christi sororem tantum nosse, non coniugem, nisi fornicatio tactum excusabilem faceret [Vxori vir debitũ reddat, similiter autẽ & vxor viro.] Postquam semel sociati sunt coniuges, nõ licet vni vt se contineat sine voluntate alterius, sed debitum compari reddere cogitur, ne qui

Nota.

incontinẽs est, cadat in adulterij damnabile flagitium. Acceptabilis autem est deo sola continendi voluntas eius, qui continentiam seruare vellet, sed propterea debitum reddidit ne cõiunx pereat. [Mulier sui corporis potestatem nõ habet,] vt tradat illud alij viro, vel cõtineat se, sed in viri eius potestate est corpus eius. Sed [ & vir similiter potestatem non habet sui corporis] ad aliam mulierem, vel ad continentiam, [sed mulier] habet illud in potestate. Hic non dominiũ tollitur viro, sed vitiũ. In hac enim re sunt ambo pares, vt neuter possit agere de corpore suo quod voluerit, id est, de parte corporis qua sexus vtriusque carnali sorte discernitur, sed in aliis rebus præest vir, & quia neuter habet potestatem proprii corporis, ergo [nolite fraudare inuicem,] id est, subtrahere alter alteri cõiugale debitum, ne dissensio generet adulteriũ. Quod coniuges coeunt præter intentionem generationis, non est nuptiarum malum, sed veniale propter nuptiarum bonum, quod est tripartitum, fides, proles, sacramentum: Fides, ne cum alio vel cũ alia coeatur. Proles, vt religiosè educetur. Sacramentum, ne coniugium separetur. Nolite fraudare inuicem, [nisi fortè ex consensu,] id est, ex conducto, [ad tempus,] id est, aliquo sacratoris temporis spatio, [vt vacetis orationi.] Nõ enim valet infirmitas vestra committere (quod alibi præcipitur) vt sine intermissione oretis, quia quotiescunq; debitum adinuicem creditis, orare non potestis. Cum ergo semper orandum sit, nunquam esset coniugio seruiendum. Sed quia non ad hoc sufficitis, saltem interpositis temporibus vos continete, vt orationi possitis insistere, quoniam orationis suffragio indigetis. Ne enim dånatur talis coniugum vita, deprecatio simplex ad Deũ est fundenda: & quanuis munda sint coniugia, tamen etiam à licitis abstinentum est, vt facilius ad effectum deducatur oratio. Nam & in lege sanctificari volentes, ab opere coniugali se continebant vt fierent sanctiores. Cum enim quis etiam concessa non contingit, ostendit se velle quod precatur accipere. Dixi vt propter orationem ad tempus cõsentiatis inuicem seruare continentiam, & expleto illius orationis tempore, [iterum reuertimini in idipsum] opus coniugale: quia etsi culpa est, tamẽ venialis est propter nuptias, & per hæc fornicatio vitatur. Concedenda est enim minima culpa, si aliter nõ potest declinari maxima. Reuertimini in ipsum naturalẽ vsũ, [ne fatanas,] id est diabolus vestre salutis aduersarius, [tentet vos] de fornicatione [propter incontinentiam vestram,] id est, propter hoc quia vos continere non potestis. Si enim continentiam ambo seruare possitis, tentatio satanæ timenda non esset, quoniam aduersus neutrum ex vobis præualeret. Dico vt in idipsum reuertimini, sed [hoc secundum indulgentiam, non secundum imperium,] quia hoc vobis indulgetur, non præcipitur: & ideo non peccat qui aliter agit, imò peccat q sic agit, sed leuius. Nõ enim sine vitio est quod ignoscitur, & non præcipitur, Sed cum in dubiis constringimur, vtiliter in minimis subdimur, ne in magnis peccemus. Culpa quippe esse innuitur, qd indulgeri

1. Thes. 5.

Psal. 50.

**G** indulgeri perhibetur: sed quæ tãto citius relaxetur, quãto nõ per hanc illicitũ quid agitur, si hoc quod est licitũ, sub moderamine nõ tenetur. Tunc enim solum cõiuges sine culpa sunt in admixtione, cũ nõ pro explenda libidine, sed pro suscipiẽda prole miscẽtur. Sed tamẽ & alia cõmixtio, quæ fit pro sola voluptate, veniã accepit propter nuptias. Hoc, inquit, vobis secundum indulgentiã infirmis permitto: sed tamen [volo] (si possibile sit) [oẽs homines esse sicut meipsum,] id est, abstinentes ab omni cõcubitu, sicut ego abstineo. [Sed vnusquisq;] fidelium [habet propriũ donũ ex Deo, alius quidẽ sic,] id est, vt sit omnino continens: [alius verò sic,] id est, vt vxori copulatus nulli alij misceatur. Vbi satis apparet, nõ tantũ cõtinẽtiã donum Dei esse, sed coniugatorum etiam castitatẽ. Cũ autem dona Dei esse monstrantur, à quo petenda sint, discitur, si nõ habẽtur: & cui sint agenda gratiã, si habentur. Coniuncti quidẽ debitũ reddant, sed [nõ nuptis,] id est, virginibus, [dico & viduis,] quia [bonum est illis, si sic permãserint sicut & ego,] id est, castã. Postquã nuptis concesserat vsũ coniugij, & ostenderat quid ipse vellet, quidve cõcederet, trãsit ad inuuptas & ad viduas, & se ponit exẽplum, & felices vocat si sic permãserint. Quomodo diceret, Bonũ est inuuptis si sic permãserint sicut & ego, nisi esset integer corpore? aut quomodo diceret, volo omnes homines esse sicut meipsum: Si enim vxorem habuit qui hoc dixit, ergo omnes homines vxoratos esse voluit, nullãmq; virginem esse. Sed absit vt suspicemur illum habuisse coniugẽ. Sic enim à pueritia feruebat spiritu, vt huius rei curam non haberet, & iuuenulus à gratia Dei esset anticipatus. Ideoque vult oẽs homines esse virgines sicut ipse est, & inuuptas perseuerare tales qualis ipse est. [Q V O D,] id est, sed, [si non se continent,] id est, si viderint se non posse incentiua carnis comprimere [nubant.] Ideo autem nõ se continere valent, quia non toto corde id appetunt, & propterea non merentur adiuuari diuinitus. Illum enim deus adiuuat, quẽ videt tota virtute contendere, nec finit illum tentari supra vires proprias. Quæ ergo propter mentis imbecillitatẽ nõ possunt continere carnis impulsione, nubant, ne in barathrum diaboli per fornicationem corruãt. Nam [melius est nubere quãm vri] ardore desideriorum carnalium. Sine culpa scilicet ad cõiugium veniunt, si tamen necdum meliora deuouerunt. Ideo autem melius est nubere, quia peius est vri. Melius enim ad cõparationẽ deterioris respicit, non ad simplicitatem incomparabilis per se boni, velut si dicatur, Melius est vnum oculum habere quã nullum. Vri autẽ est desiderii carnis æstuarẽ. Cum enim mens calori carnis consentit, vritur. Pati verò desideria & non vinci, illustris viri est & perfecti.

*His autẽ qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed dominus, vxorem à viro non discedere. Quod si discesserit, manere inuuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat.*

Inuuptis & viduis suadeo vt sic permãneãt, K sed [his qui sunt iuncti matrimonio,] id est, viris & foeminis, qui iam copulati sunt in coniugio, [nõ ego] præcipio, [sed dominus] ipse per euangeliũ præcipit, [vxorem à viro non discedere. Quod,] id est, sed [si] ab eo [discesserit] ea causa qua dominus permisit, id est, propter fornicationẽ viri, præcepit eam dominus [manere inuuptam,] dum vir eius vixerit: [aut] si se non cõtinet, [reconciliari] potius [viro suo] vel correpto, vel tolerando, quã alteri nubere. sed tamẽ particeps delicti mariti incorrepti fiet. [Et vir vxorem nõ dimittat.] quia si fornicata fuerit, non est vxor legitima, ideòq; potest dimitti. & subintelligendum est idẽ de viro, quod de vxore præmissum est, vt si vir vxorẽ dimiserit ob fornicationẽ eius, maneat incõiunctus: aut si se non potest continere, reconcilietur vxori suã, vel correptã vel tolerandã. Tamẽ si correpta nõ fuerit, particeps fiet peccati eius vir qui eam tenuerit. Quoniam qui adhæret meretrici, L vnum corpus efficitur. & vt Salomon ait, Qui tenet adulteram, stultus est & insipiens. Hęc de his dicta sunt, qui post acceptionem Christianitatis sociati sunt in coniugio. De illis autem quos fides in coniugio inuenerat, subditur:

*Nam cæteris ego dico, non dominus. Siquis frater habet vxorem infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. Alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.*

Vbi vterque fidelis est, præcipit dominus ne dissocietur. [Nam cæteris] id est, illis qui non ambo sunt fideles, sed vnus credidit, alter in infidelitate permansit, [ego dico, non dominus.] Si quis frater &c. Quoniam ab infideli discedere nec prohibet, nec iubet dominus, ideò vt nõ discedat, Apostolus dicit, non dominus, habẽs vtique spiritũ sanctum, in quo dare posset vtilẽ & fidele consilium. Quod vtiq; monendũ, nõ iubendum fuit: quia non tanto pondere prohibendi sunt homines facere licita quæ nõ expediunt, quãto prohibẽtur illicita. Cum ergo ait, ego dico, nõ dominus, satis ostendit dominum nõ prohibere quod ipse phibebãt. Itaq; licitũ erat per iustitiam, sed etiam licitum non erat faciendum propter liberam benevolentiam, scilicet vt credens relinqueret non credentẽ: quia fortasse conuersurus eum erat ad fidem. Prohibuisset autem dominus, si esset illicitum. [Si quis frater,] id est, Christianus [habet vxorem infidelem,] cui sociatus sit antequã venisset ad fidem, [ & hæc cõsentit habitare cũ illo,] id est, nõ abhorret eum propter fidem Christi, nec

A nec execratur quod Christianus est, [non dimittat illam:] quia & ipsa postmodum fortasse fiet Christiana, si cum eo fuerit assidua. Iã enim aliquantulum facta est domestica, quod virum patitur Christianum. [Et] eo modo [si qua] Christiana [mulier habet infidelem,] cui sociata sit antequam crederet, [ & hic consentit habitare cum illa,] quam scit Christianam, nec ideo adhorret illam, [non dimittat virum,] quia iam in aliquo domitus est. Hoc non præceptum, sed cõsiliũ est Apostoli & admonitio. Si quis verò aliter fecerit, non erit præcepti transgressor, sed Apostoli consilium non tenebit. Cum autẽ propter infidelitatem cõiunx dimitti possit, & iuxta domini sententiam dimitti nequeat nisi causa fornicationis, manifestum est & infidelitatem esse fornicationem. Quia scilicet idololatria, quam sequuntur infideles, & quãlibet noxia superstitio, fornicatio est, Dominus autem permisit causa fornicationis coniugem dimitti.

Matt. 5.  
c. 19.

B Sed quia permisit, non iussit, dedit Apostolo locum monendi, vt qui voluerit, non dimittat infidelem, quia sic forsã fiet fidelis. Potest enim esse multorum occasio lucratorum, si fideles coniuges in relinquendis infidelibus permissa licentia non vtantur. [Sanctificatus est enim,] id est, sanctus effectus est, [vir qui erat infidelis, per mulierem fidelem: & sanctificata est mulier] quæ prius erat infidelis, [per virum fidelem,] Credendum est, quia iam prouenerat vt nõnulli viri per vxores fideles, & foeminae per viros fideles in fidem venirent. Et quanuis non dicens nomina, exemplis tamen hortatus est ad confirmandum consilium suum. Deinde subiicit: Alioquin, id est, si dissociaretur cõiugium, vestrum, [filij vestri essent immundi,] id est, spurij non legali copula nati. [Nunc autẽ sancti sunt,] id est, mundi, quia vos in vestro coniugio manetis. iam enim paruuli Christiani, qui sine autore vno ex parentibus, siue vtroque consentiente, sanctificati erant baptismate. Quod non fieret, si vno credente dissociaretur coniugium, & nõ toleraretur infidelitas coniugis vsque ad oportunitatem credendi. Vel in eo dictum est, sanctificatus est vir infidelis &c. potuit Apostolus per prophetiã spiritum verbo præteriti temporis vti pro futuro: quoniam postea sæpe contingit vt alter per alterum ad fidem conuerteretur. Alioquin si alter alteri non consentiret, filij vestri essent immundi. Sed nunc sancti sunt, quia de licito coniugio procreati, & sub creatoris veneratione nati sunt ex maiore parte, dum vnus ex vobis esset Christianus, & alter ei consentiret. Nam sicut omne quod per dedicationem fit idolorum, immũdum est: ita & quicquid sub Dei creatoris professione fit, sanctum est. Sed quod nunc magis verba Apostoli videntur sonare, & quodammodo cogere, aliqua hęc intelligenda est sanctificatio, qua sanctificabatur vir vel mulier infidelis in coniuge fidele, & qua sancti nascebantur filij fidelium: siue quia in menstruo sanguine mulieris à concubitu continebat, quicunque vir vel foemina id in lege didicerat (nam hoc Iezechiel inter illa præcepta ponit, quæ non figurata accipienda sunt) siue propter aliam quãlibet, quæ ibi aperte propo-

fitã non est, ex ipsa necessitate coniugiorum atque filiorum sanctitatis asperginem. Illud tamẽ sine dubitatione tenendum est, quæcunq; illa sanctificatio sit, non valere ad Christianos faciendos atque ad dimittẽda peccata, nisi Christiana & ecclesiastica institutione sacramentis efficiãtur fideles: Nam nec coniuges infideles, quanlibet sanctis & iustis coniugibus hæreant, ab iniquitate mundantur, quæ à regno Dei separatos in dãnationẽ venire cõpellit: nec paruuli de quibuslibet sanctis iustisque procreati, originalis peccati reatu absoluantur, nisi in Christo fuerint baptizati.

*Quod si infidelis discedit, discedat. Non enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi. In pace autem vocauit nos Deus. Vnde enim scis mulier si virum saluum facies? aut vnde scis vir si mulierem saluam facies? nisi vnique sicut diuisit dominus?*

Fidelis non discedat ab infideli. Sed [si] infidelis] vir aut mulier [discedit] odio fidei, discedat, permittatur discedere. Ideo dico, vt detur ei libertas abeundi, quia [non est subiectus seruituti frater aut soror,] id est, Christianus aut Christiana, [in huiusmodi] coniuge vt cogatur fidẽ dimittere, ne coniugem amittat infidelem. Sed quandiu possunt simul esse in pace, non separẽtur. quia [Deus nos]auerfos à se [vocaui in pace] id est, dum essemus inuicem concordẽs, & ideo causa vocationis eius nõ debemus pacẽ rumpe- re, in qua nos eius vocatio reperit: sed in ea, si fieri potest, manere. & verẽ manendum est in coniugali pace, nec expedit discedere, quanuis liceat. Quia [vnde scis] o mulier [si virum] tuum [saluum facies,] conuertens illum ad fidem, sicut iam sæpe sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem? [aut vnde scis] o [vir si] tuam [mulierem saluam facies,] conuertens illam ad Christum per cohabitationem & colloquutionem & amicitiam tuam, sicut frequenter sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem? Quod enim in aliis iam factum est, fortẽ & in vobis fiet, fortasse enim sunt credituri, qui non abhorrent nomen Christi. Vnde, inquam, scis si saluum facies comparem tuum, [nisi] ita te habeas ad eum [sicut dominus diuisit vnique] id est, viro præesse, vxori subesse. Vel, vnde scis si eum saluabis, nisi quemadmodum dominus diuisit vnique quando saluetur, id est, præordinauit quando credat, & sustinet illum donec præfinita hora credulitatis eius veniat? Sic & tu longanimitẽr expecta, vt credat.

*Vnusquisque sicut vocauit Deus, ita ambulet, & sicut in omnibus ecclesiis doceo. Circuncisus aliquis vocatus est? non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est? non circuncidatur. Circuncisio nihil est, & præputium nihil est, sed obser-*

Nota.

Infra. 10.

Matt. 5.  
c. 19.  
Marc. 10  
Luc. 16.

Galat. 5.  
c. 6.

**G**obseruatio mādatorū Dei. Vnusquisque  
Ephe. 4. in qua uocatione uocatus est, in ea per  
maneat. Seruus uocatus es? non sit tibi  
cura. sed & si potes fieri liber, magis ute  
re. Qui enim in domino uocatus est ser-  
uus libertus est domini. Similiter qui li-  
ber uocatus est, seruus est Christi. Precio  
Sup. 6. empti estis. Nolite fieri serui hominum.  
I. Petri. 1. Vnusquisque ergo in quo uocatus est fra-  
ter, in hoc permaneat apud Deum.

Nolite, inquam, ab inuicem separari. Sed [si-  
cut Deus uocauit unūquenq; ita ambulet] qui  
uocatus est, id est, si quando credidit, erat con-  
iugatus, vel circumcisus, aut præputiatus, talis  
permaneat & post baptismum, [sicut ego] non  
solummodo apud uos, sed etiā [in omnibus ec-  
clesiis doceo. & ideo tenendum uobis est quod  
H omnes ecclesiæ tenēt, nisi alium ritū quā oēs  
ecclesiæ, tenere malueritis. Verē unusquisq; de-  
bet ambulare ut uocatus est. Nam [circumcisus  
aliquis uocat<sup>o</sup> est,] id est, si iam circumcisus erat  
quādo ad fidē uocatus est, hic [nō adducat præ-  
putiū,] id est, nō ita uiuat quasi præputiū addu-  
xerit: hoc est, quasi in eā partē quā nudauit, rur-  
sus tegimē carnis attraxerit, & quasi Iudæus es-  
se destiterit, ut scilicet factus Christianus non  
putet se dignū quia nō habet præputium, dans  
gloriā præputio, quasi ualeat aliquid. Sed si &  
[in præputio aliquis uocatus est] ad fidē, & hic  
[nō circumcidatur,] putās circuncisionē aliquid  
prodesse. Nam [circuncisio nihil est,] id est, nec  
prodest, nec obest ad salutē: [ & præputiū nihil  
est,] nec impedit, nec expedit: [sed obseruatio  
mādatorū dei] ualet ad salutē. Nam siue circū-  
cisus, siue præputiatus sit quisq;, si mandata dei  
custodierit, saluabitur: alioquin saluus esse non  
poterit. Nusquam Apostolus cōsuetudinē au-  
fert, quæ seruata nō impedit. monet tamē ne in  
I talibus spes salutis ponatur. Vnde & dicit ea ni-  
hil esse, & post subiungit repetēdo præmissam  
sententiā: [Vnusquisq; in qua uocatione uoca-  
tus est,] id est, in qua cōditiōe uocationi nō re-  
pugnante, [in ea permaneat.] Quod ad eas cō-  
suetudines uel uocationes uitæ retulit, quæ ni-  
hil obsunt fidei bonisq; moribus. Nō enim si-  
cut & latro erat quisq; cū uocatus est, debet in  
latrocinio permanere. Dico ut in eadē condi-  
tione maneat. Nā si [seruus uocatus es,] mane  
in eadem seruitute. [Non sit tibi curæ] quod  
seruus es, nō inde doleas, non inde sollicitus sis,  
cupiens inde solui. [Sed & si potes liber fieri,  
magis utere] seruitute quasi re bona & utili. Ser-  
uitus enim ualet ad humilitatē seruandam & ad  
patientiā exercendam. & qui in his terrenis be-  
ne seruit intētiōe seruandi iustitiā & humilita-  
tem, grande sibi meritū collocat apud deū non  
respicientē conditionē hominū, sed mētes &  
actiones. Ideo quasi bonā rem amplectere serui-  
tutē, nec putes nō posse te placere deo, si seruis  
homini: quia [qui in domino uocat<sup>o</sup> est seruus,  
libertus est domini,] id est, dominus Iesus libe-

ravit eum à seruitute peccati, quæ est deterior. K  
Nam si peccata seruos faciunt, cui peccata re-  
mittūtur, liber efficitur. [Similiter & qui] iuxta  
seculi conditionē [liber uocatus est] ad fidem,  
[seruus est Christi,] ut ei seruiat operando iusti-  
tiā, & ita uterq; est seruus. Superbiam abscondit  
Apostolus & uinitatē facit, ut neq; seruus pu-  
dore cōditiōis despectum se putet, neq; liber  
inflatione mentis elatus seruo se superponat.  
Verē seruus est Christi quisquis ad fidē uenit,  
etiā si liber apud homines iudicatur. nā [precio  
empti estis] omnes. i. sanguine Christi, quē pro  
uobis in cruce fudit, ut uos sibi seruos emeret,  
qui eratis male liberi. Maximū nanq; crimē est,  
esse liberū à deo: maximūq; profectus, ex libe-  
ro fieri seruū Dei. & quia uos sibi seruos emit,  
ideo seruite illi soli, & [nolite fieri serui homi-  
num,] ut propter homines postponatis Dei ser-  
uitiū, uel faciatis contra eius præceptū. Hi sunt  
enim serui hominū, qui humanis superstitioni-  
bus se subiiciunt: qui tantū hominibus pla-  
cere cupiunt, & Deo seruire negligunt. Sicut  
anteā fideles coniuges monuerat ne recederēt  
ab infidelibus, ita seruos quos in seruitute fides  
inuenit, hortatus est ne seruitutē relinquere cu-  
rarent. Nunc autē eos qui iam fidē perceperūt  
& semper liberi fuerūt, monet ut hominū serui  
amplius nō fiant, ne fortē retardētur à Dei ser-  
uitio, si se humano subdiderūt obsequio. Vnde  
& supradictā reiterat sententiā. dicēs: [Vnusquisq;  
q; ergo frater in quo] subauditur statu [uocatus  
est,] i. in hoc] statu [permaneat apud Deū], i. in do-  
mo Dei, quæ est ecclesia. Id est, si liber erat quā-  
do uocat<sup>o</sup> est, liber maneat: aut si seru<sup>o</sup>, maneat.  
Nō enim uocatio diuina cōditiōnē mutat, sed  
mores. Beatus autē Hieronym<sup>o</sup> aliter hęc iter-  
pretatur, & dicit quod ad superiorē disputatio-  
nē, in qua docuerat Apostolus fidelē ab infide-  
lib<sup>o</sup> nō debere discedere, sed permanere in ma-  
trimonio sicut eos inuenisset fides, & unūque-  
que uel cœlibem uel maritū ita durare ut esset  
Christi baptismate deprehensus, infert parabo-  
las circumcisus & ethnici, serui & liberi, & sub  
M metaphora eorum de nuptis disputat & innu-  
ptis. Circumcisus aliquis uocatus est? nō addu-  
cat præputiū. Eo, inquit, tempore quo uocatus  
es & credidisti in Christo, si circumcisus ab vxore  
uocatus es & cœlebs eras, noli ducere vxorē,  
hoc est, noli adducere præputium, ne circunci-  
sionis & pudicitie libertatē oneres sarcina nup-  
tiarum. Rursum in præputio quis uocatus est,  
nō circumcidatur. Habebas, inquit, vxorē cum  
credidisti? noli fidē Christi causam putare dis-  
sidij, quia in pace uocauit nos Deus. Circunci-  
sio nihil est, & præputiū nihil est, sed obserua-  
tio mandatorum Dei. Nihil enim prodest abs-  
que operibus cœlibatus & nuptiæ, cū etiam fi-  
des quæ Christianorū est, si opera nō habuerit  
morta esse dicatur, & hac lege uirgines quo-  
que Vestæ in sanctarū queant ordine numera-  
ri. Vnusquisq; in qua uocatione uocatus est, in  
ea permaneat. Quando credidit, inquit, siue ha-  
bebat, siue nō habebat vxorē, in eo permaneat  
quo uocatus est. Ac per hoc nō tā uirgines cogit  
nubere, quā repudia prohibet: & sicut ha-  
bētibus vxores tollit licētiam dimittēdi eas, sic  
virgi-

A uirginibus nubendi amputat facultatē. Seruus  
uocatus es? nō sit tibi curæ. Sed & si potes liber  
fieri, magis utere. Etiā si habes (inquit) vxorē,  
& illi alligatus es, & soluis debitum, & non ha-  
bes tui corporis potestātē, atq; (ut manifestius  
loquar) seruus vxoris es, noli propter hoc habere  
tristitiā, nec de amissa uirginitate suspires. Sed  
etiā si potes causas aliquas inuenire disidij, ut  
libertate pudicitie pruaris, noli salutē tuā cū  
alteri<sup>o</sup> interitu quærere. Habeto paulisper vxorē,  
nec pręcurras moratē, sed expecta dū sequi-  
tur. Si erigeris patienter, cōiunx mutabitur in fo-  
rorē. Qui enim in dño uocat<sup>o</sup> est seruus, liber-  
tus est dñi, Similiter qui liber uocatus est, seru<sup>o</sup>  
est Christi. Reddit causas cur nolit vxores de-  
feri. Idcirco, ait, præcipio ut i. Christū de gēti-  
litate credētes inita ante fidē matrimonia non  
relinquant, quia si vxorē habens credidit, non  
tanto dei seruitio detinetur, quanto uirgines &  
innuptæ, sed quodammodo est liberior, & ser-  
uitutis illi frena laxantur, & dū vxoris est, ut ita  
B dicam, libertus est dñi. pro quo, qui vxorē non  
habens credidit, & liber à seruitute cōiugij uo-  
catus à dño est, iste uere seruus est Christi, non  
carne, sed spiritu sancto. Qui enim adhæret do-  
mino, vnus spirit<sup>o</sup> est. Ac ne forsītā in eo quod  
supradixerat, seruus uocatus es, non sit tibi cu-  
ræ, sed etsi potes liber fieri, magis utere, suggil-  
lasse continentiam uideretur, infert sententiam  
quæ omnē amputet cauillationē: Precio empti  
estis, nolite fieri serui hominum. Redempti su-  
mus preciosissimo Christi sanguine, immolat<sup>o</sup>  
est pro nobis agnus, & aspersi calidissimo rore  
hyssopi omnē impetū noxiæ uoluptatis exco-  
ximus. Quibus in baptismate mortuus est Pha-  
rao & uniuersus eius suffocatus exercitus, cur-  
rursum A Egyptū quærimus, & post māna an-  
gelorum cibo: allia & cepe & pepones & car-  
nes uarias suspiramus? Hęc Hieronymus. Mar-  
itorū uerō & cōtinentium disputatione præ-  
missa, tadē Apostolus ad uirgines uenit, & ait:  
C De uirginibus autem præceptum do-  
mini non habeo, consiliū autem do, tan-  
quam misericordiam consequutus à do-  
mino, ut sim fidelis. Existimo enim hoc  
bonum esse propter instantem necessita-  
tem, quoniam bonum est homini sic esse.

De coniugatis dedi præceptū domini, quod  
acceperā ex euangelio, & subieci consiliū meū.  
Sed [de uirginibus non habeo præceptum do-  
mini,] quod uobis proferā, quia dñs nulla præ-  
cepti necessitate uirgines cōiugit sic permane-  
re, sed in arbitrio uoluntatis eorum posuit, ut si  
uellent nubere, uel uirgines permanerēt. Nā  
maioris est mercedis quod non cogitur, sed of-  
fertur. Quia si fuisset uirginitas ipeperata, nuptiæ  
uidebantur ablata: & durissimū erat contra na-  
turam cogere, angelorūque uitam ab homi-  
nibus extorquere, & quodammodo damnare  
quod condidit. Si enim uirginitatem dñs im-  
perasset, uidebatur nuptias condēnare, & ho-  
minum auferre seminarium, vnde & ipsa uirgi-  
nitas nascitur. Quæ si fuisset ipeperata, quisquis

eam non seruaret, damnaretur. Præceptum do-  
mini de uirginibus non habeo, [sed consiliū do.]  
Quia ubi præceptū, ibi necessitas est ser-  
uitutis: ubi uerō cōsiliū datur, ibi est arbitriū  
offerentis: ibi aliud facere non licet, hic autem  
licet. & ideo plus amat uirgines Christus, quia  
sponte tribuunt quod sibi non fuerat impera-  
tum. Maioris autem gratiæ est auferre quod nō  
debes, quā reddere quod exigeris. Cōsiliū do  
[tanquam] de præteritis meis erratibus [mi-  
sericordiā à domino consequutus, ut] deinceps  
[sim fidelis.] Vel hanc misericordiā consequu-  
tus sum, ut sim fidelis, quia per Dei misericor-  
diam mihi datū est, ut ab infidelitate exemptus  
sim fidelis: & ideo fidele est cōsiliū quod do,  
& à dño est, per cuius misericordiā fidelis sum.  
Verē do consiliū, quia istud, quod [existimo  
bonū esse hoc,] id est, uirginitatē seruare. Vel  
quia fidele possum dare consiliū, ergo existi-  
mo bonum esse hoc, ut quicumque poterit, uir-  
go permaneat: hoc inquam existimo bonū esse  
[propter instantē necessitatem,] quæ instat cō-  
iugia ineuntibus, quia deinceps semper neces-  
se est illis cogitare de temporalibus, & tunc in-  
tumescūt uteri fœminarum, atq; cum maximo  
dolore parturiunt, & cum grādī labore nutriūt  
filios: ac deinde accidit frequenter, ut filiis or-  
bentur & maritis, atq; reliquum in cgestate &  
calamitate ducant. Sed uirginitatis obseruatio  
bona est, non solum propter supernam mercedem,  
sed etiam propter huiusmodi instatē neces-  
sitatē. Vel propter instantem necessitatē,  
quia necessitas instat omnibus, ut se præparent  
ad aduentū iudicis, quod cōiuges minus facere  
possunt, dū curis mūdans occupantur. Propter  
huiusmodi necessitatē existimo bonū esse in  
uirginitate manere, [quoniam bonum est ho-  
mini sic esse,] id est, in uirginitate: quia non so-  
lum in futuro seculo gloriā, sed & in præsentī  
requiem & libertatem habet uirginitas.

Alligatus es uxori? noli quærere so-  
lutionem. Solutus es ab uxore? noli quærere  
uxorem.

Dixi quia bonum est homini sic esse, & tamē  
si [alligatus es uxori, noli quærere solutionem,] Matt. 5. 19.  
ut continenter uiuas, quia non licet uxorem di-  
mitti nisi causā fornicationis. Sed si [solutus es  
ab uxore,] tunc accipe meum consiliū ut nō  
quæras uxorem. Habet unusquisque nostrum  
terminos suos. redde mihi meū, & tu tene tuū.  
& si alligatus es uxori, ne des illi repudium: si  
solutus es, ne quæras uinculum. Ut ego nō so-  
luto coniugia, si semel ligata sunt, ita tu nō liges,  
quod solutum est.

Si autem acceperis uxorem, non pecca-  
sti: & si nupserit uirgo, non peccauit.  
Tribulationem tamen carnis habebunt  
huiusmodi. Ego autem uobis parco.

Dixi ne quæras uxorē. Sed tamen [si accepe-  
ris uxorem, non peccasti.] Aliud est nō pecca-  
re, aliud bene facere. Non enim male agit qui  
uxorem ducit, sed contra malam fornicationis  
K actionem



**G**actionē se munit. [Et si nupserit virgo, non peccauit.] Non illa virgo, quæ se semel dei cultui dedicauit. Harum enim si qua nupserit, habebit damnationē, quia primam fidem irritam fecit. **1. Ti. 5.** Virgines enim quæ post consecrationē nupserint, non tam adulteræ sunt quàm iniustæ. Ne autem videretur Apostolus in eo quod dixit, & si nupserit virgo, non peccauit, rursus cælibes ad nuptias reuocare, statim se refrenauit, & aliud inferendo infirmauit, quod cõcesserat, ac deteruit à nuptiis, dicens: [Tribulationem tamē carnis habebunt huiusmodi,] Id est, licet non peccent qui coniugia sortiuntur, tamen leuius sine coniugio possunt viuere, quia tribulationē carnis habebūt qui sunt huiusmodi, & nos ignari rerum putabamus nuptias saltem carnis habere lætitiā. Si autem nubentibus & in carne tribulatio est, in qua sola videbantur habere delicias, quid erit reliquum propter quod nubant, cum & in spiritu & in anima & in ipsa carne tribulatio sit? Nam & maiores tribulationes frequenter ex carne suscipiunt, qui carnis voluptatibus delectantur. Tribulationem habebūt. Sed [ego] dum consulo vitare hanc, [parco vobis, id est, nolo vos illam sentire, sed immunes ab ea esse. Vel parco vobis, id est, ostendo sic carnis tribulationem, quasi non maiora sint propter quæ nubere non debeatis.

*Hoc itaque dico fratres, tempus breue est, Reliquum est vt qui habent vxores, tanquam non habentes sint: & qui flēt, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Præterit enim figura huius mundi.*

**I** Quandoquidē parco vobis à tribulatione, vt non eam per nuptiarum implicamēta sustinere cogamini, [itaque fratres hoc dico vobis,] quia [tēpus] vitæ presentis [breue est:] nec adhuc populus dei propagandus est generatione carnali, sed iam recoligendus regeneratione spirituali, quoniā omnia in breui finiētur. [Reliquū est,] id est, hoc solum restat agendum, [vt & qui habent vxores] &c. Vxorem nanque habet, sed quasi non habēs est, qui scit sic debita carnis exoluere, vt tamen per ea mundo tota mente non cogatur inhærere. Nam cum Apostolus iste rursus dicat, Qui habet vxorem, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori: ille vxorē habet, quasi non habens, qui sic studet placere cõiugi, vt tamen nō displiceat conditori. Flet quoque, sed quasi non fleat, qui sic tēporalibus damnis affligitur, vt tamen de æternis lucris animū semper consoletur. Gaudet verò, sed quasi non gaudeat, qui sic de temporalibus hilarescit, vt tamen semper perpetua tormēta cõsideret: & in hoc quod mentem gaudio subleuat, hanc continuo pōdere prouidi timoris premat. Vxorē inquam, habet quasi non habēdo, qui sic per illam carnali consolatione vtitur, vt tamen nunquam ad praua opera melioris intentionis rectitudine

eius amore fleatur. Vxorem quasi non habendo habet, qui hæc trāsitória esse cõspiciens curā carnis ex necessitate tolerat, sed æterna gaudia ex desiderio spiritus expectat. Nō flēdo autē flere, est sic exteriora aduersa plangere, vt tamen nouerit internæ spei consolatione gaudere & rursus, non gaudento gaudere, est sic de infimis animam tollere, vt tamen nunquā desinat summa formidare. Emit autē, sed quasi nō possidet, qui ad vsum terrena præparat, & tamē cogitatione alta præuidet, quod citius hæc relinquat. Mundo quoq; vtitur, sed quasi non vtatur qui & necessaria cūcta exterius ad vitæ suæ ministeriū redigit, & tamen hæc non sinit suæ mēti dominari, vt subiecta foris feruiāt, & nunquā intentionem animi ad alia tendentis frangant. Quicumq; igitur tales sunt, eis profecto terrena omnia nō ad desiderium, sed ad vsum adsumt quia rebus quidem necessariis vtuntur, sed nihil habere cum peccato cupiunt. De ipsis quoque rebus habitis quotidie mercedes quarunt, & plus gaudent bono opere quā bona possessione. Taliter, inquit agere debetis. [præterit enim figura huius mundi.] Ac si aperte diceret: Noli te constanter mundum diligere, quādo ipse nō potest quem diligitis, stare. Incassum cor quasi manēter figitis, dum fugit ipse quem amatis: si mundus transit quo vniuersa clauduntur, imō figura & cōuersatio hæc mūdi quasi nubes præterit, inter cætera mundi opera & nuptiæ præteribunt. Ne que enim post resurrectionem erūt coniugia. Si autem mors finis est nuptiarū, cur necessitatem in voluntatem non vertimus: quod inuitis extorquendum est, cum spe præmiorum offerimus deo? Præterit figura mundi, non natura, vt in aliam speciem mundus vertatur, & de hoc veteri cœlo ac terra fiat cælū nouum & terra noua. Tunc enim figura mundi quotidie senescens perfecte præteribit, quando conflagratione mundana elementorū corruptibilitatem qualitates, quæ corporibus nostris corruptilibus congruebant ardendo penitus interibunt, atque ipsa mundi substantia qualitates habere incipiet, quæ corporibus immortalibus mirabili mutatione conueniant, vt scilicet mūdus in melius innouatus, apte accommodetur hominibus etiam carne in melius innouatis.

*Volo autē vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat deo. Qui autē cū vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Et mulier innupta & virgo cogitat, quæ domini sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mūdi, quomodo placeat viro. Porro hoc ad vtilitatem vestram dico, non vt laqueum vobis iniicē: sed vt ad id quod honestum est, & quod facultatē præbeat sine impedimento dominum obsecrandi.*

Mundi

**A** Mundi forma præterit, & hæc omnia temporalia. Sed ego [volo vos esse sine sollicitudine] tēporalium, quam habēt coniugati, vt possitis libera mente diuinis intendere. Nam [qui sine vxore est, sollicitus est] eorū [quæ sunt domini,] id est studet ieiuniis & orationib; humilitati ac misericordiæ cæterisque virtutibus, cogitans [quomodo placeat deo,] faciens ea quæ sunt illi grata. Sed [qui cum vxore est, sollicitus est] eorū [quæ sunt mundi,] vt habeat vnde pascat vxorē & filios, id est, studet multiplicare diuitias, & vineas agrosque fertiles & amplos, habere, variāq; supellectilē possidere, intendens [quomodo] per hæc [placeat vxori, & diuisus est,] id est, in multas partes sollicitudinū miseriarumq; distractus. Vel diuisus est, quia singulariter domino nō seruit, sed partim domino, partim seculo. Ex coniugiis quippe terrenæ sollicitudines prodeunt, & idcirco vitam cœlibē quisque magis debet eligere, ne propter coniugiū cogatur sollicitudinibus mūdānis intētus esse. Bonū est enim coniugiū, sed mala sunt quæ circa illud ex mundi cura succrescunt: & ideo nunc Apostolus cū ad cælibatus gratiam instrueret, non coniugiū spreuit, sed curas mundi nascentes ex coniugio repulit. Et quemadmodum de viro dictum est, simili modo & de scemina constat, quia [mulier innupta & virgo cogitat quæ domini sunt.] Nō omnis innupta, & virgo est: quæ autem virgo, vtique & innupta est. Hinc post mulierem posuit nunc Apostolus virginem, vt mulierem significatam nō esse virginem. Quamquā ob elegantiam dictionis potuerit id ipsum altero verbo repetere, mulier innupta & virgo: vel certe definire voluisse, quid esset innupta & virgo, ne & meretrices putarem innuptas, nulli certo matrimonio copulatas. Innupta & virgo cogitat quæ domini sunt. Non iā cogitat temporalia nec cogitat quæadmodum non puniatur à deo, sed quemadmodum placeat deo pulchritudine interiore, decore mentis, formositate interioris hominis. Vt nihil aliud esset, & nulla merces amplior virginem sequeretur, sufficeret ei hæc sola prælatio, cogitare quæ domini sunt, & ornare se spōso cælesti. Cogitat [vt sit sancta corpore & spiritu,] id est, carne & mēte. Nonnullę enim sunt virgines carne nō spiritu, quarū corpus integrum est & anima corrupta. Sed illa virginitas hostia Christi est, cuius nec mentem cogitatio, nec carnē libido maculauerit. Est enim sancta corpore & spiritu. Non quod nupta fidelis & casta & secundum scriptum subdita viro, non sit sancta corpore, sed tantummodo spiritu. Fieri enim non potest vt sanctificato spiritu, nō sit sanctum etiā corpus, quo sanctificatus vtitur spiritus. Sed ampliorē innuptarum & in corpore & in spiritu sanctificationem Apostolus his verbis intelligi voluit, non corpus nuptarū omni sanctificatione priuauit. Minor est enim diuina sanctitas ex ea parte curarū, quæ mundana cogitatur voluptas. Innupta, id est, vidua, & virgo cogitat quæ dei sunt. Sed [quæ nupta est,] cogitat ecōtrario ea [quæ mūdi sunt,] studens [quomodo placeat viro.] Lege enim maritali cōtristata, sollicita est quomodo impleat ius maritalis officij, subdita mundanis necessitatibus. Quic-

quid itaque intentionis animi etiam in his reb; impenderetur quibus placēdum esset viro, colligere quodammodo & redigere debet innupta in eam intentionem, quæ placendum est deo. Sed videmus virgines de seculo cogitare & matrimonio iunctas dominicis operibus studere. His virginibus non imputabitur sanctimonia à deo, & his nuptis erit merces apud deum. Similiter & de viris sentiendum est. Apostolus autē his loquitur, qui mira deuotione obsequi desiderant celestibus præceptis, ostendens quo cōpendio citius curritur ad deum, scilicet si cælibem vitam quis ducat, & solis diuinis studeat. Qui ne forsitan putaretur onus grauissimū castitatis imponere nolentibus, statim subiungit causas suadendi, & ait: [Porro hoc dico] continentiam suadeo, [ad vtilitatem vestram,] id est vt maiorem apud deum mercedem adquiratis, & leuius in hoc seculo viuatis, [non vt iniiciam vobis laqueum,] id est, non vt inuitos vos ad hoc constringam, & laqueus iste sit vobis occasio fornicationis, si incontinentes fueritis, [sed] suadeo [ad id quod honestum] & decorum [est] id est, sanctum & mundum, vt scilicet, homo sit corpore castus & animo: non quia coniugiū sit inhonestum aut turpe, sed quia hoc honestū sit, & suadeo ad [id quod præbeat facultatem obsecrandi dominum sine impedimento,] quod non est in coniugio, vel obsecrandi dominum sine impedimento coniugalibus operibus.

*Si quis autem turpē se videri existimat super virgine sua, quod sit superadulta, & ita oportet fieri, quod vult, faciat: non peccat, si nubat. Nā qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruare virginem suam, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit.*

Sicut de virginibus determinauit, sic & de patribus virginum determinat. Ego, inquit, ad cælibatum prouoco, quia hoc est honestius & expeditius. Sed [si quis] habens filiā virginem [existimat,] id est, timet [se] quandoque [videri turpem,] id est, infamē, super, id est, de [virgine sua,] eo quod sit superadulta, [id est, vltra pubertatem & ad nubendum iam diu matura,] & ita oportet fieri, [id est, oportet eam tradi nuptiis,] quia non vult se continere, atque in verbis eius & actibus lasciuia notatur, propter vitandam fornicationis opprobrium, [faciat] pater [quod] illa [vult,] id est, tradat eam marito. quia [non peccat] ipse, [si] illa [nubat,] cū sit iam superadulta & in desiderio nuptiarum. Ideo dico, si ita oportet fieri, non peccat, si eam tradat viro: quia qui non dat, sed in sanctimonia conseruat, bene facit. Aliud est autem non peccare, aliud benefacere. Declina, inquit, à malo & fac bonum. Illud declinamus, hoc sequimur: in altero vitium, in altero perfectio. Et hoc est, ille prædictus nō peccat,

K ij

peccat,

1. Sal. 36.

**G** peccat, id est, non facit malum: [nam] iste de quo subiungo, facit bonum: [Qui firmus,] id est, constantis & immutabilis, [statuit in corde suo, id est, proposuit in consilio suae rationis seruire virginitati suae in perseverantia virginitatis, [non habes necessitatem tradendi eam viro, cum illa non id optaret, sed [habens potestatem suae voluntatis] implenda, cum virgo non aduersaretur, sed assentiret huic paternae voluntati ut integra perseveraret, [& hoc] ille [iudicavit in corde suo,] id est, ex iudicio mentis bonum esse decrevit, & ex deliberatione rationis instituit [seruire] intactam [virginem suam,] non tantum non peccat in hoc, sed etiam [bene facit,] quia quod deo gratum est facit. Vel nomine virginis intelligatur caro. Si quis, inquit, considerat virginem suam, id est, carnem lasciuire & ebullire in libidinem, neque refrenare se potest, duplexque ei incumbit necessitas aut accipiendae coniugis, aut ruendi, quod vult, faciat: non peccat, si ducat uxorem.

**H** Faciat quod vult, non quod debet. Non peccat, si duxerit uxorem: non tamen bene facit, si duxerit. Nam qui statuit in corde suo firmus seruire virginem suam, id est, carnem in virginitate, ille bene facit. Deinde ab utroque infert Apostolus: Quandoquidem non peccat qui eam tradit viro quam oportet tradi, & bene facit qui eam seruat quam potest seruire, [igitur & qui virginem suam iungit matrimonio, bene facit:] quia licitum est quod facit: [et qui non iungit,] cum habeat potestatem voluntatis suae, [melius facit:] quia apud deum illi meritum collocat, & a seculi sollicitudine illum liberat. Nisi illaturus fuisset, melius facit, nunquam praemisisset, bene facit. Vbi autem bonum melius est, ibi boni & melioris non vnum est praemium. Et ubi non vnum praemium, ibi utique dona diuersa. Tantum ergo est inter nuptias & virginitatem, quantum inter non peccare & benefacere: imo ut leuius dicam, quantum inter bonum & melius. Finita disputatione coniugiorum & virginitatis, & inter utrumque; cauto moderamine praceptorum, ut nec ad dexteram nec ad sinistram diuerteret, sed via regia grade retur, & illud impleat, Ne sis multum iustus, rursus monogamiam digamiae comparat: & quomodo nuptias subdiderat virginitati, ita digamiam primis nuptiis subiicit, & ait:

1. Reg. 6.  
2. Re. 14  
4. Re. 22

Eccle. 7.

Roma. 7.

*Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuit. Quod si dormierit vir eius, liberata est a lege. Cui autem vult nubat, tantum in domino. Beatior autem erit, si sic permanserit secundum meum consilium. Puto autem quod & ego spiritum dei habeam.*

Non est peccatum si virgo nupserit. Sed quae vult nubere, audiat legem cui vult se subdere. [Mulier] enim [alligata est legi quanto tempore vir eius viuit,] nec potest a lege viri solui ut alteri nubat dum ille vixerit. Haec nanque alligatio non soluitur, etiam si per repudium adultera coniunx a casto coniuge separetur: nec habet licentiam ut alteri nubat, quoadiu siue castus siue

Nota.

moechus vir eius viuit. [Quod,] id est, sed [si dormierit,] id est, si mortis somnum gustauerit [vir eius,] qui in resurrectione est euigilaturus, [liberata est a lege] eius, ut possit alij nubere, si se non possit continere. Si dormierit, liberata est. Non dixit primus aut secundus, nec tertius aut quotuslibet, nec nobis definiendum est, quod non diffiniuit Apostolus. Vnde nec illas nuptias debemus damnare, nec eis verecundiam numerositatis asserere. Nam nec dominus in euangelio vlla suae sententiae significatione damnauit mulierem quae septem viros habuisse dicebatur, nec dixit in resurrectione electorum tales esse non posse. Quapropter nec contra humanam verecundiam sensum a deo (inquit Augustinus) dicere, ut quoties voluerit, viris mortuis, nubat foemina: nec ex meo corde praeter sanctae scripturae auctoritatem, quotaslibet nuptias audeo condemnare. [Cui vult nubat, tantum in domino.] Id est, ut & sine suspitione turpitudinis nubat, & religionis suae viro nubat. Neque enim vel virgo vel vidua permittitur gentili viro nubere. Dico nubat. Sed tamen [beatior erit, si sic] in nuptia [permanerit] post viri mortem [secundum consilium meum.] Beatior erit, si vidua permanserit: quia etiam si iterum nupserit, beata esse poterit seruando iustitiam. Beatior (inquit) erit, si sic permanserit. Continuo subiungit apostolicam auctoritatem, secundum meum consilium. Porro ne auctoritas Apostoli quasi hominis leuior videretur, addidit: [Puto autem quod & ego spiritum dei habeam.] Vbi ad continentiam prouocat, ibi non hominis, sed spiritus dei consilium est: ubi autem nubedi veniam dat, spiritum dei non nominat, sed prudentiae librat consilium, ita singulis relaxatis, ut vnusquisque ferre potest. Do consilium. Sed nolite hoc velut humanum contemnere, quia puto quod ego sicut alij apostoli, spiritum dei habeam. Id est, nolite putare quia ex me hoc ipsum sit. Quod dico, spiritus dei in me loquitur, quem contemni non expedit. Quod Apostolus dixit, Puto, dubitare videtur: sed ille increpat, non dubitat. Increpat contemptores suos, qui non putabant eum ista loqui per spiritum dei. Nam & homines de his rebus quas certas habent, aliquando increpatiuè dubitant, id est, verbum dubitationis ponunt, cum corde non dubitent, velut si quis indigne tur & dicat seruo suo, Contemnis me? Considera, forsitan dominus tuus sum. Sic & saluator non dubitat, sed increpat, cum dicit Iudaeis: Si crederetis Moyse, crederetis forsitan & mihi. Non dubitatuè, sed increpatiuè dixit, forsitan.

Matth. 22.

M

Ioh. 5.

CAPVT VIII.

*E his autem quae idolis sacrificantur, scimus quia omnes scientiam habemus. Scientia inflat, charitas vero aedificat. Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire. Si quis autem diligit deum, hic cognitus est ab eo.*

Ingre-

**A** Ingreditur illos corrigere, qui carnes idolis immolatas edebant, dicentes: Omnis creatura dei bona est, idolum vero nihil est, & hac imagine magis quam veritate rationis errabant. Nam ceteri qui simplices erant & idiotae, dum viderent istos idolothyta comedere, putabant in illis carnibus aliquid sanctitatis esse, sicque infirmabantur in fide. De nuptiis, inquit, & ceteris quae sunt hactenus tractata, quaesistis & docui: sed [de his quae sacrificantur idolis,] non fuit opus quaerere, quia de his scitis ut ego, quoniam [omnes scientiam] istam [habemus.] Perfectioribus loquitur, qui in sua scientia aliis erant scandalum id est, idiotis, quia bene sciebant idolum nihil esse, & nullum deum praeter Christum esse: ideoque licebat eis quantum ad se, creaturam dei comedere: sed tamen abstinere debebant, ne fierent infirmis causa offensionis: Quod enim illi per huiusmodi scientiam comedebant, alij ignari sub veneratione idoli manducabant. Scientiam habemus tam ego quam vos, quid fieri possit de carnibus immolatis. Sed non valet haec [scientia,] quoniam [inflat,] id est, facit vos superbire contra ignaros. Sed [charitas aedificat] infirmos, quae quod eis obesse potest, dimittit: & ideo charitatem habere melius est, non ventosam scientiam. Nam scientia inflat, charitas autem aedificat: quia cum charitas aedificando non erigit, scientia inflando peruertit. Per se enim inutilis est scientia quando sola sine charitate est: sed per charitatem utilis, quando ei charitas adiuncta est. Temperatur enim a charitate, ut non satis mera sit, & in ebrietate scientem, ut non se extollat. Sicut enim vinum non temperatum ex mixtione aquae mentem alienat, sic & superbum facit scientia, nisi charitate fuerit temperata. Tali scientia hi erant inflati, qui quoniam sciebant nihil esse idolum, contra salutem fratrum imperitorum, carnes sacrificiorum edebant, charitatem praeparatam oculis non habentes: quia debuissent carnes contemnere, ne scandalum infirmis facerent. Scientia nanque eorum destruebat animos imperitorum fratrum, putantium illic apud idolum aliquam gratiam, quando peritiores fratres interesse ibi & non horrere videbant. & ob hoc ait, Charitas aedificat, ut salutem fratrum studentes, scientiae legibus illic non vterentur, nec scandalum illis facerent. Scientia enim sine charitate inflat, quod vero charitas edificando impleuerit, nihil ibi inane inueniet scientia quod inflat. Scientia, inquit, vos inflat, ut despiciatis ceteros, & ideo non est utilis nec perfecta scientia. Nam [si quis] vestrum [existimat se] in hac re [aliquid scire, nondum cognouit] quomodo debeat [scire:] & ita non sufficienter scit, quoniam de scientia gloriatur, & si scit quod liceat sibi carnes vesci, non nouit quod ipse debet illa scientia sic vti, ne noceat aliis. Ita enim quisque debet scire, ut scientia sua sibi & aliis profit, non ut noceat. Nam qui per huiusmodi scientiam idolothyta comedit, scientia & comestio eius ad subuersionem infirmorum fratrum, & ad confirmationem infidelium proficit: & ideo non ita scit ut oportet. Sed [si quis diligit deum,] ad cuius dilectionem non potest peruenire nisi dilexerit proximum, [hic est cognitus,] id est, probatus & electus [ab eo.] De

enim dilectio in proximi dilectione probatur. **D** quia qui studet fratri prodesse, pro quo Christus mortuus est, ostendit se Christum diligere: & ideo dignus est ut deus illum dignetur cognoscere, qui reprobis dicit, Nescio vos. **Roma. 14.** **Matth. 7.** **15.**

*De escis autem quae idolis immolantur scimus quia nihil est idolum in mundo, & quod nullus est deus nisi vnus. Nam etsi sunt qui dicantur dii, siue in caelo, siue in terra, siquidem sunt dii multi & domini multi, nobis tamen vnus est deus pater, ex quo omnia, & nos in illum: & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.*

Exod. 20  
1. Cor. 8.1  
Iohan. 10

Quonia propter interpositionem non potuit exponere quid scirent de escis immolatis, facta interpositione, & osteso quod scientia sine charitate non sufficit, nec est utilis, sed noxia, redit ad rem, & exponit quid ipsi sciant de carnibus immolatis, propter quod licere sibi iudicabant eas comedere. Qui de scientia gloriatur, non nouit quomodo oporteat eum scire. Sed [de escis quae immolantur idolis,] scit ipse & nos quod licite sunt ad comedendum intelligentibus. Vel de escis quae immolantur idolis, [scimus,] id est scientiam istam habemus, quod scilicet nihil est idolum: & ideo licet escas manducare, quia non sunt ab idolis contaminatae, cum idolum sit nihil. Idolum est simulacrum humana effigie vel beluina seu volucrina factum & consecratum, iuxta vocabuli sui interpretationem. *Idolos enim Graece.* Latine forma seu species interpretatur. & inde per diminutionem dicitur *idolothyta*, id est, formula: & quia idolum (ut Apostolus nunc dicit) nihil est, idolum facit, qui illud facit quod non est. Quid est autem quod non est? Species quam non videt oculus, sed ipse sibi animus fingit, verbi gratia, ut si quis humanis membris caput canis vel arictis formet, aut rursus in vno hominis habitu facies duas fingat vel humano pectori postremas partes equi seu piscis adiungat. Haec & his similia qui facit, non similitudinem, sed idolum facit. Facit enim quod non est, nec habet aliquid simile: & idcirco Apostolus dicit, [quia nihil est idolum in mundo,] id est, inter creaturas mundi. Si enim consideremus omnes creaturas, quas deus fecit, nunquam inueniemus idolum a deo sic creatum. Materiam quidem ipse creauit, sed stultitia hominum hanc ei formam dedit. ideo secundum hoc quod a deo non est factum, nihil est, cum omnia deus fecerit. Nam & malum simili ratione nihil est, quia deus illud non fecit. Vel ad salutem nihil est idolum, sicut stulti putant qui ideo colunt illud, ut salutem aliquam illis conferat. Sed & quantum ad diuinitatem, nihil est idolum, id est, nihil diuinitatis in se habet ut coli debeat. Hoc scimus, [et quod nullus est deus nisi vnus] qui est incommutabilis trinitas & vere vnus tantum. [Nam etsi sunt qui dicantur dii,] id est, qui nuncupatiue, non essentialiter dii vocantur, **Iohan. 10.**

1. Cor. 8.

E

F

Iohan. 10.

K iij quia

**G**uia deus eis participationē sui per gratiā de-  
dit: [sive in cælo,] sicut beati angeli: [sive in ter-  
ra,] sicut prophete & apostoli. [siquidē sunt dij  
multi] tales, sicut angelici spiritus & sacerdotes:  
**Exodi. 7** [ & domini multi ] sunt illi spiritus, qui vocātur  
**Psal. 44** dominationes: & prædicatores, qui nōnunquā  
**Ioan. 12.** in scripturis appellantur domini: aut etiā secu-  
lares principes, qui dominiū exercēt super cæ-  
teros: quanuis, inquam, sint tales dij & domini,  
nobis tamē quantū ad cultū pertinet, vnus so-  
lummodo deus & dominus est. Non enim an-  
gelos vel homines sanctos, quāuis dij vocētur,  
colimus vt deos aut dominos. [Nobis tamen]  
ad colendum [est vnus deus pater, ex quo] sunt  
[omnia: id est, ex cuius bonitate & cōsilio pro-  
cesserunt omnia, & nos] fideles [in illū] respi-  
cimus. Bruta nanq; animalia & infideles homi-  
nes in terrā curuantur & terrena quærunt: nos  
verò per fidē & desideriuū tēdimus in eū, à quo  
descendimus. Et est nobis ad colendum [vnus  
domin⁹ Iesus Christus, per quē] sunt [omnia,]  
**Ioan. 1.** quoniam sicut & Ioānes asserit, Omnia per ip-  
sum facta sunt, [ & nos per ipsum ] sumus nō so-  
lum homines, sicut & cæteri, sed etiam boni ac  
sapientes. Vbi & spiritus patris & filij similiter  
colendus nobis intelligitur. Sed quia de diis &  
dominis loquebatur Apostolus, dixit nobis esse  
vnum deum patrem & vnum dominum fi-  
lium, quanquam & filius sit deus, atque pater  
sit dominus. Ad illa enim duo, id est, ad deos &  
dominos, subiecit ista duo, & idcirco tertium  
non addidit, id est, spiritum sanctum.

*Sed non in omnibus est scientia. Quidā  
autem cum conscientia vsque nunc idoli  
quasi idolothytum manducāt: & cōsciē-  
tia ipsorum cum sit infirma, polluitur.*

Nos quidem scimus quia nihil est idolum, &  
quod nullus deus nisi vna trinitas creatrix om-  
nium quā colimus: [sed nō in omnibus est] ista  
[sciētia,] id est, nō omnes hoc sciūt, sed nōnul-  
li putant aliquid numinis esse in idolis. Nō oēs  
hoc sciunt, sed potius [quidam] sunt inter vos,  
[qui vsq; nunc cū conscientia idoli,] id est, etiā  
nunc sicut ante conuersionē, putantes idolum  
esse aliquid, manducant cibū idolo sacrificatū,  
quasi idolothytum, id est, quasi per cōsecratio-  
nē idolo sanctificatum, & in spiritualem poten-  
tiā mutatū. Idolothytū enim dicitur, quasi ido-  
lo datum. Cōscientia illorum est idoli, id est, ab  
idolo possessa, vsque nunc, id est, etiā postquam  
ad fidē accesserunt: quia necdum ab errore ido-  
li mentem suam penitus abstraxerunt, & [quasi  
idolothytum,] id est, quasi idolo consecratum,  
māducant cibum illum cū reuerentia idoli: [ &  
sic conscientia ipsorum polluitur ] cōtaminatio  
ne idoli, non propter cibum, sed propter infir-  
mitatē suam: quia infirma est in fide, dum peri-  
clitātur ignari in vestra sciētia, dum cibos quos  
à vobis comedi vidēt, comedunt exēplo vestro  
vel autoritate. Mystice verò Corinthij, quoniā  
studiosi literarum græcarum erant & amatores  
philosophiæ, dogmata philosophorum quasi  
idolis immolata comedebant. Quæ tamen for-  
tasse lædere non poterāt eos qui plenam scien-

tiam veritatis acceperant. Qui autem in Chri-  
sto minus eruditi fuerant, si imitarentur eos le-  
gentes talia, & illis adhuc studiis operam dan-  
tes, vulnerari poterant, & diuerforum dogma-  
tum variis erroribus implicari. Sic ergo fieri  
poterat, vt inde læderentur indocti, vnde qui  
perfectam scientiam habebant, lædi nequibāt.  
Sed quoniā charitas non quærīt quod sibi vti-  
le est, sed quod multis, vt salui fiant, abstinē-  
dum nobis est à tali cibo doctrinæ, qui nos so-  
los ædificat & delectat, sed proximos offendit  
& lædit. Sicut enim sermo qui pietatem & iu-  
stitiam & veritatem docet, deo immolatus est  
id est, deo consecratus: ita & sermo qui ad im-  
pietatem & iniustitiam & errorē respicit, ido-  
lis immolatus est. Et qui eum recipit, quasi ido-  
lis immolata comedit. Sed iuxta priorem sen-  
sum, videamus sequentia.

*Esca autē nos nō cōmendat deo. Neque  
enim si māducauerimus, abundabimus:  
neque si nō māducauerimus, deficiemus.*

Infirmitas lædūtur nostra comestione. Sed [nos  
non cōmendat deo esca] illa, quia non ideo pla-  
cemus deo, quod escam idolis immolatā come-  
dimus pro eo quod nobis hanc esse licitam no-  
uimus. & idcirco respuenda est talis esca. Hac  
enim contempta, non vtique deerit quod eda-  
tur. Si autem sumpta fuerit, non abundabit ita  
vt nihil vltra requiratur. Ac per hoc (vt dixi-  
mus) abiiciēda est, cū sit fratribus scandalum,  
& nos sine illa possimus viuere. Vel non com-  
mendat nos deo, vt per hanc simus acceptabi-  
liores ei: quia [si manducauerimus eam,] non  
idcirco [abundabimus] in bono, vt sufficiat no-  
bis ad salutem, neq; [si non manducauerimus,]  
ideō [deficiemus,] id est, nō minuatur nostrum  
meritum apud deum.

*Videte autem ne forte hæc licentia ve-  
stra offendiculum fiat infirmis. Si enim  
quis viderit eum qui habet scientiam, in  
idolio recumbentem: nōne consciētia eius  
cum sit infirma, ædificabitur ad mandu-  
candum idolothytum, & peribit infirmus  
in tua scientia frater, propter quem Chri-  
stus mortuus est? Sic autem peccantes in  
fratres, & percutientes conscientiam eo-  
rum infirmam, in Christum peccatis.  
Quapropter si esca scandalizat fratrem  
meum, non manducabo carnem in ater-  
num, ne fratrem meum scandalizem.*

Vobis quidē licet edere de carnibus immo-  
latis, quia scitis eas esse creaturā dei, idolum autē  
nihil esse. [Sed videte ne forte hæc licentia ve-  
stra fiat offendiculum infirmis] in fide, id est, ne  
generet offensionē fratribus, qui adhuc nesciūt  
idolum nihil esse. Per hoc quod dicit, ne forte,  
ostendit quod ex licentia eorum potest infir-  
mis fratribus offendiculum contingere & non

**A** contingere. Et per hoc innuit, quia vbi nullum  
est offendiculum alicui, possunt vti licitis: vbi  
verò est offendiculū, ostendit omnino abstinē-  
dum. Cū enim praua æstimatio, inquātū sine  
peccato valet, ab intuentium mēte nō tergitur,  
cūctis mala credentibus per exemplum culpa  
propinatur. Vnde & plerunq; contingit, vt qui  
negligenter de se mala opinari permittunt, per  
semetipsos quidē nulla iniqua faciant, sed tamē  
per eos qui se imitati fuerint, multipliciter de-  
linquāt: & ideo recte nunc isti qui cibos immū-  
dos sine sui pollutione comedere poterant, ad-  
monētur ne sua hac comestione scādalum tēta-  
tionis fratribus infirmis moueant. Nā possunt  
inde fratribus scādalum facere. [Si enim quis]  
infirmus, nondum sciens idolum nihil esse, vi-  
derit eū qui habet rectā sciētiā, qua nouit idō-  
lum nihil esse, [recūbentē in idolio,] id est, co-  
medentē cum infidelibus carnes immolatas in  
præsentia idoli, [nōne] exēplo periti [cōscien-  
tia] ignari [cū sit infirma,] ædificabitur, id est,  
erigetur, [ad manducandū idolothytum,] id est,  
quasi ab idolo sanctificata, putans illic aliquid  
gratiæ esse, quia peritū fratrem vidit ea comede-  
re ne horrere? Quomodo enim putatis simu-  
lacris decipi posse homines, quæ à Christianis  
honorari putāt? Nā pagani dicunt in cordibus  
suis: Quare nos relinquamus deos, quos Chri-  
stiani ibi nobiscū colunt? & infirmi fratres, pu-  
cantur, vt nō solum ibi manducare, sed & sacri-  
ficare desiderent. Idolium est locus in quo ido-  
lis immolatur. & infirmus si quēlibet doctū vi-  
derit ibi cum infidelibus edere, putabit eū intel-  
ligere cibos illos aliquam sanctificationem ab  
idolo sumpsisse, & tali mēte incipiet illos com-  
edere. [ & ita peribit infirmus frater in tua sciē-  
tia,] quē viderit taliter recumbentē, peribit in-  
firmus, si contra vnus dei fidem comederit de  
sacrificatis, peribit in tua sciētia, id est, tua peri-  
tia illū occidet, dum à te fieri viderit quod ipse  
aliter intelligit: & tu eris occasio mortis eius,  
**C** [propter quē Christus] vt redimeret [mortuus  
est.] In tua sciētia, quam te dicis habere vt scias  
quia nihil est idolum, & animo cogitas deum,  
& sic recumbis in idolio, in hac sciētia perit  
infirmus: & ne contemnas infirmum propter  
vitium in quo infirmus est, audi quia frater est  
si firmus es, cura fratris infirmitatem. & ne etiā  
fratrem contēnas, adiungo, propter quē Chri-  
stus mortuus est. Quem si vis contemnere, pre-  
cium ipsius attende. Considera qui mortuus est  
propter ipsum, & non negligas Christum pro-  
pter infirmum, cū infirmum debeas diligere  
propter Christum. Vos, inquit, exemplo vestro  
ducitis in errorem infirmos, quod non est leue  
peccatum. Quia [sic peccantes in fratres &]  
exemplo vestri operis [percutientes,] id est, læ-  
dentes [consciētiā eorum infirmam, peccatis  
in Christum] qui pro illis mortuus est, & cuius  
membra illi sunt: & ideo nolite hoc peccatū cō-  
temnere, si non vultis deleri de libro vitæ. No-  
lite putare quod in homines peccetis tantum,  
& ideo leue sit, quia taliter in deum peccatis,  
cuius mēbra destruitis. Vel secundum alios co-  
dices, in Christo peccatis. Per hoc enim quod  
charitatis æmuli non estis, qua **CHRISTVS**

vos liberauit, peccatis in Christo, nō in Chri-  
stum. Quia iuxta hunc sensum, in Christū pec-  
care, est Christum negare: in Christo autē pec-  
care, est in his quæ Christi sunt peccare. Nā si-  
cut qui sub lege est, in lege dicitur peccare: ita  
& qui sub Christo sunt, in Christo dicitur pec-  
care. Et quia per prædictam comestione peccā-  
do in fratres, peccatis in Christum vel in Chri-  
sto, propter hoc [si esca mea scandalizat fratrem  
meum,] id est, offendit, & à bono proposito di-  
sturbat, [non māducabo carnem in æternum,]  
id est, nunquam manducabo carnem vllam, sed  
semper ab esu carnis abstinebo: non quod esca  
sit mala, sed [ne fratrem meum scandalizem tali  
comestione. Sic & vos debetis agere. Nā sicut  
vxorē licet habere, sed si fornicata fuerit, abii-  
cienda est: ita & carnem licet edere, sed si idolis  
oblata fuerit, respuenda est. Intantū enim chari-  
tati studendum est, vt & licita pro illicitis sint  
abiiiciēda, ne obsint fratri. Typice autem in eo  
quod dictum est, videte ne forte hæc licētia ve-  
stra & c. vsq;, propter quem Christus mortuus  
est, videtur Apostolus sub aliis verbis dicere:  
Ne legas philosophos, poētas, oratores, nec in  
eorū lectione requiescas, ne tali modo fratrem  
infirmū perdas. Nec nobis blandiamur, si in his  
quæ sunt scripta, nō credimus, cū aliorū con-  
sciētia taliter vulneretur, & putemus probare,  
quæ dum legimus, non reprobamus. Alioquin  
quale erit vt æstimemus Apostolum eius, qui  
vescebatur in idolio, conscientiam cōprobasse,  
& eum dixisse perfectum, quem sciret de ido-  
lothytis manducare? Absit vt ore Christiano  
sonet Iupiter omnipotēs, & mi Hercule, & mi  
Castor, & cetera magis portēta quàm numina:

## CAPVT IX.

*Non sum liber? nō sum apostolus?  
Nōne Christum Iesum dominū  
nostrum vidi? Nōne opus meum  
estis vos in domino? etsi aliis nō sum apo-  
stolus, sed tamen vobis sum. Nam signa  
culū apostolatus mei vos estis in domino.*

Incipit se proponere in exemplum, vt sicut  
ipse abstinet à licitis pro scandalo fratrum, ita  
& illi faciant, quasi dicat. Abstinet ab hoc lici-  
to propter fratrum utilitatem, quia ego habeo  
libertatem accipiendi stipendiā, & tamen non  
accipio propter aliorum salutem. Et hoc est  
quod increpatiuē dicit per interrogationem:  
[Non sum liber?] id est, nōne libertas est mihi  
data sicut cæteris apostolis, accipere stipendiū  
ex bonis vestris? & [nō sum,] id est, nōne sum  
[apostolus,] vt & mihi liceat quod apostolis?  
Verē sum apostolus. Quia [nōne **CHRIS-  
TVM** Iesum dominum nostrum vidi] in via  
vel in templo? Ac si dicat. Liber sum accipe-  
re, quia sum apostolus. Apostolus sum, quia  
**CHRISTVM** vidi. Apostolum se comprobat,  
quia occasione pseudo prædicatorū minus de  
eo sentiebant, & ad hoc comprobandū dicit se  
**CHRISTVM** vidisse, quia quidam dicebant  
illum



**G**illum non esse apostolum, quia nūquam viderat Christum. Siue liberū se dicit, quia nullius aliquid cōcupiuit, nec in adulatione docuit. Apostolus autem est, id est, missus à Christo dicente sibi: Ego ad gentes mittam te. Vidit enim illum non adhuc mortalem, sed iam clarificatum, quādo constitutus, est ab ipso apostolus, vt per hoc patefceret dignitas apostolatus eius. Vere, inquit sum apostolus, quia vos estis opus mei apostolatus. [Nōne] enim [vos opus meum estis in domino?] id est, nōne ego apostolus hoc operatus sum, vt vos fitis in domino? [Etsi alius,] id est, Iudæis [non sum apostolus, vobis tamen sum,] qui per me credidistis. Qui de Iudæis crediderant, & legē adhuc carnaliter obseruabant, hūc esse negabant apostolum, quia ipse libera voce prædicabat legem amplius carnaliter nō oportere seruari. Ceteris enim apostolis propter scādālū ab hac re dissimulātibus, hic aliter docere videbatur, & ideo ab illis Iudæis non recipiebatur. Vobis, inquit, sum apostolus. Nam signaculum, id est, signum & iudicium] apostolatus mei vos estis [per me credentes [in domino.] Hoc est, forma apostolatus mei quasi similitudo sigilli expressa in vobis apparet, dū habetis ea, quæ alij fideles per alios apostolos habent.

**H** *Mea defensio apud eos qui me interrogant, hæc est.*

Hæc scilicet [defensio,] quā dixi, [est mea apud eos qui me interrogant,] vtrū sim apostolus id est, ostendo illis fidē & religiosam vestrā conuersationē, quā me docente consecuti estis, sicque per opera defendor esse apostolum contra eos, qui hoc negabāt de me: & ita per vos apostolus esse cōprobor apud illos qui inde dubitabāt, ideoq; nō cōuenit vt & vos inde dubitetis.

*Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, sicut & ceteri apostoli & fratres domini & Cephas? Aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi?*

Ideo suprā dixi me esse liberū, quia [nunquid] ego & mei [non habemus potestatem manducandi & bibendi] quæ nostra sunt? Habemus vtique hanc potestatem, sicut ceteri apostoli. Potestatem habemus à Christo, non iussionem huius rei, quia dominus permisit, non iussit prædicatoribus, vt acciperet sumptus, vt si quis eos non acciperet, maiorem inde mercedem acquireret: sicut & virginitatem laudauit, non præcepit, ad cumulum gloriæ eorum qui eam seruauerunt. Et [nunquid non habemus potestatem circumducendi] nobis [sororem mulierem?] in prædicatione, id est, Christianam & sanctā mulierem, vt ministret nobis de facultatibus suis? Nunquid non possumus hæc facere si volumus, [quemadmodum ceteri apostoli & fratres domini & Cephas?] id est, Iacobus Alphæi & Thadæus, qui fuerūt cognati saluatoris, hoc est, ex so-

rore virginis Mariæ, & Petrus qui est princeps K apostolorum? Nā nec ipse Petrus refutabat sum <sup>Matth. 13.</sup> ptus oblatos à sceminis, sicut nec dominus <sup>Marc. 6.</sup> refutauerat. Mulieres enim desiderio doctrinæ celestis ministrabant eis & sumptus & seruitia, vt non indigerent his quæ ad necessitatē vitæ huius pertinet. Ideo plus erat mulieres circumducere quā <sup>Luce. 8.</sup> ab auditoribus alimenta percipere, quia mulieres indumenta & quæque necessaria præbebāt. Nec omnino reprehensibile iudicabatur hoc, maxime apud Iudæos. Et hæc, inquit, potestas nōne & nobis est cōcessa sicut ceteris apostolis: [Aut solus ego & Barnabas,] quia placet nobis ex labore manuum nostrarum viuere, [non habemus potestatem hoc operandi?] id est, hoc faciendi, scilicet stipendia sumendi, & mulieres circumducendi? Nos duo soli nō possumus hoc agere, cum omnes hoc agant? Non reprehēdit alios, sed eorū more sibi probat licere quod eis erat licitum. Putabant enim nōnulli Corinthiorum, quod non liceret ei sumptus accipere sicut ceteris, quoniam de labore suo viuebat, & inde minoris eum dignitatis aestimabant, nec apostolum esse credebant, dicentes apud se: Quia si esset apostolus, stipēdia sumeret vt omnes apostoli. Contra quos ipse nunc loquitur, ostēdens se esse apostolum & potestatem habere sumendi stipendia, sed nolle sumere. & ne coapostolos reprehendere videatur quia abstinet, subiungit.

*Quis militat suis stipendiis vnquā? Quis plantat vineam & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?*

Per has similitudines humanæ consuetudinis ostendit rationabiliter, quia sibi & alijs prædicatoribus licet accipere sumptus. Nam & ipsi spiritualiter Christo regi militabant, & ideo à Christianis plebibus tanquam à prouincialibus stipendia sumebant. Ipsi ecclesiam quasi vineam plantabant, & idcirco de fructu eius merito comedebant. Ipsi gregem ouium Christi doctrina veritatis pascebant, & ideo iure de gregis lacte, id est, de cibis eius temporis accipiebant. Paulus tamen qui hæc loquitur, suis stipendiis militabat, & de fructu vineæ à se plantatæ non edebat, nec de lacte potabat gregis quem pascebat. Nullam enim in præsentī vita retributionem sumere volebat, vt in futuro seculo plenam de omnibus mercedem reciperet. Qui præmissis similitudinibus, subdit:

*Nunquid secundū hominē hæc dico? An & lex hæc nō dicit? Scriptum est enim in lege Moysi: Nō alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est deo? An propter nos vtique hæc dicit? Nam propter nos vtique scripta sunt. Quoniā debet in spe qui arat, arare, & qui triturat, in spe fructus percipiendi.*

Dico quia miles debet à rege stipendia cōsequi, & agricola de fructu vineæ carpere, & licet

**A** humanis similitudinibus vtat, [nunquid] tamē [hæc dico secundum hominē?] id est, nūquid sequor in his humanam similitudinē? [An & lex [dei hæc] quæ dico [non dicit?] Vtique dicit hæc eadem. [Scriptū est enim] in lege Moysi: [Nō alligabis os boui trituranti,] id est, nō prohibebis prædicatorem viuere de prædicatione. Cōcordare mōstrat supradictas rationes diuinæ sententiæ, vt intelligamus quia non sine causa respuit accipere sumptus, quando tot documentis ostendit & dandum & accipiendum esse. Sed ne ad literam accipiat hæc sententia, subiūgit: [Nūquid de bobus cura est deo?] Quod non sic intelligitur, tanquā non ipse pascat animalia bruta, & volatilia: quæ nō serunt, neque metunt, neque congregant in horreum: sed quia ei cura non est præcepto monere hominem, quomodo boui suo cōsulat. Nunquid ergo de bobus cura est deo, vt de his in lege præciperet? [An propter nos] qui sumus boues eius, **B** [hæc dicit?] Nos enim trituramus, id est, in area mundi ferris nostræ prædicationis comminimus paleas infidelitatis & vitiorum, & separamus ab eis grana fidei cæterarumque virtutum, vel credentes ab infidelibus tanquam à paleis grana discernimus. Et ideo iustum est vt non prohibeamur ex area, quam trituramus, cibos sumere. [Nā propter nos vtique sunt] hæc [scripta] in lege. Et vere propter nos spirituales boues. [Quoniam] ille [qui arat,] id est, qui corda subiectorū vomere prædicationis ad fidem aperit, [debet arare in spe,] id est, sperans fructum sui laboris cosequi. Non quod hæc sit eius intentio, vt propter eius expectationem, id est, temporalis cibi prædicet, sed quod certus sit nō defore sibi victum, si in prædicatione laborauerit. Similiter [ & qui triturat,] id est, grana discernit à paleis, hoc est, virtutes à vitiis, debet hoc agere [in spe percipiendi fructus] stipendorum. Historialiter quidem fit trituratio, quando boues aut equi super segetes collectas & in area collocatas, missi fuerint ad eas cōterendas & grana excutienda, sicut moris est in quibusdam regionibus. Prædicatores autem quando infidelium corda sciunt ac vomere prædicationis excolunt, & ad suscipiendum fidei semen erat, tunc demum terram ad semen gratiæ excipiendum præparāt, & ab inculta solitudine, id est, ab incredulorū multitudine separant: & qui prius arant in cōuersione, postea triturāt in instructione: quia per assiduam correctionem & instructionem non localiter, sed moraliter bonos à malis sequestrant. Tamen & ante fidem trituratio fit, cū ab infidelibus quis per susceptionem fidei separatur: atque post fidem, cum in ipsa ecclesia fit inter bonos & malos quædam moralis discretio per prædicantiū instructionem. & de hac ecclesia loquitur nunc Apostolus, quæ fit quādo alij respuūt, alij corriguntur, alij in peius proficiunt.

*Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Si alij potestatis vestra participes sunt, quare non potius nos? Sed non*

*visi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculū demus euāgelio Dei.*

Adhuc probat per rationes, quia licet stipendia sumere. [Si nos,] inquit, [seminauimus vobis,] id est, inchoauimus primi vestris mētibus spargere [spiritualia,] id est, quæ à spiritu sancto data sunt, & vestrum spiritum viuificant, vt fructificent in vobis sicut in bona terra, [magnum est si metamus] ad sustentationem nostri corporis [vestra carnalia] stipēdia? Quasi dicat: Non est magnum, sed minimū, si tradentes vobis eterna, percipiamus à vobis temporalia. Itē à minori probat hoc ipsum. [Si alij,] inquit, [sunt participes vestræ potestatis,] id est, tā potenter vtuntur vestris rebus vt vos ipsi, [quare non potius nos] id agimus, qui vestræ salutis causa fuimus? Quæ sunt autem spiritualia quæ seminauit, nisi verbum & ministerium sacramenti regni cœlorum? Quæ verò carnalia, quæ sibi licere mereri dicit, nisi hæc temporalia quæ vitæ atque indigentia carnis indulta sunt? Quæ potenter ab eis sumebant etiam alij, qui nō eis primo euangelium annunciauerant, sed ad eorum ecclesiam id ipsum prædicantes postea venerāt. Vnde subiicit: Si alij potestatis vestræ participes sunt, id est, potestatis quæ prædicatoribus concessa est in vos, vt vtatur bonis vestris, cur non potius nos? Vel istos alios intelligamus pseudo apostolos, qui bona eorum deuorabāt, cū nihil vile eis cōtulissent. Ecce, inquit, probatum est, quia potestatem habemus sumendi stipendia. [Sed tamen non visi sumus hac potestate,] id est, nō accipimus sumptus vt poteramus. Tunc enim quis vtitur sua potestate, quādo quicquid pertinet ad illum, accipit, & à nullo suæ potestatis vult abstinere debito. Nos verò non ita fecimus, [sed omnia sustinemus,] id est, famem & sitim & nuditatem libētissime toleramus, [ne demus aliquid offendiculū euāgelio Christi,] id est, ne per nos euangeliū impediatur currere. Minus enim curreret ad cor vestrum, si suspicaremini nos illud prædicare propter commodum terrenum. Vel si dedissetis nobis aliquid, putaretis forsitan vos emisse licentiam prædicandi, & nobis minueretur libertas arguendi. Vel si debitos sumptus acciperemus, iam pseudo apostoli nostro exemplo liberè acciperent, & sic in prædicatione durarēt. Aut si mulierē circumduceremus, inde posset oriri non bona suspicio. Talibusque modis impediretur cursus euangelicæ prædicationis.

*Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt? & qui altario deseruiunt, cum altario participant? Ita & dominus ordinauit his qui euangelium annunciant, de euāgelio viuere.*

Iterum redit ad probationem, modisq; omnibus etiam atque etiam commendat, quid sibi liceat & tamen nō facit. Licetū est, inquit, mihi sumptus

Actū. 22

H

Matt. 10.

Luce. 9.

1. Tim.

Matt. 19.

Deut. 25.

1. Tim.

Rom. 15.

Matt. 10.

Luc. 9.

10.

sumptus

**G** sumptus ex prædicatione sumere sicut ministrātib<sup>9</sup> apud Iudæos in sanctuario licet de rebus sanctuarij viuere: quia & naturalis ratio hoc habet. vt vnusquisq; inde viuat, vbi laborat. Nam [nescitis quoniam] hi [qui in sacrario,] id est, in tabernaculo vel tēplo operātur] sicut ministri & artifices, edunt ea [quæ sunt de sacrario,] id est, quasdā oblationes quæ offeruntur in eo pertinentes ad ipsos? & nescitis quia [qui altario deseruiunt,] sicut sacerdotes & leuitæ [participāt cum altario?] id est, partem accipiūt de his quæ offeruntur in altari, & sicut antiquo more apud Hebræos antiquos hæc fiebant, [ita & domin<sup>9</sup> Iesus ordinauit] in nouo testamēto, id est, ratio nabiliter disposuit, [his qui euangeliū annūciēt id est, prædicāt, de euangelio viuere,] id est, victum habere, vt expeditiores sint, cum de corporali cibo solliciti non fuerint. Hoc ordinauit, id est, tali ordine disposuit dominus, vt dantes spiritalia, sumerent carnalia, quādo dixit: In eadem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt. dignus est enim operarius mercede sua. Nō quod ideo quisque debeat euangelizare vt māducat sed ideo māducare vt euangelizet. Nā qui propterea euāgelizat vt manducet, vilius habet euangelium quāam cibum. Postquā verō multis similitudinibus & exemplis atque rationibus & autoritatibus ostendit Apostolus sibi licere necessaria sumere, subiungit, dicens:

*Ego autem nullo horum vsus sum. Non autem scripsi hæc, vt ita fiant in me. Bonum est enim mihi magis mori, quāam vt gloriā meam quis euacuet. Nā et si euāgelizauero, non est mihi gloria. Necessitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi est, si non euāgelizauero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Quæ est ergo merces mea? vt euāgelium prædicās sine sumptu ponam euangelium, vt non abutar potestate mea in euangelio.*

Tot, inquit, exemplis & autoritatibus cōstat me licenter posse stipendia sumere. Sed tamen [ego] non sum vsus aliquo horū exemplorum vel autoritatum siue rationū, vt facerem quod facere his posse demonstror, id est, vt ex prædicatione sumptus & alimēta perciperem. Nullo horum vsus sum. Sed nec vti volo, quia [non] ideo [scripsi hæc] licere mihi, [vt ita nunc fiant in me, id est, vt amodo mihi necessaria quæque dentur à subditis: & si ego propter aliorum salutē à debitis sumptibus & necessariis omnibus abstiniui & abstinco, saltem tanto exēplo vos ab immolatis carnibus abstinete, ne multos fratrum præcipitatis in interitum. Ob hoc etiam noluit Apostol<sup>9</sup> accipere sumptus, ne esset forma mercenarij & pseudo apostolis. Erant enim iā multi, qui occasionem habere cupiebant acquirendi terrena & vendendi euangelium: quibus eam volens amputare, victum membris suis quasi-

uit. Sed & propterea noluit à discipulis stipendium vel aliud quid sumere, ne per hoc acciperent fiduciam delinquendi, & vigor euangelicę autoritatis in illo torpesceret. Parcebat etiā in hoc illis, vt nō esset eis onerosus, si de bonis eorum viuere. Nolo, inquit, vt hæc ita fiant in me. Nam [magis bonum est mihi mori,] id est, magis opto mori [quā] sustinere [vt quis] dando [euacuet gloriā meam,] quā pro hac abstinentia habere volo in Christo apud deum, cōpaties in firmis dum nihil ab eis sumo. Vere taliter euacuaretur & inanis fieret. [Nam] si ideo [euāgelizauero vt ad illa perueniam, & finem euangelij in cibo & potu & vestitu collocauero, [non est mihi gloria] apud deum, sed ex eorum numero sum, de quibus dictum est, quia receperunt mercedem suam. Et quare non est mihi gloria? Quia [necessitas] sustentandæ huius vitæ [incumbit mihi,] vt ideo euangelizem, quia vnde viuam non habeo, vt adquirem temporalem fructum de prædicatione æternorum. Sic enim iam necessitas in euangelio erit, non voluntas. Et vere necessitas incumbit, quia [væ mihi est] si non euāgelizauero,] id est, malo meo non euāgelizabo, quia fame cruciabor, & vnde viuam non habeo. Vere non est gloria euāgelizare pro corporis necessitate. Nam [si hoc ago volens,] hoc est, sine vlla vitæ huius succiendæ necessitate, apud deum [habeo mercedem] glorię sempiternæ. [Sed si inuitus,] id est, cogente necessitate id facio, [dispensatio est mihi credita,] vt aliis dispensem euangelium ad profectum eorum, ego autem mercedem illam apud deum gloriosam non habeam? Hoc enim loco talis dispēsator intelligitur, qui alienum dispenset, vnde ipse nihil accipiat. Dispensatio est mihi credita tanquam inuito seruo, vt tanquā alienum erogem, & nihil inde capiam præter cibaria, quæ non de participatione regni sed ad sustentaculum miseræ seruitutis dantur extrinsecus. Et quia si volens euāgelizo, mercedem apud deum habeo [ergo quæ est merces mea,] quā de prædicatione habere cupio, cum nullam inde mercedem terrenā recipere velim? Hæc scilicet est merces mea, vt ego [euangeliū prædicās sine sumptu, ponam] in cordibus hominum [euangeliū,] id est, vt non sit credentibus sumptuosum euangelium, ne putent ad hoc sibi euāgelizari, vt id euāgelistę quasi vendere videantur. Hanc mihi eligo mercedem, vt gratis ponam in auditorū mentibus euangeliū, [vt nō abutar in euangelio potestate mea,] quā dominus concessit accipiēdo stipendia, ne quod impedimentū generet euangelio. Si enim stipendia sumerem, vnde euangelium impediretur & tardius iret, iam meæ potestatis abusus fieret: quoniam sumendo illa, contra hoc ad quod potestas ipsa fuit mihi concessa, facerem. Hactenus multifarie demonstraui licere sibi sumptus accipere, quos tamen non accipiebat. Iam verō quia infirmitati hominum compatiens à debitis sumptibus abstinerebat, ostendunt sequentia, cum dicit:

*Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, vt plures lucrificarem*

*Acerem. Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer his qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, cum ipse non essem sub lege, vt eos qui sub lege erant, lucrificarem: his qui sine lege erāt, tanquam sine lege essem, cum sine lege dei non essem, sed in lege Christi essem, vt lucrificerē eos qui sine lege erant. Factus sum in infirmis infirmus, vt infirmos lucrificarem. Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos. Omnia autem facio propter euangelium, vt particeps eius efficiar.*

Hanc, inquit, solam mercedē in hac vita quaero, vt gratis ministrē cunctis euangeliū. [Nam cum essem liber ex omnibus,] id est, cum sic ab omnibus essem separatus, vt nihil illis deberē, nec vilius merita me possent ad hoc deducere, vt illis verbum vitæ ministrarem, spōte me inclinauit à domino exaltarer, & [me seruum omnium feci,] sicut ipse dominus dixerat: Qui cunque voluerit in vobis primus esse, erit omnium seruus. Liber erā ex omnibus, id est, nulli quicquam debens, cum nihil ab aliquo suscepissem, vnde sibi obnoxius essem ad exhibendam seruitutem: & tamē pro Christo me feci seruū omnium, vt cōmodis omnium deseruirem: & hoc ideo, [vt plures ad fidem cōuertendo [lucrificerē,] id est, lucrū eos prædicationis meæ facerem, & idcirco me modificaui omnibus. Quia [factus sum Iudæis tanquam Iudæus,] id est, ita compassus sum eorum cæcitate & miseria, ac si Iudæus essem, & in eadem cæcitate & miseria cū eis detinerer. Hoc est dicere: Quantum dolorē ac sollicitudinem haberem de infidelitate & ignorantia & morte mea, si rem ipsam sicut esset animaduertere possem, tantū habui de Iudæis, vt Iudæos lucrarer. i. vt sic ad fidem eos adducerem, subueniens eis sicut mihi subuenire vellem. & [his qui sub lege sunt,] id est, Samaritanis vel prædictis Iudæis fact<sup>9</sup> sum, quasi [sub lege essem] .i. misericorditer eis cōdoluī, & eos à iugo seruitutis eripere laboraui, sicut mihi rectē vellem condoleri & me eripi, si vnus ex illis essem. Ita per cōpationem misericordiæ factus sum eis quasi sub lege essem, [cū ipse non essem sub lege] seruiliter. i. cū eam nō seruare carnaliter, [vt] tam pia condescensione [lucrificerem,] id est, lucrū Christo acquirerē [eos qui sub lege erant.] Nequaquam doctor egregius vt quasi Iudæus fieret, ad perfidiam erupit, nec quasi sub lege esset, ad carnale sacrificium rediit: sed condescendendo appropinquauit infidelibus, non cadēdo, vt videlicet singulos in se suscipiens, & se in singulos transfigurans compatiendo colligeret, & impediret illis ea quæ impendi sibi ab aliis rectē voluisset: & tanto vniciq; erranti concurreret, quanto salutis eius modum ex propria consideratione didicisset. Non rediit ad carnale sacrificium, vt

illud exhibendo putaret se aliquid iustificatio - nis aut salutis inde consequi. Alioqui propter vitandum scandalū, Hierosolymis veterem sacrificiorum morem seruauit. Neq; simulādo fecit hoc, vt nonnulli putauerunt, sed secundum liberam sententiā suam qua dicit, Circūcisus qui vocatus est? non adducat præputium. i. nō sic viuat quasi præputium adduxerit, sicut alio loco dicit, Circūcisio tua præputium facta est. Secundum hanc sententiā fecit illa, quæ non intelligētibus & parum attendentibus finxisse putatus est. Iudæus enim erat, & circūcisus vocatus, noluit adducere præputium. i. noluit ita viuere ac si circūcisus nō esset. Hoc enim iam in potestate habebat. & sub lege quidē nō erat, sicut illi qui eam seruiliter custodiebant, sed tamen in lege Christi, quæ est & ipsa quā Iudæi tenebāt, erat, vt liberē adimpleret eam. Qui vtera eius sacramenta inter Iudæos celebrans, hoc modo illa vsq; ad certi temporis dispensationem à Deo iussa esse commendauit, & à sacrilegis sacris gentium distinxit. Nam & in hoc factus est Iudæis tanquam Iudæus, & sub lege positus tanquam sub lege esset: quia hoc Hierosolymis fecit & alibi Timotheum circūcidit & à cibis quos lex prohibet abstiniuit inter Iudæos, ac semper apud eos de lege & prophetis disputauit asserēs eorum testimoniis aduētum Christi. Qui vniuersa hæc & his similia idcirco faciebat, vt eos qui de lege erāt, Christo adquireret, non vt aliquid iustificationis iam in illis ceremoniis æstimaret. Qui & subiungit: [his qui sine lege erant,] id est, gentilibus, factus sum [tanquam sine lege essem, cū nō essem sine lege dei, sed essem in lege Christi, vt lucrificerem eos qui sine lege erant.] In eo quippe factus est gentilibus tanquam gentilis, quod præputium recipit, quod indifferenter permisit velci cibis quos damnant Iudæi, quod eis assensus est secundum physicas rationes mundum esse factū à deo, & huiusmodi cōdescensionibus. Notandum quod Iudæos sub lege dicit esse, se autē in lege, paganos verō sine lege. Aliud est autem esse sub lege, & aliud in lege. Qui enim sub lege est, secundum legem agit, & ille seruus est, hic autem liber. Qui verō sine lege est, ab omni seruitute diuina alienus est, vt sicut onager in solitudine presentis seculi malè liber viuat. Vtriusq; autē, id est, eis qui sub lege, & illis qui sine lege erāt, se testatur Apostolus congruisse per misericordiam scilicet & compassionem, non per versipellē simulationem, id est, vt eo modo subueniret carnali Iudæo vel pagano, quomodo sibi ipsi si hoc esset subueniri rectē voluisset, portās utique eorum infirmitatē in compassionis similitudinem, non fallens in mendacij fictione, sicut continuo sequitur & dicit: [Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrificerē.] Hinc enim loquebatur, vt etiam omnia illa superiora diceret. Sicut ergo quod factus est infirmis infirmus, non erat mendacium, sic & cætera quæ præmisit. Quā enim dicit infirmitatem suam erga infirmos fuisse, nisi compatiendi eis in tantum, vt ne videretur venditor euāgelij, & verbi dei cursum apud imperitos in malam suspi-

**G**cionē decidēs impediret, nollet accipere quod ei iure dominico debeatur? Eo enim ipso factus est infirmus, quo potestate sua uti noluit. Tam misericorditer scilicet indutus affectu, ut cogitaret quemadmodū secum agi vellet, si & ipse ita infirmaretur, ut posset de illis per quos sibi euāgeliiu prädicaretur, si eos videret sumptū accipere, quasi mercimoniorum nundinas suscipere. Sic ergo illis qui corde infirmabantur, factus est infirmus compassione misericordiae, nō simulatione fallaciae. Nam & qui ministrat ægroto, fit tanquam ægrotus, non cū se febres habere mentitur, sed cū animo condolentis cogitat, quemadmodum sibi seruii vellet si ipse ægrotaret. Iuxta quem sensum vniuersaliter subiungit: [Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem saluos.] Quasi dicat: Quid diutius per partes enumerare singula? Breuiter cōprehendo, omnibus omnia factus sum .i. quasi omnium sectarum essem. Omnibus omnia factus est, non mentientis actu, sed compatientis affectu, id est, nō omnia mala omnium faciliter agendo, sed aliorum omnium malis omnibus tanquā si sua essent, misericordis medicinæ diligentiam procurando. Cogitabat enim, ut homo, in eis vitiis etiam se esse potuisse, vnde cupiebat alios liberare: & ita subueniebat illis, sicut sibi vellet subueniri, si ipse in eisdem vitiis esset. In se enim personas omnium pie transfigurans, ex semetipso discebat qualiter vnicuique misereri debuisset, quatenus hoc singulis impederet, quod sibi ipse, si ita esset, impendi recte voluisset. Ita, inquit, me cōtempo omnibus, non quod mihi errores & vitia eorum placeāt, sed [omnia] hæc prædicta [facio] conformans me vnicuique [propter euangelium, ut particeps ei<sup>9</sup> efficiar,] id est, ut particeps fiam bonæ intentionis, quam habet euangelium erga salutem hominum. Vel omnia quæ dixi facio erga singulos quosque propter euangelium, ut possim eis illud dulciter inferre, & ego fiam particeps remunerationis eius.

*Nescitis quod hi qui in stadio currunt, omnes quidē currunt, sed vnus accipit brauium? Sic currite vt comprehendatis. Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.*

Idcirco omnia facio propter euangeliū, quia nō aliter ero particeps eius. Necessē enim mihi est vt omnia quæ faciendā sunt faciam, & ab omnibus à quibus abstinendum est abstinēam, quoniam aliter euangelij coronam & remunerationem habere non potero. Quod euidenter apparet in hac similitudine quam nunc propono. Nullus enim in stadio brauium accipit, nisi qui omnia quæ faciendā sunt fecit, & hoc omnes mundana consuetudine potestis scire. Quia an [nescitis quod hi qui currunt in stadio, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium?] Licet enim omnes ibi sint in cursu & labore simi-

les, tamē omnes inaniter currūt, præter illū solū qui accipit brauiū, quod est præmiū cursus. Stadiū autē constat centū viginti quinque passibus. Sed hoc loco, siue minus siue magis longitudo habeat, vocatur stadiū illud viē spaciū, per quod vsq; ad metā quandā solebat fieri cursus, vt postquā veniretur ad metā, esset stādū. Vnde stadiū à stando nomē accepit. Brauiū autem genus est palmæ, vel præmiū quod currētibus proponitur. Oēs currūt, sed vnus qui currēdo cæteros vincit, accipit brauiū: quia fecit omnia quæ pertinet ad cursum, & abstinuit ab omnibus quæ impediūt. Sic & ego brauiū supernæ remunerationis adipisci nō potero, nisi omnia quæ currentibus faciendā sunt fecero, & ab omnibus quæ contraria sunt abstinuero. Similiter & vnusquisq; vestrū de se sentiat & legitime currat. Nā oēs quidē currūt, sed vnus accipit brauiū. Currunt enim Iudæi, currunt hæretici, currunt nōnulli Christiani qui ad vitā nō sunt prædestinati: quia omnes isti in fine præmiū sperant se adepturos, & ad illud tendunt per vitæ præsentis stadium. Sed vnus prædestinatorū Christianorū populus qui legitime currit accipit brauiū: quoniam sola vnitas eorū qui sunt corpus Christi, palmam cōsequitur. & quia nō oēs qui currūt, accipiūt brauiū, ideo [sic currite] faciēdo quæ ad cursum pertinet, & vitādo quæ impediunt, [vt cōprehēdatis] illud. Cautos & expeditos vos esse cōuenit i currēdo, ne forte cōtingat nō cōprehendere præmiū ad quod curritis. Nō enim oēs cōprehendūt illud. Currite credēdo, sperādo, desiderando, bene operādo, corpus affligēdo, orādo, amādo, & quibusque bonis studiis insidēdo. Ita quidē est de his qui currūt. Sed de his qui pugilātū audiamus. Nā cursor quisq; festinat ad brauiū, sed [omnis qui in agone cōtēdit, ab omnibus se abstinet] .i. omnis pugil qui in certamine pugnat, ab omnibus se abstinet .i. ab efcis & cæteris quæ impediūt agonē .i. certamē. Sic & omnis Christianus qui in arena huius mūdi cōtra diabolu luctatur ab oībus quæ Christianū ad terrā implicāt, debet abstinere. Nā & ideo chrismate sum<sup>9</sup> vncti quia luctatores sum<sup>9</sup> efficit: & ppter ea sicut illi qui in arena luctātur, nudi sunt, ita & nos à mundanis rebus spoliati esse debemus, vt amando nihil possideam<sup>9</sup> in hoc seculo: quia nec maligni spūs cōtra quos est nobis lucta, quidq; in eo propriū possident. Nudi ergo cū nudis .i. nihil possidētes cū nihil possidētibus luctari debemus si eis succūbere nolumus. Armis tamen virtutū indui studeam<sup>9</sup>, quibus & ptegamur, & aduersarios feriam<sup>9</sup>. Sicq; pugiles & luctatores imitemur, qui se intātū ab oībus agoni suo noxiis abstinet, vt & nocturnā pollutionē, quæ p somnū accidere solet, diligēter cauere studeāt, ne per hāc molliores in certamine fiāt. [Et illi quidē] abstinet, & pugilātū [vt corruptibilem coronā] ex floribus contextā cū laude & mercede cito periturā accipiant, [nos autē] ob hoc abstinemus & pugnamus vt [incorruptam] .i. æternā percipiamus coronā. & idcirco diligētiore esse debem<sup>9</sup>, quibus nō terrenis & marcētibus florib<sup>9</sup>, sed æterna cōferta gēmis in modū regij diadematis corona spiritalis seruatur.

Ego

**A** Ego igitur sic curro, nō quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans. Sed castigo corpus meū & in seruitutē redigo, ne forte cū aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

Seipsum proponit Apostolus cæteris in exemplum. Quādoquidē, inquit, in stadio vitæ præsentis est nobis cursus & certamen, atq; victori proposita est incorruptibilis & æterna corona, [igitur ego,] qui (sicut suprā dictum est) omnia propter euāgelium facio, [sic curro,] id est, tam legitime, tā alacriter, tam expedite cursum boni operis exequor, vt [nō quasi in incertū] tendam, quia certus sum de corona. Ille enim currit in incertum, qui talia facit, vt ex quibusdam sperare, & ex quibusdam possit desperare. Sed ego ex omnibus quæ post conuersionē feci, certitudinē bonæ spei tenēs, nō curro velut in incertum, sicut illi qui currūt ad seculare brauiū, nec si poterūt illud accipere sunt certi. ego [sic pugno] cōtra diabolū, vt [nō sim quasi aërem verberans,] id est, non inaniter pugno sicut ille, qui iactat ictus icassum, & pro hoste ferit aërē.

Scilicet nō verbis, sed rebus cōtendo, quia non sum de illis prædicatoribus, qui dicunt & non faciunt. Quātūcūq; enim prædicator fundat verba, gladius oris eius nō peruenit vsq; ad læsionē hostis, sed vox inanis & ociosa reputatur, si ipse prædicationi suæ cōtrarius existat. Quia qui aliter facit quā prædicat, suspectos facit audiētes vt de promissis dubitent: & ideo malum de cordibus eorū nō valet expellere, nec hostē qui in eis habitat, lædere. Ego autē non vacuos ictus verborū in aduersariū iacto, sed vt illum possim lædere, castigo ieiuniis & afflictionibus corpus meum, vt & exemplum abstinētiæ dem aliis: & ideo nō quasi aërem verberans pugno, quia dum carnē restringo, ipsis abstinētiæ meæ ictibus nō aërem, sed diabolū verbero: & dū

hoc quod intra me est subiicio, extra positum aduersariū ferio. Corpus verò castigare, est ieiuniis reprimere illud, & ea illi dare, quæ ad vitam proficiant, nō ad luxum. [Corpus meum] per abstinētiā [castigo,] ne per lasciuā insolescat, [ & in seruitutē illud redigo: ] vt nō perficiat suam, sed spiritus voluntatē: & in omnibus feruiat spiritui, non repugnet. Ideo sic corpus refreno, [ne forte] si aliter egero, contingat quod adhuc contingere potest, quādiu sum in hac mutabili vita, scilicet ne [cū] ego [aliis prædicauerim,] & in partē electionis illos per doctrinam meam adduxerim, [ipse] male viuēdo [efficiar reprobus,] id est, à Deo reprobatus, & à gaudiis cœlestibus quæ prædico, alienus. Certē iam de hoc Apostolo voce dominica dictum fuerat, quoniam vas electionis mihi est, & tamen adhuc ipse castigans corpus suū, metuit ne reprobetur, licet suprā dixerit, sic curro, nō quasi in incertum. Ita enim certus est de præmio, vt timeat illud amittere: & ita metuit amittere, vt certus sit de eo. Et cū iste quē Deus vas electionis esse testatur, sic metuat reprobus fieri, quid de nobis miseris erit, qui nullā adhuc Dei vocē

de electione nostra audiimus, & iam in ocio quasi de securitate torpemus? Omnia enim quæ nunc de se dixit, ideo locutus est, vt nos similiter agere suo exēplo doceret, scilicet vt sic strenue cursum recti operis agerem<sup>9</sup>, quaten<sup>9</sup> de perceptione futuri præmiū spem certā haberemus: & sic cum antiquo hoste pugnarem<sup>9</sup> castigantes corpora nostra, vt nō aërē, sed ipsūm hostē ceteris ictibus abstinētiæ nostræ feriremus, ne forte per subreptiam vitia reprobi adhuc efficeremur, & reprobationem adhuc posse contingere, probat exemplo Iudæorum, cum subiungit.

## CAPVT X.

*Olo enim vos ignorare fratres quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escā spiritalem māducauerunt, & omnes eundē potū spiritale biberunt. Bibebant autem de spiritali consequēte eos petra, petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo. nam prostrati sunt in deserto.*

Hoc nanq; exēplum de priori populo ideo proponit, vt in Christianorū populo nullus in eo solo confidens quo baptizatus est, & escā ac potum corporis & sanguinis domini percepit, putet sibi Deum parcere si peccauerit: sed tunc omnia hæc cognoscat sibi profutura, si deo humiliter obedire perseuerauerit. Quasi dicat: Currere & pugnare sicut ego, debet oīs Christianus, quādiu in stadio vitæ mortalis est: & metuere, ne post omnia bona quæ diuinitus accepit, fiat adhuc reprobus, nec perueniat ad brauium pro quo currit, sicut videmus quod Hebræi qui nos præfigurauerunt, post transitum maris & cœlestē escā, quia Deum peccatis suis offenderūt, ad terrā promissionis velut ad propositum brauiū peruenire nō potuerūt. [Nolo enim vos ignorare,] id est, nolo vt ignoretis oī [fratres, quoniam patres nostri,] id est, Hebræi antiqui institutores nostræ fidei & moralitatis, [omnes] tam boni quā mali cum egredierentur de Aegypto, priusquā mare transirēt, [fuerunt sub nube,] quæ nō sinebat exercitū Aegyptiorū ad eos accedere, & significabat præsidiiū supernæ protectionis. [ & omnes pariter mare transierunt,] in quo persecutores eorum perierunt. [ & oēs in Moyse,] id est, in ducatu Moyfi [baptizati sunt in nube & in mari,] quia submersis hostibus suis erepti sunt à morte, quod præstat baptismus: & purgati sunt à peccatis prioribus, vt vltra nō imputarētur illis: & mūdāti ab ignorātia Dei, quæ premebat omnes gētes, vt idonei forent accipere diuinā legem. Baptizati sunt, quia signum baptismi acceperunt, quod tantundem valuit eis credentibus, quātū valet nobis ipse baptismus. & deinde [omnes] similiter boni ac mali [manducauerunt eandem

Num. 9. Exodi. 13

14. 16. 17

Num. 20.

E

Num. 14

F

Num. 9.

Exo. 13.

Exod. 14

Exod. 16.

escam



**G**escam spiritalē, id est, manna spiritali virtute paratū. Omnes eandē escam comederunt, quia nō aliam saluandi & aliam perituri manducauerunt, sed omnes eandē. Simili modo [ & omnes biberunt eundē ] nō diuersum, [ potū spiritalē, ] id est, aquam de petra productam spiritali gratia. Manna enim & aqua illa dicuntur nūc spiritalis cibus & potus, quia non mundi lege, sed Dei virtute sine elemētōrū cōmixtione ad tēpus creati sunt, habētes in se figurā corporis & sanguinis domini. Vnde & manna vocatum est panis angelorum, quia virtute qua angeli subsistunt creatū est, significans eū qui ait: Ego sum panis viuus qui descendi de cōelo. Vel eandem escam corporis Christi, quam nos in pane manducamus, ipsi manducauerūt in manna: & eundem potum sanguinis Christi, quē nos ex calice bibimus, ipsi biberunt ex petra, & ideo spiritalē manducauerunt eandem quam & nos, corporalem verō alteram. Quia visibilem escā spiritaliter intellexerunt, spiritaliter esurierunt, spiritaliter gustauerunt, vt spiritaliter satierentur. Nam & nos accepimus visibilem cibum. sed aliud est sacramentum, aliud virtus sacramenti. Similiter potum spiritalē percipiunt eundem quem & nos. nam corporalem aliam. Sed hunc spiritalē potum non vndeunque bibebant, sed [ de spiritali petra, ] id est, de Christo. Sicut enim cibus & potus ille fuit spiritalis, simili ratione fuit petra spiritalis, quæ potum manauit spiritalē. Bibebant de petra [ cōsequente eos, ] id est, satisfaciēte desiderijs eorū, quoniā consecuta est eos abundātia suę largitatis, prius siti cōfectos, & ad Moysen clamantes, dum satiauit eos sic, vt amplius tunc nō quærerent potum. Vel sequebatur eos per desertum petra spiritalis: quia vbi deficiebat eis humanum suffragium, aderat Christus. Qui ideo sequebatur, vt vbi homo defecisset, ille subueniret. Non enim petra, sed Christus aquam dedit. Qui & nunc similiter suos per subsequētem gratiam comitari nō desistit post baptismum, velut post maris transitum. Bibebant de petra, sed [ petra erat Christus. ] Non est dictum, petra significabat Christum: sed, petra erat Christus, quia sic solet loqui scriptura, res significantes tanquam illas quæ significantur, appellans. Omnia enim, significantia videntur quodammodo earum rerum quas significant, gerere personas: & ideo tanquam hoc esset, dictum est, petra erat Christus: quod vtique per substantiam non hoc erat sed per significationē. Propter firmitatē, petra dictus est Christus. Qui duobus lignis crucis affixus, profudit ex suo latere sacramenta nostræ salutis, quibus interior sitis nostrā potaretur: sicut petra illa bis percussa, dedit aquam vnde populus ille satiaretur. gemina enim percussio, duo ligna crucis significat. Ecce oēs pariter hæc omnia Dei beneficia consecuti sunt, sed nō omnes pariter ad salutem peruenerunt. Quia [ non in pluribus eorum beneplacitum est Deo, ] id est, plures eorum non bene placuerunt Deo post hæc omnia, sed grauitē displicuerunt: quod inde patet, quia [ prostrati sunt in deserto, ] nec peruenerunt ad terram promissæ hæreditatis. Ca-

ueamus itaque ne & nobis similiter contingat. K Omnia enim illa beneficia quæ ipsi diuinitus acceperunt, spiritaliter sunt eadem quæ & nos accepimus. Aegyptum nanque interpretari no uimus afflictionem, vel affligentem, vel comprimētem, siue tenebras, & sæpe poni in imagine huius seculi, à quo spiritaliter recedendum, ne simus iugū ducentes cum infidelibus. Quod fit per primum calorem fidei. Sic enim quisq; Ierusalem cœlestis fit ciuis i doneus, cū primum huic seculo renunciauerit, quomodo ille populus in terram promissionis induci nō potuit, nisi prius ab Aegypto recederet. Sed sicut ille non inde discessit, nisi diuino præsidio, ita nemo corde ab hoc seculo auertitur, nisi dominicæ misericordiæ munere præuētus & adiutus. Quem & nubes protegens comitatur, quæ procul arceat exercitum Aegyptiorū sequentium: quia catechumenus per fidem quam recepit, habet gratiam Dei obumbrantem velut nubem, quæ non finit ad illum accedere priusquam consuetudinem vitiorum, quæ diabolo instigatē subsequitur illum, sed in aqua baptismatis extinguitur velut in mari rubro. Aptē enim per mare rubrum baptismus designatur, sanguine Christi cōsecratus. Mors enim Aegyptiorum in mari, significat abolitionem peccatorum in baptismo. Israëlita transeuntes, præsignant eos qui nunc baptizantur, & tali mysterio patres illi omnes de Aegypto egressi fuerūt sub nube, & omnes mare transierunt, ac in Moysē baptizati sunt in nube & in mari. Moyses Christū significat, nubes spiritum sanctum, mare aquam baptismi. Dicuntur ergo in Moysē baptizati in nube & in mari, velut si dicerentur in Christo baptizati in spiritu sancto & aqua. Postea ducti sunt per desertū. Similiter & nunc baptizati omnes, nondum perfruentes promissa patria regni cœlorum, sed quod non vident sperantes, & per patientiam expectantes, tanquam in deserto sunt. In quo pascuntur manna, & potantur aqua de petra, id est, corpore & sanguine Christi. Nā sicut ille populus ante transitum maris non potuit manna comedere, sic nemo valet ante baptismum corpus redemptoris accipere. Deinde sicut Hebræis data est lex, ita fidelibus ostenditur sublimitas scientiæ charitatis Christi. Sed qui post hæc omnia criminaliter peccauerint, ad cœlestem patriam non peruenerunt, nisi congruā egerint pœnitentiā: sicut Iudæi qui propter culpas suas ad terrā promissionis nō peruenerunt, sed in deserto perierūt. et si enim in aliquibus, non tamen in pluribus eorum beneplacuit Deo. Cōmunia fuerunt omnibus illis sacramenta, sed non cōmunis gratia. Ita & nunc baptismus nobis omnibus cōmunis est, sed non virtus baptismi. commune nobis est sacramētum corporis & sanguinis domini, sed non communis virtus sacramēti. Nō ergo solis sacramentis confidamus, quia his solis ad regnum cœleste non peruenerimus, si bona operari neglexerimus, aut si saluatorem more veterum offendere non timuerimus.

*Hæc autē in figura facta sunt nostri, vt non simus cōcupiscentes malorum sicut*

*Acut & illi concupierunt: neque idōlolatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.*

Iudæi post maris transitum, post angelicum cibum & spiritalē potum, quia grauitē Deū offenderunt, ad promissam hæreditatē nō peruenerunt, sed in deserto perierūt. Sed hæc quæ de illis narrantur, facta sunt tunc in figura nostri, qui eramus futuri: quoniam in illis præfiguratum est quod nos si post baptismum, si post dominici corporis & sanguinis cibum & potū similiter peccauerimus, ad cœlestem patriam nō peruenerimus: sed in hoc seculo maligno morietes, ad pœnas inferni ducemur, quas pœnæ illorum præsignabāt. Caueamus igitur similiter offendere, ne talia patiamur in veritate, qualia illi pertulerunt in imagine. [ Hæc ] enim [ vt dictū est ] [ facta sunt in figura nostri, ] vt nos metu pœnarum, quæ illis acciderunt, corrigamur. [ vt nos simus cōcupiscentes malorum, ] id est, concupitores vitiorum, [ sicut & illi concupierunt. ] per concupiscentiam enim desiderauerunt cibos Aegypti, quos reliquerant dum manna pascerentur cœlestis missio. & p̄ esu carniū flentes murmurauerūt. Caueamus & nos illecebras gulæ, ventrisque ingluuiem, ne similibus epularū concupiscentiis pereamus. [ Neque idōlolatræ efficiamini manducātes in idōlio, [ sicut quidam ex ipsis, ] manducantes corā vitulo. Neque idōlolatræ efficiamini, id est, nō ædificetis ad idōlolatram exemplo vestri infirmam fratrum cōscientiam, qui videntes vos in idōlio recumbere, putant quod ibi honorē idōli comedatis. Non efficiamini idōlolatræ, sicut facti sunt omnes Iudæi, sed quidam ex ipsis idōlolatræ facti sunt, adorātes vitulum aureum, dum Moyses in monte quadraginta diebus cum domino moraretur, [ quemadmodum ] in Exodo [ scriptum est: Sedit populus ] ante vitulum [ manducare & bibere, & ] cū acres facti essent ex cibo & potu, [ surrexerunt ludere, ] id est, ludos facere in vituli veneratione. Surrexerunt ludere, id est, coram vitulo saltare. Vel ludere, id est, vitulum adorare. Quid enim lusui puerili tam simile, quā idōla colere? Cauete igitur ne & vos similiter coram idōlo nunc sedeatīs manducare & bibere, & infirmos excitetis ad lusum idōlolatriæ.

*Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderūt in vna die vigintitria milia. Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierūt. Neque murmuraueritis, sicut quidam eorū murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.*

Neq; in idōlolatram declinemus, postquā

de tenebris infidelitatis educti sum⁹, vt illi declinauerunt, postquam de Aegypto, vbi seruiuerunt idōlis, fuerant eduoti. [ Neque fornicemur ] cū paganis mulieribus, ne per eas ad cultum idōlorum seducamur, [ sicut quidam ex ipsis fornicati sunt ] cum filiabus Madiam, & comederunt de sacrificijs earum, adoraueruntq; deos ipsarū. & hoc factum est consilio Balaam. Videte ne vos similiter consilio pseudo apostolorum decipiāmini, qui vestram perniciē moliantur, sicut Balaam filios Israël perdere machinabatur. Nam propter hanc fornicationem [ ceciderunt in vna die ] gladio [ vigintitria milia ] quoniam Moyses statim præcipit iudicibus Israël, vt occideret vnusquisq; proximos suos, qui initiati fuerant Beēlphégor, & occisa est tāta multitudo eorum. Vbi præfigurātū est, quod etiam viros in dilectione & in obseruantia decalogi perfectos & in fide trinitatis, si fornicati fuerint, occident eos in iudicio futuro quasi in vna die iudices Israël, id est, apostoli. Nam per decem intelligitur decalogus legis: per viginti i. per geminationem denarij numeri, exprimitur gemina dilectio, quæ legē facit impleri: per tria, fides trinitatis: per mille, p̄fectio. & ita [ sicut diximus ] per vigintitria milia designantur illi, qui in dilectione & præceptorum diuinorū obseruatiā & fide sunt perfecti: sed caueant fornicationem, quia propter hanc solam in infernum cadere possunt in die iudicij. [ Neq; tentemus Christum, ] diffidentes de eius auxilio, & fastidientes eius spiritalē cibum, ne malignis spiritibus perimēdi tradamur, [ sicut quidam eorum tētauerunt ] illum, [ & à serpentibus perierunt. ] Nā sicut scriptura refert, tēdere cœpit populum itineris ac laboris, locutusque cōtra dominum & Moysen, ait: Cur eduxisti nos de Aegypto vt moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ. Anima nostra iam inanis nauscat super cibo isto leuissimo. Quāobrem misit dominus in populum ignitos serpentes. Ita enim Christum tētauerunt, dum loquerentur contra dominum, qui est ipse Christus, & contra Moysen famulum eius, propter tædium viæ longioris & laboris & penuriā cibi crassioris, cū velut pro nihilo manna ducerent. Ac per hoc Christus comprobatur esse Deus qui iam ab illis est tentatus. Quibus ipse ad significanda peccata, quorum veneno inuisibiliter moriebantur, visibiles serpentes quibus admonerentur, immisit. & plaga emendatoria mortes animarum mortibus corporū figurauit. Caueamus & nos ne Christum simili modo tentemus, loquentes contra eum & cōtra prælatum quem ipse nobis dedit, cur nos eduxerit de Aegypto, id est, de tenebrosis seculi voluptatibus, dum affligimur in solitudine conuersationis huius, & penuriam sustinemus corporalis victus, cū spiritalis abundet: & tædet nos itineris ac laboris, dum per patientiā diu nolumus expectare quod non videmus sed cupimus ad regnum peruenire cito sine laboris vilius tolerantia. Nam cū per multas tribulationes oporteat nos intrare in regnum cœlorum, si tribulationes in via longanimiter sufferre respicimus, iusto Dei iudicio trademur ignitis

**G**ignitis serpentibus, id est, malignis spiritibus, qui nos igne vitiorum inflamment, & animas nostras veneno peccatorum inficiant & extinguant. Notandum etiam quia sicut Iudaei Christum in Moysse contempserant, sic Corinthij contemnebant eum in Apostolo, dum male loquerentur de Apostolo duce suo, sicut Iudaei de Moysse. & ideo nunc tali exemplo vult eos compefcere. Qui & addit: [Neque murmuraueritis.] Murmurabant enim contra maiores suos, quibus inuidebāt charismata meliora, vel etiam contra ipsum Apostolum. Ne murmuraueritis, inquit, [sicut quidam eorum murmurauerunt,] id est, iniuste de praepositis suis conqueſti sunt, & ideo [perierunt ab exterminatore,] id est, ab angelo qui extra terminos promissae terrae percussit eos, vel extra terminos sortis electorum misit. Nam Chore & socij eius murmurauerunt contra Moysen & Aaron, quod non diuina electione, sed quasi per seipſos praelati essent populo: & idcirco sic exterminati sunt, vt viui descenderēt in infernum, disrupta terra sub pedibus eorū. Propter quod & sequenti die murmurauit contra Moysen & Aaron multitudo filiorū Israēl, dicēs: Vos interfecistis populū Dei. & ob id egressa est ira a domino in eos, & vastati sunt incendio. fueruntque qui percussi sunt, quatuordecim milia hominū, absque his qui perierant in seditione Chore. Ita propter murmuraciones suas, quibus falso de rectoribus suis cōquererentur, perierunt, & de medio multitudinis exterminati sunt per angelū administrantē pœnas eorū. Videte ergo ne & vos similiter cōtra me murmurātes, vel cōtra quoslibet vobis superiores aut prelatos, similiter, imō deterius pereatis. Nō enim est ambiguū, illos peccantes plus subiiciendos tormētis, quibus peccantium pœnæ ad hoc relatæ sunt, ne peccarēt.

Exodi. 15  
16. & 17  
Num. 14.  
19. & 17

Iudith. 8.

Num. 19.

ibidem.

**I**ta post maris transitum & caelestem cibum propter varias offensiones suas variis modis perierunt. Sed [hæc omnia cōtingebant illis in figura,] quia tunc figurabatur, quod pro similibus culpis perire possumus post baptismum & corporis Christi sacramentū. Nā quod in pluribus eorū nō fuit beneplacitū Deo, & prostrati sunt in deserto, praefigurauit quod nūc in populo Christianorum multi quidē sunt vocati, pauci verō electi. Lata enim via quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui vadunt per eā. nec in illis beneplacitū est Deo. Quod illi mala cōcupierunt, & corde in Aegyptum redierūt figurabat quod carnales Christiani erant mala desideraturi, & mente ad seculi relicta vitia redituri. Quod quidam ex illis idololatræ facti sunt, quod quidam fornicati sunt, quod quidam Christum tentauerunt, quod quidam murmurauerunt, significabat quod quidam ex Christianis erant in idololatriam casuri, & quidam

Matt. 20.  
Matt. 7.

fornicaturi, & quidā Christum tētaturi, & quidam murmuraturi, & inuisibiliter pœnas eorū passuri. Vnde non omnes illi, sed quidā ex ipsis memorantur hæc mala fecisse: quia nec omnes Christiani, sed quidā similia nunc faciūt: & qui modō vetustas illorū culpas imitantur, necesse est vt & pœnas ipsorū patiantur. In figura ergo cōtingebant illis hæc omnia. Sed [scripta sunt ad correptionem nostram,] id est, vt corrigamur auditis culpis & pœnis eorum, atq; caueamus esse de illis qui similia faciunt & patiūtur. In figura continebant omnia sub veteri testamento, & ideo iam nō opus est vt cum res manifestas agimus, figurarum prænunciatiū celebrationi seruiamus, id est, vt sabbata custodiamus & ciborū differentias & his similia. Sed tamen scripta sunt propter nos, & ideo magna nobis cura sunt legēda & intelligēda, & in magna autoritate habenda, cū propter nostrā vtilitatē sint scripta. Vitia quoq; & tormēta veterū scripta sunt ad correptionē nostram, [in quos,] id est, in nos [deuenerunt,] id est, declinauerūt [fines seculorum,] quia in vltima ætate sumus, & tot exēplis priorū magis corrigi debem⁹. Alioquin pœna illorū geminabitur nobis, quia maior notitia legis, magis reū facit eum qui eā nō custodit. Fines autē seculorum tanquā senectus veteris hominis, cū totū genus humanū tāquā vnum hominē cōstituerimus, sexta ætate significatur, qua dominus venit. Sunt enim ætates sex etiā in vno homine, infantia, pueritia, adolescentia, iuuētus, grauitas, senectus. Prima igitur humani generis ætas est ab Adam vsque ad Noē, secunda a Noē vsque ad Abraam, tertia ab Abraam vsq; ad Dauid, quarta a Dauid vsq; ad transmigratiōē Babylonis, & inde quinta vsq; ad aduentum domini. Sexta verō agitur ab aduētū domini vsq; ad finē seculi, qua exterior homo tanquā senectute corrumpitur, qui etiam vetus dicitur, & interior renouatur de die in diē. Inde requies sempiterna est, quæ significatur sabbato. Quia ergo fines seculorū sic deuenerunt in nos, id est, secularitas in nobis decreuit & finiri cœpit, ideo turpius erit si iam vltra peccauerim⁹. Post hæc salubris admonitio subditur: Quonia Israēlitæ post accepta diuinitus beneficia ceciderunt in varias offensiones, per quas perire meruerunt, & casus Israēlitarū praefigurauere casus Christicolarū: atq; omnia quæ tunc illis aciderunt, scripta sunt ad correptionē nostram, [itaque quicumq; se existimat stare, id est, statū rectitudinis habere,] [videat,] id est, sollicitus sit [ne cadat,] id est, ne labatur in culpā grauem, quia iustus septies cadit in leuem & resurgit. Videat ne cadat, dum se stare putat. Hoc maxime ad eos ex Corinthiis dictū est, qui præsumentes de sua scientia, qua licitū esse nouerāt omnia edere, infirmis fratribus scandalo erant: & putabant se aliquid profecisse ex doctrina pseudo apostolorū, vnde facti erant deteriores: atque iudicabant Apostolum, cum ipsi essent rei. Superbiam igitur eorum amputat, ne per hanc in varias culpas sicut Iudæi corruant: quia & Apostolo superbe detrahentes, Christum tentabant. Multos etiam alios qui futuri erant, reprimit ab elatione pernicioſa, dum hortatur

M

Prou. 11

**A**tur vt stans obseruet ne cadat, id est, ne peccato consentiat, vel ne alium peccare faciat. Volūta te enim sua cadit qui cadit, sed voluntate Dei stat qui stat, aut resurgit qui resurgit.

13.  
Nota.

*Tentatio vos nō apprehendat nisi humana. Fidelis autē deus est qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.*

Stans videat ne cadat. Non quod penitus sine casu perseuerare possit. Sed hoc saltē videte vt [tentatio] .i. peccati delictatio, [vos non apprehendat,] id est, rationē vestrā in consensum trahat, [nisi humana,] id est, nisi de his leuibus peccatis, sine quib⁹ humana vita nō potest duci. Vel non dæmoniaca, sed humana tentatio vos apprehendat. Nā humanum quidē est, in corde tentationem perpeti: dæmoniācū verō est tētationis certamine & in operatione superari. Itē aliud sapere quā se res habet, humana tentatio est. Nimis autem vel illius vel suam ipsius amādo sententiā, vel inuidendo melioribus vsq; ad præcidentæ cōmunionis & cōdendi schismatis aut hæresis sacrilegium peruenire, diabolica præsumptio est. In nullo aut aliter sapere quā

Matt. 22.  
Marc. 12.  
Luc. 20

se res habet, angelica perfectio est. Quia igitur homines sumus, sed æquales angelis in resurrectione futuri sumus, quandiu non habemus angelicam perfectionē, caueamus diabolicā præsumptionē. Humanū quippe est de occultis aliorum nō vera sentire, vt homo credat bonum quē nescit malum: & iterū opinione non certa credat malum, quē nō probauit malum, & ante tēpus iudicet quod nescit. Sunt etiam humanæ tentationes, cū bono quisque animo, secundum humanā tamen fragilitatē in aliquo consilio labitur: aut irritatur in fratrem studio corrigendi, paulō tamen amplius quā Christiana tranquillitas postulat. In his & talibus est humana tentatio, nō dæmoniaca. Dæmonis est enim sciētē & volūtariē peccare, cū nulla ad hoc fragilitate trahatur: hominis autē est per ignorantiā vel per infirmitatē peccare. & quia necesse est vos tentationibus probari, nō dico vel oro vt nō tētemini, sed vt tentatio nulla vos apprehendat nisi humana, id est, vt sicut homines, non sicut dæmones tētemini, scilicet vt per tētationes proficiatis, non succūbatis. Ego quidē hoc dico, sed deus adimplebit quod dico, quia ipse est fideliter adimplens quod promissit, cū diceret: Ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. [Fidelis est Deus,] id est, verax in hac promissione, vt sit semper vobiscū in omni tentatione, & non sinat vos vltra vires tentari, sed tentationē leuiget vt vincatis. Aliiter de aliquo dicimus, non mihi habuit fidem: aliter, nō mihi seruauit fidem. Nam illud est, nō credidit quod dixi: illud, non fecit quod dixit. Secundū hanc fidem qua credimus, fideles sumus Deo: secūdū illam verō, qua fit quod promittitur, etiam Deus ipse fidelis est nobis. Fidelis est deus in eo quod se suis promissit auxiliaturum, & coronam gloriæ post tentationes

Matt. 28.

1406. 1.

daturū, & ideo [non patietur vos tentari supra id quod potestis] ferre, id est, non permittet vltra mēsurā vestrarū virium excrescere pondus alicuius tētationis. Nisi enim misericors Deus cum viribus tentamēta modificet, nullus profecto est, qui malignorū spiritū \* tētationes nō corruens portet. Quia si mēsurā iudex tentationibus non præbet, eo ipſo protinus stantem deiicit, quo vltra vires onera imponit: & idcirco pia dispensatione hostem nostrum permittit & retinet, relaxat & refrenat, vt & tentemur ad profectum nostrum, & nō superemur ad hostis desiderium. Fidelis enim est, & ideo facit vt aut cito cesset tentatio, aut si proluxa fuerit, det ipse tolerandi virtutē. Nō patietur vos tētari supra vires, [sed cum ipsa tentatione faciet etiā prouentum,] tolerantia, [vt possitis sustinere] pondus tētationis. Subuenit enim vt impleat quod promissit, quia fidelis est: & illud facit prouenire, quod potest humana fragilitas sustinere. Non vit enim quando procellam tentationis exurgere sinat, quando exurgentem reprimat. Non vit pro custodia nostra restringere, quod contra nos egredi pro nostra exercitatione permittit, vt scūiens nos diluat procella, non mergat. Prouentum ergo facit in tentatione, quia & tētationem prout expedire nouit, facit prouenire, & citius opus consolationis occurrere facit, atque surgentes tentationis stimulos mitigat, impugnantēsq; se cogitationum motus interna pace tranquillat. Moxque anima immensam de spe cœlesti lætitiā percipit, dum deuictum respicit malum quod tolerauit.

al. isidius.

E

*Propter quod charissimi mihi, fugite ab idolorum cultura.*

Dixi quod omnia cōtingebāt Israēlitis in figura, qui post cœleste pabulum cōuerſi sunt ad idōla, multisq; modis offenderūt, & quod vos Deū fidelem habetis adiutorem in omni tentatione. [Propter quod] dō [charissimi,] quib⁹ ego propter magnā charitatem cōsulo, [fugite,] id est, cito vos elongate, nō solū animo, sed & corpore [ab idolorum cultura,] ne sicut Iudæi fiat iterum idololatræ. Qui enim asiduus est in idolio, aliquid sperat de eo: & de eo sperare, de Deo dubitare est. Sic enim Saul ad idololatriā quam exterminauerat rediit, sperans aliquid de ea. Fugite ergo ab idolorū cultura, ne per hanc vobis nascatur in Deum tentatio. Fugite quasi pestem, quasi venenum, quasi mortem: quia nisi cito fugeritis, non euadetis. Fugite de idolio, vt non comedatis ibi cum offendiculo simplicium fratrum: quia iam in eorum infirma conscientia facti estis idololatræ, dum vos æstimāt ob honorem idolorum ibi comedere.

1. Re. 28.

*Vt prudētibus loquor, vos ipsi iudicate quod dico. Calix benedictionis cui benedicimus, nonne cōmunicatio sanguinis Christi est? & panis quē frangimus, nonne participatio corporis domini est? Quonia vnus panis & vnū corpus multi sumus, omnēsq; de vno pane participamus*

L Fugite

**G** Fugite ab idololatria, & vt inde fugiatis, [lo-  
quor] vobis altum aliquid, non quasi rudibus,  
sed quasi [prudentibus] & rationis capacibus.  
Ideoq; [vos ipsi] velut prudetes [iudicate quod  
dico,] id est, an propter hanc rationem qua sub  
iungo, de beatis fugere procul ab idolis, & ab-  
stinere prorsus ab illorum sacrificiis. Calix be-  
nedictionis &c. Ideo prius de calice loquitur,  
quia de pane postea plus erat locutus. [Calix  
benedictionis cui benedicimur,] id est, calix cui  
Christus in cena benedixit, & cui nos sacerdo-  
tes in missa benedicimus, vel calix benedictiois  
id est, cuius haustu benedictio credentibus in-  
funditur, cui nos sacerdotes in sacramentorum  
confectione benedicimus, [nonne est commu-  
nicatio sanguinis Christi?] id est, nonne facit  
eos qui digne bibunt illud, esse participes vite  
Christi qua per sanguine designatur, quoniam  
anima carnis (vt Moyses dixit) in sanguine est.  
**H**oc est, nonne facit nos esse illius beatitudinis  
& gloriae participes, in qua cum anima ipsius  
anima vestra vnum quid fiat per eiusdem glo-  
riae confortium? Vbi innuitur, quia similiter  
calix maledictus idolorum, potantes se facit par-  
ticipes mortis demoniorum. [ & panis quem] nos  
sacerdotes in altari [frangimus,] & quem vnum in  
multas partes diuidimus ad designanda vno-  
nem charitatis accipientium, [nonne participatio  
corporis domini est?] id est, nonne hoc operatur  
in nobis, vt tandem corpora nostra recipiant par-  
ticipationem immortalitatis & gloriae corporis  
nostri? Hoc est dicere, Participatio calicis & pa-  
nis dominici, facit vt anima nostra & corp<sup>o</sup> tam-  
dem conformetur animae & corpori Christi se-  
cundum receptionem eiusdem beatitudinis. Tunc  
autem hoc erit, si quod in sacramento visibiliter  
sumitur, in ipsa veritate spiritualiter manduce-  
tur, spiritualiter bibatur. Sicut enim vt sit spe-  
cies visibilis panis, multa grana in vnum con-  
sparguntur, tanquam illud fiat quod de fidelibus  
ait scriptura, erat illis cor vnum & anima vna,  
& sicut in confectione vini liquor granorum in  
vnitatem confunditur, ita dominus Iesus nos  
ad se pertinere per vnitatem charitatis signifi-  
cauit, ac mysterium pacis & vnitatis nostrae in sua  
mensa consecrauit: & ideo qui accipit mysterium  
vnitatis, & non tenet vinculum pacis, non my-  
sterium accipit, pro se, sed testimonium contra  
se. Panis quem frangimus, est participatio cor-  
poris domini: quia ipse panis quem multis diui-  
dimus, est verum corpus domini: & qui de illo  
accipiunt, de corpore domini accipiunt, atque  
fiunt etiam ipsi quod accipiunt. [Quoniam nos  
multi sumus vnus panis & vnum corpus.] Nam  
sicut vnus panis ex multis granis, & vnum  
corpus ex multis membris componitur, sic  
ecclesia Christi ex multis fidelibus charitate co-  
pulante connectitur. Vnus ergo panis sumus.  
Nam ieiuniis & exorcismis coepimus moli, de-  
inde in baptismo conspersi sumus, & per acce-  
ptionem sancti spiritus sumus decocti, & ita pa-  
nis dominici effecti, si vnum esse perseverauerim<sup>o</sup>.  
Nam ideo dominus (sicut dictum est) corpus &  
sanguinem suum in eis rebus commendauit, quem  
ad vnum aliquid rediguntur e multis, quoniam  
aliud in vnum ex multis granis conficitur, aliud in

vnum ex multis acinis confluit. Et ob hoc, co-  
municatio corporis & sanguinis Christi, socie-  
tatem eternam sanctorum designat & facit, vbi  
pax erit & vnitas plena atque perfecta. Propter  
quam omnia recte dicimur omnes vnus panis &  
vnum corpus, quia & [omnes de vno pane] cor-  
poris Christi [participamus.] Quod enim quis-  
que suam partem ex hoc pane percipit, signifi-  
cat quia vnusquisque iuxta mensuram suam par-  
ticeps fit huius gratiae. Si autem vnus panis do-  
minici sacramenti vnum corpus Christi efficit in  
ecclesia, sic panis idololatriae demonum parti-  
cipatio est: & sicut omnes qui de vno pane ac  
de vno calice domini sumimus, vnum corpus  
efficimur: ita si cum idololatriis de sacrificio eorum  
comedimus & bibimus, vnum profecto cum  
illis corpus efficimur. Qui enim comedit ido-  
lothytum, vnum cum demone fit: sicut qui co-  
medit corpus Christi, fit vnum cum Christo.  
**Videte Israel secundum carnem. Nonne  
qui edunt hostias, participes sunt altaris?**  
Dixi quia qui edunt carnem Christi, & bi-  
bunt sanguinem eius, participes sunt Christi, &  
hoc vobis per similitudinem ostendo. Nam [vi-  
dete] id est, considerate eum [Israel,] qui non se-  
cundum spiritum vt nos, sed [secundum] solam  
[carnem] est Israel, id est, populum Iudaeorum,  
qui sola carne sunt filij Iacob, & carnaliter intel-  
ligunt & seruant legis praecipua. [Nonne] illi  
[qui] apud eos [edunt hostias] carnaliter immo-  
latis, [sunt participes altaris?] id est, de sacrifi-  
cio altaris partem in esum accipiunt. Ita est. Pars  
enim cremabatur in altari, & pars comedeba-  
tur: & sicut Iudaei participes fiebant altaris per  
esum hostiarum, sic nos efficitur participes Chri-  
sti per esum carnis eius. Quoniam vera carnis  
substantia quae in Christo est, in nos transit: quo-  
nia sacrificium illud idem quod erat in altari, transi-  
bat in eos qui comedebant de illo. Similiter &  
qui idolothyta sacrificia manducant, fiunt socij  
demonum, quomodo carnalis Israel socius erat  
altaris in templo, qui de sacrificiis manducabat.  
**Quid ergo? Dico quod idolum immo-  
latum. sit aliquid? aut quod idolum sit ali-  
quid? Sed quae immolant gentes, demoniis  
immolant, & non Deo. Nolo autem so-  
cios vos fieri demoniorum. Non potestis  
calicem domini bibere & calicem da-  
moniorum. Non potestis mensam domini  
participes esse & mensam demoniorum.**  
Quonia monebat Apostolus vt fugerent ab  
idolorum cultura, ne cibis talibus cotaminare-  
tur, sensit motum cordis eorum, & ideo preuenit  
ne quis illi diceret: Ergo dicis vim aliquam ha-  
bere idolum vel posse polluere. Non, inquit,  
idolum insensibile polluit, sed demones qui te-  
plis praesident, ad homines deprauandos & suo  
seruitio maciandos, non quod offerebatur cul-  
pans, sed quia illis offerebatur. Quasi diceret:  
Quonia dixi, fugite ab idolorum cultura, ergo ne  
quis ex hoc moueatur, interrogo, quid, dico in  
illis

**A** illis verbis praemisissis? An intendo dicere, quod  
immolatum idolis, sit aliquid, id est, immutetur  
in aliquam dignitatem? Aut intelligo, quod idolum  
sit aliquid, id est, valeat in aliquo prodesse  
vel obesse? Non hoc dico, [sed] potius istud as-  
fero, quia sacrificia quae immolant gentes, non  
idolum, sed [demoniis] (qua latet in idolis) [im-  
molant, & non deo.] Demonius enim magis de-  
diti sunt, quod est periculosius. Nam si tantum  
idola colerent, sicut eos nihil adiuareret, ita ni-  
hil eis nocerent. Nam simulacrum verum nihil est,  
sed sub tegmine simulacri diabolus colitur. Ge-  
tes immolat demoniis. Sed ego [vos] qui Chri-  
sto concorporati estis, [nolo fieri socios demo-  
niorum] per sacrificia gentium. Non enim hoc  
totum quod videtur, est in idolo, sed sub tegmine  
idolum est occultum iniquitatis mysterium. Ideo  
abstinendum est ab esu talium sacrificiorum. Domi-  
nus tamen dicit, quia quod intrat in os, non coin-  
quinat hominem. Vbi sciendum quia ipsi quidem  
B cibi, & dei creatura omnis quidem per se munda  
est, sed idolorum ac demonum inuocatio ea  
facit immunda. Ideo debetis idolorum sacrifi-  
cia respicere, quia [non potestis calicem domini,]  
in quo sanguis est eius, [bibere & calicem da-  
moniorum,] in quo vinum est sacrilegae super-  
stitionis. nec [potestis mensam,] id est, altaris do-  
mini in quo corpus eius est, [participes esse &  
mensam,] id est, altaris [demoniorum,] & tam  
magnum sustinebitis incommodum, vt a cor-  
pore & sanguine domini, sine quo vitam habere  
non potestis, separemini, quoniam sacrificium  
Christi & sacrificium diaboli nemo potest co-  
medere. Quae enim conuentio Christi ad Be-  
lial? Aut quae pars fideli cum infideli? Vel quis  
consensus templo Dei cum idolis? Nulla his  
adiuicem societas, quoniam mors & vita si-  
mul non conueniunt. Sequitur:  
**An aemulamur dominum? Nunquid  
fortiores illo sumus.**  
Non debemus ad subuersionem fratrum man-  
ducare sacrificia idolorum. Quia [an aemulamur  
dominum?] id est, an inuidemus domino, vt re-  
gnum eius minuamus, comedendo idolothyta  
ad perditionem fratrum? non oportet vt aemu-  
lemur eum, conantes ei auferre membra sua. Quia  
[nunquid fortiores sumus illo,] vt possimus co-  
tra eum preualere, & eos ad perniciem trahere,  
quos ipse vult ad vitam seruare, vel nos ipsos ab  
eius percussione defendere? Malo nostro vtimur,  
si contra Christum agimus. Vel ita: An aemu-  
lamur dominum .i. an imitamur Christum com-  
edentem cum publicanis & peccatoribus, dum  
cum idololatriis manducamus? Nequaquam il-  
lum imitamur in hoc facto, quia ipse non cum  
idololatriis cibum sumpsit, sed cum his qui vnum  
deum colebant, & tamen peccatores erant, vt  
eos dulcedine familiaritatis suae traheret ad po-  
nitentiam. An imitamur dominum? Minimè &  
numquid sumus fortiores illo? id est, numquid agi-  
mus fortiora quam ipse; per scientiam qua no-  
uimus idolum nihil esse, sumentes idolothyta  
quod ipse non fecit? Hoc est enim fortiores il-  
lo esse, quod tamen non est fortitudo sed debi-  
litas, ea facere quae ille non fecit.

**Omnia mihi licent, sed non omnia ex-  
pediunt. Omnia mihi licent, sed non om-  
nia aedificant. Nemo quod suum est  
querat, sed quod alterius.**  
Abstinendum est ab immolatis. & [omnia]  
quidem ciborum genera [mihi licent,] qui pos-  
sum ea sumere mundo corde, [sed non omnia  
expediunt] mihi, id est, quaedam eorum non ad-  
iuuant, sed implicant cursum meum. Secundum  
legem naturae licet, quonia munda sunt omnia  
naturaliter, & ideo licent, id est, nullo precepto  
mihi prohibentur. [Omnia] quidem ciborum  
genera [mihi licent,] & lege naturae & potesta-  
te liberi arbitrij, [sed non omnia aedificant] pro-  
ximos, quonia quae idolis oblata sunt, destruit  
illos, & a fide subuertunt: & ideo a licitis etiam  
abstinendum est, ne fratres scandalizentur.  
[Nemo] enim [querat quod suum est,] id est,  
suum proprium commodum, [sed] commodum  
[alterius.] Nam qui veraciter intelligit idolum  
nihil esse, & omnem Dei creaturam bonam esse,  
atque sic comedit idolorum sacrificia, non ve-  
rens scandalizare fratres propter suam escam,  
iste quod suum est querit, non quod aliorum.  
Qui vero ne fratribus noceat, a licitis absti-  
net, ille non quod suum est querit, sed quod  
aliorum, quia charitate compulsus, etiam per  
sua damna querit aliorum commoda. Quod de  
esca diximus, hoc de omni re sentiendum est:  
quia qui suas utilitates negligit pro utilitatibus  
proximorum, ille iustus est.  
**Omne quod in macello venit, manduca-  
te, nihil interrogantes propter conscien-  
tia Domini est terra & plenitudo eius.**  
Quoniam licita sunt haec, & tamen non est  
vtendum eis semper, determinat, quomodo &  
qua ratione possint manducari, scilicet si vena-  
lia fuerint in foro reperta. [Omne,] inquit, quod  
in macello venit, id est, quod venditur in loco  
vbi carnes venduntur, [manducate, nihil inter-  
rogantes,] id est, non quarentes an sit immola-  
tum vel non immolatum, & hoc facite [propter  
conscientiam,] id est, vt libera sit conscientia vestra:  
quia licet aliquid sit oblatum idolo, tamen  
si hoc nescierit qui emit, nullum patitur scrupu-  
lum, & apud Deum immunis est. Vel propter  
conscientiam vendentis conseruandam, quia si  
manducaretis postquam diceret immolatum esse,  
ille si infidelis esset, confirmaretur in infideli-  
tate: vel si fidelis, reuocaretur a fide. Nihil in-  
terrogate, quia si interrogaueritis infideles, qui  
vos sciunt esse Christianos, propter irrisionem  
vobis respondebunt omnia esse immolata. Di-  
xi vt manducetis sine interrogatione, quia [do-  
mini est terra,] quae cuncta nutrit & sustinet,  
[ & plenitudo eius,] id est, omnia quibus im-  
pletur terra. Nec potest immundum esse quod  
domini est. Si ergo idolis immolatum aliquid,  
vel non est, vel nescitur, sine vilo conscientiae  
scrupulo in usum necessitatis assumitur. Si ve-  
ro certum est immolatum esse, melius Christia-  
na virtute respicitur.

Matt. 26.  
Marc. 14  
Luca. 22.

Matt. 15.  
Marc. 7.

1. Tim. 4.

1. Cor. 6.

2. Cor. 6.

Matt. 9.  
Marc. 2.  
Luca. 5.

Deut. 31.

Eze. 37.  
Sup. 6.

1. Ti. 4.

Gal. 23.



**G** Si quis vocat vos infidelium ad cenam & vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit, hoc immolatum est idolis, nolite manducare, propter illum qui indicavit, & propter conscientiam. Conscientiam autem dico, non tuam, sed alterius. ut quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo quod gratias ago? Siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

Dixi qualiter manducandum sit quod emitis, dicam & gratis datum qualiter edere possit. Ita scilicet: [Si quis infidelium vocat vos ad cenam &c.] Cena a communione vescendum appellatur. *1. Cor. 10. 17.* quippe commune Graeci dicunt. Unde & communicantes, quod communiter, i. pariter conveniant. Apud veteres enim solitum erat in propatulo vesci, & communiter epulari, ne singularitas luxuriam gigneret. Si vos ad cenam quis infidelium vocarit, non praecipio ut eatis, sed in vestra voluntate pono. Tunc autem Christianus ad cenam infidelis ire debet, si aliquem fructum ibi habet, i. si scit se illum lucrari: sicut Christus ideo cum peccatoribus edebat, ut eos ad poenitentiam converteret. Si [vultis] ad tale cenam [ire, omne quod vobis apponitur, manducate] simpliciter, [non interrogantes] unde sit, [propter conscientiam] simul discumbentium, ne confirmetis infideles in errore suo, si scienter manducaveritis coram eis cibos idololatriae. Hoc tamen perfectis dicitur, qui possunt contemnentes idolum quia nihil est, manducare de sacrificio, certi quia quod sub dei creatoris nomine editur non potest polluere. Nihil interrogantes edite quod apponitur. Sed [si quis dixerit] de eo quod apponitur, [hoc immolatum est idolis, nolite] iam [manducare propter illum qui indicavit,] ne putet vos illud comedere sub idolorum veneratione, [ & propter conscientiam] aliorum. Qui enim idolis servit, gloriabitur, si vos edere de sacrificiis viderit, & in errore confirmabitur, malumque fratribus dabit exemplum. Patet quia caro per se non est immunda. Nam si natura ipsa idololatriae carnis esset immunda, utique & nescientem contaminaret. Neque enim eo minus ipsa esset, quo a nesciente sumeretur. Sed propter conscientiam, ne demonibus communicasse videaris. [Conscientiam autem dico, non tuam,] quae firma est in cognitione veritatis, [sed alterius,] qui adhuc infirmus est in fide, vel necdum venit ad fidem. Apud conscientiam enim suam laetabitur infidelis quisque, si viderit te libere appetere quod idolis immolatum est, & dicit: Quomodo Christiani vetant nos immolare quasi sit malum, & ipsi illa manducant quasi sancta & munda? Et idcirco abstinentium est, ne mala de nobis opinio generetur in alio-

rum mentibus: Quia [ut quid iudicatur mea libertas, ab aliena conscientia,] id est, cum ab idoli veneratione sit libera conscientia mea, quid opus est ut malam de me dans opinionem, faciam aestimari quia venerationis causa manducem idolis immolata? Iudicaret enim non distare ab idololatriis, si non abhorrerem quod oblatum est idolis. [ & si ego cum gratia participo ] .i. si ego gratiae dei comunico, quia in ipsius nomine edo, [quid blasphemor pro eo quod gratias ago?] id est, quid opus est me cadere in blasphemiam imperitorum? quid necesse est ut faciam aestimari quia ego devotus sum idolo, dum quae illi sunt oblata non horreo? Blasphemor enim inde ac vituperor, quia magnam aliquid de idolo sentire videor, & infideles gaudent in idololatria, dum me putant participare, habentes occasionem permanendi in errore, & fidelibus malum datur exemplum. Et quia haec mala inde contingunt, ergo caute idolis oblata, ut possitis ad laudem dei comedere. Quavis enim per puritatem conscientiae vestrae licitum sit vobis ista sumere, inimicum tamen deo est ea scienter edere, quonia ad opprobrium unius dei haec diabolo dedicantur. [Ergo] ne faciatis cibo vestro vel actu Deum blasphemari, sed [siue manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia facite in gloria dei]. i. sic facite omnia, ut ex his glorificetur & laudetur deus. Modeste & frugaliter & temperanter manducando & bibendo, glorifica deum. Si enim quod manducas & bibis, ad refectioem corporis sumis reparationemque membrorum, gratias agens ei qui tibi praebuit mortali & fragili ista supplementorum solatia, & cibus tuus & potus tuus laudat deum. Si vero modum naturae debitum immoderatione voracitatis excedas, & vinolentia te ingurgites, manducans & bibens Deum blasphemias. Si post cibum & potum requiescis ut dormias, & in lecto nihil turpiter egeris, nec excesseris ultra concessam licentiam in lege dei, laudas eum: & cum dormis, si mala conscientia non te excitat a quiete, in nocentia somni tui laudat deum: & cum vigilas & bene agis, atque deus laudatur de bono opere tuo, opere tuo deum laudas. Sic ad laudem eius omnia sunt agenda.

*Sine offensione estote Iudaeis & gentibus & ecclesiae dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quaerens quod mihi vile est, sed quod multis ut salvi fiant.*

Ita vestram conversationem modificate, ut nullus scandalum ex ea patiatur. [Estote] scilicet [sine offensione Iudaeis & gentibus & ecclesiae Dei,] Offensio enim Iudaeis fit, si Christianum qui se dicit legem & prophetas recipere, viderint idola quae illi abominantur non horrere. Gentilibus vero haec est offensio, si in eo in quo sunt, non solum non arguantur, sed & propiores fiant, dum non vitantur vota idolorum suorum. Ecclesiae autem dei fit offensio, dum quosdam ex numero suo videt his quae inimica deo sunt, adherere. Cavete igitur uno cibo vestro sic omnes offendere, [sicut & ego] non solum non offendo quenquam, sed etiam [placeo omnibus per omnia] quae facio. Non quidem ita placebat

Acebat Apostolus omnibus, ut placeret etiam tam multis persecutoribus suis, sed placebat omni generi hominum, quod Christi congregabat ecclesia, siue iam intus positus, siue introducendis in eam. Oportet enim ut rectores boni placere hominibus appetant, sed idcirco ut suae estimationis dulcedine proximos in affectum veritatis trahant, non ut se amari desiderent, sed ut dilectionem suam quasi quandam viam faciant, per quam corda audientium ad amoris conditoris introducant. Difficile quippe est, ut quamlibet recta denunciatis praedicator, qui non diligitur libenter audiatur. Debet ergo qui praestit, studere se diligi, quatenus possit audiri: & tamen amorem suum pro semetipso conquerere, nec inveniatur ei cui servire per officium cernitur, occulta cogitationis tyranni resultare. Recte igitur Apostolus nunc dicit, quia ego per omnia omnibus placeo, quavis alibi se deneget hominibus placere. Addit enim, [non quaerens quod mihi vile est, sed quod multis ut salvi fiant.] Nulli autem vile est ad salutem, si homo ei propter seipsum placuit: quia non recte placet aliter, nisi cum propter Deum placet, id est, ut deus placeat & glorificetur, cum dona eius attenduntur in homine, aut per ministerium hominis accipiuntur. Cum autem homo sic placet, non iam homo, sed Deus placet. Placet ergo Paulus & non placet, quia in eo quod placere appetit, non se, sed per se placere hominibus veritatem quaerit.

## C A P V T X I.

*Mitatores mei estote, sicut & ego*

## I Christi.

Ego, inquit, omnibus placeo, quaerens omnibus prodesse, & vos estote imitatores mei, ut nullum offendatis, sed tali intentione per laudabilem vitam omnibus placere quaeratis. [Imitatores mei estote sicut & ego] sum imitator [Christi,] quoniam ita per me imitabimini Christum qui nullum offendit, sed omnes salvare venit. Imitatores mei: estote sicut & ego Christi. In ecclesia iste ordo est, alij praecedunt, alij sequuntur & qui praecedunt, exemplo se praebent sequentibus: & qui sequuntur, imitantur praecedentes. Sed & illi qui se exemplo praebent sequentibus, sequuntur ipsum Christum. Nam quia omnes superaverunt proficiendo, nec iam remansit homo quem imitentur, ipse Christus eis remanet, quem usque in finem sequantur.

*Laudo autem vos fratres, quod per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, praecepta mea tenetis. Volo autem vos scire quod omnis viri caput Christus est, caput autem mulieris, vir: caput vero Christi, Deus. Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum, omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum. Unum enim est ac si decaluetur. Nam*

*si non velatur mulier, tondeatur. Si vero turpe est mulieri tonderi aut decalvari, velet caput suum.*

Postquam mores & conversationem eorum arguit, nunc traditiones vult corrigere. Ideo non confirmando, sed per ironiam incipit loqui. Praecepi, inquit, ut me imitemini, & non possum reprehendere vos de inobedientia, sed [laudo vos quod per omnia estis memores mei, & praecpta quae vobis tradidi, tenetis.] His verbis plus illos tangit, quam si manifeste increparet eos. Quia cum esset apostolus eorum, immemores erant traditionum eius: neque quod adhuc non didicerant ex aliarum ecclesiarum traditione, sequebantur: & ideo quasi noviter tradidit illis, dicens: Volo autem vos scire &c. [Quasi diceret: vos oblatis estis mei, & traditiones meas non tenetis, sed volo ut ista quae subiungo, sciatis. Volo vos scire quod Christus est omnis viri caput:] quonia vir a deo quidem, sed per Christum factus est. sed [vir] est caput mulieris: quia quavis & mulier per Christum, de viro tamen facta est, ac per hoc subiicitur viro. Et sicut vir Christum, ita mulier debet sequi virum, & exemplo illius agere bona. Sicque secundo per virum subiicitur Christo. Vir enim nulli subiectus est nisi Christo, mulier autem & viro & Christo debet esse subiecta. Christus est caput viri, qui regitur a sapientia: sed vir caput mulieris, quae regitur a viro. Designatur autem per virum spiritus rationalis & per mulierem anima. Est enim animae quasi maritus quodammodo spiritus hominis, quia animalis affectionem tanquam coniugem regit, Christus ergo caput viri est, id est, sapientia Dei gubernatrix est illius spiritus qui est in homine, quo potest homo intelligere spiritualia, si ipse spiritus pie se subiicit Deo. nihil enim altius illo spiritu, nisi sapientia quae Deus est. Sed vir est caput mulieris quia spiritus regit animam. Aliud est enim in homine rationale quod regit, aliud animale quod regitur, ut scilicet caro non concupiscat adversus spiritum, sed spiritui subiungatur rationi, sed potius obtemperando desinat esse carnalis, ut appetitum animae per quem voluptates corporis operamur, habeat mens interior tanquam utilis ratio subiugatum. Ita est caput viri Christus, & caput mulieris vir. [Caput vero Christi Deus est,] secundum quod pater maior est illo, ut hunc ipsum Deum esse, quod illi cum patre unum est, caput sit hominis mediatoris, quod ipse solus est. Si enim mentem recte dicimus principale hominis, id est, tanquam caput humanae substantiae, cum ipse homo cum mente sit homo, cur non multo congruentius, imo multo magis verbum cum patre simul Deus caput Christi, quavis Christus homo nisi cum verbo quod caro factum est, intelligi non possit? Omnis vir orans &c: Venit ad causam, quia & viri quidem apud Corinthios nutriebant comam, & mulieres nudato capite procedebant in ecclesiam, gloriantes in crinibus. Quod non solum inhonestum erat, sed etiam concupiscentiae fomitem praestabat. & quoniam Christus est caput viri, ideo [omnis

**G** vir] tam diues quàm pauper, in ecclesia Deum [orans aut] cæteris [prophetans] .i. futura & oc-  
cultâ pñunciâs [velato capite] corporeo, [de-  
turpat] .i. dehonestat spirituale [caput suum]  
Christum, vel etiam corporale caput. Sed ecô-  
tra [omnis mulier,] quia inferior & subiecta vi-  
ro, si fuerit [orans] in ecclesia [aut prophetans,  
non velato capite, deturpat] & inhonestū red-  
dit [caput suum,] quod ita nudū omnibus ostē-  
dit. Quoniam Christus cui seruire est sum-  
ma libertas, caput est viri, ideo non est iustū vt  
in ecclesia oret vel doceat velato capite, quo-  
niam inter eum & Christū non est aliquid me-  
diū. Et propterea non debet ostēdere signū  
seruitutis in se, sed libertatis. Nā quia sine alio  
mediante Christus est caput eius, & per Chri-  
stum Deus, & ideo in signū libertatis nō habet  
velū, quod est subiectionis signū. Deturparet  
enim caput suū, si oraret vel prophetaret coo-  
perto capite: quia videretur reputare dedeco-  
rosū sub Christo esse, tanquā sub suo capite,  
**H** & quod ignominia esset illi, quod summa li-  
bertas & gloria debet videri. Sed mulier in ec-  
clesia stans nō velato capite. i. sine signo subie-  
ctionis quā debet viro, deturpat caput suum. i.  
dehonestat virum, quasi nō habeat eum mediū  
inter se & Christū, vel caput suum carnale de-  
honestat, dum denudat illud. quia [vnum est ac  
si decaluetur,] id est, tantumdem est ad turpitu-  
dinē, ac si decalueretur. Verē idem valet. [Nam  
si non velatur mulier, etiam tondeatur.] Debet  
enim tonderi, si non est velata. Sed [si turpe est  
mulieri tonderi aut decaluari, velet caput suū.]  
Nam dum stat in ecclesia retortis crinibus in  
tergo & nuda frōte, hoc est adeo turpe, ac si cap-  
illi per decaluationem vel detōsionem essent  
ablati. Nunc spirituale intelligētiā breui-  
ter attingamus. In viro enim (vt supradictum  
est) rationalis sensus accipitur, in muliere autē  
anima hominis intelligitur, quæ à rationali sen-  
su velut mulier à viro regitur. Ipsa quoque ani-  
ma hominis, quæ vtrunq; vnum fit, si quando  
**I** ea quæ dei sunt cogitat, quasi vir est. A qua con-  
templatione spiritali per velamē. i. carnalibus  
cogitationibus se cohibere non debet, sed re-  
uelata facie. i. mundo corde ad contemplanda  
cælestia & spiritalia se extēdere. Si quādo ve-  
rō ea quæ mundi sunt cogitat, quasi mulier est.  
Sed ne suprā q̄ necesse est, se in terrenis actibus  
occupet, oportet vt discretionis velamine re-  
stringatur, ne fortē dū licita & necessaria vult  
procurare, ad illicita & superflua cogitāda illi-  
ciatur. Et hoc est spiritaliter qd̄ vir caput vela-  
re nō debet, sed mulier. Vir enim. i. virilis sen-  
sus rationis: orās. i. desiderans superna, aut pro-  
phetans. i. futura præmeditās: velato capite, id  
est, obumbrato nebulis terrenarum cogitatio-  
num suo acumine: deturpat caput suum, id est,  
turpitudine cogitationum suarum obscurat si-  
bi pulchritudinē supernæ sapiētīæ. Sed mulier,  
id est, inferior pars mentis intenta temporali-  
bus: orans, id est, appetēs quæ corpori sunt ne-  
cessaria: vel prophetans, id est, futura quæ sibi  
sunt agenda præuidens: non velato capite. i. nō  
per discretionis tēperantiam restricto suo acu-  
mine: deturpat suum caput, id est, turpitudine

interiorum desideriorum fœdat superiorē mē-  
tis aciem, quæ debuit solis cœlestibus inhiare.  
Tātumdem enim valet, quod sine velo mode-  
stæ cohibitionis se relaxat in appetitū tempo-  
ralium rerum: ac si decaluetur, id est, ac si dete-  
gatur, & appareat omnibus praua intentio eius  
de qua debet erubescere. Hęc enim per frontē,  
quæ pudoris sedes est & præminet, designa-  
tur. Nam mulier, id est, pars rationis intēta re-  
rum temporalium administrationi, si non vela-  
tur. i. si non modestē restringitur à supfluis co-  
gitandis, etiam tondeatur. i. auferat à se vniuer-  
sas cogitationes mūdānarum curarum. Melius  
est enim vt omnes mundi curas abiiciat, quā  
vt in omnia mūdi desideria spargatur dum ne-  
cessaria procurat. Si verō turpe est mulieritō-  
deri vel decaluari, id est, si hęc inferior pars a-  
nimæ, quæ parum ad aliud valet, incongruum  
deputat abscindere velut capillos à se omnes  
mundi curas, vel detegere cunctis impudentiā  
suæ intentionis erga tēporalia, velet caput suū,  
id est, modestē cohibeat à superfluis cogitatio-  
nibus acumen suum.

*Vir quidē non debet velare caput suū  
quia imago & gloria Dei est. Mulier  
autem gloria viri est. Non enim vir ex  
muliere est, sed mulier ex viro. Etenim  
non est creatus vir propter mulierem, sed  
mulier propter virum. Ideo debet mulier  
velamen habere super caput suum, &  
propter angelos. Veruntamen neque vir  
sine muliere neque mulier sine viro in do-  
mino. Nam sicut mulier de viro, ita &  
vir per mulierē. Omnia autem ex Deo.*

[Vir quidem non debet velare caput suum,] id est, non debet habere signum seruitutis vel potestatis super se: sed libertatis: quia nō habet aliquid super se nisi deum. Quoniā [imago & gloria est dei.] Imago, id est, similitudinis impressio. & gloria Dei cernitur in viro, quia vn⁹ deus vnum fecit hominem, vt sicut ab vno deo sunt omnia, ita essent ab vno homine oēs homines, vt vnus dei inuisibilis, vnus homo visibilis imaginē haberet in terris, vt vnus deus in vno homine videretur autoritatē vnus principij conseruare ad confusionem diaboli, qui sibi neglecto vno deo, dñium & deitātē voluit vsurpare. Homo igitur imago & gloria Dei est, vt sicut deus præest omnibus per omnipotentiam, sic homo terrenis per intelligentiam. [Mulier autem gloria est viri,] quoniam facta est illi in adiutorium, vt haberet vir gloriam de ea, cum ei præiret ad deum, & se ei daret imitandum in sanctitate, sicut ipse esset gloria Dei, cum eius sapiētiam sequeretur. Gloria viri est mulier, dū ille regit, hęc obtemperat: ille à sapientia regitur, hęc à viro. Gloria viri est, quoniā ex eo est, & ei subiecta est. [Nō enim ex muliere est, sed mulier ex viro,] id est, Adam non ex Eua, sed Eua ex Adā. Et adhuc alia ratione demonstro, cur

**A** cur mulier sit gloria viri [Quia non creatus est vir propter mulierē, sed mulier propter virū,] id est, non est creatus Adam in auxilium Eua, sed Eua in adiutorium Adē. Hoc confirmat illud, quod diximus vnum deum vnum hominē fecisse, quoniam vir & mulier vnum sunt in natura, quia origo mulieris vir est. [Ideo mulier,] vt ostendatur esse subiecta, [debet habere velamen super caput suum,] id est, potestatem, ad designandam potestatem viri super se. Non habeat caput liberum in ecclesia, sed velamine tectum, [ & propter angelos,] id est, propter sacerdotes diuinæ voluntatis nuncios, ne in eius faciem irritentur ad libidinem: & quia sacerdos quasi ante iudicem, sic ante sacerdotem qui vicarius eius est, propter reatus originem subiecta debet videri. Vel propter angelos, qui nobis sunt ad custodiam deputati, ne displiceat eis lasciuia mulieris denudatio, si viderint fomitē peccati per eā excitari. Dixi quia mulier est gloria viri, & propter virum, & ex viro creata in principio. Sed [tamen] in subsequenti generatione nō est ita, quia [neque vir sine muliere, neque mulier sine viro] creatur [in domino,] id est, in operatione domini, qui ex vno fecit primitus ambos & vnum. Vna enim caro & vnū corpus in domino, id est, secundum Deum, qui creauit. Vel ita: Licet mulier propter reatus originem portet signum subiectionis, non tamen exclusa est à salute, quia neq; vir sine muliere, id est, exclusa muliere: neque mulier sine viro, id est, excluso viro est in domino, id est, in gratia domini & salute aeterna. Neuter enī excluditur, sed vterque admittitur. & cur hoc? Quia [sicut mulier de viro] prius facta est, [ita & vir per mulierē] postea nascitur. Mulier est ex viro, vir per mulierem. Sed [omnia] sunt [ex deo.] Quæ omnia, nisi de quibus nūc sermo est? id est, & ille vir ex quo mulier, & illa mulier quæ est ex viro, & ille vir qui per mulierē. Postquam Apostolus singula gradatim exposuit, vt omnia deo subiiceret, vnum seruās principij, ait: Omnia ex deo, vt neq; mulier de subiectione doleret, neq; vir quasi de exaltatione superbiret. Sed congruum est vt ad spiritalem intelligentiam reuertamur: Vir enim nō debet velare caput suū, quia imago & gloria Dei est. Genetis docet virū & mulierem factos ad imaginem Dei. Fecit, inquit, Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum, masculum & fœminam fecit eos. Ad imaginē quippe dei naturam ipsam humanam factā dici, quæ sexu vtroq; completur, nec ab intelligēda imagine dei separat fœminam. Quomodo igitur dicit Apostolus virum esse imaginē dei, vnde caput velare prohibetur, mulierē autē non, & ideo caput velare iubetur, nisi in natura humanæ mētis intelligamus mulierem cū viro suo esse imaginē dei, vt vna imago sit tota illa substantia? Cum autē ad adiutorium distribuitur, quod ad eam solam attinet, nō est imago Dei. Quod autem ad virum solum attinet, imago Dei est tam plena atq; integra, quā in vnum coniuncta muliere. Vir enim principaliter creatus est ad imaginem dei, in quo naturaliter ampl⁹ viget ratio, quasi ipse sit ratio, quæ

est gloria dei. Mulier autem est ipsa sensualitas, D quæ subseruendo gloria est rationis, quia hęc in fœmina naturaliter præualet. Et ideo natura mentis humanæ non est imago Dei, nisi ex qua parte aternis rationibus considerandis adhærescit. Quia etsi totā contempletur veritatem, imago dei est: & cum ex ea distribuitur aliquid & quadam intētionē deriuatur ad actionem rerum temporalium, nihilominus ex qua parte cōspectā consulit veritatem, imago Dei est: ex qua verō intenditur in agenda inferiora, nō est imago Dei, & quia quantumcunque se extēderit in id quod aeternum est, tanto magis inde formatur ad imaginem Dei, & propterea non est cohibenda vt se inde contineat ac contemperet, ideo vir non debet velare caput suum. Quia verō illi rationali actioni, quæ in rebus tēporalibus corporalibusque versatur, periculosa est nimia in inferiora progressio, debet habere potestatem super caput quod indicat velamentum quo significatur esse cohibenda. Vir non est ex muliere, sed mulier ex viro, id est, E aeternæ contemplationis veritas non ex administratione temporalium rerum, vt ab ea regatur, neque ratio ex sensualitate, sed econuerso: quia nō est creatus vir propter mulierē. i. rationalis sensus subseruiat sensualitati, nec aeternorum contemplatio vt subiiciatur temporalium actioni, sed econtrario. & idcirco mulier. i. sensualitas & pars illa rationis, quæ ad temporalia gubernanda deflectitur, habeat potestatem. i. iugum superioris moderaminis sup caput, vt per disciplinam præmatur à noxia libertate vagarū cogitationū propter angelos dei, qui nos semper aspiciunt, ne dissoluta lasciuia cogitationū nostrarum offendantur. Sed tamē neq; vir sine muliere. i. rationalis sensus sine sensualitate vel tēporalium procuratione: neq; mulier sine viro. i. neque sensualitas vel temporalis actio sine superiori sensu: in domino. i. in domini operatione, sed potius & illud quod regendi habet potestātē in homine, & illud inferius quod regendum est, dominus fecit. Nam sicut mulier de viro. i. sicut actio bona ex cognitione veritatis habet originem, ita vt vir per mulierem. i. F similiter & cognitio veritatis post exacuitur p bonam actionem. Omnia autem sunt ex deo. i. & contemplatio veritatis & bona operatio, vel superior & inferior pars animæ. Aliter: Per virū spirituales rectores plebis ecclesiasticæ designantur, in quibus velamen ignorantiae non debet esse. Per mulierem verō figurantur animæ infirmæ, quæ nihil spirituale, nihil de inuisibilibus capere possunt. Quibus tamen ignorantiae velamen non officit, si de his quæ non intelligunt, nihil de proprio sensu præsumunt, sed sacerdotibus suis velut angelis honorē dātes, inquirunt ab illis quæ nesciunt. Ceterum si quælibet infirma, quæ adhuc carnaliter sapit, spiritualibus viris se cōferre præsumperit, deturpat caput suum, id est, inhonorat sacerdotes ecclesiæ. Sed hęc omittentes, videamus sequētia. nam subditur:

*Vos ipsi iudicate. Decet mulierē non velatam orare Deum? Nec ipsa natura*

**G** docet vos, quod vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi: mulier vero si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro velamine dati sunt ei?

Dixi quia mulier in ecclesia debet habere velatum caput, & [vos ipsi iudicate,] si hoc rationaliter dixi. Iudicate si decet mulierem non velatam orare Deum. Non decet, quia [nec ipsa natura docet vos] hoc esse decens, quæ capillos mulieris ita multiplicat. Cum hæc esset apostolicæ traditionis ratio, vt velatæ mulieres essent in ecclesia, illi econtra reuelatas eas in ecclesia patiebatur. Ideo nõ iam per auctoritatem traditionis quam neglexerant, sed per ipsam naturam suadere illis nititur veritatẽ. Nec ipsa, inquit, natura docet vos hoc decere. Et hoc docet natura,

Ieze. 44

**H** lex hoc prohibeat, [ignominia,] id est, grande opprobrium [est illi:] sed [si mulier comam nutriat, gloria est illi,] quod coma ipsius tam longa & tam decora crescit ac multiplicatur, vt summa gloria & pulchritudo videatur. Ideo gloria est illi, [quoniã capilli] à naturali institutione [dati sunt ei pro velamine] habẽdo, id est, dati sunt ei vt aliud velamen apponatur, quod per productionẽ capillorum innuitur. Coma enim indicium velaminis est, vt naturæ volũtas addatur. Et ideo vir nõ est naturaliter comatus, quia nõ est velandus. Sed & iuxta superiorẽ tractatũ spiritualis intelligentiæ nõ docet ipsa natura mulierem sine velamine Deũ orare, quoniam erectus hominis status indicat quod illa pars rationis eius, quæ tẽporalia procurat, non sine velo discretionis ea debet à domino petere, ne sicut Dei animalia totam se deiiciat in appetitũ terrenarum rerũ. Velo enim debet cohiberi à nimio cogitatu & appetitu inferiorum. Vir quidem, id est, superior mentis sensus, qui cœlestia ferens debet cogitare, si nutriat comam, id est, densitatem superfluarum cogitationũ, ignominia est illi. Mulier autem, id est, pars illa mentis quæ tẽporalia dispensat, si nutriat comam, id est, multitudinem vtilium cogitationum, per quas sapienter expleat necessariam rerum corporaliũ administrationem, gloria est illi, quoniam apud Deum habet inde mercedem. Quoniam capilli dati sunt ei pro velamine, id est, multiplex cogitatio de necessariis rebus est illi datus, vt sub hoc regatur & abscondatur à dissoluta vagatione inutilium & noxiarum cogitationũ.

*Si quis autem videtur contentiosus esse nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei. Hoc autem præcipio, non laudans quod non in melius, sed in deterius conuenitis.*

Dixi viros nõ debere comatos esse, sed mulieres oportere comam nutrire & caput velare, multasque rationes inde monstravi. Sed [si quis videtur contentiosus esse,] vt adhuc de hac re velit contendere, saltẽ auctoritati debet acquie-

scere: quia [nos] Iudæi, à quorum instructione processit habitus religionis ecclesiæ, & qui sumus semper populus dei, [non habemus talem consuetudinem,] vt viri sint comati, & mulieres nudent capita, [neque] etiam [ecclesia dei] ex Iudæis & gentibus constituta. Post rationes ponit auctoritatem, vt contentiosos vincat, quia neque Iudaismus hoc habuit, nec ecclesia dei: ostendens quia neque Moyses, neque saluator sic tradidit. Deinde iam amplius disputare nõ vult de virorum tonsione vel mulierum velatione, sed præceptum inde tribuit, dicens: [Hoc autẽ præcipio,] scilicet vt differentis solertia non requiratur, sed præcipientis auctoritas attendatur. Quasi dicat: Forsitan aliquis vult adhuc contendere non sic faciendum esse, sed ego præcipio hoc ita fieri, & auctoritate mea cõstituo: ego dico, [nõ laudans,] sed potius improbans [quod conuenitis] in ecclesia ad accipiendum corpus & sanguinem domini, [non in melius,] vt deceret, [sed in deterius,] id est, quia conuentus vester ad dominicam cœnam non fit in meliorationem vestri, sed in deteriorationem, quoniam multipliciter peccatis ibi.

*Primum quidem conuenientibus vobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nam oportet & hæreses esse, vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.*

[Primum quidem,] id est, maximum omnium malorum est apud vos, quod in conuentu vestro fiunt schismata. Nã in melius ideo non conuenitis, sed in deterius, quia [conuenientibus in ecclesiam vobis,] vbi vinculum charitatis esse debet, vnãque voluntas & summa cõcordia, ad quod vnus locus vos inuitat & admonet, [audio scissuras, id est, discordias] esse inter vos, & ex parte, [id est, in quibusdam vestrum] credo illas esse. Scissuræ in eis erant, quia illi qui superiora dona spiritus habebant, contemnebant ceteros: qui tanta dona non perceperat, & scindebant se ab illis. Ipsi quoque minores, per quãdam desperationem remouebant se ab illis, dũ tantam spiritualium charismatum excellentiam, quam assequi non poterant, mirarentur in eis. Ego scissuras diuisionum inter vos esse credo. Nec mirum, quia [oportet,] id est, vtile est fidelibus, [& hæreses esse] contra eos ad exercitationem eorum, [vt] per has boni [et qui] iã deo [probati] & noti [sunt, manifesti fiant] hominibus [in vobis,] id est, inter vos. Ex istis erant nonnulli hæretici, vt illi qui resurrectionem negabant. Sed per eos manifestati sunt ceteris illi qui, fidem apostolicam firmiter tenuerunt, dicentes: Ego sum Christi, cum alij dicerent, ego sum Pauli, ego autem Apollõ. & semper profunt hæreses fidelibus. Ex his enim hominibus hæretici fiunt, qui etiam si essent in ecclesia, nihilominus errarẽt. Cum autẽ foris sunt plurimũ profunt non verũ docendo quod nesciunt, sed ad verum quarendũ carnales, & ad verum apertendum spirituales catholicos excitãdo. Sunt enim innumerabiles in sancta ecclesia deo probati

**A** bati viri, sed manifesti non fiunt inter nos, quã diu imperitiõ nostræ tenebris delectati, dormire malimus quã lucẽ veritatis intueri. Quapropter multi vt veritatem dei videant & gaudeant, per hæreticos de somno excitantur. Vtatur ergo hæreticis, non vt eorum approbemus errores, sed vt catholicam disciplinam aduersus eorum insidias asserentes, vigilantiores & cautiores simus, etiam si eos ad salutem reuocare non possumus. Oportet igitur & hæreses esse, vt qui probati sunt manifesti fiant in nobis. Hi enim probati sunt deo, qui bene possunt docere. Sed manifesti hominibus esse non possunt, nisi cum docent. Docere autem nolunt nisi eos qui doceri quærunt. Sed multi ad quærendum pigri sunt, nisi per molestias & insultationes hæreticorum quasi de somno excitentur, & in imperitiã sua erubescant sibi, ac de illa periclitari se sentiant. Ideo prouidentia diuina multos diuersi erroris hæreticos esse permittit vt cum insultant nobis & interrogant nos ea quæ nescim, vel sic discutiamus pigritiam, & diuinas scripturas nosse cupiamus. Hæreticus autẽ est, qui alicuius temporalis commodi, & maxime gloriæ principatusque sui gratia, falsas opiniones ac nouas vel gignit vel sequitur.

Nota.

Nota.

**B** nescim, vel sic discutiamus pigritiam, & diuinas scripturas nosse cupiamus. Hæreticus autẽ est, qui alicuius temporalis commodi, & maxime gloriæ principatusque sui gratia, falsas opiniones ac nouas vel gignit vel sequitur.

*Conuenientibus ergo vobis in vnum. iam non est dominicã cœnam manducare, vnusquisque enim suã cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidẽ esurit, alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandũ & bibendum? aut ecclesiam dei contẽnitis, & confunditis eos qui non habent? Quid dicã vobis? Laudo vos? in hoc non laudo.*

Quandoquidẽ scissuræ sunt inter vos, [ergo vobis conuenientibus in vnum, iam non est manducare dominicam cœnam,] id est, illud manducare quod ibi facitis, quia discordatẽ hoc facitis, iam non est manducare dominicã cœnam. Quia [vnusquisque] vestrũ [præsumit] in ecclesia manducare seorsum [cœnam suam,] id est, oblationẽ suã, cum dominica cœna communis esse debeat omnibus Christianis, sicut Christus cõ suis discipulis communiter cœnauit. Tãgit eorũ cõsuetudinẽ, quia frequenter in anno certis diebus solebant omnes ad ecclesiam conuenire, vt corpus & sanguinẽ dñi perciperent, & in ecclesia conuiuium agerent ex oblationibus suis ad exemplũ cœnæ, quam dñs cum discipulis suis fecit. Sed hanc cõsuetudinẽ plurimi eorum peruerterant: & secundum quod alius alio prior veniebat afferens cibos suos, māducabat & inebriabatur non expectans pauperẽ fratrem: & postea corpus dñi sumebat, vel cibis suæ mēfæ miscebat, nõ iudicans illud ab aliis cibis differre. Nam munera sua offerentes aduenientibus presbyteris, quia adhuc rectores ecclesiis non omnibus locis fuerant constituti, totũ sibi quod obtulerant vēdicabant schismatis causa. Nam pseudo apostoli dissensiones inter eos se-

minauerant, ita vt oblationes suas zelaretur, cū vna atque eadẽ prece omnium oblationes benedicerentur, vt hi qui (vt affolet fieri) nihil obtulerant, vel vnde offerrent non habebant: pudore correpti confunderentur, nõ sumentes partem. Et tam citò illud agebant, vt superuenientes non inueniret, quid ederent. Ideoq; Apostolus illos increpat. Si sic, inquit, conuenitis, vt vnusquisque cibum suum sumat, domi hæc agenda sunt, nõ in ecclesia, vbi vnitatis & mysterij causa cõuenitur, non dissensionis & ventris. Munus enim oblatum, totius populi fit, quia in vno pane omnes significantur. Per id enim quod omnes vnum sunt, de vno pane omnes sumere oportet. Itaque dicitur: [Conuenientibus vobis in vnum, iam non est dominicã cœnam manducare,] id est, iam non potestis sacramenta redemptoris accipere, nec iam ad similitudinem cœnæ domini facitis ibi conuiuium. Quare? Quia [vnusquisque] vestrum cœnam suam, id est, quod secum attulit, [præsumit,] id est, ante dominicam cœnam, & antequam ceteri conueniant, sumit, [ad manducandum,] non ad erogandum pauperibus. [Et alius quidẽ] qui non attulit quod ederet, vel sero venit, [esurit: alius autem,] qui cibos suos edere præoccupauit, [ebrius est.] Et ita iam non estis idonei dominicam cœnam manducare, id est, sacram eucharistiam percipere quæ à ieiunis & concordantibus est percipienda, quãuis apostoli primo nõ ieiuniam perceperint. Placuit enim spiritui sancto, vt in honorem tãti sacramenti in os Christiani prius dominicũ corpus intraret quã ceteri cibi. Nam ideo per vniuersum orbem mos iste seruetur. Neque quia post cibos illud dedit dominus, propterea pransi vel cœnati fratres ad illud percipiendum conuenire debent, aut sicut faciebant quos nũc Apostolus arguit: & emendat, mensis suis hoc miscere. Nanque saluator quo vehementius cõmendaret mysterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus & memoriæ discipulorũ, à quibus ad passionem mox digressurus erat: & ideo non præcepit quo deinceps ordine sumeretur, vt apostolis per quos ecclesiam dispositurus erat, seruaret hunc locũ. Vos inquit, ita comeditis, quisque suas oblationes, nec facitis eas vt deberetis omnibus cõmunes. Sed cur ad talẽ cõmestionem venitis in ecclesiam [Nunquid non habetis domos ad manducandum & bibendum,] vt ibi conuiuia huiusmodi celebretis? [Aut ecclesiam dei,] id est, domũ orationis quæ consecrata est ad exorandum in ea deum, & ad percipienda illius sacramenta, [contemnitis?] Vtique contemnitis eam, dum irreuerenter in ea carnales cibos sumitis. Et etiam [confunditis] eos qui non habent quid ibi comedant, cum vos in conspectu eorũ deliciis affluatis, & ipsi vel ieiuni remaneant vel solum panem suũ comedant. In hoc etiã confunditis pauperes [qui nõ habent] quod edant: quia vos antequã ipsi veniant māducatis, & nihil illis relinquitis: atque ita cum ipsi veniunt, quod māducant nõ inueniunt & erubescunt. Sic enim confunditis & eos qui presentes sunt & nihil accipiunt, siue iuxta superfluas opes vestras suã tenuitatẽ

I saie. 56.  
Matt. 21.



**G**nuitatē comedūt, & illos qui post veniētes nihil inueniūt. & [quid dicam vobis] qui talia faciunt: Non inuenio quid dignum pro commissione talium operum vobis dicā. [Laudo] ego [vos? in hoc] quod ista tam male agitis, [nō laudo,] sed multū reprehēdo. Vel laudo vos in nō nullis aliis, sed in hoc nihil laudabile inuenio.

*Matt. 26. Ego enim accepi à domino, quod & tra-*  
*Marc. 14 didi vobis, quoniam dominus Iesus in*  
*Luca. 22. qua nocte tradebatur, accepit panē: &*  
*gratias agens, fregit & dixit: Accipite*  
*& manducate hoc est corpus meū, quod*  
*pro vobis tradetur. Hoc facite in meam*  
*commemorationem. Similiter & cali-*  
*cem, postquam cœnauit, dicens: Hic ca-*  
*lix nouum testamentum est in meo san-*  
*guine. Hoc facite quotiescunque bibe-*  
*tis, in meam commemorationem.*

**H** iure vos non laudo, sed vitupero in hoc quod ita peruerse & irreuerenter ad dominicam cœnam conuenitis, quia traditionem meam super hac re non bene seruastis. Quam tamen diligēter seruare debuissetis, quia [ego] non à meipso inueni eā, nec à Petro vel Andrea didici sed accepi à domino, quod & vobis] de tātā re [tradidi,] & ideo reuerēter atq; inuolabiliter debetis retinere, quod mihi dominus tradidit & ego vobis. Hoc vobis tradidi, quoniam dominus Iesus &c. Ostēdit Apostolus mysterium eucharistię inter cœnam celebratam, non cœnam esse. Medicina enim spiritalis est, quæ cum reuerentia degustata, purificat sibi deuotum: & memoria redemptionis nostrę est, vt redemptoris memores, maiora ab eo cōsequi mereamur. In nocte autem traditus est ad passionem, sed venit inde ad resurrectionis lucem. [Dominus Iesus,] id est, saluator credentium, [in nocte qua tradebatur,] iam imminente suę passionis articulo, accepit panem, & gratias agens, fregit. Accepit panem, vt significaret se accepisse corpus quo nos pasceret. Et gratias agit patri de reparatione hominū futura per passionē eius, ac per sacramentum corporis & sanguinis eius. Et fregit panem, vt ostēderet corporis sui fractionem, id est, passionem non absque sua sponte ac procuratione venturam, sed se facturum illam, sicut ait: quia ego pono animam meam, vt iterum sumam eam: & nemo tollet eam à me sed ego pono eam à me ipso. Fregit panem, vt omnibus suis ex eo daret, & vnum omnes illos faceret. [ & dixit eis: Accipite] hanc spiritalem escam [ & manducate] hoc sacramentum, id est, & mente accipite & ore comedite, scilicet vt carnem meam non edatis tantum in sacramēto, sicut & multi mali alij faciunt, sed vsque ad participationem spiritus māducetis, vt in meo corpore tanquā membra maneatis, & meo spiritu vegetemini. Quia qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in illo. Signum enim quia manducauit

& bibit, hoc est, si manet & manetur, si inhabitat & inhabitatur, si hæret, vt non deseratur. Sic do vobis ad edendum carnem meam, scilicet vt hanc edentes non relinquatis vnitatem meam. Manducate quod tribuo, quia [hoc est corpus meū.] Sensibus quidē exterioribus videtur esse panis, sed sensibus cognoscite mentis, quia hoc est corpus meum, non aliud, sed illud idem substantialiter, quod pro vobis redimēdis tradetur ad mortē & crucifigetur. Hoc] quod dixi, [facite,] id est, corpus meum accipite & manducate per successiōnē temporis vsq; in finem seculi, [in meam commemorationē,] id est, in memoriam passionis meę, vt pertractetis & consideretis, quā dignam & sanctam & humanę salutis efficacem medicinam accipitis, quatenus ex consideratione tantę sanctitatis cum maiori veneratione sacram eucharistię percipiat, & imitari passionem meam desideretis, vt si opus fuerit, pro salute fratrum mori, parati sitis. Accipientes enim corpus meū memores mei esse debetis, vt diligenter recogitetis quis ego sim, & quæ inter homines conuersas operatus sim vel quę pertulerim, vt sicut præcessi sequamini. Vel vos sacerdotes hoc facite, id est, ex pane corpus meum per mystica verba consecrate, in memoriam passionis meę vt recogitetis eam dum sacrificium istud obtuleritis. Similiter [vt acceperat panem & fecerat ex eo viuū & verum corpus suū,] [accepit & calicem,] & fecit ex vino sanguinem suū, [postquā cœnauit,] id est, iam & finito veteri pascha quod cum discipulis tunc manducauerat. Trāsiit enim à veteri ad nouū pascha, quod tradebat celebrandū ecclesię, vt pro carne & sanguine legalis agni, sacramentū sui corporis & sanguinis substitueret. Ob hoc etiā post finē cœnæ, vt illud quod cū eis vltimum ageret, arcti? eorū mētibus imprimeret. Quoniam illud quod eorū saluti magis erat vtile debuit eis ad vltimū reseruare, & maxime cordibus eorū cōmēdare. Accepit calicē & dixit: [Hic calix,] id est, hic potus [est nouū testamētū, id est, noua promissio cælestis hæreditatis] [in sanguine meo,] quo plenus est idē calix. Hoc est, potus huius calicis est sanguis meus, qui non vetera, sed noua id est, non terrena, sed cælestia bona promittit. Nam calix Moyli vetus testamentum fuit, quia terrenā hæreditatem promisit in sanguine vitulorum & hircorum, de quo idem Moyses ait: Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos deus. Per testamētū enim datur hæreditas, & in sanguine Christi accepimus nouū testamētū id est, nouam legem quæ obedientibus sibi dat hæreditatē regni cælorū. Testamētū nouum in Christi sanguine consecuti sumus, per quod ad nouam hæreditatem perueniamus, quia beneficij diuini sanguis testis est. Vnde & ad tuitionem corporis & animę nostrę sacramenta eius percipim⁹, quia caro eius pro salute nostri corporis est oblata: sanguis verò pro anima nostra effusus est, vt vtraq; nostri substantia hæreditatē vitæ perennis accipere posset. Nec mirum, quod de pane & vino carnem & sanguinē suū fecit. Nam & in quolibet homine carnē & sanguinē de pane & vino facit, quia panis come-

K

Nota.

L

M

Hebr. 9

Exod. 14

fitus

**A** stus mutatur in carnē, & vinum potatum vertitur in sanguinem per creatoris operationē. Calix Christi quē in mysterio bibimus, propter etiā dicitur testamētum in sanguine eius, quē semel in cruce fudit pro nobis, quia munit & defendit nos aduersus calūnias hostis antiqui, ne cælestem nobis hæreditatem possit auferre, sicut literæ illæ quæ vocantur testamētū, hæredē muniunt aduersus calumniatorē, ne tollat ei hæreditatem. [Hoc, inquit, facite,] id est, calicem hunc bibite [in meam cōmemorationē, quotiescunq; bibetis] illum, vt scilicet nunquā sine memoria passionis meę bibatis eum, sed in mēte habeatis, quia ego mortem pertuli pro vobis. Aut certe vos qui sacerdotes estis, hoc facite quod ego nunc feci, id est, calicē vini consecrate, vt fiat sanguis meus. hoc facite in meā cōmemorationem, vt in hoc factō sitis memores mei & eorū quæ pro vobis passus sum. Hoc ita dixit dominus, velut si quis moriens relinquit ei quē diligit, aliquid pignus: quod dum ille post mortem eius aspicit, lachrymas continere non potest, si eum perfecte dilexit.

*Quotiescunque enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec veniat.*

Exponit in quam cōmemorationem Christi debeamus celebrare vel accipere sacramentum corporis & sanguinis eius, scilicet in cōmemorationem mortis eius. Ideo, inquit, dixit dominus in suam commemorationem hoc debere fieri, quia [quotiescunque manducabitis hunc] vitæ [panem &] hunc æternæ salutis [calicem bibetis, mortem domini] pro nobis factam [annunciabitis,] id est, repræsentabitis [donec] ipse [veniat] ad iudicium, quia hoc sacramentum non mutabitur sicut sacramenta Iudæorum. Significat finem seculi, quando erit sanctorum requies non adhuc in sacramento spei, quo in hoc tempore consociatur ecclesia, quando bibitur quod de Christi latere manauit, sed iam in ipsa perfectione salutis æternæ, cum tradetur regnum deo & patri, vt in illa perspicua cōtemplatione incommutabilis veritatis, nullis mysteriis corporalibus egeamus.

*Itaque quicumque manducauerit panem hunc & biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini.*

Quandoquidē autoritate domini Iesu probauimus panē illum esse corpus eius, & vinum sanguinē eius, atque celebrandum vel accipiendum esse mysterium illud in cōmemorationem mortis ipsius, [itaq; quicumq;] homo, siue diues, siue mediocris, siue pauper, siue clericus, siue laicus, [māducauerit panem] domini [hunc & biberit calicē domini] indignè, reus erit corpo-

Nota.

C

infra. 15.

Hebr. 9

Exod. 14

ris & sanguinis domini. Indignè manducat & bibit, qui hoc mysterium aliter celebrat vel accipit, quā à Christo traditū. Ideo fit reus corporis & sanguinis domini, id est, dabit pœnas mortis domini. Occisus est enim pro his qui beneficij eius in irritum ducunt. Indignè māducat & bibit, qui sine debita reuerentia sacrā eucharistiā percipit. Indignè māducat & bibit, qui non prius per pœnitentiā purgatus, ad hoc sacramentū accedit. Hoc est enim indignè accipere, si eo tempore accipiat quo debet pœnitentiā agere. Fit igitur reus corporis & sanguinis domini, id est, nō purgationē, sed maculam culpæ pro qua pereat, trahit ex eo quod male accipit bonum sacramentū corporis & sanguinis domini. Nec sibi si indignus accesserit applaudat, quia cōtinuo dānatus non fuerit, quoniam multoties peccatoris supplicium differtur, sed perendinatur occultū iudiciū. Nemo præsumat accedere indignus, sed [homo,] id est, rationaliter agens, [probet,] id est, discutiat & examinet prius [seipsum,] qui etiā ex eo quod homo est, sine peccato nō est. Probet antea seipsum, id est, vitā suā inspiciat & consideret, an digne possit accedere vel nō. Rare enim potest inueniri quisquā ita magnus & iustus, vt in eo per discussionem non inueniatur aliquid, quod debeat eum à corpore & sanguine domini retardare, nisi confessus fuerit illud, & per pœnitentiā deleuerit. Probet se, [ & sic,] id est, postquam se probauerit, [edat de pane illo & bibat de calice,] quia tunc ei proderit. Ideo prius se discutiat & purget, quia [qui māducat & bibit indignè,] id est, sine sui examinatione, [iudiciū sibi māducat & bibit.] Indignè māducat & bibit, qui vel aliquod graue peccatū, vel multa leuia cōmisit, & nō confitetur ea priusquā ad cōmunionē accedat. Duobus etiā modis manducare & bibere debemus hoc sacramentū, id est, ore cordis & ore corporis. Nā qui solo ore corporis māducat, indignè māducat. Qui autē & ore corporis & ore cordis accipit, ille digne comedit. Qui indignè māducat iudiciū sibi manducat: id est, damnationē extremā, quæ nūc appellatione iudicij signatur, sicut & cū dominus ait: Qui verò mala egerunt in resurrectionē iudicij. Iudiciū sibi māducat, nō alij: quia cōmunio malorū nō maculat aliquē participatione sacramētorū, sed confessione factorū. Nā si in factis malis nō eis quisq; consentiat, portat malus causam suā & personā suā, & ideo boni debent tolerare malos. Iudicium sibi māducat, nō quia mala res fit quā accipit, sed quia ille malus male accipiendo ad iudiciū accipit bonū quod accipit. Sicut enim Iudas cui buccellā tradidit dominus, nō malum accipiendo, sed male accipiēdo, locū in se diabolo præbuit: sic indignè quisque sumēs dominicum sacramentū, non efficit vt quia ipse malus est, malum sit, aut quia ad salutē non accipit, nihil acceperit. Corpus enim domini & sanguis domini nihilominus est, sed ille accipit hoc nō ad vitā, sed ad iudicium: quia nō diiudicat corpus domini, id est, nō discernit quā sit dignius omnibus creaturis hoc corpus, quod videtur esse panis. Si enim cogitaret hoc corpus esse, verbo dei personaliter vnitū, & vi-

D

E

F

Ioan. 5.

Ioan. 13.

Nota.

Matt. 26.

Marc. 14

Luca. 22.

Ioan. 10.

Ioan. 6.

**G** & vitam ac salutem eorum esse qui hoc digne accipiunt, non praesumeret indignus accipere, sed dignum se praepararet. Deuoto enim animo & cum timore accedendum est ad illum, ut sciat mens se ei reuerentiam debere ad cuius corpus sumendum accedit, & diiudicet apud se cuius dignitatis sit illud corpus. Inde enim Apostolus nunc indigne dicit acceptum à Corinthiis, quia hoc non discernabant à cæteris cibis veneratione singulariter debita. Continuo quippe cum dixisset, iudicium sibi manducat & bibit, addidit, [non diiudicans corpus domini.] Non enim diiudicabant illud, sed velut quemlibet alium cibum indiscrete negligentèrque sumebant. Sequitur

*Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.*

Quia indigne manducatis hoc corpus & sanguinem bibitis, [ideo] sunt [inter vos multi infirmi,] qui graui morbo languent, [& imbecilles,] qui diuturna inualetudine torpent. [& dormiunt] etiam [multi,] id est, somno mortis sunt occupati. Ut verum probaret quia examen futurum est accipiendum corpus domini, iam hinc imaginem iudicij ostendit in nonnullis, qui inconsiderate corpus illud acceperat, dum ægrotationibus & longis inualetudinibus tenerentur, & multi morentur, ut in his ceteri disceant se non impune corpus domini negligenter accipere, & paucorum exemplo ceteri territi emendarentur, scientes quia grauiore penas in futuro seculo propter hanc culpam ipsi forent passuri, si non corrigerentur. Nam & adhuc propter huiusmodi causam multi homines post pascha variis infirmitatibus corripiuntur, quia corpus redemptoris indigne perceperunt.

*Quod si nosmetipsos diiudicemus, non vtiq; diiudicemur. Dum iudicamur autem à domino, corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.*

Hæc mala diuino iudicio patimur ob contemptum dominici corporis. Sed [si diiudicemus nosmetipsos,] id est, si in diuersas partes actionum & cogitationum nostrarum oculos mentis circumduceremus, & de singulis quæ nos male fecimus aut cogitauimus, nos ipsos districte penitendo iudicemus, [non vtiq;] à domino [iudicemur.] Ascendat itaq; homo aduersum se tribunal mentis suæ, constituat se ante faciem suam. Atq; ita constituto in corde iudicio, adsit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnifex timor. Inde quidam sanguis animi confitentis profluat per la chrymas. Postremo ab ipsa mente sententia talis proferatur, ut se indignum homo iudicet participatione corporis & sanguinis domini, si tales culpas in se repererit. Versetur ante oculos eius imago futuri iudicij: & quicquid in se viderit quod à iudice vêturo reprehendi possit & puniri, ipse nunc in seipso reprehendat & puniat. Peccata enim, siue parua, siue magna, impunita esse non possunt, quia aut homine puniente, aut deo iudicante plectuntur. Cessat autem vindicta diuina, si conuersio præcurrat humana. Quia si nosmetipsos diiudicemus, non

vtiq; à domino iudicemur, id est, puniremur, vel in futuro seculo, vel in isto. Sed [dum] in presenti vita [iudicamur à domino,] id est, plectimur infirmitate vel aduersitate vel corporis morte pro peccatis nostris, corripimur ab eo clementer & emendamur, [ut] in futura vita [non damnemur] aternaliter [cum hoc mundo,] id est, cum infidelibus & amatoribus huius mundi. Idcirco enim nobis modo non parcat, ut in perpetuum parcat. Illis autem nunc parcat, quos in aeternum puniri disposuit.

*Itaque fratres mei cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet, ut non in iudicium conueniatis. Cætera autem, cum venero, disponam.*

Quandoquidè quisquis indigne corpus domini percipit, iudicium sibi percipit, & multi etiã in presenti seculo propter hanc offensionem variis languoribus aut mortibus plectuntur, [itaq;] & fratres mei] caute iam indigne illud sumere, caute cum schismate ad illud conuenire, sed [cum conuenitis ad manducandum] illud, per fraternam dilectionem [expectate inuicem] alij alios, ut multorum oblatio simul celebreretur, & omnibus ministraretur. Sed [si quis esurit,] & propter acriorè famem non potest expectare donec omnes conueniant, [domi manducet] suum corporale cibum, & post veniens ad ecclesiam, non accipiat eucharistiam. Ita vos inuicem propter has causas expectate, [ut non in iudicium conueniatis,] id est, ut non reprehensibiliter & cum offensione sacrum mysterium agatis, ne iudicium damnationis inde conquiratis. Hæc interim obseruate. Sed [cætera] quæ sunt agenda, [disponam] vobis [cum venero.] Prius ostendit quomodo vir & quomodo femina caput agere debeat, deinde qualiter ab utroq; sexu in ecclesiam conuenire oporteat: in quibus rebus si error fuerit, non leue peccatum est. Cætera verò quæ ad adificationem ecclesiæ pertinent, præsentia sua ordinaturum se promisit: quia multum erat ut in epistola sua totum illius agendi ordinem insinuaret, quem vniuersa per orbem seruat ecclesia.

## CAPVT XII.

*E spiritualibus autem nolo vos ignorare fratres. Scitis autè quoniam cum gentes essetis, ad simulacra muta, prout ducebamini, euntes. Ideo notum vobis facio, quod nemo in spiritu dei loquens, dicit anathema Iesu, & nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto.*

Crescente fide, gratia linguarum minuebatur, quia propter infideles acceperat. Hinc ergo plurimi contristati, coeperunt adhuc habitibus gratiam hanc inuidere, putantes hoc maius aliis omnibus charismatibus. Vnde nunc Apostolus eos corrigit, quia quasi per quãdã vnitatem plus appetebat linguarum scientiam, & ostendit quæ

maxime forent appetenda. Cætera, inquit, permitto vos ignorare donec veniam. Sed [de spiritualibus,] id est, de donis sancti spiritus, propter quæ maiores superbiunt, & minores inuidet vel desperat, [nolo vos ignorare] quid veritas habeat, ut non sit schisma inter vos, sed pax & concordia. Quod ostendo per simile. Nam [scitis quoniam cum essetis gentes, id est, gentiles diuersis erroribus dediti, eratis] euntes ad simulacra muta, prout] ab vno spiritu maligno [ducebamini:] & si tunc vnus diabolicus spiritus vos ducebat, alios ad alia simulacra, alios ad alia bona opera, & alios ad alia, vel aliis alia dona tribuat, & aliis alia. Vnus enim spiritus bonus est nunc in omnibus vobis, licet diuersis diuersa dona præstiterit: sicut tunc vnus spiritus malus erat in omnibus vobis, licet ad diuersos errores simulacrorum vos duceret. Quæ simulacra erant muta, licet vos ab illis responsa peteretis. Dicitur Apostolus quod omnia bona sint à spiritu sancto, similitudinè præmittit à contrario, scilicet quod omnia mala sint à spiritu malo. Ostendit enim à simili (ut dictum est) quod omnes eundem spiritum dei habeant, reprehendens illos qui ex eo quod maiora charismata perceperant, abrupiebant se ab inferioribus minora charismata habentibus: quia cum essent in infidelitate idololatriæ, vno spiritu maligno participat omnes comuniter & maiores & minores. Tunc ipsi erant multæ gentes, sed modo sunt vna gens: quia vna fides, quia vna spes, quia vna charitas, quia vna expectatio, quia vna patria cælestis. Scitis, inquit, ut experti, quia cum essetis diuersæ gentes, id est, gentiliter in variis erroribus viuentes, eratis euntes quasi assidui ad simulacra muta & ratiões carètia, prout à deceptorio spiritu ad hæc ducebamini. [Ideo quia scitis quod malus spiritus vos retractos à bono duxit ad tam irrationabile malum, id est, ad idololatriam, per hoc facile] [vobis notum facio, quod] per spiritum dei abstinetur à malo, & fit bonum, & hoc est, [nemo in spiritu dei loquens] cogitudo, loquendo, operando, [dicit] similiter tribus modis [anathema Iesu,] id est, alienationem à Christo: hoc est, quodlibet peccatum per quod alienus fiat à saluatore: quia per spiritum sanctum abstinetur à malo, [& nemo] quãtuscũq; sit, [potest dicere] corde, lingua & opere, [quia Iesus est dominus,] cui omnia seruire debent, [nisi in spiritu sancto,] à quo est omne verum: hoc est, per spiritum sanctum fit bonum. Vel nemo in spiritu dei loquens, id est, nemo cuius mentem & os moueat spiritus dei, dicit anathema Iesu, id est, dicit alienationem saluatori, ut dicat ei quod ipse sit alienus à substantia patris, sicut dicebat Arius, qui in spiritu diaboli loquebatur. Et nemo potest dicere, id est, hanc veritatis confessionem proferre, ut dicat quia Iesus est dominus, nisi in spiritu sancto loquens. Non enim adulatione hominum appellatur dominus, sicut idola quæ ab hominibus dii vocantur, cum non sint. Non ergo fauor est hominum, quod Iesus dominus dicitur: sed donum dei, qui mysterium suum hominibus declarauit. Nec qui hoc dicit, præstat beneficiũ religioni, sed accipit, sicut gentiles qui

gratia principum vel antistitum idola dicunt deos, dum non sint. Sed quomodo nemo dicit, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto, cum ipse Iesus asserat, quia non omnis qui dicit mihi domine, dñe intrabit in regnum cælorum? Sed hoc ipsum dicere quod Apostolus posuit, non sermone, sed affectu cordis est ponderandum, quia proprie posuit verbum quod est, dicit, ut significaret voluntatem atque intellectum dicentis. Dominus verò generaliter posuit solum oris sermonem. Videtur enim dicere etiã ille, qui nec vult nec intelligit quod dicit. Sed ille proprie dicit, qui voluntatem atq; mentem suam sono vocis annunciat: & ille dominum Iesum dicit, qui eum diligit, si eo modo dicit, quo intelligi Apostolus voluit. Multi enim voce dicunt, corde autem & factis negant. Itè nemo in spiritu dei loquens dicit anathema Iesu, id est, alienationem à saluatore, hoc est, aliquid verbum per quod ipse vel alius à saluatore fiat alienus. Nam sicut malus spiritus qui præsidet simulachris, nihil in aliquo loquitur unde quis à simulacris separetur, ita spiritus dei qui præsidet ecclesiæ, nihil in quoquam loquitur unde quis à Christo vel à membris Christi separetur. Sunt enim nonnulli, qui se in spiritu dei existimant loqui, id est, recta se putant dicere, dum loquuntur ea quæ vel ipsos vel ceteros qui audiunt separent à Christo, sicut minores Corinthiorum qui stulta humilitate se scindebant ab vnione maiorum, & à societate membrorum Christi faciebant alienos, quia non erant maioribus similes in charismatibus. Sed & detractores & qui cunq; discordias inter fratres seminant sub specie rectæ locutionis, aut qui corrumpunt fidem audientium, seu bonos mores suis alloquiis aliquod sanctitatis fucum coloratis, quasi in spiritu dei loquentes videntur, dum dicunt anathema Iesu: quia sub imagine veritatis & rectitudinis loquuntur ea, per quæ suos auditores à saluatore faciunt alienos. Sed huiusmodi verba nunquam spiritus sanctus docuit. Et nemo potest dicere, dominus est Iesus, id est, nemo deuote potest gloriam domini Iesu Christi prædicare, ut annunciet vel confiteatur quia ipse est dominus, cui debet vniuersitas seruire, nisi in spiritu sancto, id est, nisi mentem eius illuminauerit spiritus sanctus, & amore veritatis accenderit. Nam sicut ille spiritus nihil docet loqui, unde quis à Christo separetur: ita iste omne verbum loqui docet, per quod ad Christum trahuntur homines & ideo quisquis gloriam dei prædicat ut auditores ad eum trahat, non sibi hoc tribuat, quia non habet hoc à seipso, sed à spiritu sancto, qui vbi vult spirat. Maiores enim Corinthiorum arroganter de bonis spiritualibus gloriabantur, quasi à seipsis hæc haberent, & ceteros despiciant qui hæc habere non poterant, quasi spiritus sanctus non & illis quos spernebant, posset ipsa dona dedisse, & eis non dedisse, ideoq; non recte de beneficiis dei super alios extollebantur, cum vtiq; humiliores inde fieri deberent, & gratias deo reddere.

*Diuisiones verò gratiarum sunt, idem autem spiritus: & diuisiones ministerium sunt, idem autem dominus: &*

Matt. 7.

E

I. Cor. 15

Ioan. 3.

maxime

**G** *diuisiones operationum sunt, idem uero deus, qui operatur omnia in omnibus.*

Cōmune est omnibus electis ut sint participes spiritus sancti: sed gratiæ quas ab eo suscipiunt, sunt variæ. Quia [sunt diuisiones gratiarum,] id est, donorum quæ spiritus sanctus gratias dat, sed vnus atq; [id est spiritus,] qui easdem gratias diuidit hominibus: diuisiones gratiarum sunt officii ecclesiæ, non humanis meritis deputatæ. Sicut enim qui dicit dominus Iesus, in spiritu sancto dicit, quilibet sit, ita & in loco ordinis officij ecclesiastici positus gratiā habet quicquid sit, nō utique propriam, sed ordinis per efficientiā spiritus. [ & diuisiones sunt ministratiōnū,] per quas variis modis fideles ministrat deo, dū pro eius amore famulis eius subseruiūt & necessaria tribuunt: sed [id est] est & non varius [dominus] Iesus, cui variis modis ministratur, & qui varia tribuit ministeria. [ & diuisiones operationū sunt,] quas agūt electi, sed [id est] est [deus] pater, qui operatur omnia] bona [in omnibus] fidelibus. Non in vno omnia operatur, ne vnus superbiat: sed in omnibus, ut quod non habet quis in se, habeat in alio, ut sic maneat charitas. Quoniam Arriani qui gradus in trinitate facere volūt, calūniantur quod pater primū nomine, secūdo filius, tertio spiritus sanctus: idcirco Apostolus mutauit hūc ordinē, ut primū spiritum, deinde dominū, id est, filium: tertio deū id est, patrē poneret. Et dum dicit, idem spiritus idem dominus, idem deus, eandē prorsus substantiam triū personarum ostendit. Vel contra Macedoniū & ceteros hæreticos qui spiritum sanctum negauerunt esse deum, potest de solo spiritu intelligi totum, ut & dominus & deus ab Apostolo nominetur. Qui nō diuiditur, cū dona sua diuidit: & quod ipse operatur, tota trinitas operatur. Deus enim natura incorporea, quia immutabiliter vna æterna stabilitate in seipso manēs totus adesse rebus omnibus potest, & singulis totus, quauis in quibus habitat, habeant eum pro suæ capacitatis immensitate & diuersitate, alij amplius, alij minus, quos ipse sibi dilectissimū templū gratia suæ bonitatis edificat. Et gratiarum quidē diuisiones sunt tanquam per partes membra vnus hominis, vbi & simul omnes vnū templū & singula templa sumus: quia nō est deus in omnibus quā in singulis maior, & sit plerunque ut plures eum minor capiat, & vnus amplius. Sic enim & apud Corinthios erat, quia pauci spirituales magis eum capiebant, & multitudo carnaliū minus. Sic diuersa dona varie sunt mēbris Christi distributa ut omnia membra sibi quadam necessitate cohæreant, & se inuicem diligant, ac sibi inuicem seruiant. Nā oculus solus videt in corpore. Sed nunquid sibi soli videt? Et manū videt, & pedes videt & ceteris mēbris videt. Rursum sola manus operatur in corpore. Sed nunquid sibi soli operatur: Sic pes ambulando omnibus mēbris militat. Membra cetera tacent, & lingua pro omnibus loquitur. Atque ita diuersis officiis cōcorditer distributa sunt mēbra. Sic & de mēbris Christi spiritus sanctus agit, ut omnia necessario, comparentur & sibi cohæreant. Si enim

amas vnitatem, etiam tibi habet, quisquis in illa aliquid habet. Tolle inuidiam & tuum est quod habet. Tolle inuidiam, & meū est quod habes. Liur separat, vnitas iungit. Ideo tenēda est vnitas, quia quantū quisque diligit mēbra Christi, tantum habet spiritum sanctum: & tantum habet in eis, quod in seipso habere non valet.

*Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autē sermo scientiæ secundum eundem spiritum: alteri fides in eodē spiritu, alij gratia sanitatem in vno spiritu: alij operatio virtutum: alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarū, alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult.*

In omnibus Christi mēbris est spiritus sanctus, sed [unicuique] eorum tam maiori quā minori [datur manifestatio] eiusdem [spiritus] id est, donum gratiæ, per quod aliis manifestetur spiritus sanctus qui in eo est, & manifestetur [ad vtilitatem] eius & aliorum: quia & sibi & aliis ex accepto dono prodest, dū vitam suam bene gubernans exemplū bonæ conuersationis ostēdit, vel etiā voce prædicat: & quod variis modis vnicuique detur manifestatio spiritus, ostēdit per partes. Nam [alij quidem] non per humanū ingeniū, nec per studiū literarū, sed per [spiritum] sanctū [datur] nō solū sapientia, sed etiam [sermo sapientiæ,] ut loqui possit alius ipsam sapientiam quā intelligit: [alij autē] datur [secundū eundē spiritū] non tantū scientia, sed etiā [sermo scientiæ,] per quē alios doceat. Ipse spiritus qui dat alij sermonem sapientiæ, dat huic sermonē scientiæ: nec tamen est in se diuersus, sed idē permanet. Sapiētia est in contemplatione æternorū, scientiāq; in actione temporalium. Sermo sapientiæ per spiritū datur, ut quis de æterno & incommutabili bono, ac de perennibus gaudiis loquēs, alios ad amorē patriæ celestis erigat: sermo autē scientiæ tribuitur, ut loquēdo quis alios docet de his, quæ in tēpore facta sunt historialiter: & de his quæ faciēda vel quæ cauēda sunt moraliter, id est, de virtutibus & vitiis. Vel aliter: Sunt enim quidam qui per donū gratiæ & ipsa itelligūt, quæ exponi à doctoribus nō audierūt: hi videlicet sermonē sapientiæ perciperūt. Et sunt quidā qui audita per semetipsum telligere nequeūt, sed ea quæ in expositioribus legerint retinēt, atq; scienter proferunt quæ lecta didicerint: & hi sermone scientiæ pleni sunt. Quauis hoc intelligi etiam aliter possit: Quia sapientia ad vitā, scientia uero pertinet ad doctrinā. Qui bene igitur uiuit & prudētē prædicat, sapientiā & scientiā diuinitus accepit, [alteri] datur [fides], id est, constantia fidei in eodē spiritu] sancto, ut quauis alios prædicando nesciat instruere, tamen recte & firmiter credat, nullōq;

A nullōq; metu vel pudore fidē suā ore confiteri omittat. [alteri datur gratia sanitatum,] ut infirmos sanet, in vno spiritu, id est, in vno spiritu sancto, qui est vnus, id est, incommutabilis & indiuisus in seipso. alij per eundem spiritum datur [operatio virtutū], .i. ut operari virtutes miraculorum cōtra naturam possit, sicut est suscitatio mortuorū aut virtutes in expulsione demonū, [alij datur prophetia,] ut spiritu repletus pronunciet futura, [alij discretio spirituum,] ut sciat discernere spiritus malos à bonis, dum audit eos loquentes. Discretio enim difficilima est, cū & spiritus malignus quasi trāquillus agit, ac sine vexatione aliqua corporis assumpto humano spiritu dicit quod potest, quando etiam vera dicit & vtilia prædicat ad hoc, ut cū illi in manifestis bonis creditum fuerit, seducat ad sua. Iste quippe discerni non potest nisi dono spiritus sancti. Non enim magnū est tunc eum dignoscere, cū ad aliqua deuenit vel perduxerit, quæ sunt contra bonos mores vel regulā fidei. Tūc enim à multis discernitur. Dono autem spiritus sancti in ipso primordio, quo multis adhuc bonus apparet, continuo diiudicatur an malus sit. Sed & spiritus hominum, .i. voluntates hoc dono discernuntur bonæ à malis [Alij] dantur [genera linguarum,] ut multis loquantur linguis, sicut Græca & Latina & Hebræa. [Alij] datur [interpretatio sermonū,] ut in vna lingua sciat obscuros sermones scripturarum interpretari. & ita datur vnicuique manifestatio spiritus ad vtilitatem dum vnusquisque proprium donum accipit à Deo, per quod profit aliis qui hoc non habent. Potest enim in vno eodēq; spiritu fieri, ut iste verbo sapientiæ polleat, nec tamen sermone scientiæ .i. doctrina fulciatur: quia sentire atque inuenire sufficit, etiam quod quod per discendi studiū non apprehendit: ille per sermonem scientiæ fulgeat, nec tamen verbo sapientiæ cōualescat. quia & sufficit experire quātum didicit, & ad sentiendum ex semetipso subtile aliquid non affurgit. Iste per fidem C & elementis imperat, nec tamen per sanitatum gratiam infirmitates corporum curat. Ille per orationis opē morbos subtrahit, nec tamē arētī terrē verbo pluias reddit. Iste per operationem virtutum ad præsentem vitam etiam mortuos reuocat, & tamen prophetiæ gratiam non habens, quæ sibi ventura sunt ignorat. Ille ventura quæq; velut præsentia attendit, & tamē in nulla signorū operatione se exerit: Iste per discretionem spirituum in factis subtiliter mentes conspiciat, & tamen diuersi generis linguas nescit. Ille diuersi generis linguas examinat, sed tamē viribus similibus dissimilia corda nō pēsat. Alius in vna lingua quam nouit, sermonum pondera interpretando prudenter discutit: & tamen reliquis bonis quæ non habet, patienter caret. Sic itaq; creator noster ac dispositor cūta moderatur, ut qui extolli poterat ex dono quod habet, humilietur ex virtute quā non habet. Sic cuncta moderatur, ut cū per impensam gratiam vnumquemque subleuat, etiam per disparem alteri alterū subdat, & meliorē quisque dono alio eum qui sibi subiicitur attēdat, ac licet se præire ex aliis sentiat, eidem tamen quem

superat, se in aliis postponat. Sic cūcta moderatur: ut dum singula quæq; sunt omnium, interposita quadam charitatis necessitudine fiat omnia singulorū, quatenus vnusquisque sic quod nō accipit, in altero possideat, ut ipse alteri possidendum quod accepit, humiliter impēdat. Et ideo pulcherrima varietate distributa sunt electis spiritualia dona. Sed [hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus.] Superius dictum de patre intelleximus, quia idem deus qui operatur omnia in omnibus, & nunc legimus spiritū omnia operari, ut inseparabilis itelligatur operatio trinitatis, ita ut cū operatio patris dicitur, nō eam sine filio & spiritu sancto intelligamus operari: & cū operatio filij non sine patre & spiritu sancto: & cū operatio spiritus sancti, nō sine patre & filio. Quod ergo dicitur de spiritu quia omnia hæc operatur, nō ideo dicitur, quia non ei cooperatur pater & filius: sed idcirco dicitur, quia vnus atque idem spiritus hæc operatur, quoniam in his operibus non sunt multi spiritus, sed vnus, & in diuersis suis operationibus non est à seipso diuersus. Hæc omnia operatur spiritus utique sicut deus. Quis enim hæc operari potest nisi deus? Omnia hæc operatur, [diuidens] ea [singulis] non ipse diuisus, & hæc omnia facit ac diuidit [prout vult,] id est, sicut dominus omnium, sicut deus, sicut nulli subiectus. Non enim missus, sed voluntarius operatur, quia solius dei est facere voluntatem suam. Dona sua distribuit, non prout volunt homines, sed prout ipse vult, qui solus nouit quid velle debeat, & quid vnicuique expediat. Vnde nec huic dolendum est, nec illi superbiendum. cū enim contristaris quod minorem gratiam acceperis, æmularis enim alium quasi maiorem partē inuaserit, cū hoc non in nostra, sed in donantis sit positum potestate. Inuidebant enim (ut supra dictum est) minores Corinthiorum maioribus quasi maiora sibi charismata vindicantibus, non intelligentes hæc solius Dei voluntate dispensari.

*Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem mēbra corporis cū sint multa, vnū corpus sunt, ita & Christus. Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue gentiles, siue serui, siue liberi: & omnes vno spiritu potati sumus.*

Ideo spiritus sanctus diuersis diuersa dona tribuit, quia [sicut corpus vnū est] hominis [ & membra habet multa,] quæ sunt variis officiis dedita, sed [omnia membra corporis] quauis [sunt multa, vnum] tamen [corpus sunt, ita & Christus] vnum corpus habet ex variis mēbris. Vnum est enim corpus Christi, quod est ecclesia constans ex diuersitate membrorum, id est, ex varietate personarum, diuersa officia, diuersasque gratias habentium. Et idcirco decuit ut vnus Christi spiritus per diuersa mēbra vnus corporis Christi varias actiones expleret, quia & vnus



**G** & vnus spiritus hominis aliter operatur in oculis, aliter in auribus, aliter in naribus, & aliter in manibus. Sic & spiritus Christi varie operatur in membris Christi. Nam si charismata non essent diuersa singulis concessa, sed eadem, tunc essent diuersa membra idem donum habentia, neque multa fieret vnum per charitatem, quoniam alter alterius officio non indigeret propter eiusdem doni participationem. Humani corporis vtitur comparatione, ut ostendat officia diuersa esse, non naturam membrorum: & neminem debere queri cuius officij sit, dum omnes vno spiritu animentur, & in vno corpore coaptentur. Per hoc etiam docet nullius personam quasi despecti contemnendam, & nullius quasi despecti preferendam, nec gloriam quae soli deo debetur, hominibus esse tribuendam, quando in omnibus vnus atque idem Deus sit gloriosus. Loquens enim de membris Christi, id est fidelibus eius, non ait, ita et membra Christi, sed totum hoc Christum appellauit. Ergo simul omnes fideles

**H** cum capite suo sunt Christus, & propterea caput de caelo clamauit: Saule, Saule, quid me persequeris? Christus enim caput & corpus, idemque Christus verbum dei, vngenuus equalis patri. Et inde videmus quanta gratia pertineamus ad deum, vbi ipse voluerit esse nobiscum vnus, qui est cum patre vnum. Ego, inquit, & pater vnus sumus. Nobiscum vero est vnus, quia non dicit, & feminibus, quasi in multis, sed quasi in vno & femini tuo, qui est Christus. Verum nos omnes cum capite nostro simul sumus Christus, quia in vno spiritu, id est in gratia & operatione sancti spiritus, qui vnus atque idem semper est [nos omnes, siue Iudaei, siue gentiles, siue serui, siue liberi,] id est, qui prius & natione & conditione diuersi & impares eramus, [baptizati sumus in vnum corpus], id est, baptismatis ablutione per fidem deducti sumus in vnum Christi corpus, ut amodo simus omnes vnum, sicut illi, quorum erat corpus vnus & anima vna. [et omnes potati sumus vno spiritu,] id est, pro capacitate vniuersi cuiusque percipimus omnes spiritum sanctum, quo debriamur, & qui cum sit vnus, diuersis modis operatur in nobis: sicut vna hominis anima videt in oculo, audit in aure, loquitur in ore, ambulat in pede, & in caeteris membris caetera facit.

**Ioan. 10.**  
**Galat. 3.**

**Actu. 4.**

**I** cepimus omnes spiritum sanctum, quo debriamur, & qui cum sit vnus, diuersis modis operatur in nobis: sicut vna hominis anima videt in oculo, audit in aure, loquitur in ore, ambulat in pede, & in caeteris membris caetera facit.

*Nam & corpus non vnum est membrum, sed multa. Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore? Et si dixerit auris, quoniam non sum oculus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus, vbi auditus? Si totum auditus, vbi odoratus? Nunc autem posuit Deus membra, vnumquodque eorum in corpore sicut voluit. Quod si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus.*

Et bene nos omnes vnum dicimur: [nam & corpus] humanum, cui ecclesia similis est, [non est vnum membrum, sed multa.] Sic & nos ex quibus constat ecclesia, non omnes vnum officium vel donum habemus, sed multa. Ideoque minori non est dolendum quia minus habet, neque maiori superbiendum ex eo quod maius donum vel officium sortitus est. Verum multa sunt in Christi corpore membra. Nam [si pes] id est, aliquis fidelis qui inferius donum habet, & per terrenas actiones incedit, [dixerit quoniam non sum manus,] quoniam non habeo superiorem & mundam spiritualium operationem, [non sum de corpore] Christi, [num ideo non est de corpore?] id est, non ideo consequens est ut non sit de corpore Christi, quia potest aliud esse quam manus, & tamen in hoc corpore manere? Et eodem modo si auris, id est, ille qui doctrinam audit a magistris dixerit, [quoniam non sum oculus], id est, quoniam non intueor praeclarum lumen sapientiae, ut mihi & aliis providere queam, [non sum de corpore] Christi, [num ideo non est de corpore], id est, num ideo consequens est ut non sit de hoc corpore, quia multa sunt in eo membra praeter oculos? Hoc dicitur propter minores Corinthiorum, qui desperantes dicebant se non pertinere ad corpus Christi, quoniam habere non poterant illa magna charismata, quae in spiritualibus viris cernebant. Propter eosdem pusillos dictum est superius, quia nemo in spiritu dei loquens dicit anathema Iesu. Dicebant enim anathema Iesu, quod interpretatur a saluatore alienatio, dum se alienos a corpore saluatoris dicerent, quia non erant ex superioribus membris. Sed necesse est, ut sint in corpore diuersa membra. Nam [si totum corpus oculus esset], id est, si tota ecclesia solum officium aspiciendi spiritualia haberet, [vbi] esset auditus? id est, vbi essent discipuli, qui vocem praedicationis a doctoribus audirent? Vel [si totum corpus esset] [auditus], id est, si tota ecclesia esset populus subiectore, obediens audiens praecipia magistrorum, [vbi] esset [odoratus?] id est, illi qui bonum odorem virtutum & malum odorem vitiorum quasi nares subtiliter discernunt & a longe praesentiunt? Ac si dicatur: Si omnes essent vnus officij vel operis, quomodo impleretur reliqua necessitas corporis, cum constet multis officiis opus esse ad gubernationem corporis? Nam ecclesia superni capitis corpus est. In qua alius alta videndo, oculus: alius recta operando, manus: alius ad iniuncta discurrendo, pes: alius praceptorum voce intelligendo, auris: alius malorum factorum, bonorumque, fragrantiam discernendo, naris est. Qui corporalium more membrorum dum vicissim sibi accepta officia impediunt, vnus de semetipsis omnibus corpus reddunt: & cum diuersa in charitate peragunt, diuersum esse prohibent vbi continentur. Si autem vnum quid cum agerent, corpus vtiq; quod ex multis continetur membris, non essent. Quia videlicet multipliciter copactum non existeret, si hoc concors membrorum diuersitas non teneret. Sed [nunc] propter vitanda haec inconuenientia, [posuit Deus membra in corpore] Christi, [vnumquodque eorum,] id est, maius & minus, [sicut ipse voluit.] Et ideo nec maior debet superbire, minorumque despiciere, nec minor

**A** minor dolore vel maiori inuidere. Deus enim sic disposuit eos, cuius dispositio non est ab homine mutanda: & sic voluit eos esse, cuius voluntas nunquam est iniusta. [Quod si essent omnia vnus membrum, id est, si omnes fideles essent vnus officij,] [vbi] esset [corpus] ecclesiae, quod non nisi variis membrorum officijs gubernatur? Si enim omnes vnus dignitatis essent, iam deperisset honesta compositio variarum partium. Sed [nunc], id est, ne corpus pereat, quod non nisi ex diuersis membris consistere potest, [multa quidem] sunt [membra], sed [vnum corpus] ex illis omnibus. Quoniam multa cum inuicem sui egeant, non discrepant in vnitatem naturae, quauis diuersa sint, quia diuersitas haec in vnum concurrit, ut corporis utilitas expleatur.

*Non potest autem dicere oculus manui, operata tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij. Sed multo magis quae videntur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt: & quae putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorum circumdamus: & quae inhonesta sunt nostra, abundantiorum honestatem habent. Honestam autem nostra nullius egent.*

Membra quidem sunt multa, sed nullum ex his superfluum, imo omnia sibi inuicem sunt necessaria, quoniam [oculus,] id est, ille qui caeteris viam rectae operationis prauidet, [non potest dicere manui,] id est, operatori, [non indigeo operata tua,] id est, studio tuae operationis. Nam sicut manus indiget oculo ut operari valeat, id est, discipulus provisione doctoris ut bonum opus expleat, ita oculus indiget operatione manus, id est, doctor qui per seipsum agere non potest quod agendum prauidet, necessarium habet discipulum, per quem fiat quod necessarium prauidet. Inaniter enim prauideret, si non esset qui consequenter faceret. [aut iterum caput] id est, ille qui in summa dignitate positus est, non potest dicere [pedibus,] id est, nouissimis ecclesiae membris, [non estis mihi necessarij.] Omnino necessarij sunt ei subiecti, quia potest humilis quae non potest sublimis, quia & ferrum potest quae aurum non potest: & quauis aliquis dignitate sublimis sit, tamen si subiectus defuerit qui obsequiis illum faciat gloriosum, ipsa dignitas contemptibilis erit. Hoc praecipue nunc dicitur propter eos, qui summis charismatibus inter Corinthios praeminebant, & minores quasi superfluos & inutiles despiciebant & abiiciebant. Sed talia ecclesiae membra licet sint inferiora, non tamen sunt inutilia. [Sed multo magis] ea [membra corporis] ecclesiae [quae videntur esse infirmiora,] id est, spirituali charitate magis carentia, [sunt necessaria:] quia minores qui sunt in ecclesia, quauis infirmi & contemptibiles appareant, plus tamen vtilis sunt aliquoties: [et quae putamus esse ignobiliora membra corporis] ecclesiae, id est, per ignobilitatem morum degenerare.

[his circumdamus abundantiorum honorem,] id est, nonnunquam circumtegimus verbis nostris degeneres eorum mores. Despectis enim exhortatio bonae locutionis est necessaria, per quam addatur illis aliquis honor ut fiant vtilis: alioqui ipso contemptu negligentiores circa se & deteriores fient. & membra [nostra quae] per aliquod peccatum sunt inhonesta, id est, carnales filij ecclesiae, [abundantiorum honestatem habent] a nobis celatibus foeditatem eorum. Sed [honestam nostram,] id est, ecclesiae membra quae satis habent honoris per decorem suae sanctitatis, [nullius egent] honestationis per tegimur obscenitatis. Quod melius ostendimus, si ipsa quae plerumque accidunt proferamus. Nam quilibet potens & proteruus, cum aliquid inique perpetrasset cognoscitur, tempus quaeritur ut de malo quod fecit increpetur. Nisi enim praedicator sustineat quando ferre congrue correptionem possit, augetur in eo malum quod insequitur. Saepem enim contingit ut talis sit, qui nulla increpationis verba sustineat. Quid itaque in huius culpa praedicatori agendum est, nisi in sermone admonitionis quam pro communi salute omnium auditorum facit, tales culpas ad medium deducat, quales cum perpetrasset considerat? Qui & praesto est, & de se solo adhuc argui non potest, ne deterior fiat: & cum generaliter contra culpam inuectio intenditur, correptionis verbum libet ad mentem reducit, quia potes prauus ignorat quod sibi hoc specialiter dicitur. Vnde fit plerumque, ut eo vehementius perpetrata culpam luceat, quo reatum suum, & cum percussu sentit, nesciri putat. Magna itaque arte praedicationis agendum est, ut qui ex aperta correptione deteriores fiunt, quodam correptionis temperamento ad salutem redeant. Vnde nunc aperte dicitur: Quae putamus ignobiliora esse membra corporis, his honorem abundantiorum circumdamus: & quae inhonesta sunt nostra, abundantiorum honestatem habent. Honestam autem nostra nullius egent. Sicut enim inhonesta membra in corpore, ita quidam intra sanctam ecclesiam potentes & prauis. Qui dum aperta inuectio ferri non queunt, quasi honore tegminis velantur. Sed haec de occultis poterunt delictis loquimur. Nam quando & aliis cognoscuntibus peccat, aliis etiam cognoscentibus increpandi sunt, ne si praedicator tacet, culpam approbasse videatur, atque haec crescentes in exemplum veniat, quam pastoris lingua non fecat. Vel si de corporalibus membris vnusquisque nostrum haec intelligantur, manifestum est, quia pudenda nostra, quae turpia videntur dum aspectus publicos vitant, honestate se tegunt, ne per irreuerentiam horreant. Absit enim ut aliqua turpitudine in membris sanctorum etiam genitalibus esse dicatur vel credatur. Dicuntur quidem inhonesta, quia non habent illam speciem decoris, quam membra quae in promptu locata sunt. Vel certe (quod probabilius dici potest) propter legem in membris repugnantem legem mentis, quae de peccato accidit, non de prima nostrae institutione naturae. Illicitus itaque & temperantiae legibus non subiectus membrorum illorum usus, est turpis, non ipsa membra.

**G** Si deus tēperauit corpus, ei cui deerat, abundantiorē tribuendo honorem, vt nō sit schisma in corpore, sed in idipsum pro inuicem sollicita sint membra. & si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: siue gloriatur vnū membrum congaudent omnia membra.

Hebraea. 4  
Roma. 8.

Ea quæ videntur inhonesta in membris ecclesie, non sunt inhonesta. [Sed deus tēperauit ipsum corpus] varietate mēbrorum, officia diuersa in vnitatis compage seruatiūm, tribuendo per digna membra [abundantiorē honorem ei] membro [cui deerat] in se, sicut ostēdimus de proteruo potente. Vel tribuendo abundantiorē honorem per bonam vitam ei membro, cui deerat per scientiam prædicandi. Vel ei qui despicibilis apparebat hominibus, tribuit deus largiorē honorē per immēsam miraculorum vel aliorum charismatū gratiam. Ita tēperauit deus ecclesie corpus, vt nullum ex mēbris eius sit superfluum, sed oīa sint necessaria, ideo [vt nō sit schisma in corpore] ecclesie, vbi debet esse vnitas & concordia. i. ne alter alterū abiiciat quasi inutilē aut superfluum: [sed mēbra sint sollicita pro se inuicem,] id est, maiora pro minoribus, & minora pro maioribus, quoniam alia sine aliis non possunt: membra dico, tendentia [in idipsum,] id est, in vnitatem, vt omnia studeāt habere cor vnum & animam vnā. vt dum sic agunt, [si quid] aduersi [patitur vnū membrum], compatiuntur ei omnia membra, quasi aduersitas illa sit omniū. [siue gloriatur] de bono [vnum membrum,] congaudent ei [omnia membra,] quasi bonum illud sit omnium. Nam & in membris humani corporis, ex quorum vnitatem atque compage charitas nunc suadetur membris ecclesie, videmus hęc omnia, dum vnumquodque eorum non sibi soli, sed & cæteris propriis agit officiū. Oculum enim videt, & non audit: auris audit, & non videt: manus operatur, nec audit, nec videt: pes ambulat, nec audit, nec videt, nec facit quod manus. Sed in vno corpore si sit sanitas, & non aduersus se litigēt membra, & auris videt in oculo, & oculus audit in aure. Nec obiici potest auri quia nō videt, vt dicatur ei, Nihil es, minor es. Nūquid videre & discernere colores potes, quod facit oculus? Respōdet enim auris de pace corporis, & dicit: Ibi sum vbi est oculus, in eo corpore sum. In me non video, in illo cum quo sum, video. Ita cū auris dicit, oculus mihividet, oculus dicit, auris mihiaudit: oculi & aures dicunt, manus nobis operantur: manus dicunt, pedes nobis ambulant: omnia in vno corpore cum operantur, si sit ibi sanitas & cōcordēt mēbra, gaudent & congaudent sibi: & si aliquid molestie est in aliquo membro, non se deserūt, sed compatiūt sibi. Sic & filij ecclesie. i. mēbra Christi, omnino debēt agere. Nec putēt se ad deum nō pertinere, si miracula non fecerint. Sed quisquis in corpore non potest resuscitare mortuū, non illud quærat ne discordet in corpore, quo-

modo si auris quærat videre, discordare potest. Nam quod non accepit, nō potest facere. Si autem ei obiectum fuerit & dictum, Si iustus esses resuscitares mortuum quomodo fecit Petrus, respondeat: Petrus & mihi fecit, quia in eo corpore sum, in quo Petrus fecit. In illo quo potest possum, a quo diuisus non sum. Quod minus possum, compatiatur mihi: & quod plus potest, iuste egerit, ac de bono quod accepit, aliis prodesse studuerit, & in eo quod alius plus potest, non inuiderit, sed congratulatus fuerit tanquam in vno corpore cū eo constitutus, custodietur in membris Christi, quod custodiunt inuicē corporea membra cuiuslibet hominis.

**Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. Et quosdam quidem posuit deus in ecclesia, primū apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationū, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Nunquid omnes apostoli? nunquid omnes prophetae? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? nunquid omnes habent gratiam curationum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur?**

Ostendit Apostolus nostram se causam per membrorum carnalium rationē tractasse, quia non omnes eadem possumus, sed singuli pro qualitate fidei & gratia quam accepimus. Hęc, inquit, concordia varie operandi & congaudenti vel compatiēdi, est in membris humani corporis. Sed [vos estis corpus Christi,] id est, cōiuncti & vniti estis in Christiana fide & veritate, & estis etiam [membra] CHRISTI, vt inuicem vobis per charitatem seruatis vnusquisque de dono vel officio quod habet. Membra estis pendentia [de membro,] id est, de me qui sum maius mēbrum Christi, & vos mihi sicut digitos manui adhærere in eius corpore feci. Nam aliud quidē est mēbrū corporis aliud mēbrum mēbri. Mēbrū quippe corporis, pars ad totum est: membrum verò membri, particula ad partem. Membrum nāq; membri est digitus ad manum, manus ad brachium: membrum verò corporis, est totū hoc simul ad corpus vniuersum. Sic ergo in spiritali dominico corpore membra de membro dicuntur, qui in eius ecclesia ab aliis reguntur. Hinc Apostolus exponit diuersitatē in fidelibus, quam dixerat in mēbris, & determinat de donis dei, quæ sint altiora & quæ inferiora: qui de his putabant Corinthij quod min⁹ esset, maius: & quod maius minus. Vos, inquit, estis membra Christi, & cū sitis membra, non estis æqualia, quoniam [deus posuit in ecclesia] quosdam] diuersorum graduum fideles, scilicet [primum] dignitate & tempore

**A** tempore [apostolos] vice Christi prædicantes, secūdo] dignitatis loco [prophetas] futurā prædicantes, qui post aduentū domini fuerūt, sicut Agabas, & beatus Benedictus [tertio] gradu dignitatis posuit [doctores,] id est prædicatores, qui doctrina veritatis ecclesiam instruerēt [deinde] virtutes,] id est, eos qui fortia miracula faciunt, vt in expulsione dæmonū & mutatione elementorum sicut aeris serenitatem in pluuiā conuertendo, vel super aquā ficcis pedibus ambulando. [exinde] posuit [gratias curationū,] i. eos qui per orationē curant infirmos, & [opitulationes,] id est, eos qui opulantur maioribus, vt Titus Apostolo vel archidiacono episcopo & [gubernationes] id est minorū personarum prælationes vt sunt presbyteri. & [genera linguarū,] id est, scientiam loquendi linguis variis per donum gratiæ ei. Quia Corinthij donum istud magis appetebāt æstimantes hoc esse maximum, ideo nouissimum hoc posuit Apostolus, innuēs esse inferius & indigni⁹ cæteris præmissis. Talia dona fidelib⁹ suis deus varie distribuit, secundum mensuram donationis suæ dās vniciquē gratiam. Aliud enim habet ille aliud iste: & quod habet ille, non habet iste. Mensura est diuisio quædam donorum. Non enim omnes sunt apostoli, sed illi soli quos Christus misit: nec omnes habent spiritum prophetiæ, sed quibus hęc gratia diuinitus est cōfessa: nec omnes habent scientiam docendi alios, neque omnes operantur virtutes miraculorum, neque omnes habent gratiā curandi infirmitates, nec omnes diuersis linguis loquuntur, nec omnes interpretantur scripturas aut linguas. Nam si omnes haberent hęc omnia, iā non essent quibus hęc officia seruiret. Ideo pulchrum & necessariū est, vt alij habeant quod nō habent alij, & alij rursus alia, quatenus vnusquisque quod ipse habet, cæteris ministret qui non habent.

Actu. 11.  
12.

**Aemulamini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiorem vobis viam demonstro.**

Hucusque reuocauit illos à schismate ad cōcordiā & vnionem, vt nullus gloriatur de charismate superiori, nullusque doleat de inferiori. Hinc eos ad charitatem innuit, ostendens sine ea nihil cætera valere. Deus, inquit, varia dona consuevit fidelibus suis impendere. Sed vos [aemulamini charismata meliora,] id est, de his quæ supra demonstraui, desiderate vt meliora, nō linguas, vt solebatis. [Et adhuc] præter hęc in prædictis ostensa, [demonstro] vobis excellentiorem viam,] id est, charitatem, quæ supereminētissimum locum inter cæteras virtutes obtinet, & est via per quam illi gradiuntur, qui tendunt ad regnum cælorū. Nā per cæterarū virtutū vias ambulare possunt & illi, qui ad inferiora descendunt. Quicūque autē viā charitatis sectantur, ad supernam patriā tendūt, Quo modo enim oleū nullo humore præmitur, sed disuptis oibus exilit & supeminet, sic est charitas. Nō potest premi in ima, sed necesse est vt ad supna emicat: & ideo qui vult ad supna celorū regna puenire, studeat p viā charitatis incedere

Nā quare charitatē apostolus excellentiorē viā appellauerit, declarat ipse, cū protin⁹ subiungit:

## CAPVT XIII.

**I linguis hominū loquar & angelorū, charitatem autem non habeam, factus sum velut æsonans aut cymbalū tinniens. Et si habuero omnem prophetiā, & nouerim mysteria omnia & omnē scientiā, & si habuero omnem fidem ita vt montes trāsferam, charitatē autem non habuero, nihil sum & si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.**

Quoniā loqui diuersis linguis præcipue desiderabant Corinthij, propterea donū hoc in primis ostendit Apostolus sine charitate non prodesse. [Si] ego, inquit, [loquar linguis] omnium [hominum & angelorum,] id est, si mihi per gratiam datum sit vt sciā loqui sicut omnes homines qui sunt in terra, & sicut angeli qui sunt in cælo, sed [charitatem non habeam,] qua carere potest omnibus linguis loquens, [factus sum] similis æri sonanti vel cymbalo tinnienti. Nam variis linguis loqui vel similia facere non semper ad meritū datur, sed ad gloriam dei gētib⁹ ostendendam, nec per hęc vitam æternā consequi valent illi qui ea faciunt. Charitas verò & meritum semper auget, & vitam æternam præbet. Habent autem & angeli suas linguas, quibus maiores intimant minoribus, quod de dei voluntate senserūt, vel quibus ad homines misit vtuntur. Nā primi angelorum suscipiunt ab ipso deo illuminationes sciētiarū, ac deinde tradūt eas subiectis spiritibus. Lingue verò quibus sic alij loquūtur aliis, intelligūtur aliqui natus vel interiores motus, per quos intimat sibi vicissim quod voluerint. Neque enim minores sciunt omnia quæ maioribus sunt nota, sed ea tantū, quæ sibi fuerint à superioribus intimata. Sed si data, inquit, fuerit mihi tanta linguarum sciētia, vt loquar linguis & angelorū & hominū nec charitatē habuero, factus sum [velut æsonans aut cymbalū tinniens.] Nam sicut æs aut cymbalū nō per se, sed impulsu aliquo resonat: sic loquens linguis, nō per se qui nescit, sed per impulsum spiritus profert ea quibus audientes mulceat. Aere quippe vel cymbalo insensibiles ac mortuæ hominū mentes, quæ vitā charitatis non habent, designantur. Nā sicut corpus sine spiritu. i. si fuerit sine anima mortuū est, sic aīa si sine sancto spiritu. i. sine charitate fuerit, mortua deputabitur. In sonitu æris vel cymbali delectantur audientes, siue percipiunt aliquā utilitatē: sibi verò nihil hoc prodest, sed potius in suo detrimento commodū aliorū operatur. Sic & prædicator qui sensum charitatis non habet

Matt. 21.  
Marc. 11.

B

F

Iacob. 2.

**G** in eo quod loquitur, alios delectat nesciens, & ipse detrimentū inde percipit, vnde audientibus proficit. Nā sicut quod æs sonat, dulce est aliis sed sibi labori & diminutioni, sic & quod loquitur prædicator charitate vacuus. Nec solum de prædicatore potest hoc intelligi. Apte enim & quorumlibet insensibiliū hominū corda per æs & cymbalū designantur, qui sæpe & supernos ictus accipiunt, & tamen nulla disciplinæ percussione moleſcūt. Aes verò cū percutitur, canorus valde sonitus ex eius percussione formatur. Et quidē metallo æris in nullo discrepātes, cū flagella supernæ percussione accipiunt, piæ cōfessionis sonitus emittunt: sed quia humilitatis voces ex corde non proferunt, ad statum salutis reducti, nesciūt quod p̄miserunt. In nullo igitur æris imitationem fugiunt, qui in percussione positi, bona quæ non sentiunt, loquūtur. Quisquis enim bona loquitur, sed per amorem eadem bona nō sequitur, velut æs aut cymbalū sonitum reddit: quia ipse non sentit verba quæ ipse facit. [Et si habuero,] inquit, [prophetiā,] vt per spiritum dei quæ futura sunt prænunciē, sicut Balaam & Caiphas. [ & nouerim mysteria omnia, ] id est, occulta veteris & noui testamēti sicut Salomon, [ & ] nouerim [ omnem scientiā ] de his quæ fuerint, & quæ sunt, & quæ futura sunt, vel de diuinis & humanis, sicut idem Salomon. [ & si habuero fidem omnem, ] id est, de omni re vnde est habēda, [ ita ] perfectā, [ vt ] eius virtute [ montes ] de loco ad locum [ transferā, ] sed omnia hæc habēs, [ charitatem non habuero, nihil sum, ] et si hæc magna sint. Saluator dixerat fidē quæ fuerat sicut granum sinapis, mōtes posse transferre: & nunc Apostolus dicit omnem fidem esse quæ montes transferat. Vnde intelligitur perfectum esse fidem quæ grano sinapis comparatur, & hoc non propter exiguitatem, sed propter integritatē dictū esse. Sed fides sine charitate nil valet ad salutē, quia & demones habent huiusmodi fidem. [ Et si distribuero, ] inquit, [ facultates meas ], .i. omnia quæ possum habere diuisero, vt plurib⁹ profim, dās omnia in cibos nō diuitū qui reddant, sed pauperum qui nō habent vnde reddere possint: & quod est maius, [ si ] tēpore [ persecutionis ] [ tradidero ] pro fide [ corpus meum ] seuisimis cruciatibus, [ ita vt ardeam, ] sed [ charitatē non habuero ] .i. non charitate, sed iactatione hoc fecero, vel odium in corde meo aduersus aliquē retinero, [ nihil mihi ] totū hoc [ prodest. ] Magna itaq; & mirabilis est charitas, sine qua nec loquutio diuersarum linguarū aliquid prodest, nec prophetia, nec mysteriorum & sciētiarum notitia, nec fides, nec facultatū distributio, nec martyrij passio: & cum hæc quæ maiora sunt, nihil sine charitate profint, manifestum est quia nec cætera bona prodesse valent sine hac charitate. Alia enim bona & reprobi habere possunt, sed charitatem non nisi soli possident electi. Cuius membra & species Apostolus conſequenter describit, dicens:

*Charitas patiens est, benigna est. Charitas non emulatur, non agit perperam,*

*non inflatur, nō est ambitiosa, nō querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, cōgaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit.*

Omnia bona sine charitate vilia sunt & inutilia, sed cum charitate chara sunt & vtilia. Quæ charitas habet in se virtutes, quæ nunc enumerantur. Est enim patiens, id est, patientiā seruās, Patientiam verò seruare, est aliena mala æquanimitèr petiti: contra eum quoq; qui mala irrogat, nullo dolore morderi. Nam qui sic proximi mala portat, vt tamen tacitus doleat, & tēpus dignæ retributionis quærat, patientiam nō seruat, sed simulat. Sed [ charitas est patiens, ] quoniā aliena mala æquo animo tolerat, & [ est benigna, ] quia ipsos etiam à quibus mala patitur, amat. Patiens, quia illata à proximis mala æquanimitèr portat: benigna verò, quia p̄ malis bona largiter administrat. Patiens est, quia tranquillam mētem in aduersis seruat: benigna verò, quoniam misericorditer sua bona proximis indigentibus impendit. Patiens est, quia contra tentationes seculi vel procellas in decum fixa, persistit imobilis: benigna verò, quia proximorum delectatur profectibus. [ Charitas nō emulatur, ] id est, non inuidet: quia vbi est inuidia, ibi fraternus amor esse non potest. Non emulatur, quia per hoc quod in præſenti modo nil appetit, iudicare terrenis successibus nescit. Non emulatur, quoniam alterius bonum diligit vt suum. [ non agit perperam, ] id est, peruerſe: quia quo se in solum dei ac proximi amorem dilatat quicquid à reſtitutione discrepat ignorat. [ non inflatus, ] id est, non intumescit de tēporali scēlitate, vel carnis generositate, vel sciētiae vel merito: seu qualibet alia re: quia cum præmium internæ retributionis anxia desiderat, de bonis se exterioribus aut transitoriis nō exultat. [ non ambitiosa, ] id est, cupiēs honores seculi: quia maior aliis esse non ambit, & super cæteros dominari, vel ea sibi vēdicare quæ sunt alieni iuris. nō est igitur ambitiosa, quia quo ardēter intus ad sua fatigat, foris nullatenus aliena concupiscit. [ non querit ] ea [ quæ sua sunt, ] quia cuncta quæ hic transitorie possidet, velut aliena negligit, cū nihil sibi esse proprium nisi quod secum permaneat, agnoscit. Non querit quæ sua sunt, quia propter aliorū cōmoda suas vtilitates deserit: nec se, sed alios exaltare studet [ non irritatur, ] id est, non prouocatur ad iram, quia & iniuriis laceſsita ad nullos se vltiōis suæ motus excitat, dum pro magnis laboribus maiora post præmia expectat. [ nō cogitat malū, ] id est, non cogitat quomodo ei qui sibi facit iniuriam, vicem reddat. Nō cogitat malum, quia in amore munditiæ mentem solidans, dum omne odium eruit, versari in animo quod inquinat, nescit. [ non gaudet super iniquitate, ] quia sola dilectione erga omnes inhiat, nec de perditione aduersantiū exultat. Sunt enim nonnulli qui nec faciunt malum, nec facere cogitant

**A** tant eis, à quibus aduersa perferunt: sed tamen si factū illis ab aliis fuerit, lætantur: & ideo nūc postquam dictū est, quia charitas non irritatur, nec cogitat malū, additur quia non gaudet super iniquitate, id est, nō ei placet si quid inique passus fuerit vel ipse qui ei aduersatur. Sed [ congaudens veritati, ] delectatur verbis veritatis, vel operibus veræ sanctitatis: quia cæteros vt se diligens, per hoc quod rectū in aliis conspiciat, quasi de augmento proprii profectus hilarescit. [ Omnia suffert, ] quia pro spe quietis æternæ nihil aduersitatis pati recusat. Supradictū fuerat quia patiens est, id est, nō murmurās in aduersis, sed corde tacito cūcta perferens: & nunc dicitur quod omnia suffert & in actu sustinet, quicquid aduersitatis acciderit. Ibi enim laudata est tranquillitas cordis, hic fortitudo passionis: & ideo suffert omnia in præſenti vita, quia credit omnia de futura vita. Et sustinet omnia quæ hic grauiā immittuntur, quia sperat oīa quæ sibi dulcia promittuntur: & propterea nunquam excidit. .i. nunquam cadit, sed sine casu persistit. Nec quod dictū est, omnia credit, sic accipiamus, vt charitati cuiusquā derogem⁹ si malū quod de fratre audierit, non statim crederit. Quia ipsa charitas, quæ omnia credit, non omni spiritui credit. Ac per hoc omnia quidem credit, sed Deo, quia nō dictū est, omnibus credit. [ Omnia ] ergo quæ sanctis credenda sunt, [ credit: ] & [ omnia ] quæ sibi diuinitus promissa sunt, [ sperat: ] & [ omnia sustinet, ] id est, expectat per patientiam longanimitèr eadem bona quæ sperat, vel interim sustinet aduersa pro spe bonorum ipsorum. Habet etiam hoc [ charitas ] præter cæteras virtutes, in quo rursus dignior illis est, quia [ nunquam excidit, ] id est, nunquam ex toto cadit. Licet enim opera eius cadant, hoc est, deficient & cessent in futuro seculo, ipsa tamen nunquam à suo statu decidet, sed validior stabit, ac perseuerabit in alio seculo quàm in isto. Si enim dum credit & sperat ac præſtolatur, diligit quod nondum videtur, quanto magis diliget cum videbit & tenebit?

**C** Sive prophetia euacuabuntur, sive lingua cessabunt, sive scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.

Charitas quidem nunquam excidit, id est, nec nunc, nec in alia vita à suo statu decidit, vt minatur aut deficiat, sed cætera charismata decidunt & deficiūt. Quia [ sive prophetia ] accipiuntur quæ nunc necessariae sunt in tēpore cæcitatatis nostræ, in luce futuri seculi [ euacuabuntur ] id est, ab omni vtilitate fiēt vacuæ, & ideo cessabunt. Nam vbi erunt omnia præſentia, quomodo prædiceretur aliquid futurum? [ sive lingua ] accipiatur, id est, variarū linguarū loquutiones, in illo seculo [ cessabunt. ] Vbi erūt enim manifesta omnia, cur alicui diceretur aliquid? Poterūt quidem loqui ad inuicem sancti si voluerint, sed non necesse erit, vbi scientia vocē

præueniet. Et si quid inter se loquuti tunc fuerint, non eo modo id facient quo nos nunc loquimur: sed eo potius, quo in supernis angelici spiritus adinuicē loquuntur, [ sive scientia ] nūc habeatur, per quem de Deo & secretis eius aliquid sciatur, in futuro seculo [ destruetur: ] quia si quam nunc de Deo cognitionem habemus, hanc nō in natura diuinitatis ipsius, sed per similitudinē & naturas exteriores habemus. Nā quantalibet mēs humana se intentione tetēderit, etiam si iam phantasias imaginū corporalium à cogitatione compescat, si iam omnes circumscriptos spiritus ab oculis cordis amoueat, adhuc tamen in carne posita mortali, videre vel cognoscere gloriā Dei non præualet quicquid est: & de illa sicut est, quod in mēte resplendēt, similitudo, & non ipsa est. Et idcirco talis nostra scientia destruetur, quando veritas ipsa pure manifestabitur. Sciētia hæc & prophetia vel locutio destruentur, quæ capere vel narrare nō possunt plenitudinem veritatis, quia ex parte sunt. Nam [ ex parte cognoscimus ] veritatem, non ex toto, id est, imperfectē scimus quicquid adhuc de Deo nouimus: [ & ex parte prophetamus ] de futuris, quia quædam futura per prophetiam prænunciamus, sed plurima ignoramus. Sed omne quod ex parte est, destruetur. Quia [ cum venerit quod perfectum est, ] id est, quando dabitur Dei notitia, quæ non ex parte, sed ex perfectione fit, quoniam videbimus eū sicuti est, tunc [ euacuabitur quod ex parte est ] id est, omnis imperfectio ad nihilum veniet. Nostra imperfectio destruetur, non id quod verum est, euacuabitur. Destructio imperfectio nis erit, quando id quod perfectum est, implebitur perfectione veritatis. Deinde Apostolus vt aliqua similitudine ostenderet quantum ab illa quæ futura est, distet hæc vita, non qualiumcunque hominum, sed etiam illorum qui præcipua hic sanctitate sunt præditi, subiecit:

*Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus sum vir, euacuauit quæ erant paruuli.*

Ad illa enim ineffabilia qualescunque adhibēs de notis rebus exemplum, paruulam ætatem virili comparauit ætati. In hac ergo vita mirabiliū hominum prophetia vel scientia ita cōparanda est illi vitæ, quasi scientia paruuli ad virum. Quia sicut vita hæc imperfecta est, sic & sciētia. Tunc autem pertingemus ad virilem perfectionem, cum forti sensu peruenerimus ad angelorum æqualitatem. Quasi dicatur: Prophetia & scientia quæ sunt ex parte, sic euacuabuntur cum venerit illa veritatis perfecta cognitio sicut sensus & locutio paruuli euacuatur, cum ille ad perfectā scientiam peruenerit. Cur enim hoc Apostolus dixerit, insinuat subdendo:

*Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum.*



**G** - Inde potest videri quoniam cum perfectio venerit, euacuabitur imperfectio, quia nunc, id est, caligine presentis vite videmus per speculum, id est, cognoscimus Deum per imaginem suam: sed tunc, id est, in futuro seculo manifeste videbimus. in speculo enim cernitur imago. Et nos qui sumus imago Dei, conamur utcumque videre eum per hanc imaginem suam tanquam per speculum. Speculum est anima rationalis, in cuius consideratione aliquo modo videmus deum, sed obscure. Videmus enim per speculum in enigmate. Aenigma autem est, non omnis, sed obscura allegoria. Nam sicut omnis equus animal est, non autem omne animal equus, ita omne enigma allegoria est, non autem omnis allegoria enigma. Allegoria vero est, cum aliud ex alio significatur. i. aliud dicitur, & aliud intelligitur: sicut est, Non alligabis os boui trituranti, id est, non prohibebis predicatore vivere de predicatione. Sed ibi solummodo allegoria est enigma, vbi difficile patet intellectus. Vbi autem facile intelligitur, non est enigma. Cum ergo dicitur, videmus nunc per speculum in enigmate, sicut in nomine speculi imago designatur, ita nomine enigmatis similitudo obscura, & ad dispertendum difficilis. Nemo itaq; miretur etiam in hoc videndi modo, qui concessus est huic vite per speculum, scilicet in enigmate laborare nos, ut quomodocumq; videamus. Nomen quippe hic non sonaret enigmatis, si esset facilis visionis. [Nunc videmus per speculum in enigmate, sed tunc venerit illa perfectio,] videbimus [facie ad facie] i. manifeste ad similitudinem duorum, qui se inuicem directo vultu sine aliqua re interposita aspiciunt. Facies autem Dei, manifestatio eius intelligenda est. Facies vero nostra intentio cordis nostri. Videbimus ergo facie ad faciem, id est, manifestatione dei posita ad nostram mentis intentionem, ut nihil inter nos & ipsum intersit. In nullo enim membro tam bene cognoscitur quisque, sicut in facie. Et cum facies vnus directa est in faciem alterius, tunc sine aliqua ambiguitate se cognoscunt. Sic videbimus eum in seipso manifeste. Modò enim non videmus eum in facie, sed in extranea & multum ab eo diuersa creaturarum similitudine. Et ego etiam ipse qui tanta scientia præ cæteris donatus sum, [nunc cognosco] deum [ex parte,] sed [tunc cognosca] eum ita [sicut] ab eo [cognitus sum.] Magna enim est interpositio cordis nostri ad contemplandam sublimitatem Dei, ipsa infirmitas nostra. Sed tunc ad purum intuebimur eum, à quo nunc subtiliter intuemur, cum hac infirmitate deposita, ad contemplationis internæ gratiam venerimus. Tunc cognoscam eum sicut ab eo sum ego cognitus, id est, pure cognoscam eum sicut & ipse me nouit, qui tunc non per aliud videbimus eum, sed manifeste contemplabimur in illo ipso hoc quod ipse est, sicut ipse hoc quod nos sumus, perfecte cognoscit. Vel tunc cognoscam eum ita sine ambiguitate in manifesta visione, sicut olim antequam essem, cognitus sum ab eo in predestinatione.

*Nunc autem manent, fides, spes, cha-*

*ritas, tria hæc. Maior autem horum est K charitas.*

Ad tantam dei cognitionem peruenturi sumus. Sed ut pertingere ad hanc valeamus, [nunc] interim [manet] in peregrinatione hac nobiscum [fides, spes,] atq; [charitas,] quæ nos præparat illi visioni. Fides, qua credimus quicquid scripturæ sanctæ nobis credendum intimant: & spes, qua speramus promissa nobis diuinitus præmia: & charitas, qua deum ac proximum diligimus & ipsa præmia. Et ita sibi tres istæ virtutes copulantur in huius vite tempore, ut nulla earum sine duabus reliquis proficiat. Nunc manet in sanctis, fides, spes & charitas, [tria hæc] pauca quidem, sed multum utilia, quoniam sine his nemo fit dignus ad illam visionem ascendere. Et magna quidem sunt hæc tria bona, sed [horum maior est charitas,] id est, charitas quæ horum trium est vna, ipsa est maior, id est, maius meritum habet quam fides & spes. Sciendum quia quando comparatio fit ad plura eiusdem generis, ut nunc charitatis ad fidem & spem, quæ similiter sunt virtutes, potest & debet fieri per genitium. Et horum, ponitur propter tria, quod præcesserat, maior est charitas, cui fides & spes non possunt deesse, sed fides & spes sine charitate possunt esse. Vel ideo maior, quia fides cessabit, dum futura quæ creditur aduenerint: & spes sine habebit, dum beatitudinem quam quisque præstolatur, acceperit: sola vero charitas in æternum perseverabit, & de visione conditoris ac beatitudine sanctorum sine fine gaudebit.

## CAPVT XIII.

*Examinari charitate, emulamini S spiritalia, magis autem ut prophetetis. Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed deo. Nemo enim audit. Spiritus autem loquitur mysteria. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad edificationem & exhortationem & consolationem.*

Quoniam tanta est charitas, & sola est quæ perducit ad vitam, atq; permanet in æternum, ideo [examinari] toto desiderio [charitate] emulamini [etiam] [spiritalia] .i. desiderate etiam illa spiritus dona, ut sunt genera linguarum, &c. sed [magis] post charitatem desiderate [ut prophetis,] quam ut linguis loquamini, vel virtutes miraculorum operemini. Post charitatem, prophetandi studium magis habendum hortatur, quia quauis magni sint spiritualium donorum gradus, quos superius enumerauit, hic tamen maior est, quoniam ad utilitatem ecclesie proficit. In quod enim quis animam dedit, in eo ipso donum accipit. Ideo gratia prophetandi est desideranda, ut præ desiderio accipiatur ob multorum edificationem potius quam linguarum varietas, quæ non proficit auditoribus. Nam [qui loquitur lingua] incognita, [non loquitur hominibus,] id est, intelligentiæ hominum, [sed deo,] cuius

**A** cuius laudes dicit, & qui nouit ea quæ ille dicit Homines enim nesciunt, ideoque nullus est eis ex hac loquutione profectus. [Nemo enim audit id est, intelligit ea quæ ille loquitur. Sed tamen spiritu sancto loquitur ipse mysteria .i. secreta dei, quauis homines ignorent quod dicit. Vel [spiritus] sanctus per eum [loquitur mysteria] secretorum dei, non ipse. Ideo magis æmulari prophetare debetis, quia [qui prophetat] .i. qui vultura vel occulta manifestat, iste [loquitur hominibus ad edificationem] eorum in mente, quæ edificatione ut sit templum Dei, & ad [exhortationem] eorum ad bene agendum in operatione [ & ad consolationem] eorum ne desperet de peccatorum preteritorum magnitudine, vel ad consolationem tristitiæ presentium tribulationum per promissionem futurarum remunerationum. Possunt & doctores, qui scripturas aliis exponunt, nomine prophetarum designari, iuxta illud sapientis: Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam. Sicut enim propheta prædicat futura quæ nesciuntur, ita & doctor dum scripturarum sensum, qui multis occultus est, manifestat, dicitur prophetare. Et iste ad multorum utilitatem sic prophetat, nec ab homine, sed à spiritu sancto est sensus dictorum eius.

*Qui loquitur lingua, semetipsum edificat: qui autem prophetat, ecclesiam dei edificat. Volo autem omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis, nisi forte interpretetur ut ecclesia edificationem accipiat.*

Item magis prophetiam quam linguam ideo debetis optare, quia [qui loquitur lingua] peregrina mysterium aliquod, & non interpretatur quod dicit, semetipsum solum edificat per id, quod solus fortasse scit quod loquitur: sed [qui prophetat] .i. qui futura cæteris prænunciat, vel bona quæ in abditis scripturarum intelligit, fratribus ex charitate reuelat, [ecclesiam dei edificat,] quia omnes intelligunt quod loquitur. Qui lingua ignota loquitur, edificat se, non alios. Sed ego volo .i. voluntas mea est, nec mihi displicet, vos omnes loqui linguis, id est, si omnes donum loquendi linguis variis haberetis, quia alter aduersus alterum non haberet materiam gloriandi vel inuidendi, quoniam omnes in hoc essetis æquales. Non prohibeo vos omnes, si poteritis loqui diuersis linguis, quia donum est spiritus sancti, sed magis volo vos prophetare, quia utilius est. [Nam maior est qui prophetat,] id est, maioris dignitatis est in ecclesia qui futura prædicat, vel scripturas aperit, [quam qui loquitur linguis,] id est, qui incognitis locutionibus mysteria profert, quia sibi soli proficit. Hoc enim maius est quod pluribus prodest. Qui linguis loquitur, minor est, [nisi forte interpretetur,] id est, exponat aliis quod ipse deo loquitur. Si enim interpretari dicta sua poterit, [ut ecclesia edificationem] inde accipiat, non erit minor. Fortè, di-

cit, ut innuat quoniam raro solet contingere D vt vtrunque vni concedatur.

*Nunc autem fratres si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina.*

Dixi qui prophetat, maior est, propter edificationem quam præbet ecclesie, quam qui lingua loquens, se solum edificat. Sed hoc potestis etiam in me ipso videre, quia [si venero ad vos] o [fratres loquens] incognitis [linguis quod vobis prodero,] cum nesciatis quid dixerim? Nihil prodero, [nisi loquar vobis aut in reuelatione .i. in expositione reuelationis, in qua mihi per quasdam figuras ostensa fuerint mysteria Christi, sicut & Ioanni ostensa leguntur in sua reuelatione: aut nisi loquar vobis, [in scientia,] quam studio & disciplina mea conquisiui, ut vos scire faciam qualiter his temporalibus uti debeatis, & quid de his sentire: [aut in prophetia,] ut vobis prænunciem futura, vel manifeste occulta: [aut in doctrina,] ut doceam vos de fide & moribus. Et cum nunc vobis, quando iam fratres, id est, Christiani estis, non prodessem si linguis incognitis loquerer: patet quia multo minus tunc prodessem, cum adhuc essetis infideles. Cumque ego qui tantus sum apostolus, loquendo linguis non possem vobis prodesse, constat vos multo minus tali locutione audientibus prodesse. Lingua intelligitur in hoc loco, obscuras dicere & mysticas significationes, à quibus si intellectus mentis remoueat, nemo edificatur audiendo quod non intelligit. Vnde & supra dixi: Qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed deo. Nemo enim audit. Spiritus autem loquitur mysteria. Ibi enim satis indicauit eam se linguam appellare, vbi sunt significationes velut imagines rerum ac similitudines, quæ ut intelligantur, indigent mentis obtutu. Cum autem non intelligitur, in spiritu eas dicit esse, non in mente. Qui loquitur lingua, id est, spiritu nondum intelligens significationes quas lingua spiritus voluit, plus semetipsum edificat. Contingebat enim ut qui sic loquebantur mysteria dei, quauis profunditatem non intelligeret, tamen ex ipsa locutione ad compunctionem cordis, & multoties ad bonum opus incitarentur. Quia ergo etiam lingua, id est, membro corporis quod mouemus in ore, cum loquimur, signa utique rerum dantur, non res ipse proferuntur, propterea trallato verbo linguam appellauit Apostolus quolibet signorum prolotionem, priusquam intelligantur. Quo cum intellectus accesserit, qui mentis est proprius, fit reuelatio, vel scientia, vel prophetia, vel doctrina. Proinde ait: Si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi loquar vobis in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? id est, nisi signis, hoc est, lingue accesserit intellectus, ut non spiritu tantum, sed etiam mente agatur quod agitur. Proinde cui signa per aliquas rerum corporalium similitudines demonstrabatur in spiritu, nisi accessisset mentis

**G** officium vt etiā intelligeretur, nondū erat propheta: Magis propheta erat, qui interpretabatur quod alius vidisset, quā ipse qui vidisset. Vnde apparet magis ad mētē pertinere prophetiam, quā ad istum spiritū, qui modo quodam proprio vocatur spiritus, vis animæ quæ dā mēte inferior, vbi corporalium rerū similitudines exprimuntur. Sic olim magis Ioseph propheta fuit, qui intellexit quid significarent septem spicae & septem boues, quā Pharaō qui eas vidit in somnis. Illius enim spiritus informatus est, vt videret, huius mens illuminata vt intelligeret. Ac per hoc in illo erat lingua, in isto prophetia: quia in illo rerū imaginatio, in isto imaginationum interpretatio. Minus ergo propheta est, qui rerum quæ significantur, sola ipsa signa in spiritu per rerum corporalium imagines videt: & magis propheta, qui solo earum intellectu præditus est. Sed maximè propheta, qui vtroque præcellit, vt & videat in spiritu corporalium rerum significatiuas similitudines, & eas viuacitate mentis intelligat, sicut Danielem excellentia tentata est & probata, qui regi somnium quod viderat dixit, & quid significaret aperuit. Et ipse quippe imagines corporales in spiritu eius expressæ sunt, & earum intellectus reuelatus in mente. Sed ad epistolę sequentia transeamus.

**Tamen quæ sine anima sunt vocem dantia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem sonituum dederint, quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur? Etenim si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum? Ita & vos per linguā nisi manifestum sermonē dederitis, quomodo scietur id quod dicitur? Eritis enim in aëra loquētes. Tā multa vtriusque genera linguarum sunt in hoc mundo, & nihil sine voce est.**

Linguas non prodesse sine interprete, superior ostendi per me qui sum rationalis, & tamē per inanimata idem patet. Nam [ea quæ sunt sine anima dantia vocem, siue] hoc [sit tibia, siue cithara, nisi dederint distinctionem sonituum, id est, distinctos intelligibiles sonos,] quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur, id est, cithara resonatur? Sic & locutio vestra, cuius spiritualis suauitas non aures debet mulcere, sed mentem, inanis erit si intellecta nō fuerit. De tibia & cithara nescietur, quia nec de tuba. Alia similitudo est de eadem re. [Etenim si tuba det vocem incertam, id est, quæ bellum aperte nō significet, [quis parabit se ad bellum?] Iudeis erat vltus tubæ in festis & bellis, diuersis sonis: & hoc est quod dicitur, quia si vox tubæ incerta fuerit, nemo discernet vtrum solennitatis an belli sit, nemōque se ad bellum armabit. [Ita & vos,] qui quasi tuba exaltare vocem vestram debetis, vt Christi milites ad spirituale bellum contra dæmones præparetis, [per linguam alienam loquentes, [nisi] interpretando

[dederitis manifestum sermonem,] qui palam K audientes retineat, [quomodo scietur] ab aliis id [quod à vobis in lingua aliena] dicitur? Nescietur ab auditoribus vestre locutionis sensus. Nam [eritis loquentes in aëra, id est, ea quæ nulli proficient, sed in aëra soluentur, dum non inuenientia locum receptaculi in audientium auribus vt intelligantur, diffundentur in aëra, quia nec auscultare talia dignabuntur homines. Nō ad corda hominū loquemini, sed in aëra, id est, non utilia erunt verba vestra, sed ociosa & inania eritis loquentes. [Tā multa vtriusque genera linguarum, id est, etiam si tam multa loquamini vt sunt genera linguarum in toto [hoc mūdo,] quid proderit hæc vestra locutio, cum nullus intelligat? Multa sunt genera linguarum, [& nihil sine voce est:] quia nulla res est sine sua voce & appellatione in vnaquaque lingua. Cum sint enim plurima linguarum genera, habent tamen vtrumque significationes proprias vt intelligantur, nec potest aliquid inueniri quod non habeat vocem significatiuam sui. Et idcirco inanis est locutio quæ non intelligitur.

**Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquar, barbarus: & qui loquitur, mihi barbarus. Sic & vos, quoniam amulatores estis spirituum, ad edificationem ecclesiæ querite vt abundetis. Et ideo qui loquitur lingua, oret vt interpretetur. Nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. Quid est ergo? Orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente.**

Quandoquidem alij sine interprete non intelligent, vel quandoquidem tot linguæ sunt, & vnaquæque propriam distinctionem habet, [ergo si nesciero virtutem vocis, id est, si ignorauero vim propriam vocis quam profero, vt illi qui tantum dona linguarum habent, ero non intellectus, sed [barbarus ei cui loquor,] quem instruere debeo, quia non potero illi sensum dictorum meorum interpretari: & ille vicissim qui mihi loquitur, erit [mihi barbarus,] cum ignoret sententias vtrumque quas proferit, nec valeat exponere mihi. [Sic & vos] eritis ad inuicem barbari, si per incognitam linguam alter alteri locutus fuerit, & ita erit dissensio inter vos. Propterea nō dissonantiam ignotarum linguarum, per quas discordia generetur, debetis appetere: sed vnitatem intellectus, per quæ communi letitia gloriemini. Et [quoniam estis æmulatores spirituum, id est, desideratores spiritualium donorum, [querite vt] his] abundetis ad edificationem ecclesiæ, id est, vt non solum linguis loquamini, sed etiam interpretemini vt adificationem sumat ecclesia, quoniam æmulatores estis spiritualium charismatum. [Et ideo, id est, vt ecclesia edificetur, [qui loquitur lingua, oret vt interpretetur, id est, oret vt accipiat donū interpretandi, vt proficiat cæteris studiū eius. Oret non labijs tantum, sed affectu cordis, vt exau-

**A** vt exaudiri mereatur. [Nā si] etiam ego qui tantus sum, [orem lingua, id est, voce sola, [spiritus mens, id est, flatus oris mei orat dum loquor in oratione: sed [mens mea est sine fructu, id est, nō capit fructum ex ipsa oratione, ad quam nō est intenta. Hoc sæpe nobis accidit, dum psallimus vel orationem labijs proferimus, & mente quod os proferit, non cogitamus. Et quando quidem mens quæ intus pio affectu non orat, quod os loquendo foris precatur, fructum orationis non habet, [ergo quid est] mihi faciendū Quid est mihi vtile? Hoc scilicet, [Orabo spiritu] per os prolato, id est, orabo sermone oras. [orabo & mente, id est, affectu mentis. psallam, id est, psalmos dicam spiritu, id est, prolatione oris: [psallam & mente, id est, mentis attentione. Vel ita: Qui loquitur lingua, sic oret, id est, sic loquatur vt interpretetur quod dicit. Nam me ipsum do vobis exemplum: quia si orem, id est, si loquar lingua, spiritus meus orat, sed mens mea est sine fructu, id est, sine intelligentia eorum quæ dico. Si enim dicam lingua quod non intelligo, velut afflatus spiritu in ecclesia loquor & mens est sine fructu. Ignorat enim animus si lingua loquatur quam nescit, sicut solent Latini homines Græce cantare, oblectati sono verborum, nescientes tamen quid dicant. Vt supradictum est spiritus vocatur vis animæ quædam mente inferior, vbi corporalium rerum similitudines exprimuntur. Mens autem est illa superior pars animæ, vbi intellectus & ratio proprie sedem habent. Lingua quoque sicut & superius dictum est, designare potest quilibet signorum prolationem priusquam intelligantur. Itaque dicitur: Si orem lingua [id est, si loquar prolatione signorum adhuc non intellectorum spiritus meus orat, id est, illa pars animæ meæ tantum loquitur, in qua corporalium rerū imagines exprimuntur: sed mens, id est, superior animæ meæ subtilitas: est sine fructu, quia nullam ibi reflectionem intelligentiæ habet. Cū enim spiritus & inferior animæ natura loquitur proferendo signa quæ non intelligit, mens ad quæ pertinet intellectus, nullū fructū inde reportat. Quid ergo est agendum? Hoc scilicet, quod me acturū dico. Quia orabo spū orabo, & mente, id est, loquar spiritu & mente, vt signa rerum mihi formentur in spiritu, & eorum resplendat intellectus in mente, sicut & Daniel in spiritu vidit somniū regis, & mente interpretationem eius intellexit. Ita enim & ego faciam, quia & spiritu signa loquar, & mente sensum eorū intelligam. Spiritu dictiones loquar, mente sententias. & similiter psallam spiritu, id est, consonantiā vtrumque psalmodiæ in spiritu resonabo psallā & mente, id est, consonantiā sententiarū attentione mentis modulabor, delectans me intelligentia spiritualium sensuum. Vel psallam spiritu, & psallam mente, id est, concordiam in mēbris ecclesiæ componam, vt concordent & mente, ac de sua consonantia dulcem melodię pulchre variatam expriment. Sic & vos spiritu & mente loqui debetis, vt & signa videatis, & sensum intelligatis, & cæteris exponatis: atque id est psallere spiritu & mente, vt psalmodiū sensus in corde vestro resonet, quos ore canetis.

**Cæteri si benedixeris spiritu, quis supplet locū idiotæ? Quomodo dicit Amen super tuam benedictionem? Quoniam quid dicas nescit. Nam tu quidem benedixisti, sed alter non edificatur.**

Orare debetis mente & spiritu, vt & verba historiæ vel literaturæ proferatis, & mysticum sensum exponatis ad instructionem audientium. [Cæterum, id est, sed [si benedixeritis spiritu, id est, si aliqua dixeris, si Dei laudes dixeris, vel si benedictionē aliquam protuleris ignota lingua, quam non possis audientibus interpretari [quis supplet locum idiotæ?] In spiritu, non in mente benedicit, qui bona quæ loquitur non intelligit: quoniam signa rerum cum non intelliguntur, & in spiritu sunt, non in mente. Idiota verò est ineruditus, qui nihil scit nisi quod ei proprietas naturæ dedit, quoniam in lingua Græcæ, proprietas dicitur Latine. Locus autē idiotæ est, vt in nouissimo benedictionis dicat, Amen quod interpretatur, verum. per hoc enim & consensum suum iudicat, & benedictionem cōfirmat. Sed si benedixeris spiritu, id est, si benedictionem dederis ignota lingua, vt nec tu sensum dictorum tuorum intelligas, nec aliis exponas, quis supplet locum idiotæ? id est, quis loco idiotæ respondet Amen, in fine sermonis? Nec sapiens hoc facere nouit, nedum idiota. Quomodo enim [dicit Amen super tuam benedictionem,] cum nesciat [quid dicas?] Imperitus enim, & absque literis, audiens quod nō intelligit, nescit finem orationis, & non respondet Amen, id est verū, vt confirmetur benedictio. Per hoc enim completur confirmatio precis, qui respondent Amen, vt omnia dicta veritatis testimonio in audientium mentibus cōfirmantur. Nō poterit idiota respondere benedictioni tuæ quæ non intelligit. [nā tu quidē bene gratias agis] deo in illa benedictione, & bonū est quod loqueris, [sed alter nō edificatur] ex verbis tuis, quæ nō intelligit. Ideo cū ad ecclesiā, ppter edificationē cōueniatis, ea debēt in ecclesia dici, quæ intelligantur ab hominibus & præstent edificationē audientibus. Propterea qui loquitur ignota lingua debet in ecclesia tacere, vt hi loquantur qui proficiunt audientibus.

**Gratias ago deo meo, quod omnium vestrum lingua loquor. Sed in ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, vt & alios instruam, quā decem millia verborum in lingua.**

Proponit se exemplum, quod publice non debeant loqui linguis, in quibus accipientium non sit edificatio, sicut ipse in ecclesia linguis nō vitur, cū omnes eorū linguas nouerit. Non vitupero, inquit, in vobis locutionem linguarū eō quod hāc habere nequeā, sicut est consuetudinis quibusdā, vt inuideant quod ipsi non valēt assequi. Nā [omniū vestrum lingua loquor] ego, id est nullus vestrum aliqua loquitur lingua qua & ego non loquar quoties volo. Et inde [gratias

**G** [gratias ago Deo meo,] qui mihi per donum gratiæ suæ concessit vt loqui possim linguis, quas inter vos oēs habetis. Sed quāuis tāta linguarū notitia diuinitus sit mihi data, [in ecclesia] tamē cui debeo prodesse, [volo quinq;] id est, pauca [verba loqui meo sensu, id est, quæ intelligam & exponam,] vt & alios instrua, quā decē millia, id est, valde nimiam multitudinem, [verborū in lingua,] id est, vt neq; intelligam, neq; alios doceam. Quod ait, quinque verba & decem millia, vulgari consuetudine locutus est. Vel sicut nōnullis visum est, per quinq; verba, quinq; libros Moyse designauit. Volo, inquit, in ecclesia loqui meo sensu, id est, spiritali intelligentia quinq; verba, id est, quinq; legis volumina, quā decē millia verborū, id est, quā legis perfectionē in lingua, id est, in prolotione signorum nō intellectōrū. Denarius enim propter decalogū significat legē, millenarius perfectionem. Posuit autem Apostolus quā, sine magis, vt notaret istam partem, cum qua iungitur quā, nullo modo esse amplectandam. Nam vbi sic ponitur quā, ostendit alterā partem posse stare, alteram verō minime.

**H** *Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. sensibus autē perfecti estote. In lege enim scriptū est, quoniam in aliis linguis & in labiis aliis loquar populo huic, & nec sic exaudient me, dicit dominus. Itaque linguæ in signū sunt nō fidelibus, sed infidelibus, prophetiæ autem non infidelibus, sed fidelibus.*

Ideo etiam non debetis appetere loqui linguis tantum, quia hoc modo haberetis puerorū sensum, qui nō attendunt quid sit aliis vtile, sed quid seipos pueriliter delectet. Sed vos [nolite effici pueri sensibus,] vt pueriles sensus habeatis in appetitione linguarum, quibus tanquam puerorum ludis intendatis, non cogitātes quid profit vtilitatibus proximorū. Nolite esse pueri sensibus, sed estote viri. Qui enim non perdurant occurrere in virum perfectum, vel infirmitate virium, vel mentis leuitate, mulieribus & paruulis comparandi sunt. Nolite sensibus esse pueri, id est, nolite esse in sapiētes. Sed quia dominus ait, Nisi conuersi fueritis & effecti sicut paruuli, nō intrabitis in regnum cælorum, [malitia pueri] estote: si vos delectat imitari pueros, non delectet imperitia, sed innocentia & humilitas. [Malitia estote paruuli.] Quia malitia maximē, nisi superbix? Ipsa enim de vana granditate præsumens, nō sinit hominem ambulare per arctam viam & intrare per angustam portam, puer autem facillē intrat per angustam. Et ideo nemo nisi vt puer, intrat in regnum cælorum. Estote ergo paruuli malitia, id est, depone omnem granditatem quam malitia superbix facit, vt sitis remoti ab omni malitia sicut pueri, studentes his quæ faciunt ad vtilitatem fratrum, quod est perfectio sensus. Itaque nolite pueri effici sensibus per imperitiam, vt sicut puer inon intelligatis quod dicitis: sed malitia

paruuli estote, vt sitis immunes ab omni malitia velut pueri: [sensibus autem perfecti estote,] vt intelligatis plenē quod dicitis, & quid ad instructionem ecclesiæ sit necessarium sciatis. Nec debetis pueriliter appetere loqui linguis, quas non intelligitis: quia linguæ in signum infidelibus dantur, quod vos iam non estis: & nō ad ædificationem, quæ necessaria vobis est iam fidelibus. & hoc est, Nolite quærere linguas, quia [in lege, id est, in libro Isaiæ,] scriptum est, quoniam in aliis linguis, id est, diuersis generibus linguarum, [ & in aliis labiis, id est, verbis spiritualibus, loquar per apostolos] huic populo Iudæorum, [ & nec sic exaudient me,] qui per legem & prophetas nunquam me voluerūt exaudire, [dicit dominus.] Vel in aliis linguis loquar, id est, nouum testamentum prædicabo: & in aliis labiis, id est, verus testamentum spiritaliter exponam, quod illi carnaliter exponabant. Hoc est enim aliter eis loqui, quam se legis veteris habent verba, dum audiunt sabbatū solui, neomenias euacuari, circuncisionem cessare, sacrificia immutari, escas dudum prohibitas licere edere, Christum de Deo Deum prædicari. Hoc est aliis linguis & aliis labiis loqui, propter illam varietatem linguarum, quæ per Apostolos in die pentecostes sonuit. Sed nec sic infideles Iudæi voluerunt exaudire Deum, vt ei per fidem & deuotam conuersationē obedirent. Videte ergo ne & vobis loquatur Deus in variis linguis, & vos non exaudiat verba præceptorum eius faciendo. Et quādoquidem illis, qui non exaudierunt vt ad fidem conuerterentur, locutus est dominus in aliis linguis, [itaque linguæ sunt in signum non fidelibus,] qui credunt deū omnia posse: [sed infidelibus] qui hoc non credunt. Nam idcirco fiunt exteriora miracula, vt mētes hominum ad interiora perducant, quatenus per hoc quod mirum visibiliter ostenditur, ea quæ inuisibilia sunt, mirabiliora credantur. Linguæ igitur datæ sunt in signū, id est, vt sint signum inuisibilis præsentix Dei, quia infideles per miraculum linguarum potentiam Dei, qui eis prædicatur, adesse præsentem intelligunt. Sed [prophetiæ non] sunt signū infidelibus, quia infideles nō credunt futura, quæ necdū videre possunt, si eis per prophetiā prænuncientur. Et idcirco prophetiæ non infidelibus datæ sunt, qui prophetis ventura prædicantibus credere nolunt, [sed fidelibus,] qui futurorum prænunciationi prudenter acquiescunt: & ideo fideles nō linguas appetere debent, sed prophetias. Vel nomine prophetiarum interpretationes scripturarū designari possunt. Prophetiæ ergo non sunt signum infidelibus, sed fidelibus: quia infideles per expositionem scripturarū quibus nullam fidem adhibent, nequaquam Deum cognoscunt, fideles autem secreta eius ibi mysteria intelligunt. Maior autem & vtilior est prophetia, id est, prophetarum interpretatio, quæ fidelibus prodest & semper est opus, quā linguarum loquutio, quæ propter infideles ad tempus data est.

*Si ergo conueniat vniuersa ecclesia in vnum, & omnes linguis loquatur, intrent*

**A** *trrent autem idiotæ aut infideles, nonne dicent quod insanitis? Si autem omnes prophetet, intret autem quis infidelis aut idiota, conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus. Occulta enim cordis eius manifesta fiunt, & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuncians quod verè Deus in vobis sit.*

Alia ratio cur nō debeatis loqui linguis, sed potius prophetare. Quia linguæ in signū sunt infidelibus, non in ædificationē fidelibus, prophetiæ verō fideles semp ædificāt, [ergo si conueniat in vnum vniuersa ecclesia, id est, si coadunetur in vnū vniuersa fidelium cōgregatio,] & omnes] ibi sine interprete [loquantur linguis,] sed [intret idiotæ] vel imperiti [vel infideles, nonne dicēt quod insanitis] quasi arreptitij, cum alter alterū nō intelligat? Dicent utiq; vos insanire, cum videant loquutionē vestrā nemini prodesse, sed tmultū quēdā incognitū fieri, velut phrenesim sustinentiū. Et sic præbetis vos illis dirisui, quos exēplo vestro debetis conuertere. Sed [si omnes] in ecclesia [prophetent, id est, ventura vel occulta per prophetiā manifestent,] [intret autē] ad eos aliquis [infidelis vel idiota, conuincitur ab omnibus] de suo errore quē nō valet negare cōtra eos, qui cor eius per spiritū prophetiæ intuentur, & [diiudicatur ab omnibus, id est, dānabilis ostenditur, dū vnusquisq; dicit de eo quā reus sit. &] [occulta cordis eius fiunt manifesta,] vel cogitationes eius deteguntur à prophetātibus. [ & ita] cū viderit arcana suæ mētis per spiritū sanctum, qui in vobis loquitur, esse denuadata, [cadens in faciē, id est, humilians se, conuersus ad pœnitentiā, tam manifesta dei præsentia superatus,] [adorabit deum, id est, spiritum sanctum, qui cordis eius occulta sicut deus per vos patefacere potuit,] [pronuncians] oris cōfessione [quod] intelligit corde, scilicet vere deum in vobis esse, qui cordium alienorū secreta per vos rimatur. Notandum quia proprie idcirco dicitur prophetia, quoniā prædicat futura. Sunt tamē tria prophetiæ tēpora, præteritum, præsens & futurū. Prophetia enim de præterito, vbi de casu primi angeli dicitur: Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? Prophetia de futuro est, Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Prophetia verō de præsentis est, quæ in præsentibus Apostoli verbis ostēditur. Cum enim dicitur, Occulta cordis eius manifesta fiunt, profecto monstratur quia per hunc modū prophetiæ spiritus nō prædicat quod futurū est, sed ostendit quod est. Quo autē pacto dicitur prophetiæ spiritus, qui nihil futurū indicat, sed præsens narrat? Sed recte prophetia dicitur, nō quia prædicat ventura, sed quia prodit occulta. Rem quippe quamlibet sicut ab oculis nostris subtrahūt tēpora in futuro, ita ab oculis nostris i præsentis subtrahit causa. Vētura enim res occultatur in futuro tempore, præsens autē cogitatio absconditur in latenti corde.

**Q**uid est ergo fratres? Cum conuenitis vnusquisque vestrum psalmum habet, doctrinā habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet. Omnia ad ædificationem fiant.

Iā incipit determinare, quomodo linguis sit vtendum: quandoquidem hæc quæ diximus, eueniūt de loquutione linguarum, [ergo quid est] agendum o fratres? Ad ædificationem exercendæ sunt vt cætera. Nam [cum cōuenitis] in ecclesia, vbi ædificationem audientium operari debetis, [vnusquisq; vestrum habet] vnde possit aliis pficere. Ideo nullus se excuset. Alius enim habet [psalmū, id est, laudē, Dei per canticū] alius [habet doctrinā, id est, sensum expositionem per spirituales prudentiam, qua se & alios de moribus iustruere valeat: alius [habet apocalypsim,] id est, reuelationem occultorum quæ sibi spiritus sanctus ostendit: alius [habet linguam.] Hoc idcirco dixit, vt eos qui linguis loqui poterant, non cōtristaret. Permisit enim eos loqui linguis, ita tamen, vt interpretatio sequeretur. Et ideo subiecit, [interpretationem habet.] [Quod propterea dixit, vt si interpret adesset, daretur locus loquēti linguis. Non dixit quod vnusquisque haberet hæc omnia, sed ostendit quia non erat quisquam in eis, qui horum aliquid non haberet. Talis enim locutionis huius est sensus, vt qui intelligit psalmum, loquatur de psalmo: qui habet scientiam docēdi, doceat: qui habet apocalypsim, id est, reuelationem aliquam mysteriorum, dicat quæ sibi reuelata sunt: & cætera similiter, vt nihil sit in eis quod non alterutrum ædificet. [Omnia,] inquit, [ad ædificationem fiant.] Conclusio hæc est, vt nihil incassum in ecclesia geratur, sed magis laboretur, vt & imperiti proficiant. Et idcirco omnes paratos vult conuenire diuersis donis spiritualibus, vt ipsa auiditate mētis vigilātes, inuicem se exhortari, meliora bona æmulentur ad illuminationem fratrum.

**S**ive lingua quis loquitur, secundum duos aut (vt multum) tres: & per partes, & vnus interpretetur. Si autem non fuerit interpret, taceat in ecclesia, sibi autem loquatur & Deo.

Incipit ostendere quomodo hæc omnia fiant ad ædificationē. Omnia, inquit, fiant ad profectum, siue linguarū locutio siue cætera. & hoc est. [Siue quis lingua loquitur, secundum duos] fiat loquutio, [aut vt multū] dicam, secuudum tres fiat, id est, duo vel tres loquantur linguis, & non plus, ne occupant diem, & non sit locus loquendi prophetis, qui maximē sunt vtilis, [Et per partes] loquantur, id est, non simul omnes, ne insanire videantur, sed singuli, id est, vnus post alium, siue in diuersis ecclesiæ locis. [ & vnus interpretetur,] hoc est, aliquis exponat populo verba illius loquentis, Consuetudo tunc erat, vt quando conueniebant in ecclesia, vel in aliquo loco propter doctrinam, illi qui



**G**scientiam linguarum acceperant, loquerentur & alij exponerent, & hoc fiebat in ecclesia per ceteras. In vna parte ecclesie erat quedam collectio, & in altera parte alia: & vnaquaque pars suum habebat loquentem, & suum interpretem. & hoc est quod Apostolus dixit, vt in vna ecclesia non loquatur nisi duo vel tres: & per partes, vt vbi vnus loquitur, non loquatur alter: vel vnus post alterum loquatur, & vnus interpretetur vniciusque. Sed si non fuerit interpret, id est, qui interpretetur, taceat linguis loquens [in ecclesia,] vbi non debet audiri loquutio nisi quae edificet: sed [sibi loquatur,] id est, intra se tacite orat, & loquatur Deo, qui audit muta omnia. Sibi loquitur, qui ex his quae dicit, compungitur: & Deo loquitur, quia deum orat vel laudat.

*Propheta autem duo aut tres dicant, & ceteri diiudicent. Quod si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare, vt omnes discant & omnes exhortentur. & spiritus prophetarum prophetis subiectus est. Non enim dissensionis est deus, sed pacis, sicut & in omnibus ecclesiis sanctorum doceo.*

Sicut de his qui lingua loquuntur dixi, ita & de prophetis dico, vt [duo aut tres prophetae dicant, id est, loquatur ad populum in diuersis ecclesie partibus. Duo vel tres loquantur, quia sufficit sermo tot hominum, & in ore duorum vel trium stat omne verbum. ceteri vero prophetae diiudicent verba eorum, discernentes a bonis meliora & a melioribus optima. Sed si interim per spiritum sanctum [fuerit reuelatum] aliquid melius [alij sedenti] qui audiebat, prior qui loquebatur, taceat, vt & iste loquatur quod sibi diuinitus est reuelatum. Saepem enim iuniori reuelat dominus quod melius est: & ideo permittat eum prior loqui. Nec sibi putet iniuriam fieri, si tacuerit vt inferior loquatur: quia plerumque datur inferiori, quod non est concessum superiori. Ideo loqui debet ille cui reuelatum est, quia [potestis omnes prophetare, tam ille qui prius accepit reuelationem, quam ille qui prior coeperat loqui. Omnes inquam, potestis prophetare, non quidem simul, ne conturbatio fiat: sed [per singulos,] alius post alium: [vt omnes] etiam maiores discant quae ignorant, [ & omnes exhortentur,] id est, moneantur in his, quae cum intelligunt, negligunt. Et debet loques cedere sedenti vt loquatur, quia [ & spiritus prophetarum est subiectus prophetis, id est, in hoc facit voluntatem prophetarum, vt quando vult propheta, permittat eum tacere: & rursum quando vult, permittat eum loqui. Ne quis diceret se non posse tacere, quonia spiritus ministrans sibi cogeret eum, dicitur quia spiritus prophetarum prophetis subiectus est, vt in sua habeant potestate quando taceant & quando loquantur. Subiectus est spiritus prophetis, vt quando volunt, tacere possunt: & quando volunt, loqui: nec cogit eos vt Phy-

tonicus aliqua clamare vel subticere. Vnde si prior propheta non cedit alij, videtur non esse in eo spiritus Dei. Verum subiectus est eis spiritus vt pro voluntate sua possint ratione tacere vel loqui. quia non est Deus dissensionis, sed pacis, id est, spiritus sanctus qui Deus est & prophetas replet, non est autor dissensionis & discordiae, sed pacis & concordiae. Esset enim autor dissensionis, non pacis, si & eum qui prior coeperat loqui, non fineret tacere: & hunc qui interim repentina reuelatione impletus est cogeret loqui. Inde enim discordia & dissensio nasceretur. Sed iste spiritus pacem generat, non discordiam, vt alter propheta rationabiliter cedat alteri, non simul ambo loquatur. Deus, inquam, est pacis, non discordiae, vt quicumque Deo adherere cupiunt, pacem sequantur, dissensionem fugiant, [sicut] ego doceo in omnibus ecclesiis sanctorum. Et ideo si vultis sanctorum ecclesiis quae sunt per orbem, communicare, pacem in Deo vicissim seruate sicut illae. Vel qui linguarum notitiam exceperunt, qui prophetiae gratiam habent, ita loquantur in ecclesia sicut nunc docui, & sicut in omnibus ecclesiis sanctorum doceo. Ac si dicatur: Non est singulare vel nouum quod nunc dixi, ideo firmiter tenete quod omnes tenent ecclesia.

*Mulieres in ecclesiis taceant. Num enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit. Si quid autem volumus discere, domi viros suos interroget. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia. An a vobis verbum Dei processit? an in vos solos peruenit?*

Quauis dixerim quia potestis omnes prophetare, mulieres tamen [in ecclesiis taceant.] Nunc redit Apostolus ad id quod supra praetermiserat. Superius enim velari mulieres in ecclesia praecipit, modo vt quietae sint & verecundae ostendit, quia contra ordinem est naturae vel legis, vt in conuentu virorum foeminae loquatur. [Non enim] ab aliqua autoritate [permittitur eis] in ecclesia [loqui, sed] praecipitur eas [subditas esse, sicut lex] in; Genesi dicit: Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Lex ista specialis est mulieribus imposita, & ob hoc Sara subiecta erat Abrahae, dominum eum vocans. Duae de causis iubetur mulier esse subiecta, quia ex viro est, & per ipsam intrauit peccatum. Iure enim tacet inter viros, quae cum loqueretur viro suo, suadet peccatum. Non loquatur in ecclesia: sed [si quid volumus discere, interroget domi viros suos] cum disciplina & subiectione. Nam [turpe est mulieri in ecclesia loqui.] Turpe est, quia contra disciplinam est, vt in domo Dei, qui eas viris subiectas esse praecipit, de lege loqui praesumat, cum sciant illic viros habere primatum & sibi magis competere vt in domo Dei precibus vacent, & retinentes linguam, aures aperiant, vt audiant quomodo misericordia Dei mortem vincit per Christum, quae per eas regnauit. Nam si audeat in ecclesia loqui, dedecus est, quia idcirco ve-

**A**co velantur vt in humilitate appareant. Si autem inuerecunde se ostendunt, opprobrium est viris, quia in mulierem insolentia etiam mariti notantur. Haec quae vobis trado, tenere debetis, non vestra instituta meis traditionibus praefere, & ceteris fidelibus quasi fontem religionis velle tradere. Quia [an processit] a vobis verbum] praedicationis Dei? Non utique, sed a nobis ad vos venit: quoniam a nobis qui de circumcisione sumus, coepit euangelica praedicatione, non a vobis: nec beneficium vos dedistis, sed accepistis. Nec quasi singulariter electi debetis gloriari, aut de singulari scientia extolli. Quia nunquid [in vos solos peruenit] verbum dei? Non utique sed in alios per orbem similiter peruenit, & ideo nolite velle fieri magistri, constituendo nouas traditiones vestras, sed tenete quod vbique tenet aliae gentium ecclesiae.

*Si quis videtur propheta esse aut spiritualis, cognoscat quae scribo vobis, quia domini sunt mandata. Si quis autem ignorat, ignorabitur.*

Ego quidem talia vobis scribo. [Et si quis] inter vos est, qui [videtur esse propheta, id est, praesciens futurorum, [aut spiritualis, id est, spiritualiter viuens, quauis non habeat notitiam futurorum, [cognoscat] ista [quae scribo vobis quia] non sunt a me, sed [sunt mandata domini,] Hoc dixit Apostolus, aliter ista quae scribebat, a paruulis & aliter a capacioribus posse intelligi sciens. Solidam enim voluit esse scientiam spiritualium, vbi non solo accommodaretur fides, sed certa cognitio teneretur. Ac per hoc paruuli ea credebant, quae spirituales insuper cognoscebant. Coerces etiam his verbis & ad pacificum ordinem reuocat inquietos, tanto ad seditionem faciliores, quanto sibi videbantur spiritu excellere, cum superbiendo cuncta turbarent. Si quis, inquit, videtur propheta esse aut spiritualis, cognoscat quae scribo vobis, quia domini sunt mandata. Si quis videtur esse, utique non est. Nam qui est, sine dubitatione cognoscit. Nec admonitio ne, nec coercitio opus habet: quia omnia iudicat, & a nemine iudicatur. Illi ergo seditiones, & perturbationes in ecclesia faciebant, quia videbantur esse quod non erant. Et hos docet cognoscere domini mandata esse quae scribit. Praecipit tamen pseudo apostolos, a quibus fuerant deprauati, in hac sententia tangit, qui pro desiderii hominum non diuina, sed terrena docebant, ideo hic nihil suum tradere se dicit, sed domini, vt quibus suadet, deo adquisiti, non hominibus videantur. Cognoscat, inquit, ea quae scribo vobis de linguis, prophetis ac mulieribus, & de ceteris spiritualibus, quia sunt domini mandata. Sed [si quis] haec [ignorat, ignorabitur] a domino, id est, improbabitur cum illis quibus dicitur. Non noui vos. id est, non noui esse meos, vel non noui inter praedestinos. Nam hoc dicitur contra pusillos, qui in cruce Christi gloriatur, & tamen ignorant ea quae de diuinis mysteriis subtilissimè differuntur. Non enim perit vnus de pusillis, pro quibus mortuus est Christus. Sed sicut praecedentia & subsequenta declarant, de his quae fidem &

mores multorum edificarent, dixit Apostolus, **D**quod ignorans ea ignorabitur, id est, vt linguis prophetia praeponeatur, vt non perturbate illa gererentur quasi prophetiae spiritus, etiam inuitos loqui cogeret, vt mulieres in ecclesia tacerent, vt omnia honeste & secundum ordinem fierent. Haec & his similia qui ignorat, ignorabitur, non illa secreta mysteria, quae vix ad paucorum intelligentiam pertinent.

*Itaque fratres emulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere. Omnia autem honeste & secundum ordinem fiant in vobis.*

Quandoquidem prophetia tam utilis est, vt supra demonstrauerimus, itaque o [fratres emulamini, id est, desiderate prophetare ad multorum aedificationem: & quauis linguarum parum profint, nolite tamen [prohibere loqui linguis,] ne fiat dissensio. Sed omnia tam haec quam alia, [fiant in vobis honeste, id est, cum pace & disciplina, [ & secundum ordinem,] vt alia prius & alia posterius agantur, & prophetia linguis praefatur.

## CAPVT XV.

*Optum autem facio vobis euangelium fratres, quod praedicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini, qua ratione praedicauerim vobis si tenetis, nisi frustra credidistis.*

Hic ingreditur Apostolus reprehendere Corinthios, qui seducti a falsis apostolis, dubitabant de resurrectione communi, existimantes neminem resurrecturum, cum viderent corpora mortuorum sepeliri & putrefieri. Hunc errorem destruit apostolus, probans mortuos in fine seculi resurrecturos, & hoc facit per resurrectionem Christi, de qua certissimum erat illis. Haec enim, inquit, de spiritualibus donis disserui. Sed modo [notum facio vobis euangelium,] id est, bonum nuntium, quo iusti nunciantur resurrecturi ad gloriam, quod non est nouum, sed olim vobis a me praedicatum: [quod &] vos accepistis, id est, dignum acceptione iudicastis, & deuote illud suscepistis, [in quo] etiam [ & statis, id est, firmiter perduratis. Quod enim dicit, in quo & statis, illis dicit, qui erant firmi in fide resurrectionis. Promiscuis enim loquitur, vt & hi qui in fide sunt, gaudeant: & qui nutant, corripi se doleant & corrigantur. Statis, inquit, in euangelio resurrectionis vos, qui in fide constantes estis, [per quod & saluamini, id est, ad salutem aeternam pertingitis, cum de hac vita migratis, vel saluamini iam ex certitudine spei per illud. Saluamini, dico, si memoria & fide retinetis [qua ratione praedicauerim vobis,] id est, quomodo ea ratione qua Christus resurrexisset creditur, docuerim resurrectionem mortuorum. Hoc retinetis siue tenetis, nisi frustra credidistis. Id est, aut tenetis resurrectionem mortuorum, aut in cassum fidem susce-

Galat. 1.

Math. 7.

Matt. 10.  
Luc. 12.

**G** scepistis, quæ nō suscipitur nisi spe resurrectionis: Omnis enim spes credentium in hoc est, quia mortui resurgent. Quod qui non sperat, frustra etiam cæteras partes fidei suscepit.

*Tradidi enim vobis in primis quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas.*

**Isaiæ. 53.**  
**Ionæ. 2.**  
**Osee. 6.**

Nunc primo ponit hoc quod erat certissimū, per quod cōsequenter & illud probet, quod habebatur dubium. Verè, inquit, notifico vobis euāgelium de resurrectione, quod dudum prædicavi vobis, & ostendo qua ratione illud prædicauerim. Nam [tradidi in primis, id est, inter maxima fidei sacramenta, vel in primis, id est, in exordiis fidei, [quod &] ego ab ipso domino occulta inspiratione accepi, non per me inueni, [quoniam Christus mortuus est] nō pro sua

**H** necessitate, sed [pro peccatis nostris,] & hoc [secundum scripturas] propheticas, quæ id prænunciabant, & tradidi vobis quia post mortem [sepultus est,] vt scripturæ prædixerāt: [ & quia resurrexit tertia die, id est, tam cito vt ea potestate credatur posse nos suscitare. Pro peccatis nostris mortuus est & sepultus, sicut per Isaiam dicit de illo pater: Propter scelus populi mei percussit eum, & dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua. Qui & resurrexit die tertia sicut Osee prædixerat: Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Nam in eius resurrectione viuificati sumus, & suscitati, sicut alibi dicit Apostolus iste: Conuiuificauit nos Christo, & conresuscitauit, & confedere fecit in cœlestibus. Si ergo mortuus & sepultus resurrexit, eadē ratione debemus credere mortuos & sepultos resurgere.

**Isaiæ. 53.**  
**Osee. 6.**

**Osee. 6.**  
**Ephe. 2.**

**I** *Et quia visus est Cepha, & post hoc vndecim. Deinde visus est plusquam quingenis fratribus simul, ex quibus multi manent vsque adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde visus est Iacobo, deinde apostolis omnibus.*

**Ioan. 20.**  
**Luc. 24.**

Tradidi vobis secundum testimonia prophetarū, veraciter surrexisse Christum. Et etiam in argumētum certioris fidei tradidi vobis, [quia visus est Cepha, id est, Petro, priusquam aliis viris in die resurrectionis appareret. [ & post hoc vndecim] apostolis ad vesperū, qui se metu Iudæorum clauerant. Sed cum Iudas mortuus esset, & iuxta Ioānem Thomas deesset, & quomodo tunc dominus vndecim visus est, nisi per synecdochen accipiatur? Vbi enim pars maior est aut potior, solet eius nomine etiam illud cōprehendi quod ad ipsum nomen non pertinet. Quanto magis ergo Thomas, qui vnus erat ex illis vndecim, potuit in vndenario eorum numero comprehendi, quanuis defuisset quando dominus venit? [Deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul] positis, de quibus euāgelium tacet, [ex quibus multi manent,]

qui testes sunt quærentibus, [vsque adhuc] Iesu testimonio permanentes, [quidam autem] eorum in somno mortis [dormierunt,] quia rursus euigilaturi sunt. [Deinde visus est Iacobo] fratri domini, propria manifestatione singulariter. Et de hac re tacent quatuor euāgelistæ. Sed in euāgelio quod appellatur secundū Hebræos, quod & in autoritate fuit apud antiquos, narratur post resurrectionem quia dominus venit ad Iacobum Iustum & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus se non comesturū panem ab illa hora qua biberat calicem domini, donec videret eū resurgentem à mortuis. Rursumque post paululum: Afferte, ait dominus, mensam & panem. Statimque additur: Tulit panem & benedixit ac fregit, & dedit Iacobo iusto, & dixit ei: Frater mi, comede panem tuum, quia surrexit filius hominis à dormientibus. Deinde visus est [apostolis omnibus] in monte Galileæ, vel in loco ascensionis.

*Novissimè autem omnium, tanquam abortiuo visus est & mihi. Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei. Gratia autē Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Nō ego autem, sed gratia Dei mecum. Siue enim ego, siue illi, sic prædicauimus, & sic credidistis.*

Ita vt dixi, visus est cæteris. Sed [nouissimè omnium visus est & mihi] de cœlo vocans me post ascensionem suā, vel dum orarem in templo. Mihi dico, [tanquam abortiuo, id est, abortiuo simili: quia sicut abortiuus quadam naturæ violentia ante tēpus compellitur nasci, ita ego per terribilem domini visionē & luminis oculorum amissionem coactus sum, antequam vellem exire de cæco synagogæ vtero, & ad lucem fidei atque libertatem prodire. Nouissimè post omnes mihi visus est, vt recentiore intelligatis meam visionem, & habeatis inde maiorem certitudinem. Nec mirum si nouissimè visus est mihi. Nam [ego sum minimus apostolorū.] Minimus tempore, non dignitate. Minimus humilitate, non operatione. Minimus in me, magnus in domino. [qui nō dignus sum vocari apostolus,] quia ex præcedenti vita mea nihil boni habeo, sed multa mala me fecisse reminiscor, pro quibus eram dignus pœna, nō apostolica gratia, [quoniā persecutus sum ecclesiam dei.] Apostolus iste cum cæterorū sanctorū sollicitudinem in prædicatione robustius laborādo transcenderet, vt ab elatione se premeret, & vires suas in humilitatis gremio nutriret, antiquæ crudelitatis suæ non immemor, aliorum apostolorum innocentiam contemplatus: Ego, inquit, sum minimus apostolorum, qui nō sum dignus vocari apostolus, quia persecutus sum ecclesiam Dei. Considerauit enim apostolorum (vt diximus) innocentiam, & propter præce-

**A** præcedentem malitiam vilis in eis oculis facta est omnis, quam exhibebat in ecclesia, solitudo sua. Et quā multo ex accepto intellectu præcederet, non attendit: quia illorum innocentiam pensans, persecutorum aliquādo fuisse se doluit. In cuius verbis quid aliud quā duritia nostræ mentis accusatur? Quia ipse plangebāt quod ante baptismum commiserat, nos verò & post baptismum multa commisimus, & tamen flere recusamus. Non sum, inquit, dignus vocari apostolus, sed [gratia dei sum id quod sum.] Quod est dicere: Per merita mea nihil boni consecutus sum, sed potius gratia, id est, gratuito dei munere datum est mihi hoc esse quod sum & in sanctitate & in scientia & in apostolatu. Et hæc [gratia eius] postquam mihi data est, [nō fuit in me vacua, id est, ociosa, sed bonis operibus plena, quia in prædicatione] laboraui abundantius omnibus illis] apostolis qui me præcesserunt, Illi enim prædicauerunt Iudæis, qui per legem & prophetas erāt instruiti, & autoritate scripturarum conuincébatur vt ad nouam gratiam conuerterentur. ego autē grauiori labore gentibus que nihil de Deo audierant, nullisque diuinorum librorum autoritatibus ad quiescebant, ad fidem conuerti. Illi stipendiū ab illis quibus prædicabant, acceperunt: ego autē nihil ab auditoribus meis accepi, sed ex labore manuum mearum vixi. Postremo nullus eorum in tot locis prædicauit, neque tot epistolas omnes illi scripserunt. Abundantius itaq; in apostolatu laboraui ego quam illi. Sed non ex me ego hoc feci, sed potius [gratia Dei mecū] operando hoc egit. Notandū quod superna pietas prius agit aliquid in nobis, sine nobis, vt subsequente quoque nostro libero arbitrio, bonū quod iam appetimus, agat nobiscū. Quod tamē per impetam gratiā in extremo iudicio ita remunerat in nobis, ac si solis processisset ex nobis. Quia enim diuina nos bonitas, vt innocētes faciat, præuenit, apte nunc Apostolus ait: Gratia dei sum id quod sum. Et quia eadē gratia nostrum liberū arbitrium sequitur, adiungit: Et gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Qui dū se de nihil esse cōspiceret, ait: Nō autē ego. Et tamen quia se esse aliquid cū gratia inuenit, adiunxit: Sed gratia dei mecū. Non enim diceret, mecū, si cū præueniente gratia subsequēs liberū arbitriū nō haberet. Vt ergo se sine gratia nihil esse ostendat, ait: Nō ego. Vt verò se cum gratia operatū esse per liberū arbitriū demonstraret, adiungit: Sed gratia Dei mecū. Bona itaq; nostra, & dei sunt & nostra. Quia ipse nos præuenit vt velimus, aspirando, qui adiuuādo subsequitur ne inaniter velimus, sed possimus implere quod volumus. Præueniente ergo gratia & bona voluntate subsequente, hoc quod Dei donū est, fit meritū nostrum. Quod bene nunc Apostolus explicat, dicens: Abundantius illis omnibus laboraui. Qui ne videretur suæ virtuti tribuisse quod fecerat, adiunxit: Non autem ego, sed gratia Dei mecū. Quia enim cœlesti dono præuētus est, quasi alienū se à bono suo opere agnouit, dicens: Non autē ego. Sed quia præueniens gratia liberū in eo arbitrium fecerat in

**B** bono, quo libero arbitrio eadē gratiā subsequutus est in opere, adiecit: Sed gratia Dei mecū. Ac si diceret: In bono opere laboraui, non ego, sed & ego. In eo enim quod solo Dei dono præuētus sum, nō ego: in eo autē quod donū voluntate subsequutus sum, & ego. Laboraui, inquit, plus illis omnibus. Vnde apparet & me & illos in prædicatione laborasse. Nā [siue ego, siue illi, sic prædicauimus] vt supra meminimus, id est, Christū pro peccatis nostris mortuū, tertia die resurrexisse, & frequenter apparuisse multis. Sic prædicauimus Christi mortē, & resurrectionē secundū testimonia prophetarū, siue ego, siue illi: quia concorditer eandem rem prædicamus ego & illi, nec est in nostra prædicatione discordia, sed pax consensionis & societas charitatis. Siue igitur ego, siue illi, sic prædicauimus Christum resurrexisse, & vos [sic credidistis.] Vnde magis apparet quantum desipiatis: quia cum manifesta sit credulitas hæc apud omnes ecclesias, quam & vos suscepistis, nunc ab ea propter falsos apostolos recessistis.

**C** *Si autem Christus prædicatur quod resurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis quoniam resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est predicatio nostra, inanis est & fides vestra.*

Modo venit ad rem, propter quam locutus est de domini resurrectione. Postquā enim multis rationibus probauit Christum resurrexisse, ingreditur per eius resurrectionē resurrexerit cæterorū mortuorū resurrectionē. Ego, inquit, & cæteri apostoli prædicamus Christum resurrexisse, & vos p certo sic credidistis. Sed [si Christus prædicatur quod resurrexit à mortuis, quomodo, id est, qua ratione [quidam in vobis,] id est, apud vos, [dicunt quoniā resurrectio mortuorū nō est] futura? Si enim Christus resurrexit, concedendū est necessariō quia resurgent & mortui. Sed hoc illi negabant, qui per falsos prophetas deprauati erant. Nam & prudentes seculi stultū iudicant, cū audiunt resurrectionē mortuorū. Ideoq; nonnulli Corinthiorum, ne stulti iudicarentur ab illis, dicebāt resurrectionē mortuorum futuram nō esse. Sed [si resurrectio mortuorū nō est] futura, [neq; Christus resurrexit.] Nam & ipse veraciter mortuus fuit, vtpote verus homo. Et si cæteri nō resurgent, nec ipse resurrexit. Nā eius resurrectio resurrexerit cæterorum facit. Sicut enim gratis mori nō potuit, ita nec gratis surrexit: quia sicut mortuū est vt mortē nostram destrueret, ita resurrexit vt nos resuscitaret. Cū igitur incassum resurrexerit nō potuerit, si nos nō resuscitat, nec ipse resurrexit. Si ergo generalis mortuorum resurrectio nō est, neque Christus resurrexit. Quisquis itaque mortuos negat resurrexuros, Christum quoq; negat resurrexisse. [Si Christus nō resurrexit,] ergo audite quanta inde sequantur incon-

**E**

**F**

conue-

**G** conuenientia. Si enim ipse non resurrexit, ergo [inanis,] id est, inutilis & absque veritatis pōdere [est prędicatio nostra,] qui prędicamus eum resurrexisse: [ & inanis est fides vestra,] qui nobis prędicantibus credidistis eum resurrexisse, vt & membra eius in fine resurgant. Hoc Corinthij crediderant Apostolo docente, quia sicut Christus resurrexit, ita & mortui resurgent, & hac spe attracti fuerāt ad fidem. Quod vtique nunc ad detrimentum illorū proficere asserit, si crediderint quod futurum non est. Et pudoris est, vt aliquis profiteatur hoc se credidisse quod falsum est. Et verecundiam ergo illis inquit, & labores eorum dicit infructuosos si quod à falsis apostolis audierunt, verum est quia mortui nō resurgent, quod vtique nemo patitur audire, vt videntes hoc cōtra se esse, reuertenterent ad primam fidem. Inanis, inquit, nō solum prędicatio nostra est, sed & fides vestra, id est, in vanum & sine fructu remuneratio nis & nos prędicauimus resurrectionē, & vos credidistis, si mortui nō resurgūt, quos necesse est resurgere, si Christus resurrexit. Nō enim resurrexit, si & illi non resurgent.

*Inuenimur autem & falsi testes dei, quoniam testimonium diximus aduersus deum quod suscitauerit Christum, quem non suscitauit, si mortui non resurgunt. Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra. Adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo & qui dormierūt in Christo, perierunt. Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.*

**I** Non solum prędicatio nostra & fides vestra est inanis, id est, cassa & falsa & infructuosa, si Christus non resurrexit, vt per eum ceteri resurgerent: sed etiā nos apostoli, quibus omnes credunt, [inuenimur falsi testes dei] super hac re. Et vtique non minori, sed fortassis etiam maiori scelere in deo laudatur falsitas, quā vituperatur veritas. Falsi testes, si hoc est, cōprobamur, quoniam diximus testimonium aduersus deum [id est, contrarium deo cui omnis falsitas est cōtraria, asserentes [quod suscitauerit Christum,] quod nequaquam verum est, si mortui non resurgunt. Et sic erit nobis ad damnationem hoc mendacium, quia falsus testis non erit impunitus. Sed & vos qui hoc credidistis, participes eritis dānationis. Quisquis asserit quod deus Christum suscitauit, falsus est testis, si non est factum. Virtutem tamen dei prędicat non vt inimicus, qui tam admirabile factum virtuti eius ascribit. Nec tamen pōenas euadet. Quod si verū est quia deus Christum suscitauit, quid illi patientur, qui & testes contra deum facti sunt, & opus eius stultitiam asserunt? Iure dixi quia falsum est Christum à patre suscitatum [si

mortui nō resurgunt. Nam si] illi [nō resurgūt, K neque] ipse [resurrexit.] Sed [si Christus nō resurrexit,] tunc [fides vestra est vana,] id est, falsa, qua credebatis per Christi mortē & resurrectionē vos à peccatis liberatos. [Nam adhuc,] post baptismū [estis in peccatis vestris,] quę remissa credebatis, si Christus nō resurrexit. Terret illos Apostolus vt doleant se hoc per seductores cępisse credere, quod contra ipsos est. Quis enim peccata sibi non remissa velit audire? Sunt autē verę istę cōnexiones ratiocinationis apostolicę, falsas habētes sententias, quę consequuntur errorem illorum cōtra quos agitur: quę tamen ad hoc inferuntur ab Apostolo, vt in his erubescerent illi, quorū errorē consequūtur, eundē relinquāt errorem: quia si in eodē manere voluerint, necesse est vt etiā illa quę ipsi dānant, tenere cogantur. Nō enim vera infert, cum dicit, neque Christus resurrexit, & cū dicit, inanis est prędicatio nostra, inanis est & fides vestra, & cetera quę omnino falsa sunt: **L** Quia & Christus resurrexit, & non erat inanis prędicatio eorum qui hoc annunciabant, nec fides eorum qui hoc crediderant. Sed ista falsa verissime connectuntur illi errantium sententię, qua dicebatur, non esse resurrectionem mortuorum. Istis autem falsis repudiatis, consequens erit resurrectio mortuorum. Sed ad ordinem dilectionis reuertamur. Adhuc, inquit, estis in peccatis vestris, si Christus non resurrexit. Et quia vos adhuc manetis in peccatis, ergo & illi qui dormierūt in Christo, [id est, mortui sunt in fide Christi, fuerūt similiter in peccatis, & ideo] [perierūt.] Hoc addit illis ad terrorem, cum vtique charorum suorum excessum nolint æstimare perditionem. Qui enim sub hac spe de seculo exierunt, siue occidi non timuerunt, quia resurgere exemplo Christi crediderunt, si non est verum, perierunt. Hoc illis dicit, quod amore suorum defunctorum nolūt audire, vt illis amputet quod prius per errore male cęperant credere. Addit & aliud inconueniens: Quia [si tantum in hac vita sperantes sumus in Christo,] id est, si nihil boni post mortem speramus à Christo nos cōsequuturos, sed tantū propter vitę pręsentis bona colimus eū, tunc [miserabiliores sumus omnibus] [aliis] [hominibus,] qui tot aduersa semper sustinemus. Infideles enim vel pręsentis mundo fruuntur. Nos verō continētia & ieiuniis atque vigiliis & afflictionibus variis in hac vita fatigamur. Et si pro his nullam in futuro seculo mercedem expectamus, omnium stultissimi sumus. Sed manifestū est quia & in pręsentis vita & in futura speramus in Christo, qui & nunc dat suis gratiam, & in futuro sempiternam gloriam.

*Nunc autem Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium: quoniam quidem per hominē mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adā omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Vnusquisque autem in suo ordine.*

Dicit

**A** Dicitur est superius quia si mortui non resurgunt, consequens est nec Christum resurrexisse. Et si concedatur quod Christus non resurrexit, sequuntur inde (sicut disputatū est) inconuenientia multa & grāua. Sed nūc, id est, ne sequantur prędicta inconuenientia, manifestum est quod Christus resurrexit. [Nunc,] id est, ex his inconuenientibus & supra memoratis prophetarū scripturis ac visionibus, quę factę sunt discipulis, pater quia [Christus] resurrexit à mortuis, ipse dico [primitiæ dormientium,] id est, primus resurgens à mortuis, & causā resuscitās mortuos, qui tā facile integri resurgēt, sicut euigilant dormientes. Ipse est primitiæ dormientium, id est, tempore & dignitate primus euigilās ex dormientibus, vt & multitudinem eorū à somno mortis excitet, sicut primitiæ cuiuslibet rei quę offeruntur deo, totam subsequente massam consecrant: vt quia peccato primi hominis mors omnium inuēta est, Christi iustitia resurrectionem mortuorum meruerit. Et bene **B** per hominē Christū poterunt resurgere, quoniam per hominem quidem multo minorem, id est, per Adam venit [mors, &] ideo [per hominem] Christū apte veniet [resurrectio mortuorum.] Sicut per Adā mors intrauit, quia ipse primus est mortuus: ita & per Christū resurrectio, quia primus ipse resurrexit. Sicut ille forma morientium, sic iste est forma resurgentium [Et sicut in Adā omnes moriuntur,] quia sunt eius filij: [sic & in Christo omnes viuificabuntur,] quia sunt eius filij. Nemo enim venit ad mortē nisi per Adam, nemo ad vitam æternam nisi per Christū. Hoc quippe est, omnes & omnes. Quia sicut omnes homines per primam id est, per carnalem generationem pertinet ad Adam: sic omnes homines per secundam, id est per spiritualem regenerationem ad Christū veniunt, quicunque ad eum perueniunt. Ideo ergo dictū est hic omnes, & ibi omnes: quia sicut omnes qui moriuntur, nō nisi in Adam moriuntur: ita omnes qui viuificabuntur non nisi Christo viuificabuntur. Hęc enim viuificatio proprie ad electos pertinet. Generalem tamen faciet Christus resurrectionem, vt sicut in Adā omnes, siue iusti, siue iniusti, moriūtur, ita & in Christo omnes, siue credentes, siue diffidētes, resurgant. Non tamen infideles ita viuificabuntur in Christo, vt sint in membris Christi: quia nec iusti sic moriuntur in Adam, vt sint in massa pereuntium per Adam. Sed ita potius viuificabuntur infideles in Christo, id est, in potētia vel iussu Christi, vt sine fine viuāt ad pōnā. Electi autem viuificabuntur in Christo, id est, in Christi iustitia quā seruauerunt, vt in Christi corpore quod est ecclesia, perenniter viuant. Quia sicut in regno mortis nemo sine Adā, ita in regno Christi nemo sine Christo. Omnes, inquit, viuificabuntur, & hoc erit omnibus cōmune, sed differet inter se tamen, quia [vnusquisque] resurget [in suo ordine, id est, martyr in ordine martyrum, virgo in ordine virginū, coniugatus in ordine coniugatorum, sacerdos in ordine sacerdotum. Vel in suo ordine, id est, in suorum meritorū dignitate, vt etiam plerisque martiribus pręferatur egregius Vincenti]

& plerisque sacerdotibus magnificus Martinus. **D** *Primitiæ Christi. Deinde hi qui sunt Christi, qui in aduentu eius crediderūt, Deinde finis, cum tradiderit regnū deo & patri, cum euacuauerit omnem principatum & potestatem & virtutem.*

Omnes resurgent, quia Christus est primitiæ eorum, qui primus resurrexit, vt fieret causa & forma & signū futurę resurrectionis omnium: sicut manipuli qui primo colligūtur & primitiæ vocātur, significāt totā massam fore colligendam. Ipse quidē iam resurrexit, quę admodū primitiæ primo colligūtur & offerūtur, sed deinde sicut multitudo segetis colligitur, resurgent hi qui sunt Christi, non quidem modō sed in aduentu eius nouissimo. Nam si caput resurrexit, necesse est vt & membra sequantur. Ipse enim (vt diximus) [primitiæ Christi] est, id est, primus & maximus & pręcedens & consecrās ceteros: [ & deinde,] id est, post eū sunt ceteri vt minus digni, [hi qui sunt] membra [Christi, qui in aduentu eius crediderunt,] & ipsi euigilabunt in aduentu eius vt occurrāt ei. [Deinde] erit [finis,] id est, cōsumatio & omnimoda perfecti secundum sufficientiā bonorum corporis & animę, [cū tradiderit regnum deo & patri,] id est, cum perduxerit iustos, in quibus nūc regnat ex fide viuentibus, dei mediator & hominum homo Christus Iesus ad contemplationē dei, qui eum secundum humanitatem creauit: & patris, qui eum secundum diuinitatem genuit. Regnū quippe eius hoc loco vocatur ecclesia fidelium. Aliter enim dicitur regnū eius secundum potestatem diuinitatis, quia ei omnis creatura subiecta est: & aliter regnū eius dicitur ecclesia secundum proprietatem fidei, quę in illo est. Nec sic arbitremur eum traditurū hoc regnū deo & patri, vt adimat sibi, quia ipse simul cum patre vnus est deus. Tradet itaque regnū deo & patri, non se inde separat, nec spiritus sancto: quoniam perducet credentes ad regnū & contemplationem dei. Vbi est finis omnium bonorū, & requies sempiterna, & gaudiū quod nō auferetur. Neque enim quæremus aliud, cū ad illius contēplationē peruenerimus, quia nec erit quod amplius requiratur. Aliter enim dicitur finis, qui pertinet ad cōsumationē, aliter qui pertinet ad consumptionē. Aliter nanque tela finitur texendo, aliter cibus comedendo. Finis ergo pertinet ad perfectissimā bonorū omnium consumptionē, erit cū Christus regnum tradiderit patri. Nō quia & nunc nō teneat regnum pater, sed ideo dicitur regnū traditurus patri, quia patrē regnare monstrabit, vt per speciem manifestationēque clarescat, quod nunc à fidelibus creditur & ab infidelibus non putatur. Nūc enim Christi regnum pertinet ad humanitatem eius proprie, quia modō regnat in nobis dispensatione sacramenti sui per incarnationē atque passionem. Nam secundū id quod verbum dei est ipse, tam sine fine quā sine vitio & sine intermissione regnum eius est, sicut & patris. Secundum id autem quod verbum caro **I** factum

Ioan. I.

N factum



**G** factū est, cœpit regnare in credentibus; per fidē incarnationis suæ. Sed tradet regnum patri, id est nutritos fide incarnationis suæ perducet ad speciem, quia æqualis est patri. Regnum tradet patri, cū per id regnabit in contēplantibus veritatem quo æqualis est patri, & per se vnigenitum per speciem faciet videre patrem. Tradet, inquam regnum patri à fide incarnationis suæ ad speciem deitatis perducens eos qui nūc sibi credunt, non vt ipse amittat, sed vt vterque se vnum ad fruendum contēplantibus præbeat. Tradet regnum patri, [cum euacuauerit omnem principatum & potestatem & virtutem.] Vnde euacuabit, nisi humilitate & patientia & infirmitate? Quis enim principatus nō euacuatur, cū filius dei propterea regnat, quia eum principes seculi iudicauerunt? Quæ potestas non euacuatur, cū ille per quem facta sunt omnia, propterea regnat in credentibus, quia ita subiectus fuit potestatibus, vt diceret homini, Non haberes in me potestatem, nisi datum tibi esset desuper? Quæ virtus non euacuatur, cū ipse per quem cæli solidati sunt, ideo regnat in credentibus, quia vsque ad crucem mortemque infirmatus est? Ita regnante

**Ioan. 19.** **H** Christo per fidem in his qui credunt, euacuatur omnis principatus & potestas & virtus creaturarum. Quod cum plene factum fuerit, tūc tradet ipse (quemadmodum diximus) regnum patri, id est, promouebit fideles ad visionem patris, vt per speciem quæ æqualis est patri, cum patre regnet in eis. Vel tunc euacuabit omnem principatum & potestatem & virtutē, manifestando vtique regnum patris, vt omnibus notum sit nullum principum, nullamque potestatum & virtutum, siue cœlestium, siue terrestrium, per se habuisse aliquid principatus vel potestatis aut virtutis, sed ab illo, à quo sunt omnia non solum vt sint, sed etiam vt ordinata sint. In illa manifestatione nulli spes aliqua remanebit in quoquam principe, vel in quoquam homine. Quod etiam propheta canit, Bonum sperare in domino quàm sperare in principib⁹, vt ista meditatione anima iam in regno patris affurgat, nec cuiusquam potestatem præter illū magnificans, nec de sua sibip̄i perniciosissime blandiens. Euacuabit ergo omnem principatum & omnem potestatem atque virtutē, vt nulli patrem intuenti per filium opus sit, aut libeat in cuiusquam creaturæ vel in sua conuiescere potestate. Quandiu ergo præsentis vitæ conuersatio tenetur, necessarios hæctenus angelicos principatus & potestates & virtutes habemus, per quorum dispensationem gubernemur, & bona operari & mala superare possim⁹ ac virtutibus illustremur. Sed & homines necesse est vt nobis præsent, sicut p̄tices & presbyteri ac diacones, & sicut reges & consules, aliique principes. Sed in futuro seculo euacuabuntur omnes huiusmodi prælationes, vbi iam nulla earum nobis erit necessaria.

*mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cū autem dicat, omnia subiecta sunt ei, sine dubio præter eum qui subiecit ei omnia. Cū autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit illi qui subiecit sibi omnia, vt sit deus omnia in omnibus.*

Dixi quia tradet regnum patri, id est, perducet credentes ad suam & patris visionem manifestam. Sed interim [oportet illum regnare] per fidē in suis, [donec ponat omnes inimicos] suos [sub pedibus eius.] Quod est dicere: Tandiu opus est vt in omnibus valentibus æqualitatem patris ac filij perspicua mentis luce contueri, per hoc regnet Christus, quod tales capere possunt, & quod pro eis proprie suscepit, id est, incarnationis humilitatē, donec ponat inimicos suos pedibus suis, id est, donec omnis superbiam secularis incarnationis eius humilitati subdatur. Quod quotidie fit, & in fine seculi prorsus completum erit, & tunc tradet ipse regnum patri, sicut suprā exposuimus. Vel ita: Ipse quidem tradet regnum patri, & tunc patebit omnibus eum perenniter regnare cum patre. Sed interim oportet eum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedib⁹ suis, id est oportet regnum eius intātum manifestari, donec omnes inimici eius ipsū regnare fateantur. Hoc enim intelligitur, sub pedibus eius futuros inimicos. Quod si de iustis acceperimus, ideo dictum est, inimicos, quia ex iniustus iustificantur, & ei credendo subduntur. De iniustus autem, qui ad iustorum beatitudinem futuram non pertinent, sic accipiendum est, quoniam & ipsi eum regnare, ipsa regni eius manifestatione cōfusi, fatebuntur. Ergo oportet eum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis, non ita dictum est, quasi cū posuerit, non sit postea regnaturus: sed oportet eum, inquit, ad tantam euidentiam suum regnū perducere, donec inimici eius nullo modo audeant negare quod regnet. Donec pro eo positum est, vt non amplius intelligas. Quo enim amplius, id est, ad quem maiorem manifestationem manifestari poterit regnum eius, nisi quousq; omnes inimici eū regnare fateantur? Quādo enim manifestius erit regnum eis, quàm cū claruerit omnibus inimicis: Et inde permanebit in æternum. Omnes inimici ponentur sub pedibus. Sed [nouissime inimica destruetur mors] per resurrectionē mortuorū. Nouissime id est, post omnia destruetur mors, vt qui resurrexerint, amplius non dissoluantur: Non enim erit aliquid quod destruetur, posteaquā mortale hoc induerit immortalitatem. Tūc destruetur mors, quæ est nobis inimica, quia vitam nobis inuidet. Verè inimici ponentur sub pedibus Christi, & mors ab eo destruetur, quoniam sicut scriptura loquitur, [omnia] pater [subiecit sub pedibus eius.] Id est, vt etiam mortem destruat. Inter alia enim quæ illi subiecta sunt, constat quod potestatem super mortuos habeat. Omnia quæcunq; sunt in vniuersitate totius creaturæ, subiecit

Psal. 8.  
Hebræ. 2.

L

M

Psal. 8.

**A** subiecit pater sub pedibus eius, id est, sub humilitate humanitatis eius. Quod nondum ex toto completum esse cernimus, quoniam infideles adhuc dedignantur subiici pedibus eius, sed in fine, velint nolint, subiicientur. Sed præteritum pro futuro ad maiorem certitudinē posuit tam Apostolus quàm & propheta. Sed [cū dicat] propheticus sermo, quod [omnia subiecta sunt ei, sine dubio] dicit non solum bonos sibi esse subiectos, sed & malos, atq; vniuersa [præter eum] patrem [qui subiecit ei omnia.] Tam latè enim intelligenda est hæc sententia, vt nihil sit quod nō intelligatur ei subiectum, præter eū qui ei vniuersa subiecit. Solus enim deus excipitur ab hac subiectione. Deus enim nō ei subiectus est, sed ipse Deo, secundū quod est homo. Quia [cū subiecta ei fuerint omnia,] secundum quod hæc psalmi scriptura prædixit, [tūc] etiā [ipse filius] in ipsa prælatione [erit subiectus ei, qui sibi subiecit omnia.] Subiectus erit secundum humanitatē, ne quis putaret humanam naturā quā assumpsit, in naturam diuinitatis commutandam, vt fieret æqualis patri, nō subiecta. Nō autē absurde sic intelligimus, quod & ipse subiectus erit illi qui ei subiecit omnia, vt eū nō solum caput ecclesiæ, sed omnes cū eo sanctos intelligamus qui sunt vnum in Christo, vnum semen Abraæ, scilicet vniuersa ecclesia quæ est corpus Christi & plenitudo eius. Ac per hoc cū omnia Christo subiecta fuerint, & capiti & corpori, erunt sine dubio subiecta. Nam secundum id quod sine tempore Deus natus est, nihil vnquam potuit ei non esse subiectum. Intelligimus ergo (sicut dictum est) caput cū corpore futurum deo subiectum: subiectum autem secundum contemplationem sempiternæ veritatis ad obtinendam beatitudinem, nullo motu animi, nulla parte corporis resistente, [vt] in illa vita nemine amante propriam potestatem, [sit Deus omnia in omnibus.] Nūc autem quibusdam membris adhuc repugnātib⁹, videtur caput quoq; non esse subiectum. Cū autem omnia membra deo fuerint tam carne quàm spiritu deuotæ subiecta & coherētia, tunc ipse filius qui caput eorū est, manifestè cognoscetur in omnibus deo subiectus. Et tunc erit deus omnia in omnibus. i. quæcunq; ab hominibus honestè desiderantur, & vita, & salus, & victus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona. Ipse finis erit desideriorum nostrorum, quia tunc nihil deerit satietati iustorum desideriorum. Hic enim finem suprā commemorauit Apostolus, cū totum breuiter primo vellet concludere, deinde quasi membratim explicare & exponere. Et venit ad hoc vt in vltimo diceret quia Deus erit omnia in omnibus. Nihil enim amplius quæremus, postquam ad hanc bonorū omnium plenitudinem perueniemus. Ad hunc fidem debemus tendere per omnia quæ nunc agimus. Sequitur:

*Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? Vt quid & baptizantur pro illis?*

Supradictum est quia resurget vnusquisq; in suo ordine. Alioquin, id est, si nō resurrexerint, [quid facient]. i. quid proficient illi [qui baptizantur p̄ mortuis] amicis suis, [si omnino mortui non resurgunt?] id est, quam vtilitatem per baptismum conferent eis, si nullatenus sunt resurrecturi? [Vt quid & baptizantur pro illis,] si nō resurrexerint, cū peccata baptismō nō remittantur nisi causa futuræ resurrectionis? Fuerunt quidam imperiti, qui pro amicis suis qui sine baptismō defuncti fuerant, baptizabantur, putantes illis prodesse. Nec factū illorum probat Apostolus, sed fixam fidem in resurrectione ostendit. Intantum enim ratam & stabilem vult ostendere resurrectionem, vt exemplum det eorum, qui tam securi erant de illa, vt etiam pro mortuis baptizarentur, si quem forte mors præuenisset, timētes ne aut male resurgeret, aut omnino nō resurgeret, qui baptizatus non fuerat, & vnus nomine mortui tingebatur, æstimans illi remissionem peccatorum per hoc cōferri, vt in sorte iustorum, resurgeret. Ac si dicat Apostolus: Si stulti adeo certi sunt de resurrectione, non debetis vos dubitare.

*Vt quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior propter vestram gloriam fratres, quā habeo in Christo Iesu domino nostro. Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest si mortui nō resurgunt? Māducemus & bibamus, cras enim moriemr. Nolite seduci. Corruptū mores bonos colloquia mala. Euigilare iusti, & nolite peccare. Ignorātiā enim dei quidam habent. Ad reuerentiā vobis loquor.*

Insipientes (vt dictū est) baptizantur pro mortuis spe resurrectionis. Cur enim hoc facerent nisi resurrecturos sperarēt? [Et vt quid] .i. quare etiam nos qui sapientes videmur, [periclitamur,] id est, pericula propter euāgelicam prædicationē incurrimus, [omni hora,] id est, semper, nisi quia speramus futuram resurrectionē? Dicēdo, vt quid & nos periclitamur, discernit se à prædictis, ostēdens non catholicos esse qui pro mortuis baptizantur. Dixi quia nos prædicatores omni hora periclitamur. Et ego nō solum pericula patior, sed etiā [morio] quotidie,] id est, tam duras afflictiones sustineo, ac si spiritum exhalarem. & hoc iuro [propter vestram gloriam fratres, quā habeo in Christo Iesu domino nostro,] id est, per gloriam remunerationis, quam apud Deum habeo pro labore in vobis expēso. Quod enim dicitur propter vestram gloriam, iuratio est. Propter vestram gloriam quam habeo in Christo, id est, per gloriam quā acquisitione vestræ salutis ita sum certus in Christo me habiturum, ac si iam tenerem illā. Propter hanc gloriā iuro me quotidie mori spe resurrectionis, ne mihi credere dubitetis. Amplius quidē hoc est, quàm Est est, Non non: & ideo à malo est, sed infirmitatis & incredulitatis

N ij vestræ,

Ioan. 19.

H

Philip. 2.

I

Psal. 117.

Psal. 109.

al. per

Actu. 19

F

al. diras.

Matt. 5.

Iacob. 5.

**Actu. 19.** **G** vestre, qui non aliter mouemini ad fidē. Et iterum dico, quia [si secundum hominem,] id est: ratiōabiliter [pugnauit ad bestias Epheſi,] id est contra Demetrium & ceteros bestiales, qui cū eo mouebāt aduersum me seditionē populi, ppter idolum Dianæ, cuius culturā destruebam, [quid mihi prodest] sic pugnasse, si mortui nō resurgunt? Nā propter spē resurrectionis pugnauit contra eos, id est, expugnauit errores eorum, offerens me bestiali eorum furori sine metu mortis. Ipsi enim erant bestię, id est, bestiales, quia bruto sensu dediti erāt ventri, & in terrena prona, nullam aliā vitā credētes fore post istam, & bestiali rabie sauiētes contra me pro idōli defensione. Sed ego viriliter pugnauit vt miles Christi, destruēs errores illorum: & hoc feci secundū hominem, id est, loquens & agens vt homo, id est vt creatura rationalis, dum ostēderē non esse rationale vt contempto creatori e coleretur creatura, vel contēpta perēni vita diligeretur tēporalis vita. Sic pugnauit secundū hominē, id est, disputauit, & bestialiter fremētibus me obtuli secundum rationē. Et quid mihi valet ita periculis pugnasse, si non resurrexero, vt in carne gaudeam in qua pro deo molestias pertuli? Si ergo mortui nō resurgunt, quid vltra carnem affligeremus in præsenti vita? Non amplius iā studeamus abstinentiā, sed luxurię & ventri tantum simus dediti velut bruta animalia, dicentes: [Manducemus & bibamus,] id est, carnem deliciis nutriamus, quia [cras,] id est, cito [moriemur,] & in nihilū redigemur. Talia suadebāt Corinthiis pseudo apostoli, vt scilicet per diffidentiam resurrectionis attraherēt eos ad satisfaciendum carni, quatenus & ipsi licenter satisfacerent sibi cum illis. Ideo volebant vt putarent hanc solā esse vitam, quam cū pecoribus habemus communē, post mortē verō finiri totum hominē, nec esse vllā spem vitæ vltius melioris. Vnde subiungit Apostolus **I** [Nolite seduci,] id est, nolite verbis stultorū a recto tramite semoueri, qui desperatione resurrectionis cupiunt vos carnis voluptatibus mācipari. Et ideo vitate colloquia eorum, quoniā [colloquia mala corrūpūt bonos mores] Assiduitas enim prauis colloquijs vitiat mentē, & idcirco vitanda est, maximē ab infirmis. Sic enim verba proximorum audiendo quotidie sumim⁹ in mente, sicut flando & respirando aērem trahimus corpore. Et sicut malus aēr assiduo flatu tractus inficit corp⁹, sic peruersa locutio assidue audita infirmatiū, inficit animū, vt tabescat delectatione prauis operis, & assiduitate iniqui sermonis. Ita corrumpebant falsi apostoli suis cōfabulationibus mentes infirmantiū Corinthiorū, dum dicerent vt iumenta morituros homines, nec vltius surrecturos, ideoq; suaderent manducare & bibere, ac voluptates carnis explere. Dū enim negarent aliā esse vitam, negabant & malis pœnam & bonis gloriam fore tribuendam. Et dum supplicia malorum gaudiaque bonorū negarent, impellebant ad quęcunque vitia quę sunt huic vitæ delectabilia, & omne bonum propositum mentis euertebāt Talibus & innumeris aliis modis corrumpunt mores bonos colloquia mala. Idcirco ab infir-

mis vitari societas malorum debet, ne dum corrigi non valent, ad imitationem trahant: & cū ipsi a sua malitia non mutant, eos qui sibi coniuncti fuerint, peruertant. Notandum quia de Menandri comœdia versus hunc iambicum Apostolus sumpsit:

*Corrumpunt mores bonos colloquia mala.*  
Nolite, inquit, seduci ab his qui bonos mores suis confabulationibus corrumpere studēt, sed potius euigilate, id est, corporis & negligentię somnū excutite, & mentis oculos ad aspectum veri luminis aperite, vt mēte vigilēs sitis, ne circunventione prauis sensus capti, & a fide abducti, deprauemini non credendo resurrectionē. Euigilate contra seductores, qui vobis insidiātur. [Euigilate iusti, id est, qui fide iustificati estis, & in ea parūper obdormistis, dū de resurrectione dubitare cœpistis, resumite fidei constantiam & vigilantiam, ne penitus amittatis iustitiam. Vos iusti euigilate, ne a peccatorib⁹ seducamini. Euigilate in fide resurrectionis & cautela prouidæ circūspectionis] & nolite, peccare, id est, nolite vētri & voluptatibus more iumentorū seruire, quasi post hanc vitā nō speratis aliam, vt corruptores mentiū suadent, dicētes: Māducemus & bibamus, cras enim moriemur. Et debetis euigilare, ne verbis stultorū illuciamini ad peccandū. Nā [quidā habent ignorantiam dei, id est, ignorāt propositū dei de resurrectione mortuorum, & ideo suadent vobis, vt in præsenti vita porcorū more viuatis, nihil vltra sperantes. Et hoc quod ipsi deum ac propositū eius ignorant,] loquor vobis ad reuerētiam, id est, ad verecundiam vobis incutiendā, qui tam imprudentes estis, vt crederetis eis qui per ignorantiam dei, stulta docent. Ad reuerētiam loquor hoc vobis, vt a modo vereamini adquiescere illis, & pudeat credere ignaris.

*Sed dicit aliquis: Quomodo resurgent mortui? Quali autem corpore venient? Insuper tu, quod seminas, nō viscatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, nō corpus quod futurū est seminas, sed nudum granū, vt puta tritici aut alicuius ceterorum. Deus autem dat illi corpus sicut vult, & unicuique seminum proprium corpus.*

Hactenus resurrectionem Apostolus per rationes prabauit, modō per ipsam rerū naturam posse fieri ostendit. Quasi dicat: Certum est ex supradictis rationibus, quia resurrectio mortuorū erit. [Sed] tamen [dicit] mihi forsitā [aliquis Quomodo resurgent mortui?] Quasi si fieri per naturam nō possit. Quomodo resurgent, id est, quomodo potest fieri vt resurgāt. Vel quomodo resurgent, id est, quis erit modus resurgentiū? Sed si hoc erit vt resurgant, [quali corpore venient] ad vitam, id est, ponderoso an leui, mortali, an immortalis? Quasi dicat: Nō poterit aliud esse quā nunc, id est, passibile & mortale. Huic quæstioni respōdēs Apostolus, adhibet

**G** adhibet documēta seminum, & dicit: O [tu insipiens,] qui sapientiam mysterij huius ignoras, illud [quod] tu in agro [seminas non viuificatur,] id est, vegetatur, [nisi prius moriatur. i. putrefcat. Viuunt enim herbæ & arbores, non per animam, sed per viriditatem. Cum animali homine non legis autoritate disputat, quam si reciperet, non erraret: sed physica ratione, de qua sibi blanditur, vt non credat resurgere resoluta & emortua corpora. Ostēdit enim mortua rursum ad vitam reparari multiplicius, vt confundatur error humanus. Tu, inquit, qui sapientiam putas, dum per mundi sapientiam asseris mortuos nō posse resurgere, audi ex rebus mūdi, vnde tua sapientia probetur insipientia. Nam semen quod in agri cultura seminas, nō viuificatur nisi prius moriatur. Sic & humanum corpus non fit immortaliter viuens, nisi prius moriatur & in terram reuertatur, vt semē quod feritur. Si enim granū seminatū prius necessariō putrefcit & soluitur in terram, vt postea viuificetur & crescat, tunc corpus humanū postquā fuerit mortuum & putrefactum, simili ratione viuificabitur. Ecce habes quomodo resurgent mortui, & nūc audi quali corpore veniēt. Quia [quod] tu [seminas, non seminas corpus quod futurū est] .i. non seminas herbam vel stipulam & multiplicia in paleis tegumenta granorum, [sed nudū granū,] quod postea cum culmo & foliis nascitur, & spicā profert cum multis granis virentibus. Nudum paleā granum seminas, [vt puta tritici aut alicuius ceterorum] seminū. Sed [Deus dat illi] grano postea [corpus sicut] ipse [vult, id est, traducit illud in spicam magnā & in grana multa non nuda, sed vestita paleis & aristis. Et non omnibus granis dat idem [corpus] sed [unicuique seminum dat proprium,] vt tritico tritici & milio milij. Si ergo Deus potest adducere quod non erat in nudo semine, multo magis potest reparare quod in hominis erat corpore. Si enim nudum granū seminat, & dei nutu quodammodo elementorum ministerio vestitum resurgit, multa secum habēs incrementa vtilitatis humanæ, cur non credibile sit dei virtute mortuum hominem posse resurgere meliorata substantia, nō numero multiplicatum? Nam sicut grano vniuscuiusque seminis dat deus proprium & nouū corpus, sic unicuique reddet homini proprium corpus, renouatum. Tali ergo corpore resurgentes venient, id est, eiusdem substantiæ, sed melioratæ & innouatę corpus suum recipiet vnusquisque. Iam verō quod Apostolus subiungit, ad differentiā pertinet resurgētium, propter diuersas glorias fidelium atque sanctorum.

*Non omnis caro, eadem caro: sed alia hominum, alia pecorum, alia volucrum, alia autem piscium. Et corpora cœlestia, & corpora terrestria. Sed alia quidem cœlestium gloria, alia autem terrestriū. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarū. Stella enim à stel-*

*la differt in claritate. Sic & resurrectio mortuorum.*

In omnibus his iste sensus est: Sed genera carnis cū cuncta sint mortalia, differunt tamen inter se pro diuersitatibus animantium: & si corpora cū omnia visibilia sint, differunt tamen pro diuersitatibus locorum, vnde alia cœlestiū gloria est, alia terrestrium: & si in locis sublimibus cū sint cuncta cœlestia, differūt in se claritates luminū, non mirū est quod in resurrectione mortuorū distabit gloria meritorū. Quēadmodum ergo ex vna impensa diuersorū animantiū vna caro est, ita & vnus carnis homines diuersi erunt ex dignitate, cū resurrexerint, vt talis vnusquisque appareat, qualis meriti fuerit. Nec solum caro diuersorum animantiū differt inter se, sed etiā corpora terrestria differunt à cœlestibus siderū corporibus. Et qui tam lucida fecit corpora elementorū, cur nō præclara faciat corpora iustorum? Per significationē autē cœlestia sunt corpora resurgentiū, terrestria verō priusquā moriantur aut resurgāt. & quia Christus cœlestis est, ex eo cœlestia corpora dicuntur: ex Adam verō, quia terrestris est, terrestria corpora nuncupantur. Sicut autē sol & luna vel stellæ, cū sint vnus naturæ, differunt tamē in claritate, ita & homines cū sint vnus generis, merito dissimiles erūt in gloria. Nunc enim de solis electis fermo est, quos virtutes non peccata faciēt esse diuersos. Aliter enim ibi lucebit virginitas, aliter ibi lucebit castitas coniugalis, aliter ibi lucebit sancta viduitas. Diuersæ lucebunt, sed omnes ibi erunt. Splendor dispar, cælum commune. Et si alius electorum est alio fortior, alius alio sapientior, alius alio iustior, alius alio sanctior, in domo patris mei mansiones multæ sunt, vnusquisq; mansionē pro suo accepturus est merito. Tanquam stellæ enim sancti diuersas mansiones diuersæ claritatis tanquam in cælo sortiuntur in regno, sed propter vnū denarium nullus separatur à regno. Atq; ita deus erit omnia in omnibus, vt quoniam deus charitas est, per charitatē fiat vt quod habent singuli, commune sit omnibus. Sic enim quisque etiā ipse habet, cū amat in altero quod ipse non habet. Nō erit itaque aliqua inuidia imparis claritatis, quoniam regnabit in omnibus vnitas charitatis. Hinc iam venit Apostolus ad illud, quod cōmuniter habet omnis caro quæ ad vitam resurgit æternam, & dicit:

*Seminatur incorruptione, surget in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surget in gloria: seminatur in infirmitate, surget in virtute: seminatur corpus animale, surget corpus spirituale.*

Seminare est sepelire: quia sicut triticum tegitur in agro vt resurgat innouatū, sic corpus defuncti in sepulchro ponitur vt inde resurgat melioratū. [Seminatur] ergo [in corruptione,] id est, sepeliatur corpus hominis corruptibile: sed [surget in incorruptione, id est, surget incorruptibile, quia iam corrumpi non poterit. Vel

**G**in creatione potest seminatio hæc intelligi. Seminatur in corruptione surget in incorruptione, id est, quanuis homo ex quo concipitur, vsque ad dissolutionem sit in corruptione, tamẽ surget in incorruptione. [seminatur in ignobilitate] id est, sepelitur in vilitate & abiectione, vt scateat & vermibus scateat: sed [surget in gloria,] id est, gloriosum & lucidum. Quid enim ignobilius carne mortua? Vel quid interim est gloriosius ea resurgente, & incorruptelam percipiente? [seminatur in infirmitate,] id est, sicut granum feminis commendatur terræ imbecillum & debile, sed [surget in virtute] fortitudinis angelicæ. Et quid per singula describeret [seminatur corpus animale,] id est, quod cibis sustentatur, & ad vltimũ ab anima dissoluitur, vt corpora cæterorũ animalium: sed [surget corpus spirituale,] id est, nullis alimentis indigens, ab anima separari iam non valens. Resurgent ergo sanctorum corpora sine vlllo vitio, sine vlla deformitate, sine vlla corruptione, onere, difficultate. In quibus tanta facilitas, quanta felicitas erit

**H** Propter quod & spiritalia dicta sunt, cum propter quod & spiritalia dicta sunt, cũ proculdubio corpora sint futura, non spiritus. Sed sicut nũc corpus animale dicitur, quod tamẽ nõ animal est, ita tũc corpus spiritale erit, corp⁹ tamẽ non spiritus erit. Ob hoc enim dicitur, quia seminatur corpus animale, surget autẽ corpus spiritale, quoniam tanta erit concordia tũc carnis & spiritus, viuificantẽ spiritum sine sustentaculi alicuius indigentia subditam carnem, vt nihil nobis repugnet ex nobis: sed sicut foris neminem ita nec intus nos ipsos patiamur inimicos. Sicut enim spiritus carni seruiens, nõ incõgrue carnalis: ita caro spiritui seruiens, recte appellatur spiritalis: Nõ quia in spiritu cõuertetur, sed quia spiritui summa & mirabili obtẽperandi facilitate subdetur, vsq; ad implendam immortalitatis indissolubilis securissimã voluntatẽ, omni molestiæ sensu atq; omni corruptibilitate & tarditate detracta, omni fragilitate ac labe terrena in cælestem puritatem ac stabilitatem mutata atque conuersa, vt cælesti habitationi conueniat.

*Si est corpus animale, est & spirituale, sicut scriptum est. Factus est primus homo Adam in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificantem. Sed nõ prius quod spirituale est sed quod animale est, deinde quod spirituale. Primus homo de terra, terrenus: secundus homo de celo, cælestis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cælestis, tales & cælestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis. Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis regnum dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptelam possidebit.*

Verẽ, inquit surget corpus spiritale, quia si modo [corpus est animale, est & spirituale,] id est, constat esse quandoque spiritale. sicut enim animales sumus, quia pater noster carnalis Adã factus est in animam viuẽtem: sic erimus in resurrectione spiritales, quia pater noster spiritalis Christus, factus est in resurrectione sua in spiritũ viuificantẽ. Quod sic exponit, [sicut scriptum est in Genesi, scilicet nos esse animales, ab animali patre descendentes: [Factus est primus homo Adam in animã viuentem, id est, in animã potentẽ viuere tantum per sustentamenta ciborum, non viuificantem. His Moysi verbis addit Apostolus: [nouissimus Adam] factus est [in spiritum viuificantem, id est Christus in spiritũ qui ita viuificaret corpus, vt vltra non egeret aliqua ciborum sustentatione, nec esset solubile. Vel quasi à relatiuis probat esse corpus spiritale. Si est, inquit, corpus animale, est & spirituale. Cum enim dicitur corp⁹, frustra additur animale, nisi sit & aliud spirituale, ad cuius discrepantiã dicatur animale. Et quia sit animale, probat per Genesim, quoniam factus est primus homo in animam viuentem. Dicitur est etiam de animalibus, Producat terra animam viuẽtem. Intelligitur ergo corpus animale dici simile cæteris animalibus propter mortis dissolutionem & corruptionem, quæ quotidianã cibo reficitur, & postea separata animalis cõpago dissoluitur: spirituale autem corpus, quod iam cum spiritu immortale est. Factus est primus Adam in animã viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificantẽ. Siue intelligatur primus Adam, qui de puluere antẽ formatus est: nouissimus autem Adã, qui de virgine procreatus est: siue in vnoquoque homine vtrunque compleatur, vt primus Adam sit homo in corpore mortali, nouissimus Adam idem ipse in corpore immortalis: tamen inter animam viuentem & spiritum viuificantem hoc interesse voluit, vt illic sit corpus animale, hęc spiritale. Anima quippe in corpore animali viuunt quidẽ, sed non viuificat vsque ad auferendam corruptionem: in corpore verò spiritali, quoniam perfectẽ adhærẽs domino vnus spiritus est, sic viuificat, vt spiritale corpus efficiat, absuens omnẽ corruptionem, nullã metuens separationẽ. Proinde sequitur: [Sed nõ prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale. Prius enim est animale corpus, quale habuit primus Adã, quãuis non moriturum, si non peccasset: quale nũc habem⁹ nos hætenus eius mutata vitiatãq; natura: quale in illo posteaquam peccauit, effectũ est, vnde habet iam moriendi necessitatẽ: quale pro nobis etiã Christus primitus habere dignatus est, nõ necessitate, sed potestate. Postea verò est spiritale corpus quale iam præcessit in Christo tanquã in capite nostro, sequitur autem mēbris eius vltima resurrectione mortuorum. Nã primus homo de terra terrenus &c. Sed merito queritur cur Christus dicatur homo secundus post tot homines, aut cur Adam nouissimus, tam multis post ipsum generationibus succedentibus, cum & secundus non possit esse post multos, & nouissimus dici non debeat post quem multi. Ratio hic non

carnis,

**A** carnis sed operatiõis est intuẽda. Quã Apostolus nõ humanis sensibus explicat, dũ & Adã veterẽ & dñm Christũ ad primitias rerum bonarum malarũque reuocat ac reducit, duas formas vitales collocans in duobus, vt primus Adã ha beatur, quisquis per vestigia ei⁹ erroris incesse rit: postremus autẽ ille, qui dominũ fuerit imitatus. Interim nouissimus de primo ex eo dicitur dñs, quod vsq; ad ipsum mors ab illo primo inuenta descendit, quod vsq; ad crucẽ dñi pristini hominis potestatẽ tenuit, quam postrem⁹ dñs dũ per mortẽ expungit, obliterat. Et ideo morti nouissimus, non saluti, qui solus chirographũ quod ex ptoplasto per omnes generationes hæreditario iure veniebat, vt moriendo soluit, sic moriẽdo delet. [Primus homo fact⁹ de terra] .i. de limo terræ, fuit [terrenus.] Qui tamen nõ propter carnem, sed propter peccatũ dicitur terrenus, quia cum iam reus esset factus, & mortis supplicio destinatus audiuit: Terra es & in terram ibis. [secundus homo de celo, cælestis,] quia fili⁹ deivenit ad carnẽ, qua suscepta, & homo exterius fieret, & deus interi⁹ pmaneret. Non enim cecidit propter se, sed descendit propter nos: & sine peccato carnẽ assumpsit, in qua resurrectionẽ ostenderet nostræ carnis. Nã [qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cælestis, tales & cælestes.] Quid est, Qualis terrenus, tales & terreni, nisi mortales ex mortali? Et quid est, qualis est cælestis, tales & cælestes, nisi immortales per immortalẽ? Illud per Adã, hoc per Christũ. Dñs enim ad hoc terrenus factus est, cum esset cælestis, vt eos qui terreni erant, faceret cælestes. Hoc est, ideo ex imortali mortalis factus est assumendo serui formã, non dñi mutãdo naturã, impetiendo dominicã gratiã, non perpetiẽdo seruilẽ iniuriam. Qualis terrenus, tales & terreni. i. oēs morituri. Et qualis cælestis, tales & cælestes. i. oēs resurrecturi. Iã enim cælestis resurrexit. Et quãdoquidem terreni sunt similes terreno, & cælestes cælesti, [igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis] .i. sicut imitati sumus terrenum, imitemur cælestem. Imaginem terreni hominis induimus ppagatione præuaricationis & mortis, quã nobis intulit generatio: imaginem verò cælestis hominis induimus gratia indulgẽtiæ vitæque perpetuæ, quã nobis per Christum præstat regeneratio. Vnus enim generat in mortem, alius in salutẽ. Per Christũ (inquam) renouamur, qui homo cælestis appellatur, quia de celo venit in terrã, vt terrenæ mortalitatis corpore vestiretur, quod cælesti imortalitate vestiret. Alij verò propterea dicuntur cælestes, quia sũt per gratiam membra eius, vt cũ illis sit vnus Christus velut caput & corpus. Portemus ergo imaginẽ huius cælestis hominis interim corde & moribus atq; digna operatione, postea verò in resurrectione mortuorũ etiã corpore. Quod nõ frustra moneo, sed ideo [dico hoc o fratres,] scilicet vt portemus imaginẽ cælestis, [quia caro & sanguis,] id est, corruptio vitiorum & mortalitatis, [regnum dei possidere non possunt.] Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, quia non erit ibi corruptio & mortalitas carnis & sanguinis. Secundum has

enim qualitates, hoc loco nuncupantur caro & sanguis. Nam caro secundum substantiam de qua dictum est, Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere, possidebit regnum dei: caro autem secundũ corruptionem cũ intelligitur, nõ possidebit. Hoc enim declaratur, cũ protinus additur, [neque corruptio incorruptelam possidebit.] Hæc enim repetitio, prædictorũ verborũ est expositio, vt quod dictũ est caro & sanguis, intelligamus corruptionẽ, non substantiam carnis: & quod dictum est regnum dei, intelligamus incorruptelam patriæ cælestis: atq; ita nihil aliud dictum putemus, caro & sanguis regnũ dei nõ possidebunt, q̃ si diceretur, corruptio incorruptelam nõ possidebit, id est, corruptio carnis & sanguinis in illius regni incorruptela non erit propter immutationẽ scilicet incorruptionis. Et ideo non carnis resurrectioni contradicit in eo quod ait, Caro & sanguis regnum dei nõ possidebunt: quia per carnem & sanguinẽ ventrem & libidinem .i. opera carnis, quæ ibi omnino non erunt significat. Nolebat enim ad eos hoc ædificari, vt arbitrarẽtur se talia facturos in regno cælorum, qualia fiunt in hac vita in corruptionibus māducãdi & bibendi, vxores ducendi, filios generandi. Non autem ipsam carnem dixit abolẽdam, quia corporis resurrectione facta à cunctis passionibus liberati, æterna vita cũ ineffabili claritate atque stabilitate sine corruptiõẽ fruemur. In illa itaq; cælestis regni gloria caro secundum naturam erit, sed secundum passionis desideria non erit: quia deuicto mortis aculeo, in æterna incorruptione regnabit. Et ideo quisquis ad hanc desiderat incorruptionis gloriam peruenire festinet nunc opera corruptionis deponere, & cælestis hominis imaginẽ sanctẽ viuẽdo portare.

*Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.*

Dixi quia caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, cũ tamen prædicẽm carnis resurrectionẽ. Et [ecce dico vobis] inde [mysteriũ,] id est, arcanum quoddam, quod multis est occultũ, in quo possitis intelligere quomodo caro non erit, & caro erit, quæ regnum dei possidebit. *mysterium enim Græce dicitur, eo qd secretũ & reconditam habeat repositionem. Mysteriũ est quod dico. i. obscurum & latẽs, quia infideles hoc ignorant. Hoc scilicet mysterium dico, quia [omnes quidẽ] tam boni q̃ mali [resurgemus,] vel (sicut in Græcis codicibus legitur) dormiemus. i. moriemur: [sed non oēs immutabimur] ad gloriam, quia soli boni immutabimur. Et ideo natura nostræ carnis tũc idonea fiet vt possideat regnum dei, quia à tempore illius immutationis angelicæ, non iam caro erit*

N. iij & sanguis



**G** & sanguis, sed solummodo corpus lucidum & spiritale. Omnes dormiemus in somno mortis, & resurgemus. Resurgere enim proprie dicitur, qui prius dormiendo cecidit. Sed quomodo omnes dormiemus vel resurgemus, si tã multi quos in corpore inuenturus est Christus, nõ dormient nec resurgēt? Si ergo sanctos, qui reperientur Christo veniente viuentes, eiq; obuiam rapiuntur, crediderimus in eodẽ raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadem mox immortalia redituros, nullas in his verbis patiemur angustias, vbi nunc dicitur, omnes resurgemus vel omnes dormiemus, siue vbi dictũ est, tu quod seminas, non viuificatur nisi prius moriatur: quia nec illi per immortalitatẽ viuificabuntur, nisi quãlibet paululum tamẽ ante moriantur. Ac per hoc & a resurrectione nõ erunt alieni, quia dormitione præcedent quauis breuissima, nõ tamen nulla. Omnes ergo resurgemus, quicunque naturam in nobis humanã habemus: sed tamen non omnes immutabimur, quia resurrectio quidẽ cõmunis est omnium, sed immutatio ad gloriã & impassibilitatẽ proprie iustorum est. Resurgemus omnes, & hoc fiet [in momento] siue in atomo, id est, in puncto temporis quod diuidi nõ potest, [in ictu oculi,] id est, in summa celeritate, [in nouissima tuba,] id est, in nouissimo signo quod dabitur vt ista cõpleantur. Ad ostendendã dei omnipotentiã hoc dicitur cõtra illos, quibus impossibile videbatur, vt mortuorum corpora ex antiquis cineribus repararentur & reuiuiscerent. Tãta enim celeritate fiet resurrectio, vt viui quos in corporibus suis consummationis tẽpus inuenierit, mortuos de puluere resurgentes præuenire non valeant: nec alij primi & alij nouissimi resurgent, sed omnes simul in momento, vt mirabilior sit resurrectio. Et quia i momento est aliqua morula quãuis breuissima, ideo additur, i ictu oculi, qui scilicet tanta velocitate transcurrit, vt pene sensum videntis effugiat. Ictus enim oculi est,

**H** nõ quo palpebram mouentes claudimus oculũ vel aperimus, sed emissio radiorum ad aliquid videndum. Qui dicitur ictus, quia cito icit visa. Mox enim vt aperueris oculũ, emittitur radius tuus, nõ dico ad parietẽ proximũ, sed ad montem longe distantem: nec dico ad montem, qui ideo proximus videtur quoniã in terra est, sed ad solẽ, ad lunam, ad sidera, quã tam magno interuallo distant a terra. Si enim clausis oculis faciem contra solem ponas, nõne mox vt eos aperueris, ibi potius aciem tuam te inuenisse, quã illuc eam perduxisse putabis, ita vt nec ipsi oculi prius aperti fuisse videãtur, quã illõ quo intenderant, peruenisse? Vt ergo radius oculorum tuorum non citius peruenit ad propinqua, & tardius ad longinqua, sed vtraque interualla parili celeritate coniungit, ita cum in ictu oculi fit resurrectio mortuorum, Omnipotentia dei & ineffabili nutui tã facile est quãq; recẽtia, quam diuturno tempore dilapsa, cadauera suscitare. Tubã autẽ nomine aliquod euidentissimũ & præclarissimũ signum vult Apostolus intelligi, quam vocẽ archãgeli & tubam dei alio loco dicit, quã & vox filij dei in euãgelio dicitur, quã audiet omnes qui in monumẽ-

tis sunt, & procedent: Itaque clangor tubæ aut vocis indicat magnitudinẽ, iuxta quod scriptũ est, Quasi tuba exalta vocem tuam, aut apertam omnium resurrectionem, secundum quod dicitur, Cum facis elemosynam, noli tuba canere ante te. i. absconditẽ fac misericordiam & in secreto, ne videaris de alterius miseria gloriari. Sed quærendum cur ad nouissimã tubam mortui dicãtur surrecturi. Neq; enim nouissima diceretur, nisi aliarum præcedentium respectu. In Apocalypsi Ioannis septẽ angeli describuntur cum tubis, & clangente primo eorum ac secundo & tertio quartõq; & quinto atq; sexto, quid per singulos actum sit, indicatur: nouissimo autẽ, id est, septimo angelo tuba canẽte, mortui suscitantur. Quos scilicet angelos plurimi doctorum senserunt esse prædicatores in septẽ statibus ecclesiæ, & nouissimum angelum eos prædicatores, qui in carne reperietur veniente domino: & ob hoc in voce eorum mortuos suscitari, quã intelligitur nouissima tuba, quia post illã nõ audietur vox prædicantiũ. Verẽ in nouissima tuba fiet resurrectio. [Canet enim tuba, & mortui resurgēt incorrupti, & nos immutabimur.] Mortui resurgent. i. omnes defuncti. Vel nomine mortuorum intelliguntur peccatores. & nos qui ad gloriã pertinemus, immutabimur. Quãdo dicit, nos, alium se & eos qui secũ sunt, præter mortuos esse significat. Mortui resurgēt incorrupti, & Paulus ac cõsortes eius immutabuntur. Reprobi enim nõ cõmutabũtur in illã incorruptelã, quã nec doloris incorruptionem pati potest. Illa nãque fidelium est atq; sanctorum. Isti verò perpetua corruptione cruciabuntur quia ignis eorum nõ extinguetur, & vermis eorum nõ morietur. Quid sibi ergo vult ista distinctio, Mortui resurgēt incorrupti, & nos immutabimur, nisi quia oēs incorrupti resurgent, sed ex his iusti etiã immutabũtur in illã incorruptelã, cui omnino nulla possit nocere corruptio? Ac per hoc qui in eam cõmutabuntur, incorrupti quidẽ resurgēt integritate mẽbrorum, sed tamen corrupendi dolore pœnarũ. Habebunt quippe incorruptionẽ carnis, in qua dolent, nõ in qua moriantur. Alioquin & illi dolores finirentur. Ad hoc enim resurgent incorrupti, vt possint aeterna sustinere supplicia. Incorruptio itaque propterea cõmunis est omnium, quia in ea miserabiliores erunt peccatores vt ad tormenta perpetui sint, & immortalis atque incorruptibili corpore soluantur. De illa verò cõmutatione iustorum cũ dixisset, & nos immutabimur, tãquã quæreremus quomodo istud fiat, vel qualis illa cõmutatio futura sit, adiungit: Oportet enim corruptibile hoc &c. Vbi manifestẽ docet id ipsum corpus quidem resurgere quod sepultum est, sed mutare gloriam, non naturã. Quãdo enim dicit hoc, videtur quodammodo duobus digitulis cõprehensum corpus ostendere. Hoc, in quo nascimur: hoc, in quo morimur: hoc, quod timent recipere qui puniendi sunt. Nos, inquit, immutabimur: quia oportet. i. necesse est, hoc fieri, quia bene seruiimus & quia deus p̄misit, oportet hoc [corruptibile] corpus [induere] velut ornamentum [incorruptionẽ,] vt vltra non esuriat vel aliquatenus ledatur: [ &

mor-

**A** mortale hoc induere immortalitatẽ, vt vltra nõ dissoluatur. Vel ad id quod dixerat. Mortui resurgent incorrupti, intulit: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem: ad id verò quod subdiderat, & nos immutabimur, adiecit Et mortale hoc oportet induere immortalitatẽ Aliud est enim immortalitas, aliud incorruptio: sicut & aliud mortale, & aliud corruptibile Quicquid enim mortale est, corruptibile est: sed nõ quod corruptibile, statim & mortale est Corruptibilia quippe sunt corpora quã carẽt anima, & tamen non sunt mortalia: quia nunquam habuere vitam; quã proprie animantiũ est. Vnde nunc signatẽ Apostolus corruptio ni incorruptionem, & mortalitati immortalitatẽ opposuit. Omnes ergo iusti & iniusti erũt incorruptibiles, iusti verò etiam immortales fient, vt mortem gehennalium pœnarum nullatenus sentire possint.

**B** *Cũ autem mortale hoc induerit immortalitatem, tũc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est: virtus verò peccati, lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriã per dominum nostrum Iesum Christum.*

Osee. 13.  
Hebr. 2.2

Pro eo quod nos secundum Hieronymum in Osee legimus, Ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne, Septuaginta trãstulerunt: Vbi est causa mors tua? vbi est stimulus tuus inferne? Pro quo nunc Apostolus posuit, Absorpta est mors in victoria, vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Hoc mortale corpus nostrum induet, vt diximus, immortalitatẽ. Sed cũ id fuerit, [tũc fiet. i. implebitur sermo scripture, qui nunquã aliter impleteretur: [Absorpta est mors. i. nusquam comparet, sicut aqua cũ fuerit absorpta. Quãdo [mortale hoc induerit immortalitatẽ] tũc absorbebitur. i. in nihilũ redigetur mors corporis [in victoria] resurgẽtium. Et tũc ei insultabitur atque dicetur: [Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus?] Morti corporis hoc dicitur. Hanc enim absorbebit victoriosa immortalitas, cũ mortale hoc immortalitatẽ induerit. Morti, inquam, corporis hoc dicitur: Vbi est victoria tua, qua omnes sic vicerat, vt etiã dei filius tecum confingeret, tẽque non vitando, sed suscipiendo superaret? Vicisti in morientibus, victa es in resurgẽtibus. Victoria tua qua absorbueras corpora morientium, temporalis fuit: victoria nostra qua absorpta es in corporibus resurgẽtium, aeterna constabit. Vbi est aculeus tuus. i. peccatum quo puncti & venenati sumus, vt etiam in corporibus nostris fieres, & ea tam longo tẽpore possideres? Morti dicetur, vbi est aculeus tuus. Sed aculeus vel [stimulus mortis, peccatum est.] Aculeus autẽ mortis dicitur, quo mors facta est, nõ quẽ mors fecit. Peccato enim morimur, nõ morte peccamus. Aculeus mortis, est peccatũ originale, per

cuius vulnus mors intrauit. Peccatũ quod nos pupugit & mortificauit, est aculeus mortis: sed virtus & robur peccati est lex Moyfi. Peccauimus enim in vno omnes, vt moreremur in vno omnes. Accepimus legẽ, non vt emẽdatione finiremus peccatum, sed vt transgressione aueremus. Lex enim virtus peccati: quia phibitio auget desiderium operis illiciti, quando iustitia non sic diligitur, vt peccandi cupiditas eius delectatione vincatur: & multo sceleratius ac flagitiosius committuntur ea quã lex prohibet, quã si nulla lege prohiberentur. Dico quia aculeus mortis est peccatũ, & virtus peccati lex. Sed [deo gratias] agimus, [qui dedit nobis victoriã] de morte & aculeo eius, vt vinceremus mortem per immortalẽ resurrectionẽ, & aculeum eius peccatũ per gratuitã iustificationẽ. Nam & victoria qua peccatũ vincitur, nihil est aliud q̄ dei donum in isto certamine nos adiuuantis. Victoriã dedit, & hoc non per legem, nec per vires nostras, sed [per Iesum Christum dominum nostrum,] per quẽ mediatorẽ omnia bona quẽ habemus dantur nobis a patre. Si verò secundum alios codices legerimus, Absorpta est mors in contentione, vbi est mors contentio tua? vbi est mors aculeus tuus? mortem intelligemus carnalem consuetudinẽ, quẽ resistit bonẽ voluntati delectatione tẽporalium fruendorum. Nam dũ sumus in hac vita, cõtendit mors ista contra nos, & nos cõtra eam: quia caro cõcupiscit aduersus spiritũ, spiritus autem aduersus carnem. Sed resurgẽtibus nobis absorpta erit mors in contentione. i. adnullata in conflictu, quẽ cõtra nos habuit: quia caro prorsus cõcordabit spiritui, nullãq; peccati delectatio erit qua resistat bonã voluntati. & quia bellũ tunc erit finitum, atq; pax victoriã tenebit, insultabimus ipsi morti. i. cõcupiscentiã & cõsuetudini tẽporalium delectationũ, dicentes: Vbi est mors contentio tua? Victa es, nec amplius contendere vales. Notandum quoque in eo quod Septuaginta trãstulerunt, De morte redimã illos, vbi causa tua mors, vbi est stimulus tuus inferne, quia causa mortis & stimulus inferni, peccatum est. Sed in resurrectione eorum quos Christus redemit, nõ inuenietur, ideoq; morti & inferno insultabũt. Præcipue tamen saluator cũ pro redẽptione humani generis sanguinem suum fudisset, & peccatũ mudi deleuisset, pro quo moriebamur, & ad infernum ducebamur, insultauit morti & inferno, dicens: vbi est causa tua mors? vbi est stimulus tuus inferne? Qui & secundum nouã translationem dixit: De morte redimam eos, Ero mors tua o mors, ero morsus tuus, (id est, mordẽs te) inferne. Id nãque quod occidimus, agimus vt penitus nõ sit. Ex eo autẽ quod mordemus, partẽ abstrahimus, partẽq; relinquimus. Quia ergo dominus in electis suis funditus occidit mortẽ, mors morti extitit. Quia verò ex inferno partẽ abstulit & partẽ reliquit, non occidit funditus, sed momordit infernum. Neque enim infideles quosque & pro suis criminibus aeternis suppliciis deditos ab inferno traxit, sed eos solummodo, quos fide & actibus recognouit. Sequitur:

Galat. 5.

F

Itaque

**G** Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles, abundantes in opere domini semper scientes quod labor vester non est inanis in domino.

Quadoquidē certos vos feci de resurrectione futura, & de ceteris vos diligenter instruxi, [itaq; o fratres mei dilecti,] id est, quos multū diligo, [estote stabiles,] in fide resurrectionis vel in proposito vestro bono, [ & immobiles,] vt nemo vos de statu spei futuræ vltra mouere possit. vos dico, [semper abundantes in opere] mandatorū [domini, scientes] pro certo [quod labor vester non est inanis,] id est, cassus [in domino,] id est, in domini seruitio, quoniam & in ipsa carne vestra quæ nunc laborat, gaudebitis. Omnibus quæ ad doctrinā ecclesiasticam ordināda necessaria sunt, hætenus expositis, & quæ vitāda vel quæ sequēda sunt, demonstratis, fixos esse iā illos hortatur i bono: & in operib⁹, quæ fructum apud deū faciunt, semper esse prōptos & copiosos: quia p̄ hæc quæ exposita sunt, certi sūt de cetero accepturos se boni opis mercedē à domino, ne prauis colloquiis possint puerti.

## CAPVT XVI.

*E collectis autē quæ sunt in san-*

**D** Etos, sicut ordinavi ecclesiis Galatiæ ita & vos facite. Per vnā sabbati vnusquisque vestrum apud se reponat, recondens quod ei bene placuerit, vt non cum venero, tunc collectæ fiant. Cū autem præsens fuero quos probaueritis per epistolas, hos mittam perferre gratiā vestram in Ierusalem. Quod si dignum fuerit vt ego eam, mecum ibunt.

De aliis, inquit, hucusq; monui. Sed nūc [de collectis] moneo, [quæ sūt in sanctos, id est, de sumptibus qui per singulas ecclesias colliguntur vt Ierusalem sanctis mittatur, qui in magna indigētia sunt apud infideles Iudæos, quasi desertores paternarum legū, & credentes in hominem crucifixum. Moneo vt (sicut ecclesiis Galatarum disposui) [per vnā sabbati,] quæ est dominica dies [vnusquisq; vestrū reponat apud se,] quod eis mittat. Apud se reponat, ne suspicetur fraudē si apud aliū reposerit. Ipse dico, [recordens] illud, ne iterum sibiumat, & recōdat [quod ei bene placuerit, id est, quod deuoto corde offerre voluerit, non quod animum eius grauet. Quod idcirco præmoneo, [vt non tūc fiat collectæ, cum venero:] quia grauerit, si totū subito simul fieret, & ego maioribus studiis sum deditus. Per dominicā diē colligite, vnde refrigerium habeant sancti pauperes: vt quā die Christus surrexit, vos ad opera misericordiæ surgatis. Colligite, inquā quia quod paulatim à multis colligitur, nec est graue, & inuenitur multū. Interim colligite & quasi in thesauro reponite apud vos vnusquisq; quod voluerit

Sed [cū fuero præsens, mittam in Ierusalē perferre gratiam, id est gratuitam donationē vestram eos [quos probaueritis, id est, probos iudicaueritis, & mittā eos [per epistolas,] quia epistolæ testimoniū præbent missis, vt cum gratia excipiantur. Vtrunque pono in vestro arbitrio, vt & quod vobis placuerit, tribuatis: & quos ad portandum mittam, eligatis. Sed [si dignū fuerit vt] etiam [ego eam, id est, pergere debeam, id est, si copiosa fuerit sumptuum collectio, tūc [mecum ibunt, id est, pergant mecum.

*Veniam autē ad vos, cum Macedonia pertransiero. Nam Macedonia pertransibo. Apud vos autē forsitan manebo, vel etiam hyemabo, vt vos me deducatis quocūque iero. Nolo enim vos modo in transitu videre. Spero enim me aliquantulum temporis manere apud vos, si dominus permiserit. Permanebo autē Ephesi vsque ad Pentecosten. Ostium enim mihi apertum est magnū & euidentis, & aduersarij multi.*

Post omnem instructionē vt lætos illos faciat aduentum suum illis promittit. Per quod etiā omnes admonitiones suas, quibus illos corrigat magis firmat: quia qui audit venturum eum à quo legem accepit, sollicitior fit, ne adueniente illo erubescat. Parate, inquit, collectas antequā veniam. [veniam autem ad vos, cum pertransiero Macedonia,] visitando singulas quasque ecclesias, quæ ibi sunt, & confirmando animos fratrum. Nā Macedonia pertransibo,] quia nō est opus ibi diu morari, quoniam pauca sunt in illis emandēda. Sed [apud vos forsitan manebo, vel etiā hyemabo,] id est, hyemis tempore toto morabor, quoniam multa sunt in vobis corrigēda. Sed apud Ephesios cum quibus manco dū hanc epistolam scribo, [permanebo vsque ad Pentecosten. Nec mirū si tanto tēpore ibi volo manere. Nam [ostium mihi apertum est] [ibi] magnū & euidentis,] id est, manifestū prædicationi meæ, per quod possim prædicādo ad corda audientium intrare, & fidem Christianam introducere, & aduersarij multi] obstitunt mihi, qui conantur opus meum impedire: & ideo me necesse est cum illis adhuc confligere. Quinquagenarius enim numerus semper ad pœnitentiā referri solet vel ad remissionem, & multa continent sacramenta. Vnde nunc Apostolus apud Pphesios, quibus mystica quæque dissoluerat, dicit se permanfurum vsque ad pentecosten, id est, vsque ad quinquagesimam, donec perfecte ad deum conuertantur, & aduentu sancti spiritus digni efficiantur. Inuenerat enim illic pectora dei gratiam sitientia, quibus prompte infunderet mysterium Christi: inuenerat & aduersarios multos. Quanto enim idonei inueniebatur ad fidē, tanto magis insurgēbat qui zelarentur, contradicentes & repugnātes doctrinæ domini. Nā in eo quod ait, Ostium mihi apertum est magnū & euidentis, & aduersarij multi, quid

**A** quid aliud intelligi potest nisi primitus prædicato ibi per eum euangelio, credidisse multos, & multos eiusdem fidei aduersarios extitisse secundum illam domini sententiā, Vobis datum est nosse mysterium regni cælorum, illis autem non est datum. Ostium ergo apertum est in eis quibus datum est, aduersarij autem ex eis quibus non est datum: Ostium magnum apertum est, id est, multa corda ad audiendum aperta.

*Si autem venerit Timotheus, videre vt sine timore sit apud vos. Opus enim domini operatur sicut & ego. Ne quis ergo illum spernat. Deducite autem illum in pace, vt veniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus.*

Quauis ea prædicaret Timotheus quæ ab Apostolo acceperat, tamen quia non erat autoritatis eiusdem, commendat illum Apostolus, ne forte ab his qui dissentiebant in plebe, non vt erat dignus reciperetur: & perstreptibus eis, nasceretur illi timor, nihilq; proficeret aduentus illius saluti eorum. Possent enim & gentiles excitari ad seditionem discordia plebis, accepta occasione irruendi in Timotheum. Ideo ne spernat eum aliquis, inquit, quoniam [opus dei operatur sicut & ego,] vt scilicet in ea autoritate accipiatur qua & apostolus, erat enim & ipse episcopus. Quem tanti meriti esse declarat, vt non solum inter eos honorandum illum præcipiat, sed etiam cum proficisci pararet, deducendum cum obsequio vt apostolum domini. Tam enim necessarium eum ostendit, vt etiam ipse illum expectaret cum fratribus propter euangelium Christi.

*De Apollo autem fratre vobis notum facio, quoniam multum rogavi eum vt veniret ad vos cum fratribus: & utique non fuit voluntas eius vt nunc veniret, veniet autem cum ei vacuum fuerit.*

Hic Apollo ex Iudæis erat, Alexadrinus natione, doctus in lege & eloquentissimus, atque Corinthiorum episcopus: sed propter dissensiones eorum recesserat à Corintho. Quem dicit Apostolus redire noluisse, significās in hoc culpam eorum, vt hoc audientes, respuerent falsos apostolos, & paci studerēt, quatenus mererentur vt ad eos suos antistes reuerteretur. Ideoque de Timotheo dixerat, Videte vt sine timore sit apud vos, quia aliqui missi non bene fuerant suscepti: ac per hoc nō venturū Apollo, nisi concordēs fierent. [Non fuit,] inquit, [eius voluntas] vel dei [vt nunc veniret] dum tales estis: sed [veniet cum ei tempus vacuū fuerit,] id est, quādo vos à pseudo apostolis & dissensionibus sic vacuos inuenerit, vt audiendæ prædicationi eius vacare velitis: vel quando ab his quæ nunc facit, exoccupatus fuerit.

*Vigilate & state in fide, viriliter agite & confortamini. Omnia enim*

*vestra in charitate fiant.*

Vt Apollo gratāter ad vos veniat, [vigilate,] id est, mentis oculos ad diaboli astutias præcauendā aperite, ne vel ab immundis spiritibus vel à falsis prædicatorib⁹ decipiāmini. [state in fide,] id est, ne cedatis vel pseudo magistris vel gētilibus, qui fidē vestram impugnare satagūt, & vos ab ei⁹ arce pellere. [Viriliter agite, id est, nolite dissolui, nolite vigorem perdere, nolite effœminari, sed viriliter bona facite, & mala tolerate. [ & confortamini,] id est, semper robustiores efficiāmini vt sit in vestra virtute profectus, [Et omnia vestra fiant] non in dissensione vel ira vel cupiditate secularis gloriæ, sed [in charitate,] Nam quicquid sine charitate agitur, nihil est, quanuis esse bonū valde videatur. Cum dicit, omnia, satis ostendit etiam ipsas correptiones, quas asperas & amaras sentiunt qui corripiuntur, cum charitate esse faciendas.

*Obsecro autem vos fratres, nostis domū Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam sunt primitiæ Achaia, & in ministerium sanctorum ordinauerūt seipso, vt & vos subditi sitis eiusmodi, & omni cooperanti & laborati. Gaudeo autē in præsentia Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam id quod vobis deerat, ipsi suppleuerunt. Refecerunt enim & meum spiritum & vestrū. Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt.*

Monui vt oīa vestra opera in charitate fiant. Sed nunc [obsecro vt subditi sitis eis] qui sunt tales, qualis est domus Stephanæ & Fortunati. [Nostis enim domū Stephanæ & Fortunati & Achaici,] quia [sunt primitiæ Achaia, id est, primi crediderunt ex his qui sunt in Achaia. nā & Corinthij sunt Achaici. [ & ordinauerunt seipso in ministeriū sanctorū, id est, vt calcata avaritia sanctis de laboribus suis ministrarent necessaria, & maximè prædicatoribus. Obsecro vos vt subditi sitis operariis eiusmodi, & [omni cooperanti, id est, cum talibus operanti,] & laboranti.] Vos talibus estote subditi. Sed [ego in præsentia Stephanæ & Fortunati & Achaici gaudeo,] vel quia præsentēs sunt apud vos, & in illis potestis magnum habere profectum, vel quia mihi venerūt pro vobis ministrare. [Quoniam id quod ex vobis deerat, ipsi suppleuerūt, id est, ministrauerunt mihi quod vos non fecistis. [Refecerūt enim & meum spiritum] mihi ministrando necessaria, [ & vestrū] quibus apostolum seruauerunt. Refecerunt spiritum meū, pro mea lætitia: refecerunt vestrum, pro charitate pro vobis exhibita. [Ergo cognoscite, id est, diligite & honorate eos] qui eiusmodi sunt.

*Salutant vos omnes ecclesiæ Asiae. Salutant vos in domino multū Aquila & Prisca cum domestica sua ecclesia, apud quos & hospitor. Salutant vos*

**A** omnes fratres. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli.

Salutant, inquit, vos oēs [ecclesie Asiæ.] Ac si dicat: Quod ego scribo, omnes desiderat. Per hoc etiā cōmonet eos, vt studeāt illis fieri similes, à quibus salutantur. [Aquila & Prisca] sunt maritus & vxor, qui in actibus apostolorum leguntur. [Domestica eorū ecclesia,] cōgregatio fraternitatis apud eos manens. Erant enim hospitales. Osculum verò sanctum, signum pacis est. In quo vt inuicem sibi adhæreāt sublata discordia, monet vt casta & pacifica sint oscula, quæ in ecclesiis dantur, & simulata non sint. Dehinc se in hac epistola subscripsisse ostēdit, dicens: [Salutatio mea manu Pauli,] vt indubitanter sciānt epistolam eius esse. Sequitur:

*Si quis nō amat dominum nostrum Iesum Christū, sit anathēma maranatha.*

**B** Amatores, inquit, Christi saluto. Sed [Si quis nō amat dominū nostrum Iesum Christum, sit anathēma, id est, alienat⁹ à Christo. Anathēma quippe alienatio vel alienatus interpretatur. Secundū Augustinum, anathēma dicitur cōdēnatus. [maranatha, id est, donec dominus redeat. Excōmunicat ergo Apostolus eū, qui nō amat Christum, vsq; ad diem iudicij, quo ipse reddet vniciq; quod iustum fuerit reddere, vt tunc si

**Matt. 16.** Christo placuerit, cōmunionē qui anathematizatus fuerat, recipiat. Hieronymus autē sic ait: Maranatha magis Syrum est quā Hebræum, tametsi ex confinio vtrarūq; linguarū aliquid & Hebræum sonet: & interpretatur, dñs noster venit. Vt sit sensus: Si quis nō amat dominū nostrum Iesum Christum, sit anathēma. Et illo cōpleto, deinceps inferatur domin⁹ noster venit. Quod sepefluū sit aduersus eū odiis pertinacibus velle cōtendere, quem venisse iam constet. Si quis non amat &c. Ac si dicatur: Si quis non diligit dominum Iesum, non sit ei utilis aduentus eius qui iam completus est: & sic ad damnationem sit ei secundus, qui adhuc futurus est.

*Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. Caritas mea cum omnibus vobis in Christo Iesu, Amen.*

**Ioan. 15.** Sit vobiscū semper gratia Christi, sine cuius auxilio subsistere nō potestis, nec aliquid boni facere. Propter illos qui dissensionem studentes Christū nō amabant, dictū est: Si quis nō amat dominū nostrū Iesum Christum, sit anathēma. Qui enim dicebant, ego sum Pauli, ego autem Apollō, ego verò Cephe, nō amabant Christū: quia nō Christo, sed hominibus gloriā dabant. Quia ergo non in hominibus, sed in Christo spes omnis ponēda est. Gratia, inquit, [domini nostri Iesu Christi sit vobiscū.] Et addit: [Caritas mea cū omnibus vobis in Christo,] id est, ea charitate vos inuicē in Christo diligite, qua ego vos diligo. In Christo Iesu vos diligite exēplo mei, nō in amore seculi. Deinde subiungit, Amē,] quod interpretatur, verē vel fideliter: per quod oīa quæ supradicta sunt, verē ac fideliter dicta esse confirmantur. Amē quippe omnium confirmatio est præcedentium.

Primæ ad Corinthios epistolæ finis.

II. AD CORINTHIOS  
EPISTOLÆ ARGUMENTVM.

**S**ciens Apostolus epistolam profecisse, quā Corinthiis miserat, aliam eis iterū scribit ad exhortandā obediētiā eorum, & tangit contumaciā nonnullorum qui emendari noluerant. In hoc tamē animo reuelatus, quod ea quæ ad ecclesiasticam ordinationem pertinent, audierat esse corrupta, certus deinceps quia & vitia eorum paulatim corrigerentur, præterea quia ex parte magna esse cōperant obediētes. Qui enim ea quæ ad fidem & ad ecclesiasticū ordinem pertinent emēdauerant, certam spem de se dabant, quia & mores atque conuersationem essent emēdaturi. Propter quod & festinanter scripsit eis Apostolus, vt contristati ex correptione prioris epistolæ, in hac cōsolationē acciperent, & cresceret in eis fructus pœnitentiæ, quatenus videntes iam placere se ei cui displicerāt, pœnitiores fierēt circa bonos actus. Et hæc principalis huius epistolæ causa est. Quidam tamen eorum (vt dictum est) noluerant corrigi, sed delectatione peccatorū irretiti, & à falsis apostolis deprauati, postposito veritatis apostolo, ipsis falsis apostolis obediēbant. Vnde magister egregius vt eos à confectatu eorūdem pseudo prædicatorū reuocet, multis modis ostendit errorem & deceptionē fallacia eorum, vt nullam amplius in eis fiduciam habeat, nec dolosis prædicationibus fidem adhibeāt, quos vident ad perniciem animarū tēdere. Propter quod & seipsum multifarie cōmendat, vt cognoscentes cuius autoritatis atque dignitatis ipse sit, libenter eius doctrinā suscipiant, & sic ad salutē animarum suarum perueniant. Præcipit quoque fornicatorē correptum recipi. Notat etiā eos in elemosynis parcos. Quia verò pro quorundam peccatis in epistola superiori doctores eorum præcipuē corripuerat, & multum fuerant contristati, nunc eos consolatur, suū eis proponens exemplum, & docens non debere impatiēter ferre, quod pro aliorum salute sunt correpti, cū ipse pro aliena salute periculis & morti quotidie subiaceret. Sed & de tribulationibus quas patiebantur, consolatur eos exemplo suarum tribulationum, quas multo grauiores sustinebat. Semper etiam vel principaliter vel secundario videtur intendere reuocare à pseudo apostolis illi partem plebis, quæ adhuc illos sequebatur.

II. AD CORINTHIOS EPIST.  
CAPVT I.

**P**aulus apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater ecclesie Dei, quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sunt in vniuersa Achaia. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro & domino Iesu Christo.

Quasi dicatur: Vos Corinthij mihi debetis obedire, & falsos apostolos respuere, quia sum [Paulus apostolus Iesu Christi, id est, mirabilis legat⁹ saluatoris regis. Ille rex qui solus in æterno saluat, misit me, vt vos ad eum duceret, vt regnaret in vobis, & vos saluaret. Ideoq; libenter mihi debetis obtemperare. Apostolus Christi sum, nō vsurpantiē, sed [per voluntatē Dei] patris, id est, à Christo constitutus sum apostolus. Ioh. 8. per voluntatē patris, sicut ipse Christus ait: quoniam quæ placita sunt ei, facio semper. Dei autē voluntatē iustam & rationabilem manifestum est esse. Ac per hoc rationabiliter & iuste dicor apostolus, quæ per voluntatē patris ad vos misit filius. Pseudo autē apostoli, nec à Christo sunt

missi, nec per Dei voluntatē venerunt, nec salutē audientiū quærunt. Ideoq; respuēdi sunt. Paulus vos alloquitur, [ & Timotheus frater,] qui primā illā ad vos epistolā portauit, & correptionē vestrā vobis renunciauit. Notādū quod nō ait, Paulus & Timotheus: sed, Paulus & Timotheus frater, quia nō ambo apostoli. Ad Philippenses tamē, vbi nō erat tanta autoritas necessaria, serui ambo ponuntur, quia ambo sunt serui, nō ambo apostoli. Paulus & Timotheus scribunt [ecclesie Dei, quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sunt in vniuersa Achaia.] Corinth⁹ enim metropolis est Achaia: & ideo quod corinthiis scribitur, omnibus fidelibus Achaia p̄uincia scribitur. Vobis ad quos scribimus, sit gratia per quam peccata vestra remittantur: & pax, per quam Deo reconciliemini. [Gratia & pax] sit [vobis à Deo patre nostro.] qui vos adoptauit in filios: [ & à domino Iesu Christo,] qui vos suo domino benignē mancipauit. Ideo ponit à patre & filio tātum, quoniā eo tempore nullus errabat de spiritu sancto, sed vel de patre vel de filio errabat, quicūq; in fide trinitatis errabat. Nanq; spiritus sanctus de quo nūc tacet manifestabatur satis p̄ opera sua, id est, per varias linguas, per prophetias, per sermonem sapientiæ vel scientiæ &c.

*Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt per exhortationē, qua exhortamur & ipsi à Deo. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Siue autem tribulamur, pro vestra exhortatione & salute: siue consolamur, pro vestra consolatione: siue exhortamur, pro vestra exhortatione & salute, quæ operatur tolerantiam earundem passionum quas & nos patimur, vt spes nostra firma sit pro vobis, scientes quoniam sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis.*

Primum perfectis loquitur de tribulatione, proponens se exemplum patientiæ & consolationis à Deo acceptæ. Et inde se ostendit commendabilem; vnde pseudo apostoli & sequaces eorū reputabant eū vilem ac cōtēptibilem: qui ab omnibus apud quos prædicabat, tā ignominiose tractabatur, & sic omnibus erat inuisus, vt semper contumeliis & tribulationibus afficeretur. Hæc de eo dicebant derogatorēs eius, volentes gloriā eius minuire: sed ipse in his omnibus gloriatur, & inde benedicit Deū, quia hæc pro Christo patitur, & in his nunquam si-

ne consolatione deseritur. Sit, inquit, [benedictus Deus,] qui Christum secundum humanitatem creauit & secundum diuinitatem genuit, atq; ita est de⁹ & pater eius. Sit benedictus deus [ & pater domini nostri Iesu Christi] pro tot & tantis in nos beneficiis suis. Ipse dico, [pater misericordiarū,] quia ex visceribus eius proueniunt in nos misericordie eius, per quas & multitudinem peccatorū nostrorū relaxat, & vt aurū nos in igne tribulationum examinat. [ & Deus totius, id est, integræ cōsolationis,] quia perfectā dat cōsolationem his, qui pro nomine eius aduersa patiuntur, vel qui in luctu pœnitentiæ affliguntur. Hoc & propter Corinthios dicitur, qui correptionis causa fuerat contristati. Multū enim refrigerij dat, quod audiunt deum esse patrē misericordiarū: quia intelligunt se ad hoc correctos, vt ad piū patrem cōuerterentur, qui per multas misericordias multa peccata eorū deleret, & gratiā eis virtutū daret. Cur enim pater misericordiarū vocatur, nisi quia per paternarū misericordiarū viscera recipit filios pœnitentiæ & in antiquā gratiā reducit, vt non sola sit venia, sed & pristini status restauratio? Et ipse est deus totius cōsolationis, qui cōtristatis in pœnitentia dat perfectam consolationē, tribuendo spem nō solū euadendi tormēta, sed & consequendi præmia. [Qui nos] Christi prædicatores [cōsolatur in omni nostra tribulatione,] tam corporis quā animæ. Nō in quadā, sed in omni tribulatione nos consolatur, ne deficiamus. Consolatur nos vel per se nobis apprensus, vel per angelū admonens, vel per scripturas, vel per alios sanctos, vel per occultā inspirationē, vel per tribulationis alleuionē, siue per nostram de tribulatione liberationē. Ita cōsolatur nos, [vt & nos ipsi possimus consolari eos qui in omni pressura sunt] tribulationū pro nomine Christi. vel qui sunt in omni pressura peccatorū, id est, quos premit sarcina criminū. His enim consolationē exhibemus, dum eis spem veniæ pœnitentiæ damus. Cōsolatur nos deus, vt & nos cōsolemur alios, atq; ita neminē suorū relinquit desolatū, & multo magis in futuro remunerat, quos etiam in præsentī non deserit. Eos qui sunt in aduersitatū pressura, possimus consolari exhortādo ad pœnitentiā & tolerantiam [per exhortationē,] qua etiā nos ipsi à deo intus [exhortamur] ad constantiam passionū. Verē consolationem & exhortationem à Deo percipimus, vt & nos aliis solatia ministremus. [Quoniam sicut passiones Christi,] quas ipse prior pertulit & nobis perferendas dereliquit, [abundat in nobis,] qui sumus mēbra eius, [ita, id est, nō minus abundat etiam] [consolatio nostra,] quam Deus nobis intus [per Christum] exhibet. Nam sicut Christus est causa passionum, sic idem ipse est causa & cōsolationum: & ideo nō viliore, sed gloriosiore æstimandi sumus ex eo, quod passionibus Christi communicamus, quas Deus in omnibus aduersis semper ita cōsolatur, vt & alios cōsolari possimus. Nos quidē à prauis hominibus passiones sustinem⁹, & à Deo cōsolationes vel exhortationes accipimus, sed hæc omnia pro vobis fiūt: Quia [siue tribulamur, id est, igne tribulationis exami-



**G**minamur, hoc fit pro [vestra exhortatione &] pro vestra salute: quia nostro exēplo vos hortatur deus ad tolerantiam tribulationū, per quas ad æternam salutē peruenietis: siue cōsolamur [intus à deo, [pro vestra] id fit [cōsolatione, id est, vt vos inde potissimū consolemini. [siue exhortamur] à deo, finitis malis, vel data virtute nobis ad grauiora perferenda, hoc iterū fit [pro vestra exhortatione & salute:] quia & vos Deus sic exhortatur permanere in fide, & pro ea pati maiora quàm pertulistis. quæ scilicet exhortatio operatur, id est, intendit operari in vobis [tolerantiā earundē passionum, quas & nos patimur.] Vel operatur tolerantiam, id est, operatur in hoc, vt seruetis tolerantiam earūdem passionum. Siue pro vna parte legamus intolerantiam, id est, grauem tolerantiam. Nam sicut nonnunquam impotens dicitur valde potens, ita nunc intolerantia potest dici magna tolerantia. Exhortatio igitur quam à Deo per nos accipitis, operatur in vobis intolerantiam, id est, fortē tolerantiam earūdem passionū quas & nos patimur. & ideo hoc fit, [vt spes nostra] quæ est [pro vobis, id est, qua speramus vestram salutem, [firma fit] & rata. Nos patimur aduersa, & de vobis spē bonā habemus, sciētes pro certo [quoniam sicut] nobis [estis] socij passionum, sic eritis] in futuro seculo socij etiam consolationis æternæ, quā percepturi sumus. His verbis multum eos animat Apostolus ad tolerantiam aduersitatum pro Christo. Qui & subiunxit:

*Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. Sed ipsi in nobismet ipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo: qui suscitauit mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit & eruit, in quem speramus quoniam & adhuc eripiet, adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis, vt ex multarum personis facierum, eius quæ in nobis est donationis, per multos gratia agantur pro nobis.*

Maiores exponit aduersitates, quas pro Christo & aliorū salute passus est, vt cum ipse passus sit tātas, discipuli & alij minores non recusent pati quilibet tribulationes, & cōparatione magistri erubescant discipuli suam dolere iniuriā, cum magistrū multo maiora pertulisse cognouerint. Dixi quia nos tribulationes patimur, vt & vos imitemini. Et vere patimur. [Nō enim volumus ignorare vos fratres, id est, vt ignoretis] de tribulatione nostra, [ne fortē doleatis de vestra. Vobis enim proficit eā nosse, quia tunc cognoscetis vos parua pati. Pseudo apostoli suas narrat glorias, nos autē passiones nostras. Nolumus vt ignoretis de tribulatione nostra,

[quæ facta est nobis in Asia] minore, quæ est pars maioris Asiæ, [quoniam supra modum, id est, supra quātitatem omnium præcedentiū tribulationum, [grauati sumus] pondere tribulationis illius [supra virtutem] humanā. Nulla enim virtus humana tantum pondus afflictionis sustinere posset cū vita, nisi humanæ fragilitati vires tribuisset gratia diuina. Et ita magnitudine tribulationū sumus oppressi, [vt tæderet nos] nō solum sustinere, sed [etiam viuere.] Nec solū tædebat nos viuere, [sed ipsi] etiam [responsum mortis habuimus, id est, cū quidā de vita nostra ab aliis quærent, nihil responsum est illis de vita, sed solummodo de morte, quia nullus nobis vitā promissit. Responsum, inquam, mortis habuimus nō tātū in aliis, sed etiam [in nobismet ipsis, id est, quādo rationē nostrā consulimus, nullum nobis remediū nisi mortē promissit. Responsum, id est, certitudinē mortis in nobismet ipsis habuimus, quoniam intima nostra responderūt nobis mortē adesse. Vel responsum mortis habuimus, id est, mors ipsa respondit nobis & docuit nos omne humanū auxiliū defecisse: & ab illo solo sperandum esse remediū, cui etiam mortuos suscitare possibile est. [vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo: qui suscitauit mortuos, qui de tantis periculis eripuit nos.] Tāta insolentia iniquitatis contra fidei prædicatores insurrexit, vt mortuos ante oculos haberent. Denique erepti de tāta pressura, resuscitados se dicūt. Sic enim afflictī fuerant, vt desperaret de præsentī vita. Sed quia Deus præsidia sua non negat in necessitate positus, maxime suis, eripuit illos desperates de semet ipsis, fidentes autē de Deo. Nimia enim pressura deficere se profitebātur, nisi Deus adesset. & hoc est, vt non simus fidentes in nobis, sed in deo: qui suscitauit mortuos, & velut à morte nos suscitauit à pressura tribulationis, qui nos de tātis periculis eripuit, & quotidie nos eruit ab aduersis. [In quē speramus quoniam & adhuc] nos [eripiet, adiuuantibus & vobis] ereptionē nostrā [in oratione] facta [pro nobis, id est, nō solū ceteri fideles nos adiuuant apud Deum vt à malis eripiamur, sed etiam vos orantes pro nobis. Ideo nos eripiet orantibus vobis & aliis, [vt ex personis multarū facierū] ad deū p[er] prædicationē nostrā cōuersis, [agātur p[er] multos] fideles gratiæ Deo [pro nobis:] gratiæ, dico, [eius donationis, id est, liberationis à periculis [quæ in nobis est.] Quoniam gratia Dei eripit nos causa multorū, p[er] quibus & patimur, ideo multi pro nobis gratias Deo referat cū eripimur, vel orent cū patimur. Personæ multarū facierū sunt homines multarū ætatū & qualitātū diuersarum, id est, pueri, adolescētes, iuuenes ac senes ac veterani vtriusque sexus. Et hæ personæ sunt eius donationis quæ in nobis est, id est, per doctrinam nostram factæ sunt participes eius fidei, quam Deus nobis donauit. Ideo ex his personis ad Deum per nos cōuersis, & eius donationis, id est, fidei quæ in nobis est, participibus effectis, agantur per multos credentes gratiæ Deo pro nobis ab aduersitate ereptis. Vel personæ vocantur sancti, qui sunt apud Deū honorabiles & acceptabiles. Et hi sunt multarū facierū, quia in interiori

homine

**A** homine suo habet vnusquisq; eorum suam faciē, per quam à deo cognoscitur. i. intentionem bene agendi: quoniam alius intendit ad hoc, vt alios prædicando instruat, alius vt elemosinas tribuat, alius vt frequenter oret, alius vt orantibus subsidia corporis ministret. Et ita suā faciē .i. suam bonam intentionem habet vnusquisq;. & hæ multarum facierū personæ sunt eius donationis. i. eius gratiæ nobis diuinitus datæ, quæ in nobis est: & idcirco ex his agātur gratiæ deo per multos pro nobis, qui eos fecimus participes donationis nostræ.

*Nam gloria nostra hæc est, testimoniū conscientiæ nostræ, quod in simplicitate cordis & sinceritate dei & nō in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo, abundantius autē ad vos. Non enim alia scribimus vobis quàm quæ legistis & cognouistis. Spero autem quod usque in finem cognoscetis, sicut & cognouistis nos ex parte, qui gloria uestra sumus sicut & vos nostra in die domini nostri Iesu Christi.*

Ideo, inquit, non diffidimus de auxilio Dei, sed speramus quia nos eripiet, quoniam pura est conscientia nostra, & inde gloriamur in oculis eius. Nam gloria nostra hæc est testimoniū scilicet bonum quod perhibet nobis conscientia nostra, quæ testatur nos bono ac simplici animo fecisse quicquid fecimus. Sicut magna pena est impiorum cōscientia, sic magnū gaudiū est piorum conscientia. Nam et si diabolus vel homo peruersus falsas eis criminationes impingere quærat, ipsi tamē coram deo intus gloriāntur ex bonæ conscientie testimoniū. Vndē nūc gloriā suam Apostolus testimoniū cōscientiæ suæ memorat: quia fauores oris alieni nō appetens, vitæ suæ gaudia extra semetipsum ponere ignorat. Ac si dicat: Ideo glorior in tribulationibus, quia cōscientia mea me non reprehendit prædicasse causa lucris vel gloriæ tēporalis, sed testis est mihi, me pio studio vestrā salutē quæsisse. [Nam gloria nostra hæc est, testimoniū cōscientiæ nostræ, quod] scilicet [in simplicitate cordis & sinceritate Dei conuersati sumus in hoc mundo. [Hæc est gloria cōscientiæ nostræ, simplicitas & sinceritas. Simplicitas, quia nihil per duplicitatem fecimus, vt aliud haberemus in corde, aliud in ore, sed totum per simplicem puritatem. Sinceritas, \* quia sine carie, id est, sine corruptione conscientiam habuimus integram. Et hæ sinceritas & simplicitas sunt dei quia sinceriter & simpliciter Deo placere studimus in cūctis quæ gesimus, & in eo simplices ac sinceri fuimus. Pseudo autē apostoli nō simpliciter, sed dupliciter ambulat: quia per hypocritism faciunt quicquid boni facere videtur, & euāgelicæ gratiæ miscēt carnales obseruantias legis. Nec sinceriter, id est, sine carie terebratæ & corruptæ conscientie quicquam

Etymolo.  
gia hæc a  
doctis nō  
recipitur.

faciunt. Nos verò conuersati sumus in simplicitate cordis & sinceritate Dei, [ & non in sapientia carnali,] quæ est voluptates diligere & labores vitare, ac corporis commoda quærere, & hominibus placere, vel secundū naturas rerum & non contra prædicare, [sed gratia dei, id est, in gratia euāgelicæ prædicationis & sanctitatis, cōuersati sumus in hoc mundo, vbi tot mala fiūt, sed] abundantius ad vos] hoc fecimus, quia nihil vnquam à vobis accepimus, cum possemus stipendia sumere de bonis nostris. Pseudo apostoli autem & iuxta mundi sapientiam prædicabant, ne offenderent homines, & quæstus causa prædicabant. Vnde Apostolus nunquam à Corinthiis voluit sumptus accipere, ne his occasiō daret accipiendi. & hoc est quod abundantius ad eos (id est, apud eos) in gratia dei conuersatum se dicit, quia cum ab aliis interdū acceperit, ab his nunquam aliquid sumere voluit, ne sibi autoritatem arguēdi eos minueret.

Verè apud vos abundantius quàm apud alios conuersati sumus in gratia, id est, gratis omnia vobis ministrauimus: quia modò [non alia scribimus vobis quàm] ea [quæ legistis] in epistola priore, & quæ cognouistis in experientia operū nostrorum, id est, nec modo per hæc epistolam à vobis aliquid exigimus, nec per præmissam epistolam aliquid exigimus, nec cum præsentēs essemus, quicquā à vobis suscepimus sicut recognoscitis. Et nō solum nunc istud recognoscitis, sed etiam [spero quod vsque in finem] vitæ nostræ cognoscetis idē de nobis, id est, nos in eodem permanere, vt nihil à vobis sumamus. [sicut & cognouistis nos ex parte] non ex toto: quia & scitis quod abstinuimus, nō tamen scitis quāta dilectione id fecimus. Ideo cognoscetis nos in hoc perseuerare, quia nos [sumus gloria vestra, sicut & vos nostra, id est, per nos gloriam æternam consequi debetis, & nos per vos bene instructos. Quod non esset, si cum offendiculo à vobis acciperemus. Et hæc gloria nobis est futura non in nocte præsentis seculi, sed [in die] & clarificatione [dñi nostri Iesu Christi,] quia ipse manifestabit omnia, & eius voluntati nemo resistet. Tūc & vos glorificabimini, quia bene nobis obedistis: & nos, quia vos bene docuimus. Ideo perseuerare debetis in bonis quæ cœpistis & semper meliorari.

*Et hac confidentia volui prius venire ad vos, vt secundū gratiam haberetis, & per vos trāsire in Macedoniam, & iterū à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæam. Cum ergo hoc voluissem, nunquid leuitate vsus sum? aut quæ cogito, secundum carnem cogito, vt sit apud me, Est & Non?*

Postquam se cōmendabilem ostendit de tribulationibus suis, vnde vilis & abiectus apud quosdam poterat estimari, purgat se etiam de quadam re, de qua mēdax & leuis poterat reputari à quibusdam. In priore enim epistola promiserat se venturum ad eos, cum Macedoniam pertransiret,

**G**ranfret, & apud eos aliquādiu moraturum, & tamen non venit. Et inde, quantum ad reputationem quorundam simpliciter intelligentiū, videri poterat mendax, & instabilis: sicque iam apud eos amittebat firmitatem autoritatis. Vnde se excusat, & multis rationibus ostendit, quia non ideo mendax estimari debet quoniam non venit ad eos, quia non absolute dixit se hoc facturum, sed ait, Si dominus permiserit. Nec est iudicandus mendax, qui dicit falsum quod putat verum: quia quantum in se est, non fallit, sed fallitur: & econtra mentitur, qui dicit verum quod putat falsum: nec est liber à mendacio, qui ore nesciens vera loquitur, sciens autē, voluntate mētur. Vestra, inquit, gloria sumus, & vos nostra. [Et hac confidentia,] qua confido quod sumus inuicem alij gloria aliorum, id est, quia iam emendata est vita vestra, vt sit digna nos glorificare, [volui priusquam] irem in Macedoniā, [venire ad vos, vt] ex aduentu meo [haberetis secundam gratiam,] qui dudum habuistis primam, quando vos ad fidem conuertit, id est, vt haberetis confirmationem, quæ est post fidem. Non est igitur ociosum quia volui venire & non veni. Intelligere enim debetis, esse aliquos inter vos, quorum causā voluntatem meam nō impleui, qui se prius debent corrigere, vt me possint læti suscipere. Volui ad vos venire, quos emendatos desiderabam videre, [ & per vos, id est, vestro ductu] [transire in Macedoniam:] quia licet compendiosius per aliam viam illuc ire possem, vestro tamen amore per vos transire disposui: [ & iterum à Macedonia venire ad vos,] vt multipliciter vos confirmarem, [ & à vobis deduci in Iudæam,] vt ferrem eleemosinā. Et quia hoc volui nec impleui, [ergo cum hoc voluissem, nunquid leuitate vsus sum,] vt non firma ratione, sed mentis leuitate hoc vellem, & eadem leuitate dimitterem? Nequaquam hoc est putandum. Nam leuitatis vitio non succūbo, & idcirco mutabilitatis aura non moueor. Quia non leuitate, sed consilio feci, vt non implerem quod disposueram, nec aliud feci, quā quod faciendum erat: quia vtilitas anteponenda est voluntati, nō voluntas vtilitati, aut, ea [quæ cogito, secundum carnem cogito, id est, more carnalium hominum, qui pro tereno commodo facillē mutant voluntatem suā. Nūquid carnaliter cogito vt pro carnali commodo venire disposuerim, & quia non erat, dimiserim? Non. Qui enim secundū carnē cogitat, tunc non implet quod disposuit, quādo aut amplioribus psonis differt, aut certē lucris aut apparitibus vincitur. Spiritualis autē tunc dispositum non implet, quando prouidentius aliquid pro salute meditat. Sic & ego idcirco non impleui quod voluerā, vt vos per hoc ipsum efficeremini meliores, sciētes me ppterca distulisse, quia quidā adhuc inter vos nō se purificauerāt à peccatis. Nunquid secundū carnē cogito, vt per hoc [sit apud me, Est & Non] id est affirmatio & negatio de eadem re per incōstātiā animi, scilicet vt sit in me duplicitas, & in verbis meis contrarietas. Nequaquam.

(Fidelis autem Deus, quia sermo no-

ster qui fuit apud vos, non est in illo, Est & Non, sed Est, in illo est. Dei enim filius Iesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est, per me & Sylluanum & Timotheum, non fuit in illo Est & Non, sed est in illo fuit. Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo Est. Ideo & per ipsum dicimus, Amen Deo ad gloriam nostram.

Non est in sermone meo cōtrarietas, vt quod affirmavi negem dicēdo Est & Non, sed Deus est fidelis, id est, verax, qui per os meum loquitur, [quia sermo noster qui fuit apud vos, id est, quem loquimur ad vos: vel qui fuit apud vos, id est, quem locuti sumus vobis in cōuersione vestra, dum moraremur apud vos, non est fluctuans & mendaciis permixtus, sed stabilis & verus: quia] [non est in illo Est & Non, id est, ambiguitas & variatio, [sed Est in illo est. i. certa] purē veritatis assertio. Nam quod dixi me venturum ad vos, idcirco distuli, quia nōdum estis bene correcti, vt in aduentu meo possitis lætari: & ideo non in me, sed in vobis remāsit quod non veni: sed semper habui voluntatem veniēdi, & nunquam fuit in me uelle & non uelle, sed est semper in me uelle. Et ita non variatur sermo meus, sed in affirmatiōe sua permanet. Nō est in sermone meo Est & Non. Nam [Dei filius Iesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est, per me & Sylluanum & Timotheum] id est, quem vobis prædicauimus ego & Sylluanus, (id est, Syllas) & Timotheus, non habet in prædicatione sua Est & Non, id est, duplicitem, vt aliquid ibi nunc affirmetur, & nunc negetur: nec fuit vnquam [in illo Est & Non, sed Est in illo fuit, id est, certa affirmatio] consummatæ veritatis. Quod si mendaces essemus, tūc ipse mendax esset, quia hoc tantum prædicamus quod ille docuit. Sed ille nō docuit de eadem re dicere, Est & Non est: quia non fuit in illo, Est & Nō est, ac per hoc nec in nobis. Nō est in illo Est & Non, id est, duplicitas vel falsitas: sed Est in illo fuit, id est, veritas & immutabilitas, sicut Moyse dixit. Ego sum qui sum. Ille enim vere est, qui semper idem ipse est, & immutabilis permanet. Vel in illo est fuit, id est, rata assertio eorum quæ temporaliter in homine gessit. Non fuit in illo Est & Non, sed Est in illo fuit, quia nunquā aliud voluit, quā hoc quod est vtile. Semper enim voluntas eius cum vtilitate est, nec immitatus est vt faceret inuitus sicut homo quod est vtile, aut vt ambigeret de aliquibus & mutaret voluntatem. Vere non est in eo ista varietas, sed imutabilis firmitas: quia [quotquot promissiones Dei sunt, id est, quotquot promissiones per legem & prophetas deus pater fecit, [in illo Est] sunt, id est, essentiam habent in illo, quia omnes adimpletæ sunt, vel adimplentur in illo. Omnes promissiones Dei in illo firmatæ sunt & exhibitæ, quia in illo completum est quicquid pro salute nostra prophetatum est. Et ideo patet quia in sermonibus suis

A suis vel per se vel per alios mendax nō fuit, per quē pater verax apparuit. Et quia Dei promissiones habent in illo esse, id est, cōsistunt, in illo atq; cōplete sunt, [ideo per ipsum] est Amē, id est, veritas deo patri, quia p ipsum verax esse probatur, [ad gloriam nostram] per quos hoc manifestatur. Manifestū est quia semper in Deo veritas est, hoc est, amen, manifestata per Christum, & post per Apostolos prædicata, signorum virtutibus testimonium perhibētibus vera esse per Christum quæ promisit Deus: & est sensus: Omnis veritas promissionum in Christo est, quæ per nos annunciat. Vnde & nos gloriam habemus, quoniam vera dicere cōprobatur. Gloria enim apostolus fuit, magistrū veracem in quo promissiones Dei completæ essent prædicare, & miraculis sua dicta firmare.

Qui autem confirmat nos vobiscū in Christo, & qui vnxit nos, Deus, & qui signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ego autem testem Deū inuoco in animam meam, quod parcens vobis non veni ultra Corinthum. Non quia dominamur fidei vestre, sed adiutores sumus gaudij vestri. Nā fide statis.

Gloriam vestram dixi, non tamen nobis tribuo, sed qui cōfirmat nos, deus est. Vel ita: Nos per Christum dicimus Amē eo, id est, veracem laudamus eū: sed [qui nos in Christo cōfirmat, deus est.] Et ideo totū ab illo est. Sed & nos veraciores inde sumus, quia ipse nos in veritate quæ Christus est, confirmat. Deus est, qui nos cōfirmat in Christo, id est, in vera prædicatione Christi, vt firmus in eo stabiles & firmi, ne vnquā ad verbum falsitatis declinemus. Cōfirmat nos, & hoc vobiscum. Hoc per ironiā dici videtur. Ac si dicatur: Si vobis constat de confirmatione vestra, tunc etiā constat de nostra, qui nō minus quā vos, sumus in Christi veritate confirmati. Magis enim constat de cōfirmatione doctorū, quā de discipulorū, qui per doctores sunt cōfirmati. Vel confirmat nos vobiscum, id est, Iudæos cū gentibus solidat in fide Christi. [ & qui vnxit nos, id est, Christos fecit vnctione sancti spiritus in baptismo. Vnxit nos in reges & sacerdotes, quia reges & sacerdotes vngebantur dū constituerentur,] [ & qui signauit nos,] id est, discreuit nos ab infidelibus signo crucis, quod nostris frōtibus imposuit. [ & dedit in cordibus nostris pignus spiritus,] quādo per impositionē manū accepimus spiritū sanctum in pignus futuræ beatitudinis. Qui enim mortalibus adhuc spiritū suū dedit, dubiū non est quin immortalibus addat gloriam. Ad hoc enim pignus accipimus, vt de promissione quæ nobis fit, certitudinem teneamus. Donum ergo sancti spiritus pignus dicitur, quia per hoc anima nostra ad interioris spei certitudinē roboratur. Donū autē sancti spiritus habet quisquis igne charitatis ardet: & ideo se ad æternā beatitudinē peruenturū, si perseuerauerit, non dubitet. Qui verō necdū gustauit quoniam dul-

cis est dominus, & amorē charitatis non sensit, adhuc sine pignore est, nullā futuræ beatitudinis certitudinē habet. Dixi quia deus nos in Christo qui veritas est, confirmat, vt in veritate firmiter maneamus, nec in eius doctrina quicquā mentiamur. Sed [ego quōd ultra non veni Corinthum,] [nō feci mētiens, sed potius vobis parcens, id est, nolens vos ferire, qui nōdū estis correcti. Et inde] [testem inuoco Deum in animam meam,] vt ipse inspiciat si verum dico, & sit mihi testis: si autem mentior, puniat. Nunc manifestat qua causa, cum voluisset ire ad illos, distulit, scilicet vt tunc iret, quando iam prope omnes emendatos inueniret. Illis enim nunc loquitur, qui videbantur velle se corrigere, sed operam non dabant vt hoc impleverent. Quia ergo corrigere illos necesse erat, iter suum ab illis auertit, ne cōtristaret multos, vel in seditionem verteret aliquos: & ita pepercit illis, vt ipsi sua sponte corrigerentur antequam veniret. Quod vt mentibus eorum commendet, Deum testem dat, ne putent se contēptos ab illo. Quo comperto, vt præsentiam eius mereantur, emendent se. Et hoc est, Parcens (inquit) vobis non veni ultra Corinthum post primam vicem, id est, ultra primam vicem non veni ad vos, ne cōpellerer vos ferire. Et ne indignaretur quasi de dominio, addidit, Dixi Parcens: [non quia dominamur vestre fidei, sed] quia [sumus adiutores gaudij vestri. Fide] enim statis, Ac si diceret: Ideo non dominamur fidei vestre, quia fide statis. Non enim prælati, sed æquales vobis sumus, in quo vos stare cognoscimus. Hoc loco se prælatum ignorat Apostolus. Sed superius cum grauē fornicatoris culpam agnouisset, illico magistrum se esse recoluit dicens: Quid vultis? In virga veniam ad vos? Summus enim locus bene regitur, cum is qui præest, vitiis potius quā fratribus dominatur. Quia ergo fides non necessitatis, sed voluntatis res est, non dominamur, inquit, fidei vestre. Dominatus enim, necessitatis causa est. Non dominamur vestre fidei, quæ coactionē pati non potest: sed sumus adiutores gaudij, quod in emendatione estis habituri, quia vobis emendare volentibus admonitionem ministramus, vt quod cœpistis velle, possitis implere: & bene correcti, cū venero, gaudium habeatis, atque tādē in regno cœlesti gaudeatis. Ideo non dominamur vestre fidei, quia fide statis, quæ per dilectionem operatur, non per dominium cogitur.

## CAPVT II.

Tatui autē hoc ipsum apud me, S ne iterum in tristitia venirem ad vos. Si enim ego cōtristo vos, & quis est qui me lætificet, nisi qui cōtristatur ex me? & hoc ipsum scripsi vobis, vt non cum venero, tristitiam super tristitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere, confidens in omnibus vobis, quia meū gaudium omnium vestrum est.

**G** Nā ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis p̄ multas lachrymas, nō vt cōtristemini, sed vt sciatis quā charitatem habeam abundantius in vobis.

Dixi quia peperci vobis in eo quod non veni, ne opus esset vt vos asperere tractarem. Nec solum retardavi iter meum parcēdo vobis, sed [statui hoc ipsum apud me, id est, decreui i cor de meo, vt nō venire ad vos iterū in tristitia, id est, vt aduētum meū differrē donec essetis correcti, ne veniens contristarer iterū de incorreptione vestra, qui nūc cōtristat de peccatis vestris. Vel qui semel ad vos veni, quādo vos ad fidē conuerti, statui [ne iterū venire ad vos in tristitia, id est, ne vos contristarem corripēdo quosdā cū iterū venire. Ideo statui non venire, ne iterum tristitiam haberē, vel ne iterato aduentu meo vos contristare: quia [si ego] nunc per epistolā [vos cōtristo,] quasi & vos me per peccata cōtristatis, [quis est qui me [cū venero] lātificet, [nisi qui] nūc cōtristatur ad p̄nitentiā [ex me] cōtristato, id est, ex eo quod me suis peccatis contristauit, vel ex me, id est, ex meis verbis. Si ergo nūc in absentia mea vos ad tristitiā & lachrymas p̄nitentiā cōmoueo certus sum quia cum venero, gaudebo. Quis enim est qui me tunc lātificet, nisi qui modo ad p̄nitentiā tristitiā conuertitur ex me quē cōtristauit? Contristari enim debetis, non solē qui peccatis & Deū offendistis, sed etiam quia me magistrū vestrum peccādo cōtristatis. [Et hoc ipsum,] quod nemo me lātificat nisi qui contristatur ex me, [scripsi vobis] nūc, vt hoc sciētes defleatis modō peccata vestra, ne [cum venero, tristitiam super tristitiam habeam, id est, contristat iterum de vobis, sed gaudeam. Siue hoc ipsum, quod parco vobis nō veniens, & quod statui nō venire, in tristitia scripsi vobis, vt interim citō cōuertamini ad luctū p̄nitentiā, ne cū venero, tristitiā habeā de incorreptione vestra, super tristitiā quam habeo de peccatis vestris. Non addatur mihi tristitia de vobis, [de quibus oportuerat me gaudere,] nō solum nūc sed olim quādo me contristastis, & sic grauiter peccastis. Scripsi vobis, & hoc feci [confidens in omnibus vobis,] quod vltra nō habeam tristitiam de vobis, & videte ne frustra confusus sim,] quia gaudium meum est omnium vestrū id est gaudium meum est purificatio vestra, & profectus vester vos ipsos lātificās in domino. Dixi ne tristitiā de vobis habeā super tristitiā pristinā. Nam grauem passus sum tristitiam ex deformitate vestra, quā peccando contraxistis: qui primā epistolā [scripsi vobis ex multa tribulatione & angustia cordis] mei, id est, ex multo dolore multaq; sollicitudine mentis pro vestro casu, scripsi [per multas lachrymas,] quæ foris ostendebant internum animi dolorē. Et scripsi asperē vos reprehendēs, [non vt cōtristemini] ex verbis meis, [sed vt sciatis quā charitatē habeā abundantius in vobis, i. quā magno dilectionis affectu vestrā salutē quæram, cupiēs vos à peccatis eripere & Christo reddere. Quis quis aliq̄ hoc affectu corripit, vt plus illo do-

leat peccatis eius, non vtique vt illū contristet, K corripit, sed vt ostendat illi quo amore diligit eū. Qui autē non hoc affectu corripit, cōtristat fratrem. Insultat enim, qui non condolet fratri.

*Si quis autem contristauit me, non me contristauit, sed ex parte, vt non onerē omnes vos. Sufficit illi qui eiusmodi est, obiurgatio hac quæ fit à pluribus, ita vt è contrario magis donetis & consolemini, ne fortē abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. Propter quod obsecro vos, vt confirmetis in illum charitatem. Ideo enim & scripsi vobis, vt cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis. Cui autem aliquid donastis, & ego. Nā & ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi, vt non circumueniamur à satana. Non enim ignoramus cogitationes eius.*

Ego tristitiā habui. Sed [si quis] peccans [cōtristauit me, non me] solū [contristauit, sed] & vos ipsos [ex parte, id est, quosdā ex vobis, hoc est, bonos & correctos, qui de peccato fratris doluerūt. Ideo dico vos ex parte cōtristatos, vt non onerem omnes vos: id est, vt onus tristitię non omnibus vobis imponam, quia nō omnes sincere iustitiam diligitis, vt pro peccato cōtristari velitis. Hic reprehendit illos, qui de grauissima morte animę fratris nō doluerunt. Potest & ita intelligi: Nō me contristauit ex toto, sed ex parte, vt non onerem omnes vos magnitudine tristitię meę, si ex toto contristatum me dixerō. Ipse me contristauit, & tamen parcite illi, [Sufficit enim illi qui est eiusmodi, id est, qui tā grauiter deliquit,] [obiurgatio hac quæ fit à pluribus. Magnū enim dolorē patitur, qui delictum suū videt à pluribus horreri & argui. Et quia talis facile desperaret, sufficit illi obiurgatio multorū, id est, sufficiens medicina est ad euacuationem culpæ illius sola obiurgatio quæ illum obiurgastis. Et ita sufficit, vt non amplius eum exasperetis, sed magis, id est, potius contrario cōdonetis ei: quia quanto à pluribus est obiurgatus, tanto magis est illi condonandum. Nunc reuocat eum quem satana tradiderat, & ecclesię membris associat. Quod vtique non faceret, nisi processu tēporis dignos in eo p̄nitentię fructūs prauidisset, & nisi caro illius iam pręscriptū interitum pertulisset, peccato scilicet & vitis mortua, vt sic deo viueret. Condonante illi consolamini illum, id est, ita nunc estote prompti ad ignoscēdum & consolandū, sicut tunc fuistis ad obiurgandum & eiiciendū [ne forte qui eiusmodi est, id est, qui sic obiurgatus & abiectus est,] [absorbeatur abundantiori tristitia, id est, mergatur fluctibus immoderata tristitiā, si se diutius viderit à cunctis abiici, & de-

**A** desperans de se, det animum ad mundū fruendum, quasi qui locum apud Deum iam non habeat. Hoc est enim absorberi maiori tristitia, desperantem de se conuerti ad admittenda peccata, quibus grauatus, absorbeatur à morte secunda. Ideo consolamini illum post obiurgationem quoniā p̄nitentia si de vero animo est, id est, si ille qui corripitur, statim animo doleat protinus habet fructū. Et vera p̄nitentia est, iā cessare à peccato. Sic enim probat se resipiscere, & dolore, si de cætero desinat. [Propter quod, id est, ne per nimis asperam correptionē absorbeatur fluctu vehementioris tristitię, & cadat in barathrum desperationis ego qui iu- bere possem,] [obsecro vos,] vt recipiētes eum in cōmuniōne, confirmetis charitatem [vestrā [in illum,] vt firma fiat charitas qua illum diligitis, & affectus vestrę dilectionis firmiter in eum transire probetur per dulcedinem pię cōsolationis. Vel in illo confirmate charitatē eius vestris exhortationibus, quę nunc propter hęc moestitudinem infirma & vacillans est. Et debetis hoc agere. Nam [ideo & scripsi vobis, id est scripto persuadere id studui, vt in hoc [cognoscam experimentū vestrum, id est, cognoscam quale fuit illud quod expertus sum, vos obedisse mihi in eius excommunicatione. hoc probem & sciam vtrū bono an malo animo expulsi sitis eū. Expertus sum enim vos fuisse obedientes in eius abiectione, sed illud experimentum cognoscere volens, scripsi vobis de confirmatione charitatis: quia si nūc in reconciliatione apparueritis charitatiui in eū, tūc cognoscā quod nō odio, sed charitate libēter eū abieciatis. Experimentū vestri volui cognoscere, probās [an in omnibus sitis obedientes, id est, an ita nunc obiederitis in recipiēdo & cōsolādo, sicut obediistis in eiiciendo & obiurgando, vel etiā sicut obediistis emendādo illa quæ ad ecclesiasticum ordinem pertinent. Moneo vos clementes in eū fieri, sed vos iam in cordibus vestris condonastis ei, quoniā vidistis eum asperā egisse p̄nitentiā. & cui vos [aliquid donastis, & ego] illi cōdonastis. Et verē hoc feci sicut & vos. [Nā & ego quod] illi donastis, i. cōdonastis, [si quid] ei donastis, hoc feci [propter vos,] quos super eum pie cōmotos agnouī. Quod tamē de sanctioribus viris intelligitur, non de multitudine carnalium, qui viscera pietatis adhuc non habebāt & ideo monentur ad misericordiam. Propter vos, qui spirituales estis, pie condoluistis ei, & ego cōdonastis illi. Et ne irrita videatur huiusmodi cōdonatio, quæ propter amicos facta est, ego [in persona Christi] hęc feci, id est, acsi ipse Christus illi condonaret. Et hoc feci [vt nō circumueniamur à satana, id est, ne decipiamur ab aduersario, vt per vnus asperā p̄nitentiā quam illi imposuimus, faciat eum desperare. Et debem⁹ artes inimici pręcauere, quia nō ignoramus eius astutias, quibus nos & illum cogitat perdere. Nam consolatio debet subsequi fratrem delictū flentem, ne diu contristatus & cōtemptus à charitate ecclesię, incipiat desperare de se: & vidēs qui semper in insidiis est, subtilis diabolus mentem eius vilē effectum, accedat & suggerat ei, vt vel pręsentib⁹ fruatur qui

qui de spe futuri prēmij deiectus est, & percat D possessus à diabolo, cui ad hoc p̄nitentia data erat, vt cōuersus refirmaret se, Notādū quā studiosē vnitatem cū discipulis seruet Apostolus. Dum enim cognouisset eos super hunc fratrem iam misericorditer motos, quia bene egerat p̄nitentiā, ait: Cui aliquid donastis, & ego Ac si diceret: A bono vestro non dissentio, meū sic quicquid ipsi fecistis. Atque mox subdidit, Et ego si quid donavi, propter vos. Ac si diceret: Vestris actibus bonum addidi, quicquid propter vos misericorditer feci. Vestra ergo est utilitas bonitas mea, mea est utilitas bonitas vestra. Qui ipsam mox compagem cordium, in qua sic tenetur, adiungens, subdidit: In persona Christi. Cui velut si dicere pręsumamus, quare te ita caute discipulis copulas, quare vel te illorū, vel illos tuis actionibus tam sollicitamente conformas, illico subiunxit: Vt non circumueniamur à satana. Ideo enim tanta humilitate volūtati eorū in parcendo se sociat, quia sollicito prouidētię oculo attendit, qđ plerunq; dū alter donat, alter irascitur. & quale est iā misericordię sacrificiū, quod cū discordia proximi offertur? Vnde recte dicitur: Vnde nō circūueniamur à satana, [nō enī ignoramus cogitationes eius.] Quia videlicet inde in alterius corde rixę malum solet immittere, vnde in alterū cōspicit pietatis negocium fecisse. Imperfectum enim bonū est quod sic agitur vt quid ei ex alio latere malum subrepat, nō attendatur, nisi fortē hoc quod sine cuiuspiam scandalo fieri non potest, culpa sit non fecisse. Iure ergo malum discordiæ in bona actione sua pręcauens Apostolus, vt non circumueniamur, inquit, à satana. Qui scilicet solet de bonis mala generare, & hoc quod per charitatem agitur, ad discordiā trahere. Potest hoc & de alio sic intelligi. Dixi vt in prędicto p̄nitentię confirmetis charitatē sed hoc libēter debetis propter me facere, quia ego propter vos similia feci. Quia si alicui reo donastis, id est, condonastis aliquid culpæ, & ego pro vobis similiter feci. Ideoque iustum est vt & vos huic pro me ignoscatis. Nam & ego quod donavi si cui aliquid peccatum donavi, propter vos hoc feci, id est, precibus vestris annuens. Hoc dicto grauatur illos. Quia si magister petētib⁹ donauit discipulis cui volerunt, peccatum, quanto magis obedire debent discipuli magistro, vt ei donent cui rogat ipse? Et vt ratum ei cui donauit, ostenderet apud Deum, ait in persona Christi se donasse quod donauit, id est, vice Christi qui ait, Quorū remisistis peccata remittuntur eis. Si ergo huic pro quo petierunt Apostolum, ipse pro Christo ignouit, quāto magis illi ignoscendū erit, cui vt donet, & ipse hortatur? Donate, inquit, sicut ego donauī, ne per discordiam circumueniamur à satana: quoniā si causā vestri nō donarem, & vos causā mei, iā inter nos discordia fieret, & mutua charitas deperiret, & sic noster aduersarius victor exultaret. Non enim ignoramus, quā callide mala contra nos incessanter exquirat.

*Cū venissem autem Troadem propter euangelium Christi, & ostiū mihi aper-*



**G**rum esset in domino, non habui requiem spiritui meo, eò quòd non inuenerim Titum fratrem meum: sed vale faciens eis, profectus sum in Macedonia. Deo autè gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco: quia Christi bonus odor sumus deo in his qui salui sũt, & in his qui pereunt: aliis quidem odor mortis in mortè, aliis autem odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis tam idoneus? Nò enim sumus, sicut plurimi, adulterantes verbum dei, sed ex synceritate, sicut ex deo, coram deo in Christo loquimur.

Narrat nũc Corinthiis quæ passus sit, & quomodo in cunctis deo gratias agat, vt sub exemplo sui illos prouocet ad certandũ. In Asia, inquit, passus sum grauissimam (vt supra dixi) tribulationem. Sed & [cũ venissem Troadè] nò quieui. Vel ita: Non solum propter prædictas causas non veni, scilicet vt nò veniẽdo parcerẽ vobis, & ne tristitiam super tristitiam haberẽ: sed etiam ideo, quia Titum quẽ miserã ad vos, vt renunciaret mihi si essetis correcti, cũ Troadem venissem non inueni, sicut illic disposueram: ideoq; nihil sciens de correctione vestra, non potui ad vos venire. Sed & aliis graue damnũ in correctio vestra fecit, quoniã Troadensibus parũ proficere sine Tito potui, quẽ vestra in correctio detinebat. Sicut enim vestra culpa fuit quòd non veni Corinthum: sic q̄ non profeci in Troade, dũ apud vos impeditus moraretur Titus, sine quo non poterã ibi proficere.

**I**retur Titus, sine quo non poterã ibi proficere. Et hoc est: Veni (inquit) Troadem, quæ prius Troia vocabatur, vt euangeliũ Christi in Asia prædicarem. Cumque [mihi ostium apertum esset in domino. i. plurimi credidissent, siue per signa atq; virtutes, quæ in me operabatur deus, spes esset fidei nascentis, & in domino succrescentis, [nò habui requiẽ spiritui meo. i. speratam consolationem inuenire non potui eo [q̄ Titum non inuenerim,] sicut ante condixeramus. Ostiũ enim appellatur aditus vel oportunitas prædicandi, siue quia deus aperuit corda eorum quibus ille prædicabat: & vt beatus Hieronymus loquitur, cũ Apostolus haberet sanctarum scientiam scripturarũ, & sermonis diuersarũq; linguarum gratiam possideret, diuinorum sensuum maiestatem non poterat Græci eloquij digno explicare sermone. Habebat ergo Titũ interpretem, sicut beatus Petrus Marcũ. Et ideo contristatus est, quia prædicationis suæ fistulam organũque, per quod Christo caneret, in presenti non inuenerat. Est & alia fortasse probabilior causa, cur Titũ abesse doluerit, quia solus non poterat & fideles instruere, & perstreptibus incredulis repugnare. Quãuis enim quidã eorum aperuissent

corda sua, ad fuscipiendum dei verbũ, impudẽtia tamen infidelium non minima exurgebat in Apostolum zelo credentiũ. Et hæc ab vno impleri non poterant, vt & credẽtes instrueret, & infidelibus resisteret: ideoq; labor erat intolerabilis, cũ deesset solatium Titi. Et idcirco recessit ideo, vale faciẽs eis qui crediderãt, in quorum scilicet cordibus euangelizanti apertũ est ostium. Et hoc est, non habui requiem spiritui meo. i. nò potui satisfacere voluntati meæ, quia ibi sicut sperabã non inueni Titum, qui ibi necessarius erat, quoniam ipse lingua eorum fortassis expressius vti poterat: [sed vale faciẽs eis] qui erant conuersi, [profectus sum in Macedonia,] si fortè vel ibi Titum inuenirem, vt haberem interpretationis euangeliũque solatium. Ergo illuc perrexi, & ibi quoque multa pertuli. Sed [Deo gratias] ago, qui non finit nos deficere, sed semper triumphat nos in Christo, id est, triumphare nos facit. Vel triumphat de nobis, siue triumphũ suum per nos agit. [ & odorem, id est, bonam famam notitiæ suæ per nos vbique spargit. Apostolus multa perpessus aduersã, gratias agit Deo in Christo Iesu, quem gentibus prædicabat quòd dignum se elegerit triumpho filij sui. Triumphus dei est passio martyrum, pro Christi nomine cruoris effusio, & inter tormenta lætitia. Cũ enim quis viderit tanta perseuerãtia stare martyres atq; torqueri, & in suis cruciatibus gloriari, odor notitiæ dei disseminatur in geres, & sibi tacita loquitur cogitatio, quòd nisi verum esset euangeliũ, nunquam sanguine defenderetur. Hoc etiam est deum apostolos triumphare in Christo, victores illos facere in fide Christi, vt calcata perfidia, trophæum habeat fides, dũ ex perfidis fiunt fideles, & maleuoli nò proficiunt in persequẽdo fideles. Odor autem notitiæ dei per signa & prodigia manifestatur, dũ vera esse prædicatione Dei virtutis testimonio cõprobat. Quæ scilicet prædicatione per odorẽ designatur, quia cũ Deus nò videatur per hæc quæ visibiliter operatur, in apostolis esse intelligitur, vt veritas doctrinæ manifestetur. Sicut enim quædam res cũ nò videantur, per odorẽ tamẽ agnoscuntur, ita & Deus qui inuisibilis est, per euangelicã prædicationem voluit agnosci, quæ inuisibiliter ad aures, sicut odor ad nares peruenit. Et notandum quia hucũsque locutus est de suis tribulationibus, & cur Corinthum non venerit. Hinc verò incipit se commendare & pseudo apostolos deprimere. Et quicquid nũc dicit de se, totum ab illis est remouendum. Odorẽ, inquit. i. suauem famam [notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. i. vbicunque prædicamus: [quia sumus odor Christi bonus] & suavis Deo, et si nò ita vobis odor Christi, id est, puritas nostræ conuersationis Christum redolet, & prædicationis nostræ longè latèq; spirat fragrantia. Et sumus odor bonũ [in his qui salui sũt, & in his qui pereunt.] Nam quia homines suo arbitrio derelicti sunt, neq; enim bonum necessitate faciunt, sed voluntate, vt credentes coronã accipiãt, & increduli suppliciis m̄cipiãtur: ideo noster odor, qui per se bonus est, virtute eorũ & vitio qui suscipiũt, siue nò suscipiunt, in vitam

Locus obscurus.

**A** trãsit aut mortè: vt qui crediderint, salui fiãt: & qui nò crediderint, pereant. Nec mirum, cũ & solis radios tã munda loca excipiant quã immũda, & sic in florib; vt in stercore luceãt, nec tamẽ polluantur inde radij solis. Ita & Christi bonus odor, qui nunquã mutari potest nec suã naturã amittere, credẽtibus vita est, incredulis mors. Bonus Christi odor, prædicatione veritatis est. Quẽ odorem in vitam capit, qui euangelio moribus bonis seruit & congruit. Mortẽ dissentit. Quæ cõditio etiã auditoris adstringit, cũ recta prædicatione ab aliis per fidẽ suscipitur in salutẽ. Bonus, iquit, odor sumus, & horũ respectu qui inde saluantur, & horũ qui contẽnentes pereunt, quia bona intẽtione facimus. Siue enim cõsideraueris saluatos prædicatione nostra, siue pditos contẽptu eius, nos tamẽ Deo semper videmur bonus odor, quoniã ipse videt intentionem nostram, id est, quid intẽdamus dũ loquimur, scilicet quia intẽdimus vt oēs auditores salui fiant, non vt aliqui ex illis pereant: & idcirco sumus Deo bonus odor. Sed hominibus [aliis quidẽ] videmur [odor mortis,] quia prædicam; crucẽ, id est, ministri mortis æstimamur: [aliis autem odor vitæ] credimur. i. odor spirans vitam per saluatoris prædicationem. Et vtrisque fit iuxta quòd æstimãt. Nã quibus æstimamur odor mortis, æstimatio hæc vertitur eis in æternã mortẽ: & quibus videmur odor vitæ, fides eorũ ducit eos [in vitam] æternam. Hæc ita Deus per nos operatur. [Et ad hæc quis] est [tam idoneus,] vt intelligat quomodo facit deus miris modis, vt bono odore & boni viuant, & mali moriantur? Paulum apostolum bene agentem, bene viuentem, iustitiam verbo prædicantẽ, opere demonstrantem, doctorẽ mirabilem, fidelẽ dispensatorem, fama vsquequaq; disseminabat. Quidã diligebant, quidã inuidebãt. Illi qui diligebant, bono odore viuebant: illi qui inuidebãt, bono odore peribant. Ideo pereuntibus non malus odor, sed bonus erat. Inde enim magis inuidebãt, quia tã bona gratia præualebat. Nemo enĩ inuidet misero. Erat enim gloriosus in prædicatione verbi Dei, & viuẽs secundũ regulã præceptorum Dei. Et diligebãt eũ, qui in illo diligebant bonũ (quẽ sequebãtur) odorẽ. Alij autẽ quanto magis ei inuidebãt in gloria prædicationis & in vita inculpabili, tãto magis inuidia torquebantur & occidebantur bono odore. Quis enim inuidet gloriosæ famę Christi vel alij cuius sancti, bono odore moritur: qui autẽ diligit eã, bono odore viuunt. Quia ergo difficile est intelligere, qua ratione quis bono odore pereat, vel quia occultis dei iudiciis, quẽ in hac vita ab hominibus cõprehendi non possunt, agitur vt eodẽ bono odore alij viuãt & alij moriãtur, rectè dicitur: Et ad hæc quis tã idoneus? Ac si dicatur: Idonei quidẽ sumus ad hæc considerãda quia fiant, sed idonei nò sumus ad hæc inuestigãda cur fiãt. Quis est tã idoneus ad hæc discutienda, vt inueniat cur ita fiant? Vel quis est tam idoneus ad hæc intelligẽda, vt cognoscat quomodo bonus odor alios vegetat, & alios necat? Id est, quis est idoneus intelligere quã iuste

fiat quòd dominus ait, Ego veni vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant? Ipsa est enim altitudo diuitiarum sapientiæ Dei, qua fa  
cit ex eadem massa, aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Verè (inquit) bonus odor sumus Deo, quia nò sumus adulterantes verbum Dei, id est, falsã illi admiscẽtes, & pro voluptate, non pro gignenda prole semen verbi fundẽtes. Vel contra falsos apostolos & cõtra mercenarios dicit, & ad hæc quis tam idoneus? Id est, ad hæc quæ per vos Deus agit, quis est tã idoneus vt vos? Difficile enim dignus præco virtutũ Christi inueniri potest, qui in annunciandis illis nò suã, sed eius gloriã quærat: nec sua lucra, sed dominica cogitet. Et verè null; præter nos est ad hæc tã idoneus. [Nò enĩ sumus adulterantes verbum Dei, sicut plurimi, id est, sicut pseudo apostoli & mercenarij, qui vel corrupũt admixtionẽ falsitatis sensum diuinę prædicationis, vel ex ea quærunt voluptatẽ lucris carnalis. [sed ex synceritate. i. ex syncera intẽtione, non pro quæstu loquimur, & [sicut ex deo] habẽtes quicquid dicimus, [corã deo loquimur. i. illi soli, & nò hominib;] placere ex nostra loquutione quærimus: & loquimur [in Christo,] nunq; excedẽtes, vt pseudo, qui de legali obseruantia & seculi philosophia cũ euãgelio Christi loquẽbãtur. Adulter in carnali coitu, nò prolẽ, sed voluptatẽ quærit. Et peruersus quisque ac vanã gloriã seruiẽs, rectè adulterare verbũ Dei dicitur: quia per sacrũ eloquium non Deo filios gignere, sed suam scientiam desiderat ostentare. Quẽ enim libido gloriæ ad loquẽdũ trahit, voluptati magis quã generationi operam impendit. Adulterare nanq; verbum Dei, est aut aliter de illo sentire quã est, aut ex eo non spiritales fructus, sed adulterinos fœtus quærere laudis humanę. Ex synceritate verò loqui, est nihil in eloquio extra quòd oportet quærere. Sicut ex Deo autẽ loquitur, qui scit non se à se habere, sed ex Deo accepisse quòd dicit. Corã deo verò loquitur, qui in omni quòd dicit, nò humanos fauores adpetit, sed omnipotẽtis dei præsentia intẽdit: nec suã, sed autoris gloriã requirit. Et in Christo loquitur, cuius sermo tot; in christi veritate persistit vt nec mēdax sit, nec aliud quã Christũ prædicet. Qui autẽ scit quidẽ ex deo se accepisse quòd dicit, & tamẽ dicẽdo propriam gloriã quærit, sicut ex Deo loquitur, sed non corã deo: quia eũ quem cordi suo non proponit, cum prædicat, quasi absentem putat. Sed sancti viri & ex deo loquũtur, & corã deo, quia ab eo se sciunt habere quòd dicũt, & ipsum suis sermonibus adesse iudicẽ auditorẽque considerant. Potest & mysterium trinitatis in huius capituli fine monstrari. Ex deo, id est, ex spiritu sancto, corã deo patre in Christo loquimur.

## CAPVT III.

*Ncipimus iterum nosmetipsos  
I commendare? Aut nunquid ege-  
mus (sicut quidã) cõmendariis  
epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola no-  
stra vos estis, scripta in cordibus nostris,*

**G** *qua scitur & legitur ab omnibus hominibus, manifestati quonia epistola estis Christi, ministrata à nobis & scripta non atramento, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.*

Quia sciebat sinistrè accipere eos suam commendationem etiã in prima epistola, quasi suã gloriam quæreretur, incipit contra opinionẽ eorum loqui. Nam pseudo apostoli hoc in eo reprehendebant, quod se cõmendabat, & quod bona quę deus in eo posuerat, aliis annũciabat, atque inde superbum & inani glorię studentẽ afferebant. Et propterea nũc ipse demonstrat, quod cõmendatio sua nõ ad se commendandũ spectet, sed ad illum solũ, cuius est minister idoneus. & hoc est quod increpantiẽ per interrogationẽ, vel per ironiam dicit: [Incipimus iterum] sicut in prima epistola [commendare nosmetipsos,] non deum? Incipimus quasi semper in hoc noui, nos ipsos rursus commendare, dũ dicimus quia Christi bonus odor sumus, &c. Quasi dicat: Commendamus quidem nos & in hac epistola sicut i prima, sed nõ nosmetipsos: quia in nostra commendatione illum maxime commendamus, ad cuius gloriam cuncta referimus. Nõ ergo carnaliter, sed spiritualiter nos commendamus ad profectum vestrę salutis, vt hoc de nobis credatis quod est: quia qui de bono male sentit, peccat. Et vobis expedit vt nos cognoscatis, qui tũc dicta nostra libenter suscipietis, & sic ad salutem peruenietis. Ac propter ea cõmendatio vobis potius proficit. Nõ enim nos, ppter nos cõmedamus, sicut pseudo apostoli, qui propriã gloriã & propria lucra quærentes, se ipsos cõmendant. [Aut nunquid egeamus commẽdatiis epistolis] misis ab aliis fidelibus [ad vos, aut ex vobis] ad alios, [sicut quidã. i. sicut pseudo, quos nulla propria virtus aut sapientia commendat? Ipsi enim indigēt vt per epistolas commendentur, dum proprii honoris & quæstus causa circueunt ecclesias, non ad tribuendum, sed ad auferendam salutem. Nos vero, quos deus virtute mirabilium operũ & luce sapientię, quocunque pergamus commendat, nõ opus habemus vt per epistolas hominũ alibi commendemur. Nam vos estis epistola & commẽdatio nostra apud homines, hoc est, vstra fides & charitas & omne bonum quod in vobis est, nos reddit commendabiles: quia inde laudamur, quod per nos deus vobis hæc omnia dedit. Epistola enim salutis indicium est. [Epistola nostra vos estis,] in quibus scientia & vita nostra representatur aliis. Epistola nostra, dico, [scripta in cordibus nostris, id est, in memoria nostrę mentis posita, qui vos semper in nostro corde retinemus, & sollicitudinem de salute vestrã semper habemus, dum peccatorũ vestrõrum correctionẽ desideramus, & processum in melius ac perseuerantiam in bono vobis semper optamus. quã scilicet epistola [scitur & legitur ab omnibus hominibus. i. omnes sciunt quod per nos estis

instituti: & legitur. i. in vobis discit nos imitari. Sicq; fit vt scientia & lectioe huius epistolę. i. notitia & cõsideratione bonę cõuersationis vestre, nos efficiamur commendabiles omnibus. Dixi quia estis epistola nostra, vos dico, manifestati omnibus [quonia epistola Christi estis, ministrata à nobis.] Omnibus enim manifestum est, vos Christo per ministerium nostrum credidisse confirmanti doctrinam nostrã per virtutes. Et ita principaliter estis epistola Christi, secundo nostra, quia ipse principaliter vos scripsit, nos secundo, id est, per ministerium nostrum ipse scripsit in vobis fidem, spem & charitatem ac reliqua bona. Vos estis epistola [scripta non atramento, sed spiritu Dei viui. i. quod estis representatio Christi & nostra, firmiter scriptũ est in cordibus nostris, nõ debilitate, vt quod atramento scribitur. Non atramento scriptum est, id est, non ita vt possit deleri, sicut ea quę atramento scribuntur, sed spiritu dei viui, id est, vt æternaliter & viuaciter in cordibus nostris aut vestris permaneat, sicut ille qui scripsit, viuit & æternus est. Quonia eterna sunt quę nobis promissa sunt, idcirco Dei spiritu qui semper est, dicitur scripta hæc epistola. Temporalia autem atramento scribuntur, & quod obliteratur & perdit memoriam. Vel non atramento. i. non tetrus notis est scripta, sicut pseudo scribunt, qui hæreses interserunt, sed luce spiritus sancti. [nõ in tabulis lapideis,] vt antiqua lex [sed i tabulis cordis carnalibus.] Ibi enim in tabulis lapideis digitus dei. i. spiritus sanctus operatus est, hinc in cordibus hominũ. Ibi lex extrinsecus posita est, qua iniusti tererentur: hinc intrinsecus data est, qua iustificarentur. Illud enim extra hominem scribitur, vt eum forinsecus terrificet: hoc in ipso homine, vt eũ intrinsecus iustificet. Carnales vero tabulas cordis dixi, non carnalis prudentiã, sed tanquam viuentis, sensũque habentis, in comparatione lapidis qui sine sensu est. Respexit enim ad illud quod deus per prophetam promiserat, M. Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo cor carneum. Cor nanque carneum à corde lapideo voluit vita sentiente discerni, & per vitam sentientem significauit intelligentem. Nõ ergo propterea dictum est, in tabulis cordis carnalibus vt carnaliter viuatis, qui debetis spiritualiter viuere. Sed quia lapis sine sensu est, cui comparatum est cor durum, cui nisi carni sentienti cor intelligens debuit comparari? quandoquidem ipsum cor lapideum, non significat nisi durissimam voluntatem & aduersus deum omninõ inflexibilem. Iudæi enim in lapideis tabulis legem acceperunt, ad significandam duritiam cordis eorum erga dilectionẽ dei & intelligentiam: quia neque Deum erant amaturi, neq; legẽ ipsam intellectuuri. Per lapideas enim tabulas dura & insensibilia corda eorũ designata sunt. Per tabulas vero cordis, mētes dilatate charitatis latitudine. Vnde & carnales dicuntur. i. molles & sentientes, & affectum dilectionis vel bene agēdi habētes. Caro enim animata sentit, & affectum habet circa illud quod tangit, vt per cor habeamus intellectuũ, & per carnem dilectionis affectum. Itaq; spiritus sanctus scripsit

**A** scripsi epistolam nostram in tabulis cordis carnalibus. i. sic in vobis præcepta sua posuit, vt daret vobis facultatem ad intelligendum, & affectum dilectionis ad complendum.

**Hebr. 4.** *Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.*

Postquam ostendit quare non eget cõmendatiis epistolis, respondet ad illud quod præmiserat, scilicet quia non commendat se ipsum, sed deũ à quo habet omnia. Quasi dicat: Diximus quia deus per nos semper triumphat, & odorẽ notitię suę per nos vbique manifestat, & quia Christi bonus odor sumus Deo. Et quod tam fiducialiter hæc & his similia loquimur, non ad commendationẽ nostram facimus, quasi de nostris viribus gloriantes, & ad nos ista referētes, sed talem ac tantam [fiduciam habemus, id est, referimus] ad deum à quo nobis est datũ quicquid boni habemus. Vel ita cõtinuatur ad proximum, Epistola CHRISTI & nostra estis. Sed fiduciam dicendi talia, non ad nos, sed ad deum referimus. Nam ex puritate conscientię habemus talẽ fiduciam ad deum, id est, confidimus quod ei placet quia sic loquimur: & habemus eam [per CHRISTVM] mediatorẽ, per quem nobis hæc potestas est data. Sed nihil viribus nostris adscribimus. Habemus enim apud Deũ mediatorẽ CHRISTO magnam fiduciam, sed [non] ita [quod simus sufficientes] saltem [cogitare aliquid] boni quod sit [à nobis,] id est, à nostra parte veniens, [quasi ex nobis] initium habens, [sed] potius omnis [sufficientia nostra] ad bene cogitandum & agendum [ex deo] nobis est. Et hinc cognoscimus quia nihil sumus, nisi misericordia & gratia dei regamur. Attendat hæc verba, qui putant ex nobis esse fidei cõceptum, & ex Deo esse fidei supplementum. Quis enim non videat prius esse cogitare quã credere? Nullus quippe credit aliquid, nisi prius cogitauerit esse credendum. Si ergo non sufficimus cogitare boni aliquid ex nobis, pfecto nec credere sufficimus, quod sine cogitatione non possumus: sed sufficientia nostra, quã & credere incipiamus, ex deo est. Cogitantes credimus, cogitantes loquimur, cogitantes agimus quicquid agimus. Quod autem attinet & ad pietatis viam & verum dei cultum nõ sufficimus vel cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis ipsis, sed sufficientia nostra ex Deo. Non enim est ex potestate nostra cor nostrum & cogitationes nostrę. Hęc idcirco loquitur Apostolus, vt ostendat se suosque socios nihil sua virtute vel prudentia facere, cum utiq; tam pauci homines & idiotę nunquam sine dei gratia cooperante totum mundum ad fidem conuertere potuissent. Ob hoc etiã ista præmisit, ne quid sibi arrogare videretur, vbi dicturus erat tanto maius se ministerium suscepisse quã

Moyse, quanto maius est nouum testamētum D quã vetus. Nam subiungit:

*Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu. Litera enim occidit, spiritus autem viuificat.*

Et incipit se nunc alio modo q̃ superius cõmendare, vt & pseudo apostolos deformet, innuens eos esse ministros veteris testamenti, dũ ostendit se ministrum esse noui. Sufficientia nostra ex deo est. [Qui &] intantum [nos] sublimauit, vt [idoneos ministros noui testamenti] nos faceret. i. vt per nos scientiã & vitę perfectione decoros, ministraret aliis nouum testamentum. Nouus enim liquor in vasa noua mittendus erat, vnde sine acredine propinaretur. Testamento dico, existētis [non in litera] tantũ docente, [sed in spiritu] adiuuante, qui per nos à deo tribuitur. Non alia nunc intelligitur litera, quã ipse decalogus i illis duabus tabulis scriptus. Spiritus autẽ intelligi potest lex fidei, quę non scribitur, sed animo continetur. Ideo non in litera, sed in spiritu per nos ministratur nouũ testamētum, quia [litera occidit, spiritus autẽ viuificat.] Litera occidit, dũ facit scienter peccare, & addit præuaricationẽ & magis incitat: sed spiritus viuificat, dum facit implere quę ius fa sunt. Litera enim prohibens peccatum, non viuificat hominem, sed potius occidit augendo concupiscentiam, & iniquitatem præuaricatione cumulando, nisi liberet gratia per legem fidei, quę est in Christo Iesu, cũ diffunditur charitas in corde per spiritũ sanctũ. Nam lex, quãdo non adiuuat gratia, præuaricatores facit, & tantummodo in litera est. Accedat ergo ad literam spiritus, non occidit litera quam viuificat spiritus. Nõ igitur putemus damnatam vel reprehensam esse literam, quia dictum est, Litera occidit. Hoc est enim, Litera reos facit. Nam & hac locutione dictum est, Scientia inflat. Quid est, scientia inflat? Scientia damnata est? Absit. Sed quonia adiunxit, charitas verò ædificat, quomodo & nunc adiunxit, spiritus autem viuificat, dedit intelligi, litera sine spiritu occidit spiritus viuificat & impleri literã facit. Si scientia sine charitate inflat, charitas verò cum scientia ædificat. Itaque litera sola prohibēs malum & imperās bonum occidit animas eorum qui præuaricantur illam. Spiritus autem qui per noui testamenti gratiam est in cordibus fidelium, viuificat in præsentem animas eorum iustificando illas & in futuro corpora quoque cum animabus perpetualiter viuere faciet. Vel litera carnaliter intellecta occidit animã. Cauendum est enim, ne figurata locutio ad literam accipiatur. Cũ enim figurate dictũ sic accipitur, tanquã proprie dictũ sit, carnaliter sapitur, Neque vlla mors animę congruentius appellatur, quã cũ id etiã quod in ea bestiis antecellit, hoc est, intelligentia, carni subiicitur sequendo literam. Qui enim sequitur literam, translata verba sicut

**G**propria tenet: neque illud quod proprio verbo significatur refert ad significationem: sed cum sabbatum audierit, verbi gratia, non intelligit nisi vnum diem de septem, qui continuo volumine repetitur: & cum audierit sacrificiū nō excedit cogitatione illud, quod fieri de victimis pecorum vel terrenis fructibus solet. Ea demū est miserabilis animæ seruitus, signa pro rebus accipere, & supra creaturam corpoream oculus mentis ad hauriendum æternum lumē leuare non posse. Spiritus autem viuificat & liberat, qui intus docet animam, qualiter ea quæ audit, intelligere debeat.

**Exod. 34** *Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita ut nō possent intēdere filij Israël in faciē Moy si propter gloriā vultus eius, quæ euacuatur, quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria.*

**Roma. 7.** Nos (inquit) sumus ministri noui testamenti, & hæc ministratio erit in gloria perēni. Atq; hoc probat per minus, id est, per vetus testamētum quod olim fuit in gloria. Quasi dicat: Nos in spiritu, non litera nouum ministramus, vbi per spiritum viuificantur cultores. [Quod,] id est, sed [si ministratio mortis,] id est, lex cuius litera occidit, fuit in gloria] Moy si ministro suo, [quomodo ministratio spiritus,] id est nouum testamētum quod in spiritu ministratur, & in quo spiritus datur, [nō multo magis erit] vobis [in gloria?] Lex quidem sancta & mandatum iustum & sanctū & bonum. Et tamen quia de ipso bono interficitur inobediēs anima, vbi non adiuuat dei gratia, ministratio mortis facta est lex in veteri testamento propter occidentē literam & ministratio vitæ facta est gratia in nouo propter viuificantem spiritum. Distinguitur ergo lex à gratia, eo quod sub illa elidantur elati, sub ista eriguntur elegi: & quod illa intantum bona fit vt bona iubeat, hæc intantum vt bona conferat: illa iustitiæ faciat auditorē, ista factorē. Et ideo sub illa peccator, insuper etiam præuaricator, amissa excusatione ignorantiæ cōuictus iacet: sub ista verò & parcente & opitulante, nec qui mala est operatus, extinguitur: & vt bona operetur, accenditur. Quid ergo mirū est si illa dicta est ministratio mortis, vbi litera occidit, malū prohibendo quod fit, & bonum imperando quod non fit, ista verò dicta est ministratio spiritus, vtiq; viuificatis, nisi vt à præuaricationis morte surgamus, & iustitiā nō rei legamus in tabulis, sed liberi in cordibus & in moribus habeamus: ad Iudæos enim dicta est lex ministratio mortis, ad quos & in lapidibus scripta est ad eorū duritiā figurandā, nō ad eos qui legē per charitatē implēt. Fuit enim [literis deformata,] id est, euidenter descripta, vt bene posset legi [in lapidibus] duarū tabularū, vt & patēter agnosceretur, & duritiā cordis eorū conuinceret. Et hæc ministratio licet esset mortis

id est, p Moy sen ministrata, quāuis præuaricatoribus esset causa mortis, tamen [ita] ministro Moy si fuit in gloria, [vt filij Israël nō possent] acie visus sui [intendere in faciē] eius [propter gloriā vultus eius,] quā acceperāt ex colloquio domini. Nō poterāt aspicere splendorem vultus eius cū descendisset de monte, portās legem in tabulis quas à domino susceperat, quia & reatus vituli retundebat visum eorū, ne gloriosam iusti faciē manifeste conspicerent. Vbi & significatū est, quia spiritalē sensum legis non erant visuri. Facies enim Moy si splēdida, figurā habebat veritatis. [quæ] figura [euacuatur] per manifestationē veritatis, id est, visibilis gloria legis euacuatur per gloriā euāgelij. Ita enim euacuatur, vt pficiat, sicut infantia euacuatur in iuuetute, & semē in fructu. Euacuatur ergo Moy si gloria, qm omnes vmbra significātes euacuatur, cū res quæ significatur, aduenit. Quædam enim scientia quæ nūc est, euacuabitur, cū venerit illa quæ erit facie ad faciē: sic & ista quæ in vmbra tradita erāt Iudæis in veteri testamēto, necesse fuit euacuari reuelatione noui testamēti. Gloria quā Moy ses habuit, euacuatur nūc in ministris illius legis, ne pseudo apostoli qui carnales eius obseruātiās adhuc prædicāt, gloriæ Moy si participes fiāt. Quādiu enim carnales istæ obseruātiōnes statū habuerunt, ministri earū quandā gloriā & reuerentiam inde habuerunt. At postquā carnali spiritalis obseruātiā succēssit, gloria ministrorū carnaliū euanuit. Sed & in ipso Moy se non semper hæc gloria permanit. Itaque si ministratio mortis fuit Moy si in tanta gloria, quomodo nō multo magis erit nobis in gloria ministratio spiritus, id est, testamētum nouū quod ministramus, in quo fides impetrat spiritum viuificantē? Erit vtiq; nobis in gloria multo magis quā vetus fuit Moy si. Splendor enim in facie Moy si tanquā in facie carnali & mortali diuturnus aut eternus esse non potuit, quia vel morte ablatu est. Splendor autem gloriæ domini nostri Iesu Christi, cuius participes erimus, sempiternus. Nam sicut promissiones testamēti veteris fuerunt tēporales, id est, temporalia bona pollicētes, ita & Moy si gloria temporalis. Et sicut promissiones testamēti noui quod per nos ministratur, sunt æternæ, sic & gloria quā pro ministerio hoc sumus percepturi in Christo, est æterna. Verè ministratio spiritus erit nobis in maxima & perēni gloria. [Nam si ministratio damnationis,] .i. lex quæ damnat præuaricatores vt statim perimantur, non reseruans eos ad poenitentiā, est Moy si [in gloria,] tunc [ministerium iustitiæ,] .i. nouum testamētum quod per nos ministratur, in quo per fidem & spiritū sanctū datur vera iustitia, [multo magis abundat in gloria,] id est, multo abundantiore gloriā dat nobis ministris suis. Illa enim gloria (sicut diximus) temporalis est, hæc autem æterna illa terrena, hæc cælestis. Vel in se ipso habet nouum testamētum maiorem gloriam quā vetus, quia maior gloria est peccatorū iustificare quā damnare. Quāuis enim iuste damnet, tamen ad laudem magis proficit, si indulgeat vt possit se reus corrigere & ad iustitiā resurgere.

Nam

**A** Nam nec glorificatū est, quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriā. Si enim quod euacuatur, per gloriā est, multo magis quod manet, in gloria est.

Verè nouū testamētū habet maiore gloriā. Nam in eius cōparatione gloria Moy si nec gloria est. Et hoc est: [Nā quod claruit:] id est, facies Moy si quæ radiū claritatis emisit vt cornuta videretur, [nec glorificatū est in hac parte,] .i. nec gloriā habuit in hac cōsideratione noui testamēti, [propter excellentē gloriā] quæ ibi est. Nō est glorificatū, quia nō habuit fructum gloriæ. Quando enim gloria vultus eius nulli profuit, sed magis obfuit, licet nō suo, sed peccantiū vitio, tamē in hac parte gloria nō est. Illa autē magis est gloria, quæ abundat in gratia, vt purificati homines dono dei, absterfa mētis caligine, possint videre gloriā Christi. Excellentior enim est noui testamēti gloria, in quo gratia supereminet & misericordia. Et ad cōparationē gloriæ euāgelij obumbratur gloria legis vt nec esse videatur, sicut ortu solis cæcatur lumen lucernæ, quod antea videbatur magnum habere fulgorē. Verè supereminet gloria noui. Quia si vetus testamētum [quod] secundum carnales obseruātiās [euacuatur, est per gloriā] vultus Moy si ministratum & receptū, sine qua nō cōmēdaretur: [multo magis] nouum [quod manet,] id est, cui non succedit aliud, [est in gloria.] Per gloriā enim Moy si est illud, id est, existit suo tēpore authenticum. Sed tamē euacuatur secundū figuras in aduentu perēnis veritatis. Ideo maior est gloria noui quā veteris, quia quantū interest inter figuram & veritatē, tantū distat inter gloriā vultus Moy si & gloriā Christi. Sicut enim in vespere stellæ gloriōsæ sunt, oriente autem sole euacuatur earum claritas: ita & Moy si gloria quæ prius radiabat, euacuatur apparente gloria Christi. Vel ad ministros referenda est gloria noui testamēti. Verè nobis abundat in gloria. Nam quod claruit, id est, facies Moy si quæ in legislatione claruit, nec glorificatū est, id est, nec etiā habuisse gloriā videtur in hac parte, id est, respectu huius nostræ partis, propter excellentem gloriā quam de nouo testamēto habemus & habituri sumus. Siue quod claruit in hac parte prædicta, id est, Moy ses qui clarus & gloriosus apparuit in facie, nec glorificatū est, quantū ad nos, propter excellentem gloriam quæ nobis dabitur. Non hoc de futura Moy si gloria dicitur, sed de illa, quam visus est habere cum descenderet de monte. Verè excellentem gloriam ex hoc ministerio cōsequemur, quia manens est & sine immutatione perduraturū. Nam si illud quod euacuatur, id est, quod secundū vmbra carnalis intelligentiæ vel obseruātiōnis cessat, est in suo tēpore per gloriā Moy si, vel (sicut in antiquis codicibus inuenitur) i gloria fuit, multo magis hoc noui testamēti ministerium, quod sine immutatione manet, est in gloria ministris suis.

**C** Habentes igitur talem spem, multa fiducia viuimus: & non sicut Moy ses

Exod. 34

ponebat velamen super faciem suam, vt non intenderent filij Israël in faciem eius, quod euacuatur. Sed obtusi sunt sensus eorum. Vsq; in hodiernum enim diem id ipsum velamen in lectione veteris testamēti manet non reuelatum, quoniam in Christo euacuatur. Sed vsque in hodiernum diem, cum legitur Moy ses, velamen est positum super cor eorum. Cum autem conuersus fuerit ad dominum, auferetur velamē. Dominus autem spiritus est. Vbi autem spiritus domini, ibi libertas.

Quando quidem ministerium noui testamēti erit nobis in perēni gloria, igitur nos habentes talem spem, id est, sperantes quia ex prædicatione nostra percipiemus æternam & immensam gloriam, [multa fiducia] viuimus in prædicatione, id est, tam constanter prædicamus, vt neq; minis neq; verberibus, nec vllis tormentorū cruciatibus ab annunciatione veritatis taceamus. & nō ita prædicamus, [sicut Moy ses] quādo [ponebat velamē] suum [super faciem suā,] id est, nō celamus sensum nostrum sicut Moy ses, sed apertè dicimus, quia nō prædicam⁹ carnales obseruātiās, sed potius ipsam veritatem & veteris testamēti significationē. Qui enim carnales obseruātiās prædicat, velamen ponit super faciem suam, & velamine literæ sensum interiorē operit. Nos verò faciē nō velamus, quia vobis aspectum splendoris interioris non negamus. sicut Moy ses ponebat velamen carnalium figurarū super faciē suam, id est, super claram dictorum suorū spiritalium intelligentiā: ideo [vt filij Israël non intenderēt in faciē eius,] id est, non inspicerent spiritalem sensum eius, quia non possent sufferre propter suā imbecillitatem & irrēligiositatē. Claritas enim vultus Moy si, veritatem nouæ legis quæ per carnales obseruātiās designata est, significauit. Et sicut Iudæi tantā illam claritatem nō potuerūt pati, nisi mitigaretur eis per oppositionem alicuius velaminis, eodem modo perfectionem vitæ vel intelligentiæ, quæ fuit ibi significata, nō sufferret imbecillitas mentis eorum, si eis ipsa veritas noui testamēti nudata monstraretur. Ideo per velamen carnalium obseruātiōnum & promissionum obumbrata est facies veritatis, quæ tēpore gratiæ fuerat reuelāda. Si enī dicta Moy si spiritualiter intellexissent, infirmitas eorū ad tantam perfectionem nō ascendisset, nec lippiens eorum oculus tantam sapientiæ claritatem sustinisset. Et si ipsa veritas sine velamine, fuisset illis ostensa, tanto dānabiliore essent, quāto maiorem iustitiæ perfectionē cognouissent, cū nihil perfectionis in actione tenuissent. Propterea velamine literæ textit illis Moy ses faciē spiritalis intelligentiæ, ne ad hunc splendorem vultus eius intenderent. [quod] velamen [euacuatur] nunc tēpore gratiæ, vt interna pulchritudo

Ioan. 4.



**G**tudo veritatis quæ latuerat, manifestetur. Sed pseudo apostoli qui carnales obseruantias adhuc prædicant nolunt ut velamen euacuatur, sed ut veritas semper figuris adumbretur, nec vnquam manifestetur. Ideoque suos auditores in vmbra ducunt, non veritatis lucē illis ostendunt. Velamen quidē modo per nostras expositiones euacuatur & remouetur [sed sensus] Iudeorum [sunt obtusi,] id est, hebetati, nec possunt oculis cordis aspiciere fulgorē nudæ veritatis. Quæ obtusio causa infidelitatis accidit. Ideo conuersis ad fidē acuitur acies mentis, ut videant splendorē diuini luminis. Hebetati sunt oculi sensuum illorum, ne lucem spiritalem videant. Nā [vsq; in hodiernum diē,] cum iam manifestata veritas vbique refulget [id ipsum velamen] carnalis intelligentiæ [manet in lectione veteris testamenti:] quia cū audiunt legi scripturam illam, non intelligunt, nisi quod litera foris carnaliter sonat, & ita celatur eis sensus interiorū. Vnde & Moyse cū ad eos loqueretur, faciē velabat, significans quia populus ille verba quidem legis cognosceret, sed eiusdē legis claritatē omnino non videret. Facies enim Moyse splendida, sicut dictū est, figuram habebat veritatis. Facies Moyse Christū designabat. Sonabat vox Moyse per velū, & facies Moyse non apparebat. Sic & modo Iudæis sonat vox Christi per vocem scripturarum veterū. Vocē loquentis audiunt, & faciē eius non vident. Personā eius gerebat Moyse, & ideo velū ante se ponebat quādo loquebatur populo. Id ipsum ergo velamen vsq; hodie manet in lectione veteris testamenti, quia quādiu in lege carnalia gaudia & voluptates & terrena bona promitti intelligunt, velamen est positum contra faciem cordis eorum, ne videāt in scripturis Christum. Id ipsum velamen quod Moyse posuit, manet adhuc in illa lectione: quia & nunc sicut ante saluatoris aduētū, abscondit eis sensum spiritalem superficies literæ carnaliter intellecta. Velamen dico, [non reuelatū] eis esse velamen quia neq; hoc sciunt quod sit velamē, id est, neque vel hoc animaduertunt, quod illa literalis superficies sit velamētum alicuius occulti sensus quem velet intra se. Nihil enim ibi putant debere intelligi, nisi quod litera carnaliter sonat. Nec mirū si velamen adhuc eis manet, ita ut nec intelligāt hoc esse velamē absconditē pulchritudinis, quoniam in Christo, id est, in fide Christi solūmodo] euacuatur. ] Euacuatur nanq; in Christo non vetus testamentū, sed velamen eius, ut per Christum intelligatur & quasi denudetur, quod sine Christo obscurū atque adopertum est. His quidē qui sunt in Christo, euacuatur velamē. [Sed super cor eorū] qui in infidelitate perdurāt, [est vsq; hodie velamē positum, id est, cæcitas deprimēs rationem eorum,] cum legitur Moyse, [quia totum carnaliter intelligunt, nec ad spiritalem sensum propter nebulam cæcitatē, quam in corde portāt, aspiciere possunt. Et ita duo illis obsunt, ne intelligant, id est, velamen lectionis & velamen cordis. Sed [cum] aliquis eorum [fuerit ad dominum] Iesum [conuersus,] mox [auferetur ei velamen]. Velamen enim auferitur, quando similitudinis & allegoriæ cooperimento ablato,

veritas nudatur ut possit videri. Velamen quippe auferri, est carnalem scientiam legis euacuare. Conuersi nanque intentione mutatur de veteri ad nouū testamentum, ut non iam intendat accipere carnalem, sed spiritalem felicitatem, id est, ab intentione qua expectabatur in regno terreno beatitudo vmbra & carnalis, ad intentionem qua expectatur in regno cælesti beatitudo verissima & spiritalis. Et sic auferitur velamen, quo tegebantur vtilia legis arcana, dum ab eo qui venit ad Christum, tollitur insipientia & ignorantia nebula. Sed quid mirū? [Dominus [enim] est spiritus,] id est, spiritus sanctus dominus, hoc est, suæ potestatis, valens perficere quod vult. Ac per hoc quos vult, illuminat: & quos vult, in tenebris ignorantia deserit. Tanquam proprie videtur filius vocari dominus. Sed & spiritus sanctus hoc loco dominus vocatur, cum dicit Apostolus: Dominus autē spiritus est. Ne enim quisquam arbitraretur filium significatum, & propter incorporea substantiam dictum spiritum, sequutus contextur: [Vbi autem spiritus domini libertas.] Dominus ergo est, id est, nihil seruitutis habens, sed imperiali potentia omnibus dominans spiritus sanctus. Et ideo sicut dominus auferit velamen antiquæ seruitutis ab his qui cōuertuntur. Ipse spiritus, est dominus. Sed vbicunq; est spiritus domini, id est, idem spiritus sanctus qui est spiritus filij, vbi est mentis libertas, ut remoto seruili velamine, possit libere mens veritatem inspicere. Nam quia iste spiritus est dominus, & est spiritus domini, ideo per hunc dominus Iesus dedit libertatis legem, non literis vtique scriptam, sed per fidem animis intimatam, non quæ visibilia doceat, sed quæ inuisibilia credi suadeat, quæ animus spiritaliter colligat, non quæ oculus corporaliter cernat. Sicque per hūc spiritum auferitur velamen carnalis intelligentiæ quod est seruitutis, & dono spiritalis intelligentiæ tribuitur gratia libertatis. Sed & in actio ne semper est libertas, vbicunq; spiritus iste habitat: quia facit bonū operari nō timore pænæ, sed amore iustitiæ. Ignorat enim mens gratiam libertatis, quā ligat seruitus timoris. Nam qui iccirco bona facit, quia tormentorum mala metuit, vult non esse quod metuat, ut audenter illicita committat. Sed cum iste spiritus charitatem vbicunq; manserit infundat, charitas verò seruilem timorem foris mittat, patet quia in quacunque mente spiritus vitæ fuerit, ibi mox libertas regnum obtinebit. Origines, quia nūc sermo Apostoli ad subtiliorē & spiritalem intelligentiā prouocat auditores, & vult eos nihil carnale in lege sentire: dicit, Qui vult auferri velamē de corde suo, cōuertatur ad dominū, non quasi ad carnē dominum: est enim & hoc quia verbū caro factū est, sed ad spiritū dominū. Si enim quasi ad spiritum dominū conuertatur, de carnalibus ad spiritalia veniet, & ad libertatē de seruitute transibit, vbi enim spiritus domini, ibi libertas. His ergo qui de carnali ad spiritalem intelligentiā prouocantur dicitur, dominus autem spiritus est, vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Potest & sic intelligi. Cum quis eorum fuerit conuersus ad dominū, qui

**A** qui est pater & filius & spiritus sanctus, auferetur ei velamē carnalis intelligentiæ. Ipse cōuertetur de carnalitate ad dominū, qui est (ut diximus) indiuidua trinitas. Sed dominus ad quem cōuertetur, est spiritus, id est, incorporeus, sicut in euangelio dicitur de tota hac trinitate: Spiritus est deus, & eos qui adorant eū, in spiritu & veritate oportet adorare. Similiter & hūc dicitur quia dominus est spiritus, ut animaduertam quia quisquis ad eū intentionē animi cōuertit, ut intelligat eum, in spiritu & veritate oportet intelligere, nō in carne & vmbra, sicut volunt facere qui tenentur sub lege. Dominus est spiritus, & spiritaliter debet intelligi, atque spiritaliter dat intelligentiam. Sed vbi fuerit spiritus domini, id est, spiritalis gratia charitatis, ibi libertas est & recte intelligendi & recte faciendi.

**Nos verò omnes reuelata facie gloriæ domini speculantes, in eandē imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à domini spiritu.**

Illi quidem, quia nō conuersi sunt ad dominum, qui spiritus est, habent velamē super cor. Sed [nos omnes,] qui libertatem consequuti sumus per spiritū domini, [reuelata facie] cordis nostri, id est, ab omni velamēto erroris detesta mentis intentione, [gloriæ domini] sumus [speculantes,] id est, per speculum intuentes. Speculantes, enim dictum est per speculum videntes, nō de specula prospicientes. Quod in græca lingua non est ambiguum. In speculo autem non nisi imago cernitur. Et nos qui sumus imago dei, speculamur, id est, per speculū, hoc est, per hanc imaginē suā videmus gloriā domini. Dū enim diligenter nos ipsos acumine rationis consideramus, ad visionē gloriæ eius cuius imago sumus, quodāmodo penetramus, & [in eandem imaginem] dei, per quam speculamur, [transformamur,] id est, trāsmutamur ad hoc, ut perfecte simus imago dei. Transformamur, id est, de forma in formā mutamur, atq; transimus de forma obscura in formā lucidam. Quia & ipsa obscura imago dei est. Cū enim natura humana à creatore suo cuius est imago, ab impietate iustificatur, à deformi forma, formosam transformatur in formā. Et transformatur [à claritate] creationis [in claritatem] iustificationis. Atque transformamur [tanquam à spiritu domini,] id est, tanquam illi quos spiritus domini transformat, & per gratiā suā in melius transmutat. Cū ergo hac transformatione ad perfectum fuerit hæc imago renouata, similes deo erimus, quoniam videbimus eum nō per speculum, sed sicuti est. Vel quia speculatio solet dici contēplatio, possumus & ita intelligere: Nos omnes reuelata cordis facie à legis velamine, quod est vmbra futurorū, gloriā domini speculantes, id est, per fidem contēplantes, transformamur, id est, quotidiano profectu transmutamur, in eandem imaginem, id est, in eandem similitudinem gloriæ domini, quam contēplamur, ut post mortalitatis huius tenebras, ad plenum inueniamur similes gloriæ eius. Scimus enim quia cum apparuerit, similes ei erimus. Transformamur autē

à claritate in claritatē, id est, euntes ab vna clara cognitione in aliam. A claritate fidei in claritatem speciei: à claritate qua filij dei sumus, in claritatem qua similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et ita ducimur à claritate in claritatem tanquam à domini spiritu, quia tanta nobis claritas datur, quæ sublimitati congruat dantis. Tantum enim claritatis vel gloriæ nobis dabitur, quantum dignum est dare dominum per spiritum suum.

## CAPVT III.

**Deo habentes hanc administrationem, iuxta quod misericordiā consequuti sumus, non deficiamus, sed abdicamus occulta dedecoris, nō ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum dei, sed in manifestatione veritatis, commendantes nosmetipsos ad omnem consciētiam hominum corā deo.**

Hinc ergo conicere debemus quāto maiora nobis quā Iudæis superna clementia gratiæ suæ dona contulerit. Iudæi enim cū minor esset gloria vultus Moyse, eam speculari nō poterāt: nos verò nō Moyse gloriā quæ inferior est, sed excellentē saluatoris gloriā visuros nos credimus. Iudæi gloriā serui non meruerūt videre, nos autē omnium domini gloriā sumus visuri. [Et ideo] nos [habentes hanc] domini [administrationem,] quæ nos ad tantā promouet gloriā, & habentes eam [iuxta quod misericordiā consequuti sumus, id est, habentes eam nō ex meritis: sed ex dei misericordia, quæ nos abluuit & iustificauit & ministros suos fecit,] nō deficiamus [in pressuris propter spē gloriæ quæ expectamus, nec minoratur in nobis animi fortitudo, sed inter aduersa cōstanter adimplemus officium nostrę ministrationis. Non deficiamus pro aliquibus aduersis,] sed abdicamus, id est, abnegamus & procul à nobis remouemus [occulta dedecoris, id est, occultos actus nequitia, qui dedecus & opprobrium generant, & idcirco fiunt in abscondito, ne in publico dedecus suis operariis inferant. Omnis enim qui male agit,] odit lucē. Et quæ in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere. Hæc sunt occulta dedecoris, quæ prorsus abdicamus. Vel occulta dedecoris sunt, cogitationes alicuius turpis actionis, siue ea quæ prauo sensu quis meditatur ad prædicandū vt auditores fallat. Ad dedecus enim & deformationē eius proficit, qui subdola mētē con fingit doctrinā ad decipiendū corda simpliciorū. Hæc contra pseudo apostolos dicuntur, qui nō habebant reuelatā faciem, nec testamenti noui ministrationem: & si tribulatio illis accidisset, mox deficiebant. Et licet exterius faciē religionis ostenderent, interius tamē occulta dedecoris nō abdicabant, sed turpia in suis cogitationibus voluebant, & in secretis locis perpetrabāt. Nec sumus, inquit, [ambulantes in astutia,] id est, hypocrisis, sicut prædicti pseudo apostoli, qui

Ioan. 4.

Ioan. 4.

I

C

I. Ioan. 3.

Hebr. 10.

I. Ioan. 3.

Ioan. 3. Ephe. 5.

22. m. 11.

**G**li, qui videntur humiles & religiosi coram hominibus. In astutia enim ambulant, dū occulta sua non detegunt: sed imaginē sanctitatis ostēdunt, dum nihil accipiunt, sed famulis suis totū dari permittunt, per quos ad vsum suū omnia reditura sciunt. [neque] sumus [adulterantes verbum dei] sicut illi. i. non prædicamus propter delectationē humane laudis vel terreni lucrī, nec admixtione falsitatis veritatem corrūpimus. Hæc peruersa non agimus. [sed] sumus [commendantes nosmetipsos in manifestatione veritatis,] quia manifestamus veritatē, quæ fuerat operta velamine Moyfi, & ita commendabiles reddimus nosmetipsos sine comparatione aduersariorum. Hoc est dicere: Veritas quā manifestamus, nos ipsos efficit commendabiles. Et hoc [ad omnē cōscientiam hominū,] vt consciētia eorū qui rationabiliter intelligūt, nouerit nos libenter à cūctis debere suscipi, qui tam euidenter aperimus veritatē. Et commendatio ista fit [corā deo] ad laudem & placitum eius, quia ad hoc nos commendamus hominibus vt videant opera nostra bona, & glorificēt non nos, sed patrē nostrum qui in cælis est. Vel coram deo id agimus, quia ipse testis est nos manifestare purā veritatē, cuius oculos nihil latet.

Matth. 15.

*Quod si etiam opertum est euāgelium nostrum, in his qui pereunt, est opertum, in quibus deus huius seculi excæcavit mentes infidelium, vt non fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Christi, qui est imago dei.*

Nos quidem reuelata facie prædicamus & veritatē manifestamus. [Quod,] id est, sed [si etiā opertum est euāgelium nostrum, in his qui pereunt, est opertum,] nō in his qui salui fiunt. In fideles enim vel pseudo apostoli prædicationē nostram non intelligunt, fideles autem deo reuelante cognoscunt & intelligunt. Increduli verō qui in perditionem tendunt, ea quæ dicimus videre non possunt quia velamen erroris & ignorantia est super cor eorum. In his qui pereunt, id est, in corde eorum est opertum velamine cæcitatē ipsorum, euāgelium nostræ prædicationis. In quibus peruntibus [deus excæcavit mentes infidelium huius seculi.] Deus excæcavit mentes infidelium, qui & filium suū misit dicentem, In iudicium veni, vt qui nō vident, videant, & qui vident, cæci fiant. Excæcavit autem non malitia, sed astutia. Non enim est iniquitas apud eum, cui dicitur: Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Illuminat ergo misericordia, excæcat iudicio vtique æquissimo, et si occultissimo. Præcedit enim aliquid occultum in occultis, vbi ipse agat iustissimum examen iudicij sui, vt quorundam mentes excæcentur, & quorundam illuminentur, cui verissime dictum est: Iudicia tua abyssi multa. Deus itaque iustus mentes infidelium huius seculi excæcavit, id est, ex toto cæcavit. Erant enim in Adam quodammodo cæcatæ, sed non ita, quin si vellent, creatorem suum intueri possent. Quia verō noluerunt,

Ioan. 9.

Psal. 100.

Psal. 35.

excæcavit eas deus, quando lucem spiritus sancti præsentem subtraxit eis, & splendorem suæ visionis occultavit. Sic excæcavit mentes eorū propter infidelitatē. Ac si diceret eis: Nisi credideritis, non intelligetis. Et erant huius seculi, id est, non pertinebant ad aliud seculum, vbi est perpetua lux & felicitas. Vel deus huius seculi excæcavit mētes infidelium. Idcirco enim deus quæ prædicant apostoli, dicitur deus huius seculi, ne in hoc seculo vbi tot mala fiunt, putaretur aliquis alius deus esse. Nō solum enim inuisibiles creaturas, sed etiam hoc visibile seculum regit deus noster, nullusq; deus est præter eum, qui & prauorum malitia bene vitatur. Qui ad hoc excæcavit mentes infidelium, [vt non fulgeat eis illuminatio euangelij,] id est, vt non videant fulgorem euangelij, quod illuminat mentes credentium, nec appareat eis quod euāgelium sit lux, qua fideles illustrantur. Euāgelij dico [gloriæ Christi,] quia ibi prædicatur excellentia diuinitatis, & gloria resurrectionis eius quam nolunt infideles audire. Nam prædicationē contumeliæ passionis eius libenter audiunt. Prædicationem verō gloriæ resurrectionis & diuinitatis eius veram esse non credunt. Et hoc est quod non fulget eis illuminatio euangelij gloriæ Christi. [Qui est imago dei,] id est, omnino per omnia similis patri, sicut ipse dicit: Qui videt me, videt & patrem. Nam qualis est iste, talis est ille. Quātus est ille tātus & iste. Sicut ille caret initio, sic & iste. Sicut ille est æternus & incōmutabilis, sic & iste. Sicut ille deus, sic & iste. Sicut ille creator, sic & iste. Sicut ille scit omnia & potest, sic & iste. Et quod est ille, hoc & iste. Quia ergo iste de illo est, & consubstantialis atque cōæternus & cōæqualis est illi ac per omnia similis, recte vocatur eius imago. Et hanc illius gloriā prædicat euāgelium, cuius illuminatio fulget mētibus credentium, incredulis autem iusto dei iudicio absconditur. Qui enim oculos ad lucem claudunt, iustum est vt eis lux occultetur.

Isai. 7. scundum septuaginta.

Ioan. 14.

Ipe. 4.

Gene. 1.

*Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christū dominū nostrum, nos autem seruos vestros per Iesum. Quoniā deus qui dixit de tenebris lucē splendescere, qui illuxit in cordibus nostris ad illuminationē scientiæ claritatis dei in facie Christi Iesu. Habemus autem thesaurū in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis dei, & non ex nobis.*

Gene. 1.

Neque euāgelium adulteramus, neque nos ipsos commendamus in manifestatione veritatis. Quia [non prædicamus nos ipsos, sed Iesum Christum,] id est, prædicatio nostra non tendit ad gloriā nostram vel lucra, sed ad Christi gloriā, qui est saluator & rex suorum, & cuius domino libenter subiicimur. Non gloriā nostram, sicut pseudo apostoli confueuerunt, denunciamus, ne quis nos dicat propter nos ipsos euāgelizare, vt gloriosi appareamus, & quæ

stum

**A**stum nobis de rebus vestris faciamus. Qui enim propria cōmoda quærit, non Christum prædicat, sed se, sicut illi qui suo vētri deseruiunt. Iesum prædicamus [dominum nostrum] esse. Sed [nos] esse dicimus [seruos,] id est, ministros [vestros per Iesum,] qui nobis præcepit vt vobis seruiremus in ministerio prædicationis. Cū simus ministri, dicimus nos propter humilitatē seruos, vt appareat quia non ad gloriā nostrā prædicamus euāgelium, sed ad claritatē Christi: cui obedimus, dū vobis in ministerio verbi seruiamus, nō propter vestrum meritū, sed propter domini præceptum. Nos (inquam) per Iesum hoc facimus, vt vobis in ministerio prædicationis seruiamus, quia & deus per eum maiora fecit nobis. [Quoniā deus qui] in mundi cōstitutione [dixit .i. verbo suo (quod est filius eius) fecit] [de tenebris lucē splendescere,] quando dixit, Fiat lux, & facta est lux, ipse est [qui illuxit in cordibus nostris.] Et qui tunc per verbum suum in mundo corporalem fecit lucē, ipse nūc per idē verbum in nobis spiritalem dedit lucē. Nō sine initio semper fuerūt tenebræ, sed cœperunt esse, ex quo confusa moles cæli esse cœpit ac terræ, antequā lux ista esset facta, qua illuminaretur quod sine luce fuerat tenebrosum. Quid autē inconueniens, si mundanæ materiæ fuerant tenebrosa primordia, vt accedente luce melius, quod factum est, videretur, & tanquam proficiētis, quod postea futurū erat, hoc modo significaretur affectio? Nā sicut suū de tenebris lux visibilis initium sumpsit, ita post tunc lux inuisibilis, cui dictum est, Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autē lux in domino. Et quis hoc fecit, nisi ille qui cū tenebræ essent super abyſsum, dixit, Fiat lux, & facta est lux? Deus ergo est qui in separatione elementorū dixit .i. verbo suo fecit de tenebris lucē splendescere, qui illuxit, id est, lumē quod ipse est lucere fecit in cordibus nostris, [ad illuminationē scientiæ claritatis dei,] id est, ad hoc, vt illuminem⁹ alios per scientiā quam habemus de claritate dei. Hęc est enim scientia claritatis eius, qua scimus ipsum esse lumen quo tenebræ nostræ illuminantur, vt qui aliquando fuimus increduli in ignorantia, id est, in tenebris, nunc exhibeamus lumen aliis. Quod enim de tenebris lucē fecit, hoc significauit, quia eos qui in regione dissimilitudinis per ignorantia abierant, & in tenebris positi erant, illos illuminaret, illis verbū prædicationis cōmitteret, & ita de tenebris lucē splendescere faceret. Illuxit ergo in cordibus nostris, vt & nos luceamus vobis, ad hoc vt percipiatis illuminationē scientiæ claritatis dei [in facie .i. in cognitione] [Christi Iesu,] quia p facie vnusquisq; cognoscitur. Ipse nostris mentibus illuxit. Sed hunc [thesaurū] diuitiarū æternæ sapientiæ [habemus in vasis fictilibus, id est, in corporibus terrenis & fragilibus. Thesaurus iste est sacramentū dei in Christo, quod fidelibus erogatur, incredulis autē absconditur. Hunc thesaurum quo alios ditamus, & quo signa frequenter operamur, habemus in vasis fictilibus, id est, in terrenis corporibus, per quæ ipsi nos infirmamur, qui sanitatē aliis læpe cōferimus, [vt sublimitas] mirabilium operū nostrorum & prædi-

cationis [sit virtutis dei, & non ex nobis, id est, D appareat esse ex dei virtute, & nō ex nostris viribus. Quod non ita pateſceret, si thesaurus iste angelis ad erogandum cōmissus fuisset. Et idcirco infirmis hominibus est commissus ad dispensandum aliis, vt huius thesauri sublimitas, id est, tanta sapientia, tanta eloquentia, tanta miraculorū ostēſio tāta in tribulationibus cōstantia, intelligatur esse virtutis dei, & nō ex nobis. Fictilia vasa significant naturæ humanæ infirmitatem, quæ nihil potest, nisi à Deo acceperit virtutem, vt ad laudem suam deus per infirma vasa se prædicet, vt gloria illi detur, non homini, qui ex luto fictus est.

Gene. 2.

*In omnibus tribulationē patimur, sed nō angustiamur. Aporiamur, sed nō destituimur. Persequutionē patimur, sed nō derelinquimur. Humiliamur, sed nō confundimur. Deiicimur, sed nō perimus.*

Inde probatur nos esse idoneos ad illuminationē aliorū, & ad erogationē diuini thesauri, quia [in omnibus] locis, vel in omnibus modis [tribulationē patimur, sed nō] in animo [angustiamur .i. non tantū opprimimur, vt pusillanimes effecti cedamus. In omnibus tribulationū modis affligimur, quoniam vincula, carceres & verbera & cætera tribulationū genera in corporibus nostris sustinemus. Sed nō angustiamur, imō dilatamur ampliori latitudine cordis, vt intus regnet charitas, & spatietur animæ libertas, apud se habēs thesauri cælestis diuitias, quibus & aliorū ditet inopia. [Aporiamur, id est, inopia patimur. Quia *inopia* græcè, dicitur facultas, abundantia, & verō priuatiuum est. Aporiamur .i. sine lucro efficimur. Aporia nāq; est spoliatio omnium bonorū. Aporiamur ergo .i. bonis corporalibus priuamur, [sed nō destituimur,] deo necessaria nobis ministrante. Vel aporiamur .i. laborando sudamus. Nā poros vocamus foramina, p quæ sudor exit. Et inde aporiat⁹ .i. sudans appellatur. Aporiamur ergo .i. in labore tribulationū desudamus, sed non destituimur à deo, qui nos cōfortat ne deficiamus. Siue aporiamur .i. quasi sine poris efficimur, hoc est, sine sudore, dum velut frigore constringimur egestatis necessitate. Sed nō destituimur à thesauro cælesti, quæ habem⁹ in vasis fictilibus. [Persequutionem patimur, id est, de loco ad locum fugamur, sed non derelinquimur in manus inimicorū, ne satis faciant sibi de nobis. [Deiicimur .i. verberibus prosternimur, sed nō perim⁹ .i. nō mortificamur. Vel nō perim⁹ .i. à cōfessio ne veritatis & prædicatione nō cessamus. Tūc enī fieret nostrū perire, si sicut habēt dominium in carne, dominaretur & prædicationi nostræ.

Hic videtur aliquid deesse.

*Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum, vt & vita Iesu manifestetur in*

carne

## II. AD CORINTHIOS

**G** carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis.

Quid per singula numeraremus ea quæ pati mur? Quia [semper] sumus [circumferentes,] id est, exterius & in aperto feretes, & ad exemplum aliis ostendentes [in corpore nostro mortificationem Iesu, id est, quam Iesus pro nobis sustinuit, & nobis sustinendam reliquit. Hanc in nostro corpore semper circumferimus, quoniam ad eius imitationem assidue carnem mortificamus, vt & aliis exemplum abstinentiæ præbeamus. Quod ideo faciamus, [vt & vita Iesu,] sicut nunc mortificatio, id est, vt gloriosa immortalitas resurrectionis manifestetur omnibus etiam inimicis [in corporibus nostris.] Ecce quo modo circumferimus mortificationem Iesu. Quia videlicet [nos qui] per obseruationem iustitiæ intus [viuimus, semp tradimur in mortem, id est, in pericula mortis] [propter Iesum,] quem prædicamus, vel nos qui viuimus, semper tradimur in mortem, id est, cum præsentem vitam habeamus & viuere [possimus, nunquam recusamus in mortem tradi propter dominum nostrum Iesum. Et hoc ideo, [vt & vita Iesu, id est, quam ipse iam habet ex quo resurrexit, manifestetur cunctis] [in nostra carne,] quæ nunc est mortalis. Et quia mortificationem in nostro exteriori homine circumferimus, nec in mortem propter nomen eius tradi recusamus, vt & vitæ eius participes simus, [ergo mors] qua quotidie pro saluatore morimur, non est inutilis, sed operatur magnum quid [in nobis, id est, vitam perpetuæ felicitatis. Sed e contrario vita qua delectamini in terrenis, operatur] [in vobis] mortem æternam. Increpative hoc dicitur. Nos huic mundo quotidie morimur, vt deo viuamus: vos mundo viuatis, vt deo moriamini. Mors operatur, id est, domini exercet in nobis, vos ad voluptates vitæ tenditis.

**Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur, scientes quoniam qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit, & constituet vobiscum. Omnia enim propter vos, vt gratia abundans per multos in gratiarum actione abundet in gloriam Dei.**

Semper quidem mors in nobis operatur, sed nos fidem Christi propter quam morimur, loqui non cessamus. Et hoc est, nos habentes eundem spiritum fidei, quem habuerunt prophetae, [sicut scriptum est,] dicente Dauid: [Credidi, propter quod locutus sum: & nos] similiter credimus, propter quod & loquimur, id est, oris confessione fidem nostram proferimus. Eundem spiritum fidei habemus. Nō ait, scientiam fidei, sed spiritum fidei. Quod propterea dixit, vt intelligeremus quia fides etiam non petita conceditur, vt ei petenti alia concedatur. Quomo-

do enim inuocabunt in quem non crediderunt? Ergo spiritus gratiæ facit vt habeamus fidem, vt per fidem interpretemur orando, vt possimus facere quod iubemur. Ipsa verò fides tenuit corda præcedentiū, quæ repleuit corda sequentiū. Spiritales quippe illi patres omnipotentem Deum trinitatem ita esse crediderunt, sicut eandem trinitatem noui patres apertæ locuti sunt. Sed & eadē fides incarnationis Christi saluauit eos, qua & nos saluamur: quia sicut nos credimus eum venisse, passum esse, resurrexisse, ita & illi crediderunt veterum, passurum, resurrecturum. Tempora variata sunt, nō fides. Habemus enim eundem spiritum fidei, quæ habuerunt illi, sicut scriptum est in eorum libris. Credidi, propter quod locutus sum. i. perfecte credidi. Nō enim perfecte credunt, qui quod credunt loqui nolunt. Ad ipsam enim fidem pertinet etiam illud credere quod dictum est: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo: qui autem me negauerit coram hominibus, negabo eum coram angelis dei. Iure ergo non ait, Credidi & locutus sum: sed propter hoc dicit se locutum, quia credit. Simul enim credit, & quod primum loquendo speraret, & quia poenam tacendo timere nō deberet. Illi crediderunt, & propterea locuti sunt. Et nos credimus, propter quod & loquimur. Hęc vox præcipue martyrum est. Si enim tantummodo credidissent, & non loquerentur, nō paterentur. Credendo apprehēderunt vitam, & loquendo inuenerunt mortem. Sed mortem, in qua corpus corruptibile seminaretur & in corruptio meteretur. Nullo metu suppliciorum omittimus loqui ea quæ credimus, [scientes] pro certo [quoniam qui suscitauit Iesum,] ipse etiam [nos] propter confessionem eius fidei mortuos [suscitabit cum Iesu,] ponens in eadem gloria, [ & constituet] nos in illa regione viuentium, vt ultra non moriamur. Atque [vobiscum] nos ibi constituet, vt qui vnam fidem habemus in vno regno simus. Nos vobiscum, non vos nobiscum, vt nō inferiores, sed pares nobis sitis, si uolueritis. Et recte de vobis hoc asserimus. Nā [omnia propter vos] instruendos facimus. i. quicquid loquimur & quicquid patimur, pro salute vestra totum agimus, vt exemplo nostro vos ad similia puocemus, & ad cœnam dei perducamus. Et ita spectat ad vos omnia quæ facimus, [vt gratia dei abundans] in nobis [abundet per multos]. i. per vos, & per alios longè latèq; cumuletur. [in actione gratiarum,] vt semper in aduersis & prosperis deo gratias agatis, vel de nobis illi gratias referatis, qui pro nos vobis gratiam suam infundit. Et abundet hæc gratia [in gloriam dei,] vt ipse glorificetur ab omnibus. Ideo cuncta facimus, vt abundas. i. copiosum dei munus, quod ipse paratus est omnibus dare, sed nō omnes digni sunt accipere, nō minuat per paucos, sed abundet per multos in actione gratiarum in gloriam dei. Gloria enim dei est, vt multi referant illi gratias pro multitudine largiflui doni gratiæ eius.

**Propter quod non deficimus. Sed licet is qui foris est noster homo, corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur**

**de die in diem. Id enim quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ nō videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt.**

Spem beatæ resurrectionis habemus, & abundantem gratiam dei per multos spargere ad gloriam ipsius studemus. [Propter quod nō deficimus] in aduersis, sed officium nostrum constanter implem. Nō deficimus, quauis grauiam patiamur. [Sed licet is homo noster qui foris est] expositus malis. i. corpus, [corrumpatur] pressuris, plagis, fame, siti, frigore, nuditate, [tamē is qui intus est. i. anima munita, ad quam non accedit manus furor,] [renouatur] in agnitione dei [de die in diem. i. assidue purior efficitur per ignem tribulationis. Vel de die in diem, id est, de claritate in claritate proficiens. Interior homo pro spiritu mentis positus est, exterior autem pro corpore atque mortali vita. Nō tamen vtrunq; horum simul duos homines Apostolus vnquam legitur appellasse, sed vnum quæ deus totum fecerit. i. & id quod interius est, & id quod exterius. Sed totus iste homo, id est, interiore & exteriori sui parte, inueterauit propter peccatum, & poenæ mortalitatis additus est. Renouatur autem nunc secundum interiorē hominem, vbi secundum sui creatoris imaginem reformatur. In resurrectione verò etiam exterior percipiet cælestis habitudinis dignitatem. Renouatio interioris inchoatur à fide, bonisque moribus augetur, & roboratur de die in diem. Nō enim momento vno fit ipsius conuersationis renouatio, sicut momento vno fit in baptismo peccatorum remissio. Neque enim vel vnum quantulumcunq; remanet, quod nō remittatur. Sed quæ admodum aliud est carere febribus, aliud ab infirmitate quæ febribus facta est, reualescere: itemque aliud est infixum telum de corpore demere, aliud vulnus quod eo factum est, secunda curatione sanare: ita prima curatio est causam remouere languoris, quod per omnium fit indulgentiam peccatorum: secunda, ipsum sanare languorem, quod fit paulatim proficiendo in renouatione huius imaginis. Quæ duo demonstrantur in psalmo, vbi canitur: Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, quod fit in baptismo. Et additur: Qui sanat omnes infirmitates tuas, quod fit quotidianis profectibus, cum hæc imago magis ac magis renouatur. Nondum enim ex integro est renouata. Renouatur autem quotidie proficiens in sanctitate, dum transfert amorem à temporalibus ad æterna, à visibilibus ad intelligibilia, à carnalibus ad spiritualia, & ab istis cupiditate frenare vel munire, atque illorum se charitate alligare diligenter insistit. Corpus verò tanquam homo exterior, quanto est in hac vita diuturnius, magis magisque corrumpitur vel ætate, vel morbo, vel variis afflictionibus, donec veniat ad vltimam, quæ ab omnibus mors vocatur.

Quia ergo sancti quo exterius deficiunt, eo interius proficiunt, & quo magis exterius aduersa tolerant, eo verius lumine interius coruscant, recte dicunt, quia licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, de die in diem renouatur. Et ideo, inquiunt, nō deficimus in pressuris, quia [id tribulationis nostræ, id est, exiguum tribulationis quod nunc patimur,] [quod est in presenti,] id est, in huius vitæ tempore, vbi nemo sine afflictionibus est, & est [momentaneum,] id est, parum durans & ad tolerandum [leue, operatur in nobis,] id est, in exteriori nostro sempiternam gloriam, & hoc [supra modum,] id est, supra quantitatem vniuersæ tribulationis. Paruis enim laboribus magna merces acquiritur, vt pro humiliatione leuis tribulationis supra modum sublimitas æternæ gloriæ rependatur. Et ad cōparationem æternitatis, omne quod in presenti vita patimur, momentaneum est, licet diuturnum esse videatur. Ideo supra modum tribulationis est magnitudo remunerationis: quia si recte censeamus, æterna requies æterno labore fuerat emenda, sed deus misericorditer pro breuissimo labore dat æternam requiem, pro breui despectione sempiternam gloriam. Ideo supra modum. Vel supra modum. i. supra mensuram, & cōprehensionem humanæ rationis, quia dabitur quod oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Operatur nobis in sublimitatem, id est, vt sublimemur vsque ad angelorum celsitudinem, vel [in sublimitate,] id est, in cælorum altitudine. Et contra momentaneum ac leue tribulationis operatur [æternum] pondus pro tribulatione pondus gloriæ,] vt pro momentaneo æterno, pro leui pondus, pro tribulatione gloriam accipiamus. Sine fine erit hæc gloria, sine fine erit requies ista, sine fine erit hæc lætitia, sine fine erit hæc remuneratio & incorruptio. Ideoque pro nihilo reputamus quicquid molestiarum in presenti seculo toleramus, [non contemplantibus,] id est, non appetentibus vel attendentibus [nobis ea quæ videntur,] id est, quæ corporeis oculis sunt subiecta, [sed ea quæ] videri corporaliter nequeunt. Nā hæc visibilia cito transeunt cum tempore, inuisibilia verò permanent sine fine. Sic enim visibilia hæc sunt ad inuisibilia, quomodo figura ad veritatem. Figura deperit, veritas permanet. Et ideo iusti gaudent exire de hoc seculo.

## CAPVT V.

**Cimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex deo habemus, domum non manufactam, sed æternam in cælis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cælo est, superindui cupientes, si tamen vestiti & non nudi inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati eo**

quod



**G** quod nolumus expoliari, sed superuesti-  
ri vt absorbeatur quod mortale est à vi-  
ta. Qui autem efficit nos in hoc ipsum,  
Deus, qui dedit nobis pignus spiritus.

Non deficiamus in momentaneis & leuibus  
tribulationibus, propter eternum gloriae pon-  
dus quod expectamus. Nam [scimus quoniam  
si terrestris domus nostra .i. caro quae de terra  
est, & procliuis ad terrena, & domiciliū animae  
huius habitationis,] in qua habitamus quan-  
diu viuimus, [dissoluatur .i. destruat p. Chri-  
sto, scimus quod aedificationem, id est, beatam  
mansione habemus statim ex deo,] scilicet do-  
mum aeternam in caelis, [non manu] fabricatā,  
sed à deo praepraratam, vel de temporali & ter-  
rena domo expulsi, in aeternam & caelestem re-  
cipiamur domum. Praedicatorum enim ecclesiae

**H** postquam de corporibus transeunt, nequaquam  
per morarū spatia (sicut antiqui patres) caelestis  
patriae perceptione differunt, sed mox vt à car-  
nis colligatione exeunt, in caelesti sede requie-  
scunt, sicut in hac sententia demonstratur. Non  
enim dicitur, habebimus domum aeternam in  
caelis, sed habemus: quia videlicet protinus ha-  
betur illa domus, ex quo ista dissoluitur. Prius  
autem quam redemptor noster morte sua huma-  
ni generis poenam solueret, eos etiam qui cele-  
stis patriae vias sectati sunt, post egressum carnis  
inferni claustra tenuerunt, non vt poena quasi  
peccatores pleteret, sed vt eos in locis remo-  
tioribus quiescentes, quia necdum intercessio  
mediatoris aduenerat, ab ingressu regni reatus  
primae culpae prohiberet. Nunc autem perfecti  
quique, mox in regnū suscipiuntur. Domus aeterna,  
mansio caelestis est inter angelos, vbi vices  
temporū nō inueniuntur. Supergreditur enim  
differentionem & omne spatium aetatis volubile,  
cui semper inhærere deo bonum est. Quae domus

Psal. 72

**I** domus vocatur aedificatio, quia nunc operibus no-  
stris bonis aedificatur, vt in fine parata inueniatur.  
Vel domum hanc eternam in caelis, immortale  
corpus accipe, in quo resurgentes semper  
manebimus, cuius forma iam in caelis est in do-  
mini corpore declarata. Domum dico non ma-  
nu [factam,] quia corpus animale fit operatiōe  
viri & foeminae, sed corpus spiritale fiet per spi-  
ritū sine humana operatiōe. Nō enim coitu pa-  
rentū indigebimus ad resurgendū, sicut indi-  
guimus ad nascendū. Aedificabitur autem do-  
mus ista diuinitus, quando fiet quod Iezechieli  
præmonstratū est: Accesserunt, inquit, ad ossa,  
vnum quodque ad iuncturam suam, & super ea  
nerui & carnes accesserunt, & extenta est in eis  
cutis desuper. Sic aedificabitur absq; manu do-  
mus animae nostrae, quando corpus nostrū nu-  
tu diuino in integrū restituetur ex puluere. Et  
habebimus domum aeternam [in caelis. Nam  
in hoc] vt habeam⁹ eam, [ingemiscimus]. .i. in-  
tus recentē semper gemitum habemus, videli-  
cet illam desiderantes, suspiramus & in precib⁹  
gemimus ex dilatione tantae quietis & gloriae.  
Nos dico, [cupiētes superindui habitationem  
nostram, quae est in caelo] .i. immortalitatis glo-  
riae. Mors enim de terra est, resurrectio de caelis.

Tamen hac conditione cupimus eam superin-  
dui, [si vestiti] recepto corpore, [non inueni-  
mur nudi,] id est alieni à promissa gloria. Opus  
enim est vt anima corpore induta, superindua-  
tur & gloria, quae est immutatio in claritatem.  
In hoc .i. in consideratione tantae gloriae & de-  
siderio ingemiscimus praedilatatione, & precibus  
insistimus, quia cupimus super inuolutionem  
animae quam iam accepimus, indui nos habita-  
tionem nostram, id est, dari nobis animae vestē  
non de terra, id est, non corruptibilem, sed de  
caelo, id est, incorruptibilem & impatiibilem ad  
instar caelestium: si tamen in illa resurrectione ve-  
stiti corpore, nō inueniamur nudi Christo, sed  
Christum induti. Illis enim solis proderit im-  
mortalitas, qui cum fuerint induti corpore, ve-  
stiti Christum inueniuntur, hoc est, indumento  
iustitiae circūdati. Nec mirum si idcirco gemi-  
mus, quia nōdum ad beatitudinem quam desi-  
deramus, peruenire possumus. Nam etiā de hac  
minori re gemitū habem⁹, quia corpore exui-  
mur, vt illuc peruenire queam⁹. Et hoc est, [nā  
qui sumus in hoc tabernaculo,] id est, in hoc  
corpore quod est tabernaculū animae, vt in eo  
militet ad tempus Deo in via praesentis vitae,  
[ingemiscimus grauati] sarcina carnis, & inge-  
miscimus [eo quod nolumus expoliari] corpo-  
re, [sed superuestiri] stola immortalitatis, [vt ab-  
sorbeatur quod mortale est à vita, id est, vt ab  
infirmate ad immortalitatem etiam ipsum cor-  
pus sine morte transferatur. Si fieri posset, ita  
vellemus fieri immortales, vt iam veniret ipsa  
immortalitas, & modo sicut sum⁹ mutaret nos,  
vt mortale hoc nostrum à vita absorberetur,  
non per mortem corpus poneretur, vt in fi-  
ne iterum sumeretur. Quauis ergo à malis ad  
bona transeamus, tamen ipse transitus aliquan-  
tulum amarum est propter confortiū quoddam  
animae & corporis, & quandā in his duobus fa-  
miliaritatem conglutinationis atq; compaginis.  
Et ideo mortis diem differre conantur etiam il-  
li, qui post mortem se beatius credunt esse vi-  
cturos. Tantā vim habet carnis & animae dulce  
confortiū. Nemo enim vnquam carnē suam  
odio habuit. Et propterea non vult anima, vel  
ad tempus ab eius infirmitate discedere, quāuis  
eam se sine infirmitate in aeternum recepturam  
esse confidat. Et aggrauamur ergo corruptibili  
corpore, & ipsius aggrauationis causam, nō na-  
turā, substantiamq; corporis, sed ei⁹ corruptio-  
nem sciētes, nolumus corpore spoliari, sed eius  
immortalitate vestiri, quod & ipsum tunc erit.  
Sed quia corruptibile nō erit nō grauabit. Sub  
terrena tunica gemimus, ad caelestē festinamus.  
Illam volumus accipere, istā nolumus ponere.  
Ergo fiet haec iniuria tāto illi vestimento caele-  
sti, vt veniat nobis super hos pānos mortalita-  
tis, & corruptionis, vt hoc sit inferius, illud su-  
perius: hoc interius, illud exterius? Absit. Non  
ita volumus superuestiri, vt sub incorruptione  
maneant corruptio, sed vt absorbeatur mortale à  
vita .i. vt sine aliqua lēione vita destruat in no-  
bis mortalitatem, vt nusquā sit in nobis aliquid  
mortale, nō infra, non supra, nō intra, sed extra.  
Nos ingemiscimus nolentes spoliari corpore,  
sed immortale corpus habere. Sed [qui efficit,  
id est,

**A** id est, qui ex toto facit & format [nos in hoc ipsū  
vt ingemiscamus desiderio incorruptibilis cor-  
poris, non homo est, sed [deus qui dedit nobis]  
huius rei implendae [pignus,] id est, donū san-  
cti [spiritus.] Dedit nobis pignus spiritus, id est  
dedit nobis spiritū sanctū, qui est nobis pignus  
& certitudo immortalitatis futurae. Per spiritū  
enim quem dedit nobis, facit nos suspirare desi-  
derio incorruptibilis vitae: & certos reddit qd  
hanc consequemur, cuius iam pignus tenemus.

*Audentes igitur semper, & sciētes quo-  
niam dum sumus in hoc corpore, peregrina-  
mur à domino. Per fidē enim ambula-  
mus, & non per speciem. Audemus autē  
& bonam voluntatem habemus magis  
peregrinari à corpore, & praesentes esse  
ad dominum. Et ideo contendimus, siue  
absentes, siue praesentes, placere illi.*

**B** Quandoquidē deus facit nos ingemiscere de-  
siderio immortalium corporum, & dedit nobis  
pignus huius rei spiritum sanctum, [igitur sem-  
per] sumus [audentes,] id est, semper audemus  
velle corpus deponere, vt ad supernam gloriā  
perueniamus. Ideo voluntas deponendi corp⁹  
vocatur audacia, quoniam res est difficilis & om-  
nibus reformidanda. Propterea sumus audētes  
ad exuendū corpus, quia sumus [sciētes] quod  
quandiu [sumus in corpore] mortali, [peregrina-  
mur, id est] remoti sum⁹ [à domino,] quia nō  
videmus eū, licet ipse sit vbique. Per hoc enim  
exules & peregrini sumus ab eo, quia lōge pro-  
iecti à facie contemplationis eius, caecitatis no-  
stre tenebras in hac valle lachrymarū patimur.  
Adhuc enim nos antiqua nox grauatur, & corru-  
ptibilis huius carnis oculos, hostis callidus ad  
concupiscentiam aperuit, iudex iustus à con-  
tuitu interni sui fulgoris premit. Quisquis  
enim arbitratur homini vitam istam mortalem  
adhuc gerēti posse cōtingere vt dimoto atque  
discusso omni nubilo phantasiarum corpora-  
lium atque carnalium, serenissima incōmutabi-  
lis luce veritatis potiatur, & mente penitus &  
consuetudine vitae huius alienata, illi constan-  
ter & indeclinabiliter haereat, nequaquam quid  
quærat intelligit. Iure ergo sumus audentes in  
depositione corporis, vt veniamus ad manife-  
stam visionem sempiterni luminis, quia scimus  
quod dū sumus in hoc corruptibili corpore, pe-  
regnamur à domino, id est, extranei sumus ab  
illa patria beatorū, in qua semper deus sicuti est  
videtur. Nam [per fidem] inuisibilium [ambu-  
lamus,] id est, tendimus ad patriam viuentium  
in qua deus apparet: & non per speciem, id est, nō  
per manifestam diuinitatis eius contemplatio-  
nem. Cōtemplatio quippe merces est fidei, cui  
mercedi, per fidem corda mundantur, sicut scri-  
ptum est: Fide mundantur corda eorum. Creden-  
ti colligitur meritum videnti redditur premi-  
um. Qui ergo peregrinatur & per fidem am-  
bulat: nondum est in patria, sed iam est in via.  
Qui autem non credit, nec in patria est, nec in  
via. Per fidem enim ambulamus, & non per

speciem. Incipitur à fide, vt perueniatur ad spe-  
ciem. In corpore nūc peregrinamur à domino  
& à patria nostra. Sed cū hoc perpendamus [au-  
demus,] id est, cum audacia istud magis eligi-  
mus vt separemur à corpore & praesentemur  
domino, vt eum in specie diuinitatis suae videamus,  
& apud eum maneamus. Nollemus enim  
si fieri posset expoliari, sed immortales fieri, &  
domino praesentari. sed cū sine expoliatione  
id fieri non possit, audemus optare expoliari,  
vt ad dominū perueniamus, [ & bonam volūta-  
tem habemus]. .i. non murmuramus de hoc sed  
desideramus id bona voluntate. Audemus in-  
quam & bono animo volum⁹ [peregrinari]. .i.  
remoueri [à corpore magis] quā hīc morari, vt  
& praesentes simus ad deū, & inhæreamus illi.  
Non enim satiat animā nisi incorruptibilis gau-  
dij vera & certa aeternitas. [Et quia domino cu-  
pimus assistere, [ideo contendimus]. .i. omni-  
bus modis quibus possumus, corde, verbo &  
opere conamur [illi placere, siue] nunc [absen-  
tes]. .i. in hac vita peregrinantes [siue praesen-  
tes]. .i. in patria manentes. Hoc est, illa nitimur  
operari, per quae nunc & in futuro illi placeamus.  
Modo cōtēdimus, quia est pugna. Sed cū  
absorpta fuerit mors in victoria, nulla iam erit  
pugna, nullusque lapsus, quia nulla corruptio,  
Et ideo iam nō contendemus placere, sed om-  
nino placebimus domino in regione viuorū.

*Omnes enim vos manifestari oportet  
ante tribunal Christi, vt referat vnus-  
quisque propria corporis, prout gessit, si-  
ue bonum, siue malum.*

Et recte dixi praesentes, quia omnes praesen-  
tabimur Christo iudici. vel merito contēdimus  
vt illi semper placeamus, ne in iudicio displicē-  
tes dānemur. Nā [omnes nos,] cuiuscunq; se-  
xus aetatis ant conditionis sumus, [oportet,] id  
est, necesse est [manifestari] vnusquisque cog-  
itationes & verba & opera. Ibi videbitur quis  
sit vnusquisque. modo enim parū dignoscitur.  
Omnia nostra patebuntur [ante tribunal,] id est  
ante iudiciariā sedem Christi, quando corā deo  
iudice astabimus. Pro magnitudine potestatis  
& iudicis, magnitudo tribunalis & iudicij aeti-  
manda est. Quanto enim maior potestas iudi-  
cis, tanto maior terror iudicij sit necesse est. O-  
mnes omnino manifestabuntur ante tribunal  
tanti iudicis, [vnusquisque] [siue iustus, siue ini-  
ustus, ad similitudinem messorum] [referat,] id  
est, reportet illuc [propria] gesta [corporis, pro-  
ut gessit] id est, sicut ipse vnum quodque opus  
fecit, [siue bonum siue malum.] Eodem modo  
& eadē quantitate, qua gessit vnusquisq; quod  
libet opus recitabit illud iudicandum ante tri-  
bunal aeterni iudicis. Vnusquisq; referet ppria  
corporis, id est, quae gessit vel cogitauit dū in  
corpore fuit. Neque enim si quis maligna men-  
te atque impia cogitatione blasphemet, & id  
nullis membris corporibus operetur, ideo nō  
erit reus, quia id non motu corporis gessit,  
cū hoc per illud tempus gesserit quo gessit  
& corpus. Prout gessit mente, lingua vel manu  
dū esset in corpore, referet vnusquisque, etiam  
paruuli,

I. Cor. 15

F

Adu. 15

**G** paruuli, qui non per seipfos, sed per alios gesserunt. Nam si in illa parua ætate moriuntur, utique iudicantur secundum propria gesta corporis, id est, secundum ea quæ gesserunt dū essent in corpore, quādo per corda & ora gestantium crediderunt, vel non crediderunt, quando baptizati vel non baptizati sunt, quando carnem Christi manducauerunt vel non manducauerunt, quando eius sanguinem biberunt, vel non biberunt. Secundum hæc ergo quæ in corpore gesserunt, iudicantur, non secundum ea quæ gesturierant si diu hîc uiuerent. Neque huic apostolicæ sententiæ aduersantur beneficia, quæ pro defunctis cōmendandis agimus, quia etiā meritum hoc sibi quisq; dum in corpore uiueret, cōparauit, ut ei possint ista prodesse. Nō enim omnibus profunt. Et quare nō profunt omnibus, nisi propter differentiam vitæ quam quisque gessit in corpore? Quibus autem profunt, aut ad hoc profunt, ut sit plena remissio, aut certe ut tolerabilior fiat ipsa damnatio.

Nota.

**H** *Scientes ergo timorem domini, hominibus suademus, deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientis vestris manifestos nos esse. Non iterum commendamus nos vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis, ut habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde.*

Et quia corā Christo iudice necesse est nos oēs manifestari, ut recipiat vnusquisque prout gessit, [ergo sciētēs] hoc [suadem⁹ hominibus timorē domini,] id est, suademus illis ut per singula quæ nunc faciunt, timeant futurū domini iudiciū, & desistant à prauis operibus, ne tunc incipiant timere, cū iam non poterunt damnationē euitare. Vel quia necesse est omnes manifestari ante tribunal Christi iudicis, ergo scientes timorē domini, id est, scientes quā timendus sit dominus in suo iudicio, qui tamen subtiliter examinaturus est opera & cogitationes singulorum, suademus hominibus ut timeāt & prouideāt sibi, ne in iudicium damnationis incurrāt. Hominibus quidem hoc suademus, sed [manifesti sumus Deo,] si aliter agimus quā docemus, id est, deus nouit si est in nobis quod aliis suademus, & qua intentione facimus istam suasionem, Deo quidem scimus nos esse manifestos, qui videt occulta nostra: [sed spero] etiā [in cōscientiis vestris manifestos nos esse.] Manifesta erat puritas eorū Corinthiis, quia neq; aliquādo in adulatione fuerant deprehensi, neque prædicatio eorum displicuerat sanctis, nec ab aliquo illorum quicquam (vt assolet) occulte elicere tentauerant, ut foris simplices turbis apparent, intus verō dolosi essent. Ideo cōscientias eorum pulsant, ut sibi testes essent de veritate. Ac si aperte verbis aliis dicat: Licet vobis male de nobis locuti sint pestiferi homines, puto tamen quod non recipiat vestra conscientia de nobis aliter suspicari quā nouit, nec potestis magis aliis fidem accommodare quā

vobismetipsis. Et quia modo se laudare videbatur, subiungit: [Non iterum nos cōmendamus vobis,] Id est, sicut nec in prima epistola nosipfos vobis commendauimus, vt putastis, sic nec in ista nunc nos commendamus: quia per hæc quæ dicimus, laudem nostram à vobis nō querimus: [sed] propter vtilitatem vestram [damus vobis] per hæc verba [occasionem,] id est, materiā [gloriandi pro nobis] contra pseudo apostolos, vt gloriemini quia integram puræ veritatis doctrinam à nobis suscepistis, & fallacem prædicationē pseudo apostolorum respiciatis. Vel pro nobis quos deo placere nostis, gloriemini, [vt habeatis] occasionē gloriandi [ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde,] id est, contra pseudo apostolos, qui per hypocrisis gloriantur de specie pietatis, & non de puritate cordis. Vel in facie, id est, in exteriorib⁹, hoc est, in carnalibus obseruantis gloriatur: & nō in corde, id est, in spiritalibus, quæ sunt in interiori homine. Pseudo apostoli animos Corinthiorum commouere videbantur in odium Apostoli, vt ab eorum cordibus fides apostolica facilius laberetur: & multi iactabāt se ab aliis apostolis didicisse, qui semper cum domino fuerant. Ideoque nunc dicit se his dare occasionē, id est, rationem, per quam ipsi gloriarentur aduersus eos, quoniam apostolus erat, à quo & isti didicerant, sicut & à quibus illi gloriabantur se doctos fuisse. Talis enim gloriatio in facie erat, non in corde: quia de personis gloriabantur, non de veritate.

*Siue enim mente excedimus, deo: siue sobrii sumus, vobis. Caritas enim Christi vrget nos, æstimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.*

De nobis, inquit, potestis gloriari: quia quicquid agimus, vel honor est dei, vel vtilitas proximi. [Siue enim mente excedimus] omnia temporalia vt contempnemur æterna, [de]o id facimus. [siue sobrii sumus,] id est, ab illa mentis ebrietate ab cōmunē sensum eximus, hoc [vobis] fit. i. pro vtilitate vestra. Excessus mentis est intentio ad superna, ita vt quodammodo de memoria labantur infima. In hoc mētis excessu fuerunt omnes sancti, quibus arcana dei mundum istum excedētia reuelata sunt. De hoc excessu nunc dicitur: Siue mente excedimus, deo. Quod enim Apostolus mente excedebat, deo excedebat. Excedens enim mente omnem humanam fragilitatem, omnem seculi temporalitatem, omnia quæcūq; nascendo & occidendo vaneſcunt trāſeuntia, habitabat corde in quadā ineffabili contēplatione quātū poterat, de qua dicit, quod audiuit ineffabilia verba quæ non licet homini loqui. Itaque si semper manere vellet in eo quod viderat, & loqui non poterat, non leuaret alios vt & ipsi videre hoc possent.

Descen-

Nota.

Philip. 2.

Rom. 4.

Nota.

**A** Descēdit ergo pro eorum subleuatiōe. Et hoc est quod additur: Siue sobrii sum⁹, vobis. Quid est, sobrii sumus? Sic loquimur, vt capere possitis. Hæc agebat Apostolus, & boni rectores agere debent: quia tunc ad alta charitas mirabiliter surgit, cum ad se ima proximorū misericorditer attrahit: & quo benignius descendit ad infima, eo valentius recurrit ad summa. Sobrii, inquit, sumus vobis. Caritas enim Christi vrget nos sic agere. Nam charitas Christi, quæ sanctorum mētēs ad superna subleuat, eas pio moderamina pro fraterna dilectione etiam ad humilitatem condescensionis format. Itaque dicitur Siue mente excedimus, Deo: siue sobrii sumus, vobis. [caritas enim Christi nos vrget.] Hoc est, Si ea tantum agere vellemus & ea tantum cōtēplari, quæ mētis excessu intuemur, vobiscum non essemus, sed in supernis tanquam cōtemptis vobis. Et quando vos ad illa superiora & interiora infirmo passu sequeremini, nisi rursum vrgente nos charitate Christi (qui cum in B forma Dei esset, nō rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formā serui accipiēs) considerarem nos esse seruos, & non ingrati ei à quo accepimus altiora, propter eos qui infirmi sunt, non contempneremus inferiora, & tēperarem nos eis, qui nō possunt nobiscū videre sublimia? Hoc ergo est, siue mente excedimus, Deo. Ille enim videt quod videmus in mētis excessu, ille solus reuelat secreta sua. Vobis autem proficit quādo sobrii sumus, id est, quando ab illo mentis excessu qui mentem ipsam inebriat & à sensu temporalium immutat, ad communem sensum descēdimus, vt à vobis intelligi possimus. Caritas Christi nos vrget ad vos inclinari, [æstimantes hoc, quoniam si vnus] Christus [mortuus est pro omnibus] ad vitā prædestinatis, [ergo omnes] participatione mortis eius [mortui sunt] in hoc quod prius erant, id est, secundū hoc quod veteris hominis membra fuerunt. Ideo libenter ad eos debem⁹ inclinari, qui iam per baptismū Christo sunt commortui. Vel si vnus Christus mortuus est pro omnibus, id est, vt omnes uiuant, ergo necesse est fieri quia omnes mortui sunt in anima per peccatum, quorū viuificatio quæſita est morte vnus qui peccato solus carebat, nec mortis animæ particeps esse poterat. Et idcirco nos debemus ad eos instruendos humiliter, pro quibus viuificandis saluator vsque ad mortem dignatus est inclinari. Omnes itaq; mortui sunt in peccatis, nemine profus excepto, dēpta matre Dei, siue originalibus, siue etiā voluntate additis, vel ignorando, vel sciendo, nec faciendo quod iustum est. [Et pro omnibus] mortuis [mortuus est] vnus Christus, id est, nullum habens omnino peccatum, qui sol⁹ hostia sufficiens fuit pro peccatis omnium [vt qui] per remissionē peccatorum [viuunt iam nō sibi viuant, sed ei qui pro ipsis] omnibus [mortuus est] propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram, vt credentes in eum qui iustificat impiū, ex impietate iustificati, tanquam ex morte viuificati, ad primam resurrectionem quæ nunc est, pertinere possimus. Nō ergo sibi viuat quisque, sed Christo, faciens nō

suam sed ipsius voluntatē, vt possit dicere: Viuo autem iam non ego, viuit verō in me Christus, & anima mea illi viuet. Illi utique, non sibi. Debet enim vita humana in se deficere, in Christo proficere, qui mortuus est vt nos moreremur peccatis, resurrexit vt resurgerem⁹ ad opera iustitiæ. Et quid est aliud non sibi, sed illi viuant nisi vt non secundum carnem viuant in spe terrenorum & corruptibilium bonorū, sed secundum spiritum in spe resurrectionis, quæ iam ex ipsis in Christo facta est?

*Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem. Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus.*

Suo more vitam nostram futuram, quæ iam in Christo capite nostro resurgente completa est, ita spe certa meditatur Apostolus, tanquam iam ad sit præſensque teneatur. Quæ utique vita non erit secundum carnem, sicut Christi nō est secundum carnem. Carnē hoc loco non ipsam corporis nostri substantiam, sed corruptionem mortalitatemque carnis vult intelligi, quæ tunc non erit in nobis sicut iam in Christo nō est. Quia, inquit, resurrectio Christi nos resurgere fecit, [itaque ex hoc] tēpore resurrectionis neminē eorum pro quibus Christus mortuus est & resurrexit, & qui iam non sibi viuūt, sed illi, [nouimus secundum carnem, id est secundū carnis corruptionem propter spē futuræ immortalitatis, in cuius expectatione viuūt, quæ in Christo iā nō spes, sed res est. [Et si cognouimus Christum secundum carnem, id est, secundum carnis mortalitatem, cum adhuc moriturus esset, sed, id est, tamen] iam non nouimus,] quia illud eius mortale iā induit immortalitatem. Noueram ergo Christum secundum carnem, id est, secundū carnis mortalitatem antequam resurgeret, sed nunc iā non nouimus, quia resurgens à mortuis iā non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Nam si Christus secundū hæreticos ideo non habuit carnē, quia dixit Apostolus nunc iam nō nosse Christū secundum carnem, nec illi habuerunt carnem, de quibus præmisit: Itaq; nos amodo neminē nouimus secundū carnem. Sed quia illorum secū vitam futurā (vt diximus) tanquam præſentem meditabatur, qui resurgentes commutabuntur, amodo, inquit, neminem nouimus secundum carnem, id est, tam certam spem tenemus futuræ nostræ incorruptionis & immortalitatis, vt amodo iam in ipsa notitia gaudeamus.

*Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera trāſierunt, ecce facta sunt omnia noua. Omnia autē ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniam quidem, Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in*

**G** nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortate per nos. Obsecramus pro Christo reconciliamini Deo. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia, Dei in ipso.

Et quia Christus iam non est secundum carnem nec aliquis eorum qui ei viuunt, [ergo si qua noua creatura,] hoc est, si quis innouatur, esse potest in Christo, nunc patet quod vetera corruptionis transferunt, & [ecce facta sunt omnia noua] immortalitatis. Quoniam omnes in Christo, et si nondum re, iam tamen spe immortales sumus, vetera transferunt, & facta sunt omnia noua. Omnis ergo noua creatura, id est, populus innouatus per fidem, vt habeat interim in re, quod in spe postea perficiatur, in Christo habet iam quod in se sperat: itaque nunc vetera transferunt secundum spem, quia modo iam non est tempus veteris testamenti, quo temporale atque carnale regnum expectetur à Deo: & facta sunt omnia noua secundum eandem spem, vt regnum cœlorum, vbi nulla erit mors atque corruptio, promissum teneamus. In resurrectione autem mortuorum non iam secundum spem, sed secundum rem: & vetera transferunt, cum inimica nouissima destruetur mors: & fiet omnia noua, cū corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem. Quod iam in Christo factus est, quem secundum rem iam nouerat Apostolus non secundum carnem. Eorum verò pro quibus mortuus est & resurrexit, nondum secundum rem, sed secundum spem neminem nouerat secundum carnem. Sed & moraliter vetera, id est, veteris hominis vitia transferunt, facta sunt omnia noua, id est, noui hominis opera. Ad veterem quippe hominem pertinet, præsentem mundum querere, transitoria ex concupiscentia amare, mentem in superbiam erigere, patientiam non habere, ex dolore malitiæ de proximi læsione cogitare, sua indigentibus non dare, ad multiplicandum aliena querere, nullum purè propter Deum diligere, inimicitias inimicis reddere, de afflictione proximi gaudere. Cuncta hæc vetusti sunt hominis, quæ videlicet trahimus de radice corruptionis. Sed qui iam ista exuperat, & ad præcepta dominica mentem in benignitate commutat de hoc rectè dicitur, quia vetera transferunt, & ecce facta sunt omnia noua. Tunc enim in nostris mentibus noua fiunt, cum à nobis vetusti hominis vitia transferunt. Dixi quia in Christo noua creatura & facta sint omnia noua. Sed tamè [ex Deo] patre sunt omnia hæc noua, quæ vel in moribus, vel in spe, vel in re consistunt. Ex patre sunt omnia, quæ per Christum vel in Christo habemus, quia & ipse Christus ex patre est. Nihil nouitatis est nobis, sed omnia sunt ex Deo, qui ex antiquis inimicis [reconciliauit nos sibi per Christum] mediator. Quia enim creatura humana peccauerat in deum, nec pœnitebatur reuerteretur ad eum, Deus opus suum nolens

perire, misit filium suum, per quem prædicata K remissione peccatorum, reconciliaret sibi per ipsum, per quem eos creauerat. Per Christum nos reconciliauit sibi, [ & dedit nobis ministerium reconciliationis, id est, iniunxit nobis legationem, vt per orbem discurrentes, ministra remus, vbique doctrinam euangelij, per cuius obseruantiam omnes Deo reconciliarentur, & in amicitiam reuocaretur. Verè per ipsum & per nos dedit hominibus reconciliationem. ] Quoniam in Christo quidè erat [ipse [Deus reconcilians sibi mundum, & in nobis posuit verbum reconciliationis.] Deus erat in Christo, qui ait: Pater in me manens, ipse facit opera. Pater enim est in filio, quia vna est eorum substantia. Deus ergo erat in Christo cõuersante inter homines reconcilians sibi mundum. i. homines de mundo, pro quibus ipse Christus ait: Vt mundus credat quia tu me misisti. Mundus enim in hoc loco non ille intelligitur, qui totus in maligno positus est, sed ille pro quo misit Deus filium suum, vt saluetur mundus per ipsum, id est, ecclesia per mundi latitudinem fundata. Hunc mundum sibi Deus reconciliauit hoc modo, videlicet [non reputans illis delicta ipsorum,] vt pro his puniret illos, sed tam originalia quam actualia dimisit omnia in baptismo. In Christo quidem erat per naturam, sed in nobis per gratiam: quia posuit in nobis, id est, interiori nostro verbum, id est, prædicationem reconciliationis. Hoc est, per spiritum sanctum illuminauit corda nostra, & docuit quibus rationibus ei possemus homines reconciliare, conuertendo eos ad fidem & pœnitentiam & ad bonam operationem. Et quando quidè post Christum posuit nos reconciliatores [ergo pro Christo, id est, vice Christi [fungimur legatione dei.] Christus enim proprie fuit legatus patris, sed nos pro eo fungimur legatione, vt vice eius prædicemus reconciliationem gentibus. Legatione Dei ad vos fungimur, [tanquam Deo] vos ad reconciliationem [exhortante per nos.] Ipse enim in nobis loquitur, & verba eius sunt ea quæ ex ore nostro processerunt, ideoque libenter nobis obtemperare debetis. Et quia vice Christi sumus directi, obsecramus pro Christo, id est, tanquam vos Christus obsecret, [reconciliamini deo.] Obsecramus vos, id est, per omnia sacra adiuramus, vt reconciliemini Deo per pœnitentiam, cui per peccatum estis inimici, Nemo enim reconciliatur nisi ex inimicitias, & nihil inter Deum & homines facit inimicitias nisi peccatum. Plerunque autè homo qui alteri homini irascitur, discordati sibi reconciliari appetit, sed ire ad satisfaciendum prior erubescit. Pœsemus facta veritatis, vt videamur quo iaceat nostræ prauitatis actionis. Ecce inter nos & deum discordiam peccando fecimus, & tamè ad nos deus suos legatos prior misit, vt nos ipsi qui peccauimus, ad pacem Dei rogati veniam. Erubescat ergo humana supbia. Cõfundatur quisque si non satisfaciatur proximo, quando post culpam nostram, vt ei reconciliari debeamus, & ipse qui offensus est, legatis interuenientibus obsecrat deo. Quomodo autem reconciliaremur, nisi deleatur peccatum, quod inter nos & ipsum erat & nos ab eo separabat? Proinde cum dixisset, Apostolus

**A** Apostolus, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo, quasi diceremus quomodo poterimus reconciliari Deo, subiunxit: [Eum qui non nouerat peccatum,] id est, Christum qui non nouerat peccatum per experientiam, licet nosset illud per sapientiam, fecit pro nobis] Deus pater peccatum, id est, sacrificium pro peccato. Bene ergo possumus ei reconciliari, qui sanguine Christi sui delet omne peccatum nostrum, si nos illud pœnitendo damnemus. Qui videlicet Christus peccatum non nouit, quia nunquam peccati delationem sensit. Sed per sapientiam qua ipse peccatum dānat, nouit ipse peccatum. i. nouit hoc esse malum. non ergo fecit ipse peccatum, sed eum Deus pro nobis peccatum fecit, hoc est, vt dixi, sacrificium pro peccato. In lege enim peccata vocabantur, sacrificia quæ pro peccatis offeriebantur. Et eodem modo locutionis appellatur nunc Christus peccatum, quia pro peccato est oblat. Similitudo etiam carnis peccati, in qua venit, dicta est peccatum. Misit, inquit, Deus filium suum in similitudine carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne. id est, de similitudine carnis peccati, quæ ipsius erat, damnauit peccatum in carne peccati, quæ nostra est. Dum itaque qui non nouerat peccatum, id est, Christum, pro nobis peccatum fecit Deus, cui reconciliandi sumus, id est, sacrificium pro peccatis, per quod reconciliari valeremus. Ideo fecit eum peccatum, [vt nos efficeremur iustitia dei in ipso.] Ipse ergo peccatum, vt nos iustitia, nec nostra, sed dei: nec in nobis, sed in ipso, sicut ipse peccatum non fuit, sed nostrum: nec in se, sed in nobis constitutum similitudine carnis peccati, in qua crucifixus est. Hæc est illa iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos ab eo iustificati sumus. Vt efficeremur, inquit, non solum iusti, sed etiam iustitia, id est, vt per nos alij fiant iusti. Efficeremur iustitia Dei in ipso, id est, in eius corpore quod est ecclesia, cui ipse est caput.

## CAPVT VI.

**C** Diuantes autè exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim. Tempore accepto exaudiui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.

Deus per Christum pro peccatis nostris immolatum reconciliat vos sibi. Sed nos adiuuamus opus reconciliationis huius. Dei enim sumus adiutores. Nos ministerio prædicationis nostræ [adiuuantes] beneficium diuinæ operationis, [exhortamus] vos [ne in vacuum gratiam dei recipiatis,] quæ vobis offert. Gratia dei est remissio peccatorum. Quam in vacuum recipit quisque in bonis operibus se postea non exercet. Gratia dei est facultas bene concessa diuinitus homini, de qua dicitur, sine me nihil potest fecere. Quam in vacuum recipit, qui cū dei gratia non laborat, nec adiungit studium suum, vt possit dei præcepta ipso adiutore implere. In vacuum, id est, in hoc vt sit eis res va-

cua, recipit hanc gratiam qui bonis operibus Deam implere non fatigat. Sed nos bene cum auxilio gratiæ agendum vos exhortamur, ne per desidiam vestram in vacuum eam recipisse inueniamini. Et hoc facimus, vt dictum est, adiuuantes opus cœlestis gratiæ & reconciliationis, vel ad iuuantes vos ipsos nostris meritis & orationibus atque sermonibus. Siue ita: Nos prædictis causis & rationibus vos adiuuantes, id est, ad reconciliationem prouocantes, exhortamur ne in vacuum gratiam dei recipiatis, id est, ne falsis apostolis credentes, ita recipiatis & intelligatis baptismum & fidem, quam suscepistis, vt eat in vacuum, id est, transeat vobis in rem vacuum & omni plenitudine utilitatis priuatā. Illi enim putant solam fidem Christi sine carnali obseruantia legis non sufficere ad iustitiam & salutem æternam, gratiam dei, id est, fidem ipsam intelligunt quali rem vacuum, id est, non refertam innocentia & omnium virtutum perfectione. Et sicut hanc fidei gratiam putant vacuum, sic fit eis vacua: quia per eam nec remissionem peccatorum, nec aliquam gratiam consequuntur. Sed vos eam nolite recipere sic, nolite sic de ea sentire, vt vobis eat in vacuum, id est, vt fiat omni commodo vestro vacua. Verè non debetis eam putare vacuum, nec vobis facere vacuum, quia non est vacua, sed bonis operibus referta. Nam ipse deus qui gratiam istam humano generi offert, ait in Isaiā: [Tempore accepto, id est, tempore quod est mihi vel hominibus acceptum exaudiui te] orantem pro peccatis tuis. Non est ergo vacua hæc gratia, in cuius tempore deus orantes exaudit. Quod tempus est hominibus gratum, & cum omni amplexu cordis acceptum. Plus enim est acceptum quàm acceptabile: quoniam acceptabile dicitur, quod est habile vt recipiatur: acceptum verò, quod iam mentis deuotione receptum est. Et postquam hoc tempus tibi fuerit acceptum, id est, postquam hoc susceperis, exaudit Deus præces tuas, quas tempore legis non exaudiebat. Tempore [inquit] accepto, id est, tempore gratiæ, quod accepisti veniens ad fidem, exaudiui te deprecatem pro remissione culparum tuarum, [ & in die salutis, id est, in hoc eodem tempore gratiæ, quo vera salus de cœlo ad homines venit, & lux fidei atque iustitiæ tenebras infidelitatis atque peccatorum effugauit, [adiuiui te] de assequutione virtutum. Lex autem non adiuuabat, sed tantum præcipiebat. Sub gratia verò Deus nos [inquit] adiuuat, vt bona quæ præcipit, facere valeamus. Nam ideo adiuui te, quia ipse liberum in nobis arbitrium restituit, & ex libero arbitrio nostro laboramus, & diuina gratia adiuuante potentes efficimur, sine qua nihil facere possemus. Hoc Deus ecclesiæ de gentibus per prophetam dixit: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. hoc eidem ecclesiæ de gentibus cõuersæ replicat nunc Apostolus, & exponendo subiungit: Ecce, id est, non vltra differtur illud tempus, sed nunc præsentialiter est [tempus acceptabile,] quod omnes gratanter accipere debet, vt & ipsi fiant Deo acceptabiles: & [ecce nunc] præsentialiter est [dies salutis, id est, lucidum tempus gratiæ, in quo per bona opera possint



**G** homines æternam promereri salutem. Ex quo enim saluator in carne apparuit, semper est acceptabile tempus, & dies salutis vsq; ad finē seculi. Vnicuique tamen finitur hoc tēpus in hora obitus sui. Dies enim salutis per Christi gratiam est vita præsens, quoniam apta est ad bene operandū: & concludetur nocte iudicij, in qua nemo poterit operari. Et ideo adesse tēpus dicit Apostolus, quō possint ad indulgentiā proficere peccatores: diem adesse dicit, quo morbis mortalibus animarum possit adhiberi medicina salutis. Sequitur:

**1. Cor. 4.** *Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministeriū nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei.*

Exhortati sumus vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis, & exhortamur vt nemini sitis [dantes vllā offensionē.] Cauete ne malo exemplo vestro seu verbo prauo detis alicui fratrum vllam offensionem, id est, ne faciatis eum offendere, vt cadat per vos in peccatū: ne sitis ei offēdiculū, vt exemplo prauitatis vestræ offēdat corruēs in nequitiam, vel ne offēdati eū, id est, ne conturbetis & irasci faciatis eum. Idcirco videte ne male viuendo vel loquēdo pręparetis offensionem vlli proximorum, ne propter vos [vituperetur ministeriū] nostrę prędicationis, qui vos docuimus qualiter agere debeatis. Qui enim vos male agere viderint, putabunt nos ita docuisse, & incipient nostrā doctrinā vituperare. Non detis inquam vlli offensionē, sed potius [exhibeamus nosmetipsos in omnibus] & vos [sicut Dei ministros.] Vt melius exhortetur eos, coniungit se illis, ac velut seipsum admonet, quia infirmitatē illorū quasi suam æstimat: & si profecerint, profectus illorū ipfius erit. Exhibeamus, inquit, id est, offeram⁹ Deo, nosmetipsos, id est, me & vos. Vt ergo vnusquisque seipsum exhibeat, exhibeamus, id est, offeramus & demonstremus nos in omnibus sicut Dei ministros. Ac si dicat: Non vos admoneo vt omnes sitis Apostoli, vel ministerium prędicationis assumatis, sed vt sitis sicut ministri Dei, id est, in omnibus ministros diuinę prędicationis imitemini, vt similitudo religiosę conuersationis eorū exprimatur in vobis. Et si non omnes sumus ministri, omnes tamen sicut ministros Dei nosipfos exhibeamus, vt sicut illi viuunt, ita & nos viuam⁹. Et hoc faciamus [in patientia,] quę sit multa, id est, sustinēs multa, & neque murmurans contra Deum, neque indignans contra hominem qui mala intulerit.

Hęc ita generaliter omnibus dicuntur Christianis. Specialiter verō ministris euangelicę prędicationis hoc modo possunt dici: Nos qui alios exhortamur ne in vacuum gratiam dei recipiant, ita conuersationē nostram cauta circumspectione custodiamus vt nemini sumus dantes vllā offensionē, id est, nosipfi faciamus quę alius faciēda suademus, nō faciamus quę prohibemus: ne si aliter docere & aliter facere visi fuerimus, exemplo nostro cęteros offēdere faciamus. Infirmus enim quisque plus attendit facta pręlati sui quā verba, & putat sibi licere quicquid illū viderit agere. Et ita pręlatus qui male viuuit, licet bene doceat, offensionem subditis parat. Nemini ergo sumus dantes vllā offensionē, vt non vituperetur ministerium nostrū. Vituperabitur enim, & linguis obreptantium lacerabitur, non si fecerimus mala solum quę improbamus, sed etiam si non fecerimus bona quę docemus. Neminem offēdamus, sed in omnibus verbis & actibus nostris exhibeamus nosmetipsos sicut decet dei ministros, id est, vt ex operibus nostris homines deū glorificēt, & nos intus deo placeamus. Et id faciam⁹ in multa patientia, per quam & indisciplinatos mores fratrū tolerādo paulatim corrigamus, & infidelium persecutiones fortiter sustineamus. Nā subsequenter ostēditur per partes, quę multa debeat esse ista patiētia. Nec solū ministris, i. pręlatis ecclesię iubentur ista, sed & subiectis, vt pręmissimus, qui similes in moribus debēt esse bonis ministris. Multam (inquit) patientiam habeamus [in tribulationib⁹, id est, in pressuris & vexationibus, quę nobis inferētur a prauis hominibus, [in necessitatibus, id est, in egestatib⁹ cibi vel potus vel indumenti: [in angustiis, id est, in sollicitudinibus & curis animi atque timore pœnarum, vnde mēs angustiatur: [in plagis, id est, in verberibus sicut est virgarū castio: [in carceribus, id est, in tenebrosis & fœtentibus locis reclusi: [in seditionibus,] id est, in commotionibus populi contra nos. Si populus contra nos insurgat, & cum quodam tumultu conetur nos a bono opere reuocare, nos patienter feramus, & a bono non separemur. Sed & [in laboribus] habeamus patientiam, i. si prauis homines longis itineribus aut grauib⁹ operibus nos laborare cogunt, vel si labore manuum nostrarū nobis victū quęsierimus. Et [in vigiliis, id est, si necesse fuerit nos vigilare, vt per noctē operemur vnde viuamus, vel in vigiliis ad psallendum & orandum. Atque [in ieiuniis,] quę vel sponte facimus, vel indulgentia facere coęgerint, aut quęlibet necessitas. In his omnib⁹ patientiam teneamus, & nos vt dei ministros exhibeamus. Ministri enim sunt, quicunq; bene operātur, quia deo ministrant, i. deseruiūt. Excepto igitur prędicationis officio & altaris ministerio, omnes agnoscamus nos esse dei ministros, vt tanti domini famulos, exhibeamus nos idoneos [in castitate] mentis & corporis, & [in sciētia,] ne fatuis virginibus similes, amittamus per imprudentiam meritum castitatis. Habeamus ergo scientiam scripturarum, vel sciētiam qua prudenter agere bona sciamus & mala respicere. Et vt ministros Dei nos exhibeamus [in

**A** [in longanimitate, id est, in longa animi expectatione, qua patienter vsque in finem perseueremus, aduersa pręsentis vitę ferendo & gaudia sequentis vitę sperando. Et [in suauitate,] ne per rancorem animi efficiamur illis asperi, a quibus longanimitate mala toleramus, sed per dulcedinem mentis simus illis suaves & blandi, vt nec verbo nec opere nostro illis vel aliis generemus asperitatem amaritudinis. Et [in spiritu sancto,] vt omnia benigne & syncere faciamus, sicut spiritus sanctus docet. Et [in charitate non ficta] vt affectum dilectionis non tātum in vultu & verbo, sed etiā in corde habeamus; ne simus de illis, qui loquuntur pacem cū proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Atq; [in verbo veritatis] prędicando vel loquēdo, vt habeat puram veritatem sine falsitatis admixtione vel prędicatio nostra vel loquutio. Et [in virtute Dei] vt nōn nostris viribus, sed dono virtutis diuinę credamus nos posse quicquid boni poterim⁹ agere. Omnia hęc in Apostolo maximē pręfulgebant, & in talibus ducebatur eius conuersatio, qui nunc secum hortatur ministros euangelij & omnes Christi seruos, vt taliter viuere studeant. Feruēs enim dei amor facile tolerat omnes aduersitates, & assequitur omnes virtutes. Adhuc autem subiungit Apostolus in admonitione.

*Per arma iustitię a dextris & a sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: vt seductores, & veraces: sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce viuimus, vt castigati, & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egenes, multos autem locupletantes: tanquā nihil habentes, & omnia possidentes.*

Exhibeamus (inquit) nosipfos vt dei ministros [per arma iustitię,] quibus regnū peccati debellemus, id est, per virtutes vitis cōtrarias, vt humilitas deiiciat superbiam, largitas extirpet avaritiam, beneuolentia inuidiam, & sic cęterę virtutes destruant opposita sibi vitia. Virtutes enim sunt arma iustitię, quibus muniri debemus [a dextris & a sinistris, id est, a parte prosperorum & a parte aduersorum, vt contra prospera & aduersa virtutū armis semper muniti, nec prosperis eleuemur, nec aduersis perturbemur, nec blandis ad voluptatē demulceamur, nec asperis ad desperationem premamur. Et audite quę sint dextra & sinistra, id est, prospera & aduersa. Per gloriā & ignobilitatē & c. vsque, Tanquam nihil habentes. & omnia possidentes. Dextra enim iustorum sunt, gloria, bona fama, & quod veraces sunt, quod cognoscuntur, quod viuunt, quod non mortificātur, quod gaudent, quod multos ditant, quod omnia possident. Sinistra verō, quod ignobiles & infames habentur, quod seductores putātur, quod ignorantur, quod moriuntur, quod castigātur, quod contristantur, quod egent, quod nihil habere

videntur. Sed milites Christi per arma iustitię a dextris & a sinistris muniti debēt incedere, vt hinc & inde diabolū expugnātes, & in prosperis timeant, & in aduersis confidant. Exhibeamus ergo nos vt dei ministros [per gloriam & ignobilitatē, i. quando in gloria & veneratione apud homines erimus, non inde extollamur: & quādo nos iudicabunt esse ignobiles atq; contēptibiles, nō inde frangamur. Eodē modo agamus [per infamiā & bonā famam, id est, si falso infamamur de aliquo crimine, vel si bonā famā habemus de religiosa conuersatione, vtrumque per patientiam æquanimitate ducamus, vt nos nec detrahentes deiiciant, nec laudantes extollant, quia contingit nōnunquā vtrofque mentiri. Item exhibeamus nos [vt seductores & veraces, id est, ad viā veritatis adducamus eos qui errant, vt ceteri qui in errore perseuerant, iudicent nos esse seductores, cum simus veraces. Si enim seducere, aliunde aliquē ad aliud persuadendo ducere est, quærendum est vnde & quō. Si a malo ad bonū, bonus seductor est, vnde & Ieremias ait: Seduxisti me domine, & seductus sum. Si autem quis aliquem seducendo ducat a bono ad malū, malus seductor est. In hanc ergo partem, qua seducuntur homines a malo ad bonum, vtinam omnes seductores & vocemur & simus. Sed infideles aut quilibet errantes vocabunt nos malos seductores, si quos poterimus, ex sociis eorum ad fidem & religiosam conuersationē attraxerimus: Erimus enim veraces & vera docētes, sed illi putabunt nos esse fallaces, & falsitate alios seducētes. Nos dico apud alios habiti [sicut qui] sunt a Deo ignoti, id est, reprobati, & apud alios a Deo cogniti, id est, approbati. Vel ita sumus sicut illi qui sunt ignoti, quia infideles & superbi nō dignantur eos aspicere & agnoscere, vel agnitos abiiciunt, & tamen fideles & religiosi nos agnoscunt. Et tormentis sumus [quasi morientes,] quia tam diu torquemur ab impiis donec credamus esse mortui, [ & ecce] Deo liberante viuimus, quoniam eripimur a morte & restituimur vitę: Sumus enim [vt castigati] quia infideles putant se nos duris verberibus ac minis castigasse, ne vltius nouam religionē prędicemus: [ & non] sumus mortificati, quia nec corporis nec animę necē ab illis pertulimus. Corpus enim nostrū adhuc viuuit, anima quoque vitam nōn amisit, quia infidelibus non cessit, vt a prędicatione vel confessione veritatis sileret. Et multi martyres occiduntur, ecclesia tamen nō moritur. Atque electi dei dum super se exterius rapti in altū animum figunt, quęq; in hac vita patiuntur, quasi longe infra labentia a se aliena aspiciunt, & (vt ita dixerim) dū mente extra carnem fieri decertant, penē ipsa quę tolerant, ignorant. Hęc autem de se sui que similibus ita loquitur Apostolus, vt omnes fideles ad ea toleranda vel agenda exhortetur. Ac si discipulis dicat: Nos qui magistri sumus, ita viuimus: vos autem qui nos imitari debetis, exemplum nostrę conuersationis insequimini. Qui & adiungit: quasi tristes (subaudi) foris apparemus, propter molestias tribulationum quas patimur, sed semper sumus gaudentes intus propter spē futurę remunera-

Generationis. Non solum enim non contristamur in aduersis, sed etiam gaudemus, & hoc semper. Et sumus [sicut egentes,] quia nihil in presentis seculo videmur habere, sed tamen multos sumus locupletantes, quia spirituales diuitias largimur creditibus. Sumus enim tanquam penitus [nihil habentes,] quia nihil proprium carnaliter habemus, etiam omnia possidemus, id est, non solum pecunias, sed etiam ipsos pecuniarum dominos, qui se nobis tradunt, & res suas ad pedes nostros ponunt. Similiter & vos, licet in aduersis quasi tristes appareatis, semper tamen per spem intus gaudete. Et si habetis diuitias, estote quasi egentes, quanuis non sitis egentes, id est, in spiritu pauperes estote, sed multos elemosynarum uestrarum beneficiis locupletare curate. Estote tanquam nihil habentes id est mentis despectu cuncta quae habetis pro nihilo ducentes, & tali cogitatione sitis omnia uestra possidentes, quia tunc mens uestra per haec non tenebitur in imis. Sed & quilibet sancti pauperes omnia possident etiam temporalia, quoniam nihil deest timentibus Deum. Apostoli vero cum nihil habere videretur, in hoc erant omnia possidentes, quod cum essent principes ecclesiarum habebant potestatem sumendi ex rebus subditorum quaecunque, sibi forent necessaria. Notandum autem quia in his quae sunt aduersa, dictum est, quasi, ut, sicut, tanquam: in his vero quae sunt prospera, non dictum. Ait enim: Quasi tristes, semper autem gaudentes & cetera. Tristitia nostram habet, quasi: gaudium autem nostrum non habet, quasi: quia spes qua gaudemus, certa est. Tristitia vero nostra quasi, habet, quia in somniis transit. Qui somnium iudicat, addit quasi. Quasi sedebam, quasi loquebar, quasi prandebam, quasi equitabam, quasi disputabam. Totum quasi, quia cum euigilauerit, non inuenit quod videbat. Quasi thesaurum inueneram, dicit medicus. Si quasi non esset, mendicus non esset. Sed quia quasi erat, medicus est. Itaque, qui nunc ad letitias seculares oculos aperiunt, & corda claudunt, transit quasi eorum, & venit verum ipsorum, quasi ipsorum, felicitas est seculi: verum ipsorum, poena est. Nostrum autem quasi tristitia est: gaudium non est quasi. Non enim ait Apostolus, quasi gaudentes, semper autem tristes: aut quasi tristes, & quasi gaudentes: sed ait, quasi tristes, semper autem gaudentes, & item, Sicut egentes & ibi est sicut vel quasi. Multos autem ditabat, hic non est quasi vel sicut. Nihil habebat Apostolus, omnia sua dimiserat, diuitias nullas possidebat, tamen addidit. Tanquam nihil habentes. & ipsum enim nihil habere Apostoli, quasi nihil habere erat. Et omnia possidentes, ibi non dixit quasi. Quia quasi egebat, non autem quasi, sed verum multos ditabat. Nam & sanctis qui erant in Ierusalem, victum ministrabat. Quasi nihil habebat, non autem quasi, sed omnia possidebat. Itaque in his quae existimantur aduersa, quae superius per ignobilitatem & infamiam praesignauit, quaeque a sinistris esse descripsit addidit quasi, vel sicut, aut tanquam. In his vero quae prospera reputantur, & dextrae partes appallantur, quaeque vocabulo gratiae & bonae famae praemonstrauit, non apposuit qua-

si vel aliquid tale. In prosperis enim vel dextris est veritas, in aduersis autem & sinistris umbra vel similitudo non ipsa res. Quae autem a dextris descripta, sunt arma dextra iustorum. Illa etiam quae a sinistris denotauit, sinistra sunt arma eorum. Efficiuntur enim viro perfecto arma iustitiae, si haec illata sibi magnanimiter sustinuerit, quia per haec dimicatis, & istis ipsis quibus impugnari putatur aduersis, tanquam armis utendo, eisque velut arcu & gladio scutoque; validissimo contra illos qui haec ingerunt, munitus, profectum suae patientiae & virtutis adquiret & gloriosum constantiae triumphum, nec aduersis deiectus, nec prosperis elatus, nec ad laeuam tristibus impulsus, nec ad dexteram laetis motus, sed in medio per viam rectam indeclinabiliter gradiens.

*Os nostrum patet ad vos o Corinthij, cor nostrum dilatatum est. Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris. Eandem autem habentes remunerationem, tanquam filiis dico, dilatamini et vos. Nolite ducere iugum cum infidelibus. Quae enim participatio iustitiae cum iniquitate? aut quae societas luci ad tenebras? Quae autem conuentio Christi ad Belial? aut quae pars fidei cum infidei? Qui autem consensus templo Dei cum idolis?*

Solent plerumque etiam iusti laudare bona quae dicunt, non quod ipsi suis laudibus inhiant, sed quod auditores suos ad audiendi sollicitudinem accendant, ut dum eorum voce praeferruntur, ab eorum cordibus ardentiori affectu rapiantur. Vnde nunc Apostolus cum mira Corinthiis & multa dixisset, adiunxit: [Os nostrum patet ad vos o Corinthij, cor nostrum dilatatum est.] Et etiam causa libertatis dixit ac purae conscientiae Male enim sibi conscia mens loqui trepidat, sensum perdit, in verbis errat. Et est sensus: Ita puocati sumus profectu uestra, ut tacere non possumus. Profectus enim discipulorum aperit os magistri. Os nostrum patet ad vos, quoniam multa diximus ac dicimus ad vos corrigendos & instruendos quae gratanter accipere cuncta debetis. Et ideo patet ad vos os nostrum, quia charitate dilatatum est cor nostrum. Lata dilectio cordis nostri, quae vos omnes complectitur, non sinit ut taceamus ea quae profunt vobis. Ex abunda Matt. 12. tia enim cordis os loquitur. & ubi charitas est, non sunt angustiae. Cor nostrum dilatatum est. Cordis dilatatio, iustitiae est delectatio. Hoc munus est dei, ut in praecipis eius non timore poenae angustemur, sed dilectione & delectatione iustitiae dilatemur. Cor nostrum dilatatum est. Licet enim caro nostra sit tribulationibus & pressuris angusta, cor tamen intus latitudine liberum gaudet exterioribus poenis. Charitas enim non angustatur. Si quis vult non angustari in terra, in latitudine charitatis habitet. Quicquid enim fecerit ei homo, non eum angustat, quia illud diligit

A diligit quod non nocet. Et quia nostrum cor ita dilatatum est, atque nostrum os patet, ideo [non angustiamini in nobis, id est, nolite putare quod habeatis in nostro magisterio vel nostrae conuersationis exemplo ullam scientiae vel boni operis stricturam & inopiam. Nos enim dicimus & facimus quicquid erga vos dicere & facere debemus. sed potius [angustiamini in visceribus vestris, id est, intelligite quod angustia & paruitas scientiae & boni operis quam habetis, est in cordibus vestris quae dura sunt ad intelligendum & faciendum. Qui enim nobis pseudo praefertis apostolos, putatis quod angustia & paruitas intelligentiae uestrae vel sanctitatis, sit in nobis, id est, in nostra culpa, cum ipsa sit potius in cordibus vestris, id est, in culpa duritiae mentium uestrarum, quia non sunt dilatatae sicut cor nostrum. Sed nunc dico vobis tanquam filiis, id est, tanquam illis qui exemplum meum cum sim pater uester, sequi debetis, dilatamini & vos, sicut ego dilatatus sum, id est, per intellectum dilatamini auxilio gratiae dei, ut maiora ipsius dona capiatis. Dilatamini per amorem iustitiae, ut copiam virtutum capiatis in latitudine mentis uestrae. Vos dico habentes in futuro [eandem remunerationem] quam ego, si nunc ita dilatati fueritis ut ego, dilatemini amplitudine charitatis, ut omnes homines pie diligatis, & non per timoris angustiam, sed per amoris latitudinem bona faciatis. [dilatamini & vos] in bonis operibus per libertatem amoris, & [nolite iugum] antiquae seruitutis quae in lege est, [ducere cum infidelibus, id est, cum pseudo apostolis, qui fidei Christi conatur enervare, & carnales obseruantias legis statuere. Ipsi enim cum sint sub iugo seruitutis, ubi omnia per timorem fiunt, studet vobis suadere, ut abiecta lege libertatis, id est, libertate charitatis, subiiciatis colla uestra cum eis iugo legis. Sed vos nolite participes fieri seruitutis eorum, quia vos estis iusti per fidem, illi vero iniqui per legis transgressionem. Et [quae participatio est iustitiae cum iniquitate?] Nulla. Quoniam mox annullatur iustitia, si participatione habuerit cum iniquitate: & ideo ne pereat iustitia uestra, caueat habere participationem cum iniquitate illorum. Nulla comunio vel in cibo vel in potu vel in aliquo sacramento vos eis coniungat, cum sint ob iniquitatem perfidiae ab ecclesia separati. [Aut quae societas luci ad tenebras? Id est, in quo possunt habere comunionem illi, qui sunt lux sufficiens ad aliorum illuminacionem, cum illis qui sunt tenebrae, id est, caeci, & caecantes alios? Nulla societas est lucis & tenebrarum, quia lux huius mundi obscuratur, si se sociauerit tenebris. His non est societas, [Sed Christi ad Belial, id est, ad diabolum [quae conuentio] potest fieri? Id est, illi in quibus habitat Christus, & qui sunt membra Christi, in quo conuenire possunt cum illis, in quibus habitat diabolus, & qui sunt membra diaboli? In nullo. Quia mox deserit eos Christus, si se membris satanae coniunxerint. Belial interpretatur absque iugo, & significat illum angelum, qui nec Deo subiectus esse voluit. Cuius membra sunt omnes qui praecipis Dei nolunt subiici. [Aut quae pars fidei, id est, Christiano [cum infidei? id est, cum pseudo

apostolo fidem catholicam destruente. Nulla est his pars comunis. Sed [templo Dei, id est, illis in quibus habitat Deus, [quis consensus] potest esse [cum idolis? id est, cum sacrificiis carnalium obseruantiarum, quae non iam Deo, sed diabolo offerunt, & idololatriae deputatur. Nullus eis consensus adinuicem. Tot modis ostensum est, comunione pseudo apostolorum esse vitandam. Possunt & aliter forsitan haec verba tractari. Nolite iugum ducere iniquitatis cum infidelibus, id est, cum gentibus, ut subditi sitis iugo peccati sicut illi, cum debeatis in libertate charitatis seruire iustitiae. Quae enim participatio est iustitiae cum iniquitate? aut quae societas luci ad tenebras? nulla participatio est iustitiae & iniquitati, non solum quae foris, sed etiam quae intus in ecclesia est. Nouit enim dominus qui sunt eius, & recedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. Nulla etiam societas est luci & tenebris, non solum quae foris, sed etiam quae intus sunt. Quoniam Deus lux est, & tenebrae in eo non sunt ullae. Qui autem odit fratrem suum in tenebris est, & in tenebris ambulat. Si dixerimus quod societatem habemus cum deo, & in tenebris ambulamus, mentimur. Non est ergo societas luci & tenebris. Quid igitur faciemus? Societas cum Deo habenda est. Alia spes vitae aeternae nulla est. Deus vero lux est, & tenebrae in eo non sunt ullae. Iniquitates autem & peccata, sunt tenebrae. Iniquitatibus & peccatis premimur, ne societatem cum Deo habere possimus. Quae ergo spes est? Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Quo facto societatem habebimus cum illo, quia lux erimus in ipso. Quae autem conuentio Christi ad Belial? Belial (ut diximus) interpretatur absque iugo. Quicunque ergo non dei, sed sua voluntate sequitur, hoc vocabulo possunt designari, quia sunt absque iugo timoris Dei, absque iugo disciplinae spiritualis. Et saepe tales dicunt se Christianos. Sed quae conuentio Christi ad Belial? Christus humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem: isti autem extollunt semetipsos, nolentes obedientiae iugo subiici. Quae igitur conuentio istis & Christo? Non sit itaque sine dei iugo, quicunque vult conuenire Christo. Aut quae pars fidei cum infidei? Vel quis consensus templo Dei cum idolis? Hoc recte dictum est illis Corinthiorum, qui cum infidelibus manducabant sacrificia idolorum. Potest & aliter intelligi: Fidelis enim dominus in omnibus verbis suis, quoniam fideliter adimplet vel adimplebit quaecunque locutus est. Ille autem est infidelis, qui verba sua negligit adimplere, ut faciat bona quae se facturum promisit. Quae igitur pars est fidei Deo cum infidei homine? Qui enim mandata Dei adimplere noluerit fideliter, quam partem cum Deo habere poterit? Quis autem consensus templo Dei cum idolis? Templum enim dei sanctum est, quod estis vos. & auaritia est idolorum seruitus. Cur ergo illi qui sunt vel debent esse templum Dei, consentiunt auaris, nec redarguunt eos? Cur non timent ne per hunc consensum Deus, qui in eis habitare solet, deserat eos, & fiant etiam ipsi habitaculum satanae?

2. Tim. 1.

E

1. Ioan. 1.

1. Ioan. 2.

1. Ioan. 1.

Ibidem.

F

Philip. 2.

Psal. 144.

1. Cor. 3.

Colos. 3.

Vos

**G** Vos enim estis templū Dei viui, sicut dicit Deus: Quoniā inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos: & ero illorum deus, & ipsi erūt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum, & separamini dicit dominus, & immundum ne tetigeritis: & ego recipiā vos, & ego ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotēs.

**H** Rectè dixi quia templum dei consensum nō habet cum idolis. [Vos enim estis] ipsum templum non deorum mortuorum, sed [dei viui, id est, vos estis in quorū cordibus habitat & præsident Deus qui in se viuens est, & vitam suis dat æternā: sicut econtrario idola sunt mortua suis cultoribus, quia eis sunt causa mortis æternæ.

**I** Ita estis templū dei, sicut ipse deus per scripturam testamenti veteris dixit: [Quoniam inhabitabo in illis, id est, in mentibus illorum. Cū deus vbique sit, in illis tamen habitat, qui eius sentiunt beneficium, & faciunt voluntatē. Inhabitabo, inquit, in illis [ & inambulabo inter eos .i. promouebo illos in prouectu virtutum. Inambulat enim Deus in nobis præsētia suæ maiestatis, si latitudinē iūenerit charitatis. Quā enim latum est vbi deambulat deus. [ & ero ] inquit [ illorum Deus, id est, illi me solum colent deum, quia non erunt de illis, quorum deus vter est, vel qui vitium quodlibet pro deo colūt, & ego protegā illos ab incurfu vitiorum, atq; dabo illis successum virtutum. [ & ipsi erunt mihi populus, id est, ita mihi erunt deuoti & dediti in vnitāte concordīæ, vt nō sint de hoc mūdo. [Propter quod, id est, quia promitto me in vobis habitare & inambulare, [exite de medio eorum, id est, de medio pseudo apostolorū, [ & separamini ] ab eis. Quādiu enim patimini eos morari inter vos, & sustinetis prædicationem eorum, tādīu estis in medio eorum, id est, intra consortium eorum, & irretiti errore ipsorum. Exite de medio eorum, ne sitis in medio cōmunionis eorum, conclusi in eodem reatu. Et ita exite, vt separemini, id est, vt seorsum parati sitis ad bene agendum, sequestrati à cōmunionē eorum. Et hoc dicit ac præcipit dominus, non ego. [Et ne tetigeritis immūdum, id est, carnales obseruātiās, quas illi suadent vobis, quæ iam post domini resurrectionem nō valent ad emūdationem, sed ad contaminationem eorum qui tangunt, id est, custodiunt eas. & si ita vos à cōmunionē peruersitatis eorum separaueritis, vt sancte & iuste viuatis, [ego recipiā vos ] in cæleste regnū, quos à paradiso eieceram. Vel exite de medio peruersorum qui sunt in ecclesia, exite non corporaliter, sed spiritualiter, id est, facite quod pertinet ad correptionem eorum, quantum pro vniscuiusque gradu atque persona salua pace fieri potest. Qui enim sic agit, liber exit de medio nequitīæ & dānationis eorum. Obiurgādo enim criminosos, exit de medio eorum liber in conspectu Dei, cui neque

Deus sua peccata imputat, quia non fecit: neque aliena, quia non approbavit: neque per negligentiam, quia non tacuit: neque per superbiam, quia in vnitāte permansit. Sic ergo spiritualiter exite de medio eorum, non scindentes vnitatem ecclesiæ, sed increpantes peruersitatem nequitīæ, ne maius malum committatis in separationē bonorum, quam fugitis in coniunctionē malorum. & separamini non corporaliter ab eis, sed spiritualiter à consortio prauitatis eorum. Et immundum ne tetigeritis, id est, peccato eorum ne cōsenseritis. Tolerandi sunt enim vbique proximi, quia Abel fieri non valet, quem Cain malitia non exercet. Vnum verò est, pro quo vitari malorum societas debeat, ne si fortasse corrigi nō valent, ad imitationem trahant: & cū ipsi à sua nequitia non mutentur, eos qui sibi coniuncti fuerint, peruertunt. Corruptū enim mores bonos colloquia mala. Sicut ergo perfecti viri peruersos proximos non debent fugere, quia & eos sæpe ad rectitudinem trahūt, & ipsi ad peruersitatem nunquā trahuntur: ita infirmi quicunq; societatem declinare debent prauorum, ne mala quæ frequenter aspiciunt & corrigere non valent, delectentur imitari. Vnde nunc eis apte dicitur: Exite de medio eorum & separamini. Hoc enim agendum est, non more schismaticorum, sed more eorum qui causa religionis petunt eremum vel remotiorem locum. Et ne tetigeritis immundum, id est, immunditiam coinquinationis eorum, cū ipsi tangere participando nolunt mūditiā vestrā sanctitatis. Et ego (sicut dictum est) vos olim abiectos nunc recipiam in cælestem gloriam. [Et vobis] in illa regni gloria receptis [ero in patrem, id est, ero pater, & ita vos diligens vt pater, quia me ipsum vobis perpetualiter dabo. [ & vos eritis mihi in filios & filias, id est, eritis mihi filij & filiæ, hoc est, eritis mihi similes, vt scriptum est: Similes ei erimus. Quoniam videbimus eum sicuti est. Non solum enim in filios eritis mihi .i. gloriā meam, sed & in filias. Quod vel propter vtrunq; sexum, vel propter fortes & infirmos dicitur, vel quia maior diligentia cultus & custodia filiabus adhiberi solet, q̄ filiis. Et ideo per filias voluit fortassis ostendere, quia sic se habebit erga fideles animas, sicut pater erga filias, ornādo veste iucunditatis, & remouēdo voluntatē totius turpitudinis, vt sponso cælesti semper placeant in ornatu decoris & amore puritatis. Et inde nolite (inquit) dubitare, quia hæc [dicit dominus omnipotens. i. ille promittit vobis ista, qui omnia potest facere. Notandum quod Apostolus hæc vel iuxta sensum, vel iuxta literā ex diuersis scripturarū locis posuit. Nam quod ait, inhabitabo in illis & inambulabo inter eos, & ero illorū Deus, & ipsi erunt mihi populus, sic legimus apud Iezechielē: Dabo sanctificationē meam in medio eorum in perpetuum, & erit tabernaculum meum in eis, & ero eis deus, & ipsi erunt mihi populus. Nam pro eo quod dictum est, dabo sanctificationē meam in medio eorū, Apostolus posuit, inhabitabo in illis. Et pro eo quod dictū est, erit tabernaculū meū in eis, Apostolus subiecit, inambulabo in illis. Tabernaculum

**A** culum enim est in itinere. Sed & in Leuitico reperetur hæc sententia, præter quod ibi est secunda persona. Sic enim dictum est: Pōnam tabernaculum meum in medio vestri, ambulabo inter vos, & ero vester Deus, vósque eritis mihi populus. Quod autem subiunxit Apostolus, propter quod exite de medio eorum & separamini, dicit dominus: & immundum ne tetigeritis, & ego recipiā vos, ita legitur in Isaiā: Recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius, mundamini, & congregabit vos deus Israël. Illud verò quod sequitur, & ego ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, non facile (sicut reor) in nostris codicibus apparet vnde sumptum sit, nisi fortè ex eo quod per Ieremiam dixit, & factus sum Israëlī pater: & per Isaiam, affert filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ, vel ex aliquo simili loco. Sequitur,

CAPVT VII.

**B** *As ergo habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus perficiētes sanctificationem in timore Dei.*

Quoniam dominus præcepit vt exeamus de medio coinquinationis peccantiū, & tanta nobis inde bona promisit, [ergo charissimi] nos qui tales habemus promissiones, id est, quibus promissa sunt talia, si nos separauerimus à cōtaminatione malorum, [mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus,] & perficiamus sanctificationem vtriusque. Inquinamentum carnis est, quod per carnem committitur, sicut luxuria, homicidū & similia. Inquinamentū spiritus, quando sola cogitatione peccatur, sicut mētis elatione vel inuidia siue odio mundemus ergo nos non tantum ab inquinamento, sed prorsus ab omni inquinamento carnis, vt omnia vitia carnalia fugiamus. Et ab omni inquinamento spiritus, vt consensum peccati, & cætera omnia quæ spiritū inquināt, expellamus à cordibus nostris. Tūc verò perficimus sanctificationem carnis & spiritus, si vtraque munda seruamus, & bonis actibus insudamus. Hæc enim sanctificatio vtriusque facta est diuinitus in baptismo. Sed nos perficimus eam si per membra corporis insistimus bonis operibus, & mentem intus magis ac magis adornamus sacris virtutibus. Quæ perficienda est in timore domini, vt semper vereamur dominum offendere, sine cui⁹ gratia nihil boni possumus agere. Qui enim sine timore domini vult bonum aliquod facere, superbus est, & perdit quicquid facit. Vel mundemus nos ab omni inquinamento carnis, id est, ab omni contaminatione carnalis obseruantīæ, & simus [perficientes sanctificationem] spiritus id est, spiritualiter legem impleamus, non carnaliter, & hoc [in timore domini,] qui legem dedit, non vt carnaliter obseruaretur semper, sed tantum

vsque ad tempus correptionis.

**D** *Capite nos, Neminē læsimus, neminē corrupimus, neminē circumuenimus. Nō ad condemnationē vestram dico. Prædiximus enim quod in cordibus nostris estis ad cōmoriendū & ad conuiuendū.*

Nos ita vos admouemus. Et vos [capite nos, id est, accipite quod dicimus, accipite spiritualem cibum quem vobis offerimus. Vel capite nos, non pseudo apostolos, id est, nostrum exemplum, non illorum accipite in omnibus imitandum. Aut capite nos, id est considerate quales sumus. Et debetis nos capere, quia neminem vestrum læsimus impropèrādo ei præterita crimina, sicut pseudo, qui vobis veterem impropèrant idololatriā: & neminē vestrū corrupimus, id est, nullius animę integritatem violauimus, sicut pseudo qui multos ex vobis corrumperunt, vitando castitatem fidei & integritatem innocētīæ. Neminem vestrum circūuenimus, id est, nullum astuta circūuentione fraudulenter decepimus, vt ei per nos aut per subditos nostros bona sua subtraheremus, sicut pseudo qui vos adulatione callida blande circūueniunt, & res vestras artificiose subtrahūt [Non ad condemnationē vestram dico,] id est, nō vos abiicio, sed vt corrigamini moneo. Qui enim aliquem condemnat, non illi dimittit: Et est sensus apertior: Non me excusando vos cōdemno, quasi tales sitis. Non propterea hæc cōmemoro, vt callide dicam vos fecisse, quod me fecisse nego. Non enim possum ita de vobis sentire, quos tantum diligo, sicut dixi superius, eō quod dilectio vestra tantam me faciat habere fiduciā. Prædixi enim q̄ in cordibus nostris estis epistola. [Prædiximus quod in cordibus nostris estis, id est, cura & sollicitudo vestræ salutis manet in cordibus nostris [ad commoriendum & ad conuiuendum, id est, ad hoc vt vos nobiscum pro Christo, si necesse fuerit, moriamini, & nobiscum in regno Christi perpetualiter viuatis. Ex prædictis vult illos cognoscere quo animo nunc loquitur ad eos. Quos enim participes vult habere & ad præsentēs passiōes pro Christo & ad futurā vitā, non vtique illos abiicit, sed vt participatiōe dignos faciat exhortatur. Vel in cordibus nostris estis ad commoriendum & ad cōuiuendū, id est, ad hoc, vt nos vobiscum moriamur & viuamus: hoc est, si vos sustinetis mortem peccati in anima, nos estimeamus illam mortem esse nostrā: & si vos in obseruatione iustitiæ viuistis, nos credamus tunc nos ipsos viuere. Perfecta enim charitas profectū vel detrimentum aliorum credit esse suum.

*Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis. Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.*

Ideo estis in cordibus nostris, quoniā [multa fiducia est mihi apud vos, id est, multum confido de vestra correctione & salute, dum confidero

Philipp. 3.

Leuit. 26.

Iere. 31.

I. Cor. 3.

I. Cor. 6.

I. Cor. 15.

Ieze. 37.

Isai. 52.

Iere. 31.

Isai. 43.



**G** fidero ea quæ apud vos sunt. & [multa gloria] est [mihi pro vobis. i. multum gloriosior apud alios pro vestra religione. Videte ne frustra confidat de vobis, videte ne in vacuū gloriatur pro vobis. [Repletus etiā sum consolatione] cū audissem vestram correctionē, & [superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. i. gaudiū quod de vestra emendatione habeo, superat omnem mœrorem tribulationū nostrarū, quas in animo partim sustinemus pro peccatis vestris. Multa (inquit) fiducia mihi est apud vos. Fiducia hæc de primæ epistolæ correctione est, quā quia nō asperè susceperūt, fiduciam dederūt admonēdi se. Visi sunt enim velle corrigere se. Vnde gloriatur pro eis, animūq; suum ex hac parte cōsolatum pronunciat, intantum vt in omni pressura superabundare se gaudio dicat. Vidēs enim esse spem in his, pro quibus angustias patitur, gaudet cum tribulatur, certus se mercedē à deo recepturum adquisitæ salutis eorum.

**H** Nam & cum venissemus in Macedoniam nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus. Foris pugna, intus timores.

Memorat quæ patiebatur causa credentiū, vt eos prouocet ad charitatē & cōpansionem. dixi quia superabūdo gaudio in tribulatione nostra. Nam tribulationē passi sumus nō solū in Asia, sed & [cum venissemus] ad Macedones, vt eis vitæ viam mōstrarem. [nullam requiē habuit caro nostra,] sed incessanter vexata est assiduis tribulationibus. Caro nō habuit requiem. Ac si aperte dicatur: Quia spiritus requiem habuit, dum per profectum animæ persecutionū supplicia caro tolerauit. Spiritus enim requieuit in spe futuræ retributionis, dum caro laboraret in dolore præsentis afflictionis. Non permisi sumus respirare, [sed omnem tribulationē] pertulimus: quia & in corpore flagellati sumus, & animo timebamus pro his, quos ad fidem conuerteramus. Foris enim, id est, in corpore nostro erant pugna suppliciorum, intus, id est, in corde nostro timores, ne hi qui nuper erāt cōuersi, deficerēt. Nunc intelligeremus Apostolū memorare seditionem & plagas & carcerē, quæ legitur in Philippis cum Sylā pertulisse, & iterū seditiones ac persecutiones in Thessalonica & Berrhoea, nisi sciremus Apostolum nequaquā adhuc venisse Corinthum, quando illa pertulit. Hæc autem quæ nunc memorat, post conuersionem Corinthiorum passus est, quādo vice secunda perrexit in Macedoniam, nec referuntur in Actibus apostolorum. Foris erāt pugna corpori dum cæderentur, & intus animo timores. Illic enim est timor, vbi & intellectus est. Sed timor iste erat (sicut dictum est) propter eos qui crediderant, ne passione eius scandalizaretur. Nā sibi quid iam timeret qui patiebatur? Vel foris erant illis pugna, quia impugnabatur ab infidelibus qui sunt extra ecclesiā: intus, id est, in ecclesia timores, quia timebant ne diabolus ibi aliquid operaretur. Foris pugna ab apertis inimicis, intus timores à falsis fratribus. Sic & ecclesia semper habet inimi-

cos, & quos ferat foris, & quos gemat intus. Foris facilius euitabiles, intus difficilius tolerabiles. Sunt enim falsi fratres, sunt mali filij, & tamen filij, qui non contra nos blasphemāt Christum, sed nobiscum adorant Christum, & in nobis persequantur Christum, sicut Absalon patrē suū. De his est timor in ecclesia, ne cæteros ad imitationem sui pertrahāt. Valde enim periculosum est infirmis, habitare cum talibus.

*Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in aduentu Titi. Non solum autem in aduentu eius, sed etiam in consolatione qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram emulationem pro me, ita vt magis gauderem.*

Nos grauem tribulationem passi sumus. [Sed] deus qui consolatur humiles. i. humiliatos passionibus pro suo nomine, [cōsolatus est nos in aduentu Titi] reuertētis à vobis, vt nobis esset solatio. Nā quia Deus suorum non est immemor, sed semper dat eis in aduersitate solatiū, accelerauit aduentū Titi, vt refrigerio nobis esset positus in feruore tribulationis. Magna enim consolatio est patientis, si secum habeat condolentem. Et magna nobis consolatio fuit, dum nostræ prædicationis adesse videremus adiutorē. Sed [non solum in aduentu eius] consolatus est nos deus, [sed etiā in cōsolatione qua] ipse Titus, qui dolorē habebat de inobedientia vestra, [cōsolatus est in vobis, id est, cōsolationē accepit de pœnitentia vestra. Nam quia vidi Titum consolatū in vobis, & ego cōsolatus sum in vestra emendatione. Ipse enim cōsolatus est in vestra voluntate ad conuersionē prōpta, [referēs nobis vestrum desiderium] de emendatione, [vestrū fletum] de cōmissis, [vestram emulationē, id est, indignationē cōtra pseudo apostolos] [pro me. i. pro mea defensione, [ita vt magis gauderē] de vestra correctione, q̄ dolebā de nostra tribulatione. Nunciauit Titus illos habere desiderium emendandi se, & flere pro his quæ male egerant, & emulationē habere pro Apostolo. Ad discipulos enim quæ promissa sunt bene viuētibus, incitati sunt desiderio bene agēdi, vt æterna præmia mererētur adipisci. Et correpti non nitebantur excusare, sed flebant dolentes quia peccauerant. Intelligētēs charitatem Apostoli erga se, cœperūt illum cōtra aduersarios defendere. Vnde ipse magis gauisus est, quia non solū se correxerant, sed etiam amplius profecerant. Profectus enim illorū augmentauit eius gaudiū. Vel desiderium habebant videndi Apostolum, & flebant præ desiderio eius, & alter æmulabatur alterius desiderium pro Apostolo videndo.

*Quoniam etsi contristavi vos in epistola, non me pœnitet. Et si pœniteret, videns quod epistola illa (etsi ad horam) vos contristauit, nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis*

**A** ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundum deum, vt in nullo detrimentū patiamini ex nobis. Quæ enim secundū deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Seculi autem tristitia mortem operatur.

Verè magnum percepi gaudium, referente Tito quæ in vobis gesta sunt. Quia [etsi contristavi vos, id est, si errores vestros seuerius corripui in prima [epistola, nō me pœnitet] aipere scripsisse, quia hoc causa poscebat, & bonus effectus est secutus. Non me modò pœnitet, q̄ vos durius increpans cōtristavi, quia vester profectus facit me non pœnitere. [Et si] me pœniteret propter charitatē quia vos contristavi, [nūc gaudeo,] quia pfuit quod vos contristavi. Gaudeo videns [quod epistola illa] tam aspera [vos contristauit, etsi ad horam. i. quanuis paruo tēpore. Perpendo enim vtilitatem, quæ processit ex illa tam breui tristitia. Gaudeo enim, nō ideo [quia cōtristati estis, sed] ideo [quia ad pœnitentiam estis cōtristati. i. non mihi gaudiū facit vestra tristitia, sed vestra pœnitentia, quæ nō potuit esse sine tristitia. Gaudeo quia cum pudore estis contristati, non cū ira. Qui enim reprehensus pudorem patitur, corrigere se promittit. Qui autē irascitur, peiorē se futurū ostendit. De hac tristitia gaudeo, quia [cōtristati estis secundum deum. i. secundum volūtatē & inspirationem dei, [vt in nullo. i. nec in contristatione vestra] patiamini detrimentum ex nobis] sed ad profectū omnia proueniant. Detrimentum enim auditor ex prædicatione doctoris patitur, quando præceptis eius inobediēs existit, & priori peccato peccatū inobediētiae adiungit. Quia secundum deum contristati estis, idcirco detrimentum nō patiamini, sed commodum assequemini. Nam [tristitia quæ est secundum deū. i. qua quis dolet se fecisse quod Deus odit, [operatur pœnitentiā] ducentem [in salutem] non transitoriam, sed stabilem & æternam. Qui enim inde tristis est, quia hoc ei in seipso displicet quod deo displicet, elaborat illud pœnitendo delere & deo satisfacere, vt possit ad salutem quā peccando amiserat, peruenire. Agit enim pœnitentiā, & sperat dei misericordiam. Sed ecōtrario [tristitia seculi. i. qua peccator q̄ se non vult corrigere, tristis est & dolet, atque erubescit se detestatum esse in hoc seculo, vbi nil verecundiæ de suis nequitias vult habere, operatur æternam mortem. Et ideo caute tristitiā illam. Tristitia enim seculi est aut de verecundia reprehensæ culpæ, aut de amissis rebus presentibus, aut de alienis nō inuasis, aut de aliena felicitate, vel de aliqua huiusmodi re torqueri. Dum ergo tali quis tristitia tenetur, cor eius à principe mortis diabolo possidetur, & mortē in eo tristitia hæc operatur. Tristitia verò secundū deū est, aut sua, aut aliena peccata lugere. Et ideo pœnitentiā operatur, quæ ducit ad salutē.

**C** Qui enim inde tristis est, quia hoc ei in seipso displicet quod deo displicet, elaborat illud pœnitendo delere & deo satisfacere, vt possit ad salutem quā peccando amiserat, peruenire. Agit enim pœnitentiā, & sperat dei misericordiam. Sed ecōtrario [tristitia seculi. i. qua peccator q̄ se non vult corrigere, tristis est & dolet, atque erubescit se detestatum esse in hoc seculo, vbi nil verecundiæ de suis nequitias vult habere, operatur æternam mortem. Et ideo caute tristitiā illam. Tristitia enim seculi est aut de verecundia reprehensæ culpæ, aut de amissis rebus presentibus, aut de alienis nō inuasis, aut de aliena felicitate, vel de aliqua huiusmodi re torqueri. Dum ergo tali quis tristitia tenetur, cor eius à principe mortis diabolo possidetur, & mortē in eo tristitia hæc operatur. Tristitia verò secundū deū est, aut sua, aut aliena peccata lugere. Et ideo pœnitentiā operatur, quæ ducit ad salutē.

*Ecce enim hoc ipsum secundum Deū contristari vos, quantum in vobis opera-*

*tur sollicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium sed emulationem, sed vindictam.*

Verè tristitia quæ secundum Deum cor afficit, operatur pœnitentiam in salutē. Nam operatur ea quæ conducunt. [Ecce enim] in vobis ipse hoc apparet, i vobis ipse hoc experti estis. Quia hoc ipsum contristati vos secundū deū. i. hoc ipsum quod contristati estis secundum deū, licet parū videatur esse, quantam. i. quā magnam [operatur in vobis sollicitudinem] emendandi quod deliquistis, vel ne amplius delinquatis. Nec solum sollicitudinem ne denuo peccetis [sed & defensionem] aduersus impugnationes dæmonum, quia non iam finitis vos ab eis vinci, sed strenue vos ipsos defenditis. Et non solum defensionem aduersum inimicos [sed indignationem] contra vos ipsos pro malis quæ fecistis. Nec tantū indignationē, [sed & timorem, ne damnemini pro peccatis quæ cōmissis, vel ne deinceps in culpas cadatis, quoniam beatus homo qui semper est pavidus. Neq; solum timorē, [sed & desiderium,] quo desideratis in melius prouehi. Et nō solum desiderium, [sed & emulationē. i. zelum atque feruorē imitandi me vel alios bonos. Neq; tantūmodo emulationē bene agendi ad exemplum sanctorum, sed & vindictam, quia punitis in vobis ipsis mala quæ fecistis. Hæc omnia operatur in vobis hoc, quod secundum deum contristati estis: & ideo patet quod tristitia quæ secundum deum est, operatur pœnitentiam in salutem: quia generat omnes has virtutes, quæ ducunt ad æternam salutem. Vel sollicitudinem. i. mentis vigilantiam aduersus deceptiones pseudo apostolorū: & defensionē, vt me seu vos ipsos defendatis contra illos: & indignationem, vt illis vel cæteris male agentibus indignemini: & timorē gehennalis pœnæ, atque desiderium celestis gloriæ: vel timorem. i. suspicionem vestræ fragilitatis, ne per eam vobis contingat vt cadatis: & desiderium recte semper viuendi: & emulationem, vt zelus domus dei vos comedat, & ardeatis intrinsecus fauore corrigendi ea quæ male fiunt in ecclesia. i. in plebe Christiana: & vindictam, vt eodem zelo dei puniatis peccantes, sicut ecclesiæ disciplina exigit. Omnia hæc bona proueniunt ex tristitia quæ est secundum deū, idcirco supra dixi, quia nō me pœnitet quod vos ita contristavi.

*In omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio. Igitur etsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit iniuriā, nec propter eū qui passus est, sed ad manifestandam sollicitudinem nostram, quā habemus pro vobis corā Deo. Ideo quoque consolati sumus.*

Vt vniuersaliter dicam, quid vobis tristitia quæ secundum deum est, contulerit, [in omnibus exhibuistis vos esse incontaminatos negotio

E  
Proue. 28F  
Psal. 86  
Ioan. 2.Actuū. 16  
& 17.

ad pœ-

**G**cio, id est, vt fitis incontaminati Christiano negocio agendo, vt libere possitis aliorū peccata punire. contaminatus enim auctoritatem nō habet in alios vindicare. Vel exhibuistis vos esse incontaminatos, id est, probastis vos esse immunes à negocio, id est, à peccato illius qui patris vxorem habuit. Quia secundū disciplinā vindicastis in eum, ostendistis vos non iam esse cōtaminatos negocio iniquitatis illius, cui antea consentiendo inquinati eratis. Et quia incōtaminati estis, igitur apparet quia non propter illos principaliter scripsi, sed magis propter ecclesiam. Et hoc est: [igitur et si scripsi vobis] de illis, non scripsi [propter eum qui fecit iniuriā] patri, tollens vxorem eius, nec propter eū qui passus est, id est, propter patrem cui vxor ablata est. nam & ipse grauer peccauit, negligens vxoris suæ salutem, vel filij, & scienter ferens & filenter tantum flagitium. sed potius scripsi pro omnibus vobis [ad manifestandam sollicitudinē nostram, quam habemus pro vobis,] id est, vt manifestarem vobis quam solliciti & studiosi simus de vestra salute [coram deo] qui videt occulta intentionis vestre. Hanc vobis manifestare volumus, vt & vos eam sciretis, quam in diuinis obtutibus habemus. Nam iniustus emendando, & pollutus sanctificando, & ecclesie reconciliando totius populi sollicitudinem me habere demonstro. Quia in vno male agente multi confunduntur, & in vno contumeliā patiente multi indignantur, & quia pro salute & emendatione omnium vestrum scripsi de illis, & euenit quod intendebam, ideo consolati sumus dū vos audiremus esse correctos. Vel exhibuistis vos esse incōtaminatos à negocio seculari, quo prius eratis contaminati, cum dicerem vobis,

**1. Cor. 6.** Audet aliquis vestrum habens negociū aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? Contaminati enim eratis hoc negocio dū dicerē: Omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Et quia nunc vos exhibuistis ab eo esse incontaminatos, igitur et si scripsi vobis, non scripsi principaliter propter eū qui fecit iniuriā vel qui passus est, id est, propter quēlibet eorum qui iniurias & fraudes fratribus faciebant, vel patiebātur à fratribus, sed magis pro omnibus vobis, vt omnes talia facere caueretis. Et scripsi ad hoc, vt manifestarem vobis me pro vobis coram Deo sollicitum esse. Et quia nunc estis à tali negocio incontaminati, ideo consolationem habemus in vobis.

*In consolatione autem nostra abundantius magis gauisi sumus, super gaudio Titi, quia resectus est spiritus eius ab omnibus vobis. Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum, nō sum confusus. Sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus, ita & gloriatio nostra quæ fuit ad Titum veritas facta est. Et viscera eius abundantius in vobis sunt, reminiscens omnium vestrum obedientiam, quomodo cū*

*timore & tremore excepistis illum. Gaudeo quod in omnibus confido in vobis.*

Nos in hoc quidem cōsolati sumus, quod incōtaminatos vos exhibuistis negocio, sed amplius de gaudio Titi quod habet in vobis. Cū audisset Apostolus eos per primā epistolā increpatos velle se corrigere, consolationē accepit. A Tito etiam discēs quia dolorē pateretur erroris sui, auctus est in cōsolatione & repletus gaudio, quia voluntas eorū in opere cōceperat probari, Tito id cū lætitia referente. Et hoc est quod dicit: Nos consolati sumus de vestra melioratione. Sed [in consolatione nostra abundantius magis gauisi sumus super,] id est, de, [gaudio Titi.] De vtroq; enim .i. de correctione vestra & de gaudio Titi abundantius gauisi sumus, q̄ tristemur de tribulatione nostra, sed magis de gaudio [Titi, quia spiritus eius] qui mœrore p vestra subuersione defecerat, [resectus est ab omnibus vobis,] non quia iam omnes fitis correcti, sed quia iā quiddā sperat de reliquis. Spiritus eius, qui fame bonorū operum vestrorum defecerat, resectus est à vobis illo cibo, de quo dominus ait: Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me. [Et si gloriatus sum apud illum de vobis quid,] id est, aliquid boni de vobis afferens, [non sum confusus,] id est, nō erubui de hac gloriatio. Antequā pergeret Titus ad eos, audiuit ab Apostolo quia erāt bonæ voluntatis in emendandis vitiis. Ac per hoc regresso illo & idem referente, non erubuit Apostolus, sed alacer factus est, quia non aliter inuenerat Titus quā audierat ab eo. Non sum [inquit] confusus pro vobis, [sed sicut omnia] quæ audistis à nobis, [loquuti sumus vobis in veritate] sine aliqua falsitatis admixtione, [ita & gloriatio nostra quæ fuit] de vobis [ad Titum, facta est] non solum vera, sed (vt plus dicam) ipsa [veritas,] id est, apparuit ei veritas, dum videret ita esse vt dixeram. Efficentia enim vestre correctionis tam vera facta est, quā & prædicatio nostra. Veritas enim arguentis apparet, si M hi qui arguuntur, incipiunt se emēdare: quia dū correcti immutantur, testimoniū perhibent arguenti. Vos [inquam] spiritum eius resecistis, & me vera de vobis illi dixisse probastis. Et ideo [viscera eius,] id est, affectiones dilectionis eius abundantius sunt in vobis] quā in aliis, quia vidit profectum vestrum. Sancti enim animus in omni bono est. Viscera cordis eius sunt in vobis, [reminiscens omnium vestrum obedientiam, quomodo,] id est, quā accurate [excepistis cum omni timore] cordis [ & tremore] corporis. Scientes Corinthij ab Apostolo missum esse Titum, & se in multis vitiis ab Apostolo fuisse reprehētos, territi sunt in aduentu eius. Et quia vitam suam cōceperant emēdare, solliciti erant obedire præceptis eius, vt regressus Apostoli animum mitigaret eis. Quamobrem Titus eos laudauit, quia in eo reueriti sunt Apostolum. Ideo subiungit: [Gaudeo] vos ita profecisse, [quod in omnibus] rebus [confido in vobis,] id est, cōfido quod in omnibus modo bene agetis. Non solum enim in bona voluntate eorū letatus est, sed & in operibus bonis

nis, quibus ea quæ peccauerant, emendabāt. Et ideo sicut sapiēs medicus iam pene sanata vulnera leuissimis medicamentis curabat, vt prioris increpationis vstura sanaretur.

CAPVT VIII.

*Oram autem facimus vobis fratres gratiam Dei, quæ data est in ecclesiis Macedonia, quod in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipsorum fuit, & altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum: quia secundū virtutem (testimonium illis reddo) & supra virtutem voluntarij fuerunt, cū multa exhortatione obsecrantes nos gratiā & communicationem ministerij, quod fit in sanctos, & non sicut sperauimus, sed semetipsos dederunt primum domino, deinde nobis per voluntatem dei, ita vt rogaremus Titum, vt quemadmodū cepit, ita & perficiat in vobis etiā gratiā istam.*

Postquam correcti sunt hortatur eos ad bene agēdum, & exemplo ecclesiarū Macedonia ad misericordiam illos prouocat, vt non putēt graue quod viderint Philippenses vel alios iam fecisse. Et quia supradixerat, cū venissem⁹ in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, ne quis putaret quod nullum ibi fructum fecisset, sed solummodo pœnas sustinisset, quod non multum ad cōmendationem valeret, ostēdit multos ibi fuisse cōuersos, & ad culmē perfectionis, subito pductos. Quasi dicat: Hucusq; notam fecimus vobis consolationem, quam de vestra correctione habuimus in tribulatione, quam apud Macedones pertulimus. Sed nunc notificamus [vobis gratiam dei,] id est, gratuitam largitionem spiritualium bonorum, [quæ data est] diuinitus [in ecclesiis Macedonia.] Nos enim non defecimus in tribulatione, sed perstitimus fortiter, donec ibi multę construerentur ecclesie. Et data est illi tanta gratia, [quæ multo experimento tribulationis,] id est, cū multas experirentur tribulationes, [abundantia gaudij ipsorum] semper abundauit. Quia deuoto animo perceperunt verbum dei, idcirco diuinitus eis data est gratia, vt in tribulatione Pauli & Sylæ, quam supra memorauimus, nō scēdalizarentur, sed de spe promissa gauderent, & se passionibus eorum probatos ostēderent. Et hoc est in multo experimento nostræ vel etiam suę tribulationis, abundantia gaudij interni ipsorum quod de spe cælestium præmiorum cōceperant, non minorata est, sed abundauit. [Et altissima paupertas eorum abundauit in diuitias.] Quasi dicat: In tribulationibus quas patie-

do experti sunt, & etiam de bonis suis pauperibus Christi copiose largiti sunt. Quia & altissima, id est, profundissima & humilima: vel altissima, id est, nobilissima & præconis extollēda paupertas eorum abundauit in diuitias. i: maior facta est dū tenderet diuitias dare. Vel abundauit in diuitias dandas, id est, cū esset magna illis paupertas, abundanter tamē erogauerunt sanctis diuitias. Quia cū tenues essent substantia facultatum, animus ipsorum diues inuentus est in ministerio sanctorū. Diuitias dico, [simplicitatis eorum,] quia simplici intentione ex eo quod habebant, erogauerunt, non vt hominibus, sed vt soli deo placerent. Non enim duplici, sed simplici corde dederunt, qui non inde quæsierunt remunerationem ab hominibus & à deo, sed tantum à deo. Verē paupertas eorum abundauit in diuitias, [quia secundum virtutē] rerum suarū [reddo illis] inde [testimonium,] id est, assero quia secundum quod vires eorum sufferre poterant erogauerunt & [etiam supra virtutem fuerunt] ad dādum [voluntarij,] quoniam amplius volebāt dare, quā eorum vires admittebant. Non enim coacti, sed voluntarij in hoc fuerūt etiam supra virtutem facultatum suarū, quia etiam de suis rebus necessariis, quibus vita illorum carere non poterat, obtulerūt nemine cogente. Ipsi dico [obsecrantes nos,] id est, cum adiuratione sacrorum deprecantes, vt de suis rebus facerent [gratiā,] id est, gratuitā donationem [ & communicationem,] id est, vt sua bona non quasi propria sibi retinerent, sed quasi communia sanctis impenderent, quæ cōmunicatio esset [ministerij quod fit in sanctos,] id est, in hoc fierent bona eorum communia, vt ex his ministraretur in sustentationem sanctorū qui erant in Ierusalem. Tam simpliciter & deuote obtulerūt quod ultra vires eorum erat, vt cum lachrymis deprecantes offerrent, vt vel sic cogere accipi à se quod accipiendum nō videbatur, quia plus erat quā poterat eorū substantia, ne forte eis postea egestas pœnitentiam boni operis suaderet. Sed quia tales se ostenderunt, vt puro animo iam præsentia postponentes futuris promissionibus, confidentia fidei se confirmarent, accipi ab eis visum est, ne boni cordis gratia fructum amitteret. [Et non] egerunt [sicut sperauimus,] vt quasi pro redimendis culpis suis hoc darent, vt parceremus vitiis eorum, [sed dederunt domino] non solum res suas, [sed] & [semetipsos] quasi sacrificium immaculatum. Primum [domino,] vt ei soli seruirent, se deuouerunt: [deinde & nobis] se dederunt, vt essent parati nobis in omnibus obedire: & hoc [per voluntatem dei,] qui vult homines subdi vicariis suis, vt ipsi à nobis admoniti, operaretur singula mandata domini iuxta modum nostrę iussiois. Et idcirco ab his accipere debuimus quod offerebant, quia prius emēdantes errores pristinos & vitæ ac morum vitia ultra quā sperabamus, deo se vouerunt. Visum est enim simpliciter illos hoc agere, vt non timeret cui offerebatur accipere: quia non vtique hoc animo offerebant, vt redimentes præpositos suos muneribus sibi mulcerent, vt vitia non arguerent, quia munera excæcant oculos sapientium

G sapientium, & peruertunt verba iustorum. Dantes ergo se primum Deo dum emendant vitia, deinde nobis dum sanctis offerunt sumptus, contristari non debuerunt, qui pene antequam inciperent, perfecti esse voluerunt. Horum igitur exemplo, libenter ea quæ cœpistis in ministerio sanctorum vos Corinthij debetis perficere. Ita enim instituerunt, & ita prouocati sumus largitate eorum, [vt rogaremus Titum,] vt ad simile opus vos animaret, [vt quemadmodum cœpit] vos, postquam correcti estis, ad bene agendum informare, [ita perficiat in vobis etiam gratiam istam,] vt incitet vos ad dandum. Quoniã Titi affectum syncerũ nouerat Apostolus circa istos, necnon & hos obediens ei, idcirco per ipsum etiã ad hoc opus exhortari illos facilius posse significat, vt quomodo in cæteris rebus exhortationis suæ fructum in eis habuit, haberet etiam in hac gratia, vt ad ministerium sanctorum promptos eos faceret, vt quia iam vitia emendabant, huius largitatis fructum facerent.

H Sed sicut in omnibus abundatis fide, & sermone & scientia & omni sollicitudine, insuper & charitate vestra in nos, vt & in hac gratia abundetis: non quasi imperans dico, sed per aliorum sollicitudinem etiam vestræ charitatis ingenium bonum comprobans. Scitis enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues: vt illius inopia vos diuites essetis. Et consilium in hoc do. Hoc enim vobis vtile est, qui non solum facere, sed & velle cœpistis ab anno priore. Nunc verò & factò perficite, vt quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta est secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet.

Rogauimus Titum vt vos moneat ad gratiã largitatis. Sed & ego vos ad hanc moneo, vt in hac abundetis [sicut in omnibus] rebus [abundatis fide,] quia in omnibus recta fides iam vobis abundat: [ & sermone. i. gratia loquendi vel in vna lingua vel in pluribus abundatis: [ & scientia] scripturarum, vel peritia quarũlibet rerũ diuinitus concessa. Sunt enim nonnulli qui factis abundat in sermone, sed tamen parũ habent scientiã: & sunt alij qui scientia abundant, sed eloquentiam sermonis non habent. Vobis autẽ concessit deus abundatẽ vtrunque, & sermonem scilicet & scientiam. & abundatis in [omni sollicitudine,] quia sufficienter in omnibus estis solliciti, in quibus vos oportet sollicitos esse. [insuper] abundatis [ & charitate in nos,] id est, vestra charitas trãsit abundatẽ in nos, quia

copiosẽ nos diligitis. Et sicut iam in his virtutibus abundatis, ita suadeo [vt & in hac gratia] largitatis [abundetis,] quatenus de vestris rebus abundanter iuxta modum possibilitatis vestræ sanctis impendatis. [Non quasi imperans] hoc vobis [dico] ne videar vos ad hoc inuitos cogere, quos ad bene agendum spontaneos volo semper esse, & ne vos sitis trãsgressores imperij mei. Non quasi imperans, sed quasi consulẽs dico, vt sanctis necessaria mittatis, & [comprobans,] id est, probatum deo & hominibus ostẽdere volẽs, [bonum ingenium vestrę charitatis per sollicitudinem aliorum,] id est, per hoc quod pro aliis, id est, pro sanctis eritis solliciti, reuelãtes inopiam eorum, vt videamini nõ didicisse, sed naturaliter possidere misericordiam & largitatem. Ita volo comprobare vestram charitatem esse ingeniosam & prudentem, cum sine imperio meo susceperit pauperum Christi sollicitudinem, mittens eis vnde releuent egestatem. Vel per sollicitudinem aliorum, id est, Macedonum, quos refero vobis sollicitos esse de sustentatione sanctorum pauperũ, volo comprobare etiam bonum ingenium vestrę charitatis, vt ostendam charitatem vestram habere bonũ ingenium, cum sine iussu meo cœperit sua sponte facere ea quæ audit Macedones fecisse. Et iustum est vt in hac gratia abundetis, atq; pauperibus temporalia bona largiter ministratis: quia vos ipsi [scitis] quantam [gratiam] vobis dei filius cõtulit, quã misericorditer erga vos egit, qui pauper pro vobis temporaliter fieri voluit, vt vos permanentium diuitiarum participes efficeremini. Hanc eius gratiam scitis, quia [cum esset diues] in sua maiestate [propter vos egenus factus est] in mundo, [vt vos illius inopia] diuitiis spiritualibus repletemini. Si ergo ille qui omnium creator & dominus est, pro vobis paupertatem sustinuit, cur vos pro eius amore partem diuitiarum vestrarum eius membris indigentibus non tribuat? Diues erat. Vnde enim homines sunt diuites? Auro, argento, familia, terra. Sed omnia per ipsum facta sunt. Quid ergo illo ditius, per quem facta sunt diuitiæ, etiã illa quæ non sunt veræ diuitiæ? Per illum enim & illa diuitiæ, ingenium, memoria, vita, ipsius corporis sanitas, sensus, confirmatioque membrorum. Etenim cum hæc salua sunt, & pauperes diuites sunt. Per illum & illa maiores diuitiæ, fides, pietas, iustitia, charitas, boni mores. Nemo enim & has habet, nisi per eum qui iustificat impiũ. Ecce quã diues. Quis enĩ diues, qui habet quod vult alio faciente, an qui facit quod vult & alium habentem? Puto quia ditior est, qui fecit quod habes: quia quod ille habet, tu nõ habes. Diues est, cũ sit in forma dei æqualis omnino patri. Sed egenus propter nos factus est, quando semetipsum exinanivit formã serui accipiens. Non autem dictum est, egenus factus cum diues fuisset: sed, egenus factus est cum diues esset. Paupertatem enim assumpsit, & diuitias non amisit. Intus diues foris pauper. Latẽs deus i diuitiis, apparẽs homo in paupertate. Quia eius paupertate sumus ditati, quia in sanguine eius peccatorum nostrorum conscisus est factus. Per illum sanguinem abieci-

A pannos iniquitatis, vt indueremur stolam immortalitatis. Ne ergo diuitias expauesceremus, & ad eum accedere cum nostra mendicitate nõ auderemus, pauperem se exhibuit. i. deus nasci dignatus est homo, virtutem suã potestatis humiliã, vt hominibus diuitias suã diuinitatis adquireret, & eos confortes diuinæ naturæ faceret. Qui tamen in diuinitatis suę diuitiis nobis inuisibilis permanens, miris nos poterat virtutibus ditare: sed vt ad internas diuitias rediret homo, foras apparere dignatus est pauper deus. Quia videlicet min⁹ nos amasset, nisi & paupertatem nostrã susceperet: nec vim nobis suã dilectionis ostenderet, nisi hoc quod a nobis tolleret ad tempus ipse sustineret. Et hoc est quod nunc Apostolus, vt largitatis gratiã viscera nostræ compassionis accenderet, ait: Propter vos egenus factus est cum diues esset. Et his verbis hortatur auditores, vt largiẽdo quasi pauperes fiant, vt pro sit paupertas eorum sicut Christi paupertas nobis pfuit. [Et in hoc,] inquit, i. in cõsideratione tãti beneficii dei, [do] vobis [cõfiliũ,] vt scilicet ad similitudinẽ Christi paupertatem subire non recusetis, vt a sanctis paupertatem effugatis. [Hoc enim vobis est vtile,] vt per imitationẽ paupertatis Christi tendatis ad diuitias eius. Hoc vobis est vtile, quia magis pdest faciẽtib⁹ quã accipientibus. Vtile est vobis, [qui iã cœpistis] hoc [nõ solum facere, sed etiam velle ab anno priore,] i. præterito, vel à priore anno vestræ conuersationis vsque nunc. Facile quippe est in bono opere obedire etiã nolentem, sed hæc magna in vobis virtus extitit, qui hoc bonum quod vobis nunc suadeo, & antè voluistis. Sed [nunc] etiã id [factò] perficite quod iam voluntate fecistis, vt non solum vultis in corde, sed etiã complectis in opere. Ita factò peragite, quod voluntate iam dudum cœpistis agere, [vt quemadmodum promptus est animus voluntatis,] ita prõptus [sit &] animus [perficiendi,] id est, sicut promptus est animus vester ad volendum, ita promptus sit & ad perficiendum [ex eo,] id est, secundũ id [quod habetis,] siue plus, siue minus, vt vnusquisq; tãtũ det quantum potest: quoniã voluntas retinens quod dare posset, infructuosa est. Idcirco vobis suadeo dare ex eo quod habetis, quia [si voluntas est prompta] & parata dare, [secundum id quod habet,] accepta est [de]o secundum illud quod ita tribuit, [nõ secundum id quod nõ habet. Ac si aperte dicatur: Ne putetis me ab aliquo supra vires exigere, aut tantum a paupere quantũ a diuite expectere. Omnes enim æqualiter dant, si vnusquisque ex tanto dat quantum habet. Quia enim Corinthij ad hoc opus ministerij prouocantur, hoc eis indicitur, vt non plus tribuant quã possunt: ne forte plus offerẽtes, coacti, nõ voluntarij, viderentur sine mercede facturi: quia qui coactus aliquid facit mercedẽ nõ habet. Et ideo dicitur eis, quia si voluntas est prõpta dando secundum id quod habet, accepta est deo, non secundũ id quod non habet. Ille enim dat ex eo quod habet, qui sibi necessaria retinet, & cætera quibus carere potest, largitur pauperib⁹. Qui verò de his tribuit quæ suo vsui necessaria sunt, ille dat secundũ id quod

non habet, id est, vltra vires suas: quoniam illa quibus indiget, quasi non habet, quia carere nõ potest, & idcirco ad dandũ illa non habet. Propter quod nunc dicitur Corinthiis qui tenaces sunt, quia voluntas quę sua sponte tribuit secundum id quod habet, vt sibi scilicet necessaria retineat, placens est deo: nõ illa quæ coacta tribuit secundum id quod non habet, id est, quod sine murmuratione ferre non potest. Nõ enim intelligendum est, nõ esse deo acceptum si quis deuoto corde obtulerit etiam vltra suum posse, cum Macedones inde multum sint laudati, quoniã supra virtutem fuerunt ad dandum voluntarij. Illi enim non indiguerunt admonitione vt Corinthij, sed vltro obtulerunt cum præcibus, vt probarent se tota voluntate hoc facere, vt plus offerrent quã poterant. ideoque fuit acceptabile. Quanto enim amplius obtulerunt, tanto plus accepturi sunt. Corinthiis verò tanquam adhuc infirmantibus parcitur. vnde & subditur:

Nõ enim vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate in præsentem tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat, vt & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, vt fiat æqualitas, sicut scriptum est: Qui multum, non abundauit: & qui modicum, non minorauit.

Iure dixi voluntatẽ esse acceptam, si prompta fuerit dare secundum id quod habet. [Non enim] suadeo vobis tantũ dare, [vt aliis] quib⁹ dederitis: [sit remissio. i. inopię] alleuatio & relaxatio, sed [vobis tribulatio. i. inopia] nimia. Hæc procul dubio Apostolus condescendendo infirmis (vt præmissimus) intulit, quoniã qui busdã inopiam ferre non valentibus tolerabilius est minus tribuere, quã post largitatem suã ex inopiæ angustia murmurare, cum enim dantis mens ferre inopiam nescit, si multa sibi subtrahit, occasionem contra se impatiẽtiã exquirat. Prius ergo præparãtus est animus patientiæ, & tunc aut multa aut cuncta sunt largiendane dum minus æquanimiter inopia irruens fertur, & præmissa largitatis merces pereat, & adhuc mentem deterius murmuratio subsequens perdat. Non hoc (inquit) suadeo vt alij ociose viuant de bonis vestris, & tribulatione famis vos cruciemini: sed vt ex æqualitate subueniatis illis [in præsentem tempore,] i. vt vnusquisq; quantum habet, ad tempus diuidat cum sanctis quia non plus exigitur quã sibi retinere debet, dicente scriptura, diliges proximum tuum sicut teipsum. & Qui habet duas tunicas, det non habenti. Vel in præsentem tempore breuis huius vitæ communique illis vestras diuitias, vt & ipsi in æterna vita communicent vobis suas. Et hoc est quod subditur: [vestra abundantia] carnalium bonorum suppleat, et si non ex toto compleat illorum corporalem inopiam, qui omnia mundi deferuerunt, [vt illorũ] spiritualis [abundantia, sit supplementum]

Nota.

Ioh. 1.

M.

Philip.

Exod. 16.

Leuit. 19.

Lucæ. 3.

Q spiritualis



**G** spiritualis [vestræ inopiæ.] Hoc iubet Aposto-  
lus, vt quia iuxta tempus sancti inopiam patie-  
bantur, deserentes omnia mundi, & se solis di-  
uinis operibus mancipantes, vt orationi vel do-  
ctrinæ insistant ad profectum multorum, ceteri  
fideles qui negociis vel artibus insistant, aut  
paternas habent facultates, ministrent eorum  
inopiæ. vt iterum sancti illic vbi diuites sunt, &  
isti inopes .i. in spiritualibus & æternis cõmu-  
nicent eis, quasi vicē repēdentes ministerio eo-  
rum. Nam cū pauci sint qui spiritualia dona per-  
cipiunt, & multi qui rebus temporalibus abun-  
dant, per hoc se diuites virtutibus pauperū in-  
ferunt, quod eisdem sanctis pauperibus de suis  
diuitiis solatia ministrarēt. Vestra, inquit, abun-  
dantia illorum inopiam suppleat, vt & illorum  
abundantia vestræ inopiæ sit supplemētum, vt  
videlicet sollicitē perpēdamus, quia & eos quos  
nunc inopes cernimus, abundantes quandoq;  
videbimus: & qui abundantes aspiciamus, si lar-  
giri negligimus, quandoq; inopes erimus. **Qui**

**H** itaque nunc in hoc tempore subsidium pauperi  
tribuit, ab eo postmodum perpetua recepturus  
vt ita dicam, quasi ad frugem terram excolit,  
quæ quod acceperit huberius reddit. Restat er-  
go vt nunquam elatio furgat ex munere, quan-  
do videlicet diues ex eo quod pauperi tribuit,  
agit: vt in perpetuum pauper nō sit. **Qui** enim  
uiuunt in seculo, non habent merita ad vitam  
æternam sufficiētia. Sed quia pauperes **C H R I S T I**,  
quorum est regnum cælorum per eleemo-  
synas, amicos & debitores sibi fecerūt, per me-  
rita eorum consequentur quod per se non me-  
rentur: [vt] tunc [fiat] vtrorunque [æqualitas],  
non quia nō differant, sed quia omnes idem re-  
gnum habebunt, & vniciq; sufficiet quod ha-  
bebit. Vel æqualitas est, vt quia isti in hoc tem-  
pore ministrant sanctis, reddantur eis vices ab

**I** eis in futuro, quia debitores illi faciunt sanctos.  
Æqualitas ipsa est p. x nostræ Ierusalē, vt ope-  
ra misericordiæ corporalia iungantur operibus  
prædicationis spiritualibus, & fiat pax dando &  
accipiendo. Fiat æqualitas in regno, [sicut scri-  
ptum est] in signo. [Qui multum] subaudi col-  
legerat de manna. i. amplius quàm gomor, [nō  
abūdauit,] id est, nō plus habuit quàm gomor.  
[& qui modicum] collegerat, id est, minus quàm  
gomor, [non minorauit,] id est, non minus ha-  
buit quàm gomor. Quando enim ventum est  
ad epulas, omnes æqualiter habuerunt, hoc si-  
gnificāte deo, quia populus suus qui per deser-  
tum huius vitæ graditur ad terram promissio-  
nis æternæ, æqualitatem habiturus in conui-  
uio est supernæ refectiois, quia omnes Deum  
videbunt. Et qui multum hīc laborauit, atque  
plurima merita congregauit, non plus quantū  
ad æternam vitam pertinet habebit, quàm ille  
qui modicum bonæ operationis egit. Vnde di-  
citur in euangelio, quia illi qui diuersis horis ad  
vineæ culturam accesserunt, omnes pariter in

**Matt. 20.** vespera denarium acceperunt. Tunc ergo fiet  
æqualitas, quia omnes habebunt vitæ æternæ  
æqualitatem. Omnes erunt in æqualitate, quia  
omnes erunt in æternitate. Non enim longior  
erit vita sanctorū pauperū, quàm vita electorum se-  
culariū. Tamē sancti pauperes maiorē habebūt

in carne & anima gloriam & beatitudinē. Idcirco  
autē equabuntur ita diuites sanctis pauperi-  
bus in perceptione denarij vitæ perennis, quia  
nunc æquant sibi illos in diuitiis suis nō secun-  
dum paritatem, sed vt sustententur de rebus eorū  
sicut ipsi. Rex enim de toto suo regno nō plus  
habet nisi victum & indumentum, quo carere  
præsens vita non potest. Et idcirco diues pau-  
perem sibi æquat, si ei cibos & vestimenta præ-  
beat, licet ipse plus retineat quàm largitur. Qui  
multū (inquit) habuit nō abundauit, quia scili-  
cet quod plus habebat, dedit indigenti: & qui  
modicū, nō minorauit, quia accepit ab illo qui  
abundauit. Vult nos omnia communiter possi-  
dere, vt perfecti doctrinā nō abscondant, & ha-  
bentes substantiam eis non denegent victum.  
Plus etiam in spe futuri seculi habent sancti, quā  
hi qui in isto tempore videntur diuites: & tamē  
vtrique (sicut dictum est) in illo seculo æquabū-  
tur, vt sicut istorum beneficio nunc sustentatur  
inopia sanctorum, ita & hi beneficio sanctorū  
tunc diuites fiant. Non enim totos se dederunt  
deo, vt hīc pauperes, illic essent diuites, ideo vi-  
dentur illic esse pauperes. Sed ditabuntur san-  
ctorum suffragio, quorū se virtutibus inferue-  
runt, dum eos ad bene agendum sustentarent,  
ministrando illis necessaria: quia qui recipit ius-  
tum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. **Matth. 10**

*Gratias autem ago Deo, qui dedit  
eandem sollicitudinem pro vobis in cor-  
de Titi, quoniam exhortationē quidem  
suscepit, sed cum sollicitior esset, sua vo-  
luntate profectus est ad vos. Misimus  
etiam cum illo fratrem nostrum, cuius  
laus est in euangelio per omnes ecclesias.  
Non solum autem, sed & ordinatus  
est ab ecclesiis comes peregrinationis no-  
stræ in hac gratia, quæ ministratur à vo-  
bis ad domini gloriam & destinatam  
voluntatem nostram, deuitantes hoc, ne  
quis nos vituperet in hac plenitudine,  
quæ ministratur à nobis. Prouidemus  
enim bona non solum coram Deo, sed et-  
iam coram hominibus. Misimus au-  
tem cum illis & fratrem nostrum, quem  
probauimus in multis sepe sollicitum es-  
se, nunc autem multo sollicitiorem, confi-  
dentia multa in vos, siue pro Tiro, qui  
est socius meus & in vobis adiutor: siue  
fratres nostri apostoli ecclesiarum gloria  
Christi. Ostensionem ergo quæ est cha-  
ritatis vestræ & nostræ gloriæ pro vo-  
bis, in illos ostendite in facie ecclesiarum  
Dei.*

Deus

**A** Deus quia iustus est, sciens Corinthios velle  
proficere, Titi affectū accendit erga eos, vt ad-  
impleret exhortatione sua voluntatem illorum  
in opere bono: qui videns profectū illorū, læta-  
tus est in eis. Et hoc est: Ego quidē (inquit) so-  
llicite vos ad opus misericordiæ prouoco, sed  
[gratias ago deo, qui] per spiritum sanctū [de-  
dit in corde Titi eandem sollicitudinem,] quam  
ego habeo pro vobis. vt non deficiatis, sed pro-  
ficiatis in opere bono: quoniam non repugna-  
uit, sed exhortationem nostrā suscepit, qua ex-  
hortamur eum ire ad vos incitandos. Exhorta-  
tionem quidem nostram suscepit, voluntatem  
verò non per nos habuit, quia iam habebat. Et  
volūtate quidem propria sollicitus erat pro vo-  
bis, sed exhortatione nostra factus est sollicitior  
Et cū ita sollicitior factus esset, profectus est ad  
vos sua voluntate, quam illi deus inspirauerat.  
Vel suscepit exhortationem, id est, suscepit hoc  
onus laboris, vt vos exhortaretur ad largitatem  
sustentationis sanctorum: sed dum propter ve-  
strum profectum esset factus [sollicitior,] profe-  
ctus est ad vos sua voluntate, id est, videns vos  
proficere circa bonos actus, sollicitior factus est

**B** erga curam vestræ salutis, ita vt voluntarius  
proficisceretur ad vos, qui prius etiam rogatus  
excusabat ire propter vitia vestra. Ipse quidem  
profectus est sponte. Sed nos [misimus etiam  
cum illo fratrem] illum egregium, [cuius laus  
est in euangelio per omnes ecclesias.] Hoc de  
Luca intelligitur, qui laudem in euangelio præ-  
cæteris habet: quia vbicumque recitatur euan-  
gelium, laudatur Lucas, qui tam eleganter il-  
lud scribere meruit. Sed [non solum] laudatur  
vbique de euangelij descriptione, sed etiam [or-  
dinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis  
nostræ,] vt mecum pergat quocūque vado pe-  
regrinans ad prædicandum, & sit mihi comes  
& adiutor vbique [in hac gratia, quæ ministra-  
tur] à vobis, id est, in hac largitione eleemo-  
synarum facienda, cuius nos ministri sumus [ad  
domini gloriā,] vt dominus noster Iesus Chri-  
stus inde glorificetur: [ & ad voluntatem no-  
stram,] qua volumus vt bene detis: voluntatem  
dico, destinatam ad huiusmodi studium, & de-  
bitam ac diuinitus præordinatam. Vel in hac  
spirituali gratia noui testamenti, quæ gentibus  
per euangelium ministratur à nobis ad gloriā  
domini, & ad complendam voluntatem nostrā  
qua volumus vt gentes saluæ fiant, quæ volun-  
tas ad hoc destinata est. Lucam cõmendat Apo-  
stolus, quia hunc ignorabant Corinthij, vt sci-  
rent in quanta iā essent boni opinione, ad quos  
tales viri mittebantur, vt cõgauerent cum eis,  
augētes eos in fide operationis dei, ad cui⁹ glo-  
riā sollicite hoc agebant, vt ipse agnosceretur in  
his. Nonnulli verò senserunt id & de Barnaba  
posse intelligi, quia & ipse ordinatus est comes  
peregrinationis Pauli, quando cū eo missus est  
ad gentes, licet cum eo nō perseuerauit, Lucas  
autem perseuerauit. Et cõstitutus est comes ei⁹  
in hac eleemosynarum gratia, quia hoc decre-  
uerunt apostoli, vt ipse & Barnabas prædica-  
rent gentibus, sed tantum memores essent san-  
ctorū pauperum qui orant in Iudæa, vt quādiu  
fames illa duraret, mitteret eis victualia. Et Bar-

Actu. 13.

Actu. 15.

nabæ laus erat in euangelio, quod strenue præ-  
dicauerat per omnes ecclesias, in quibus cum  
Paulo fuerat. Sed hoc dissonare videtur, vt hūc  
Paulus fratrem, & nō potius apostolū vel sociū  
nominet: & quod hunc cum Tito quasi minorē  
misisse se dicat, & non potius Titum cum eo:  
vel quod hunc Corinthiis quasi ignotum com-  
mendet, cū in priore epistola declarauerit hunc  
eis incognitū non esse, dicēs: Aut solus ego &  
Barnabas nō habemus potestatem hoc operadi?  
.i. stipendia sumēdi. De Luca verò cõgrua sunt  
omnia, quia etsi nunc apud nos Lucas maior est  
Tito, apud animos tamen Corinthiorum mi-  
nor erat, ideoq; conuenienter missus esse cū eo  
dicitur. Excellentiam verò Titi nouerant Co-  
rinthij quia ipse Corinthius erat. Misimus (in-  
quit) cum Tito comitem nostræ peregrinatio-  
nis, qui per omnes ecclesias in euangelio lauda-  
tur, [deuitates hoc, ne quis nos vituperet, id est  
reprehendat [in hac] eleemosynarū plenitudi-  
ne,] quæ ministratur [à nobis. i. quæ nostro mi-  
nisterio fit. Nisi enim testes idoneos & boni te-  
stimonij secū Apostolus habuisset, infirmi vel  
infideles cū tantā largitionem tāq; copiosam  
viderēt, aliquid super Apostolo sinistre possent  
æstimare, vt putarēt eū tanquā sibi accipere &  
in suos cõuertere ea quæ accipiebat ad supplē-  
das necessitates sanctorū, per se offerēda vel di-  
tribuēda indigentibus. Sed vt omnē prauā sus-  
picionē à se remoueret, multos idoneos adhi-  
bit testes in hac gratia plenarie pauperib⁹ mi-  
nistrādo. Ideo (inquit) deuitamus vituperium  
quia [prouidemus bona]. i. prouidemus vt ea quæ  
facimus, sint bona [nō solū coram Deo, sed etiā  
corā hominib⁹.] Corā deo sufficit nobis bona  
cõsciētia, sed corā hominibus necessaria est bo-  
na fama. Propter nos enim cõsciētia nostra suf-  
ficit nobis, sed ppter homines fama nostra non  
pollui, sed pollere debet in eis. **Qui** enim fidēs  
cõsciētiæ, negligit famā suam, crudelis est, quā  
salutem proximorū spernit. Vel ideo se dixit  
Apostolus deuitare, ne quis eū vituperaret in  
hac plenitudine doctrinæ ac miraculorū, quia  
negligēs circa curā sanctorum iudicari posset,  
si tegnius ea quæ illis erant necessaria, pcuraret  
quoniā illi & Barnabæ iniunxerāt priores apo-  
stoli, vt memores essent pauperū, sicut iam diximus.  
Ne ergo diceretur de eo, bene quidem  
prædicat, & religiose viuunt, sed non est memor  
sanctorū pauperū, vt sibi fuerat iniunctū, cū ip-  
se in omnibus esset inuituperabilis, nec in hac  
parte indiligēs iudicari voluit, sed ad faciendā  
sanctis largitionē credēs ex gentibus monuit  
quatenus & hoc opere cõpleto, in omnib⁹ ap-  
pareret eius sollicitudo & prouidētia. Prouide-  
mus enim (inquit) bona non solū corā deo, sed  
etiā coram hominib⁹. Prouidit bona corā deo  
dū quod iubet deus circa ministeriū sanctorū  
fieri doceret. Prouidit bona corā hominibus,  
dum tales ad hoc op⁹ suadendum mitteret, qui  
nō facerent eis scādalum: sed pbitate sua pro-  
uocarent eos, ne bona eius doctrina per impro-  
uidos ministros in vituperationē caderet. Nec  
solū (inquit) duos istos misimus, sed etiā fratrem  
aliū cum illis, quem quidam dicunt esse Apollo  
sed incertum est. [Quem sepe probauimus

1. Cor. 9.

E

Actu. 15

F

Q ij

iis

**G** in multis sollicitus esse] de vestra salute, sed [nunc] experti sumus eum [multo sollicitiore] pro vobis, cum audisset vos esse correctos, certus quia obedietis ad bene agendum. Sollicitior (inquam) factus est videndi & exhortandi ad ministerium sanctorum pro hac confidentia vestrae immutationis in melius: [siue pro Tito,] qui de vobis ei multa retulit, qui non mentiretur, [qui est socius meus,] pergens mecum vbique ad predicandum: [ & in vobis] est [adiutor] meus, id est, in vestra conuersione & correctione. Ipse est adiutor meus in vobis, [siue] ceteri [fratres nostri,] quos ad vos direxi, qui sunt [apostoli,] id est, fundatores [ecclesiarum, gloria Christi,] quia in locis illis predicauerunt Christum, vbi nunquam fuerat: & ad gloriam construxerunt ecclesias ex his, quos ad fidem conuerterunt. Vel fratres nostri priores apostoli, qui cum domino in carne fuerunt, sunt adiutores mei in vobis: siue quia nonnunquam per vos transierunt, & vobis aliquid meliorationis contulerunt, siue quia sue predicacionis fama ac vite vobis profuerunt. Et quandoquidem tales misimus viros ad vos, ergo suscipite eos cum honore & dilectione sicut oportet. Scilicet [ostendite] nunc [in illos] ostensionem vestrae charitatis, id est, charitatem quam ostendere consueuistis honorifice suscipiendo ceteros fratres, nunc ostendite suscipiendo istos accuratius, vt bona quae de vobis audierunt, probet esse vera. Et ostensionem [gloriae] nostrae pro vobis, id est, opera charitatis, quae similiter ostendere soletis in susceptione fratrum, vnde & nos gloriamur pro vobis apud alias ecclesias, nunc ostendite in istos, reuerentiam & deuotum eos suscipiendo. Et hoc facite [in facie] & in conspectu [ecclesiarum,] vt ceterae ecclesiae cognoscant vera esse bona quae de vobis audierunt, & accipiant a vobis bonum exemplum.

## CAPVT IX.

**I** *Am de ministerio quod fit in sanctos, ex abundantia est mihi scribere vobis. Scio enim propterea animi vestrum, pro quo de vobis glorior apud Macedones. Quonia & Achaia parata est ab anno praeterito, & vestra emulatio prouocauit plurimos. Misimus autem fratres, vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte, vt (quae admodum dixi) parati sitis, ne cum venerint Macedones mecum, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos, vt non dicamus vos, in hac substantia. Necessarium ergo existimaui rogare fratres, vt praeueniant ad vos, & praeparent repromissam benedictionem hanc paratam esse sic quasi benedictionem, non quasi auaritiam.*

De receptione iustorum vos admoneo. [nam] de ministerio quod fit in sanctos, non necesse est vt vos admoncam. De illo enim ministerio [est mihi ex abundantia,] id est, ex superfluo [scribere vobis.] Superfluum est enim, si commoneas eum quem scis facturum. Sed tamen vt diligentiam meam ostendam, & vos promptiores faciam, non est ociosum si scribo, vt sciatis magna vos diligentia debere peragere, quod frequenter vobis intimatur. Ideo autem videtur superfluum vt vobis de hac re scribam, quia [scio animi vestrum] ad hanc largitionem faciendam esse [promptum, pro quo] animo vestro ad hanc gratiam deuoto [glorior apud Macedonas.] videte ne frustra. Solet enim se meliorem praebere ille, de quo bene sentitur ab alio. Idcirco [de vobis] glorior, [quonia] non solum Corinthus, quae est metropolis ciuitas, sed etiam vniuersa [Achaia] quae est magna regio, [parata est ab anno praeterito] dare quod sanctis mittatur. [ & vestra emulatio,] id est, feruor imitandi vos [prouocauit plurimos] ad hoc pietatis opus. Ceterae enim ecclesiae dum audiunt Corinthios prius multis erroribus fuisse implicatos, postea vero correctos & misericordiae operibus intentos, emulacione eorum incitatae sunt ad bonum opus, quasi cogitantes apud se & dicentes, quia si hi qui post acceptam fidem male conuersati fuerant, hanc coeperunt habere voluntatem, cur non magis illi, in quibus haec vitia non sunt reperta? Ego quidem (inquit) glorior in splendore animi vestri, qui propterea est ad largiendum. sed [misimus fratres,] non [vt] vos ad hoc exhortaretur, ad quod ex animo parati estis: sed vt vos faciant memores, ne circa votum & promissionem existatis negligentes. Et hoc est, animus quidem vester propterea est, sed misimus praedictos fratres ad vos, [vt sitis parati] ad proferendum quod dederitis, [ne] si imparati fueritis, [euacuetur] in hac parte totum quod gloriamur de vobis. Misimus (inquam) illos, [vt quemadmodum dixi] illis vos esse paratos, [sitis parati] vel quemadmodum dixi vobis, sitis parati: siue quemadmodum dixi Macedonibus, [ne] forte [cum venerint mecum] Macedones, & inuenerint vos imparatos, [erubescamus nos in hac substantia,] id est, in hac re possessa, in hac diuitiarum substantia, quae pauperes sustentare debuit. Dixi ne erubescamus nos qui de vobis gloriamur, [vt non dicamus] vos erubescere, id est, vt vestram erubescenciam taceam. Vester enim pudor erit maximus in nostra verecundia, si inuenta fuerit impraeparatio vestra. Nam si hoc inuentum non fuerit, quod testificatus sum de vobis, & ego erubescam in vobis, qui substantiam sanctis promissam non reddidistis: & vos amplius confundemini, qui nec propterea quod testis vobis fui, studuistis agere, vt me dixisse verum de vobis probaretis. ne [ergo] contingat vt & vos & nos grauiter erubescamus, [necessarium existimaui rogare] praedictos [fratres, vt] me [praeniant] euntes [ad vos, & praeparent] interim [benedictionem, id est, largam & charitatiuam] donationem: benedictionem dico, [repromissam,] qui iam promissistis, & repromissistis eam: & praeparando faciant [hanc esse paratam] in aduentu nostro, [sic quasi

**A** quasi benedictionem, id est, quasi opus charitatis, [non quasi auaritiam, id est, non quasi strictam] dationem, de qua doleat qui dedit. Auaritia enim vocatur datio, quae fit tenaci & parco ac tristi animo: benedictio autem, quae fit largo & alacri animo. Tractum est hoc vocabulum a patriarchis, qui benedictione sua filios suos omnium fertilitate bonorum replebant, vt Isaac benedicens Iacob & Esau, & vt Iacob benedicens Efraim & Manassen.

*Hoc autem dico: Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.*

Hoc loco ad magna largiendi studia mentes audientium accendit Apostolus, ne qui multa dare potest, pauca largiatur. Fratres, inquit, praecesserunt me vt praeparent dationem vestram, sed ego cur large detis praescribo, quia [hoc dico] vobis, quod [qui parce seminat, id est, auare] tribuit, [parce] etiam [metet, id est, parum] in futuro seculo recipiet. Parcus enim est auarus, cui extorquetur quod dat, dum compellitur tribuere vel propter verecundiam, vel propter longam multorum admonitionem. Huic parua messis est, quia parco animo dedit, licet magna videatur dedisse. E contrario vidua quae in gazophylacium misit duo minuta est laudata misisse, plus quam omnes diuites: quia largo animo totum quod habebat misit, cum ceteri parco animo mitterent, & multo maiora quam mittebant, sibi retinerent. Et ideo parce seminabant, quauis multa seminare viderentur: quia tantum seminare nolebant, quantum poterant. Dare enim non est amittere, sed seminare: ad tempus carere, vt postmodum multiplicius habeatur. Sed qui parce seminat, id est, qui non vult large tribuere cum possit, parce & metet, id est, exiguum remunerationis colliget: quia sicut ipse nunc est parcus ad tribuendum, ita & deus erit parcus ad retribuendum. [ & qui seminat in benedictionibus, id est, qui tribuit voluntate bona sub spe] futurae remunerationis, hic [metet de benedictionibus,] quando cum ceteris eleemosynariis audiet, Venite benedicti patris mei, percipite regnum: quia esuriui, & dedistis mihi manducare. Seminatur enim in benedictionibus vbi plus praesatur affectus quam census. id est, quae posse suo bona large tribuit in beneuolis affectionibus, & idcirco de benedictionibus dei metet fructum vite perennis.

*Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia aut ex necessitate.*

*Hilarem enim datorem diligit deus.*

Et quia de benedictionibus supernis metet, qui nunc in benedictionibus bonae voluntatis seminat. id est, laeto & largo animo dat, siue parum, siue multum sit illud quod dat, ideo [vnusquisque] det [prout destinauit in corde suo, id est, sicut] deliberauit & praordinauit in consilio suae rationis & voluntatis, vt quicquid in corde suo disposuit se daturum, det: & eo deuotionis affectu quo proposuit det: scilicet [non ex tristitia aut ex necessitate, id est, non inuitus aut coactus]. Eleemosyna enim plerumque fit a tristibus & murmurantibus

vt careant tadio interpellantis, non vt viscera Deo reficiant indigentis: sed non est acceptabilis deo talis datio. Et ideo non ex tristitia, sed ex laetitia cordis est dandum quod datur: quia ex his qui tribuunt, hunc eligit deus, vt ei retribuatur qui deuoto animo tribuit, quasi thesaurizans apud deum. Sunt enim nonnulli qui multum rogati ab aliquibus, tadio precis sibi factae ad dandum compelluntur importunitate postulationis assiduae: & sic dant tristes & inuiti, non ex affectu dilectionis aut pie compassionis. Nonnulli sunt etiam, qui licet non sint tristes vel coactione dolentes, tamen quando largiuntur, faciunt ex necessitate: siue quia omnes alij dant, siue quia multi vt largiantur, admonent: & cum sic honestate sua non possint non dare, quadam necessitate ad dandum coguntur. Sed quisquis dationem suam deo vult esse gratam, non det ex tristitia vel ex necessitate, sed ex laetitia & ex voluntate: quia [hilarem datorem diligit Deus.] id est, illum qui per charitatem laetus & hilaris ac serenus spe supernae retributionis tribuit.

*Potens est autem deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi.*

Ego quidem vos admoneo ad hanc largitatis gratiam, sed deus potens est facere in vobis quod admoneo. Ego enim verba exhortationis edere possum, sed ille mentes vestras in melius promouere potest: quia ego quidem plantare & rigare possum, ille autem dare sufficit incrementum. Et ideo potentiam eius adesse vobis exopto, vt sicut in emendatione vitiorum & veritate doctrinae corda vestra tetigit, ita & in gratia largitatis faueat coeptis vestris. Ipse est enim potens facere ubertim [abundare in vobis] non solum istam, sed & [omnem] gratiam, ita vt in omnibus [rebus] semper habentes omnem sufficientiam. id est, non indigentes aliquando his quae ad salutem necessaria sunt, [abundetis in omne] opus bonum, id est, in largitione sicut in ceteris. Si enim sola vobis sufficientiam elegeritis poteritis in dei opere abundare qui illud vobis retinendo quod sufficit, cetera in vsu pauperum expendetis, & hoc erit abundare in opere bono. Licet enim exigui hominis paruum sit munus, abundat tamen, quia bono animo fit. Exteriora enim nostra domino qualibet parua sufficiunt. Cor namque & non substantiam pensat nec perpendit quantum in eius sacrificio, sed ex quanto proferatur. Qui enim plus habet, plus offerre debet. Ita potest deus omnem gratiam facere in vobis abundare, vt sine danno vestro alijs beneficia largientes, abundetis tendentes per largitatem in omne opus bonum, [sicut scriptum est, id est, vt] neque sit in vobis auaritia, neque prodigalitas, sed bona vestra diffuse & rationabiliter detis cum bona intentione, non pro temporali commodo, sed pro aeterna remuneratione, sicut iustum virum feciste dicit scriptura,

Quia Dispersit,

**G** Disperfit, id est, non vni omnia tribuit, sed diuerso modo his & illis sparfit, vt pluribus proficeret, & vnicuique iuxta quod decebat. Per hoc auaritia remouetur. Et dedit non indiscrete omnibus, neque diuitibus aut histrionibus, sed cum ratione & discretionem solis [pauperibus,] qui in hoc seculo non possent ei reddere. Per hoc remouetur vitiū auaritiæ contrariū, id est, prodigalitas, & etiam appetitio tēporalis retributionis. Et ideo [iustitia eius,] id est, iustum opus misericordiæ eius [manet in seculū] id est, in æternum: quia ex eo quod tēporaliter iuste egit, æternam habet iustitiam & vitam. Iustus enim est, qui bona mundi communia reputat, quia sciens deum omni communiter omnibus dare, quia solē suū oriri facit omnibus & pluit omnibus, & terram dedit omnibus: idcirco diuidit cum his qui copiam terræ nō habēt, ne beneficiis dei priuati videantur. Et quia sibi soli nō detinet quod à deo scit omnibus datum, sed credit esse iustum vt habens det non habenti, idcirco iustitia eius manet in æternū, **H** quia in futuro seculo hanc secū habebit in perpetuū. Et si huius, qui pauperibus dedit, iustitia manet in æternū, quāto magis eius qui ministravit sanctis? Pauperes enim dici possunt, qui publice egeni sunt. Sancti autē discernuntur ab his quia ipsi sunt serui dei insistentes orationibus ac ieiuniis, & puram vitam ducentes.

*Qui autē administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ, vt in omnibus locupletati, abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem deo.*

Vos debetis ala critere ministrare sanctis ob spem supernæ retributionis. Sed & in hac vita penuriam non timeatis, quia deus [qui administrat semen seminanti, præstabit] ei etiam [panē ad manducandum] interim, donec ex illo semine frugem colligat. [ & multiplicabit semen vestrum, ] quod in terram misistis, vt inde copiosa messis exurgat, vnde plures eleemosynas facere possitis. Omnia dei sunt, & semina & nascencia, & dei nutu crescunt & multiplicantur ad vsus hominū. Deus ergo qui hæc dat, & ipse iubet de his dari illis qui indigēt. Ac per hoc qui dat iuxta voluntatem dei, augetur ei diuinitus, vt habeat vnde adhuc amplius largiatur. Vult enim deus vt fideles qui habent huius mundi substantiam, ministrent necessitatibus sanctorum, vt nihil illis desit, qui celsiorem sanctitatis gradum in ecclesia tenere voluerunt, vt spei secularis vincula cuncta præciderent, & animum liberum diuinæ militiæ dedicarent: & quisquis eis bene ministraverit, amplificetur illi semper vnde largius ministrare possit. Deus itaque qui administrat semen seminanti, vnde in futuro anno viuat & eleemosynas faciat, præstabit interim & panem, id est, subsidium vitæ præsentis, non ad superfluitatem, sed ad man-

ducandum, id est, ad necessarium vsus. Et ne K sitis solliciti de tempore futuro, quia ipse propter alimenta præsentia quæ vobis largietur, nō dimittet quin semen vestrū multiplicet, & fruges crescere faciat, vt semper magis ac magis dare sufficiatis. & auget incrementa frugū iustitiæ vestræ, id est, multo abundantiora incrementa dabit frugibus, quas promeretur iustitia vestra. Iustitia enim est, vt quia deus dat retribuat ex eo & homo illi cui deest. Et quia vos huiusmodi iustitiā seruastis, vt sicut deus vobis non habentibus tribuit, ita & vos aliis qui non habēt tribuatis, idcirco diuinitus augetur incrementa frugū vestrarū, [vt in omnibus] necessarii [locupletati] rebus, [abundetis in omnem simplicitatē, id est, in omnem largitionem non duplici, sed simplici animo factā. Qui enim bene & simpliciter sanctis ministrat, amplificatur ei nutu diuino, vt habeat vnde semp largiri possit, & in præsentem locupletatus & in futuro seculo. Semel enim seminans bis metet, id est, ex vna operatione bona hinc & in futuro retributionē percipiet. Ipse tamen nō duplici intentione debet operari bonū, vt inde querat & in isto & in alio seculo remunerationē, ne cōputetur **Matt. 5.** in eis, de quibus dictū est, Receperūt mercedē suam: sed simplici corde solā in supernis retributionē appetat, licet deus illi & in hoc seculo retribuat. Potest semen intelligi, quicquid pro deo datur. Et ipse qui administrat semē seminanti, id est, qui dat eleemosynario rē quā pauperi tribuat, præstabit etiam panē ad manducandum id est, præbebit vnde possit viuere. Et multiplicabit semen vestrū, id est, multipliciter abundare faciet rē vestram, quā seminatis dando pauperibus, vt habeatis & quod largius seminetis, & vnde viuatis. Et auget incrementa frugū iustitiæ vestræ, id est, augmentabit eleemosynas vestras, p quibus frugem æternæ retributionis accipiet iustitia vestra. Iustitia enim est observatio mādatorū dei, & inde fruges. i. fructus æternæ remunerationis, pueniūt. Incrementa frugis huius, sunt eleemosynæ, p quarū merito & hic **M** virtutes augētur, & in futuro gloria crescit. Vel incrementa cælestiū frugū vestrarū iunt affectio nes dandi largius, & subueniēdi indigentibus: quia quāto maiori affectu piæ cōpasionis subuenit quis indigētī, tāto maiorem sibi frugē acquirit æternæ refectiōis. Et deus sic auget semē vestrū & frugē, vel locupletati in omnibus corporalibus & spiritalibus rebus, abūdetis. i. interioribus bona volūtate, & exterioribus bona operatione. Abūdetis dico, tendētes ad omnē simplicitatē. i. in hoc vt puro & simplici corde faciatis omnia, vt à solo deo retributionē de omnibus queratis, vt neq; subiectionē à pauperibus, neq; laudē ab hominibus desideretis, nec vllā in hac vita remunerationē, [quæ] simplicitas vestræ intentionis in opere bono [operatur per nos gratiarū actionē] deo. i. facit nos agere gratias deo, qui vobis inspirauit hanc volūtate, vt ita simplici intentione faciatis in sanctos collationē, & cetera quæ pertinent ad animæ vestræ salutē. Vel per nos prædicatores & exhortatores operatur gratiarū actionem, id est, agit vt illi qui beneficia suscipiunt, gratias agant deo.

Quo-

**A** Quoniam ministerium huius officij non solum supplet ea quæ desunt sanctis sed etiam abundat per multos gratiarū actione in domino, per probationem ministerij huius, glorificantes deum in obedientia confessionis vestræ, in euangelio Christi, & simplicitate communicationis vestræ in illos & in omnes, & in ipsorum obsecratione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem gratiam, dei in vobis. Gratias ago deo super inenarrabili dono eius.

Idcirco pro vestra simplicitate, id est, pro largitione simplici animo facta aguntur deo gratiæ, quoniam multa bona continentur in ea. **B** [Quoniam ministerium huius officij,] id est, ministratio quæ per officium nostrū à vobis exhibetur sanctis, [non solum supplet ea quæ desunt sanctis,] id est, non solum repellit indigentiam sanctorum, qui non laborant, sed orationibus & diuinæ contemplationi vacant, [sed etiam] plus operatur, scilicet [abundat gratiarū actione] facta [per multos in domino,] id est, causa & incitamentum est multis vt agant gratias pro vobis in operatione domini, quæ refulget in vobis: Hoc est dicere: Ministratio nostra quæ fit per dispensationem officij nostri, non solum necessarios sumptus exhibet sanctis, sed etiam in hoc abundat, vt non hi soli qui beneficio vestro sustentantur, sed & alij multi gratias pro vobis agant deo, cōmendantes factum vestrū domino, vt paucis tribuentes, à multorum obsecrationibus deo commēdemini. Per multos agantur pro vobis gratiæ, & hoc [per probationē ministerij]. i. per hoc quod experiūtur siue laudēt hanc ministratōnem vestrā. Multos dico [glorificantes deū in obedientia cōfessionis vestræ, in euāgelio Christi.] Probātes enim mentē vestrā in opere, glorificant in vobis deū cuius spe firmati, obeditis euāgelio Christi: & quod ore cōfitemini, actione demonstratis. Inde glorificat deū, quia vos obedistis facientes opera quæ exigit cōfessio Christianæ fidei, & hoc in euāgelij. i. in præceptis euāgelij Christi. & glorificat illum etiā in [simplicitate vestræ communicationis,] i. in eo quod non duplici, sed simplici spe faciatis vestra bona cōmunia [in illos] sanctos, qui sunt Hierosolymis, [ & in omnes] alios quos videtis egentes: Glorificant etiam deū [in obsecratione ipsorū pro vobis,] id est, in eo quod ipsi quos sustentatis, obsecrāt pro vobis. Ipsorū dico, [desiderantium vos] videre in cælesti regno, vel etiā in præsentem seculo, vt gaudeant ex conspectu vestro. Quis enim non cupiat oculis videre necessitatibus suis, ppter dei nomen subiectos? Ipsi vos desiderant videre, & hoc [propter gratiam dei eminentem in vobis. i. propterea quia deus tam excellenter gratiā suam accumulauit in vobis, vt ita sanctis egentibus communicetis ob affectum piæ di-

lectionis. Et quia tot bona hinc & inde procedūt ex hoc ministerio, idcirco [gratias ago deo super inenarrabili dono eius, id est, de dono charitatis quod in vobis & in sanctis illis posuit: quod quantum sit & quā multiplex, vel quā honestum & quā iustum & quā vtile, nemo potest manifestē narrare. Tāta pinguedine sanctæ letitiæ perfusus est Apostolus dum loqueretur de alterna indigentia, & de alterno supplemento indigentiae provincialium Christi & militū Christi, hinc de rebus carnalibus in illos, inde autem de spiritalibus in istos, vt nūc in fine sermonis exclamaret, & tanquam sanctorum gaudiorum sagina eructaret, dicens: Gratias deo super inenarrabili dono eius. Inenarrabile enim donum dei, est quod incitat homines ad bene agendum, quando bona operantur propter spem eorum quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, neque cor hominis excogitauit.

## CAPVT X.

*Pse autem ego Paulus obsecro I vos per mansuetudinem & modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis. Rogo autem vos, ne presens audeam per eam confidentiam, qua existimor audere in quosdam, qui arbitrarentur nos tanquam secundum carnem ambulemus.*

Ad incorrectos loquitur, qui pseudo apostolos sequebatur, & eū ferocē putabāt, quia mordaciter in priore epistola vitiosos increpauit. Quasi dicat: Correctos ad eleemosynas inuitauit, sed vos alios obsecro ego ipse idē vobis existens qui & illis, cum tamen vos sitis alij. Ego Paulus id est, humilis vel mirabilis, obsecro vos humiliter, vt mores vestros emēdetis. Vel præmissi fratres hortati sunt ad ministerium sanctorum eos de vobis, qui correcti fuerāt, sed nunc [ego Paulus ipse] non alius, [obsecro vos] obnixē qui corrigi debuistis, sed distulistis, vt **F** vltra non differatis. Obsecro vos [per mansuetudinem Christi, id est, per eam mansuetudinē, qua Christus cum se posset vindicare, sustinuit iniuriosos vt corrigeret eos. & per modestiam eius, qua culpas eorum modesto penitentiae flagello per baptismum deleuit, dicente illis Petro: Poenitentia agite, & baptizetur vnusquisque vestrum &c.] Mansuetus erga nos fuit Christus, quando sine aliqua vltione per baptismum nobis peccata dimisit. Modestus fuit, quando etsi non absque vltione, nō tamen immoderata, sed tolerabili & modesta tribulationū punitione, nos ad vitam perennē reuocauit. Mansuetus est Christus, pie parcēdo & tolerādo modestus est, moderata vltione puniendo. Et mansuetudo atq; modestia Christi cuius imitator sum, est causa cur non imperans, sed obsecrans vobis loquor, quia & lenis sum exemplo Christi ad parcendum, & modeste ad modifi-

Q iij cate



**G**rate puniendum seuerus. [qui in facie quidem,] id est, in praesentia & visione corporis [sum inter vos humilis] & quasi contempnibilis, sed [absens confido in vobis, i. confidetur per epistolam vos reprehendo]. Et vos putatis quod tantum absens, i. in epistola confidentiam seueritatis habeat, & non praesens facie. Sed rogo vos ne praesens audeat, i. rogo vt vospis corripatis, ne cum venero audacter puniam [per eam confidentiam, quae] tantum absens confidere. Apostoli confidentia est, fiducia sibi datae potestatis a Christo, cuius vicarij est, vt videtur eos qui sub nomine Christi agentes, non obaudiunt vt se corrigant, in quibus reprehenduntur. Et nunc absens obsecrat eos ne praesens audeat in eos vindicare per hanc confidentiam, i. ne cum praesens fuerit, cogatur irasci propter vitia eorum, vt componentes se qui adhuc non emendauerant, molliant sibi rigorem eius, vt moderatos eos inueniens, praesens seueritate, laetetur in eis. Rogo (inquit) ne praesens audeat, id est, ne cum praesens adero, propter vitia vos audacter (vt ius ecclesiasticae correctionis exigit) feriam per eam confidentiam velut arrogantiae, qua nonnullis [existimor audere in quosdam] incorruptos, dum peccantes punio, sicut eum qui fornicatus fuerat. Vnde quidam vestrum putat me nimis audacem per fiduciam arrogantiae & dominationis, quia vel tales audeo punire. [Qui nos arbitrantur tanquam secundum carnem ambulamus], i. tanquam secundum morem carnalium agamus. Vel arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulamus, non recipiendo spiritualia quae dicimus: sic nos existimat quasi carnalia loquamur, quae recipienda non sint. Ideo enim nos arbitrantur secundum carnem ambulare, i. carnali sensu praedicare, quia qui spernit spiritualia, putat illa esse carnalia.

*In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Nam arma militiae nostrae non carnalia sunt, sed potentia deo ad destructionem munitionum. Consilia destruentes & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, & in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia.*

Ipsi nos arbitrantur, vt dixi, tanquam secundum carnem ambulamus. Et merito dixi tanquam, quia non re vera secundum carnem ambulamus, vt illi putant. [In carne enim ambulantes,] id est, in corpore vitam praesentem ducentes, [non militamus secundum carnem,] id est, non exercemus pro carnali commodo militiam a deo nobis datam: nec carnaliter, sed spiritualiter militamus, licet in carne fragili degamus. Spiritualiter enim militat, qui spiritualiter viuit, quia contra spirituales nequitas pugnat. Secundum carnem vero militat, qui desideris carnis obtemperat. Potest & ita intelligi, vt hi militare secundum carnem dicantur, qui verus testa-

mentum carnaliter intelligunt: qui vero sequuntur intelligentiam spiritalem, sint quidem in carne, quia eandem habent literam quam Iudaei, sed non iuxta carnem militant, a carne ad spiritum transcendent. Non secundum carnem militamus, [Nam arma militiae nostrae non sunt carnalia, sed] spiritualia & [potentia deo] regi nostro, cui militamus. Non enim materialem lanceam vel enssem baiulamur, sed potētius hostes nostros verbo deiicimus, quam alij carnalibus armis. Arma enim nostra sunt, sermo praedicationis, sapientia, miracula, charitas, & aliae virtutes. Ideo arma, quia repugnant vitis, & debellant regnum diaboli. Potentia deo, vt per hanc valēter expugnemus inimicos eius, & subiiciamus ei orbem vniuersum. Sicut enim terrenus imperator per suos milites vindicat suum regnum, ita & CHRISTVS per nos defendit vniuersi dei professionem & disciplinam. Et arma nostra sunt ei potētia, [ad destructionem munitionum, id est, secularium doctrinarum & argumentorum vel astutiarum, quibus peruersi homines corde sua muniunt & circumdant, ne sermo veritatis ad ea pertingere valeat, quoniam aries apostolice praedicationis munitiones huiusmodi valēter penetrat, & euertit virtute gratiae spiritualis. Et nos (vt dictum est) Christo militamus, [destruētes consilia, id est, praemeditatas impiorum hominum, vel daemonum calliditates. Consiliū enim est, faciendi vel non faciendi excogitata mentis ratio. Et etiam consilium, quod dat peruersus ei quae sub specie consulendi seducit, dum quasi rationabiliter ostēdit ei vtile esse quod admonet. Vnde dicitur, quia beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. Sed nos huiusmodi consilia destruimus, dum ad effectum ea peruenire non sinimus. Et destruimus [omnem] superbam [altitudinem] cordis, siue tyrannorum, siue sapientiam seculi, [extollentem se aduersus scientiam dei,] id est, contra sensum euangelice veritatis. Nam & illi qui in sublimitate secularium dignitatum erant positi, & illi qui celsitudinem mundanae sapientiae erant assecuti, extollebant se superbo fastu, repugnantes aduersus humilem scientiam diuinae praedicationis: sed iam deiecta est extollentia talium, & scientia veritatis subiecit sibi mundum. Demones etiā se extollebant, dum in idolis colerentur, aduersus scientiam vniuersi Dei: nec non & haeretici aduersus scientiam catholicam veritatis, sed destrueti sunt apostolicis machinis. Et etiam sumus [redigentes in captiuitatem omnem intellectum, id est, captum nostris rationibus astringimus omnem intellectum peruersae doctrinae, & captiuum ducimus eum vsque] [in obsequium Christi.] Captiuat enim intellectum, qui contradicentem ratione vincit, & ad fidem Christi cui prius repugnauerat, humilem ac mansuetum inducit. Et sumus etiam [habentes in promptu, id est, in manifesto & veloci effectu, quia nihil nos remordet quo minus audeamus,] [vlcisci omnem inobedientiam, i. punire culpas eorum, qui nobis obedire noluerunt vt se corrigerent. Quod faciemus,] [cum impleta fuerit vestra obedientia, id est, cum vos reliqui omnes ex dilectione fueritis in omnibus obedientes,

Que

**A** *Quae secundum faciem sunt, videte. Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est, ita & nos. Nam etsi amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis dominus in aedificationem & non in destructionem vestram, non erubescam. Vt autem non existimer tanquam terrere vos per epistolas, quoniam quidem epistola, inquiunt, graues sunt & fortes, praesentia autem corporis infirma & sermo contemptibilis, hoc cogitet qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, B tales & praesentes in facto.*

Nunc vult eos quae palam sunt considerare, id est, ea quae dicturus est, quae sunt aperta diiudicare velut si dicat: Si vobis non sufficiunt ea quae dixi, pro quibus me potius quam pseudo apostolos sequi debeatis, quia forsitan ea non satis patenter intellexistis, [videte haec] quae subiungo, [quae sunt secundum faciem] ita euidentia, sicut ea quae sunt oculis subiecta. Haec scilicet si quis confidit &c. Vel ita: Videte ea quae sunt secundum faciem, id est, considerate diligenter opera eorum, qui tantummodo coram oculis hominum facere bona student, ne forte vos per haec seducant. Ita videte, id est, intelligite, quae nunc subiungo, quia sunt secundum faciem, id est, cunctis perspicua, scilicet, [Si quis confidit sibi se esse Christi, id est, si quis merito bonae vitae sibi certus est quod ipse sit Christi, id est, de electis Christi, qui sunt eius possessio,] [hoc cogitet iterum apud se, i. apud subtilitatem suae rationis, vt vim rationis non excedat, nec propter honorem suum, nec propter odium nostrum: [quia sicut ipse Christi est] per quaecumque Christi bona, ita & nos] per eadem bona sumus Christi. His loquitur, quorum tangit superbiam, qui de se ipsis praesumētes inflatione animi, minus quam dignum erat de Apostolo sentiebant, quasi non egerent praecipis eius. Quos admonet, vt si de se considerent quia erant serui Christi, non vtiq; deberet de Apostolo dubitare sed etiā de eo vel similiter sentire, cum vtiq; magis praefere sibi deberent magistrum. Sed ipse nunc humilitate illos in se docet, aequans se illis, cum esset vas electionis & doctor gentium. Hoc ergo vult illos considerare, quod vtiq; clara luce videtur, quia cum de Apostolo nemo credentium non plus aestimaret quam de se, quanto magis nemo minus quam de se debeat aestimare? Hos itaque contestatur ac docet, ne elatione mentis meritum bonae vitae perdant: quia qui scit se aliquid esse, humiliat se vt maior fiat. Recte dixi nos esse Christi, vt ille dicitur qui se nobis praefert. Nam etiā excellentius sumus nos Christi per potestatem quam praesumptor ille non habet. Et hoc est: [Nam etsi amplius &c. id est, si me potestatem a deo accepisse dixerem, verum me apostolum

praedicando, non erubescam, quia verum dicam, non gloria elatus, sed vestrae aedificationis causa compulsum. Pseudo autem usurpatam in destructionem vestram volunt exercere potestatem. [Non erubescam si amplius aliquid] quam illi [gloriatus fuero de potestate] nostri apostolatus, [quae nobis] non illis [dominus dedit in aedificationem, & non in destructionem vestram,] id est, vt vos in virtutibus aedificemus, non vt tyrannidem exercendo vos destruamus, vel exemplo malo siue praua doctrina subuertamus, vt pseudo faciunt. Haec dicendo, significat quia superius se humiliavit ipsis se comparando, cum si se exerit non erubescat, quia potestatem praedicandi & absolendi accepit a Christo, vt saluet, non vt perdat obaudientes: & vt religiosos mores eorum aedificet, non vt destruat. Sic & vnusquisque praelatus ecclesiae potestatem diuinitus accepit, vt subiectis proficit, non vt eis noceat. Si ergo iste qui a domino missus est, inclinatur inferioribus & comparatur, quanto magis illi qui nullius erant testimonij, comparare se non debebant, non dicam praefere, maioribus? Nos, inquit, habemus potestatem aedificandi vos & puniendi peruersos. Sed [vt non existimer tanquam terrere vos per epistolas,] dum absens scribo, quia incorrectis non parca cum praesens fuero, quasi qui non audeat implere quod minatus sum, [hoc cogitet,] id est, hoc sciat, [qui eiusmodi est,] id est, qui ita de me opinatur, [quia quales,] id est, quam aperti [sumus] [absentes, tales] erimus [et praesentes in facto,] id est, in exhibitione correctionis peccati. Hoc dicit occasione praemissae sententiae, qua dixerat se habere in promptu vlcisci omnem inobedientiam. Vt (inquit) non existimer &c. Ille potest videri per epistolas terrere, qui neque autoritatis alicuius est, neque praesens fiduciam habet arguendi: absens autem ideo audeat, quia praesens timet. Vt non existimer tanquam terrere vos per epistolas, quae existimatio inde potest venire, quod quidam [inquiunt, quoniam epistolae quidem graues,] id est, ponderosae ad intelligendum, [et fortes] ad terrendum, [sed praesentia corporis] eius est [infirma,] non valens exercere seueritatem, [et sermo] eius [contempnibilis,] id est, incompertus, & rusticus: quisquis eiusmodi verbis mihi derogat, sciat quia quod per epistolas minamur, per facta complebimus, quoniam a domino potestatem accepimus, & ideo quod absentes minamur, praesentes implebimus. Cui autem non est data potestas, absentes potest audere, praesens autem pudorem patitur & timorem. Sed ego non erubescam nec metuo dum corripio, quoniam fiducia potestatis hoc ago. Sciendum quia linguas detrahentium sicut nostro studio non debemus excitare, ne ipsi percant: ita per suam malitiam excitatas debemus aequanimiter tolerare, vt nobis meritum crescat. Aliquando autem etiam compescere eas debemus, ne dum de nobis mala disseminant, eorum qui audire nos ad bona poterant, corda innocentium corrumpant. Vnde nunc Apostolus derogantes sibi Corinthios rationibus compefcit, ne malam de eo famam spargentes, nocerent aliis qui doctrinam eius audire poterant. Notandum etiam, quia ex eo quod dicunt, quoniam epistolae

**G** stolæ graues sunt & fortes, nec dicunt, epistola grauis est & fortis, ostendunt se iam duas epistolas ab Apostolo accepisse, præter istâ de qua nunc tractamus, quam nondum viderat. Sequitur:

*Non enim audemus inferere aut cõparare nos quibusdam, qui seipso commendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes & comparantes nosmetipsos nobis. Nos autem non in immensum gloriamur, sed secundum mensuram regula, qua mensus est nobis deus mensuram pertingendi vsque ad vos. Non enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos. Vsque ad vos enim peruenimus in euangelio Christi, non in immensum gloriantes in alienis laboribus. Spem autem habentes crescentis fidei vestra, in vobis magnificari secundum regulam nostram, in abundantia etiam in illa qua ultra vos sunt euangelizare, non in aliena regula, in his qua preparata sunt glorari.*

Verè (inquit) tales sumus in facto, quales in verbo: quia non facimus nos similes pseudo apostolis, qui potestate vsurpant & vitia palpant. Et hoc est: Non audemus inferere & cõparare nos quibusdam, qui seipso cõmendant. i. non possumus de nobis maiora iactare quàm sumus, nec audeamus ita deum cõtemnere, vt similes simus quibusdam, qui se malit suis laudibus quàm dei gratia cõmedare. Pseudo enim semetipsos cõmendabant, qui non accepta potestate dominari volebant, nomini suo vendicantes autoritatē. Qui autem mittitur, non sibi sed ei à quo mittitur, vendicat potestatem. Non audemus illis nos inferere qui non missi prædicant. i. non audemus nos in numero eorum ponere, vt gloriâ nostrâ, sicut illi suâ, quæramus, quia ad dominum reuertemur à quo missi sumus, vt nihil ultra cõcessum præsumamus. Quicquid enim cõtra deum fit, audacia est. Nec audemus nos illis cõparare. i. similes vel pares illis facere, ne sicut illi peream, id est, propter timorē dei non audemus (vt illi) vobis adulari, & vitis vestris blandiri. Hæc non facimus, [sed ipsi in nobis] non extrinsecus, sumus [metientes nosmetipsos,] non aliud quàm iniunctum est vsurpando: & sumus [cõparantes nosmetipsos nobis,] quia secundum quod officium nostrum exigit facimus, dum nec plus, nec aliud dicimus vel monemus, quàm facere possumus aut debemus. Quod illi non faciunt, cõtra quos nunc agitur. i. pseudo qui seipso ultra quàm oportet magnificare conatur. Sed [nos non gloriamur in immensum,] i. non assumemus nobis autoritatem ultra mensuram, sed secundum mensuram. Tanta se vti dicit potestate, quanta concessa est ab autore, nec mensuram egredi. Idcirco non superba erit gloria, in qua non egre-

ditur terminum date potestatis. Gloria vero pro K autoritate posuit, qua utebatur in correptionibus vt saluos eos faceret. Nec tamen se gloriari dicit in extollentia potestatis, sed ad edificationem illorum. Corripit enim constanter vitiosos, gloriabatur in emendatione illorum: & potestas data proficiebat salutem illorum, non elationi suæ. Duobus ergo mensis non gloriabatur in immensum. i. & secundum datam sibi potestatem, & quia non ultra quàm prædicatio eius personabat, vendicabat sibi autoritatem. In his enim autoritate debito sibi iure vendicabat, quos ipse per euangelium ad fidem conuerterat. Cæteris autem non tali fiducia loquebatur, quia erant in aliena regula, id est, in parte alius euangelistæ. Non gloriamur, id est, potestatem non exercebimus in immensum, id est, ultra modum nostram mensuram, [sed secundum mensuram regulam,] quia mensus est nobis deus mensuram pertingendi vsque ad vos, id est, iuxta mensuram regiminis, quod deus nobis dedit, vt ad vos regendos nostra potestas pertingeret. Nam monente Christo vobis euangelizauimus, & ita nos fecit vsque ad vos pertingere. [Non enim superextendimus nos quasi non pertingentes] vsque [ad vos,] id est, non nos extendimus super alterius prouinciam, dum in vobis ius potestatis vendicamus, quasi non pertingeret vsque ad vos ius nostræ potestatis. Non enim hoc vsurpatione facimus sed præcepto: nec quasi non missi peruenimus ad vos in prædicatione, sed destinati deo mittente ad vos. Superextendi autem est, ultra extendi quàm conceditur, vel super episcopatum altius extendi. Sed non ultra quàm oportet, nec super aliorum prouincias extendimur: quia super eos quos alij prædicatores ante nos in fide fundauerunt, non nobis ius debitæ potestatis arrogamus. Nam [vsque ad vos peruenimus,] id est, dum ad diuersas gentes prædicando tenderemus, peruenimus vsque ad vos [in euangelio,] i. in prædicatione Christi & nomen eius nos primi vobis annunciauimus, [non gloriantes in immensum,] id est, ultra mensuram [in alienis laboribus,] i. vbi alius fundamentum fidei posuisset. Ideo enim tam fiducialiter vobis loquimur, quia non labore alterius ad fidem estis adducti. Non ergo extra mensuram gloriamur, qui in labore nostro gloriamur. Sed pseudo apostoli in immensum gloriantur in alienis laboribus, quia semper ad fideles ibant, qui signa minimè requirebant, quæ illi facere nequebant. Ideo se superextendebant. i. super eos qui ab aliis ad fidem adducti fuerant, extendebant, & in eis dominium exercere volebant. Quia illam prouinciam his deus concesserat, cum singulas regiones sanctis prædicatoribus distribueret: & propterea vagabundi per omnes discurrerant, super tritici satione zizania seminantes. Sed nos non gloriamur in immensum. i. ultra quàm nobis Deus mensus est, quia non quærimus gloriâ in locis vbi ante nos alij prædicatores laborauerunt: sed [habentes spem crescentis fidei vestra,] id est, sperantes per fidem vestram crescentem ac proficientem magnificari apud deum [in vobis:] quia quanto fides vestra quam per nos didicistis, profecerit in virtutibus, tanto & nos apud deum maius meritum habemus

**A** habemus. sperantes dico, magnificari in vobis [secundum regulam nostram,] id est, secundum normam rectè viuendi & credendi, quæ vobis tradidimus, parati sumus [euangelizare etiam in illa] loca [quæ ultra vos sunt.] Non enim sufficit nobis vsque ad vos peruenisse, sed cum vestra fides creuerit, transiemus [in abundantia] gratiæ Dei & miraculorum etiam ad illas gentes, quæ ultra vos sunt euangelium prædicare. Profectus enim vestra fidei nos accedit, vt non simus pigri & alios adhuc ad fidem vocare, qui exemplo vestri possint in ea proficere. Vel etiam apud homines speramus in vobis magnificari, vt dum vos ita proficere viderint, agnoscant esse veros apostolos, & libenter etiam ipsi doctrinam nostram excipiant. Et speramus ita magnificari secundum regulam, id est, regimen nostrum sub quo bene proficimus. Non enim habemus spem gloriandi [in aliena regula,] id est, in his qui sunt regula cuiuslibet alterius apostoli. In abundantia etiam euangelizandi, non in paucis locis speramus euangelizare, etiam in illa loca transeuntes quæ sunt ultra vos. In abundantia, vel quia prædicatio hæc abundabit super prædicationem quam ad vos habuimus vel quia cœlestium donorum abundantia erit in ea. Et euangelizabimus ibi, non in aliena regula, id est, in alieno regimine, quia nec illi qui ultra vos sunt, de alieno regimine sunt. Speramus [inquam] illuc euangelizare, & non speramus in aliena regula [glorari in his] virtutum incrementis, [quæ preparata sunt] ab aliis prædicatoribus. Manifestum est quia vir prudens non in his confidit, neque gloriam sperat, quæ aliorum laboribus constat. Ideo Apostolus non audet in hos qui aliis prædicantibus crediderunt, ne in alienis laboribus glorari videatur: sed hoc nititur, vt eis prædicet quibus non erat annunciatum, vt gloriam labore suo adquirat.

1. Cor. 1.  
1. re. 9.

*Qui autem gloriatur, in domino gloriatur. Non enim qui seipsum cõmedat ille probatus est, sed quem Deus cõmendat.*

Significat Apostolus ipsam euangelizandi cõfidentiam & gloriam domino esse dandam, cuius gratia est, vt qui in potestate euangelica confidit, Deo autore confidat, vt quæstus omnis negotij diuini domini in lucrum veniat. Sed qui non accepit potestatem à domino, non potest in domino gloriari, quia suam gloriâ quærit. Ego, inquit, non gloriabor in aliena regula. Similiter autem [qui gloriatur,] id est, vult potestatem exercere, [in domino gloriatur,] id est, in mensura à domino sibi data. Vel ita: Spem habeo gloriandi, non tamen in me, sed in domino. Nam nullus in se debet gloriari. Sed quicquid de aliquo bono gloriatur, gloriatur in domino, id est, omnem gloriam retorqueat & adscribat non sibi, sed domino. Quicquid enim boni habemus vel agimus, hoc non à nobis, sed tantum à domino habemus quod agimus. Ideo non in se, sed in domino quisque debet gloriari: quia [qui seipsum cõmedat,] id est, qui suam gloriâ in prædicatione quærit, qui extra dominum gloriatur, ille [non est probatus] à Deo vel ab hominibus, sed ille [quem Deus commendat] miraculis & gratia

sanctæ cõuersationis. Illum Deus cõmendat, & ille probatus est, quem habet dignum & mittit vt prædicet donum eius. Quem vero non mittit, illum non commendat. Ipse autem se commendat, qui non missus prædicat. Ac per hoc idoneus non est, sed præsumptor & reprobus.

## CAPVT XI.

*Tinam sustineretis modicum  
V quid insipientiæ meæ, sed & supportate me. Aemulor enim vos Dei emulatione. Despondi enim vos viro virginem castam exhibere Christi. Timeo autem ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate qua est in Christo Iesu.*

Inciens vera de semetipso narrare, insipientem se dicit: quia ad laudem eius videntur pertinere quæ dicturus est, & per Dei sapientiam dictum à Salomone fuerat, Laudet te alienus, & non ostentus: tuus autem, & non labia tua. Sed hic dolore cõpellit in laudem suam erumpere, propter salutem ipsorum qui cum de eius præceptis bene sentire deberent, indigne sentiebant. Et hoc non Apostolo, sed ipsis nocebat. Ideoque profectum eorum quærit, & in eo quod quasi glorianter loqui videtur, Glorior, inquit, de regimine, quod videtur insipientia. Sed [utinam sustineretis,] id est, vellere vt sine indignatione sustineretis [modicum quid insipientiæ meæ,] id est, parum aliquid gloriationis meæ, quæ videtur insipientia. Modicum gloriationis meæ sustinete, quia multo plus possem gloriari. Opto vt hanc insipientiam meam vel in modico sustineatis, [sed &] præcipio ac quasi ex debito requiro, vt me supportetis in hac insipientia gloriationis. supportate inquam me vt subiecti, quia [aemulor vos,] id est, casto amore inflammor ad custodiendam mentis nostræ castitatem: & hoc facio non mea, sed [Dei emulatione:] quia non mihi, sed Deo vos aemulor. Quæ locutus est, amore eorum dicturum se ostendit, vt non magis ad laudem eius proficiat, sed ad eorum profectum. Ac si dicat: Non stimulo liuoris inflammor humani, sed vos tanquam pater emulatione diuina custodio, vt immaculatos possim coniungere cœlesti sponso. [Despondi enim vos,] id est, anulo fidei vos desponsaui non multis, sed vni, non adultero, [sed viro virginem castam exhibere Christo,] id est, vt vos omnes vnâ virginem incõtaminatam assignem iudici Christo. Omnis enim ecclesia virgo est in mente. Virginitas enim mentis est integra fides, solida spes, sincera charitas. Ergo & ecclesia imitans domini sui matrem, quoniam corpore non potuit, mente tamen & mater & virgo est. Nullo itaque modo virginitatem matris suæ nascendo Christus ademit, qui ecclesiam suam de fornicatione demonum redimendo virginem fecit. Nunc desponsata est ecclesia & virgo est, cum se cõtinet à corruptione seculari: sed tunc nuptura est, quando spon-

Gene. 3.

Prou. 27.

F

spon-

**G** spōsus eius in claritate veniet, & eam secum in regni thalamum perpetuo mansuram introducet. Ego, inquit, vos huic tam digno viro ita desponsavi, ut immaculatos ei vos in die iudicij exhibeā. Sed timeo ne virginitas in vobis violetur, & ad amplexum spōsi nō perueniatis. Sicut enim membris corporis violatur in quodā loco, sic seductio linguę violat virginitatē cordis. [Timeo ne sicut] antiquus [serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur] ab eodem serpente [vestri sensus .i. vestrę mentes. Non enim carnis, sed cordis virginitatem serpens ille, id est, diabolus corrumpere quærit. Et sicut adulter homo lætatur nequitia sua cum carnem corrumpit, sic diabolus lætatur quando mentē corrumpit. Reuera enim corrumpitur mens & fides eorum, qui præponunt mendacium veritati. Qui ergo mendacium ædificant in hominibus quid ab eis expellunt nisi veritatem? Immittunt diabolum, excludunt Christum: immittunt adukerum, excludunt sponsum. Quando enim mentem falsitas possidet, tunc serpens eam possidet. Timeo ne sicut serpens Euā seduxit astutia sua, id est, ne sicut diabolus in serpente latēs, & per os eius loquens Euam seduxit, ita corrumpantur sensus vestri ab eodem fallaci deceptore in falsis apostolis latente & per os eorum loquente, [& excidant à simplicitate quæ est in CHRISTO IESU, id est, corruant à paradiso simplicis fidei Christianæ, quæ nil alienum recipit, sed simplicem veritatem sine admixtione falsitatis retinet. Serpens nanque Euam mentiendo de deo seduxit, dicens solo terrore deū eis comminatum esse mortem, non illaturum, si peccassent. Ita & pseudo apostoli dicebant, ideo præcepta euāgelij addita esse, ut vel sic lex custodiretur, & ea sola sufficeret custodita. Sed & nunc serpens similiter seduxit, gehennā propter solum terrorem asserens nominari: eam autem aut non esse omnino, aut non æternam esse confirmans. Adhuc musitat ille serpens & non tacet. Quærnt pollicitatione quadam sciētia deiicere de paradiso ecclesię, quæ non permittat redire ad illum paradysum, vnde primo eiectus est. Quod gestū est in illo paradiso, hoc geritur in ecclesia. Nemo seducat nos, ab isto paradiso. Sufficiat quod hinc lapsi sumus, vel experti corrigamur. Ipse est serpens qui semper suggerit iniquitatem, ipse aliquando promittit impunitatem, & sicut ibi promisit, dicēs: Nequaquā morte moriemini. Ipse talia suggerit, ut modo male viuant Christiani. Nunquid omnes, inquit, perditurus est Deus? Nunquid omnes damnaturus est Deus? Et ita corrumpit sensus multorum, ac peccare facit, ut expellantur à sedibus iustorum.

Gene. 3.

H

I

Gene. 3.

*Nam si is qui venit, alium Christū prædicat quem non prædicauimus, aut alium spiritum accipitis quem non accepistis, aut aliud euāgelium quod non recepistis, recte pateremini. Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis aposto-*

*lis. Nam etsi imperitus sermone, sed non scientia. In omnibus autem manifestus sum vobis.*

Ideo dixi me timere ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & isti vos corrumpant, qui prædicant eandem fidem quam nos, & per astutiam suam & seductionem veritati miscent venenum falsitatis. Si enim aliam fidem, & omnino aliud prædicarent quàm nos prædicamus, non adeo vos decipere possent. Et hoc est: [Nā si is] prædicator [qui venit] & à Deo mittitur, prædicat, id est, prædicaret [vobis alium Christum quem non prædicauimus, id est, meliorem: aut per eius doctrinam accipitis, id est, acciperetis, [aliū spiritum] sanctiorem [quem non accepistis] per nos, [aut aliud euāgelium] reciperetis ab eo [quod non recepistis] à nobis, [recte pateremini] eius dominationem. Possitis enim dicere, prædicatio huius melior est quàm Pauli. Nunc verò cum eundem Christum prædicet, & ex sua parte plura respuenda addat, pati non debetis. Vel ita: Verè simplicitas est in Christo, non duplicitas, quia vnus est Christus non duo Christi: & vnus spiritus Christi, atque vnū euāgelium. Nam si is doctor qui post nos venit ad vos &c. Hoc de quolibet verò prædicatore nūc est intelligendum. Loquutus enim fuerat de pseudo apostolis corruptoribus fidei, & nunc adiungit de veris prædicatoribus: quia plebs Corinthiorū variis erroribus fluctuabat, ut aliqui fauerent pseudo apostolis, quidam autē eis, à quibus cōpositis verbis eadem audiebant quæ ab Apostolo audierant: alij verò apostolis fauebant, qui cum domino fuerant: & Paulo derogabant, quia in carne dominum sequutus non fuerat. Vnde nūc tali sensu loquitur: Si ipse idē CHRISTVS ab his prædicatur, qui à nobis annunciat, & idem euāgelium, quid causæ est ut nos inferiores habeamur, cum nihil amplius ab illis quàm à nobis dicatur? Nam etsi prædicator qui venit ad vos, prædicaret vobis excellentiorem Christum quem non prædicauimus, quod fieri non potest: aut per eum acciperetis alium meliorem spiritum, quem per nos nō accepistis: vel aliud euāgelium, quod à nobis nō recepistis, id est, aliam de humana redemptione prædicationem (quod esse non potest) recte pateremini talem doctorem ad contemptū nostrum. Sed quia hoc non est, non recte patimini illud ad depressionem nostram. Cur autem dicit, recte pateremini, si alius vobis Christus prædicatus fuisset, aut si alius spiritus, vel aliud euāgelium vobis traditum fuisset, cum dicat Galatis, si quis vobis euāgelizauerit præter id quod accepistis anathēma sit? Si enim Galatis peruer sum erat accipere aliud quàm ab apostolis erat traditū, quomodo Corinthijs rectū erat, si alius Christus prædicatus illis fuisset? Sed sciēs apostolus nunquam alium Christum nisi hunc qui crucifixus est, prædicari, idcirco ait quia recte pateremini, si vobis alius potior Christus ab his qui veniunt, prædicatus fuisset. Galatis autem anathēma dixit, si aliud audirent, quod non vti que maius esset, sed contrarium. Quia verò posset dici

Galat. i.

**A** dici quod etsi eadem cæteri prædicauerint, quæ & iste, melius tamē ea prædicauerint, remouet hoc. Nō recte, inquit, patimini. Ego [enim existimo, id est, pro certo scio, sed dubitationē vestrā verbo existimationis increpo: ego, inquit, existimo [me nihil minus fecisse] vobis [à magnis apostolis, id est, quàm fecissent magni apostoli, ne putetis vos minus quàm cetera ecclesię alij quid accepisse, quibus prædicauerunt cæteri: & idcirco opera mea illis me coæquant. Non vult gratiā inferiorem in se videri, quia similiter docuit, & eadem fecit quæ faciebant apostoli, qui propensiores videbātur, quia priores cœperant docere, & fuerant cū domino, vnde maioris autoritatis esse putabantur, cū huius apostoli electio cum testimonio sit, & amplius cæteris laborauerit, atque dominū in via & in tēplo viderit, & verba eius audierit. Non minus, inquit, feci. [Nam etsi] iūū [imperitus sermone,] quia non adorno verba, vel impeditā habeo linguā, sed, id est, tamē, nō sum imperitus sciētia, quoniam scio quicquid & magni. Hoc non ad apostolos pertinet, quia nō erant eloquentes, utpote sine literis, pleni tamē spiritu sancto: sed pseudo apostolos tangit, quos præferabant apostolo causa accurati sermonis, cū in religione vis sermonis sit necessaria, non sonus dulcis. Valde tamen se humiliat, qui se imperitum in sermone fatetur: cui præ magnitudine eloquentiæ ac sapientiæ Festus ait: Infans Paule, infans: multæ te literæ ad insaniam perducunt. Hoc ergo dicens, non se loqui nescire voluit intelligi, sed propter eos qui non per fidem, sed per eloquentiam commendari volebant. Qui tamen in eo se dixit imperitum, quod non habet crimen: in eo autem quod non deest sine culpa, & cum adest acquirit salutem, non se imperitū pronunciauit. Qui imperitus est in sermone, reus nō est apud deū: qui autem sciētia Dei non habet, reus est ignorantia, quia non licet ignorare, maximè quod pertinet ad salutem. Ideo Apostolus sprcta eloquentia id agebat, ut fides teste virtute acceptabilis esset, ut non fidem eloquentia commendaret, sed virtus, cui cedit eloquentia. Etsi imperitus, inquit, sum in sermone, id est, etsi non curo illam secularem peritiam sermonis, ut adaptam pulchre positarum dictionum consonantiam, tamen nō potestis me vocare imperitum in sciētia, qui tam bene scio rei veritatem, & tam profunde loqui de Deo sicut & alij, vel subtilius. In sciētia diuinorum non sum imperitus. Sed & vos hoc nostis. Nam [manifestus sum vobis in omnibus, id est, in sciētia, in miraculis, in sanctitate vel potentia, & his similibus. Et ideo scitis me habere etiam loquendi peritiam. Vnde peius est, quia fauentes aliis in sermonis peritia, in qua me non inferiorem esse scitis, postponitis me illis, cum videatis per me non solum impleri prædicationem, sed & signa atque prodigia fieri apostolica.

Actu. 9.

Actu. 26

C

*Aut nunquid peccatum feci, me ipsum humilians ut vos exaltemini, quoniam gratis euāgelium dei euāgelizauimus vobis? Alias ecclesias expoliaui, acci-*

*piens stipendium ad ministerium vestrum. Et cum essem apud vos & egerem, nulli onerosus fui. Nam quod mihi deerat, suppleuerunt fratres qui venerunt à Macedonia. Et in omnibus sine onere me vobis seruavi & seruabo. Est veritas Christi in me, quoniam hac gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaia. Quare? Quia non diligo vos? Deus scit. Quod autem facio, & faciam, ut amputem occasionem eorum qui volunt occasionem, ut in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos.*

Nō feci, inquit, minus quàm alij, sed possem dicere quia plus feci, quoniam gratis prædicauimus. Non feci minus. Aut si minus, nunquid in hoc peccaui? [Nunquid peccatū feci, me ipsum humilians] operando manibus meis, vnde victum quærerem & haberem, [ut vos exaltemini, id est, ad virtutū alta proficiatis, abiecto iugo falforū apostolorū quo deprimimini? Verè me humiliavi, [quoniam gratis, id est, nil exigendo à vobis, [euāgelium Dei euāgelizauimus vobis.] Quoniam inflati erant eo quod sumptus ab eis accipere noluit, & propter hoc alios ei præponebant, idcirco nunquid peccaui, ait, quia me humiliavi, ut me indignum ad accipiendum iudicarem, quia inde mihi irascimini, cum hoc non peccati sit, sed gloriæ? Se ipsum enim humiliavit, quādo stipendia sibi debita nō exegit. Quæ propter duas causas accipere noluit. ne & pseudo apostolis similis inueniretur, qui non ad gloriā Dei, sed ad suam vtilitatē prædicabant, ut nō occasionem acciperent deprædandi: alio enim non accipiente nō potest alter multum expetere: & ne vigor euāgelicæ potestatis torpesceret, quoniam qui à peccantibus accipit, arguendi autoritatem amittit. Sic ergo exaltantur, cū ideo ab illis nō accipitur, ut à pseudo apostolis qui eos deprimebāt eripiantur, & correpti emendentur, à morte ad vitam, & à vitiis ad virtutes eleuati. Vobis, inquit, euāgelium gratis prædicauimus, sed ab aliis interim victum habui. Nam [alias ecclesias expoliaui, id est, multa ab his quæ in vos impenderem assumpsi. [accipiens stipendium ad ministeriū vestrum, id est, accipiens vnde viuerem: dum vobis euāgelium ministrarem, necesse fuit ut ab aliis panem corporis acciperem. [& cū essem apud vos & egerem] his quæ corpori sunt necessaria, nulli vestrum [fui onerosus,] accipiēdo aliquā corporis sustentationem ab eo. Hoc Apostolus Corinthiis dū inter eos esset, nunquam dicere voluit, ne scilicet quod erga eum ab illis factum ex bona voluntate nō fuerat, fieret ex iussione: & cū innotesceret eorum misericordia, remaneret voluntas ignota. Postmodū verò lōge positus hoc eis scripsit, ne scilicet omnimodè incorrepti remaneret, & quales magistro in tenacia fuerat, aliis fratribus tales essent. Verè & in hoc magister gen-

E

F

al. incor-

recti.

gen-



**G** gētū sua negligēs, aliena curās, impleuit quod ait: Nemo quod suum est querat, sed quod alterius. Tātam enim illic inopiā pertulit, vt victus sui graui necessitate laboraret, & panem terrē a discipulis non accepit, quibus panē celi prādicauit. Insistebat verbo pro vita audientium, insistebat labori manū pro vita corporis sui. De terris quoq; aliis ei stipendia a discipulis mittebantur, vt Corinthiis prādicare sufficeret. Cū essem (inquit) apud vos, & egerem, nulli vestrū onerosus fui accipiendo aliquid, ne scilicet putaretis me lucri terreni causa euangelium prādicare. Nam quod mihi deerat] post spolia ecclesiarū & laborē manuum, [suppleuerunt fratres qui venerunt a Macedonia.] A Macedonibus semper accepit, quia subuersi a pseudo apostolis nō fuerāt. Et sicut a Corinthiis accipiendum non erat, ne illis in scandalū proficeret, sic iterum a Macedonibus accipiendum erat, ne bene seminantes fructum amitterent. Nō enim idcirco dabāt, vt vitia sua palpari vellent. Macedones quod mihi deerat suppleuerūt. Et nō solum stipendiis, sed etiam [in omnibus] verbis & factis [seruauit me vobis sine onere] quia non me iactauit de genere contra vos, nec aliquid huiusmodi fecit: & adhuc me semper vobis talē seruabo, ne dem exemplū rapacitatis vel falsitatis falsis apostolis. [Est veritas Christi, id est, verax Christus in me loquitur, quoniam hęc gloria .i. hęc causa gloriationis quod gratis prādicō, quod a licitis abstineo propter salutem vestram, [nō infringetur,] sed integra perseverabit in me in omnibus [regionib⁹] Achaia.] Gloria est enim a licitis abstinerē, maximē pro aliorum salute. Non infringetur in me gloria hęc in regionibus vestris. Et quare putatis me hoc facere? Putatis quod hoc ideo faciam, [quia nō diligo vos? id est, quod odio vestri abstineam a rebus vestris, vt pseudo dicūt. Deus qui occulta cordis nouit, ipse scit quia non ideo munera vestra respuo, quod vos non diligam: sed ideo magis quia vos amo, vt hoc ipsum profit vobis quod nihil a vobis accipio. Non propter odiū vestri dona vestra nolo, sed vt auferam pseudo apostolis occasiōē accipiēdi pecunias vestras quia si nō acceperint nō diu prādicabūt. Non idcirco hoc facio quia vos nō diligā, sed quod in hac re facio, etiam adhuc faciam .i. semper a vestris muneribus abstinebo, vt exemplo meo [amputem occasiōē] sumendi vestra bona: occasiōē dico, [eorum qui] per me volūt inuenire occasiōē accipiēdi res vestras. Ideo illis auferam huiusmodi occasiōē, [vt in eo quo gloriantur, inueniantur sicut & nos, id est, similes nobis. Gloria pseudo apostolorum in pecuniis erat accipiēdis, & ideo Apostolus hoc refutauit, ne illis similis videretur: quia nisi ab Apostolo fuisset vitatum, maior occasiō illis data fuisset accipiēdi, vel etiā extorquēdi, quādo in hac re formam ab Apostolo datam ostenderent. Erant etiam quidam pseudo, qui imitantes Apostolū, pro seculari gloria nihil volebant accipere: acciperent tamē libēter, si prius Apostolū accipere viderent. Vnde nūc dicit se ideo nihil velle accipere, vt illis amputet occasiōē accipiēdi, & permaneant in similitudine

fui, in quo multū gloriantur, scilicet vt semper K sint non accipientes.

*Nam eiusmodi pseudo apostoli sunt operarij subdoli transfigurantes se in apostolos Christi. Et nō mirum. Ipse enim satanas transfigurat se in angelum lucis. Non est ergo magnum, si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiae. Quorum finis erit secundum opera ipsorum.*

Volo illis auferre occasiōē accipiēdi res vestras. multum enim desiderant inuenire occasiōē qua possint eas accipere, licet fingant se nolle quicquā fumere. [Nā eiusmodi pseudo .i. falsi [apostoli sunt operarij subdoli .i. operātes sub dolo simulationis, quia callide sub specie religionis decipiunt. Subdoli sunt, quia nō amore vitæ perennis, sed amore pecuniarum L prādicant Christum, nomen sibi apostolicum vsurpantes, cum nequaquam sint missi. Subdulus enim operarius aliud fingit & aliud agit, sicut & isti sub specie simplicis prādicationis Christi beluina rapacitatem contegunt. Tales vt placeant & placēdo accipiant, necesse est adulentur, & adulando decipiant, illa dicentes quæ placeant, non quæ expediant audienti. Sūt itaq; operarij subdoli, dum sic operātur, & huiusmodi artibus [transfigurant se in apostolos Christi, id est, transmutant speciem suā falsitatis, assumendo figuram verorum apostolorum, vt dum malitia callide tegitur, & figura sanctitatis cernitur, possint incautos decipere. Et quia veris apostolis similes volunt apparere, non accipio res vestras, vt me non accipiente, nec ipsi se trāsfigurent in apostolos veritatis, vt ita decipiant. [Et non] est mirum de ministris satanæ, si hoc faciant. Nam [ipse satanas] cui seruiunt, [transfigurat se in angelum lucis] .i. assumit prāclarum habitum & apparet hominibus vt credatur sanctus angelus, & ita decipiat. Et cū sic se transfigurat, opus est nobis iudicare & dignoscere, ne fallendo ad aliqua perniciofa seducat. Nam quando sensus corporis fallit, mētem vero non mouet a vera rectaque sententia qua quisque vitam fidelem gerit, nullum est in religione periculum. Vel cū se bonum fingēs ea facit vel dicit, quæ bonis angelis congruunt, etiam si credatur bonus, non est error Christianæ fidei periculosus aut morbidus. Cū vero per hęc aliena ad sua incipit ducere, tunc eum dignoscere, nec ire post eum, magna & necessaria vigilantia opus est. Sed nemo potest omnes mortiferos dolos eius euadere, nisi regat atque tueatur deus. Et ipsa hui⁹ rei difficultas ad hoc Notā. utilis est, vt nemo spē ponat in se vel in alio homine, sed in solo deo. Et quādoquidem satanas (qui interpretatur aduersarius, quia humanæ salutis aduersatur) ita se transformat, & pollicendo bona humanis aspectibus lucis se angelum simulat, [ergo magnum non est, si ministri eius transfigurentur] vt appareant [velut ministri iustitiae, id est, si pseudo apostoli mētiantur se so-

cios

**A** cios apostolorum Christi, vt ita decipiant audientes. Quorū satanæ ministrorū [finis erit secundum opera ipsorū,] quia in fine iudicabuntur secundum simulatas actiones suas, qui non propter dominum, sed propter suum ventrem prādicauerunt, simulantes se ministros Dei. Finis eorum erit secundum opera ipsorum, quia sicut cura ventris & opera quæ pro vetre fiunt, intereunt, sic & ipsi interibunt.

*Iterum dico: Ne quis me putet insipientem esse. Alioquin velut insipientem accipite me, vt & ego modicū quid glorier. Quod loquor, non loquor secundum deū, sed quasi in insipientia in hac substantia gloria. Quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor.*

Suprà iam dixit, vtinā sustineretis modicum B quid insipientiæ meæ, & nunc hoc repetit, quoniam semper proponit quod multis postpositis prosequatur. Quod ergo superius pposuit, modo incipit narrare. Dixi, inquit, vt sustineretis aliquid insipientiæ, id est, gloriationis meæ: & nunc [iterum dico,] vt nemo [putet insipientem me esse] in hac gloriatione, quia non glorior ea intētiōe qua illi, sed pro vestra vtilitate. Alioquin, id est, si non vultis me insipientē non putare, [accipite me] non re vera insipientem, sed [velut insipientē,] dum videor me laudare, [vt & ego] sicut illi [modicum quid glorier] secundum carnē. Modicū, quia in vobis, nō in sensu est gloriatio mea. Nō enim vere ad gloriā suam Apostolus hęc loquitur, sed dolens: quia se cōtēpto falsos apostolos glorificabāt, cogitur inuitus bona sua detegere: nec inde reprehēnsibilis est, sed magis laudabilis. Nam iustus quisque si in humili cogitatione permanēs, exigēte causa vel dolore bona de se veracia dixerit, intantū C modo discrepauit. Apostolus ergo multa de se fortia pro discipulorū ædificatione narrat, sed hęc narrando non peccat, quia a veritatis tramite & attestatiōe certa & humili corde non recedit. Dixi, inquit, me velut insipientem: quia [quod loquor in hac substantia gloriæ, id est, in gloria carnis quā putāt substantiā,] [non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientia.] Secundum Deum modo nō loquitur, quia ad carnis tumorem hęc pertinent: nec de inflatione carnis apud dominum surgit gloria, apud quē sola humilitas gloriosa est, sed quasi insipientia. Non plenā dixit insipientiā, sed quasi insipientiā, veritas enim est. Sed quia elatio vitiosa res est, ideo quanuis verū sit quod dicitur, quasi insipientia tamen est, vnūquēque; laudare se, cū dicat sapientia: Laudet te alienus, & non os tuū: extraneus, & non labia tua. Plena autem insipientia est, si se falsis laudibus quis attollit. Ille enim de vero est superbus, hic de falso stultus. Substantia tātam gloriationis in hac causa carnalis est, quia sicut flos sceni, ita decedit gloria ista. Velut in insipientia loquor. Nam quia [multi gloriā-tur secundum carnem, id est, quoniam pseudo

apostoli nobilitatē sibi carnis vendicāt, & inde D sibi defendūt generis prārogatiuam, quoniam filij dicuntur Abraæ, [& ego gloriabor,] quia & ego filius sum Abraæ. Sed nihil apud dominū pdest filiū esse Abraæ, si desit iustitia vel fides Abraæ, quia fides est quæ saluat, nō pro-pago generis Abraæ. Gloriarī se dicit secundum carnē, sed hoc insipientiæ deputat, vt gloriam hanc exinaniat, & se coactum in laudem carnis erupisse doceat. Ob hoc enim gloriatur, vt ostēdat se excellentius habere omnia etiam carnaliter, in quibus pseudo apostoli gloriabātur: & sic ipse potius qui sine falsitate Christū prādicat, suscipiatur, & susceptores eius saluificetur.

*Libenter enim suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cedit. Secundū igno-bilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.*

Dixi vt me velut insipientem accipiatis, vt & ego modicū quid glorier secundū carnē. Nam [libenter suffertis insipientes, id est, non coacti, sed voluntarij sustinetis falsos apostolos, qui nobilitate generis & circuncisione carnis gloriantur, atq; nosipfos ad insipientiam suam pertrahere conantur. Et quia non bona patientia suffertis illos taliter gloriantes, iustū est vt me potius sufferatis gloriantē: quia non pro extollentia mei, sed pro vtilitate vestra gloriabor. Illos insipientes, id est, secundum carnem gloriantes & secundum carnē sapientes, suffertis libenter, quod mirum est, cū vos [ipsi sitis sapientes, id est, cælesti sapientia per doctrinam meā imbuti. Inde enim magis estis reprehensibiles, quia cum sitis euangelica sapientia per me imbuti, nunc libēter suffertis istos deceptores, qui vos ad insipientiam carnalis intelligentiæ & obser- uantia legis inducere volunt. [Sustinetis enim si quis] eorum vos ex libertate Christi [redigit in seruitutem] legis, quæ ex seruilis timore seruatur. Vel insipientes suffertis, cū vos ipsi sitis non quidē omnes, sed quidam in sensu diuinorū sapientes. Vel insipientes suffertis, cū sitis sapientes, id est, in hoc probatur vos non esse sapientes, quia libēter suffertis insipientes. Amicus enim stultorum efficietur similis. & vere in eo quod eorū peruersitatē sufferre vultis, sapientes non estis: quia tam hebetes estis, quod hanc iniuriā sustinetis, si quis illorum vos a libertate euangelij redigit in seruitutē legis. Vel per partes ostendo qualiter suffertis insipientes. Nā sustinetis iugū eorū si quis ipsorum vos in seruitutē legis redigere velit: & [si quis eorū deuorat .i. cum magna ingluuie bona vestra comedens consumit: & [si quis, id est, si aliquis accipit more accipitis res vestras, quas ego vobis parcens accipere nolo: & [si quis taliū extollitur] iactādo se de nobilitate generis, illū quoq; sustinetis: & [si quis] eorum [cedit vos in facie, id est, contumeliam improprij vobis corā pos-

fitus

**G** situs ingerit, contemnens vos quia carnaliter circumcisi non estis & idola coluistis, illum etiā suffertis. In faciem nanque cæditur, in cuius os iniuria irrogatur. In faciem ergo vos cædi t, qui conuiciorrum ictibus vultum vestrum feriens erubescere facit. [Secundum ignobilitatem dico] vos ita cædi, quam vobis pseudo apostoli obiciunt, quia estis ex genere idololatrarum: quoniam ipsa ignobilitatis obiectio, est faciei percussio. Et dum ipsi vobis obtreçant quia estis incircumcisi, ac de se gloriatur quia sunt ex femine Abraæ, se preferentes & nos humiliantes, vos ita sustinetis eos & nobis præfertis, [quasi nos infirmi fuerimus in hac parte, id est, impotentes in hac gloriatione carnalis nobilitatis. Hoc est, ita patimini vos cædi ab illis, & non à nobis, quasi non possemus similiter contemptoria verba vobis irrogare, extollendo nos de genere, & vos despiciendo. Non enim infirmi sumus in hac parte gloriæ, infirmi nanq; iudicabantur illi, qui de aliis nationibus applicati fuerant generi Abraæ. Sed nos in hac re firmi sumus, quia de Abraæ stirpe descendimus. Cur ergo falsos apostolos nobis in hac carnis gloria preferitis, in qua non sumus inferiores?

*In quo quis audeat, in insipientia dico, audeo & ego. Hebræi sunt? & ego. Israhelita sunt? & ego. Semen Abraæ sunt? & ego. Ministri Christi sunt? & ego.*

Non sumus infirmi in hac parte gloriationis, quia in quocunque [audeat quis] eorum gloriari, audeo similiter [ & ego, ] & hoc [dico in insipientia,] quia temeritas est vt quis se iactet siue laudet, cum dicat (vt præmissimus) sapientia, laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua. & iccirco in insipientia dico me audere in eo, in quo audeat hi, qui se iactat quod sunt filij Abraæ, vt illos insipientes esse designem, & gloriam ipsorum adnihillem. Verè in nullo sum eis inferior. Quia sunt ipsi Hebræi, id est, de genere Heber patriarchæ, [ & ego ] similiter sum Hebræus genere & lingua. Per interrogationem enim & responsionem le gendi sunt isti versiculi, vt interrogetur, sunt Hebræi? & respondeatur, & ego sum Hebræus. sunt ipsi Israhelita? id est, de genere Iacob, qui & Israhel diuinitus est appellatus. & ego nō minus sum Israhelita, id est, filius eiusdē egregij patris. & sunt ipsi [semen Abraæ?] id est, nō profelyti, sed naturales filij Abraæ. & ego similiter sum semen eiusdem patriarchæ. Cur ergo in his mihi preferuntur, in quibus ego nō sum illis impar? & sunt ipsi [ministri Christi] secundum quod dicunt? & ego veraciter sum Christi minister. Ipsi enim se dicunt esse Christi ministros, vt per hoc decipiant: sed ego sine mendacio sum minister eius, vt omnes quos potero ad eum pertraham.

*Vt minus sapiens dico, plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi. Ter*

*virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, & ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui.*

Sciendum quia iusti atque perfecti aliquando virtutes suas prædicant, & bona quæ diuinitus acceperunt narrant, nō vt ipsi apud homines sua ostensione proficiant, sed vt eos quibus prædicant, exemplo suo ad vitam trahant. Vnde nunc Apostolus quoties sultibus cæsus, quoties lapidatus, quoties naufragium pertulit, quanta pro veritate sustinuit, quod ad tertium cælum raptus, quod in paradysum ductus sit, Corinthiis narrat, vt eorum à falsis prædicatoribus sensum auertat: vt dum innotesceret qualis ipse esset, illi eis vilecerent, quos ab eis cognouerat ini que venerari. Quod perfecti cum faciunt, id est, cum virtutes proprias loquuntur, in hoc quoque omnipotentis domini imitatores sunt, qui laudes suas hominibus loquitur vt ab hominibus cognoscatur. Nam cum per scripturam suā præcipiat dicens: Laudet te os alienum, & non os tuum, quomodo facit ipse quod prohibet? Sed si virtutes suas omnipotens dominus taceat, cum nullus agnosceret: si nullus agnosceret, nullus amaret: si nullus amaret, nullus ad vitam rediret. Vnde per Psalmistam dicitur: Virtutem operum suorum annunciabit populo suo, vt det illis hæreditatem gētium. Virtutes enim suas annunciat, non vt laudibus suis ipse proficiat, sed vt hi qui hæc ex sua laude cognouerunt, ad perpetuam hæreditatem veniant. Iusti itaq; & perfecti etiam cum virtutes quas habent, infirmis loquuntur reprehensibiles nō sunt: quia per suam vitam quam referunt, aliorum animas ad vitam quærunt. Iure ergo Paulus virtutes proprias Corinthiis narrat, vt cuius meriti sit apud dominum, illis innotescat: quatenus meritum eius cognoscentes, doctrinā eius per quā saluentur, libenter suscipiant: & falsos apostolos per quos seducebatur, respuant. Ipsi, inquit, gloriantur se esse ministros Christi, licet in veritate non sint eius ministri: & ego veraciter sum, quod illi se esse fingunt. Et plus etiā quam ipsi, sum ego minister Christi, vel plusquam ceteri prædicatores Christi. Et hoc [dico vt minus sapiens,] quia non est hominis laudare seipsum. Vera de se dicens, minus sapiētem se pronunciat, vt intelligatur coactus in laudem suam prorupisse. Nam qui sponte ea refert, quæ ad laudem eius proficiant, non se fatetur insipientē. Ostēdit ergo quæ sint quæ faciunt illum minister Christi plus esse quam sunt reliqui prædicatores. Occasione enim inuēta, omniū tangit personas, etiam apostolorū, dolens quia gratia dei minor in illo iudicabatur, cum ipse eadē operaretur, quæ ceteri apostoli, & pro fide maiora toleraret exitia. Plus sū ego minister Christi quam sunt alij prædicatores, cōprobatus [in laboribus plurimis,] quia plus illis omnibus in ministerio prædicationis euangelicæ laboraui. Nam & ipsi laborauerunt, sed ego durius & multiplicitus: quia & plura aduersa pertuli, & pluribus gentibus prædicaui, & plura scripsi, & stipendium nō accepi. Et [in carceribus] sum cō-

**A** probatus minister Christi abundantius quam illi quos mihi præfertis: quia si ipsi pro ministerio prædicationis fuere in carcere, ego tamē sapius & diutius. Et [in plagis supra modum] eorū, vel supra modum humanæ virtutis: quasi illi cæsi sunt ego tamen atrocius & multiplicius. Et [in mortibus frequētur,] quia sæpe cruciatus sum vsq; ad mortē. Ego [à Iudæis accepi quinquies quadragenas vna minus] percussiones. i. quinquies flagellatus sum à Iudæis secundum legem Moyfi, quasi transgressor legis quia nouā gratiam prædicabā, accipiens singulis vicibus plagas trigintanouē. Præceptum quippe legis erat vt quando iudices delinquentē verberarent, ita modum vindictæ temperarent, vt plagarum modus quadragenariū numerum nō excederet. Vnde ipsi vnā percussione quasi p̄ misericordia mihi cōdonauerunt in vnaquaq; ex illis quinq; vicibus, quibus me verberauerunt. Ego [ter virgis cæsus sum] à gentibus, sicut in Philippis. ego à Iudæis [semel lapidatus sum] in Listris. Ego [ter naufragium feci. i. periculum nauis fractæ pertuli dum maria transnauigarē,] vt multis gentibus euangelizare. Possent hæc naufragia forsitan intelligi cōtigisse in illa nauigatione, qua Roman venit Apostolus: sed quando scribebat hanc epistolam, nondum ascenderat Hierosolymam, vbi captus est à Iudæis & post à Festo præside Romā missus. Nā in superioribus epistolæ huius multa locutus est Corinthiis de præparatione elemosynæ, quā portaturus erat in Ierusalem. Omnes ergo tribulationes & pericula, quæ cōmemorantur in hac epistola, prius acciderunt quā iret Hierosolymam. Nō autem leguntur omnia in Actibus apostolorum, quia & ibi reperiuntur multa, quæ in his epistolis nequaquam aperte cōmemorantur. Nam & hoc quod subiungit, nescitur quādo factum sit: [nocte & die in profundo maris fui.] Quod tamen iuxta literam intelligendū est, id est, quia Apostolus casu aliquo deueniēs in profundo maris, die simul nocte ibi demoratus sit, ac deinde liber ad terram Deo gubernante redierit: vnde & inter cætera diuina miracula adscribitur, quod homo tāto tēpore sub vndis retentus, neque à circumstantibus vndis præfocari, neq; à beluis maris deuorari potuerit. Quid est enim mirabilius, Petrum super aquas ambulasse, an Paulū sub aquis die ac nocte vixisse? Quod si in vtriusq; apostoli tam dissimili miraculo aliquid mysticum requirimus, Paulus non solum tertio naufragus, sed etiā nocte & die in profundo maris positus, atq; vbiq; protectus & liberatus à domino, significat iustos de omnibus periculis diuinitus eruendos: nec tantum de tentationibus extrinsecus ingruentibus saluandos, sed etiam si mortis ipsius viderentur gurgite depressi, atque ab humanis rebus absconditi, nihilo minus virtute sui cōditoris: eos esse reuocados ad vitā. Petrus verò sup vndas vento commotas incedens, sed vbi ob timorem mergi cepit, dextera Christi erectus, significat eosdem iustos omnia impiorum tentamēta ac persecutiones diabolico instinctu sibi illatas, fide inuicta superare & calcare: nec posse omnino seculi fluctibus immergi, qui præ-

fentis semper Dei contemplantur auxiliū, qui etfi vt homines aliquando titubauerint, mox diuinitus erecti confirmantur. Post hæc memorat Apostolus alia pericula, a riosisque laboribus, vt se terra marique pro Christo vexatum secūdm carnem ostendat, & in omnibus locis vel in omnibus afflictionum modis se pro euangelio laborasse doceat. Ait enim:

*In itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex genibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus: in labore & erumna, in vigiliis multis, in fame & siti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate. Præter illa quæ extrinsecus sunt instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?*

[Sæpe in itineribus] probatus sum (inquit) minister Christi: [periculis fluminū,] quæ pertuli: quia dum semper de loco ad locum pergerem, vt nomen Christi vbique manifestare, frequenter inueniebam flumina, quæ non sine periculo transire poteram. Et [periculis latronū,] quoniam diabolus inuidens itineri meo, latrones mihi excitabat, cū nihil ferrem quod latrones cuperent. Et [periculis ex genere] meo. i. ex Iudæis, qui mihi plusquam cæteris apostolis inuidebāt, me semper interficere quærebāt: quia fortius & euidentius cæteris nouam gratiam & abolitionem veteris obseruantia prædicabam, cū prius fuisset æmulator legis & persecutor sectatorū gratiæ. Et [periculis ex gētib;] quia & gentiles me quærebāt occidere propter destructionē idololatriæ & prædicationem vnus dei. Et [periculis in ciuitate,] sicut in Epheso vbi propter defensionē Dianæ cū impetu currere vnanimiter in theatrum, & cū vellem intrare in furētem populū vt paterer martyrium, nō permiserunt discipuli. Et [periculis in solitudine,] quia dum iter facerem, passus sum in deserto periculum vel à bestiis, vel ab hoīb; vel à potus, vel à cibi penuria. Et [periculis in mari,] quia & ibi vel ab hominibus vel ab indigentia vel à tempestatibus pertuli pericula. Nā & cum essem in Græcia, facta sunt mihi insidia à Iudæis nauigaturo in Syriam. Et [periculis in falsis fratribus, id est, qui Christianismum susceperant, & Iudaismum non reliquerant, sed legem carnaliter obseruabant, & me persequerentur] eo quod prædicato Christo legem iam cessare dicerem. Fuere & alij falsi fratres, sicut Demas & Hermogenes qui dilexere hoc seculum, & nūc talibus plena est ecclesia. Cætera enim pericula quiescere possunt, pericula verò à falsis fratribus quiescere vsque in finem seculi nō nouerūt. Item probatus sum minister Christi plusquā cæteri [in labore] manuū quo-

**G**uærebã victum, [ & ærũna. i. molestia doloris vel paupertatis. Et [in vigiliis multis,] quia nõ solum diebus, sed & noctibus prædicabã, & causa orationis sæpe vigilabam, atq; manibus meis opus aliquod, vnde victum haberẽ, nõnunquã per noctẽ faciebã. Et [in fame ac siti,] quia dum nihil à discipulis acciperem, necesse erat vt per inopiam famẽ & sitim tolerarẽ. Tunc etiã fame ac siti laborabam, quãdo persecutores meos frẽ quẽter de loco ad locũ fugiebam. Et [in ieiuniis multis,] quia sæpe ieiunauĩ eodẽ quod nõ haberẽ quod ederẽ. Sæpe etiã spõte me ieiuniis mace- rari, castigans corpus meum & seruituti subiciẽs. [In frigore] etiã [ & nuditate] laborauĩ, dũ tenuitas ac disrũptio vestĩũ mihi esset in hyeme. Et hæc omnia p̄ Christo pertuli, cuius sum minister. Sed [præter illa quæ extrinsecus sunt, id est, præter illa mala quæ exterius in corpore tolero, angit me [quotidiana instãtia mea,] quæ nec vna hora remittitur. Et quæ est illa? sollicitudo simul [omniũ ecclesiãrũ,] quia quotidie in isto sollicitudini salutis omniũ, qui sunt in vniuersis ecclesiis. Verẽ magnã de his semper gero sollicitudinẽ. Nã quis fidelĩũ infirmatur in fide, vel in cõsciẽtia, vel in actiõne, [ & ego nõ infirmor? .i. nõ cõpatior illi & cõdescẽdo, vt possim infirmitati eius quã velut meã doleo, adhibere medicinã? Et [quis scãdalizatur. i. pedibus actiõnũ offendit, vt cursus boni operis eius retardetur, vel etiã ipse cadat in culpã, siue aliquo errore turbetur fides eius, [ & ego non vrõr? .i. zelo dei inflammor? Valde enim mēs mea cruciatur igne spiritalis zeli, dũ in firmos quosq; æterna deferere, & rebus tẽporalib⁹ delectari cõspicit. Vrõr sicut aurũ ad purgationẽ igne pij doloris, quoniã affectus iste magis purgat, quia de charitate venit. Quanto enim maior charitas, tantõ maiores plagæ de peccatis alienis. Non enim vrõr tãquã irascẽs peccãtib⁹, sed tanquã dolẽs pro illis. Vnde scriptum est: Qui apponit scientiã, apponit dolorẽ. Enumerat itaque (sicut lectum est) Apostolus bella quæ extrinsecus tolerat, dicẽs: Periculis fluminũ, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratrib⁹. In hoc autem bello quot contra aduersarium spicula intorquet, adiũgit: In labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & siti: in ieiuniis multis, in frigore & nuditate. Sed inter tot certamina deprensus, dicit quanto vigiliarum munimine etiam castra custodiat. Nam post hæc exteriora quæ narrauit, protinus interiora cõp̄t dicere, subiungẽs: Præter illa quæ extrinsecus sunt instantia mea quotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum. Ecce in se bella fortiter suscepit, & tuendis se proximis misericorditer impendit. Narrat mala quæ patitur, subiungit bona quæ impartitur. Pensemus ergo cuius charitatis, sit plus de vtilitate proximorum, quã de sua afflictione curare. Pensẽmus cuius laboris sit, vno eodẽmq; tẽpore foris aduersa tolerare, & intus infirma protegere. In se enim contẽnit vulnera corporis, & in aliis sanat vulnera cordis. Valde autẽ minoris laboris est aut docere cũ nihil toleras, aut tolerare cũ nihil doces. Sed Apo-

lus ad vtrunq; se solerter extendit, quia sic exteriora bella suscipit, vt sollicitè cogitet ne proximorum interiora lacerentur. Vnde nõ immerito plus omnibus se laborasse fatetur. Quis itaque huic in honore aliquem audeat præponere, qui cunctis præest in labore? Qui & subiungit:

*Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in secula, quod non mentior.*

*Damasci præpositus gentis Arethæ regis, custodiebat ciuitatem Damascenorum, vt me comprehenderet. Et per fenestram in sporta demissus sum per murũ, & sic effugi manus eius.*

[Si gloriari oportet,] nõ expedit quidem. Si oportet, inquit, gloriari, sicut & oportet pro vobis, gloriabor, non in potẽtia vel genere, sed in his [quæ sunt infirmitatis meæ, id est, in passionibus quas pro Christo patior, licet hoc videatur abiectio. Si enim gloriandũ est Christiano, in humilitate gloriandũ est, de qua crescit apud deũ. Sed pseudo apostoli quia nõ habent merita passionũ, in quibus gloriari possint, gloriantur in sublimitate generis. Ne autẽ me putetis aliquid falsi dicere, Deũ vobis adhibeo testem veritatis. Deus enim qui nouit omnia, ipse scit quia non mentior. Deus, qui secundũ humanitatem Christi, Deus eius est: & secundũ diuinitatem eius, est pater ipsius, ipse [qui est benedictus in] omnia [secula, scit, id est, fert mihi testimoniu] [quod nõ mentior] in omnibus supradictis, vel in hoc quod subiungo. Quia etiã post conuersionẽ meam dum essem [Damasci, præpositus gentis Arethæ regis custodiebat] ipsam ciuitatẽ. i. portas eius, [vt me cõprehenderet] quatenus inde placeret Iudæis qui mihi insidiabantur, & diligens in officio sibi credito videretur, si eum quẽ perturbatorẽ audiret, causa quietis interficeret. Portas custodiebat, quia me in ciuitate esse nouerat, sed inuenire nõ poterat. vel quia intus me cõprehendere nolebat, ne violaret ius ciuitatis. Et interim ego [per fenestram in sporta demissus sum] à fratrib⁹ [per murũ, & sic effugi manus eius.] Non ita fugit Paulus, sicut fugere solet mercenarius relinquens oues lupo venienti: quia lupo ille non oues, sed ipsum pastorem quærebat, & ideo pastor seipsum vtilitati eorum fugiendo seruauit. Neque eo recedente deferta est ecclesia, quæ ibi erat, necessario ministerio: sed ab aliis fratrib⁹ ibidẽ constitutis, quod oportebat impletũ est. Eis quippe volentibus hoc Apostolus fecit, vt seipsum seruaret ecclesiã, quem propriẽ persequutor ille quærebat. Quando enim quisque prælatorũ ecclesiæ specialiter à persequutoribus queritur, tunc debet ille fugere, sic tamẽ, vt ab aliis qui non ita requiruntur, non deferatur ecclesia: sed præbeant verbi cibaria conferuis suis, quos aliter viuere non posse nouere. Cũ autem omnibus simul instat commune periculum, tunc aut simul omnes, id est, prælati & subditi ad alia

loca

**A** loca transeunt, aut simul oēs ibidem maneant. Necessè etiam est vt per omne quod agimus, in mentis trutina positũ hinc pondus laboris, illinc fructum mercedis pensẽmus. Cũ enim pondus laboris fructum retributionis superat, tũc laborem quisque innoxie declinat, dummodo se in aliis exerceat, in quibus lucro fructuũ pondus laboris vincat. Cũ verò subsequẽte quãtitate fructuũ mẽsura laboris aut æquatur aut vincitur, tũc labor nõ sine graui culpa declinatur. Propterea doctor egregius cũ Damasci valde obstinatas mentes persequentiũ cerneret, eorũ noluit aduersitati cõfligere: quia & semetipsum quem profuturũ multis nouerat, vidit posse reficere, aut nullis se illic aut paucis prodesse. Successum ergo à certamine petiit, & pugnatum felicius ad alia se bella seruauit. Nõ enim loco virtus, sed locus virtuti defuit. Et idcirco fortissimus miles ab obsidione augusti certaminis capum quæsuit: vbi & mysticũ aliquid præsignatum est. Nã hoc effugij genus atq; hodie in ecclesia seruatur, quãdo quis antiqui hostis infidiis, vel huius seculi laqueis circũfusus, spei fideique suæ munimine saluatur. Munus enim Damasci quæ sanguinem bibens interpretatur aduersitas seculi est. Præpositus Damasci, persequutor aliquis potens in hoc mũdo. Rex Arethas qui interpretatur descensio, diabolus intelligitur. Sporta, quæ iuncis palmisque solet confici, spei fideique coniunctionem designat. Iuncus enim viriditatem fidei, palma verò spẽ vitæ æternę significat. Quisquis ergo se muro aduersitatis ciẽtũ videt, sportã virtutis qua euadat, festinus ascendat. Apostolus verò postquã hanc euasione suam retulit, protinus addidit.

## CAPVT XII.

*Si gloriari oportet, non expedit quidem.*

[Si gloriari oportet. i. si ideo gloriandum mihi est quia euasi, quoniam manus insipientium à perpetratione homicidij immunes seruauĩ, [nõ expedit quidem] gloriari: quoniã qui gloriatur mortem se euasisse, quæ pro fide inferitur significat inane videri pro Christo pati. Vel si propter pseudo apostolos oportet me gloriari in hac gloriatione mea & in supradictis, non tamen expedit propter superbiam, quia ex humilitate crescimus, & auxiliũ dei mitibus proficit, non elatis. Non expedit quidem, sed tamẽ propter vestram vtilitatem necesse est gloriari.

*Veniam autem ad visiones & reuelationes domini. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit) raptum huiusmodi vsque ad tertium cælum. Et scio huiusmodi hominem (siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit) quoniam raptus est in paradysum, & audiuit arcana verba quæ*

*non licet homini loqui.*

Hactenus, inquit, narraui tribulationes & pericula de quibus me domin⁹ eripuit. & nũc narro [veniã ad visiones & reuelationes domini .i. ad secreta quæ de dño vidi & aperte intellexit, nõ vt Pharaõ, qui vidit septem spicarũ visionem & nõ intellexit, quia nõ est reuelatũ quid significarent. Ego enim mysticas visiones aspexi, & reuelate domino quid in his sapientiã cõtineretur, intellexi. Et audite visiones: Scio hominem &c. Ostẽdit quo subleuatus est, vt perinde quãta & qualia sint quæ illi ostensa & dicta sunt possint intelligi, ne sicut quibusdã videbatur, iunior cæteris apostolis crederetur. De seipso enim quasi de alio loquitur, vt iactantiã caueat, quia hoc refert quod ad laudẽ maximã pertinet. Et quid deperit veritati, quãdo & res ipsa dicitur, & modo quodã dicendi iactantia deuitatur? Scio, inquit, [hominẽ in Christo] existentẽ [ante annos quatuordecim raptum vsq; ad tertiu cælum.] Ex quo ita raptus est Apostolus, vsque ad tẽpus quo scripsit hæc epistola, cõpleti sunt anni quatuordecim. Quod ideo annotauit, vt intelligeretur multo maioris meriti esse dũ ista scriberet, quã fuerat dũ ea vidisset: & quia nõ iactãtia, sed necessitate diceret, quæ per tot annos tacuerat. Scio, inquit, hominem raptũ, siue [in corpore, nescio, siue extra corp⁹: .i. scio quia raptus est homo ille, sed nescio vtrũ cũ corpore, an sine corpore. Hoc nescio, [Deo scit. i. solito mihi iuramento vobis istud confirmo. Iuratio enim est quod dicitur, deo scit. Huiusmodi hominẽ scio raptũ vsque ad tertiu cælũ. [Et scio huiusmodi hominẽ raptum in paradysum.] Bis enim raptus est homo ille. i. in tertiu cælũ & rursus in paradysum, de quo dñs latroni promisit, Hodie mecum eris in paradiso. Ignorauit autẽ vtrum quãdo sic raptus est, in corpore fuerit, quomodo est anima in corpore cum corpus viuere dicitur, siue vigilãtis, siue dormiẽtis, siue in extasi à sensibus corporis alienata, an omnino de corpore exierit, vt mortuum corpus iaceret, donec peracta illi demonstratione membris mortuis anima redderetur, & nõ quasi dormiens euigilaret, aut extasi alienatus denuo rediret in sensus, sed mortuus omnino reuiuisceret. De tertio autẽ cælo multa possunt dici: Nouem enim sunt ordines angelorum, qui iuxta Dionysium in tres ternas distinctiones distributi sunt. Prima enim triplex eorũ dispositio. i. illa que terris est vicinior, cõstat ex Angelis & archangelis, & Principibus media verò ex Potestatibus & Virtutibus & Dominationibus, suprema autem ex Thronis & Cherubim atque Seraphim. Prima igitur dispositio, primum cælum recte potest accipi: secunda verò secundum cælum, tertia autem tertium cælum. Apostolus itaque raptus in tertiu cælum, intelligitur supremis angelorum choris iterfuisse: id est, inter agmina Seraphim siue Cherubim secreta dei vidisse. Qui & in paradysum raptus est, siue terrenum, siue cælestem: [ & audiuit ibi arcana verba .i. intimationem de secreta dei essentia, [quæ non licet homini loqui, id est, quæ nõ licet ei pandere vlli mor-

R ij talium

I. Cor. 9.

H

Eccle. I.

I

Gene. 41.

E

Luc. 23.

F



Gtalium, vel quæ nullus homo potest in hac vita loqui. Vel per tres cælos tria genera visionū intelligamus: primum corporale, secundum spirituale, tertium intellectuale. Ecce enim in hoc vno præcepto, cum legitur, Diliges proximū tuum sicut teipsum, tria occurrunt genera visionum: vnum per oculos, quibus ipse literæ videntur alterum per spiritum hominis, quo proximus & absens cogitatur: tertium cælū per cōcursum mentis, quo ipsa dilectio intellecta cōspicitur. Corporali enim visione videtur cælū & terra & oīa corporeis oculis cōspicua. Spirituali visione cernuntur in spiritu corporales imagines, sicut sæpe per cognitionē voluimus in animo similitudines rerū corporaliū. Intellectuali visione cernuntur illæ res, quæ nō habēt imagines sui similes, sicut est charitas, gaudiū, pax, patientia, & cætera huiusmodi. Præstantior autem est visio spiritualis quā corporalis, & rursus præstantior intellectualis. Quod enim non imaginaliter, sed pprie videtur & nō per corpus, hoc ea visio videtur, quæ oēs cæteras superat. Corporea visione vidit Balthasar digitos manus scribētis in pariete. Spirituali visione vidit Petrus vas plenum diuersis animalib⁹. Intellectuali visio videtur sapiētia, veritas, charitas, & ipse Deus. Quapropter si hoc tertium visionis genus, quod superius est nō solū omni corporali, quo per corporis sensus corpora sentiuntur, sed etiā omni illo spirituali genere quo similitudines corporum spiritu, nō mente cernuntur, tertium cælum appellauit Apostolus, in hoc videtur claritas Dei non per aliquā corporaliter vel spiritualiter figuratam significationem, tanquā per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem, per speciem scilicet, quia Deus quicquid quātulumcunq; eum mens quæ non est quod ipse etiam ab omni terrena labe munda, ab omni corpore & similitudine corporis alienata & obrepta capere potest. Cur autē nō credamus quod tāto apostolo, doctore gentiū, raptō vsque ad istā excellentissimam visionem voluerit Deus demonstrare vitā, in qua post hanc vitam videndus est in æternum? Et cur nō dicatur iste paradisi, excepto illo, in quo corporaliter vixit Adam? Si enim proprie quidam nemorosus locus, translato autem verbo omnis etiā spiritualis quasi regio, vbi animæ bene est merito paradisi dici potest, non solūmodo tertium cælum, quicquid illud est, quod profectō magnum sublimiterq; præclarum est, sed etiam in ipso homine lætitia quædā bonæ conscientia, paradisi est. Si ergo primū cælū rectē accipimus generali nomine hoc omne corporeū, quicquid est super aquas & terram, secundum autem in similitudine corporali, quod spiritu cernitur, sicut illud vnde animalibus plenus in ecclasi Petro discus ille submissus est: tertiū verò quod mente cōspicitur, ita & secreta & remota & omnino abrepta à sensibus carnis atq; munda, vt ea quæ in illo cælo sunt, & ipsam Dei substantiā, verbumq; domini per quod facta sunt oīa, in charitate spiritus sancti ineffabiliter valeat videre & audire, non incongruēter arbitramur & illuc Apostolū esse raptum & ibi fortassis esse paradisi omnibus meliorem, &

(si dici oportet) paradisi paradisi. Nec cōtrariū est huic intelligentiæ illud quod Moyse dominus ait, Non videbit me hō & viuet, quia necesse est abstrahi ab hac vita mentē quādo in illius ineffabilitate visionis assumitur, sicut Apostoli mēs diuinitus rapta est ex hac vita ad angelicā vitā antequā per istā cōmunē mortē carne solueretur. Et ibi perfrues dei alloquutione audiuit ineffabilia verba quæ nō licet homini loqui. Ideo cū prædicaret, dixit quod posset hominibus dici, & tenuit apud se quod nō posset dici. Ergo audiatur id quod possumus mēte cōprehendere, & id quod nō possumus credatur. Si illi diceremus, rogam⁹ te, explica magnitudinē ipsi⁹, nōne forte responderet nobis, nō est valde magnus quem vidi, si à me potest explicari?

*Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem nihil nisi in infirmitatibus meis. Nam etsi voluero gloriari, non ero insipiens. Veritatem enim dicam. Parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me.*

[Pro huiusmodi] homine vel visione gloriabor. i. cōmendabo me, sed [pro me] filio Abrahæ vel circūciso nihil gloriabor, [nisi infirmitatibus meis. i. in tribulationibus quas patior. Pro huiusmodi homine. i. qui tam dignus est deo, vt ad hanc visionum excellentiam subleuaretur, gloriari se dicit, & non vult aperte dicere quod de se loquitur, ne laudare se videatur. Et sic pro se non gloriatur, dum non aperte de se pfitetur. In infirmitatibus autem gloriatur, quia exponere pressuras passionū & infirmitates angustiarū nō videtur gloriosum, sed flebile. Idcirco in his se secure se fatetur gloriari, sciens quia ad perfectum perducunt cœlestium remunerationū. Quid enim tā gloriosum in futurū Christiano, quā exitia p̄ Christo illata narrare? Pro isto hoīe gloriabor, nō pro me. Nā etiā si voluero] p̄ me gloriari. i. meritum meum quod apud Deū habeo profiteri, [nō ero insipiens] in hac gloriatione, licet quibusdā videar esse. Nō enim falsa loquar sed veritatem de meipso dicā & ideo non in meipso, sed in ipsa veritate quæ superior me est humiliter & veraciter gloriabor. Et de pluribus quidem adhuc gloriari poteram, sed parco. i. parce refero, [ne quis me existimet supra id quod videt in me,] .i. ne quis me putet excellentioris esse naturæ quā suis oculis cōprehendere valeat, & incipiat errare in me, credens me diuinā vel angelicam habere naturam, sicut illi qui de me & Barnaba dicebant, dij similes facti hominum descenderunt ad nos. Illi enim existimabant nos esse supra id quod videbant in nobis, quia cum viderent in nobis terrenum & mortale corpus, existimabant nos cœlestes & immortales, & propterea parco gloriari, ne si plura retulero, putet quicquam me esse supra id quod videt in me, id est, supra naturam humanitatis quam cernit in me: aut supra id quod audit ab aliis aliquid referri [ex me.] Vel ne quis existimet supra id quod videt in me, siue audit de me, id est, ne quis me arbitre-

Arbitretur vltra gloriā meam tendere quā limes meritorum admittit. Omnes sancti nō solum gloriā supra modum suum omnino non appetunt, sed etiam hoc ipsum videri refugiūt, quod esse meruere. Vnde nunc prædicator egregius contra pseudo apostolos loquens, dum virtutes eximias operationis suæ pro discipulorum eruditione narraret, dum tot pericula tolerasse coaceruata persecutione describeret, & post hæc vsque ad tertium cælum, rursūque in paradisi raptum se esse memoraret, vbi tāca agnoscere potuisset, quanta loqui omnino non posset, erat de se adhuc fortasse mirabiliora loquuturus, sed ab humana laude alta consideratione se temperās, subdit: Parco autem ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. i. ne si cætera dixerō, putet me aliquis esse supra naturam humanæ infirmitatis, cum non nisi infirmitas in me videatur, vel ab aliis qui vident, audiatur. Habebat ergo adhuc de se dicendū aliquid, quod parci dicere. Sed egit vtrunque doctore egregius, vt & loquēdo quæ egerat, discipulos instrueret & tacēdo se intra humilitatis litem custodiret. Nimis itaq; esset ingratus, si de se discipulis tāta taceret: & fortasse minus incautus, si de se omnia discipulis proderet. Sed mirabiliter (vt dictū est) egit vtrunque, vt & loquēdo erudiret audiētium vitam, & tacendo custodiret suam. *Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, vt me colaphizet. Propter quod ter dominum rogavi vt discederet à me & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.*

Ego, inquit, tam magna, tamq; sublimia diuinitus vidi. [Et ne magnitudo] tam ingentiū [reuelationū extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ.] Non me extulit, sed ne me extolleret prouidit mihi deus remediū, quod aduersus elationem quæ euenire poterat, opponeret. Valde enim timēda est elatio de abundantia gratiarum, ne quis de dono Dei superbiat, sed magis seruet humilitatem: & quanto maior est, humiliet se in omnibus. Apostolus iste, quauis ex persecutore factus prædicator, abundantiorē gratiā assequutus est in omni labore apostolico quā cæteri apostoli, vt magis Deus ostēderet suū esse quod dat, non hominis, quomodo solent medici potentiā artis suæ in desperatis ostendere. Cū ergo esset magnæ gratiæ, & magna dona à Deo percepisset, quia ex abundantia gratiæ & reuelationum poterat ei elatio subreperere, idcirco Deus qui nouit omnia antequam fiant, apposuit ei quendam monitorem humanæ infirmitatis in similitudinē triumphatium, quibus in curru retrō comes adherebat, per singulas acclamatōes ciuium dicens: Hominem te memento. Ne extollat, inquit, ex ma-

gnitudine reuelationum datus est mihi à Deo, .i. ad meā vtilitatem, vt me in humilitate custodiat, stimulus carnis. i. pungens carnem meam. & quis est stimulus iste? [angelus satanæ, id est, angelus malignus, missus à satana, vt me colaphizet. i. vt me percutiat, reprimens omnē motum superbiæ, excitando mihi semper tribulationes aut corporis infirmitates, vel tentando (vt quidam aiunt) per libidinem. Tentatio autem cui non consentitur, non est peccatum, sed materia exercendæ virtutis. Nam stimulus iste forsitan cōcupiscentia carnis erat. Quibus malis Apostolus consideratis in corpore mortis suæ in quo bellū intestinum cum inuisibili hoste gerebat, remediū salutis suæ nullum penit⁹ nisi solā gratiā Dei in Christo Iesu liberantem se, inuenisse Romanis loquitur. Sed & dolore quodam corporis traditur exagitatus vehementer. Dolores autem corporum plerunq; immituntur ab angelis satanæ. sed hoc non possunt nisi permisi. Nam & Iob sic probatus est. Permissus est ad eum probandū satanās, & percussit eum vlcere ita vt vermibus putresceret. Sic & angelus satanæ quasi libenter missus est colaphizare Apostolū, sed tamē Apostolus curabatur. Hoc ergo remedium diuinitus accepit, vt per iniquum angelum semper iniuriis & tentationibus pressus, non posset ex reuelationib⁹ extolli, quia ociosum peccus ex his quæ viderat, intumescere posset. Secreto enim dispensationis ordine, vnde scire permittitur iniquitas diaboli, inde pie perficitur benignitas Dei. Elatos enim in sanctitate viros non amitteret, nisi tentaret. Sancti quippe nō essent qui de sanctitatis gloria superbirent: & tanto sub eius iure caderent, quāto se in suis virtutibus eleuarent. Sed miro dispensationis ordine, dū tentatur humiliatur: dū humiliatur, eius esse desinūt. Apostolus verò priusquā morbum elationis incurret, pudente superno medico, accepit medicamentum humilitatis. Et quia illud quod medicus apposuerat, molestum erat ei, rogauit vt auferret. [Propter quod] (inquit) ter dominū rogavi qui trin⁹ est deus, vt discederet à me [stimulus ille, rogavi dominum vt à me tolleretur acceperat] quod mihi apposuerat. Et non fecit quod petebē, sed quod mihi expediebat: quia nō est magnum exaudiri ad voluntatē sed magnum exaudiri ad vtilitatem. Nā [dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. i. hoc tibi satis est vt habeas gratiam meā: & ideo noli superfluum carnis sanitatem quærere quia non iratus, sed gratiosus te vro. Ego noui quid apposuerim, ego noui vnde ægrotes, ego noui vnde saneris. Quid enim tibi vile sit, magis ego noui quā tu. [Nam virtus in infirmitate perficitur, id est virtus ad perfectionem ducitur per infirmitatem contrariam, cum qua letigitime certat, vt postea coronetur. Virtus in infirmitate perficitur, quia infirmitatis actio fit virtutis perfectio, vt præsentē infirmitate & tentatione reprimatur virtutis elatio, vt ad eius perfectionē pertineat etiā ipsius imperfectionis & in veritate cognitio, & in humilitate confessio. Et quia infirmitas ita proficit virtuti, [igitur libetē .i. nō minus, sed libēs [gloriabor in infirmitatibus meis]

Leui .19.

Danie .5.

Actu .10.

Locus obcurus.

Actu .10.

Psal .32.

Rom. 17.

Iob. 2.

E

F

**G** meis] ad hoc datis [ vt inhabitet in me virtus Christi, id est, summam gloriã deputabo quod in me sum infirmus, vt fortem me faciat Christi virtus. Tunc gloriatur Apostolus, quando iniuriis humiliatur, à Christo autem virtus tolerandi præbatur, vt quia prius aspere fastidendiæ iniuriæ videbantur, postea libenter fusciperentur, vt CHRISTI auxilio lenirentur. Libenter ergo cædi se patitur, dummodo à Christo curetur, postquam cognouit prodesse quod nocere putabat, sciens quia plus adit medicina Dei ad salutem, quàm infirmitas detrahit sanitati.

*Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Cum enim infirmor, tunc potens sum.*

**H** Virtus (vt dictū est) in infirmitate perficitur [Propter quod placeo mihi, id est, multum delector [in infirmitatibus meis.] Omnes superiores passiones atque inferiores hoc loco infirmitatum nomine definiuit Apostolus, eò quod humanæ infirmitati ista præualeat. Vt ergo discipulos instrueret, summa de se retulit: vt verò se in humilitate custodiret, cõsiderationis oculum non in virtutibus suis, sed in infirmitatibus fixit. Placeo, inquit, in infirmitatibus meis, & [in contumeliis] nõ in honoribus seculi & [in necessitatibus], nõ in epulis vel in ocio, sicut pseudo apostoli, qui causa ventris prædicabāt: & [in persecutionibus], non in salutationibus: & susceptione adulationis: & [in angustiis, nõ in iactantia elationis & superatione diuitiarum. Et hoc [p Christo,] non pro aliquo crimine, quia beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiã. Non enim omnes beati qui persecutionē & aduersa patiuntur, sed qui iustitiæ causa patiuntur. Vel placeo mihi in infirmitatibus carnis in contumeliis verborum, in necessitatibus, id est, in indigentia necessariorum: in persecutionibus de loco ad locum: in angustiis. i. in anxietatibus animi pro Christo illatis. Et iure placeo in talibus, quia quãdo [infirmor] in talibus exterius, [tunc potens sum] interius, id est, quãdo aliqua supradictarū tribulationum affligor, tunc à deo datur mihi potentia superãdi. Tunc enim vincit Christianus, cum perire putatur: & tunc perit perfidia, cum se vicisse gratulatur.

*Factus sum insipiens, vos me coegistis ego enim à vobis debui commendari.*

Post omnem cõmendationem suam ostendit quia nõ ad iactantiam suã ista retulit. In his (inquit) quæ hæcenus ad cõmendationem meam narraui, [factus sum insipiens,] secūdem quod in exterioribus verbis sonat, quia videor merita mea prædicasse: sed hoc non iactanter, sed necessitate cõpulsus feci pro vestra vtilitate: quia [vos me coegistis] ita loqui, qui de me non recta sentiebatis, & falsos apostolos mihi præferbatis: & ideo non mea culpa, sed vestra est quod de me talia sum loquutus. Coactū se dicit

vt quid esset ostenderet. Et vtique non est insipiens qui de se vera loquutus est, quia superius ait: Si voluero gloriari, non ero insipiens. veritatem enim dicam. Sed nunc inclinatur, & præ nimia humilitate vel cordis dolore se fatetur insipientem, vt declarat quia non voluntate merita sua manifestauit. Insipientis enim est suos narrare labores, & proprias iactare virtutes. Iustus autem nunquam bona sua detegit, nisi eum aut proximorū vtilitas, aut certe nimia necessitas cogat, sicut Apostolus, cum virtutes suas enumerasset, coactum se dicit hoc fecisse. Nam si virtutes suas tacuisset, discipuli non cognouissent eum. Si non cognouissent eum, non omitterent præferre illi falsos apostolos, & dicta illorum dictis illius. Sicq; ignorãtia dignitatis Apostoli, causa esset vt semper in errore permanerent discipuli. Vt ergo eos ab errore reuocaret, coactus est manifestare qui esset. Vos (inquit) me coegistis, quia cum aliis de me satisfacere debuissetis nunc iterum opus habetis vt ego ipse me cõmendem vobis. [Ego enim debui à vobis cõmendari, id est, vos aduersus obrectatores debuistis mihi testimonium ferre, apud quos ego ecclesiam institui, & signorum prodigio feci, vt vos me tacentem defenderetis, quem in Christo patrē habetis.]

*Nihil enim minus fui ab his, qui sunt supra modū apostoli. Tametsi nihil sum signa tamen apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis & prodigiis & virtutibus. Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris ecclesiis nisi quod ego ipse non grauavi vos? Donate mihi hanc iniuriam.*

Reuera debui à vobis cõmendari cæteris. Nã [nihil minus fui] vobis vel in prædicatione, vel in miraculis [ab his. i. quàm illi [qui sunt apostoli supra modum] meum, sicut quibusdam videtur quia dominum in carne sunt sequuti. Nõ sui vobis in actione minor, quàm Petrus vel Ioannes siue Iacobus, qui sunt supra modū meū apostoli, non dignitate, sed tempore, cum ego plus illis laborauerim. Nam si de tempore mihi præscribendum putatis, antè cœpit Ioannes prædicare quàm Christus, & non Christus Ioannem, sed Ioannes Christum baptizauit. Andreas quoque prior sequutus est Christum quàm Petrus, nec tamen primatum accepit Andreas, sed Petrus. Quare ergo quibusdam non videor apostolus esse, qui eius prædicationem æmulatione legis respuebāt, quasi esset inimicus traditionis Moyfi, quia legē cessare dicebat: & cæteris apostolis fauebāt, istū illis humiliãtes, quia illi non tam constanter cõtra legem aliquid asserabant. Ideo dolet minorē se videri, & compulso ostendit quantã sit dignitatis. Non fui, inquit, vobis in opere minor præcessoribus meis: quia tametsi nihil sum, signa tamen apostolatus &c. Sic se humiliat, vt erigat. Patientiã tamē primamemo-

**A** memorat, quia diu illos portauit quasi impatientes ægros, vt adhibita medicina signorum atq; virtutum, curaret vulnera erroris illorum. Ego quidem (inquit) nihil sum, quia homo sum: sed apostolatus quē mihi Christus ipse dedit, signa in vobis ostendit, id est, potentiã, virtutes atq; prodigia. [Tametsi,] id est, quãuis [nihil sum,] secūdem quod homo sum, vel secūdem quod quibusdam videtur, qui me nihil esse iudicant, tamen ea quæ feci, me apostolū designant: quoniã [signa apostolatus mei facta sunt super vos, id est, quod desuper descendant in vos à patre luminum per doctrinam meã, vt crederetis, vt conuerteremini, ac religiose cõuersaremini, signum & demonstratio est apostolatus mei. Et hoc factum est [in omni patientia] mea, quoniã pauenter omnia suslinui, quæ mihi à vobis vel pro vobis illata sunt mala. Nam & cõtemptum & paupertatē, aliãque molestias apud vos peruli: & mores vestros, vt paulatim eos corrigerem, longanimitèr sustinui. Nec sola patientia vos ad fidem & morum meliorationem adduxi, sed etiam [signis & prodigiis & virtutibus.] Distat autem inter signum & prodigium atque virtutem, quia signum est genus prodigij, virtus verò genus vtriusque. Virtus enim vocari potest omne miraculum: signum autē illud tantum, quod in quocunq; tempore aliquid significat: prodigium verò, quod in futuro tantum. Prodigium verò appellatum est quasi porro dictum, quod porro dicat, porro significet, & aliquid futurum esse portendat, sicut sanationes corporum quæ per apostolos fiebant, sanationes animarum portendebant. Nihil (inquit) vobis minus feci, quàm fecissent priores apostoli, imò amplius. Nã [quid est quod minus habuistis præ cæteris ecclesiis, id est, quid minus accepistis per me, quàm cæteræ ecclesiæ per alios apostolos, [nisi quod ego ipse nõ grauavi vos? id est, non accepi stipendium à vobis, sicut cæteri prædicatores à suis accipiunt. Gratis enim euangelium prædicaui vobis, quod nullis concessum est aliis ecclesiis. [Donate mihi hæc iniuriam, id est, si tam imprudentes vel malitiosi estis, vt hoc putetis iniuriam, ignoscite mihi. Date mihi veniam huius facti, pro quo laude dignus sum, non reprehensione. Hoc enim non est iniuria, sed misericordia & amicitia.]

*Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos, & non ero grauis vobis. Non enim quero quæ vestra sunt, sed vos. nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. Ego autem libentissime impendam & superimpendar ipse pro animabus vestris, licet plus vos diligens minus diligar.*

Ne fortè putaretur inter initia stipendiis abstinuisse ad cõmendationem suam, postea verò mercedem euangelicæ prædicationis velle accipere, ostendit in ea se voluntate durare, ne factū suū postea mutare videretur, & esset quod obrectatoribus reprehenderetur. Nõ grauavi

(inquit) vos, sed nec grauabo. Quia [ecce hoc tertio, id est, hac tertia vice, [paratus sum venire ad vos, & non ero vobis grauis,] vt de vestro quicquam accipiam, sicut nec aliquid à vobis sumpsi. Nõ tertio venit ad eos, sed tertio paratus fuit venire. Non ero grauis vobis, accipiendo munera vestra, quia [non quero ea quæ sunt vestra, sed vos] ipsos, id est, non pecunias vestras, sed vos ipsos lucrari volo ex prædicatione mea, vt vos habeam mecum in æterno Christi regno. Non quero vestra: [nec enim debent filij parentibus thesaurizare, id est, diuitias congregare, quod facitis pseudo apostolis: [sed parentes filiis] debent diuitias præparare, quod pseudo nõ faciunt vobis. Cõsuetudo enim est, vt carnales parètes filiis suis thesaurizent. Spirituales verò patres dignum est vt à filiis suis accipiant sumptus. Sed Apostolus intantum probat se nolle accipere, vt transferat causam carnalis patris ad spiritale, vt non solū nõ accipiat ab eis, sed si fieri possit, ipse eis tribuat. Quo dicto tangit eos, vt intelligatur quãtus sit, & quid mereatur qui tãti apostoli prouidentiã negligunt. Parentes (inquit) debent filiis suis thesauros præparare, sed ego non solum thesauros, sed & me ipsum paratus sum impendere. Tanto enim affectu charitatis erga vos [ego] moueor, quod non inuitus, sed [libentissime impendam] vobis vel carnalia vel spiritalia bona, & post omnia si opus fuerit, ego [ipse superimpendar pro animabus vestris,] vt moriar pro salute animarū vestrarum [licet plus vos diligens, minus diligar] à vobis. Qui enim tantam habet charitatem, vt paratus sit pro fratribus etiam mori, perfecta est in illo charitas. Et ego dum pro vobis mortem excipere sum paratus, perfecte vos diligere comprobator. Plus enim vos diligo, non accipiendo res vestras, quàm si eas acciperem: vos autem minus quàm debetis, vel minus quàm pseudo apostolos, diligitis me: quia me plus amare debetis, maxime per quem viam vitæ didicistis.

*Sed esto. Ego vos non grauavi, sed cum essem astutus, dolo vos cepi. Nunquid per aliquem eorum quos misi ad vos, circumueni vos? Rogavi Titum & misi cū illo fratrem. Nunquid Titus vos circumuenit? Nonne eodem spiritu ambulauimus? Nonne eisdem vestigiis?*

Nihil eorū quæ possent ei ex aduerso proponi, tacet, vt se per omnia purget. Quia nihil per circumuentionem egit apud eos, sed pura virtute sibi simpliciter & illis dupliciter consuluit, vt ipse nihil præter futuram supernæ beatitudinis retributionē quæreret, & illis apud dominum prouideret, atq; sensum eorum non acciperet. Fortè enim suspicarentur, ideo illū sua dona cõtempnissile, quia parua erant quæ offerebantur, vt magna cõsequeretur: & circumspectans merita sua, non pecuniam refutaret, sed numerū indignum sibi æstimans contemneret. Ego, inquit, non accepi vestra, sed paratus sum vobis impendere

**G** dere mea: & inde min<sup>o</sup> à vobis diligor, quia nō intelligitis, quā charitatiua mente hoc feci. Sed esto, hoc est, sit: id est, nunc concedamus istud, quia [ego non grauauī vos] per meipsum, accipiendo res vestras: [sed cum essem astutus, dolo vos cepi, id est, decepi vos callida arte simulationis, extrahendo vobis per alios bona vestra. Ironice dicit, nam pseudo apostoli affirmabant eum sic agere. Vel inquit: Talia de me suspiciamini, sed effectu rei probatur quia falsa sunt quæ putatis. [Nunquid] enim [per aliquē eorum quos misi ad vos, circūueni] & artificio sē decepi [vos,] vt callide vobis p̄ eos extorque rē res vestras? Hoc est quod dicit: quia quos misi, nō illis hoc intimauerūt, vt si vellent placatum habere Apostolum, dignā quantitātē personæ illius offerrent: quoniā ideo nolūisset accipere, quia minus quā dignum erat offerebatur. Quod cōpositum Apostoli astutia intelligerent, vt quod egit, nō per contemptum, sed per auaritiā egisse putaretur. Verē (inquit) non circunueni vos per aliquem legatorum meorū, quia per Titum id non feci, per quem facilius hoc possem implere. Nā [rogauī Titum] vt ad vos p̄geret, quia illi facili<sup>o</sup> obediebatis, [ & misi cum illo fratrem, ] cuius laus est in euāgelio, qui intelligitur Lucas. [Nunquid Titus,] cuius dictis facile adquiescebatis, circunuenit vos, ] callide vobis suadens vt mihi mitteretis aliquid? Nequaquam. [Nōne] enim [ambulauimus. i. perseuerauimus,] [eodem spiritu. ] i. eadem voluntate qua cœpimus, vt sicut in principio nihil accipere à vobis voluimus, ita & deinceps? Et [nōne eisdem vestigiis] quibus cœpimus. i. eisdem passibus actionū semper ambulauimus vt non in accipiendo perseuerarem? Vna enim in bono sententia nostra esse probatur, exclusa omni suspitione auaritiæ, quando ab his quos misi, nihil tale dictū aut factum est, in quo depræhenderetur auaritia. Vel ita: Nō circunuenit vos Titus, sicut nec ego circunueniam. Quia nōne eodem spiritu. i. eadem bona voluntate ambulauimus ego & ille? Et nōne eisdem

**I** vestigiis ego & ille ambulauimus, id est, eisdem operationibus per quas apparet volūtas? Vnaquæque enim arbor ex fructu suo cognoscitur.

*Olim putatis quod excusemus nos apud vos? Coram deo in Christo loquimur, omnia autem charissimi propter ædificationem vestram.*

[Olim putatis. i. dudum æstimatis,] [quod excusemus nos apud vos. i. quod causam excusationis quasi reus dicā, quia non grauauī vos? Iā diu est, quod de nobis dubitatis, arbitantes quia non simpliciter agamus vobiscum, quoniā pseudo apostolis creditis, qui dicunt nos tergiversatione quadā dona vestra respuere, vt maiora possimus accipere. Et putatis quod huiusmodi fictam conscientiam excusemus apud vos? Sed nos [corā deo in Christo loquimur.] Corā deo (sicut suprādictum est) loquitur, qui in omni quod dicit, humanos fauores non appetit, sed omnipotentis dei præsentiam intendit: nec suam, sed auctoris gloriam requirit. In Christo

autē loquitur, cuius sermo totus in Christi veritate persistit, vt nec mendax sit, nec aliud quā Christum prædicet. Et nos ita coram deo loquimur in Christo. Sed [omnia] hæc loquimur & facimus [propter vestram ædificationem,] vt bene de nobis sentiat, & falsos apostolos repellatis, atque per doctrinam nostram in Christi templum ædificemini. Aedificationi enim vestræ proficit, quicquid de tribulationibus nostris & reuelationibus suprā diximus, & quod malam de nobis suspitionem à cordibus vestris tollimus, vel quod sensum vestrum idcirco non suscepimus, ne auctoritatem nostræ potestatis qua vitiosos arguimus, inclinarem. Sine dubio enim prodest ei, qui corripitur vt emendet, si prepositus eius ideo oblata refutet, vt libere arguat.

*Timeo enim ne forte cum venero, non quales volo inueniam vos, & ego inueniar à vobis qualem non vultis: ne forte contentiones, emulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter vos: ne iterū cū venero, humiliet me de<sup>o</sup> apud vos, & lugeā multos ex his qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia & fornicatione & impudicitia quam gesserunt:*

Omnia (vt præfatus sum) propter vestram ædificationem vobis loquor aut facio. Nam [timeo ne cum venero, inueniam vos] incorrectos quales [non volo] vos inuenire, quod forte erit, quia ad vtrunque se habet, & ex libertate arbitrij vestri potest quodlibet horum contingere. Ideo præparate vos, ne inueniam vos in vitiis perdurantes, quales inuenire nolo: [ & ego inueniar. i. sentiar ] à vobis feuerus & asper & peccata vestra iuste puniens, [ qualē nō vultis ] inuenire. Ille enim inuenit aliquem qualem non vult, qui se talem facit, vt discordet ab illo. Et ideo tales vos exhibete, vt non discordetis à mea sanctitate, vt cum venero, possimus inuicem gaudere. Scilicet [ne forte sint inter vos contentiones,] & cætera quæ in priore epistola reprehendi, quādo personis deferentes, & alterū alteri præponētes diffidebatis ab inuicem. Contentio est, vbi non ratione aliquid sed animi pertinacia defenditur. Aemulatio est hoc loco inuidia. Animofitas est magna cōmoti animi aduersus alterū pertinacia, qualis erat in illis, qui iudicia habebant inter se, quæ deferebant ad in fideles determinanda, & inde irascebantur ad inuicē. Dissensio est, vbi nō oēs in vna voluntate & in vno sensu concordāt, sed diuersa volūt, & partes faciūt. Detractio est, quādo quis bona alterius deorsum trahit. i. loquendo humiliat ea & premit, vel de ipsis bonis aliqua trahit, vt pauciora seu minora quā sunt ostendat ea esse. Susurratio est quā quis murmurat & nō in facie loquitur alicui, sed de illo aliismale loquitur. Inflatio est, quando quis tumore cordis turgescit in-

**A** interius. Seditio est commotio ciuium inuicē cōtra se. Et timeo, inquit, ne vitia hæc inter vos reperiantur, cum venero, ne sint inter vos contentiones de meritis prælatorum, vt erant dum diceretis, ego quidem sum Pauli, ego autem Apollō, ego verō Cephæ. Et [emulationes,] id est, inuidiæ p̄pter meliora charismata per quas minores solēt inuidere maioribus. Et [animofitates] in repetitione rerū & vltione, propter quas solebatis apud infideles iudicio contendere. Et [dissensiones, id est, mentium diuersitates aut voluntatem diuisiones. Et [detractiones,] per quas alius loquendo detrahit & aufert quicquid potest ex bene gestis alterius. Atque [susurrationes,] per quas latenter seminantur discordiæ. Et [inflationes,] per quas nonnulli quasi de excellentioribus meritis intumescunt, & alios despiciunt. Atq; [seditiones,] id est, tumultus irascentium atque litigantium in populo vsque ad percussiones. Timeo inquam ne in vobis talia reperiam, [ne] scilicet [cū venero humiliet me iterum Deus apud vos,] id est, ne sicut dolui pro peccatis vestris, ita rursus doleam pro impœnitentia vestra, [ & lugeam ibi multos ex his qui ante ] primam epistolam [peccauerunt, & ] adhuc permanentes in sua nequitia, [ non egerunt pœnitentiam. ] Illis in peccato perdurantibus, se dicit humiliari & lugere: quia vt pius pater incipit culpas filiorū deslere, & se pro his in orationib<sup>o</sup> & ieiuniis affligere. Quis enim pater non gaudeat bene agentibus filiis? Sic iterum necesse est lugeat, si prauæ cōuersentur. Ideo admonet vt si qui non egerunt pœnitentiam, vt sicut alios significat egisse, nō agāt eam, vt veniens sine tristitia sit cū illis. Cū enim dicit, & lugeā multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam, probat quosdam ex his pœnitentiā egisse, quosdā verō non agere. Agenda est autē pœnitentiā omnibus qui peccauerunt, quia nō sufficit mores in melius commutare, & à factis malis recedere, nisi & de his quæ facta sunt, satisfaciatur domino per pœnitentiæ dolorē, per humilitatis gemitū, per cōtriti cordis sacrificiū, cooperatibus elemosynis. Non egerunt, inquit, pœnitentiā [super immunditia, id est, de immundissima perpetratione libidinis quæ fit inter mares, vel ab vno solo: [ & fornicatiōe, ] quæ fit cū publicis meretricibus, quæ profāt in fornicibus, vnde etiā fornicatio dicitur: [ & impudicitia, ] quæ fit cū fœminis suæ confanguinitatis, sicut cum forore vel nepte, siue fratris vxore, & vocatur incestus. Et cū de his tam execrandis libidinū perpetrationibus pœnitentiam fieri suadeat Apostol<sup>o</sup>, patet quia nō est vlla criminū tam horrenda macula, quæ per pœnitentiā deleri nō possit.

## CAPVT XIII.

*Cce tertio hoc venio ad vos. In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Prædixi enim & prædico vt præsens vobis & nunc absens his qui antè peccauerunt*

*& cæteris omnibus, quoniam si venero iterum, non parcā.*

Timeo (inquit) ne tales vos inueniam quales nolo, & inueniar à vobis durus cū venero. Ideoque ne differatis pœnitentiā agere, quia ego nō differam venire. Nam [ecce] certum fit vobis quia in pximo [venio ad vos hoc tertio] apparatu. Nō dixit quod bis venerit, & hac tertia vice venturus sit, sed quod bis se preparauerit & venire nequiverit, hoc autem tertio apparatu venturus sit. Tertio (inquit) venio. [In ore duorum vel trium testium stabit omne verbū.] Hoc in lege dictū est, vt aliquis duobus aut tribus testibus aut purgetur aut cōdemnetur. Ita & hi secundo vel tertio aduentu Apostoli, aut purgati inuenientur, aut damnabiles. Vel præsentē Apostolo, omne verbū accusationis siue excusationis stabit in ore duorum aut trium testium, id est, stabile & ratum erit sub assertione duarum aut trium idonearū personarum. Vbi innuitur quia prælatus ecclesiæ, licet ipse pro certo sciat culpam cuiuslibet subiecti sui, non tamen potest eum condēnare, nisi eadem eius culpa duobus aut trib<sup>o</sup> testibus fuerit probata. Testibus, inquit, egebit qui se coram me excusare voluerit. Nam [prædixi] dum essem apud vos, & adhuc [prædico vt] tunc [præsens,] ita [ & nūc absens his qui ante ] epistolā [peccauerunt, & cæteris omnibus,] qui post peccauerūt, [quoniam si iterum venero, nō parcā] eis, sed puniam eos: vel si venero, non parcā eis iterum, sicut olim peperci. Pridē se dixisse significat præsentem vt corrigerent se, ne cū pudore corripentur: & nunc iterum absentem eadem se dicere contestatur, vt post secundā correptionem, si se non emendauerint, parci eis non debeat.

*An experimentum queritis eius, qui in me loquitur Christus, qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis? Nam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Nam & nos infirmi sumus in illo, sed viuemus cū eo ex virtute Dei in vobis.*

Dixi quia non parcā incorruptis, sed puniā eos. Et [an queritis experimentum eius, qui in me] ista [loquitur,] qui est [Christus, id est, vultis experiri si Christus audeat punire, vt nō dicam si ego audeam, sed Christus qui in me manet & loquitur? Experimentum quærunt Christi loquentis in Apostolo, dum præceptis eius non obediunt, volētes probare si audeat vindicare, vt per hoc intelligatur esse firmæ auctoritatis, ac de cætero timeatur. Qui enim magistrum contemnit, emendare se non quærat. Et notandū quod doctrina eius non hominis, sed Christi esse probatur: quam qui reprehendit, contumax inuenitur. Christus enim in eo loquitur intrinsecus omnia, quæ ipse loquitur extrinsecus: & Christum in eo tētat, qui vult experiri

Deut. 17.  
Matt. 18.  
Hebr. 10.  
1. Ioan. 8.

1. Cor. 11.

1. Cor. 6.

Nota.

Deut. 17.

E

F

periri



**G**periri si ipsi peccantes ferire audeat. Ideo non de se, sed de illo terrenis, an quæritis, inquit, experimentum (id est probationem) eius, qui in me loquitur Christus? Et addit: [Qui non infirmatur in vobis, id est, inter vos, [sed potens est] in vos. Non infirmus, sed potens inter eos apparuit, quando per Apostolum signa & prodigia fecit, & diuersa charismata gratiarum dedit.

Quod experti sciunt, quia & in eos puniendos est potes, si eum irritauerint. Verè potes est punire peccantes. [Nā et si crucifixus est ex infirmitate] carnis, qua visus est impotens fuisse contra suos hostes. [sed, id est, tamē] [viuit] æternaliter [ex virtute dei, i. ex eo quod, ipse est Deus. Ex nostra enim infirmitate occisus, resurrexit ex virtute sua & patris. Verè nunc perenniter & in carne viuit, licet prius in ea infirmus fuerit. [Nam & nos infirmi sumus in illo,] id est, nos apostoli in eius prædicatione plagas infirmitatis sustinemus, dū pro eius nomine cædimur &

**H**uariis iniuriis afficimur: [sed viuemus cū eo, i. in simili beatitudine resuscitati ad æternā vitā [ex virtute dei,] Virtute enim dei resurgemus, vt semper cū Christo viuamus. Et hoc [in vobis,] quia mors martyrum floret in fide populorum. In vobis, i. in cordibus vestris viuemus cum Christo, quia intelligetis nos viuere cum eo. Non est ergo mirum, si Christus ex virtute diuinitatis viuit, cum & nos qui multo minores sumus, ex eadem virtute victuri simus.

*Vosmetipsos tentate, si estis in fide, ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesus in vobis est, nisi forte reprobi estis?*

Dixi quia nos viuemus in vobis. Nam fidem accepistis à nobis. Et ideo [tentate, id est, discutate & probate [vosmetipsos, si estis in fide:] & si vos esse in fide videritis, tunc nos in vobis viuere cognoscatis. Dum auditis quia nos pro fide tot tribulationes patimur, tēate, id est, probate vosmetipsos: & si estis in fide, [ipsi vos probate.] Ac si dicatur: Persequutionum certamina ad mentem reducite, & cordis vestri intima atque occulta pensantes, quales inter supplicia valeatis existere inuenite. [An non cognoscitis vosmetipsos,] id est, non cognoscitis quales sitis intus, scilicet [quia] per fidem quam à nobis accepistis, [est Christus Iesus in vobis?] Qui enim fidei sensum in corde habet, hic scit **C H R I S T V M** Iesum in se esse. Et vos ita scitis eum in vobis esse, [nisi forte reprobi estis.] Hoc est enim reprobum esse, nescire fidem professionis suæ. Reprobis enim, id est, retro à probitate alienis, qui probitatem fidei & bonæ operationis quam in baptismo accepit, ignorat vel deseruit. Et vos cognoscitis quia per sensum fidei & per affectum dilectionis, ac strenuitatem rectæ actionis est **C H R I S T V S** in vobis, nisi forte reprobi estis, id est, ab eo quod prius cœpistis, retro conuersi & à Deo reiecti.

*Spero autem quod cognoscetis, quia nos non sumus reprobi. Oramus autem*

*deum vt nihil mali faciatis, non vt nos K probati pareamus, sed vt vos quod bonū est faciatis, nos autem vt reprobi simus. Non enim possumus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate. Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc & oramus vestram consummationem. Ideo enim hæc absens scribo, vt non præsens durius agam secundum potestatem quam dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem.*

Prouocat eos ad scientiam fidei & rectæ vitæ. Cum enim cœperint scire Apostoli sui certam autoritatē & meritum apud deū, poterunt & ipsi circa se esse solliciti. In vobis (inquit) habitare Christum cognoscitis, nisi forte reprobi estis. Sed quicquid de vobis sit, de nobis [spero quod] amodo cognoscetis, [quia nos non sumus reprobi,] sed electi dei. Dum enim falsos apostolos nobis præferretis, illos putabatis diuinitus electos esse, nos autē reprobos. Sed spero quia per huius epistolæ doctrinam cognoscetis, quod non nos, sed illi sunt reprobi: & ideo relictis illis, monita nostra sequemini. Vel qui Christum in nobis tentabatis, volentes experiri si possemus in peccatis vindicare, spero quod cognoscetis quia nos non sumus reprobi, id est, per aliquam culpam à nostra potestate priuati, cum videritis nos delinquentes apud vos poter arguere. Sed [oramus deum] vt hoc non eueniat, oramus deum [vt nihil mali faciatis,] propter quod sit necesse vt à nobis arguamini. Poterat dicere, monemus vos vt nihil mali faciatis. Quod quidem si diceret, certum diceret: quia & voluntas nostra aliquid agit, sed sola non sufficit. Maluit tamen dicere, oramus, vt gratiā commendaret, vt intelligerent quando non faciunt aliquid mali, non sua voluntate sola se vitare malū, sed adiutorio dei implere quod iustum est. Oramus (inquit) deum, sine quo nihil valet humanæ voluntatis arbitrium, vt nihil mali faciatis, [non vt nos probati appareamus, id est, non vt in autoritate videamur vobis peccantibus: sed potius [vt vos quod bonum est faciatis, non autem vt] quasi [reprobi simus, id est, quasi sine potestate. Non orat vt ipse sit reprobis, sed vt his bene agētibus, dum non audent corripere, quasi humiliantur, & humiliati vel reprobi appareant. Probati enim à deo videntur, dum iudicant peccatores autoritate cœssa. Si ergo quos iudicent non sint, cessante in his autoritate, quasi reprobi videntur. Nam ne putentur & iniuste posse dominari, apte subditur: Non enim possumus &c. Simus, inquit, id est, pareamus reprobi, non habentes quid vindicemus. [Non enim possumus aliquid aduersus veritatem, id est, potestas non est nobis data contra veritatē, vt arguamus eos qui in veritate ambulant, id est, bene viuunt: [sed pro veritate] tuen-

**A** tuēda, vt vindicemus in eos qui inimici sunt legis. Ideoque cessabit potestas, si illi quod bonum est fecerint. Vnde Romanis dictum est: Vis non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Qui ergo potestatem non timet, bonum operando, euacuata est apud eū potestas. Hoc est quasi reprobum esse, quia hoc in eo cessat, vnde pbatur potestas. Ob hoc aut oramus Deum vt nihil mali faciatis, quia gaudemus nos quoniam sumus infirmi, id est, quod non est necesse vt nostra virtus appareat puniēdo peccantes. Hoc est enim infirmari, potestatem non exercere. Gaudemus, si nos taliter infirmi sumus: sed [vos potētes estis,] id est, si bene agentes vitia vincitis, vt prohibeatis à vobis vindictam aut correptionem. Tunc enim potentes estis, quando vitiiis fortiter prævalentes, potestatem nostram non timetis. [Hoc] etiam [oramus] agere [vestram cōsummationē, id est, rogamus] vos vt in eo perficiamini, ne peccetis, consummati in virtute bonæ vitæ & incorrupta fide. Et quia id volo atque oro, [ideo hæc] quæ ad correptionem vestram dixi, [scribo vobis absens, vt] cum fuero [præsens non agam] in vobis [durius] quæ volo, vt scilicet correctiores inueniam vos, & non coram hominibus increpēm cum pudore, ne qui peccauerūt erubescant in cœtu fraterno. Hęc scribo, ne durius quam vultis agam [secundum potestatem] arguendi & puniendi reos, [quam dominus mihi dedit in ædificationem & non in destructionē, id est, vt per hanc subiectos meos ædificem, & non destruam. Si enim peccata illorum reliquero impunita, destruo & non ædificabo: item si bene agenter puniero, destruo, & non ædificabo. Sed ita discrete exercenda est hæc potestas ad ædificationem, & non ad destructionem, vt bene agentes ad meliora hortemur, & male agentes arguamus, vt correpti ædificentur. Non enim destruuntur, qui arguuntur vt se corrigant, sed potius ædificantur. Sic exercenda est potestas, vt & pœnitentes absoluamus, & impœnitentes vinculo anathematis astringamus. Qui aliter agit, peruerse vitur hac potestate, & in oculis dei se priuat ab ea.

*De cætero fratres gaudete, perfecti estote, exhortamini, id ipsum sapite, pacem habere, & Deus pacis & dilectionis erit nobiscum.*

Hucusque vos ad dilectionem & correctionem monui, vt de his quæ hactenus male egistis, corrigamini. Sed [de cætero, id est, de reliquo vitæ vestræ spacio,] [gaudete, id est, de consciētia bonorum meritorum gaudium habete, peccata de quibus iterum cōtristari necesse sit, caute. Et vt gaudere possitis, [estote perfecti] in bonis operibus. Et vt perfecti sitis, [exhortamini] alius alium, vt vnusquisque magis magisque prouehatur in perfectione virtutum. Et in ipsa perfectione [id ipsum sapite] omnes, vt non sit inter vos vlla dissensio, sed vnum sentiat. Vel certe vos perfecti exhortamini minores ad eandem perfectionem, & vos minores id ipsum sapite quod maiores, ne ab eis iam dissen-

tiatis. Et omnes tam maiores quam minores, [habete] simul [pacem,] ne sit amplius in vobis prior discordia, sed sicut vnus coporis membræ sitis adinuicem omnes concordēs. Et si hæc feceritis, tunc [Deus pacis & dilectionis, id est, **C H R I S T V S**, [erit vobiscum] adiutor in omnibus & director. **C H R I S T V S** enim est Deus pacis & dilectionis, quia dixit suis, Pacem meā do vobis. & Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem. Cū quibus ipse est, sicut ait: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Sequitur:

*Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei, & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis, Amen.*

Vt pax sit inter vos, [salutate inuicē in osculo] non dolose vel libidinose, sed [sancto, id est, in Christo, vera pace pleno & casto. Et sic facere libenter debetis, quia ita optant [omnes sancti. Salutāt] enim [vos,] vt ex voto salutationis eorum proficiatis, & ipsorum sanctitate imitemini. Illi vos salutant, & ego affectuosius, dicens: [Gratia dñi nostri Iesu Christi,] qua gratis peccata condonantur, atque salus tribuitur: [ & charitas dei] patris, qua nos ita dilexit, vt vni-genitum suum pro nobis in mortem daret: [ & communicatio sancti spiritus,] qui in vtraque re, id est, in prædicta gratia & charitate communicauit Christo, & deo, communiter & pariter operas cum illis humanam salutem, sit [cū omnibus vobis] maioribus atque minoribus seu mediocribus. Trinitas hęc complexio est, & vnitas potestatis, quæ totius nostræ salutis perfectio est. Charitas enim dimisit nobis salutorem **I E S V M**, cuius gratia saluati sumus: & vt possideamus hanc gratiam salutis, communicatio facit spiritus sancti. Hęc enim dilectos à deo & saluatos gratia Christi tuetur, vt trium perfectio, consummatio sit hominis in salute.

SECUNDAE AD CORINTHIOS epistolæ finis.

PRAEFATIO IN EPISTOLAM AD GALATAS.

**A**lata est regio in Asia, cuius incolae Paulus ad fidem conuertit, ac bonis moribus informauit. Cūque recessisset ab eis, vt & aliis gentibus more suo prædicaret, venerūt pseudo apostoli: & prædicantes eis carnalē legis obseruationē, intantum eos subuerterunt, vt illorum sententiis assensum verbo & fauore (necdum tamen opere) præberēt, ita vt circumcisionem & sabbatū, neomenias quoque & cætera huiusmodi vellent obseruare. Nam prædicti seductores multis modis suadebant eis carnalē obseruantias, dicentes fidē Christi non posse sufficere ad plenam iustificationem & salutem, nisi ex antiquo more seruaretur. Et ideo suadere facilius poterant, quia Petrus & cæteri apostoli, qui cum domino fuerant, permiserunt ad tempus iudaizare primitiuam ecclesiam, ne scandalū iudæis facerent. Non enim mox potuerunt destruere iudaismum, sed paulatim ad veritatis sinceritatem iudæos cōuerterunt: quia si in primo

**G**rimo aditu omnes ritus illorum inciperent destruerē, fidem nostrā potius abhorrent quam suscipere. Paulus verō quia genibus nullum ritum Mosaicæ legis habēribus prædicabat, discipulos suos nullatenus iudicare sinebat, sed in obseruatiā euāgelicæ veritatis eos instruebat. Propterea pseudo magistri dicebant circuncisionem esse necessariam, quoniam magni apostoli qui à domino Iesu instituti fuerant, hanc prædicabant: quod tamen nō faciebant, sed propter scandalum euitandum intentione bona hanc adhuc seruari permittebat. Et ideo pessimi deceptores occasione inde accepta, circūcisionē & carnales obseruantias illos prædicasse dicebant: atque Paulum, quoniam easdem obseruantias destruebat, inquantū poterant deprimebant, dicentes quia non viderat Christum. & quia aliud quā cæteri apostoli qui dominum viderant, prædicabat euangelium, & ita nullo modo illi esse credendum. Intendit itaque nunc Apostolus ab Epheso scribēs, redarguere Galatas quia pseudo apostolos receperant, & prædicationi eorum assensum præbebant, volentes circūcisi & rigorem legis obseruare. Et prius inuisit ac immoratur in autoritatis suæ commendatione, vt postea maius pōdus habeant verba sua. Nam facta sui commendatione, ingreditur carnales obseruantias multis modis & rationibus disputando destruerē. Post secundam ad Corinthios hæc congrue locata est, quoniam affinitatem quandam cum illa obtinuit in modo reprehensionis. In vtraque enim reprehenduntur, qui pseudo apostolos recipiebant, & eorum prædicationi postposito veritatis Apostolo, adqueiebant. Et ob hoc etiam, quia in illa Corinthij reprehenduntur non solum ex receptione pseudo apostolorum, sed etiam quia multis & variis vitiis erant irrecitati. Galatæ non alia de causa redarguntur in ista, nisi quia pseudo apostolorum falsitati sine aliqua ratione animum implicabant. Ideo & ista sequitur post illā quia cum in illa niteretur Apostolus in carnalium obseruantiarum destructionem, in ista fortius ad earum iēdic adnihilationē. In illa multis modis denorat pseudo apostolos, in ista anathematizat illos. Sic autem incipit:

EPISTOLAE PAULI  
ad Galatas  
CAPVT I.



**P**aulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominē, sed per Iesum Christum & Deum patrem, qui suscitauit eum à mortuis, & qui mecum sunt omnes fratres, ecclesis Galatiæ. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro & domino nostro Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris: vt eriperet nos de presenti seculo nequam, secundum voluntatem Dei & patris nostri, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

**V**t ipsi recognoscant eum qui mittit, præponit nomen suum, quod est [Paulus:] & nomen officij sui vel dignitatis subiungit, id est, apostolus. Vult enim illos autoritate sua ad se audiendum constringere. Illis nanque (sicut dictū est) primo prædicauerat, & eorum apostolus erat. Quasi dicat: Vos Galatæ abiicite mendacium & fictorū falsitatem, ac sub specie veri superinfusam simplicitati vestræ venenositatem, & ad apostolatū vestrū qui doctor est veritatis, intendite: quia Paulus, qui interpretatur electus

vel mirabilis, scribit vobis & cuius nomen per multas ecclesias in autoritatem recipitur, quod non est de pseudo apostolis, quia nec electi sunt diuinitus, nec in operatione signorum mirabiles existunt, nec vilius autoritatis apud fideles sunt. Et [apostolus,] id est, verē missus, scilicet non vsurpans officium alterius, quoniam verus existit apostolus. Pseudo autem apostoli inuadunt aliorum officia, nec mittuntur, sed impudenter se ingerunt, & innocentium corda sub veritatis specie fallunt. De quibus per Ieremiā dominus ait: Non misi eos & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos. Et iterum: Non mittebā eos, & ipsi currebant: nō loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Ideoq; nullatenus est eis adqueiscendū. Paulus verō (vt dictum est) apostolus est, id est, missus, [nō ab hominibus,] sed à deo. Quatuor modis fit apostolorum, i. missorum electio. A deo, & non ab hominibus: à deo & ab hominibus: ab hominibus & non à Deo: nec ab hominibus, nec à Deo, sed à diabolo vel à seipso. A deo, & nō ab hominibus, sicut Moyses & Aaron diuinitus missi sunt ad Pharaonē. Adeo & ab hominibus, sicut Iosue & Caleb missi sunt ad explorandam terram. Ab hominibus & non à deo sicut factum est, quando pharisæi consilium inierunt vt caperēt Iesum in sermone, & miserūt ei discipulos suos cū Herodianis, & Magister, scim⁹ quia verax es, &c. Nec ab hominibus, nec à deo, sed à diabolo vel à seipso, sicut pseudo apostoli, qui instigante fatana, sine electione se ingerūt, & in aliorum messem mittere falcem præsumunt. Paulus itaq; in primo genere electionis inuenitur: quia non ab hominibus, vt ab apostolis: neque per hominē, vt per Ananiam, qui baptizauit eum, est electus in Apostolum, sed per Iesum Christum, & per deum patrem, nec per mortale Christum, sicut Petrus & Andreas: sed per immortale, quia pater suscitauit eū à mortuis. Per hoc quod præmittit Christū, & subiungit patrem innuit eum esse patri æquale: & quod nullus ad patris gratiam pertigit, nisi per eum, sicut ipse dixit: Nemo venit ad patrem nisi per me. Priores apostoli sunt electi per Christum adhuc ex parte hominem, i. mortale. Paulus verō nouissimus apostolus per Christum iam Deum totum, i. ex omni parte immortalem. Hoc enim ait, non ab hominibus, [neq; per hominem, sed per Iesum Christum & deum patrem,] quasi Christus Iesus nō sit homo. Sequitur enim, qui suscitauit eum à mortuis, vt hinc appareret cur dixerit, neq; per hominem. Proinde propter immortalitatem iam nunc non homo Christus deus, propter substantiam verō naturæ humanæ, in qua ascendit in cælum, & mediator Dei & hominum & homo Christus Iesus. Per quod innuitur, quia cū Paulus differret à primis apostolis ex eo quod dominum in carne non viderat, nec ei in terra degenti cū cæteris adhæserat, suppletum est sibi ex ipsius Christi dignitate, quod deerat ex tēpore, quia electus est ab immortalī & impassibili, ac per hoc adæquat prioribus apostolis. Illi enim tam longo tempore Christū sequentes, vix potuerūt discere euāgelium: hic autem breui spatio raptus in tertium cœlū & in paradysum, non solum

A solum didicit inter angelos quæ docturus erat inter homines, sed & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Huius enim apostolatus consecratus est in cælo, cæterorum autē in terra. Quia ergo electus est nō ab hominibus, neq; per hominē, sed per Iesum Christū non mortale sicut præcessores apostoli, sed resuscitatum & per deum patrem, acqueiscendum est incunctanter dictis eius, non falsitati pseudo apostolorum. Ac si dicat: Paulus talis & ita electus, scribit [ecclesis Galatiæ,] id est, cōuentibus fidelibus, quæ sunt localiter in illa prouincia quæ vocatur Galatia, moraliter verō in trās migratione, quoniā ad seruitutē legis ex libertate gratiæ cœperūt transmigrare. Galatia nāque interpretatur transmigrata, vel trāsmigratio. Et apte sic interpretatur eorū regio qui ad perfidiā à fide migrauerūt, vt & ipsa terra quā inhabitāt, nomine suo testetur instabilitatē eorum. Ego Paulus eis scribo, [ & omnes fratres qui sunt mecū,] quos cōstat esse magnos apud deum & apud ecclesias, qui de eorū subuersione sunt vehementer contristati. Quod ponit omnes fratres, retrahit multum illos ab errore: quia ostendit nō tantum sibi displicere, sed etiā multitudini prædicatorum, quos Galatæ sic diligebāt, vt eos nollent offendere. De Apostolo enim fortasse parū curarent, quia magnā de eo suspensionē fecerant illis pseudo apostoli, mare loquētes de illo. Idcirco ponit omnes qui secū erant, vt vel propter illos Galatæ resipiscerent: quia citius resipiscit qui suum errorē multis & maxime amicis displicere intelligit. Facta commendatione, ostēdit eis optationem salutis ipsorum, subdens: [Gratia & pax sit vobis à Deo patre nostro, & à domino Iesu Christo.] Ac si dicat: Quod vobis dico vel dicturus sum, non venit ex maleuolo animo, sed ex nimia dilectione & vestræ correptionis sollicitudine. Quod ex hoc patet, quia opto vt non ira & discordia sed gratia & pax sit vobis à patre & filio. Meruistis enim iram, quia abiicistis gratiā: & amifistis dei pacē, quia fecistis discordiam: sed nūc rogo vt finita ira dei, quæ super vos rediit, & discordia qua rebellare cœpistis, sit vobis recōciliatis gratia dei, qua vobis peccata remittantur, & familiaris dei amor tribuatur: & pax, qua semper eius voluntati mente & operibus concordetis. Et hæc gratia & pax detur vobis non à carnali obseruantia legis, sed à Deo patre & à Christo eius, qui Christus est noster dominus, quia dominū super nos acquisiuit, vbi nos de manu seductoris eripuit. Nam [semetipsum dedit] hostiā [pro peccatis nostris] delendis, nullas legis oblationes quærens, vt iusto sanguine suo principem iniquitatis potenter vinceret, ac nos à iugo eius liberans, [eriperet de presenti seculo nequā,] vbi tot laqueos adhuc tendit ille deceptor. Nequam dicitur hoc seculum, tum quia seculum est inuitās nos vt illud sequamur, & generans nequitas ex cōcupiscentiis suis in cordibus sequentiū suorū: tum quia nostris sensibus quinq; præfens est, offerens se nobis per illecebras suas ad videndū non videnda, & audiendū nō audienda, sicq; de cæteris sensibus. Vel dicitur nequam, propter nequissimos ho-

mines qui in eo sunt, sicut mala domus quæ malos habet habitatores. Dedit (inquā) se domin⁹ vt nos eriperet, & hoc secundū piā [voluntatem dei & patris nostri,] quia non legalibus sacrificiis, sed oblatione corporis Christi cōpleta est patris voluntas, qui in hac ereptione nostra, se deum & patrem nostrū esse declarat. Nam qui per vnigenitū suū nos creauerat, per eundē post lapsum culpæ, ad antiquam vel sublimiorē dignitatem reducit, & affectu paternæ dilectionis nos in adoptiuos filios assumit. [Cui] pro hac ereptione nostra [est gloria] cū eodem filio & spiritu sancto perseuerās [i secula seculorū, i. in vniuersitate æternitatis. [Amen, id est, vere.

*Miror quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud euangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere euangelium Christi.*

Qui in aliis epistolis à grātiarum actione & laude solitus est incipere, in hac incipit à redargutione. Mentis enim duræ, nisi aperta essent increpatione percussæ, nullo modo malū cognoscerent quod egissent. Nam sæpe hi qui impudētes sunt, tantū se peccasse sentiūt, quantum de peccatis quæ fecerunt, increpantur: vt minores culpas suas æstimēt, quas minor inuentio castigat: & quas vehementer obiurgari viderint, maiores esse deprehēdant. Vnde necesse est vt semper sermo prædicantis cum auditorum debeat qualitate formari, ne aut verecūdis aspera, aut impudentibus leuia loquatur. Hoc itaq; Paulus ostēdens, alios leniter inchoat alloqui: Galatas verō, quos à fide discessisse cognouerat, ab ipso epistolæ exordio post salutationē inuehendo redarguit. Et etiā quia omnes erant subuersi, vel iam in ipso motu, de quibus gratias ageret non habebat: ideo velut ex quadam mētis cōmōtione de illorum subuersione incipit, vt per hoc citi⁹ eos reuocet, & quasi ex abrupto inchoat. De re enim magna & insolita mirari cōsueuimus. Et idcirco vt ostēdat eos deū grauiter offēdisse, subito velut abruptū ponit initiū, dicēs: [Miror quod] vos prius in fide & bonis operibus instituti, nūc [transferimini sic] .i. ita incautē & temere à noua libertate ad antiquam seruitutem, [tam cito .i. tam breui spatio temporis: quia si per lōgi temporis assiduitatem seduceremini, nō esset tam mirū, sed nūc est valde mirandū. Nō ait, trāslati estis: sed trāsferimini, ostendens eos nondum ad hoc peruenisse, vt Iudaicū ritū susciperēt, sed in ipso motu perueniendi iam esse. Transferimini, inquit, & hoc nō à malo ad bonum, sed à bono ad malum: quoniam [ab eo] patre, [qui vos] gratuita bonitate sua [vocauit in gratiam Christi,] id est in remissionē peccatorū & iustificationē, quæ in Christo datur fidelibus, trāsferimini [in aliud euangelium,] id est, in aliud dogma quod à pseudo apostolis prædicatur, & videtur vobis esse euāgelium, id est, bonum nuncium. [quod] tamen [aliud non est] euangelium, quia nō potest aliud

**M**iror quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud euangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere euangelium Christi.

Qui in aliis epistolis à grātiarum actione & laude solitus est incipere, in hac incipit à redargutione. Mentis enim duræ, nisi aperta essent increpatione percussæ, nullo modo malū cognoscerent quod egissent. Nam sæpe hi qui impudētes sunt, tantū se peccasse sentiūt, quantum de peccatis quæ fecerunt, increpantur: vt minores culpas suas æstimēt, quas minor inuentio castigat: & quas vehementer obiurgari viderint, maiores esse deprehēdant. Vnde necesse est vt semper sermo prædicantis cum auditorum debeat qualitate formari, ne aut verecūdis aspera, aut impudentibus leuia loquatur. Hoc itaq; Paulus ostēdens, alios leniter inchoat alloqui: Galatas verō, quos à fide discessisse cognouerat, ab ipso epistolæ exordio post salutationē inuehendo redarguit. Et etiā quia omnes erant subuersi, vel iam in ipso motu, de quibus gratias ageret non habebat: ideo velut ex quadam mētis cōmōtione de illorum subuersione incipit, vt per hoc citi⁹ eos reuocet, & quasi ex abrupto inchoat. De re enim magna & insolita mirari cōsueuimus. Et idcirco vt ostēdat eos deū grauiter offēdisse, subito velut abruptū ponit initiū, dicēs: [Miror quod] vos prius in fide & bonis operibus instituti, nūc [transferimini sic] .i. ita incautē & temere à noua libertate ad antiquam seruitutem, [tam cito .i. tam breui spatio temporis: quia si per lōgi temporis assiduitatem seduceremini, nō esset tam mirū, sed nūc est valde mirandū. Nō ait, trāslati estis: sed trāsferimini, ostendens eos nondum ad hoc peruenisse, vt Iudaicū ritū susciperēt, sed in ipso motu perueniendi iam esse. Transferimini, inquit, & hoc nō à malo ad bonum, sed à bono ad malum: quoniam [ab eo] patre, [qui vos] gratuita bonitate sua [vocauit in gratiam Christi,] id est in remissionē peccatorū & iustificationē, quæ in Christo datur fidelibus, trāsferimini [in aliud euangelium,] id est, in aliud dogma quod à pseudo apostolis prædicatur, & videtur vobis esse euāgelium, id est, bonum nuncium. [quod] tamen [aliud non est] euangelium, quia nō potest aliud

Vel dicitur nequam, propter nequissimos ho-

**G** aliud esse nisi illud quod prædico. Quod autem pseudo apostoli prædicant, Antichristi prædicationis est, non euangelium Christi. Nō est (inquam) aliud euangelium præter illud quod prædico, [nisi sunt aliqui quivos cōturbant,] id est, nisi quantum ad reputationem illorū, qui more lymphae aquæ mentem reddūt vestram turbulentam. Vel quod trāsferimini nō est aliud, nisi hoc quod sunt aliqui qui vos conturbant. i. qui syncerum vestrę fidei sensum admixtione falsitatis fœtidum ac cœnosum faciunt, [& volunt] etiam [conuertere euangelium Christi, id est, cū carnales obseruatię conuenienter sint versę in euangelium Christi, hoc est, vmbra in veritatē, ipsi volunt ordine contrario veritatē ad vmbra vertere, vt euangelium adnulletur, & carnales obseruatię teneatur. Vel transferimini in aliud euangelium, in testamenti veteris obseruatiam quod tamen nō est aliud, id est, non est diuersum a nouo. Si enī spiritualiter intelligatur vetus, nihil discrepat a nouo. Nō est (inquā) aliud nisi sint aliqui qui vos conturbant, id est, si desint illi qui carnaliter & peruerse illud exponūt intelligetis vetus nihil esse aliud in sensu quā nouum. Conturbant enim vel ut aquam mentē vestram, ne puritatem habeatis aquæ illius, quæ de Iesu ventre fluit credentibus: & in alium sensum conuertere euangelium, quod fieri non potest cū Ioannes dicat: Vos quod audistis ab initio, maneat in vobis. Vnde per scripturas sanctas euangelium æternum & testamentum æternū appellatur, pro eo, quod nunquam mutabitur, sicut testamentum vetus est mutatum: sed vt a Christo datum est, permanebit.

1. Ioan. 2.

Ioan. 7.

1. Ioan. 2.

*Sed licet nos aut angelus de celo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis anathēma sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis anathēma sit.*

**I**psi volunt (vt diximus) euangelium conuertere. Sed quicumque illi sint omnes anathematizentur. Quod non de quibuslibet nūc ita dico, sed etiam de me ac sociis meis, etiam de cælesti angelo, quia si euangelizarem vobis aliud euangelium, anathematizandi essemus. [Licet] enim [nos] ipsi vellemus ea quæ vobis prædicauimus, immutare nō esset nobis credēdū: [aut] licet [angelus de celo] visibiliter veniens euangelizet, [si fieri queat,] [præterquam] hoc [quod euangelizauimus vobis, anathēma,] id est, condemnatus sit. Nō se tantūmodo, sed etiā angelum posuit, ne si illos seductores posuisset, causa inuidiæ fecisse videretur. Et per hoc ostēdit, quia si ipse vel summus angelus pro annuntiatione falsi dogmatis anathematizandus esset, multo magis pseudo apostoli. Vnde sententiam repetit ac validius confirmat, dicens de quolibet, quod de se & angelo dixerat: [Sicut prædiximus,] inquit, ego & omnes qui mecum sunt, ita [& nunc iterum] repetens [dico: Si quis] vel homo vel angelus, quicumque ille sit, [euangelizauerit vobis præter id quod accepistis, i. prædi-

cauerit aliud quā quod vobis tradidim⁹, vt in prædicatione sua excedat regulam fidei quam didicistis, & exorbitet de via veritatis quā a nobis accepistis, [anathēma sit] ille, id est, condemnatus vel anathēma. i. alienatus ab ecclesia Dei. Anathēma quippe cōdemnatus interpretatur, siue alienatus vel alienatio. In eo autem quod ait, licet nos aut angelus, & c. videbat posse fieri vt aliqui ex his qui apostolicę perfectionis esse creduntur, adhuc deuenit ad falsitatis annuntiationem. videbat posse fallacem mediatorum 2. Cor. 11 trāsfigurare se in angelum lucis, & aliquid falsum annuntiare.

*Modo enim hominibus suadeo, an Deo? An quero hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.*

**Q**uasi aliquis diceret, Tu Paule, cur sic asperere loqueris? Ideo ponit istud, ac si dicat: Merito sic loquor. Quia [suadeo modo hominibus, an Deo?] id est, fit nūc suasio & exhortatio & prædicationis mea ad hominum voluntatem & honorificentiam, an ad dei voluntatem & gloriam? Non ad hominum, sed ad dei gloriam spectat, quod ego nūc vobis suadeo. Olim verò seruiebat suasio mea voluntati hominū, cū ob gratiam pontificum traherem Christianos, & iudicarem illis vt a Christo recederent. Sed increpando loquitur Apostolus per interrogationē, Vnde & adiungit: [An quero hominibus placere,] subauditur sicut olim quærebam placere Iudæis, cū a principe sacerdotum literas accepissem pergens Damascū? Nequaquā illis iam placere quero, quia [si adhuc] post baptismum [placere hominibus,] prædicando carnales obseruantias, tunc [non essem Christi seruus, i. non seruassem spiritualia Christi præcepta. In omnibus his contrarius est Paulus pseudo apostolis, quoniam suasio illorum spectabat ad honorem hominū, nō ad dei gloriam, dū suaderet credi, hominem posse iustificari ex operibus legis, nō ex fide Christi: & ipsi quærebant hominibus placere, id est, perfidis Iudæis, ob quorū gratiam se per mundum disperferat ad subuersionem fidelium. Aliter quoque potest intelligi quod Apostolus non quærebat hominibus placere, quia non hoc in suis operibus intendebat, vt ipse laudaretur ab hominibus, sed vt per ea quæ faciebat, glorificaretur deus. Quisquis enim se apud homines iactat, & ita ventilet bona opera sua, vt in finem eorundem operum in laude hominum ponat, eandēque laudem hominum quasi mercedem cōputet operum suorum, necdum Christi seruus est. Quisquis verò bona quæ facit aut loquitur, idcirco placere cupit hominibus, vt eos ad imitationē bonę conuersionis trahat, vel ad Dei laudē corda eorū accendat, non hominibus quærit placere, sed deo. Hoc etenim modo Paulus placebat hominibus, qui se alibi per omnia omnibus placere testatur. Sed quia hypocritarū more, qui trāsitorias laudes, non salutem videntium ex suis operibus quærunt, nolebat hominibus placere, ideo nunc se illis placere denegat.

Notum

**A** Notum enim vobis facio fratres euangelium, quod euangelizatum est a me, quia non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi.

**B** Superius dixerat se apostolum esse, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum: & hoc nunc probat, suamque personam cōmendat, vt ea quæ post dicturus est, accipiant vt authentica. Multum enim per pseudo apostolos imminuta fuerat apud Galatas eius auctoritas. Nō sum (inquit) missus ab homine, sed a Christo: nec suasio mea voluntati hominū famulatur, sed dei: quia nec doctrinam quā prædico, accepi ab homine, sicut vos putabatis. Nā modō [notum facio vobis o fratres,] quod ignorabatis, scilicet quantæ autoritatis sit [euangelium, quod] tam vobis quā aliis [euangelizatum, id est, prædicatū] [est a me, quia nō est secundum] [auctoritatē alicuius hominis, sed potius secundū] [auctoritatē ipsius Christi. [Neque enim ego ab homine illud accepi, id est, non est mihi iniunctum ab homine. Quia verò posset nō iniunctum sibi fuisse ab homine, idcirco addit: [neque] [etiam] [didici] illud ab homine. Nō ab homine didici, [sed per reuelationē Iesu Christi.] Ipse me docuit, ipsemet iniunxit mihi. Hic ostēdit quia sicut antiqui prophetæ de futura Christi incarnatione, passione ac resurrectione & ascensione per spiritū prophetiæ sunt docti, sic ipse hæc omnia de Christo iam præterita, per eundē prophetiæ spiritum, ipso Christo docente, cognouit. Spiritus enim prophetiæ nō solum ex futuro tangit animum prophetizantis, sed etiā ex præterito, sicut nunc declaratur animū Pauli tetigisse. Nam & Moyses de præteritis prophetauit, dum ea scriberet quæ facta sunt in principio mundi priusquam homo creatus esset.

*Audistis enim conuersionem meam aliquando in iudaismo, quoniam supra modū persequebar ecclesiam dei, & expugnabam illam, & proficiebam in iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius amulater existens paternarum mearum traditionum.*

**A**d cōmendationē suā, probat apertius quia nō didicit euangelium ab homine. Non didici, inquit, ab homine: nam nec ante conuersionem meā, nec post conuersionē. Ante cōuersionem nō didici, sed potius persequeutus sum ecclesiā. Hinc enim patet quia tunc euangelium nō didici, cuius erā inimicus. [Audistis enim] & vos ipsi [conuersionem meā] quæ fuit aliquando in iudaismo. i. in Iudæorū religione, [quonia] [supra modū] [cæterorū Iudæorū] [persequebar ecclesiam dei] zelo legis accensus, fugādo sanctos & ad pœnā trahendo vincitos, [& expugnabā illā] .i. deuastabā, cupiens ipsam profus delere. Vel supra modū patiētium, id est, supra quā quod possent fideles pati, & hæc agēs [proficiebam]

**A** fundū scientiā & obseruantiam legis carnalem in iudaismo. i. in ritu Iudaico: quia & carnaliter intelligebā scripturas, magisque ac magis ipsas obseruabam. Et hoc nō supra fenēs, qualis erat Gamaliel magister meus & cæteri tales, quod videretur mirum: sed [supra multos coætaneos meos,] nō supra omnes qui erant ætatis meę, & non profelyti, sed [in genere meo. i. in filiis Israel. Et quia plus intelligēdo & adimplēdo proficiebā, ideo & [abundantius] existebā [æmulator paternarū mearum traditionū, id est, feruentiori zelo conabar vlcisci in eos, qui ad euangelium cōuersi, violabāt traditiones seniorū quas a parentibus acceperā. Vel omnia legis madata carnalia paternæ tradiōes vocātur, quia prius erāt madata dei: sed nūc sunt traditiones hominū postquam veritas apparēs vmbra repulit.

*Cum autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meę, & vocauit per gratiam suā, vt reuelaret filium suū in me, vt euangelizarem illum in gentibus, continuo non acquieui carni & sanguini: neque veni Hierosolymā ad antecessores meos apostolos, sed abi in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim. Aliū autē apostolorum vidi neminem, nisi Iacobū fratrem domini. Quæ autē scribo vobis, ecce corā deo, quia non mentior. Deinde veni in partes Syria & Cilicia.*

**P**robauit se ante conuersionē euangelium nequaquam didicisse, & incipit probare quia post conuersionem hoc nō didicit ab homine. Hoc modo, inquit, me habui ante conuersionē, vnde patet quia tunc euangelium nō didici: sed postquā placuit deo vt cor meum illuminaret & cōuerteret, alio more vixi, in quo rursus apparet, quia nec tūc, nec post ab homine didici. Et hoc est: [Cum autem placuit ei] benigno patri & c. Placuit hoc deo. i. non fuit hoc meritum meū, sed solum dei placitū: [qui me segregauit, i. seorsum a massa perditorum secreuit,] [ex vtero matris meę, id est, occulto cōsilio pietatis suę iam me eligens. Et hic notatur gratuita dei misericordia. Quasi dicat: Antequā aliquid boni egissem, sua gratia me prædestinavit ad vitā, & post [vocauit me per gratiā suā.] Hic necesse fuit ponere gratiam, quia post natiuitatem aliquid potuisset egisse boni, per quod meruisset vocari a deo. Sed sicut segregatio, ita & vocatio eius gratis facta est. Vel ex vtero meę matris, id est, de cæcitate synagogæ, vbi clausus tenebar, segregauit me, id est, sequestrauit a multitudine cæterorū, quos in illa cæcitate reliquit. Sicut enim vterus infantē intra se clausum continet, nec eū aliquid videre permittit, nec in vllā partē spatii, sic cæca destructio disciplinæ quæ est in syna-

Rom. 9.



**G** Synagoga, eos quos continet, non finit lucē veritatis aspiciere, nec in libertate charitatis spatia, sed vndique miserabiliter coarctat, vt nec ad lucem, nec ad libertatem procedat. Sed de hoc synagoga vtero me deus segregauit, quando à plebis cæca cōsuetudine me separauit, vt libere possem Christi lumen intueri, & in eius charitate dilatari. Et vocauit me ad hoc, [vt in me, id est, in corde meo, vbi vera existit cognitio, reuelaret filium, id est, detegeret notitiam vnigeniti sui, quæ mihi erat velata dum haberem super cor velamen legis. Et ideo mihi reuelaret, vt euāgelizarem illum in gentibus, id est, predicarem illum inter gētes. Postquam ei placuit vt me sic vocaret, & filium suum mihi reuelaret [continuo non acquieui carni & sanguini. i. asensum mox præbere desij Iudæis & ppinquis meis carnalibus, mihi sensu carnali suadētibus vt in carnali obseruantia legis permanerem.]

**H** Illis non acquieui, quia erant caro & sanguis. i. carnaliter sapiebant, & carnaliter docebat: nec etiam ad spiritales magistros, id est, ad apostolos qui me in Christo præcesserant, & in Ierusalē manebant, veni vt ab illis doctrinam quaerem: sed exiēs de Damasco, profectus sum in Arabiam prædicare vbi nullus apostolorū erat, & inde redij Damascum. Finitisq; tribus annis à tempore conuersionis meæ, quibus in Arabia & Damasco moratus sum, veni in Ierusalem nō discere euāgelium, sed [videre Petrum,] vt illi spiritualiter adgauderem. Neque enim ab illo tunc euāgelium didici, quia non [mansit apud eum] nisi [diebus quindecim,] infra quod spatium discerem latitudinem tantæ scientiæ. Sed nec ab aliis apostolis didici, quia ibi præter Petrum [alium apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini, id est, cognatum saluatoris. Maria enim virgo mater domini, & Maria mater huius Iacobi, sorores fuerunt: & ideo vocatus est ipse frater domini, qui & primus episcopus fuit in Ierusalem. Cæteri apostoli iam per orbem erant ad prædicandum dispersi. Vnde quia Ioannes ibi deerat credimus matrē domini iam in cælum tunc assumptam fuisse, cuius sepulchrū ostenditur in valle Iosaphat. Ego quidem talia vobis de me & apostolis refero, & fortasse vidētur vobis incredibilia, sed hæc [quæ scribo vobis, ecce corā deo, quia nō mētor:] & hoc sic esse est corā deo. i. manifestū est in præsentia diuini conspectus, quem nihil latere potest. Hoc loco iurat Apostolus, nec tamen peccat, quia videbat quosdā Galatarū nō aliter sibi credere. Non enim à malo iurantis fuit hæc iuratio, sed à malo illorum, quorum incredulitas cōpulsit eum iurare. [Deinde] profectus ab Ierusalem, [veni in partes Syriæ] & Cilicię, vt ibi prædicarem. Et hanc profectiōem suā ideo memorat, vt sciant Galatæ quia de loco ad locum sæpe transiens, non didicit euāgelium ab homine, & indubitanter acquiescant eius doctrinæ.

*Eram autē ignotus facie ecclesus Iudææ quæ erant in Christo. Tantum autem auditum habebant, quoniam qui persequebatur nos aliquando, nūc euā-*

*gelizat fidē quam aliquando expugnabat. & in me clarificabant deum.*

Non solum ab apostolis non didici, sed nec à cæteris fidelibus qui erant in Iudæa, quippe quibus omnino eram ignotus facie. Nondum enim me post conuersionem viderant. Et propterea liquidō constat, quia me non docuerunt euāgelium. Nondū me viderant nec cognouerāt facie, sed tamē ab aliis Christianis fama corrente audierant, [quoniam] ille [qui aliquando nos] Christianos [persequebatur, nunc] pluribus [euāgelizat fidem] Christianitatis, [quam aliquando expugnabat. Et in me. i. in cōsideratione cōuersionis & cōuersionis meæ] clarificabant. i. clarū prædicabāt [deū,] qui me sic cōuerterat, & de tā crudeli tam piū fecerat. Hoc est, ego illis eram materia deum glorificadi, qui tam bene conuersus eram. Vel in me. i. in cōsideratione prædicationis meæ clarificabant deū & ipsi prædicando, quoniam audientes quod ego constanter fidem prædicarem, quam impugnare solebam, & ipsi exemplo meo accensī, prouocabantur ad prædicandum Christum.

## CAPVT II.

*Einde post annos quatuordecim*

*D iterū ascendi Hierosolymā cum*

*Barnaba, assumpto & Tito.*

*Ascendi autē secundū reuelationem. Et contuli cum illis euāgelium quod predicto in gētibus, seorsum autem his, qui videbantur aliquid esse, ne forte in vacuū currerem aut cucurrissem.*

In Syria & Cilicia prædicaueram. [Deinde] ascendi rursus in Ierusalem, quæ est in mōtanis, nec potest adiri nisi ascendendo, [ascēdi] [inquā] post annos quatuordecim,] ex quo prius veneram Petrū videre. Ideo tēpus & numerū annorum cōputat. i. antea tres & post quatuordecim qui simul sunt decem & septē, vt per hoc sciatur, quia antequā cōferret euāgelium, tāto ante tēpore prædicauit. Et quādo ab apostolis nihil accepit, constat quia à nullo accepit vel didicit. Ascendi in Ierusalē [cū Barnaba,] quæ ad testimoniū meæ prædicationis cōfirmadæ, scilicet vt cæteri gentiles vidētes illū incircūcisum credere, crederēt & ipsi absq; scrupulo. Si verò ipse Titus ibi fuisset circūcisus, pateret oibus me nō recte docuisse q nō docuissem eū circūcidi, sed incircūcisum duxissem sociū. [Ascēdi] & hoc nō temere, sed [secūdū reuelationē. i. spū] sancto mihi reuelante & admonēte, vt per præsentia meā validius adnullarentur carnales obseruatia. Ascēdi, [ & euāgelium quod in gētib⁹] conuertēdis [prædico, cū illis] Hierosolymitanis, qui pri⁹ dubitauerāt de veritate prædicationis meæ, [cōtuli:] quia ego dixi euāgelium meū, & illi dixerūt suū, nullaq; in nostris sentētis repta est dissonātia. Propter hoc [cepit totū vt p hoc

**A** hoc Galatas retrahat à circuncisione & carnalibus ceremoniis, quandoquidem sua prædicatio non dissentit à doctrinā ipsorum apostolorum & Titus qui erat præsens, non fuit circūcisus, quanuis esset gentilis. Tunc enim & isti non debent vterius dubitare, quandoquidem nec ecclesiæ Iudæorum quicquam potuerunt ei conferre. Ideo nanque fecit hanc collationē, quia de cælo post ascensionem domini vocatus, nisi inueniret in carne apostolos, quibus cōmunicando & cum quibus euāgelium cōferendo, eiusdem esse societatis appareret, ecclesia illi omnino nō crederet. Vnde nunc necesse fuit, vt hanc collationē Galatis dubitantibus referret. Cōtuli cū illis Hierosolymitanis, non cū omnib⁹, quia in turba nō potest bene discuti veritas. Si enim in præsentia omnium dixissem circūcisio nē & carnales obseruatias non esse faciendas, statim contra me vulgus indoctū conclamasset. Et ideo nō cum omnibus, sed cum [his] tātum [qui videbantur esse aliquid. i. maioris auctoritatis & scientiæ. Et hoc] seorsum. i. à turba fēmotim. Nō quod aliqua falsa pluribus dixissem vt seorsum paucioribus vera dicerem: sed quia nonnulla tacueram, quæ paruuli portare nō poterant: & necesse erat vt sapientiam loquerer inter perfectos, quatenus ceteri apostoli & seniores perfectionem meā cognoscerent. Ideo etiā contulit Apostolus euāgelium suum cum euāgelio illorum, vt auferret suspicionem ab ecclesiis Iudæorum, qui putabant illū aliud longe diuersum euāgelium prædicasse & adhuc prædicare, quia neque cū domino fuerat cōuersatus, à quo esset instructus: nec cū aliquo apostolorū, qui dominū in carne viderāt, vt exēplo doctrinæ eorū prædicaret gentibus. Vt ergo ab ecclesiis Hebræorū, sed & cæterorū per orbē fidelium hanc suspicionē auferret, idcirco (sicut & supra dictū est) contulit: cōtulit inquā, ne modo curret vel olim cucurrisset ī vacuū. i. sine fructu remunerationis. Per hoc enim constaret quia illi quibus prædicabat, aut prædicauerat, mercedē habituri nō essent, si nec remunerationē ex sua prædicatione cōsequuturus esset. Vel quod ait, [ne forte ī vacuū currem aut cucurrissem,] quia si per interrogationem dictū potest intelligi, ad increpationem eorū qui hoc suspicabantur, vt hinc appareat eum nō in vacuū currere vel cucurrisse, quia iam attestatiōe cæterorum comprobatur nihil ab euāgelij veritate dissentire.

*Sed neque Titus qui mecum erat, cum esset gentilis, cōpulsus est circūcidi, sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu vt nos in seruitutem redigerent. Quibus neque ad horam cessimus subiectioni, vt veritas euāgelij permaneat apud vos.*

Non solum euāgelio meo nihil addiderunt, sed neq; Titu circūcidi fecerunt. Cum enim mecum esset in illa collatione, & esset gentilis, id est, sicut natus fuerat, in præputio manens,

non [est compulsus circūcidi. i. nulla ratio veritatis potuit ibi à quoquam proferri, ob quam ipse vel alius cogereetur circūcidi. Et ne putetis quod apostoli voluissent illum compellere vt circūcideretur, & ille contra voluntatem eorum permanisset incircūcisus, sciatis quia non propter apostolatus vel seniores dixi compulsus, [sed propter subintroductos falsos fratres, qui] intus quo conferebā euāgelium meū [subintroierunt explorare libertatem nostrā,] qua per Christū ab omni feruitute legis sumus absoluti, vel qua ex libero arbitrio volūtariē feruimus deo non timore pœnæ. Ad hoc (inquā) subintroierunt, [vt] verbis & disputationibus suis ad carnales obseruatias corā omnibus qui aderant, nos cogere, & sic à libertate gratiæ [in seruitutem] legis [nos redigerent. Quibus neq;] vel [ad horā] volumus cedere, vt subiiceremur seruituti legali, sed viriliter illis restitem⁹, [vt veritas euāgelij] quæ omnem hominem absq; legis operibus per fidē & opera charitatis posse saluari docet [permaneat apud vos,] sicut prædicari vobis. Insidiabatur Apostolo fratres falsi isti, explorātes si viderent cū in aliquo vel circūcisioni vel ceteris carnalibus obseruatias adquiescere, vt redigerent eum in seruitutem, id est, vt iā in circūcisionem eos reuertere etiā ipsius Pauli exēplo vel attestatiōe, tanquā saluti necessariā prædicarent. Titum ergo circūcidi nō voluit, ne daret illis occasionē, qui sine illa circūcisione dicebant credentes non posse saluari, & ad deceptionem gentium hoc etiā & Paulum sentire iactabāt. Alibi verò Timotheū propterea circūcidit, ne Iudæis & maxime cognationi eius maternæ, qui ex gētibus id Christum crediderāt, viderentur sic detestati circūcisionem, sicut idololatria detestanda est, cum illam deus fieri præceperit, hanc satanas persuaserit. Habebat itaque Apostolus hanc in Christo libertatem, & faciendi circūcisionem & non faciendi, vt ostenderet illa sacramenta nec tanquam sacrilega debere damnari, nec tanquā necessaria debere appeti. Et hanc libertatem subintrauerunt explorare prædicti calumniatores, scire volentes an faceret in Tito quod fecerat in Timotheo, vt iam exemplo eius circūcisionē omnibus necessario faciendā prædicaret.

*Ab his autem qui videbantur esse aliquid quales aliquādo fuerint, nihil mea interest. Deus enim personam hominis non accipit. Mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt, sed e contra, cum vidissent quod creditum est mihi euāgelium præputii, sicut Petro circūcisionis (qui enim operatus est Petro in apostolatū circūcisionis, operatus est & mihi inter gentes) & cum cognouissent gratiā quæ data est mihi, Iacobus & Cephas & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt,*

**G** mihi & Barnabæ societatis, ut nos in gentes, ipsi autem in circumcisionem: tantum, ut pauperum memores essemus. Quod etiam sollicitus fui id ipsum facere.

Contuli quidem euangelium cum apostolis & aliis senioribus qui erant in Ierusalem. Sed tamē illi [qui videbantur esse aliquid ab his] Hierosolymitanis. i. alicuius magnæ dignitatis, nihil mihi contulerunt. Hoc videtur debuisse statim dicere, sed facit interpositionem, velut si quis ei diceret: Tu dicis quia videbatur esse aliquid, imò nihil erant, quia piscatores & idiotæ fuerat. Et ad hoc quasi respondet: Reuera tunc erant aliquid. Nā [quales aliquando] prius quā à Christo vocarentur, fuerint, siue piscatores siue telonarij, siue illiterati, [nihil interest mea] veritate vel mea sententia: quia non loquor secundum illud quod antea fuerant, sed secundum id quod tunc erant. Præmissum erat, ut veritas euangelij permaneat apud vos: & ad hanc veritatem respicere videtur quod nunc dicitur, nihil mea in terrest. i. nihil à mea veritate distat, quale scūq; illi quondā fuerint. Refert & interest, hæc duo verba, solent cum gentiuis & possessiuorū pronominum ablatiuis cōstrui. Vel etiam sine interpositione potest legi. Qui ab his videbantur esse aliquid, Petrus scilicet atq; Ioannes & Iacobus, nihil mea veritate vel mea sententia interest, quales fuerint. i. nihil secundum meam sententiam differt, quales loco & scientia quondā fuerint, siue nobiles, siue ignobiles. Nō aliis apostolis derogat, sed quia Galatæ alios apostolos ultra modum magnificabant, huic eos præferentes, atque ideo autoritatem huius vilioris habebant, ostendit se æqualem esse, & doctrinā ab eis non accepisse. Nihil interest, quales olim fuerint: quia [Deus non accipit personam hominis. i. non eligit dignitatem vel nobilitatem alicuius personæ. Nam me neque despecto. i. idcirco vel inferiorem iudicauit, qui nouissimus veni, imò parem illis omnino monstrauit] Prou. 24. Nam illi priores, [qui videbantur esse] magnū Sap. 6. [aliquid, nihil contulerunt mihi] de scientia prædicationis: [sed contra] fuit. i. ego illis contuli quia prius fuerant certi se bene prædicasse, & carnales obseruantias debere destrui: sed nunc facti sunt certiores, me non ab vllō mortalium, sed ab ipso Christo doctorum, audientes idem prædicare. Nihil mihi contulerunt, sed ecōtra [cum vidissent quod euangelium præputij creditum est mihi, sicut Petro] euangelium circumcisionis. i. quod dominus euangelicam doctrinam sicut fideli dispensatori credidit, ut præputiatis gentibus euangelizem, quemadmodum Petro constituerat prædicare populo circumcisionis, dextras societatis mihi dederunt. Et verè mihi est creditum sicut Petro euangelium: quia qui Petrum fecit apostolum circumforū, fecit & me apostolum gentium. Et hoc est: Nā [qui operatus est Petro. i. ad honorem & auxilium Petri, sublimando eum [in apostolatū] circumcisionis, id est, iudaici populi, tū per prædicationem, tum per miraculorum ostensionem, [operatus est & mihi] virtutes miraculorum at-

que diuersas gratias & eloquentiam validæ prædicationis [inter gentes.] Hic ostenduntur isti duo principales apostoli ad salutem duorum populorum fuisse electi, Petrus ad Iudæorū, Paulus ad gentium. [Et cum] pro certo [cognouissent gratiam] apostolatus & sapientiæ, quæ mihi [à Christo [data est, Iacobus] & Petrus [ & Ioannes, qui videbantur esse columna, id est, erecti & fortes ac immobiles, atque roborantes multitudinem aliorum, & continentes, ac sustentantes, [dederunt mihi & Barnabæ dextras.] Iacobus hoc loco ponitur ante Petrum & Ioannem, propter primatum suum quem habebat in Ierusalem, vbi erat episcopus. Dextras nobis dederunt societatis, id est, signum socialis amicitiae & dignitatis apostolicæ, quod ab his quæ ipsi didicerant, in nullo discrepabamus. Sicut enim inuicem osculari, signum est pacis ac dilectionis, ita & iungere dexteras. Societatis dico, ita decreta, [ut nos in gentes] iremus prædicare, ipsi verò [in circumcisionem:] & illi essent participes beneficij quod agerem in conuersione gentium, nōsq; similiter essemus socij remunerationis ipsorum pro conuersione Iudæorū. Licet Paulus dicat Barnabam secum esse receptum in societate apostolorum non tamē sibi dicit esse æqualem in predicatione: quia ipse est doctor gentium, qui secundum maiorem partem illas conuertit ab Ierusalem vsque in Illyricum, prædicans per circuitum, ac deinde non solum vsque Romam, sed etiam vsque in Hispaniam. Hæc omnia velut ad commendationem suæ autoritatis, & etiam ad intentionem, ut eos reuocet à circumcisione & legis seruitute. Nihil contulerunt, sed etiam arrogauerunt [tantum, ut essemus memores pauperū] qui erant in Ierusalem, & precia rerum suarum pro Christo posuerant ad pedes apostolorum. Act. 1. [Quod etiam. i. habere memoriam eorum & mittere eis alimoniam, ego [sollicitus fui] facere hoc ipsum] studiose complens. Rectè Paulus ut ad obseruantia legis Galatas reuocaret, prædictam euangelij sui collationem memorauit: quia idcirco tunc in Ierusalem ascendit, ut audiret quid de legis obseruantia priores apostoli sentirent. Vnde Lucas refert de Paulo & Barnaba, quia morati sunt Antiochiæ tempus non modicum cum discipulis: & quidam descendentes de Iudæa docebant fratres, quia nisi circumcidamini secundum morem Moysi, non potestis saluari. Facta ergo seditione non minima Paulo & Barnabæ aduersum illos, statuerunt ut descenderent Paulus & Barnabas & quidam alij ex aliis, ad apostolos & presbyteros in Ierusalem per hac quæstione. Cum autem venissent Hierosolymam, suscepti sunt ab ecclesia & ab apostolis, nunciantes quanta Deus fecisset cū illis. Surrexerunt autem quidam de hæresi phariseorum qui crediderant, dicentes quia oportet circumcidi eos, præcipere quoque seruare legem Moysi. Conueneruntque apostoli & seniores videre de verbo hoc &c. In hoc conuentu facta est prædicta euangelij Pauli collatio.

*Cum autem venisset Cephas Antiochiam in faciem ei restitit, quia reprehensibilis*

*Asibilis erat. Prius enim quàm venirent quidam ad Iacobum, cum gentibus edebat: cum autem venissent, subtrahebat & se gregabat se, timens eos qui ex circumcisione erant. Et simulationi eius consenserunt ceteri Iudæi, ita ut & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem.*

Et hoc factum est, postquā Paulus & Barnabas à supradicto cōcilio cū Iuda & Sylla reuersi sunt Antiochiā, ferētes epistolā apostolorū, in qua decretū erat, ne gentes cogētur circumcidi vel iudaizare. Tunc enim scriptū est: Paulus autē & Barnabas demorabatur Antiochiæ, docentes & euangelizantes cū aliis pluribus verbū domini. Et eo tēpore Petrus intelligitur peruenisse, & quod nunc Paulus narrat, fecisse. Nihil, inquit, mihi in Ierusalem contulerunt Petrus & alij, sed [cum venisset Cephas. i. Petrus Antiochiā, ego illi contuli. Vel ita: Non solum in Ierusalē ego contuli Petro, sed etiā in Antiochia. Nā [restiti ei in faciē. i. nō in absentia eius ego derogavi illi, sed ante eū veniens, aperte cōtradixi ei, & libere eū reprehendi, [quia reprehensibilis erat, id est, dignus reprehensione. Nā [prius quàm veniret quidā] Iudæorū [ab Iacob] de Hierosolymis Antiochiā, [edebat cum] cōuersis gētibus absq; vlla ciborū discretione, ita ut nec suillas carnes reprobarēt: sed postmodū [cū venissent Iudæi,] subtrahebat se à cōuiuio eorū ne Iudæi qui nouiter ad fidē venerant & adhuc legē seruabant, scandalizarentur in cibis, quos lex immundos iudicauit. Et non ita subtrahebat se à gentiliū societate, ut saltē aliquoties cum illis, & aliquoties cum Iudæis esset, sed & omnino [segregabat se, id est, seorsum à grege gentium separatus, gregem suum cum Iudæis faciebat. Et sic quadā simulatione dabat intelligi, hanc discretione ciborum & alias carnales obseruantias esse necessarias ad iustificationem: gentilesque conuersos ad Christū, non posse Iudæis credentibus adiungi. Quod quidem peius erat, quàm si fratres scandalizaret: quia deterius est veritatē relinquere, quàm permittere nasci scādalum. Et ita segregabat se ac sequestrabat à grege & à cibis gentiliū, faciens de vno grege duos, cum Christus de duobus vnus fecisset: quia timebat nō cibos gentiliū, sed Iudæos [qui erant ex circumcisione,] ne recederent à fide [ & simulationi eius,] qua fingebat se cibos discernere, & gentium conuersionem abhorrere, [consenserunt ceteri Iudæi,] qui prius erant cum eo, ac remouerunt se à cōuiuio & gentium consortio, [ita ut & Barnabas,] qui erat doctor gentium & gētes deberet sincēriter instruere, utpote mecū ad gētes missus, [duceretur ab eis in illam simulationem] Iudaicæ comestionis & cōuersationis. Dixerat tamen Petrus in supradicto apostolorum & seniorum conuentu: Quid tentatis imponere iugum super cervicem discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? Sed per gratiā domini Iesu credimus saluari, quæ-

admodum & illi. Bene ergo sentiebat de abolitione legis, sed simulauit pro timore Iudæorū, ne occasione gentium à fide recederent, & sic perderet suum gregē. Simulauit autē & Paulus pro simili metu, quando Timotheum circumcidit, & comam more Nazaræi nutriuit, quam in Cenchreis rasit, vel quando purificatus in templo sacrificium obtulit. Petrus ergo utpote Iudæorum apostolus, salutem Iudæorū prouidebat in hac simulatione, timens ne si coram Iudæis cōmunes cibos ederet cum gentibus, illi prædicationem eius respuerent & à fide discederēt. Ideoque permittebat adhuc illis ut facerent circumcisionem, ceterosq; ritus legis obseruarēt, & ipse cū eis ex parte seruabat, ut paulatim eos ad fidem & ad euangelij puritatem alliceret. Et idcirco si quis gentium circumcidi vellet, in presentia Iudæorum non prohiberet. Paulus autem magno fidei ardore succensus, præcepta legis teneri carnaliter noluit: & qui gentiū erat apostolus, circumcisionem in gētibus fieri vetuit. Et quia Petrus vel in populo circumcisionis adhuc legis consuetudinem seruari volebat, ut gētes conuersæ Iudæis inæquales iudicarentur, in faciem ei restitit, eumque in hac re fuisse reprehensibilem dicit. Et hoc eius studium non solum culpam, sed (quod maius est) hypocrisim (id est, simulationem) nominat. In qua simulatione Petr⁹ (ut dictum est) salutem Iudæorū prouidebat, sed salutem gētium negligebat. Vnde Paulus gentium apostolus, & de salute gētium sollicitus, in faciem ei restitit. Ipse verò Petrus quod à Paulo fiebat utiliter libertate charitatis sanctæ ac benignæ, pietate humilitatis accepit. Atque ita rarius & sanctius exemplum posteris tribuit, quo non dedignaretur maiores (sicubi forte recti tramitem reliquissent) etiam à posterioribus corripi. Nec solum tūc patienter hanc reprehensionem pertulit, sed etiā post dum secundam scriberet epistolā, laudauit epistolas Pauli, in quibus reprehensionem istam legerat. Certè enim nisi legisset Pauli epistolas, non laudasset. Si autem legit, quia illic ipse reprehensibilis diceretur, inuenit. Amicus ergo veritatis, laudauit etiā quod reprehensus est: atq; ei & hoc ipsum placuit, quia in his nō placuerat, quæ aliter quàm debuerat fensit. Scēque etiam minori fratri ad consensum dedit. tūc enim Paulus adhuc erat minor, quāuis nunc sit æqualis, atq; in eadem re factus est sequax minoris sui, ut etiam in hoc præiret, quatenus qui primus erat in apostolatus culmine, esset primus & in humilitate. In hac itaq; re est in Paulo laus iustæ libertatis, in Petro sanctæ humilitatis. Sunt verò nōnulli, qui nō Petrū apostolorū principem, sed quendam alium eiusdem nominis, qui à Paulo reprehensus est, accipiunt. Qui si verba Pauli studiosius legissent, ista nō dicerēt. Diciturus etenim, Cū venisset Petrus Antiochiā, in faciē ei restitit ut de quo Petro loqueretur ostenderet, in ipsa narratione præmisit, dicens: Qui enim operatus est Petro in apostolorum circumcisionis, operatus est & mihi inter gentes. Patet ergo de quo Petro Paulus loquitur, quem & apostolū nominat, & præfuisse euangelio circumcisionis narrat. Et ne quis adhuc inhærendo literæ dicat hunc,

**G** quem Paulus reprehendit, non Petrum, sed Cepham vocari, quauis idem sit vtrunque nomē reuoluat quod ibidem prēmiffum est, Iacobus & Cephas & Ioannes, qui videbantur esse columnae, dextras mihi dederunt. Constat enim hunc Cepham, qui inter Iacobum & Ioannem positus est, non minorem Ioanne vel Iacobo fuisse. Quod si nullus Cephas prāter apostolū Petrum inuenitur, qui Iacobo & Ioanni valeat æquari, facendum necessario est, hunc Cepham esse cui Christus ait: Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.

Ioan. 1.

*Sed cum vidissem quod non recte ambularent ad veritatem euangelij, dixi Cepha coram omnibus. Si tu cum Iudæus sis, gentiliter viuis, & non Iudaicè, quomodo gentes cogis iudaizare? Nos natura Iudæi, & nō ex gentibus peccatores. Scientes autem quod non iustificatur hō ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi: & nos in Christo Iesu credimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis. Propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Quod si quæretes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores, nūquid Christus peccati minister est? Absit. Si enim quæ destruxi, iterum hæc reedifico, prauaricatorem me constituo. Ego enim per legem legi mortuus sum, vt Deo viuam. Christo confixus sum cruci. Vivo autem iam non ego, viuit verò in me Christus. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit seipsum pro me. Nō ab iūcio gratiæ Dei. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.*

Roma. 3.

Petrus quidem & Barnabas simulabant, sed ego solus sinceritatē seruans, increpauī publicē fictionem eorum. Vidi enim quod non recte ambularent, id est, non vtroq; pede pariter incederent, quia in vno claudicabant, quantum ad gentes, quarum salutem negligebant: quantum verò ad intentionem bonam de salute Iudæorum recte ambulabāt. Quantum ad gentes, non recte ambulabant ad veritatem euangelij tenendam & prædicandam: quia per hoc peribat veritas, si gentes iudaizaret. Veritas quippe euangelij est, vt homo iustificetur sola fide sine operibus legis, & vt omnes cibi naturaliter mundi esse credantur, atque vt doctores ecclesiæ, nec Iudæorum nec gentium salutem negligat. Ipsi taliter agebant. Sed ego cum vidissem quod non recte, sed flexuose ambularent

ad veritatem euangelij] seruadam & docendam, succensus diuino zelo, [dixi Cepha coram omnibus] ea quæ sequuntur. Si clam soli Petro Paulus ista diceret, Iudæis & gentibus nihil proficeret. Ideo cunctis audientibus dixit, vt cunctis proficeret. Idcirco voluit non timide obtegere, sed fidenter asserere, quod eum pariter sentire iam nouerat, siue quia euangelium cum eo contulerat, siue quia in Cornelij uocatione etiam diuinitus eum de hac re admonitum acceperat, siue quia antequam illi quos timebat venissent Antiochiam, cum gentibus eū discumbentem viderat. Nō ergo tunc eū quid in ea re verum esset docebat, sed eius simulatio nem qua gentes exemplo suo iudaizare cogere, arguebat. [Si tu,] inquit [cū sis Iudæus, viuis gentiliter. i. indiscrete cibis omnibus vteris nullumque hominem reputans immundū, [& non Iudaicè. i. non cum ciborum discretione sicut Iudæi, [quomodo, id est, qua ratione, qua vtilitate, cogis exemplo tuo] gentes iudaizare? id est, Iudæorum ritum sequi in discretione ciborum & receptione carnalium obseruantiarū dum te ab his segregas, eò quod omnem creaturam Dei bonam esse credūt, & sine legis obseruantia per euangelium iustificari quærent? Tu qui naturaliter Iudæus es, reliquisti iudaizare, & gentes cogis iudaizare? Tu qui Iudæus eras, iudaismum deseruisti, & hi qui nunquam fuerunt Iudæi, assument iudaismum? Non viuis Iudaicè. i. non seruas Iudaicum morem in tuo viuitu, quia scies nihil vtilitatis ibi esse. Quo modo ergo nūc gentes cogis iudaizare, quæ omnia quæ vident in te, putant salutem necessaria esse? Verè nō debent iudaizare gentes, quia nūquam iustificarentur iudaizādo, quia nec nos qui naturaliter sumus Iudæi, potuimus vnquā iudaizando iustificari, ideòque dimisimus legem, & confugimus ad fidem. Et hoc est: [Nos natura] sumus Iudæi. i. non profelyti, sed genere sumus Iudæi ex semine Abrææ prodeuntes, & legem Dei habentes, [& non peccatores ex gentibus. i. non ita peccatores vt omnes gentes idololatræ & immundæ. Peccatorum enim nomen gentibus imposuerant Iudæi iam vetusta quadam superbia, tanquam ipsi essent iusti, vidētes festucam in oculo alieno, & non trabem in suo. Nō sumus, inquā, ex gentibus peccatores, à cultura Dei omnino remoti & peccatis dediti, sed naturaliter Iudæi. i. sub diuina lege nutriti. Sed tamen [sciētes quod nō iustificatur] vllus vnquā [hō ex operibus legis, siue Iudæus siue gentilis [nisi per fidem Christi,] quæ carnales obseruantias aufert, & spiritualiter impleri legē facit, vt nos credimus. Opera sunt ex gratia, sed non ex operibus gratia: quia ipsa prima est, ex qua impetrantur cætera. Ideo nullus aliquo modo iustificari valet ex operibus, nisi per fidem quæ procedit ex gratia. Quod sciētes, & nos quoq; Iudæi sicut gentes, [in Christo Iesu] positi credimus in ipsum, vt iustificemur ex fide Christi per diuinam gratiā, [& non ex operibus legis] per vires nostras. [Propter quod. i. quia nos Iudæi nequimus ex legis operibus iustificari, qui ex his essemus iustificati, si quis inde posset iustificari,

Actu. 15.  
Actu. 10.

Rom. 1.

Deu. 18.

**A** stificari, [ex operibus legis] carnalibus [nō iustificabitur omnis caro, id est, nullus in carne uiuens, consequetur per hæc iustitiā. Dixit superior Iudæos nō esse ex gentibus peccatores, & post subiecit quod etiā ipsi iustificētur ex fide Christi. Omnis autem qui iustificatur, iniustus erat, id est, peccator. Videtur autē fortassis alicui male intelligenti, quod Christus Iudæis ad se venientibus peccata prius ministraret, vt eos per fidē & gratiam suā postmodū iustificaret. Et hoc est quod dicitur: Nō sumus ex gentibus peccatores. Quod, id est, sed [si quæretes iustificari in Christo, inuenti sumus] etiam nos [ipsi peccatores, id est, si accedētes ad lumē Christi, vidimus in eo tenebras peccatorū nostrorum, quas prius cæci videre non poteramus, & si ad subtilem regulā iustitiæ Christi propinquātes, vt ad eam dirigamur, animaduertimus deformē tortitudinē iniustitiæ nostræ, qui nos antea rectos arbitrabamur, nunquid ideo Christus nobis [minister est peccati, id est, nunquid idcirco consequēs est, vt Christus ministret nobis peccatum, qui tollit peccata mundi? Absit hoc à fidelium cordibus, vt Christum putēt alicui ministrare peccatum, qui pro abolitione peccatorū nostrorū semetipsum obtulit sacrificiū. Nā & aliquid deforme latet in tenebris, sed in radio solis euidenter apparet, nec tamē sol deformitatē illam operatur. Sic & Iudæi qui se iustos antea putabāt, illustrati lumine Christi viderūt deformitates culparum suarū, quas Christus eis nō ministrauerat vt facerent, sed ostenderat vt agnoscerent & corrigerent. Vel ita: Ex operibus legis (vt dictū est) nemo iustificabitur. Sed si nos Iudæi transeuntes ad Christum, & in illo quæretes iustificari, qui in lege nequiuimus iustitiā adipisci, inuēti sum⁹ etiā nos peccatores, sicut & gētiles, quia cognitū est nos semper in corde legē trāsgressos esse licet eā seruassemus in opere, nunquid Christus qui monuit vt legē relinqueremus, & ad se trāsiremus, est minister peccati, id est, ministrat nobis peccatum in eo, quod iubet vt à rigore legis discedamus, & ad gratiā veniamus? Absit vt ipse nobis peccatum in hoc ministraret. Nō est enim peccatū, sic relinquere legē vel destruere: sed peccatū est, rursus ad eā redire vel eā reedificare. Nā [si quæ destruxi,] vt carnalia legis opera quæ iam in me & in alijs euerti, [iterū hæc reedifico, id est, rursus statuo, vel per simulationem vt Petrus, vel per prædicationē vt pseudo apostoli, [prauaricatorem me constituo, id est, cōtra ipsam legē facio, quæ se terminādam prænuiciauit. Nā per autoritatē legis ipsam legē dimisi, quasi ei mortuus, nullum sensum eius habens. Et hoc est: [Ego enim per legē legi mortuus sum, vt deo viuam,] Verè enim destruxi in me opera legis, quia sum mortuus legi, id est, nō viuo iā in operibus legis, nec in eius carnali sensu: & ita sum mortuus per legē, quia vt in Christum crederē, lex ipsa mihi prædicauit, & de sua terminatione ac euangelici dogmatis susceptione cōmonuit, dicens per Moysem: Prophetam vobis suscitabit dominus Deus vester de fratribus vestris, tanquā me ipsum audietis. Id est, postquā Christus venerit, nō ulterius durabit lex, sed nouam

Christi doctrinam audietis. Vel per legem spiritualiter intellectā mortuus sum legi meæ, ne carnaliter in ea viuam, vt Deo viuā, nō mihi, id est, vt voluntatē Dei, non meā in omni vita mea faciam. Quod iam possum, quia [Christo confixus sum cruci, id est, cū Christo affixus sum cruci, socius passionis Christi: hoc est, crux Christi extinguit in me ardorē peccati, ne iam in me vigeat: & ligat manus meas, ne ad illicitū opus extendātur: & pedes, ne ad malum gradiantur. Sum quidem cum Christo crucifixus, sed tamē viuo in virtutibus, id est, vigorem bene operādi habeo [iam non ego] ille qui prius peccator eram, sed [viuit in me Christus, id est, vigeat & regnat in me Christi nouitas. Crucifixus sum, sed viuo. Viuo, sed iam nō ego qualis vixeram. Non ego viuo, sed viuit in me Christus. Quod est dicere: Ego quidem à memetipso extinctus sum, quia carnaliter non viuo, sed tamen essentialiter extinctus nō sum, quia in Christo spiritualiter viuo. Hoc est dicere: Nō est in me iustitia mea, quæ ex lege est, in qua prauaricator effectus sum, sed iustitia Dei. i. quæ mihi ex Deo est, nō ex me. Sic quippe in me viuit, non ego, sed Christus, qui factus est nobis sapiētia à Deo & iustitia & sanctificatio. Ego iam nō viuo, sed Christus in me, id est, nō facio voluntatē meā, sed eius qui habitat in me. sed tamē [quod nunc viuo in carne, id est, quod non extinguo in carnis igne, quod in corpore positus bene possum operari, [in fide viuo, id est, non per laboriosa opera legis, sed per fidem [filij Dei,] cuius fides valere potest. Iustus enī viuit ex fide, quādiu est in corpore. Et per hoc Christi fides efficiētiam habet in me, quia ipse [dilexit me, &] per illam dilectionem tradidit ad mortem pro me redimēdo seipsum qui tantus est, non aliud animal. Et propterea [nō abiicio gratiam Dei,] qui me per passionem filij sui liberauit à peccatis, & dedit veram iustitiā, quod lex facere nō poterat, id est, non quæro per legem iustificari, quod esset abiicere gratiam. Nec debeo eam abiicere, quia [si per legem iustitia, ergo Christus gratis,] id est, frustra sine causa, sine vtilitate [mortuus est,] cum absque morte eius per legem iustificarentur obseruatores legis. Sed nō frustra mortuus est, quia nec per legē, nec per aliam rem haberi poterat iustitia quæ duceret ad salutem, nisi per Christi mortem. Sequitur,

I. Cor. 1.

F

Abac. 2.  
Roma. 1.

B

## CAPVT III.

*Insensati Galatæ, quis vos fascinauit nō credere veritati, ante quorum oculos Iesus Christus præscriptus est & in vobis crucifixus? Hoc solum à vobis volo discere, ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis, vt cum spiritu ceperitis, nunc carne consummemini? Tanta passi estis sine causa, si tamē sine causa. Qui ergo tribuit vobis spiritū &*



**Operatur virtutes in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei, sicut Abraam credidit deo, & reputatum est ei ad iustitiam? Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, hi filij Abrae.**

Gene. 15  
Roma. 4.  
Iacob. 2.

Finite narratione, in qua docuit sen o didicisse euangelium ab homine, ipsumque euangelium suum cum apostolis se cotulisse, ac deinceps de simulatione iudaizandi Petri reprehendisse vertit se ad increpationem Galatarum, & fortiter arguit dementiam illorum, qui doctrinam eius qua tantis autoritatibus fulcitur, deseruerant, & falsitati pseudo apostolorum credebant. Vnde subuersionem illorum attendens, prorupit subito in exclamationem, vt exagitando magnitudinem reatus illorum, facilius reuocare eos possit. Quod quidem more rhetorum videtur facere. O (inquit) [Galate insensati. i. omni sensu rationis carentes sicut animalia bruta, [quis vos fascinavit. i. liuido intuitu laesit, [no credere. i. vt non credatis euangelicam veritati? Re enim vera insensati estis, qui mortiferam suasionem accipitis cuiuslibet pseudo apostoli, qui nullius nominis & autoritatis est, qui in populo latet, & cuius etiam vocabulum ignoro: meamque doctrinam postponitis, quam a solo deo, non ab homine accepi, cui apostoli nihil noui in collatione euangelij contulere, sed a me certiores facti sunt. Quis vos fascinavit, id est respectu inuidiae vos tenellos laesit, dolensque de promotu vestrae perfectionis ac fidei, solo liuore nocuit, sicut aliquis qui solo respectu dicitur posse res alterius diminuere: & ita vos liuenti aspectu suo tabefecit, non credatis veritati meae praedicationis, sed falsitati sui prauis dogmatis? Vel sicut incantatores fascinant & deludunt homines, vt credant verum esse quod falsum est, ita nescio quis fascino suae deceptionis adeo vos incantauit, ac verbis suis immutauit, vt falsitatem pro veritate teneatis. Vnde & scriptum est, quia fascinatio nugacitatis obscurat bona. Non creditis veritati sicut insensati, [ante quorum] interiores [oculos Iesus Christus praescriptus est. i. praestensus & praenotatus a nobis, non in tabulis lapideis sicut lex, sed [ & in vobis. i. in cordibus vestris, est crucifixus: quia crux & passio eius qua redempti estis, erat maxime intimanda vobis. Vnde magis dementes estis, qui Christum vobis praemonstratum, pro peccatis vestris crucifixum, negastis, non credentes vos ex fide posse iustificari, sed ex operibus legis. vel tales olim fuistis, vt ante oculos vestros praescriptus esset Iesus Christus crucifixus: quia ob copunctionem mentis habedam pingebatis eum crucifixum in locis illis, vbi semper eum videre possentis & memoria retinere. Vel ita estis insensati, quod Iesus Christus proscriptus est. i. exheredatus ante oculos vestros, & non aduertitis. Illi enim dicebantur proscripti, qui pro facto aliquo in exilium trusi, haereditate & patria priuabantur. Et Galatae cum ad Apostoli praedicationem credidissent se per mortem Christi posse iustificari, facti sunt haereditas Christi, quam ipse sua morte de diaboli possessione

eripuit. Sed post ab hac fide recedentes, & iustificationem in operibus legis quaerentes, quantum in se erat, Christum exheredabant, sese illi subtrahendo. Iesus Christus proscriptus est, id est, damnatus & exheredatus in vobis sibi sublatus: ipse dico, crucifixus, quod cum ponderare legendum est, quasi qui tam charo precio vos acquisiuit in haereditatem, patiendo pro vobis crucis asperitatem. Vel dum per legem Christum deseritis, Christus a vobis proscriptus est, id est, damnatus sicut a Pilato. Et dum insufficientem creditis, a crucifixoribus non differtis. vel proscriptio damnationis eius quae Pilato facta est, ita fuit vobis nota quasi ante vos fuisset facta, & in vobis, id est, in intellectibus vestris crucifixio eius, vt sciretis qualiter facta fuerit, & quid contulerit. Commouerat illos per praedictam increpationem, & tunc consequenter probat illis, quod lex non est obseruanda, quia non ex ea, sed ex fide veniunt omnia bona. Quasi dicat: Licet insensati & fascinati sitis, tamen [hoc solum] quod dicturus sum [volo discere a vobis,] quia hoc tam evidens est, vt & stulti docere id queat: & si nihil aliud esset, hoc solum sufficeret ad probandum, quod lex tenenda non est. Cum constat quod spiritum accepistis, docere me vtrum accepistis huc ex operibus legis quae nondum feceratis, an ex fide quam a me audistis. Vel ita: Possem vt pluribus profundis argumentis, sed hoc solum quod planum est, volo discere a vobis. i. volo vt respondeatis mihi, quia vel in hoc solo satis apparebit iustificationem non ex lege esse, sed ex fide. Spiritum. i. spiritus sancti charismata, sicut loqui diuersis linguis, prophetare, infirmos sanare, & cetera huiusmodi: accepistis vos diuinitus [ex operibus] legis, an ex auditu fidei, id est vtrum accepistis spiritum ex carnali obseruatione legis, an ex fide, quam solo auditu praedicationis sumpistis? Non puto quod dicatis vos haec spiritualia dona ex operibus legis accepisse, cum sciatis adhuc legis opera tunc nulla fecisse. Restat igitur tantum ex fide vos accepisse. Prius ex fide percepistis charismata, & nunc ex lege queritis iustitiam? Ergo sic. i. tam [stulti estis vt cum spiritu coeperitis. i. spiritale inceptum habueritis, dum charismata per fidem acceperitis, [nunc carne consummemini. i. carnali conuersatione in nihilum redigamini, dum bona spiritualia vestra per legis custodiam adnullatis. Cum spiritu sancto coeperitis vel spiritualiter viuere, vel legem spiritualiter intelligere, nunc carne, id est, vel carnali vita, vel lege carnaliter intellecta, consummamini, id est, adnihilamini, amittendo quicquid habuistis. Et ideo [sine causa, id est, sine vtilitate vestra, [passi estis] ab aduersariis tanta, id est, tam magna & tam multa aduersa pro fide tuenda, quam nunc sponte relinquitis. Non tamen affirmando haec dico, ne in desperationem cadatis, & adhuc profundius in baratrum perditionis demergamini: sed quia vtrumque est in voluntate vestra, dico conditonabiliter, quod tanta aduersa pro Christo passi estis sine causa, [si tamen sine causa] haec passi estis. Sine causa enim passi estis, si in hoc errore perseueretis: non sine causa, si resipiscatis. Et quando-

**A** quandoquidem ita perdere potestis omnia bona per legis obseruantiam, ergo deus qui etiam nunc [tribuit vobis spiritum] [prophetiae & sapientie, aliarumque gratiarum, [ & operatur in vobis virtutes] miraculorum, dat vobis hoc [ex operibus legis, an ex] fide quam audistis? Idem interrogat quod superius, sed secundum praesens tempus, cum supra praeteritum posuerit. Ne enim ipsi ad primam interrogationem, respondere possent, nos adhuc legis opera non feceramus, quando spiritum sanctum accepimus sed si fecissemus illa, tunc maiorem eiusdem spiritus gratiam accepissemus per ea: idcirco voluit eos interrogare secundo quia neque nunc respondere possunt se ex operibus accipere spiritum. Ac si dicat: Nec in principio, nec nunc accepistis ex lege spiritum sanctum, sed ex fide. Et ita percepistis ex fide spiritum, sicut per fidem Abraam percepit iustitiam, qui [credidit Deo] promittenti, [ & reputatum est ei ad iustitiam, id est, ex fide iustificatus, id est, absque legis operibus: quia credere est causa sufficiens iustificandi. Et quandoquidem Abraam ex fide iustificatus est, [ergo cognoscite, id est, scitote, [quia qui ex fide sunt, id est, quorum esse est ex fide, [hi sunt filij Abrae. i. iusti ad exemplum Abrae.

Gene. 22.  
Iacob. 4.

**Providens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes deus, praenunciavit Abrae, quia benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fidei Abraam. Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: Maledictus omnis qui non permanferit in omnibus quae scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. Quoniam autem in lege nemo iustificatur, apud Deum, manifestum est, quia iusti ex fide viuunt. Lex autem non est ex fide: sed qui fecerit ea, viuet in illis.**

Habac. 2.  
Roma. 1.  
Leuit. 18.

**C** Non solum iustitia datur ex fide, sed & benedictio, quia scriptura dixit Abrae, quod gentes benedicentur in te. i. in tuae fidei confirmate. Vel ita: Dixi quia qui ex fide sunt hi sunt filij Abrae, & hoc non est nouum, sed antiquum in scriptura notum. Quia scriptura. i. spiritus sanctus, vel Moyses scripturae compositor, prouidens, id est, ostendens esse prouisum longe antequam fieret, [quia ex fide] non ex legis operibus, [iustificat gentes Deum, praenunciavit. i. praenunciatum esse retulit] [Abrae, quia] non tantum Iudaei, sed & omnes gentes benedicentur in te. i. in tua fide, & in Christo qui nasciturus est ex te. Benedictionem hic intelligimus baptismi consecrationem & in bonis operibus iustificationem, ac perennis vitae consecutionem. Et quia hoc scriptura praenunciavit igitur illi [qui sunt ex fide. i. qui ex fide coeperunt spiritualiter esse, benedicentur cum fidei] [Abrae. i. benedictionem consequenter ex fide, sicut Abraam per fidem est benedictus, & cum tan-

to patriarcha sociabuntur. Et vere qui ex fide sunt, benedicentur. nam qui ex operibus legis sunt, maledicentur. [Quicumque enim sunt ex operibus legis, id est, quaerunt iustificari ex carnalibus obseruantis, [sub maledicto sunt,] vt nequeant euadere nisi Christo liberante, id est, merito suae transgressionis obnoxij sunt, & praeparati maledictioni sempiternae damnationis. Sic [enim scriptum est] in Deuteronomio: Maledictus, id est, aeterna maledictione damnatus erit, [omnis qui non permanferit] [assidue, non dico, in quibusdam, sed [in omnibus quae scripta sunt in libro legis, nec ita dico, vt vel solum intelligat ea & velit agere, [ sed vt faciat ea, id est, opere compleat. Quod nullus adimplere valet. Hoc est enim iugum, quod (sicut Petrus ait) neque nos, ne patres nostri portare potuimus, Ideoque nullus ab hoc maledicto liber est, qui iugo legis collum supposuit, & auxilium gratiae non quaesuit. Nemo enim omnia legis praecpta vnquam adimplere potuit. Maledictus erit, qui omnia illa non fecerit: sed tamen si quis ea fecerit, non inde iustificabitur. Et hoc est: [Quoniam in lege nemo iustificatur apud Deum,] qui veritatem inspiciat, quantum apud homines qui falluntur, iustus videatur, [manifestum est] ex verbis Habacuc, qui dicit [qua ex fide viuunt iusti] in anima, id est, iustificatur fide, non ex lege. Vita enim animae interim iustitia est, donec ad visionem creatoris perueniat, qua perenniter viuat; & haec iustitia ex fide est. Iustus viuunt ex fide; id est, ex eo quod credit ea quae non videt. Sed [lex non est ex fide, id est, nihil mandat credendum sed per timorem cogit ad faciendum, dicens quod [qui fecerit ea] quae ibi scripta sunt, non punietur, quia non est transgressus, sed temporaliter [viuet in illis,] quae carnaliter est operatus. Aliter enim plecteretur.

Deut. 27.

Actu. 15.

E.

Nota.

Habac. 2.

**Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictus, quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno, vt in gentibus benedictio Abrae fieret in Christo Iesu, vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.**

Deut. 21.

Superius cum diceret, Maledictus omnis qui non permanferit in omnibus quae scripta sunt in libro legis, vt faciat ea, visus est contra se agere: quia per hoc videbatur circuncisionem & carnalibus obseruantis praedicare, vt qui eas seruerent, non damnarentur aeterna maledictione. Et quasi respondet nunc istud: Nos Iudaei quod diu seruiuimus legi, fuimus sub maledicto: sed Christus morte sua delens peccata nostra, & nobis dans iustificationem, redemit nos de maledicto legis: ideoque non est opus vt in ipsius legis umbra iam maneamus, postquam veritas nobis illuxit. Vel ita: Ex lege est maledictum, non iustitia: sed [Christus nos] Iudaeos qui sub maledicto eramus, redemit de maledicto legis. Cur ergo vos ad illud tenditis? Ipse nos a maledicto redemit, [ factus pro nobis maledictus. ] id est, reputatus non solum maledictus,

F.

**G** sed etiā ipsum maledictum. Vel factus in morte sua maledictum, id est, hostia pro nostro maledicto, videlicet caro mortalis quæ vocatur maledictum, quia maledicto, id est, peccato primi parentis facta est mortalis. [quia scriptum est] in Deut. 21. Deuteronomio: Maledictus, id est, morti additus est [omnis qui pendet in ligno] crucis. Ois prorsus qui pendet in ligno, etiam filius Dei. Omnis enim dixit, contra hæreticos, qui verā redemptoris nostri mortem erāt negaturi, & incipienti honorificētia illum à morte separaturi. Qui enim semper benedictus est in sua iustitia, maledictus ad horam fieri dignatus est propter delicta nostra in morte suscepta ex pœna nostra. Maledictus autem non à quocunque, sed à Deo, sicut lex loquitur. Nisi enim Deus odisset peccatū & mortē nostram, non ad eā suscipiendam atq; delendam filium suum mitteret. Quid ergo mirum est, si maledictum est à Deo quod odit Deus? Tanto enim libentius dat nobis immortalitatem, quæ futura est Christo veniente, quanto misericordius odit mortē nostram, quæ in ligno pependit. Quoniā mors ipsa ex maledicto est, & maledictum est omne peccatū, vel ipsum quo fit vt sequatur supplicium, vel ipsum supplicium, quod & vocatur peccatum, quia fit ex peccato. Suscepit autē Iesus sine reatu supplicium nostrum, vt inde solueret reatum nostrū, & finiret etiā supplicium nostrum. Itaque quia mors eius vera fuit, eo crucifixo, maledictū nostrum pepēdit in ligno. Ipse enim maledictum suscepit pro nobis, quia mortuus est pro nobis. Nam pœna peccati nostri quā pertulit, per diuinā sententiā iustitiam ex maledictione venit. Ita factus est maledictum pro nobis vt nos à maledicto liberaret, & benedictionē conferret, scilicet vt benedictio promissa Abraæ qua dictum est, In semine tuo benedicentur omnes gentes, completeretur in iustificatione gentiū per fidem Iesu Christi, qui est semen Abraæ. Ita enim nos Iudæos à maledicto redemit, vt etiam [in gentibus] quæ non erant sub maledicto legis, [fieret benedictio Abraæ] de gentium credulitate [in Christo Iesu, vt] tandem vtrique [accipiamus per fidem,] & non per legis opera [pollicitationem spiritus, id est, beatitudinem, quā spiritus sanctus in aram datus promittit, vel pollicitationem spiritus, vel spiritū sanctum promissum credētibus, siue pollicitationem spiritus, id est, munera gratiarum à spiritu sancto promissa.

*Fratres, secundum hominem dico: tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit aut superordinat.*  
 Hebr. 19  
 Gene. 12.  
 22.  
*Abraæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus.*

Locutus sum superius secundum rationes & secundū scripturarū autoritates, quod per fidē, non per legem datur spiritus sanctus & iustitia & beatitudo: nunc fratres hoc idem [dico secundum hominem, id est, secundum humanam consuetudinē, in qua licet sæpe desit firmitas, ta-

men firmū est testamētū hominis, id est, ab homine factum suis hæredibus. Sic & testamētū diuinarū promissionum datum Abraæ, non potest per subsequenter legē infirmari. Quauis enim secundum hominē loquar, tamen hominis cuiuscunque testamētū, id est, chirographū, in quo constituit qui post se suā possideant hereditatem, postquam morte eius fuerit confirmatū. Mors enim testatoris, confirmatio est testamenti. nemo alius vltra spernit illud, vt irritum ducat, volens ex toto destruere, omnes hæredes auferendo & alios ibi ponendo: nec etiam superordinat, vt partim destruat & partim sic dimittat, alios ex hæredibus relinquendo, & alios tollendo, ac pro eis alios ponendo. Et si testamentum hominis iam mortui, & in puluere reuerſi, non mutatur, sed ita permanet, vt ille dū adhuc viueret constituit, quanto magis testamētum Dei viuentis & æterni sine immutatione permanet? Nam sicut [hominis confirmatū testamentum nemo spernit aut superordinat,] sic testamentū Dei factum Abraæ & semini eius, in quo Deus constituit vt Abraam cum semine suo sit hæres patriæ cælestis, non facit irritū lex subsequens, neque vel ex parte immutat. Abraæ nanque [dictæ sunt promissiones, id est, frequenter promissa est illi diuinitus hereditas] & semini eius,] velut dum sub specie terræ Chanaan promitteretur ei terra viuentiū, dicente domino: Omnem terrā quam conspicias, tibi dabo & semini tuo. [Non dicit & feminibus] tuis dabo terram hanc, [quasi in multis] feminibus, id est, in multis filiis esset possidenda, [sed quasi in vno] semine, id est, in vno filio sit obtinenda, [ & semini tuo,] inquit, dabo illam, [qui est Christus.] Ideo posuit Qui, & nō Quod, quia Quod relatiuū nomen, positum inter proprium & appellatiuū, ad propriū debet respicere, sicut hic ad Christum, licet Christus non sit pure nomē propriū. Abraæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Semen Abraæ Christus est, quia de Abraam processit populus Israël: & de populo Israël nata est virgo Maria quæ peperit Christum. Et quia & nos ad id pertinemus quod est Christus, nobis simul incorporatis & illis capiti cohærentibus vnus est Christus. Nam Christus vnus est cum omnibus mēbris suis, tāquā caput cum corpore suo, quod est ecclesia. Vnū ergo semē posuit Apostolus, vt ostenderet Galatas & alias gentes in fide non esse inferiores Iudæis, nec Iudæos illis superiores, sed omnes semen in fide, quasi vnū corpus Christi. Quod ne ipsi post perceptionē torperēt à bono opere, sed vnusquisque fratrem suum in sanctis actionibus studeret præuenire, vt posset illum & in remuneratione præcedere, quoniam vnusquisque propriam mercedem accipiet secundū suū laborem, & in domo patris mansiones multas sunt. Ideo posuit promissiones pluraliter, vt per merita dignioris vitæ festinaret ad premiū maioris gloriæ, quia & stella à stella differt in claritate. Sed tamen (vt diximus) vnus est semen cui factæ sunt istæ promissiones, quia vnus remunerationis denariū omnes accipient: & omnes sunt vnus in Christo. Non enim dicit Deus Abraæ, Tibi & feminibus tuis dabo hereditatem

tem vel benedictionem, quasi in multis feminibus vel filiis velit hoc intelligi, sed quasi in vno, id est, Christo, vtpote re vera in vno semine Christo volens intelligi: & semini tuo, inquit, dabo hereditatē siue perpetuam benedictionē, quod semen est Christus cum corpore suo.

*Hoc autem dico, testamentum confirmatum à deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est, lex non irritum facit ad euacuandam promissionem. Nam si ex lege hereditas, iam non ex promissione. Abraæ autem per repromissionem donauit deus.*

Abraæ dictæ sunt promissiones. Lex verò post data, non destruxit illas. Fecit enim Deus Abraæ testamentum promissionum hereditatis, sed ego Paulus dico, quia [lex quæ facta est] in Sina [post quadringentos & triginta annos] à tempore promissionum, [nō facit irritum, id est, falsum,] [hoc testamentum] diuinarum promissionum, confirmatum nō ab homine, sed [à deo,] non facit hoc irritum [ad euacuandā promissionē] dei, quæ in eo facta est de æterna hereditate. Quod faceret, si per eam daretur hereditas regni cælorum. Hoc nanq; sonant verba istius versiculi, quod lex illa quæ data est sancto Moyſi, non potest euacuare vel cessare promissiones illas, quas longo ante tēpore deus Abraæ locutus fuerat. Postquam enim dominus beato Abraæ promissiones illas spondere dignatus est, descenderunt in Aegyptū filij Israël, & habitauerūt ibi quadringētis triginta annis. Quibus expletis, exierunt inde, & ita dominus legē etiā dedit Moyſi in monte Sina. Non ergo decebat vt lex tanto post tempore data, faceret irritū, id est, callum & falsum, hoc sanctum testamentū prius ab omnipotēte deo confirmatum. Volebant enim pseudo apostoli, vt lex faceret illud irritum, dum conarentur asserere iustificationem & regni cælestis hereditatē non per gratiam, vt deus Abraæ promiserat, sed per legis opera dari: & ita euacuaretur diuina promissio, & deus fieret mendax. Sed nō facit lex illud irritum, vt promissionem euacuet, dādo cultoribus suis hereditatem salutis: quia [si ex lege, id est, ex legis operibus esset hereditas, id est, eterna beatitudo, iam nō esset] ex promissione, id est, ex dono dei, & ita fallax esset promissio. hoc est, si ex lege Moyſi proueniret cælestis hereditas, promissio quæ facta est Abraæ, non esset vera, quoniā ex illa nō daretur hereditas. Si est ex lege hereditas, iam nō est ex promissione. Sed est ex promissione, ergo nō est ex lege. Et quod sit ex promissione, Apostolus subiungit, dicens: [Abraæ autē per repromissionē donauit deus,] hoc est, hereditatem donauit deus Abraæ non per legē quam nō habuit, quæ nō dum erat, sed per gratiā quam repromisit. Hoc constat omnibus, quia Abraam habet hereditatem, quoniā nullus id negare potest. Et cū habeat, aut per obseruantiam legis habet, aut per gratiam promissionis: sed per legis obseruatiam non habet, quia lex nondum erat data, ergo per

gratiam diuinæ promissionis habet illam. Et si beatus Abraam ex gratia supernæ promissionis per fidem adeptus est hereditatem, cōsequens est, vt & nos qui semen eius sumus, eādē hereditatem ex gratia diuinæ promissionis consequamur per fidem. Repromissionē ideo dixit, quia non semel deus hæc Abraæ promisit. Gene. 12. 15. & 22.

*Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est, donec veniret semen cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnus non est. Deus autem vnus est.*

Poterat aliquis interrogare: Si lex hereditatē patriæ cælestis dare non potuit, quid igitur data fuit post Abraæ promissiones? Et ideo Apostolus ipse quæstionē sibi proponit, & ipse soluit. Quasi dicat: Quandoquidē ex lege non est iustitia neque hereditas, quia nec cultores suos iustificauit, nec regnum cælorum illis aperuit, [Quid igitur lex] vtilitatis contulit? Quærendum est enim cur diuinitus data sit, qua vtilitate, qua necessitate data sit, quid cōmodi dederit, cur inter illa duo interuenerit, scilicet inter promissionem & rem promissam. Nunc ostendit quare data sit. [Posita est,] inquit, inter promissionem & promissam hereditatem, propter illos qui naturalem legē transgrediebantur, vt vel timore cessarent transgredi, & paulatim erudirentur ad hoc, vt bona ex amore facerēt. Sed videamus ordinem constructionis. [Lex ordinata per angelos in manu mediatoris, posita est] in populo Iudæorum [propter transgressionem, donec veniret semē cui deus] promiserat. Lex est ordinata per angelos, quia nō per seipsum deus, sed per angelos Moyſi loquebatur, & præcepta legis disponebat. Et quia in ipsis angelis Christus erat, qui est mediator Dei & hominum, ac per eos legem ordinabat, ideo dicitur ordinata fuisse per angelos in manu mediatoris. Ordinata est ergo, id est, bono ordine posita inter promissionē & promissionis red- ditionem: ordinata est inter tempus naturalis legis, de qua coniuncti fuerāt homines, quod iuuare non potuit: & tempus gratiæ, ante cuius aduentū erant conuincendi de lege scripta. Et ideo qui nunc legem post aduentū gratiæ reducit, contra ordinē qui diuinitus per angelos dispositus est, facit. Ordinata est enim ita, vt semper esset in manu mediatoris, id est, in potestate Christi, vt quandiu vellet maneret, & quando vellet cessaret. Et tali ordine posita est in populo Iudæorū propter transgressionem illorū coercendas, vt scilicet audirent, Si quis hoc vel illud fecerit, morte moriatur, vel talem pœnā patiatur, saltem timore mortis aut pœnæ desisterent peccare. Nam propter iustos & prophetas non fuit posita, qui non timore pœnæ, sed amore iustitiæ Deo seruiebāt: & plenā habentes de Christo fidem, iam ad noui testamenti gratiā pertinebant, & in filiorum libertate iam viuebāt: sed tamen ipsi propter varias causas eiusdem legis opera carnaliter faciebant, tum quia intelligebant illa esse futurarum rerum signa, tum quia

**G**æteris pro quibus ipsa lex data erat, exemplum dare volebant obseruandi eam. Si enim qui sapientiores & sanctiores erant, ipsi carnales obseruantias legis postponere viderentur, iam populus ille minus eruditus putaret legem esse inutilem, nec custodiret eam. Illi autem qui timore pœnæ legem ipsam carnaliter obseruabant, & redemptionem humani generis expectabant, ac de aduentu redemptoris qualiscunq; fidem habebant, licet non ita plenam ut prophetæ, per eundem redemptorem saluati sunt, & si non habent magnitudinem sublimioris gloriæ quâ assecuti sunt prophetæ. Quia verò ex semine Abraæ Christus erat nasciturus, in quo omnium gentium fuerat benedictio repromissa, & per quæ patria cælestis erat danda, & ab Abraâ usque ad ipsum Christum, multa fuerant secula transitura, prouidens deus ne soboles dilecti Abraæ cæteris nationibus misceretur, & paulatim familia eius fieret incerta, gregem Israëliticum quodam circūcisionis cauterio denotauit, ut viuētes inter Aegyptios, Chananæos, Assyrios, hoc signaculo distinguerentur. Quādiu enim fuerūt in Aegypto, inter idololatrias & immundos circūcidebatur ut se populū dei dissimilē ab illis semper cognoscerent, nec opera eorum aliquando facerent. Sed postquam in desertum peruenere, circuncisionem dimiserunt, præfente ipso legillatore, quoniam omnes Iudæi colentes unum deum, & gentes cum quibus in idololatria miscerentur non videbāt. Statim autem ut Iordanis ripam transgressi sunt, circuncisionem quā intermiserant, repetierunt: propter quod & secunda vocata est illa circuncisio, quia inter gentes conuersaturi, timebant ne ad idololatriam exēplo gentiū declinarent, & ideo se illis dissimiles ostendere volebant. Vnde possumus videre circuncisionem & carnales legis obseruantias prophetis & cæteris iustis ad nouum testamentum pertinentibus, nullatenus fuisse necessarias, eò quod non timore pœnæ, sed amore iustitiæ deo seruirent, & se ab omnibus idololatriis dissimiles sine lege cognoscerent. Nunc quoque iam nec signo circuncisionis, per quod dei populus agnoscat, opus est: quia modo non vna gens est dei, sed ex omnibus gentibus vna congregatio, quia iam venit expectatio gentiū

Iosue. 5

Iosue. 5.

Gene. 49

Christus. Itaque non propter iustos (ut diximus) posita est lex, sed propter cæterorum transgressiones refræandās, quæ præcesserant, vel voluntatibus eorum instabat. Et posita est donec veniret semen Abraæ cui deus promiserat. i. ad hoc posita est, ut duraret donec veniret Christus, cui pater promiserat supernam hereditatē, ut cum corpore suo quod est ecclesia, perenniter eam possideret. Qui ergo legem adhuc vult protelare, aut Christum negat venisse, aut Deū usque ad aduentum eius legem posuisse. Apostolus verò quia mediatoris mentionem fecerat, vult ostendere de quo dicebat, & quā misericorditer ille mediator curā nostræ salutis semper habeat. Ait enim: [Mediator autem vnus non est.] Lex enim est in manu mediatoris, sed mediator non est vnus rei, vel vnus partis, sed duarum. Quod est dicere: Mediator, id est, cō-

reconciliator vel prælocutor, non est necessarius vni rei vel vni parti, sed duabus. Inter duos enim reconciliandos, necessarius est mediator qui vtrique sit amicus, id est, inter duos discordantes mediator. i. reconciliator debet currere, qui valeat illos ad pacis concordiam reuocare, sicut Christus per humanitatem suam nobis amicus, & per diuinitatem suam patri, sanguine suo pacem inter nos & Deum fecit. Mediator non est vnus, sed [deus est vnus.] Igitur mediator non est dei solius, sed dei & hominū. Inter nos enim & deum Christus mediator est: ac per hoc dum per humanitatem suam nos deo reconciliat, patri & sibi sanctoq; spiritui reconciliat, quoniam trinitas vnus deus est. Vel ita: Mediator non est vnus, sed duorum: quia duos discordes populos, Iudaicum & gentilem, Christus pacificauit, faciens ex utroq; vnum Christianum populum. Christus est duorum mediator, sed deus est vnus: quia pater & filius non sunt duo dii, sed vnus deus. Quauis enim pater sit deus, & Christus deus, vterque tamen vnus est, non duo dii. Sed prior sententia melior est & verior. **L**

*Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex, quæ posset viuificare, verè ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.*

Quia dictum est superius, quod si ex lege est hereditas, iam non est ex promissione, videretur alicui quod lex esset contraria promissioni. Et hoc nunc Apostolus quasi vice aduersarij obiicit sibi ipsi, & refellit. Quandoquidem (inquit) ex promissione non potest hereditas esse, si fuerit ex lege, [ergo lex est aduersus promissa dei. i. contraria præcedentibus promissis, quæ deus Abraæ responderat. Absit ut lex dei aduersetur promissis dei. Non potest hoc esse, ut deus legem dederit quæ aduersaretur promissis suis, quia iam in hoc sibi ipsi Deus esset contrarius. Nunquam lex subsequens aduersata est præcedentibus promissis: sed ut homines digne se præpararet ad ea accipienda, iugiter admonuit. Vel ita: Quandoquidem lex propter transgressiones posita est, ergo est aduersus promissa dei, ut per eam impleantur aliter quæ deus promissit. Absit hoc. Non est illis contraria, ut in aliquo obstat vel in aliam partem ea deflectat: quoniam aliter non potest haberi cælestis hereditas, nisi quemadmodum Abraæ promissum est. Lex enim non potest illam hereditatem dare, quia non potest veram iustitiam conferre, sine qua nullus ad supernam hereditatem valet peruenire. Et vere non potest iustificare, quia nec a morte peccati valet animam viuificare. [Si enim data esset lex quæ posset viuificare, vere ex lege esset iustitia.] Si per Moysen data esset lex, quæ posset homines ab interna morte, quam præuaricatione protoparentis & sua iniquitate incurrerant, viuificare, tunc sine dubio veram iustitiam lex ipsa posset conferre, per quam & regno cælorum homines essent idonei. Sed non est data

lex

**A** lex quæ posset viuificare, imò quæ posset occidere. Litera enim occidit, spiritus autem viuificat. Litera enim legis prohibens peccatum, non viuificat hominem: sed potius occidit, augendo concupiscentiam & iniquitatem præuaricatione cumulando, nisi liberet gratia per legem fidei, quæ est in Christo Iesu, cum diffunditur charitas in corde per spiritum sanctum. Lex ergo Moysi non potuit viuificare, quia hoc seruabatur euangelicæ gratiæ. Quod pulchrè figuratum est, quando Giezi præcurrrens cum baculo, non potuit mortuum suscitare: sed Eliseus post veniens, suscitauit eum. Puer enim mortuus, humanum genus est, iacens in morte peccati. Giezi cum baculo, Moyses cum terrore legis. Eliseus subsequens, Christus post veniens. Sed Giezi præmissus cum baculo, non suscitauit mortuum: quia Moyses Christum præcedens cum terrore legis, non potuit humanum genus a morte animæ suscitare, quoniam iuxta Apostolum non est data lex quæ posset viuificare. Eliseus verò post veniens suscitauit puerum: quia Christus in fine legis incarnatus apparuit, humanum genus ab interna morte suscitauit. Lex itaque non potuit viuificare: quod si potuisset, tunc & iustificare valeret. Vnde liquido patet, quia euangelicæ gratiæ quæ mente a peccati morte viuificat, verè præbet iustitiam, quæ facit homines idoneos hereditati cælorum. Non est data lex quæ posset viuificare, sed potius scriptura. i. ipsa lex manens & scripta, vel quæ non dat spiritum, sed tantum est scriptura, [conclusit omnia] hominum genera [sub peccato. i. oēs Iudæos circunsepit, ac sub peccati dominio detinuit, ut a nulla parte iugui peccati dum in lege teneretur, possent euadere: vel quia tam difficilis erat, ut cum a nullo posset impleri, omnes faceret præuaricatores & accusabiles redderet, quod enim lex omnia quæ continebat sub peccato conclusisset, apte signauit piscina illa in Ierusalem, quinq; porticus habens, in quibus iacebat multitudo magna languentium. Nam aqua piscine, vel plebem synagogæ, vel doctrinam legis figurauit. Quinque porticus cingentes piscinam, quinque libros legis concludentes synagogam. In quibus porticibus iacebat multitudo magna languentium, quoniam scriptura legis (sicut nunc dicitur) conclusit omnia sub peccato, omnēq; qui intra legis ambitum clauderentur, iacebant in languore peccati, expectantes medicum Christum, per quem sanarentur. Ideo autem scriptura conclusit sic omnia sub peccato, ut homines nota sua & legis infirmitate, properarent ad gratiam, & ita promissio benedictionis & hereditas Abraæ daretur eis credentibus non ex operibus legis, sed [ex fide Iesu Christi.]

*Prius autem quam veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fide quæ reuelanda erat. Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iam non sumus sub pædago.*

Modò fides nos liberat, & facit cōsequi pro-

missionem: sed priusquam cum Christo veniret, custodiebamur sub lege. Lex enim conclusit omnia sub peccato, sed tamē fuit utilis: quia custodiebamur sub illa, priusquam spōte sua [veniret fides,] nullis meritis nostris aduocati, [sub lege custodiebamur conclusi. i. constricti timore velut serui, ut nos ita concluderet onere carnalium obseruantiarum, ne per insolentiam & lasciuam euagaremur ad idololatriam. Ideo conclusi custodiebamur, ut legis disciplina coerciti, duceremur [in eam fidem quæ] tempore Christi [reuelanda erat,] vbi multa sunt patefacta, quæ prius erāt clausa & velata. Custodiebamur conclusi quasi in ergastulis seruire coacti, ut transiremus in eam fidem quæ erat reuelanda. i. in manifestissimam & plenariam fidem, quæ erat tempore gratiæ detegēda, quia in antiquis sanctis erat velata. Et quia lex nos custodiuit ad fidem, [itaque lex] eadem [fuit pædagogus noster] id est, nos sensu pueros ab illicitis comprimens & ad recta dirigens timore pœnarū. Quia enim nos custodiuit donec ad fidem liberi veniremus, idcirco pædagogus noster fuit, id est, custodia ad tempus, non ut semper maneret, sed sicut pædagogus cessaret. Sicut enim pædagogus flagellat puerum, ut hunc reddat aptum ad regendam domum, & possidendam hereditatem patris in ætate sua virili, ita lex fuit nobis imposita custodia, ut onera legis grauiā saltē metu pœnæ seruata nos reprimerent, ut idoneos hæredes summi patris nos facerent. Lex fuit nobis pædagogus [in Christo. i. in expectatione Christi, ut sic venientes ad fidem quasi pueri ad perfectionem, [iustificemur nunc ex fide,] & iustificati consequamur hereditatem. Ante fidem fuimus sub pædago, id est, sub distractione & onere legis, sed postquam [venit fides,] iam non sumus sub pædago] seruitutis legis, sed in libertatem charitatis, ut pote non iam pueri sensibus, sed adulti.

*Omnes enim filij dei estis per fidem quæ est in Christo Iesu. Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus neque Græcus, non est seruus neque liber, non est masculus neque femina. Omnes enim vos vnus estis in Christo Iesu. Si autem vos Christi, ergo semen Abraæ estis, secundum promissionem hæredes.*

Quasi dicerent Galatæ, Iudæi legem pædagogum habuerunt quæ illos custodiuit, & ideo nunc filij possunt esse per gratiam, ut cælestis patriæ hereditatem accipiant: sed nos qui non habuimus pædagogum, non sumus filij: ideoq; necessarius est nobis pædagogus, id est, lex, ut possimus esse filij. Respondere videtur Apostolus: Non est verum. Nam [omnes per fidem] quæ accepistis sine pædago, facti [estis filij dei, id est, apti hereditatē possidere cælestem. Vel potius ita continuatur: Nos Iudæi tempore fidei pædagogum deserimus, quia omnes vos gēti-

Anselmus  
hec duo  
verba,  
quæ est,  
non legit.  
F  
Roma. 6.



**G**les qui nō habuistis pædagogum, estis filij Dei per fidem. Nos qui exemplo vestro pædagogū deserimus, & vos illum accipitis, filij estis per fidē, existentes [in Christo Iesu, id est, facti mēbra Christi, & participes innocentie ac sanctitatis eius, & ita digni possidere filiorum hæreditatē. Et verè estis in Christo per fidem, quam suscepistis in baptismo. Nam quicumque, id est, cuiuscūq; conditionis vel sexus vel ætatis, [baptizati estis in Christo, id est, in Christi nomine, vel in Christo, id est, in Christi baptismo, quē ipse fieri decreuit in aqua & in spiritu ac in nomine trinitatis, [Christum induistis, id est, Christum pro veste accepistis, vt indumēto iustitie illius circumdati, non ostendatis vltra iam ab vlla parte quicquā in operibus & conuersatione vestra, nisi sanctitatē Christianitatis. Christum vestem accepistis, quod est vobis honor & cōtra tērationū æstus protectio. In qua Christi induitione [nō est Iudæus neque Græcus,] id est, in illa Christi conformitate nec Iudæus

**H** prodest, neque Græcus obest: quia nec Iudæus propter iudaismum suum est ibi superior, neq; Græcus propter græcitatē suā inferior. Sed nec seruus est ibi abiectior, quoniā sine discretione nationis ac conditionis ac sexus estis omnes in Christo. Non estis ibi differentes, quia omnes vos siue Iudæi, siue Græci, siue serui, siue liberi, siue mares, siue fœminæ, [vnū estis in Christo Iesu] per vnitatem fidei & charitatis. Et si nos sic viuificat fides, per quā in hac vita rectē ambulatur, quāto perfectius atque felicius nos efficiet ipsa species, qua videbimus sicuti est id ad quod tendimus? Oēs enim vnum estis in Christo, id est, in Christi corpore, & ita eius mēbra estis effecti. Sed si vos mēbra Christi estis, id est Christo vniti, [ergo semen Abraæ estis,] futuri hæredes regni cælorum nō secundum carnem, sed [secundum promissionem] quam deus fecit Abraæ. Vos enim facti estis hæredes secundum promissionem Abraæ gratia Dei. Non de carne Abraæ fecit illi cohæredes Deus. Nam imitando fidem Abraæ, facti estis filij Abraæ.

## CAPVT III.

**I**co autem: *Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est vsque ad præfinitū tēpus à patre. Ita & nos cū essemus paruuli, sub elemētis mundi eramus seruientes. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filiū suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.*

Ab eo loco quo dixerat, iam non sumus sub pædagogo, fecit vsq; nunc interpositionē propter Galatas. Modò autē exponit, qua similitudine vocauerat legē pædagogum, & adaptat si-

militudinē, atque ostendit quia non debuimus K esse sub lege, postquā fides venit. Quasi dicat: Superius dixi manifestē, quia priusquā veniret fides, sub lege quasi sub pædagogo custodiebamur: postquam verò fides venit, iam non sumus sub pædagogo, sed nunc dico id ipsum per similitudinē: Quia scilicet puer, qui patris sui futurus est [hæres, quāto tēpore est paruulus] ætate & scientia, [nihil differt à seruo, id est, cogitur alterius parere voluntati, & nullam potestatem habet, cum (id est, quauis) sit iam secundū naturā [dominus omnium] quæ pater eius possidet. Non quidem est seruus, sed tamen nihil differt à seruo: quia non est speciose vestitus, nec est in libera potestate sua, sed sub custode qui illū seruat, & ducit quo ducēdus est. quoniā <sup>αἰς</sup> puer dicitur, & <sup>αἰς</sup> duco. Nō differt à seruo, [sed est sub tutoribus,] qui tuentur illum ab iniuriis: & sub actoribus, qui pro illo agant ea quæ necdū ipse valet aut scit agere. Vel sub actorib<sup>9</sup>, id est, præceptoribus & morū informatoribus, quorum autoritatē & grauitatē sequatur, & qui autoritate sua pro illo causas ipsius agāt. & est sub illis [vsque ad tēpus præfinitum à patre, id est, vsque ad quinq; annos, vel vsq; ad aliud tēporis spatium quod pater eius præordinauit, vt deinceps liberæ voluntati suæ relaxetur. Simili modo sentiendū est & de populo Iudæorū, qui per Christi gratiam futurus erat regni cælorū hæres: quia quādiu fuit sciētia & actione paruulus, seruili timore compressus sub disciplina legis quasi sub districtione pædagogi, & coactus seruire præceptis diuinis, cum tamen futurus esset per Christum dominus omnium bonorum patriæ cælestis, id est, possessor cælestiū diuitiarū. Quando erat paruulus cognitione dei & viribus resistendi peccato, non differebat à seruo: quia lex ei dominabatur, & minis eū terrebatur ne peccare auderet. Nam erat sub tutoribus & actoribus, id est, sub legis sermonibus, qui velut tutores cōtra malignorū spiritū impugnationes, & contra gentiliū ad idololatriā pertuasiones defendebant, illum admonēdo & increpando atq; puniendo, & velut actores informauerunt mores eius, atque causam ipsius apud Deum egerunt, dum per sacrificia & expiationes Deum ei placauerunt. Et sub his fuit vsque ad præfinitum tēpus à patre, id est, vsque ad aduentū Christi, in quo Deus constituit vt populus ille perfectus & liber fieret, & hæreditatē obtineret. Si verò prædictis tutoribus vel actoribus quādiu paruulus fuit, dedignaretur subiici, nō posset idoneus esse opportuno tempore paternam hæreditatem adipisci. Nam hæc ita debere intelligi declarat ipse Apostolus, dū consequenter similitudinē adaptat, dicens: Ita, id est, similiter vt prædictus puer, & nos Iudæi [cum essemus paruuli] nō ætate, sed intellectu & discretione ac mentis viribus & operum actione, [eramus seruientes, id est, in seruitute legis viuentes,] [sub elemētis mundi, id est, sub carnalibus obseruatiis quibus cōprimebamur, ne libere lasciuire liceret. Sicut enim pueri discunt elemēta & coniunctionē elemētōrū, nec tamen possunt intelligere profunditatē sententiarum quousque sint in libera potestate, postea verò

**A** verò se conferunt ad liberales artes, nec tamen possunt ad harum scientiā venire nisi per elementa, sic Iudæi per carnales legis obseruantias instructi sunt. Ipsæ fuerunt illis quasi elementa .i. primordia per quæ venerunt ad fidem, & ad maiorem dei cognitionem, scilicet ad spiritualementem intelligentiam ipsarū carnalium obseruantiarum. Quæ elementa dicuntur mundi, quia data sunt amatoribus huius mundi, qui nesciebant appetere æterna & inuisibilia, sed tēporalia & visibilia: ideoq; terroribus corporalium pœnarū & promissionibus tēporalium bonorū per legem pueriliter siue seruiliter cōpellēdi erant ad dei cultum. Elementa ergo mundi, lex Moysi & omne vetus instrumentū intelligitur, quibus & nos adhuc quasi elementis & religionis exordiis Deum discimus: quomodo elementa appellantur literę, per quas syllabas ad verba coniungimus, & ad texendam orationem lōga meditatione procedimus. Ars quoque musica habet elementa sua, & geometria ab elementis

**B** incipit linearum. Sic elementis veteris instrumenti, vt ad euangelicam plenitudinem veniat, sancti viri eruditur infantia. Vnde & ceterisimus nonaudecimus Psalmus, omnesq; alij qui literis prænotantur, per Ethicam nos ducūt ad theologiam, & ab elementis occidentis literę quæ destruitur, transire faciunt ad spiritum viuificatē. Propter quod & elementa quasi eleuamēta dicuntur, quia nos eleuāt à visibilibus ad inuisibilem intelligentiam. Sub quibus elementis .i. sub lege & prophetis carnaliter intellectis seruiliter tenebantur Iudæi, dum essent paruuli, & nescirēt seipsos regere, ideoq; indigerēt pædagogi districtione & instructione. Ita, inquit, dum essemus sensu paruuli, eramus seruiētes sub elementis mūdi vsq; ad præfinitum tēpus à patre. Sed postquam [venit plenitudo tēporis .i. postquam impletum omne spatium illud tēporis, in quo cælestis pater præfinituerat nos sub legis quasi sub pædagogi districtione more puerorum manere, & nō in virilis animi robur proficissemus, nec iam pædagogi custodia indigeremus, tūc deus pater, vt nos à vinculo pristinae seruitutis absolueret, misit non angelum, non archangelum, sed [filiū suum] vnigenitū. Misit eum .i. fecit incarnari, vt hominibus esset visibilis, ipsum dico, secundum carnem [factum ex muliere .i. ex fœmina matre, qui secundum diuinitatem non est factus, sed genitus à patre. Et] factum sub lege .i. creatum secundum carnē legis obseruatione, vt susciperet circumsionem & portaretur ad templum cum hostiis iudaico more, sicut veraciter filius Abraæ cui promissus fuerat. Hūc ergo deus factum ex muliere .i. maternę carnis substantia sine virili admiratione conceptum, ad humanos aspectus hominem verum protulit: qui in diuina virtute ac sustantia manens per omnia quod erat, veram naturam mortalis infirmitatem, quem non habebat, induit. Vfus nanque diuinarum scripturarum, & maximē Hebraicarum, mulieres appellare cōsuevit, nō corruptas, sed fœminas, sicut legim<sup>9</sup>, quia ædificauit dominus deus costā quam tulerat de Adā in mulierē, & adduxit eam ad Adā.

**Vt autem dei filius nobis necessaria obediendi**

virtutem præcipuo commendaret exemplo, factus est sub lege .i. subditus est legi: nō quia ipse quicquam legi deberet, qui vnus est legislator & iudex, sed vt eos qui sub lege positi legis onera portare nequuerant, sua compassione iuuaret, ac de seruili conditione quæ sub lege erat, ereptos in adoptionem filiorum quæ per gratiam est, sua largitate reduceret. Factus est sub lege, [vt eos qui sub lege erāt redimeret, id est, à legis seruitute liberaret, sicut & mortē subire dignatus est, vt eos qui mortis dominium euadere non poterant, à morte redimeret. Factus est sub lege, vt non ab ea expiaretur, sed vt eos qui sub illa erāt presci & rei, liberaret: ita vt nos omnes Iudæi & gentiles reciperemus pariter [adoptionem filiorum,] quia nostrā participauit naturā, & nos adoptauit ad suam. Propterea ergo voluit sub lege fieri & legem implere, vt eos qui erant sub onere legis compressi, à iugo legis redimeret: & nos omnes, tam Iudæi quā gentiles, per gratiam nouæ libertatis reciperemus adoptionem filiorū, quam in Adam perdidderamus, id est, efficeremur adoptiui filij, ac hæreditatem patris æterni consequeremur.

*Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda nostra, clamantem, abba pater. Itaque iam non est seruus, sed filius. Quod si filius, & hæres per Deum.*

Modò repetit quod superius dixerat, Galatas esse filios dei, vt ostendat similiter illos adoptiuos filios esse, sicut Iudæos, quasi dicat: Dixi vos esse filios dei p fidē. Nec frustra hoc estis. Sed [quoniam] vos Galatæ [estis] adoptiui [filij dei,] sicut & nos Hebræi, [misit deus spiritum] naturalis [filij sui in corda nostra, id est, spiritū sanctum qui & à patre procedit & à filio. Nam

**I**oan. 15.

qua procedit à patre. Et ideo dicit eum Apostolus mitti à patre & filio, vt ostendat eum ab vtroque procedere. Misit Deus pater spiritum filij sui in corda nostra .i. in corda nostra omnium nostrum qui credimus, tam Iudæorum q̄ gentiliū. Nam propter vtrunq; populum misit eū [clamantem, abba pater.] Clamat enim in cordibus nostris ad deum .i. magna piæ mentis deuotione facit nos intus clamare, ô abba pater. Abba nāque & pater, idem est. Sed propter Iudæos clamat abba, & propter gentiles pater, vt ostendat ambos vnum patrem habere Deum. Abba enim Hebraice, pater dicitur. Effectus ergo probat vtrōsq; dei filios esse dū in cordibus vtrorunq; clamat spiritus sanctus ad Deum, abba pater. Et quid est spiritualis ille clamor, nisi pius affectus electorū erga deū, & pia mentis postulatio esurientis & sitiētis iustitiæ? Quia verò superius dixerat hæredem, quādiu paruulus est, nihil à seruo differre, quod de populo q̄ sub legis seruitute fuerat, mysticē voluit intelligi, & addiderat quomodo idem populus per aduentum filij dei liberatus sit, facit inde cōsequenter illationem, quod iam nō sit seruus. Ac si dicat: Populus ille q̄ prius erat sensu & actione

**G**ne paruulus, & sub lege seruiliter deprimebatur, postmodū per gratiā vnigeniti dei est in libertatē adductus, & in filiū adoptatus. [Itaque iam nō est seruus] vt antea sub lege, [sed filius,] quia filiorū adoptionem recepit dono gratiæ. Vel ita: Spiritus Christi clamat ī cordibus vtriusque populi, abba pater. Itaq; iam neuter eorum est seruus, post acceptiōē sancti spiritus, sed est per gratiā filius. [Quod,] id est, sed iam [filius] est, ergo [ & hæres ] in futuro erit [per deum,] id est, per dei operationem & per dei gratiam. Vel per deum iuro ita fore. Hæc enim filiatio & hæreditas vtrique populo concessa est. Sed quia Galatis Apostolus loquitur, ad eos sequentia verba respiciunt, cum dicitur:

*Sed tunc quidem ignorantes deum, his qui natura nō sunt dij, seruibatis. Nunc autē cum cognoueritis deum, imō cogniti sitis à deo, quomodo conuertimini iterum*

**H** ad infirma & egena elementa, quibus denuo seruire vultis? Dies obseruatis & menses & tēpora & annos. Timeo vos, ne fortē sine causa laborauerim in vobis.

Modō, inquit, estis filij, sed prius eratis serui nō in carnalium legis ceremoniarum seruitute, sicut Iudæi, sed idolorum: quia [tunc quidem ignorātes deum, seruibatis his qui nō sunt dij natura,] sed opinione insensatorū hominum, id est, non sunt naturales, sed falsi dij. Hic ostendit non esse seruendū, nisi illi qui natura deus est. Tunc quidē ignorabatis verum deū, cui soli seruiendū est: & ideo aliquid excusationis habebatis, quod falsis diis seruibatis. Sed [nunc cum] iam [cognoueritis deum,] nulla vltius vobis superest excusatio, si erraueritis, sed longe deterius quā olim, delinquetis. Nunc nō est iam locus errandi, cum aperta sit veritas, cū cognoueritis deum per fidem, [imō] melius possum dicere, [cum sitis à deo cogniti, id est, approbati per bonam operationē. Vel deus cognouisse dicitur, quia fecit vt ab his cognosceretur, à quibus ignorabatur. Neque enim fas est vt credamus quod tunc Galatas deus primo cōgnouerit, quos ante mundi constitutionē procognitos habuit: sed tunc cognouisse dictus est, quod tunc vt cognosceretur effecit. Nam quia tunc ipsi eum illius munere, nō suo merito vel facultate cognouerant, maluit typice loqui, vt tunc ab illo cognitos diceret, quando eis cognoscendum se pręstitit: & verbum corrigere, quasi hoc minus recte dixerat, quod pprie dixerat, quā finere vt hoc sibi arrogarent, se potuisse quod eis posse ille donauerat. Cū enim dicitur, quod nos cognoscit deus, cognitionē suā nobis pręstat vt per hoc intelligamus, ne hoc quidē nobis tribuendum, quod nos scimus deum, sed eā quoq; sciētiam illius misericordiæ tribuamus. Prius quidem (inquit) per ignorātiā dei seruibatis idōlis: sed modo cum iam cognoueritis deum, imō cogniti sitis à deo, id est, cognitionem eius perceperitis ab ipso, [quomodo, id est, qua causa, qua ratione,] conuertimini iterū

(vt ante Dei notitiā) ad seruitutem erroris? **K** Quomodo postquam vobis veritas illuxit, conuertimini iterum ut antea, dum à Iudæis efficeremini profelyti? Quomodo (inquam) conuertimini [ad elementa, id est, ad carnalia legis mādāta, quæ sunt diuini cultus Iudæis exordia, & sunt [infirma,] quia per se non valent cultores adiuuare: [ & egena,] quia egent auxilio gratiæ? Quomodo ad hæc conuertimini, [quibus denuo, id est, iterū] vultis seruire? sicut quōdam eis seruiuerunt Iudæi, sed iam ab eorum seruitute sunt liberati. Illi deserunt eis seruire, & vos qua ratione vultis iterum eis seruire? Quæ scilicet elementa, id est, carnalia legis præcepta, prius fortia & velut quādam firmitatem dantia steterāt, dum Iudæos adhuc cōprimerent, & cohortarētur ad iustificationem fidei, & ad maiorem dei notitiā paulatim promouerent: & erant ditia, dum locupletarent eos, dando quādam ipsi apud homines iustificationem, vt non punirentur, vt nihil mali paterentur. Hæc namque erant illis quādam diuitiæ, quæ præparabant illos ad veras diuitias, ad fidem scilicet & iustificationem, nec non & ad hæreditatē in supernis accipiendam. Sed nunc infirma & egena sunt hæc elemēta, quia postquam veritas aduenit, iam neminem ad eius susceptionem præparant, iam neminē ad dei cultū cōstringunt, iam nihil præfigurāt, nihil cultoribus suis prosunt, nihil boni cōferunt. Et his ita destitutis ac inanibus elemētis vultis denuo seruire, sicut ante vgritatis aduentū Iudæi quōdā illis seruiuerūt, cum iam nemo debeat illis seruire, sed omnes in libertate quā Christus dedit, permanere: nec iam sub pädagogo viuere, postquam impletum est tēpus præfinitum à patre. Verē vultis denuo his elementis seruire, & post expletum infantię tēpus iterum iugo pädagogi colla vestra miserabiliter subdere. Nam [obseruatis,] id est, obseruare disponitis [dies,] sicut sabbatha. [ & menses,] sicut per primū & septimum mensem. vel menses, id est, exordia mēsiū, hoc est, neomenias. [ & tēpora,] sicut quando ter in anno omnes Iudæi ad templum conueniebant, ac solennitates agebant. [ & annos,] sicut septimum & quinquagesimum annum. Hunc annū Galatæ nuper subuersi necdū obseruauerāt, & ideo (secundū quod præmisimus) quod ait, dies obseruatis & menses & tēpora & annos, sic accipiendū est, nō quod iam obseruarent, sed quod hoc obseruare vellent. Non enim tam fecerant quā facere disponebant carnalia legis opera. Et quia talibus, inquit, subici nō respuitis, [timeo vos,] ne mihi damnū de vobis ipsi faciat, scilicet [ne fortē sine causa, id est, sine vtilitate vestra] laborauerim in vobis] cōuertendis & instruendis. Non idcirco timet eos, vt putet quod illi possint ei per apostasiam suam auferre mercedē laboris, quā in eorū instructione per tulit, sed quia metuit ne seipso à fide subtrahēdo, faciāt vt nō prosit eis labor apostolicus. Nō enim suam mercedem, sed illos amittere timet. Quod forte, id est, illorum arbitrio potest fieri. Vtrumlibet contingere valet, vt vel sine causa quantum ad eos laborauerit in ipsis, si in errore perdurauerint: vel nō sine causa, si respuerint. Dica-

**A** Dicamus quod nōnullis visum est, scilicet quia Galatæ partim ex Iudæis, partim ex gentibus ad fidem venerant, sed post discessum Apostoli cogebantur à pseudo prædicatoribus, hi qui de Iudæis conuersi fuerant, iterum Iudaizare: qui verō de gentibus crediderant, rursus elementa obseruare. Quibus aptē congruit quod dicitur: Sed tunc quidem ignorantes deum, his qui natura non sunt dij, seruibatis. Nunc autem cū cognoueritis deū, quomodo conuertimini iterum, sicut antequā deum cognouissetis, ad elementa, id est, ad impiam obseruantiam solis & lunæ ac stellarum & cæli ac terræ? Quæ quidē sunt infirma, quantum ad vos, quia neque vobis adiuuare: & egena, quantum ad se, quia nihil habent nisi ex dei dispositione, his tamen post nostram conuersionem vultis denuo seruire sicut antea. Nam dies obseruatis, dicentes: Nō proficiscar hodie, quia poster⁹ dies est, aut quia sic luna fertur: vel proficiscar, vt prospera cedat, quia sic se habet positio siderum. & menses obseruatis, dicendo, nunc agam hoc mense commercio, quia illa stella mihi agit mensem. vel idcirco agam, quia suscepit mensem. Et tēpora præuidentes in auguriis, quale tempus, siue carum, siue calidū aut pestiferum, enire debeat. Et annos, vt illi qui dicunt: Non plantabo hoc anno vineam, quia bisextus est. Siue ergo his, siue aliis peruersis modis, nonnulli Galatarum obseruabant dies & menses, atque tēpora & annos, & inde culpat eos Apostolus, atque oēs qui talibus obseruationibus adhuc student. & quā graue sit periculū talia obseruare demonstrat, dum esse in cassum quod illis qui hæc obseruant, laborasse timeret. Quis enim æstimaret quod magnum peccatum sit talia obseruare, sicut obseruant (vt dictum est) qui certis diebus aut mē sibus, siue tēporibus, siue annis, volunt, vel nolunt aliquid inchoare, eo quod secūdam vanas doctrinas hominum fausta vel infauista æstimāt tēpora, nisi magnitudinem ex timore Apostoli pensaremus, qui nunc talibus ait, Timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis?

*Estote sicut ego, quia & ego sicut vos: Fratres, obsecro vos nihil me lasistis. Scitis autem quia per infirmitatem carnis euangelizavi vobis iam pridem, & tentationē vestrā in carne mea non spreuistis, sed sicut angelū dei excepistis me, sicut Christum Iesum. Vbi est ergo beatitudo vestra? Testimonium enim perhibeo vobis, quia si fieri posset, oculos vestros eruissetis & dedissetis mihi. Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis?*

Ne labor meus in vobis sit inanis, [estote sicut ego] liberi à seruitute elementorum. i. à legis obseruatione carnali: [quia & ego,] qui legi subditus fui, & legis obseruantiam noui, sum

modo [sicut vos] sine lege. Nam quia ego qui legem habui cōsilio rationis eam deserui, ex quo Christū cognoui, scire potestis quia nihil vtile chisticolis in ea esse cōsideraui, quam sic ex toto reliqui. Si igitur ego qui hanc habebam, dimisi, tūc vos, qui eam non habetis, assumere nō debetis. Vel estote sicut ego in fidei charitate, quia & ego sum sicut vos homo correctus de errore. Nam & nunc potestis exemplo meo à legis obseruātia retrahi, sicut olī ab idolorū cultu reuocati. Et debetis esse sicut ego, quia [obsecro vos o fratres] vt sitis sicut ego. i. dulcedine fraternæ dilectionis rogo. Ideo vos fraterno amore obsecro, vt non inimicus decipere quæro, sicut falsi apostoli de me vobis asserunt: quia dum essem apud vos, [nihil me lasistis,] sed in magno honore habuistis. Superius aspere correctos nunc demulcet ac reuocat blā diendo, obsecrando, & bene gesta eorū memorando. Non me lasistis, sed potius vos ipsi [scitis] quia per infirmitatem carnis, id est, eo tempore quo infirmabar in carne mea, prædicaui vobis euangelium Christi iam pridem: & tamen [non spreuistis,] vt me vilem iudicaretis, [tētionē vestram in carne mea] ægotante. Tanta enim fuit infirmitas corporis in me, vt vos inde tentari possētis, & putare quod nō esset in me virtus aliqua spiritualiter, qui corporaliter sic infirmabar: nec essem apostol⁹ Christi, quē ita doloribus infirmitatis agitari permetteret. Vel hæc infirmitas fuit passio diuersarum tribulationū. [Euāgelizavi vobis iam pridem] per infirmitatē carnis. i. per tolerantiam aduersitatum, quibus vehementer affligebatur caro mea: & tentationē vestram in carne mea factam nō spreuistis. i. nō vilem existimaui istis passionem tribulationum mearum, per quem tentabamini vtrum timore me desereretis, an charitate amplecteremini. Et inde vos esse firmos cognoui, quod aduersitatibus quæ mihi in carne acciderant, non estis à charitate deflexi. Nam dum me propter annūciationem euangelij tam cōtumeliosē tractari ab incredulis videretis, vos quoque similiter ab illis male tractandos fore propter eiusdem euangelij susceptionem credere poteratis: & ideo cōsideratione tantæ persecutionis ac pœnæ quidam deficiebant à fide, vel metuebant ad eā accidere. Atq; ita omnes tētabantur, & alij probati, atq; alij reprobi per ignem tribulationis declarabantur. Illam infirmitatem, quæ in carne mea fuit vestra tentatio, non spreuistis, vt de me sic abiecto & afflicto non curaretis: nec ex toto respuitis, vt omnino conuerti propter illam renueritis, sed potius ita me excepistis, ac si nihil paterer, ac si essem immortalis & impassibilis. Cū tanta scilicet reuerentia me excepistis, cū quanta dei angelum venientem de cælo exciperetis: & vt plus dicam, ita me excepistis, sicut ipsum Christū, si descēdisset rursus in terram, & venisset vobis prædicare. Tantæ enim autoritatis me habuistis, ac si de sublimibus veniens angelus loqueretur vobis, vel ipse Christus angelorum dominus. Et quādo quidem in tanto honore me tunc habuistis, nunc autē sine causa spernitis ac respuitis, [ergo vbi est beatitudo vestra?] id est, illa affectio & humilis deuotio

**Q**uotio quā erga me habuistis, quæ erat causa futuræ beatitudinis vestræ. Bene reuocat illos; vocando illam affectionem beatitudinem: quia si causam amittunt, effectum perdent: si amittunt illam deuotam affectionem, perdent sine dubio futuram beatitudinem. Verè, inquit, [sicut angelum, vel sicut Christum Iesum me excepistis,] & inde beatitudinem meruistis: quia si posset iuste & cū mea vtilitate fieri, illa membra vera quæ chariora sunt in homine, tulissetis à vobis & dedissetis mihi. [Testimonium enim vobis perhibeo, quia si] ad vtilitatem ecclesiæ [si fieri posset,] si cū iustitia vestra & commoditate mea fieri posset, [oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi,] i. ad vtilitatem meæ prædicationis. Consueto more loquitur, sicut solemus dicere: de carne mea vellem pro vestro profectu dare, si possem. & propter nimiam erga se charitatem illorum exaggerandam dicit talia. Sed cū tanta charitas & tantus honor illi fuisset exhibitus, nūquid propter ipsum honorem sibi exhibitum, ac dilectionem peperit illis errantibus, ne forte negaretur ei & minus ipse cū argueret eos, laudaretur vel amaretur? Nō utiq; quia propter honorem sibi impensum non gaudebat, sed propter eorum salutem. Ideoq; propter eandem ipsorum salutem non timuit & vituperari ab illis vel odio haberi, dūmodo quod verum & vtile erat, prædicaret. Vnde mox subiicit: [Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis?] Quia, inquit, tantum me dilexistis, ergo propter veritatem quam annunciaui, inimicum vobis me factum putatis? Peruadebant enim illis pseudo apostoli, quod ipse causa odij nolisset eos docere circumcissionem, sed aliis illam prædicaret, & inde putauerunt eum sibi inimicum. Propter quod increpando nunc dicit: Ergo inimicus vobis factus sum, verū dicens vobis? Ac si dicat: Non debetis æstimare quod sim vobis inimicus, sed magis amicū me debetis agnoscere ex eo, quod purā vobis veritatem prædicauit, scilicet vt absque legis obseruantia per solius euangelij custodiam quæreretis saluari. vel quia nemo vult se argui, reprehēdens eos nunc videtur illis inimicus.

*Aemulantur vos non bene, sed excludere vos volunt, vt illos æmulemini. Bonum autem æmulamini in bono semper, & non tantum cū præsens sum apud vos filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Vellem autem esse apud vos modò, & mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis.*

Ego qui veritatem dico, videor inimicus: sed si blanditiis vos fallerem, tunc putaret amicus. Ego autem non sum vobis inimicus, sed illi potius, quos putatis amicos. Nam ipsi æmulantur vos non bene. i. non bona voluntate, quia non legitimo sponso vos æmulantur. Sācti viri æmulantur zelo dei anima fidelium, ne castitate mē-

tis quam Christo sponso illibatam seruare debēt, aliqua perfidie subreptiōe vel peccati per-  
 petratione violent. Et pseudo apostoli qualiter lo dei se istos æmulari fingebant, quos quasi per trāsgressionem legis à castitate spirituali recedere iudicabant. Sed non bene id faciebāt, quia ex quo sponso ipse Christus per fidem vobis iustificari decreuit, non est iam casta anima quæ per carnalia legis opera quærere iustificari, quoniam auersa est ab amore sponso. Et hoc est: Nō bene vos æmulantur, id est, non bene studēt in vobis castitatem custodire: [sed excludere vos volunt] à sponso thalamo, id est, ab ecclesia catholica, [vt illos] in fornicatiōe, id est, in hæresi sua foras [æmulemini,] id est, quodam mentis feruore studeatis imitari. Ipsi volunt vt illos æmulemini, id est, imitemini, vos autē nolite eos imitari, sed [bonum] quemlibet virum [æmulamini,] id est, feruenti amore imitari studeat: non ad horā, sed [semper,] & non in illis operibus, quæ vel mala sunt, vel nec bona nec mala, sed [in bono] tantum. Petrus enim bonus erat, & tamen in illa simulatione, qua metu Iudæorum à gentilibus qui crediderant segregabatur, non est imitandus, sed tantū in bono quod egit. Vel malū quod in pseudo apostolis est, nolite æmulari: sed bonum vbicumque repertum fuerit, æmulamini, id est, feruida mente imitamini in bono. i. in eo quod ipsum est bonum, non in alia re. Nonnulli enim bonū æmulantur nō in bono, quia videntes iustos pro bono opere laudari ab hominibus, student & ipsum opus agere, vt humanas laudes recipiant. Ideo tantū in bono, non autem in malo bonum est æmulandū. i. propterea solummodo quia bonum est debetis illud imitari, vt ipsum bonū vos delectet, & ex amore sequamini illud. Et hoc agite [non tantū cū præsens sum apud vos] corpore, sed etiā dū absens sum [ō filioli mei, quos] nunc iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. In absentia eius non æmulati fuerant bonum, sicut fecerant dum ille cū illis esset: & idcirco monet eos, vt non sint similes seruo ad oculum seruienti, sed bona facere studeant illo absente, sicut & præsente. Quos vocat filiolos, quia diminuto M corde fuerant: & rursus adhuc in obscuro matris utero manebant, nondum prolati in lucem per correctionem. Vocat & suos, quantum ad bonam voluntatem suam, & ad spem quā habet de illorum correptione. Qui materno more ex deo conceperat illos prius per bonam voluntatem ac dilectionē, parturierat per prædicationem, pepererat per ipsorum conuersionē. Sed postea per pseudo apostolos à vita fidei fuerat extincti. Ideo rursus modo concepit illos per bonam voluntatem, & iterum prædicando laborat vt eos in lucē pariat. Et tādū in eorū parturitōe dolet & laborat, donec formetur Christus in eis, qui deformatus fuerat in ipsis. Quod grauius est dictū, quā si diceret eos formari in Christo. Donec, inquit, formetur in vobis Christus. i. similitudo Christi exprimat in vobis, vt non nisi forma noui hominis appareat in fide & operibus vestris. Parturire se dicit eos, quod matris est, non patris, vt ostendat maternum laborem & affectum, quæ pro eis vel erga

A eos habet, quoniam sola mater dolores parturitionis sentit, & affectuosius quā pater diligit. Nunc, inquit, absens voco vos filiolos, sed [modò vellem esse præsens apud vos, & mutare vocem meā,] i. negare vos filios. Vellem esse præsens, vt digna vobis dicerem, quæ nolo scribere ne permaneant. Dum enim absens sum, blande alloquor, ne si vos exasperare, maleuolo animo fieri putaretis: sed vellem nūc esse vobis præsens & vocem lenitatis ac mansuetudinis, qua absens vtor, mutare in vocem asperitatis & seueritatis. Quia non ita commouet epistola vel quælibet scriptura corda hominū, sicut viuua vox præsentialiter loquentis. Motus etiam corporis & habitus ac vultus & modus loquendi, multum cōmouet audientes. Ideo vos aspere vellem redarguere, [quoniam cōfundor in vobis,] i. apud alios erubescere pro vobis ita recedentibus à doctrina mea. Vel aliter: Ego nunc absens multa vobis per similitudines loquor, volens vos corrigere sed vellem esse modò vobis præsens, vt alio genere loquendi rem profundius & subtilius aperirem, & non parabolicè, sed palā veritatē differerem. Si enim profundiora nunc eis diceret, nō haberet qui exponeret. Sed si ipse præsens esset vbi dubitarent ipse exponeret. Et præsens esse vellet, vt aliter loquens manifestius & profundius rem exponeret. Vellem esse præsens, quoniam absens confunditur in eis. i. doctrina absentis patitur confusionem in cordibus eorum confusè intelligentium dicta eius subtilia. Sed prior sententia est verior & melior. Sequitur

*Dicite mihi qui sub lege vultis esse, legem non legistis? Scriptum est enim, quoniam Abraam duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnū de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem. Quæ sūt per allegoriā dicta. Hoc enim sunt duo testamenta: Vnum quidem in monte Sina, in seruitutem generans, quæ est Agar. Sina enim mons est in Arabia, qui cōiunctus est ei, quæ nunc est Ierusalem, & seruit cum filiis suis.*

Rursus Apostolus incipit ostendere ex ipsa lege quod nō sit tenenda. [Dicite,] inquit, hoc est, respondere, [mihi] vos [qui sub lege] carnaliter [vultis esse, legem non legistis?] Quicquid eligant, probatur stulti. Si non legerunt, quod debent recipere, quā nesciunt. Si legerunt, ipsa probat se dimittendam. Quod si non intelligunt, stulti sunt. Translata in Græcum fuerat lex per Septuaginta interpretes, & idcirco poterat à Galatis legi. Ideo autem quæro an legeritis legem, quia in ea [scriptum est, quoniam Abraam duos filios habuit:] quod si attenderetis, nunquā ad eā recurreretis. ibi enim innuitur, quia qui sub lege sunt, per gratiam sunt in libertate. Cum enim plures filios ille pater habuerit, de duobus spiritualiter agit scriptura, innuens ali-

quid egregiū in his præfigurari. Vnus ergo pater duos filios habuit, [vnum de] Agar [ancilla, & vnū de] Sara [libera.] Quauis enim pater vnus esset, non tamen cōditio & genitura vtriusq; fuit similis. [Sed] ille quidem [qui de ancilla] est procreatus, [secundū carnem, id est, secundum carnis naturam vel cōsuetudinem] [natus est:] quia iuuenula, sicut erat Agar, de senesoleto concipere. Ille [autem qui de libera] genitus est, nō per carnis vsum, sed [per] dei [repromissionem] natus est. Ob hoc enim ex Sara natus est, quia deus promisit, imò repromisit, nō quia caro id potuit. Sara enim erat sterilis & vetula, nec de senes marito si nunquā sterilis fuisset, cōcipere iam anus poterat, sed deus mirabili operatione dedit ex ea filiū Abraæ per gratiā repromissionis suæ. [Quæ sunt dicta per allegoriā] i. per aliam loquutionem, vt aliud exterius sonet, & aliud interius intelligatur. Quia [hæc] i. hæc duæ matres [sunt, id est, significant] [duo testamēta.] Duo tantum exponit. i. ancillam & liberam, vt per hæc intelligamus & cetera. Abraam ergo deus pater intelligitur. Duo filij, duo populi, Iudæorū scilicet & Christianorū. Ancilla, carnalis doctrina veteris testamēti, quæ gignebat sub iugo seruitutis, dum timore cogeretur deo seruire. Libera autem, prædicatione siue gratia noui testamēti, quæ liberos generat, qui per charitatem deo seruiāt. In vtroq; enim testamento genuit deus filios qui sibi seruirent, sed in veteri Iudæos seruos qui timore pœnæ & promissionibus tēporaliū ei seruiliter obedirent, & hoc est secundum carnem, quæ & pœnæ horret, & dulcia amat. In gratia verò noui testamēti liberos, qui ex dilectione seruiāt, nō vi carnis, sed opere dei. Quis enim impossibilia secundū naturā crederet, quæ suauia sunt in præsentem contēneret, non vīā speraret, nisi dei virtus hoc in eo operaretur? Duæ matres, vt dictū est, sunt duo testamēta. [Vnū quidem] veniens à monte Sina, vel datum [in monte Sina, id est, vetus testamētū,] [in seruitutē] generans] deo filios, qui essent sub districtione formidinis, & ex timore deo seruirent, [quæ res,] id est, quod seruale testamētum [est Agar, id est, significatur per Agar. Hic relinquitur] nobis intelligendum, quod Sara libera matrē gratiam vel prædicationem euangelicam significauerit. Dehinc redditur causa cur per Agar significetur illud vetus, quod deletum est. [Sina enim] vbi testamētum illud datum est, [mons est in Arabia,] quæ est puincia extraneorū gentiū, non in terra promissionis, quæ est hæreditas filiorū: vt intelligamus eos qui testamētū illud carnaliter obseruant, nequaquam ad hæreditatem pertinere filiorū, sed extraneos esse à terra viuientium, & alienos à patria sanctorū. [Qui] mons [coniunctus est Ierusalem,] quia quod in monte illo carnaliter & seruiliter iussum est, in Ierusalē vbi templū erat, obseruatū est. Cōiunctus & cōsociatus est ille mons non futuræ Ierusalē, sed [ei] quæ nunc est, id est, nō cælesti, sed terrestri: & non est libera, sed [seruit cum filiis suis,] qui doctrinam eius sequuntur, & ex timore cuncta faciunt. Vel quia mons tumorem superbiæ designat, & Sina inter-

Gene. 18.

F

E

7011



**G**pretatur mandatum, Indæi habuerunt seruire testametum à monte Sina. i. à superbia mādati: quoniam propterea digni fuerunt talem accipere legem, quæ reprimeret eorum ceruicofitatem, quia de mandato ipsius legis erant supra modū cōtra cæteras gentes gloriaturi. Quod testamentū generat eos in seruitute legis vel peccati, quia & terrore minarum cogit eos legi carnaliter deseruire, & omnes facit preuaricatores dum nō possunt ipsam legē implere. Quæ testamēti seruitus est Agar, id est, designatur per Agar ancillam, quæ interpretatur aduena vel alienatio: quoniam peregrina est cum filiis suis & alienat eos ab hæreditate cælesti. Arabia verò interpretatur humilis, significans infirmam & humo repentem conuersationem eorum qui legi seruiunt, sicut & mons Sina tumorem designat elationis ipsorum, qua de mandato eiusdem legis extolluntur. Sina enim mons est in Arabia. i. mādatum legis tumor elationis est in humili (hoc est, per humum repenti) cōuersione Iudeorum, dum se legem dei habere gloriantes iustos se putāt, & cunctos homines velut peccatores despiciunt, licet ipsi nunquam vel intelligendo, vel operando subleuentur à terra. Qui mons. i. qui superbus tumor, conuētus est & semper adhæret ei Ierusalē, quæ nūc est, id est, ei partu Iudæorum quæ in infidelitate persistens, sola temporalia querit. Ierusalem nā que visio pacis dicitur. Quo nomine plebs illa recte designatur, quæ nunc semper videre pacē temporalem desiderat, vt carnis suæ voluptatibus sine inquietudine vel metu seruire valeat. Et ideo nunc esse dicitur, quasi quæ in alio seculo futura non sit, quia nūc bonis presentibus quantum potest fruitur, & in amore huius seculi habet cor omnino fixū, sed in alta vita bonis omnibus carebit, & supplicis perpetuatiter deficiens velut in nihilum redigetur. Ipsa est nunc sicut disseruimus, & seruit adhuc miserabiliter sub iugo legis cum filiis suis, sicut Agar cū Ismaele, quia noluit recipere libertatē quam Christus attulit. Ex quib⁹ omnibus euidenter ostenditur, legē amplius post aduētum Christi non esse tenendam, sed seruitutem quæ sub ea est, à cunctis hominibus fugiendam.

*Isaie. 54. Illa autem quæ sursum est Ierusalē, libera est, quæ est mater nostra. Scriptū est enim: Letare sterilis quæ non parit, erumpe & clama quæ non parturis, quia multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet virum. Nos autem fratres secundū Isaac promissionis filij sumus.*

Ita quidem terrestri Ierusalem seruit cum filiis suis, quoniam ancilla est, & in seruitutē generat vt Agar. Sed [illa Ierusalē quæ est sursum] mente cum deo, [libera est] vt Sara, & [est mater nostra] generans nos in libertatē sicut Isaac. Sursum est enim sanctorum ciuitas, quāuis hic pariat ciues, in quibus peregrinatur, donec regni eius tempus adueniat. Nam & sancti angeli qui in cælis feliciter habitant, ciues eius sunt.

Illa Ierusalē cuius conuersatio in cælis est, quæ K sursum cor habet, quæ superna appetit, quam Sara figurauit, libera est: id est, ex amoris libertate bono animo studet placere deo, non ex timoris seruitute quærit pœnam euadere. Libera per spiritū dilectionis, quem accepit à Christo. Vbi enim spiritus domini, ibi libertas. Et hæc in libertate sua exemplo Saræ genuit nos, vt non quasi serui, sed sicut filij seruamus patri nostro, qui est in cælis. Verè est mater nostra licet fuisset diu sterilis vt Sara. Hinc enim scriptum est in Isaia: Letare sterilis & c. Isaia nāq; per spiritum sanctum prenuncians futuram ecclesiæ fecunditatem, ait: Letare tu superna Ierusalem, id est ecclesia post aduentum Christi Isaie. 54 futura, modò quidem sterilis vt antea Sara, quæ nunc tempore prophetarum [non parit] filios in fide, erumpe in vocem prædicationis, vt quæ diu siluisti, vocem cum magno impetu per virtutem sancti spiritus emittas, [ & clama, ] vt à multis audiri valeas, tu quæ modò ante aduentum sponsi [non parturis, id est, non conaris parere, non doles vt parias. Idcirco te moneo hæc agere, quia tui desertæ ac derelictæ erunt [filij] multi magis quàm eius] synagoga quæ modo [virum habet] deum vel legis sermonem. Dū plures filij promittuntur ecclesiæ, non penitus synagoga excluditur à partu, sed multitudine gentium illi præfertur. Et ipsa enim in apostolis, ac per apostolos primum populum genuit de Iudæis. Sicut autem primo Abraam sibi in coniugium sociauerat Saram, sed propter eius sterilitatem cognouit ancillam, vt vel ex ea prolem gigneret, & tandem ex Sara per donum gratiæ dei filium genuit, ita deus ab initio mundi ecclesiam in paucis electis sibi coniunxit: sed quia tunc illa per prædicationem filios non generabat, interim synagoga velut ancilla ad amplexus eius introducta, semen prædicationis accepit, vnde carnalem populum in seruitute legis pareret, donec circa finē seculi per diuinam gratiā ecclesia multis filiis dotaretur, imò populum Christianum velut Isaac pareret. Vnde exponendo subdit Apostolus: [Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filij sumus.] Ac si dicat: Iudæi quidem secundū formā quæ præcessit in Isaac, sumus filij promissionis. Vel ita: Deus promisit ecclesiæ filios, sicut Saræ promiserat Isaac: sed nos ò fratres secundum formā Isaac sumus filij promissionis. Vbi ostendit priorē promissionē de vocatione gentium in Isaac. i. in filio promissionis. Nā sicut Sara genuit Isaac quia deus promiserat, sic ecclesia gētilem populum in fide peperit, quia deus hoc per prophetas prædixerat. Quod enim Sara formā ecclesiæ præferens, sterilis erat, nec spem generandæ proles habebat, significat quod natura generis humani peccato vitata, ac per hoc iure dānata, nihil veræ felicitatis in posterū merebatur. Sed gratuito dei munere postmodū fecundata, multitudinē liberorum ecclesia genuit exemplo Saræ, quæ per gratiam diuinæ promissionis genuit Isaac. Qui scilicet Isaac risus vel gaudiū interpretatur, significat eos qui in lætitia deo seruiunt, non ex tristitia vel ex necessitate: & gaudent si quid pro iustitia protulerūt,

**A**tulerūt, vel à doctoribus suis audire digni sunt. Vos estis gloria nostra & gaudium. Itaq; ex eis quæ nunc vsque hac lectione dicit Apostolus, notādum est quod Agar legem & synagogam, designat, Ismael verò filius eius populū Iudæicum & singulos Iudæorū. Et quando Agar legem, tunc Ismael populum significat. Quando verò Agar synagogam vel plebem figurat, tūc Ismael singulos Iudæorum vel omnes in sinuat Apostolus enim quādo dixit vnum testamentū esse à monte Sina, in seruitutem generans velut Agar, euidenter ostendit quod legem Agar significauerit, & Ismael populum. Sequenti quoque versu demonstrauit Agar significasse Ierusalem, id est, synagogam, & Ismael filios eius. i. singulos Iudæorum. Similiter Sara nouam legem & ecclesiam designat, Isaac verò populum Christianum & singulos Christianorū. Nam quando Sara nouā legē, tūc Isaac nouū populum præfigurat. Quando autem Sara ecclesiā tunc Isaac filios ecclesiæ. Vbi enim dixit Apostolus duas matres designare duo testamēta, & Agar figurare vetus, ibi necessario ostendit intelligendū, quod Sara nouā legem expresserat, & Isaac populū Christianorum. Et in sequentibus dicens sub similitudine Saræ, Letare sterilis & c. idicat Sarā designare ecclesiā, & Isaac singulos quosque fidelium. Apte enim qui per repromissionē natus est, designat filios gratiæ, qui non per carnis generationem, sed per spirituales regenerationem nascuntur ecclesiæ.

*Sed quomodo tunc is qui secundū carnem natus fuerat, persequeretur eum qui secundum spiritum, ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eice ancillam & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio libera.*

Nos (vt dictum est) sumus filij promissionis id est, per gratiam geniti, secundū formam quæ præcessit in Isaac. [Sed quomodo tunc] Ismael [qui secundum carnem natus fuerat, persequeretur eum qui secundū spiritum] genitus fuerat. i. Isaac qui secundum spiritalem operationem diuinæ gratiæ procreatus erat ex anu sterili, [ita & nunc] fieri cernimus, dum Iudæus quilibet ex ancilla synagoga secundū carnem natus, Christianum ex libera ecclesia secundum spiritalem gratiam natum persequitur, vel pœnis corporibus eum afficiendo, vel (quod nūc melius ad rem pertinet) carnales obseruantias suadendo. Nā qui legem secundū carnem intelligunt, aduersantur his qui secundum spiritū sentiunt, & persequuntur eos, vel seducere conantur. Nulla autem persecutio Ismael aduersus Isaac mota refertur, nisi quidam ludus infantie. Ludebat enim Ismael cum puero Isaac, & ludum illum vocat nunc Apostolus persequutionem. Nam & Saræ displicuit ludus ille, quia intellexit ibi seductionis aliquid inesse. Nā lusio illa, illusio erat. Si illusio, seductio & deceptio. Omnis enī ludus puerorum, simulacrum est negocij maioris. Et quando maior ludit cum minimo ad hoc ludit, vt quodammodo seducat eum, sciēs

se habere negocia alia quæ intendit: & simulat D quædam puero. i. infirmo, ludēs cum illo. Maior erat Ismael, & roboratus in malitia. Sed ludens cum puero Isaac seducebat eum, & quædam fraudes ludendi cū infirmo faciebat. Animaduertit mater ludum illum persequutionem esse. Sic & ecclesia nunc per apostolū intellexit ludum, quo Galatis pseudo prædicatores illudebāt & maligna fraude illos seducebāt, persequutionem spiritalem esse. Plus enim persequuntur, qui illudendo seducunt. Iudæicus ergo populus in Ismaele designatus, per pseudo apostolos persequeretur in Galatia populū Christianum in Isaac designatū, quasi superior & dignior fieri volens, velut primogenitus ad possidendam cū illo hereditatē. [Sed] nō ita erit. [quid] enim [dicit scriptura] de eo? Eice de domo tua [ancillam] synagogam [ & filium eius] populū Iudæicum, ne particeps fiat hereditatis Christianorum. Et necesse est vt ita fiat. [Nō enim hæres erit filius ancillæ cū filio libera. i. non possidebit hereditatem regni cælorum populo Iudæicus ex ancilla synagoga natus, cum populo Christiano ex libera ecclesia nato. Hoc ita cōpletū cernimus, videntes ancillā synagogam vel legem carnalem cum filio suo foris eiectā & ab hereditate superna repulsam. Nā sicut Agar ancilla cum Ismaele filio suo ante natiuitatem Isaac mansit in domo Abraæ, sed post natiuitatē expulsa est, ita lex secūdam carnalem obseruantiam, vel synagogam cū populo Iudæico mansit apud eum priusquam populus Christianus cœpisset ex baptismo nasci: sed post eiecta est de ecclesia & separata à summi patris amplexu & familiaritate atque hereditate.

*Itaque fratres non sumus ancilla filij, sed libera, qualibetate Christus nos liberauit.*

Quandoquidē nos sumus filij promissionis secundum Isaac, & Iudæi filij ancillæ persequuntur nos, suadendo carnalem legis obseruantiam [itaque] patet ò fratres] quia [non sumus ancillæ filij, vt seruiliter subiiciamur legi, sed sumus filij [liberæ] ecclesiæ vel gratiæ, vt libertate charitatis viuam⁹. Si enim essemus filij ancillæ, Iudæi filij eius pacem erga nos seruaret. Sed quia nos ex alia matre. i. ex libera genitos vident, libertatem nobis inuident & auferre moliantur. Ne quis autem putaret nos ita liberos esse naturaliter, sicut fuit Isaac, scilicet vt seruitus nulla præcessisset, subiungitur quia Christus hac libertate nos liberauit, à iugo videlicet diaboli sub quo prius tenebamur serui. i. non per liberum arbitrium nostrum, sed per Christum liberatorum à seruitute peccati venimus ad libertatem innocentie, ac sanctitatis & iustitiæ, secūdū quam appellamur filij. Sed in hac lectione possunt adhuc aliqua subtilius inspicere, Scriptum est enim quoniam Abraā duos filios habuit & c. Abraā senex (vt suprascriptum est) deū patrē designat, quem Daniel antiquum dierū appellat. Qui habuit duos filios, id est, duos populos: vnum terrena diligentem, alterum cælestia querentem: & ideo vnum ex ancilla natum

**G**alterum ex libera. Nam quicumque etiam nunc in ecclesia terrenam felicitatem quaerunt a deo pro bonis quae faciunt, adhuc filij sunt ancillae, id est, seruitutis antiquae. In Ismael namque sunt omnes, qui carnaliter deum diligunt, id est, pro temporali retributione. ad ipsos enim & vetus testamentum pertinet, & ipsi sunt adhuc in seruitute. Qui enim propter bona terrena suscipiunt vel seruiant legem dei, ipsi sunt haeredes veteris testamenti. Similiter quicumque vel in veteri vel in nouo testamento pro sola caelesti remuneratione deo seruiuerunt aut seruiunt, per Isaac designatur, & haeredes sunt noui testamenti. Nam & antiqui iusti, licet vetus testamentum pro temporum distributione diuinitus datum populo veteri congruenter seruauerint, tamen pro dei gratia filij promissionis effecti sunt, & noui testamenti haeredes in occulto dei consilio, deputati sunt. Etenim illis temporibus fuerunt spirituales viri, quos non occidebat litera iubens, sed viuificabat spiritus iuuans: & nunc quoque sunt plurimi carnales, qui vel haereses faciunt non intelligendo scripturas, vel in ipsa catholica fide aut adhuc paruuli lacte nutriuntur, aut tanquam palea perseuerantes futuris ignibus praeparantur. Itaque ad vetus testamentum pertinent, utpote filij ancillae, dilectores temporalium, dilectores huius seculi, quocumque tempore sint vel fuerint: & ad nouum testamentum, utpote filij liberae, dilectores aeternae vitae. Omnes ergo qui per fidem veniunt ad agnitionem dei, possunt filij Abrahae dici. Sed in his sunt aliqui pro bonis temporalibus deo seruietes, & aliqui pro charitate deo adhaerentes. Et hi sunt duo filij, vnus de ancilla, & alter de libera. Sed qui de ancilla secundum carnem natus est, id est, secundum carnis affectum vel cupiditatem, processit in hanc conuersationem, ut honeste viuat pro temporalibus praemiis. Qui autem de libera genitus est, processit ad spiritalem vitam, & ad intentionem supernae remunerationis, per repromissionem qua deus Abrahae filios ut stellas, id est, praecellosos & caelestes repromisit. Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quae nunc Ierusalem, & seruit cum filiis suis. Ut supra dictum est, Sina interpretatur mandatum, Arabia humilis, Ierusalem visio pacis. Et Arabia significat humilem, id est, humo inhaerentem, nec ad caelestia se erigentem, in tentationem eorum qui tantum terrena quaerunt pro bonis quae faciunt: Ierusalem vero pacem ac prosperitatem, quam se in praesenti videre gaudent, ut sine perturbatione vel metu bonis huius seculi fruantur. Sina ergo mons est in Arabia, id est, mandatum dei tumor elationis est in mente per intentionem humi deiecta: quia quisquis infima de his quae bene videtur agere, quaerit, tumet de obseruatione diuini mandati, & quasi iustum se esse gloriatur coram hominibus. Qui tumor arrogantiae coniunctus est ei Ierusalem, id est, ei prosperitati quae nunc est, & seruit peccatis & voluptatibus vel cupiditatibus cum filiis suis, quia prosperitatem & diuitias solet comitari superbia, maxime apud eos qui tantum praesentia diligunt. Illa autem quae sursum est Ierusalem, libera est &c. Haec Ierusalem, id est, haec visio pa-

cis, haec prosperitas secularis, haec ciuitas carnalium quae nunc est, quae nunc ad momentum floret, seruit, id est, seruitia peccati opera quae lege prohibentur faciunt, & seruilibus mundi cupiditatibus acquiescit. Sed illa Ierusalem, id est, visio pacis, illa prosperitas, illa sanctorum ciuitas, quae sursum est, libera est ab omni seruitute peccati, & ab omni cupiditate seculi, quia nec peccat, nec secularia concupiscit. [Quae est mater nostra,] si & nos exemplo eius seruire peccato contemnimus, & concupiscentias seculi respicimus. Quae per Saram vetulam designata est, quia & ipsa coepit ab origine mundi. Sterilis autem dicta est, vel quia secundum carnem non parit, vel quia diu filios in terra non genuit. Sed laetari iubetur pro multitudine futurorum filiorum, quia si gaudium erit coram angelis dei super vno peccatore poenitentiam agente, quanto magis super multis ad iustitiam conuersis? Quae non parurit, quia dolores non patitur, sed generat spiritualiter sine passione, clamans in laetitia. Quae & deserta fuit hominibus caelestem iustitiam deserentibus, atque terrena lacrae-stantibus. Sed tandem fecundata est innumeraibili multitudine filiorum. Sed quomodo tunc qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunquam qui secundum carnem nati sunt, persequeuntur eos qui secundum spiritum nati sunt. Secundum carnem quippe nati sunt dilectores mundi, amatores seculi. Sed secundum spiritum nati sunt amatores regni caelorum, dilectores Christi, desiderantes vitam aeternam, gratis colentes deum. Spirituales ergo patiuntur persequeutionem a carnalibus, quia ludus carnalium, persequeutio & afflictio est spiritalium. Ludit namque Ismael, & fratrem suum ludendo quaerit seducere, quando carnales dulcibus verbis illicita suadent, vanitates loquuntur, ad delectationes prouocant, risum mouent, libidinem excitant, malis colloquiis mores bonos corrumpunt. Et talibus ludis grauius persequeuntur spirituales, quam si gladiis illos appetent. In omnibus ergo aduersatur caro spiritui. Siue enim populus carnalium hominum aduersatur populo spiritalium, siue etiam in vnoquoque nostrum caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, & haec sibi inuicem aduersantur, atque lex in membris nostris repugnat legi mentis nostrae & captiuos nos ducit in lege peccati. Si ergo caro, cuius personam gerit Ismael, qui secundum carnem natus est, spiritui blandiatur, qui est Isaac, & illecebrosis cum eo deceptationibus agat, si delectationibus illicitis, voluptatibus molliat, huiusmodi ludis carnis spiritum, Sara maxime, quae est virtus, offendit: & huiusmodi blandimenta acerbissima persequeutionem iudicat Paulus. Et tu igitur quisquis haec audis, non illam describi nunc persequeutionem putes, quando furore gentilium ad immolandum idolis cogis: sed si forte voluptas carnis te illiciat, si tibi libidinis illudat illecebra, haec, si virtutis es filius, tanquam persequeutionem maximam fuge. idcirco enim dicitur, Fugite fornicationem. Sed & si iniustitia blandiatur, ut personam potentis accipias, & gratia eius flexus non recte iudicium feras, intelligere debes quia sub specie ludi blandam

**A**dam persequeutionem ab iniustitia pateris. Verum & per singulas malitiae species, etiam si molles & delicatae sint & ludo similes, persequeutionum species dicitur, quia in his omnibus virtus offenditur. Ita ergo filius ancillae ludendo persequitur filium liberae. Sed quid dicit scriptura? Audi vocem ipsius liberae: Eiace ancillam & filium eius, non enim haeres erit filius ancillae cum filio liberae. Eiace legis seruitutem, qua pro temporali retributione seruitur deo, & populum carnalem filius vetustae seruitutis erit regni caelorum haeres cum filio nouae libertatis. Quicumque enim mores veteris hominis adhuc retinet, filius est ancillae, id est, seruitutis antiquae, licet Christianus vocetur, & ideo in fine de ecclesia iustorum eiicietur, ut non sit haeres cum his qui in nouitate vitae ambulant. Rursum eiace haeresim & populum quem ipsa genuit, non enim haeres erit filius haeresis cum filio catholicae veritatis. Nam & haeresim designat ancilla. Itaque fratres non sumus filij ancillae, ut seruiamus peccato, & concupiscentiis seculi vel erroribus: sed filij liberae, ut nostram vel dei voluntatem compleamus in charitatis libertate, exuti mundana cupiditate. Quae scilicet libertate Christus per gratiam suam nos liberauit, ut iam per liberum arbitrium bonae voluntatis nostrae, possimus gratum deo seruitium reddere.

## CAPVT V.

*Tate, & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersae legis faciendae.*

**M**odò per Christum (sicut dixi) vos estis liberi & ideo [state] in libertate quam accepistis. id est, non recedatis ab ea, sed permanete semper usque; ad mortem in illa, & nolite iterum contineri a iugo seruitutis. Prius enim vos continuit iugum seruitutis idolorum, & nunc iterum vultis colla vestra subdere sub iugo seruitutis legalium obseruariarum. Ex hac admonitione & multis aliis epistolae huius sententiis apparet, quia nondum se subiecerat per actionem seruituti legis, sed subiicere volebant. Nolite iugo seruitutis iterum contineri, nec saltem iugo solius circumcisionis. Nam [ecce, id est, notum sit vobis quia] [ego Paulus] qui nota sum autoritatis, qui hoc euangelium non accepi ab homine, sed a Christo, qui & in me loquitur, [dico vobis] veraciter, [quia si circumcidamini] sicut facere vultis ut in circumcisione spem salutis vllam habeatis tam ingens damnum incurretis, quod [Christus nihil proderit] vobis, quoniam circumcisio iam non solum non prodest, sed etiam obest. Tali intentione posset quis circumcidi, quod non magis obesset vel prodesset sibi illius pelliculae abscisio, quam vnguium vel capillorum refectio. Sed

istis persuasum erat quod sine legis operibus salui esse non possent, ideoque circumcidi volebant & legis duritiam custodire, quasi per haec iustificandi atque saluandi. Quia ergo in huiusmodi legis operibus & maxime in circumcisione putabat suam spem salutemque contineri, idcirco tanquam a certa pernicie vetantur. Nam si post saluatoris aduentum gentes illa prophetica legis sacramenta seruarēt, aut Christus adhuc veterus per ea promitti videretur, aut nunquam in eis fuisse promissus. Quisquis itaque adhuc umbram illam custodit, veritatem quae Christus est, venisse contradicit, & propterea nihil proderit. Volebant enim (ut dictum est) ideo circumcidi quia putabat non aliter in Christo se posse saluari. Qui si hoc animo circumciderentur, Christus eis omnino nihil prodesset. Si enim per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Nec solum, inquit, hoc dico, quia si circumcisi fueritis, nihil commodi ex Christo percipietis, sed etiam rursus [testificor omni homini] qui se circumcidit, tam Iudaeo quam gentili pro adipiscenda iustitia, [quoniam debitor est faciendae, id est, factis implenda] [vniuersae legis], sicut qui baptismum percepit, debitor est faciendi praecipua euangelij. Ac si dicat: Non solum hoc datum ex circumcisione habebitis, quod Christi fides & baptismus nihil vobis proderit, sed etiam necesse erit vos subire laborem tantae seruitutis, ut assidue cuncta legis praecipua seruiatis. Et ideo magis dimittenda est circumcisio.

*Euacuati estis a Christo. Qui in lege iustificamini, a gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide spem iustitiae expectamus. Nam in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque praepitium, sed fides quae per charitatem operatur.*

Circumcisi vobis necesse erit totam seruare legem, etiam si nolueritis. Et mox ut illa dura litera praedicamenta seruare coeperitis, [euacuati estis a Christo,] quo pleni eratis, ut non maneat amplius in vobis. Eratis enim vasa per fidem Christo plena, & Christo in vobis manente eratis referti innocentia & remissione peccatorum, atque gratia sancti spiritus, & iustificatione in bonis operibus & spe futurae gloriae: sed nunc Christo recedente euacuati estis omni illo tam diuite thesauro, si legis seruitute subieritis. Et [qui in lege iustificamini. id est, iustificari putatis,] excidistis id est, ex toto cecidistis, [a gratia] euangelij, in qua prius stabatis, dum spiritualiter in Christo viuere studeretis. Ad hoc enim venit gratia, ut cessante legis onere, sola iustificet. Et ideo qui legis seruitute reducit, libertatem gratiae perdit. Sic loquitur Apostolus, quasi iam omnia haec fecerint aut pertulerint, ut magis a faciendo deterreat, cum viderint quanta ex his detrimenta sequantur. Possimus etiam intelligere quosdam eorum iam ad opera legis delapsos fuisse, & ad eos specialiter nunc Apostolum verba dirigere, cum dicit, Euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini, a gratia excidistis. Vos, inquit, iustificamini, id est, iustificari creditis

**G**ditis in lege, sed erratis: quia nos soli iustificabimur, qui iustificari ex fide quaerimus. Nos enim spiritu, id est, per spiritum sanctum qui non fallit, quae habemus ex fide, indubitanter expectamus spem iustitiae, id est, speramus ipsa iustitia. Quauis enim iustificati sumus ex fide, speramus tamen in ipsa iustitia de die in diem proficere, & mens nostra esuriens sitiensque iustitiam, non nisi in futuro seculo satiabitur plenarie. Et hanc spem expectamus spiritu gratiae, non ex operibus legis. Ex his enim nemo iustificabitur. Vel qui in lege carnaliter iustificamini, a gratia futurae beatitudinis appetitum terrenae felicitatis excidistis: quia nos soli consequemur gratiam illius retributionis pro iustitia, quam ex fide credimus prouenire. [Nos enim spiritu] accepto [ex fide expectamus] per patientiam [spem iustitiae, id est, spem quam sperat iustitia, hoc est, gratiam felicitatis aeternae. Fides enim praecessit, & ex ea spiritum sanctum diuinitus accepimus, qui facit nos expectare gratiam supernae remunerationis pro labore nostro. Gratiam recte dico, quia nemo labore temporali iuste sufficit aeternam requiem promereri. Ex fide autem propterea dixi, quia ipsa fides est quae valet apud deum. Nam circumcisio quam vultis facere, nihil ibi prodest. [Nam in Christo Iesu, id est, in Christi membris, in Christi religione, neque circumcisio neque praeputium valet aliquid,] sed integra fides. Ne dicerent Galatae se velle facere circumcisionem, quam fecit Abraam qui legem non habuit, quia etsi non inde iustificarentur, maioris tamen per hanc dignitatis essent in Christiana religione, dicit Apostolus quia in Christo Iesu, id est, in Christi corpore, quod est ecclesia, non valet aliquid circumcisio, id est, nihil utilitatis vel dignitatis confert. Et rursus ne inciperent gloriari de praeputio, existimantes illud ibi aliquid valere, quia circumcisionem dixit inutilem, subiungit quia nec praeputium valet ibi quicquam. Nam siue circumcisus, siue praeputiatus sit quisque, non propter hoc aut dignior aut vilior est in Christiana religione. [Sed] sola [fides] est ibi magna dignitatis, & fides [quae per charitatem operatur, id est, non mortua, sed viua. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est: nec fides veteris testamenti, seruans ex timore, sed fides euangelica faciens ex charitate opera bona, non expectans temporalem retributionem, sed videndam perpetuo creatoris faciem. Haec est fides electorum, quae perducit ad salutem. Nam & daemones credunt & contremiscunt, non tamen diligunt nec bene operantur. Et ideo fides quae non habet charitatem & opera bona, fides daemonum est, non Christianorum. Illa ergo sola fides, quae & charitate flagrat, & bonis operibus insudat, valet in Christo Iesu,

Iacob. 2.

Ibidem.

**1. Cor. 5.** *Currebatis bene. Quis vos fascinavit veritati non obedire? Nemini consenseritis. Persuasio haec est non ex eo qui vocat vos. Modicum fermentum totam massam corrumpit.*

Praedicta fides via est ad speciem diuinae con-

templationis. In qua fide vos operando & desiderando [currebatis bene] ad brauium remunerationis aeternae. Sunt enim nonnulli qui male currunt. Sed vos bene currebatis, dum per opera fidei cum charitate ad caelestem patriam festinaretis. Nunc autem [quis vos fascinavit, id est, quis vos liuido aspectu laesit, [non obedire, id est, ne obediretis] veritati,] quae vltro se vobis ingerit? Quis, id est, cuius peritiae & cuius autoritatis est, qui fascinatione suae locutionis impediuit ne obediretis veritati quam tradidi vobis, ut scilicet sine legis operibus per obseruantiam euangelij curreretis ad vitam? Mirae enim sapientiae & autoritatis esse debuit, cui vos magis quam mihi credendum fore iudicastis. Sed vos nemini talia vobis suadenti consenseritis, imò viriliter illi resistite, quonia persuasio haec non est ex eo qui vos ad supernam patriam vocat, sed potius ex diabolo qui vos inde reuocat. [Nemini] illorum qui legis opera vobis suadent, [consenseritis:] quia [modicum fermentum totam massam corrumpit, id est, pauci errantes totam ecclesiae multitudinem plerumque corrumpunt a credine feruoris peruersae doctrinae suae. Vel modicum fermentum totam massam corrumpit, id est, modica persuasio erroris si ei consentiatur ut in corde recipiatur, acerbam & inutilem reddit totam virtutum omnium multitudinem. Vbi cumque enim vel modicum perfidiae admissum fuerit, ibi protinus omne bonum deperit. Siue de sola circumcissione potest hoc intelligi, quoniam de illa multum dubitant, quam fuisse quondam in patre fidei nostrae videbant. Quauis (inquit) circumcisio sit modicum, id est, modica pars legis, tamen vobis innouatis nullo modo facienda est: quia modicum fermentum, id est, modica pars veteris doctrinae, sicut est in circumcissione, corrumpit totam massam, id est, totam plebem nouellam & dulcem vertit in amaritudinem, & tumorem antiquae plebis Iudaicae.

*Ego confido in vobis in domino, quod nihil aliud sapieris. Qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicunque est ille.*

Modicum prauae doctrinae corrumpit totam puritatem veritatis catholicae. Sed [ego confido, id est, confidentiam & certitudinem habeo, [in vobis,] quos corrigendos praueo in domino salutem vestram operante, [quod nihil aliud] quam sinceritas catholicae fidei continet, sapieris. Et ita vos quidem bene per domini misericordiam euadetis. Sed ille [portabit iudicium] suae damnationis, [qui vos conturbat, id est, qui purum fontem vestri intellectus ac lympitudinem vestrae fidei caeno suae heresis immisso turbidum reddit, vel rectum ordinem gressus vestri confundit, quo de seruitute venistis ad libertatem. Hunc enim ordinem permutare volunt pseudo apostoli, quid de libertate ad seruitutem vos reducere conantur, quod est ordo peruersus. Sed quisquis hoc facere nititur, portabit iudicium, id est, sustinebit pondus suae damnationis, [quicunque est ille,] id est, etiam si sit filius Abrahae, si sit facundus, si sit potens.

**A**tens. Eodem spiritu quo praueiderat Apostolus correctionem Galatarum, praueidit & pertinaciam atque damnationem pseudo apostolorum qui eos seduxerant. Qui & subiungit:

*Ego autem fratres, si circumcisionem adhuc praedico, quid adhuc persequutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis.*

Intelligendum est quia pseudo magistri cum vellent Galatis seruitutem legis persuadere, & viderent eos Pauli apostoli autoritate reuocari dicebant etiam ipsum Paulum id sentire, sed non eis aperire voluisse sententiam suam. Vnde opportunissime subiicit: Ego autem fratres &c. Nam & ab ipsis patiebatur persequutionem, qui talia persuadere moliebantur, cum iam euangelium suscepisse viderentur. Quos tangit & alio loco, vbi ait, periculis in falsis fratribus. Nam quia Timotheum propter vitandum scandalum Iudaeorum, quos ad fidem

1. Cor. 11.

Actu. 16.

quaeabat adducere, circumciderat, idcirco dicebant eum circumcisionem apud alios praedicare. Quod ipse nunc remouet. Illi (inquit) vos conturbant suadendo vobis circumcisionem, legisque seruitutem, & dicendo me quoque, alius adhuc praedicare circumcisionem. Sed [ego o fratres si adhuc] post fidem ut olim [praedico circumcisionem,] sicut ipsi dicunt, quid, id est, quare, [adhuc patior persequutionem] ab ipsis & a Iudeis? Inde enim patet me non praedicare circumcisionem, quoniam a Iudeis persequutionem, cum non sit alia causa cur me persequantur, nisi quia circumcissioni non acquiesco. Si enim illam praedicarem, nunquam me persequerentur: & si illam (ut asserunt) praedico, [ergo euacuatum est scandalum crucis, id est non irascitur Iudaei de cruce Christi, si assero homines circumcissione iustificari. Si illam iustificationi vel saluti necessariam praedico, euacuatum, id est vacuum ab utilitate factum est dominicae crucis scandalum, quo Iudaei scandalizantur & irascuntur contra me, dum sola cruce & passione Christi assero credentes iustificari. Sed vtrunque fieri non potest, ut ego iustitiam vel salutem esse praedico & ex circumcissione & ex cruce.

Nam si ex circumcissione praedico salutem, destructa est euangelica praedicatio mea, qua annuncio reparationem humanae salutis ex cruce domini, vnde & Iudaei indignantur salutem ex cruce praedicari. Non est ergo causa ut persequutionem patiar, si circumcisionem praedico: quia praedicando illam, praedicationem crucis quae persequutionis meae causa est, destruo. Sicque euacuatum est. i. superuacuum & inutile factum est scandalum crucis, quod Iudaeos conturbat: hoc est, Christus gratis mortuus est, si adhuc oportet circumcisionem & legem, carnaliter obseruare eos, qui iustificari querunt & saluari,

*Vtinam & abscindantur, qui vos conturbant. Vos enim in libertatem vocati estis fratres. tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem*

*spiritus seruite inuicem. Omnis enim lex in vno sermone impletur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod si inuicem morderis & comeditis, videre ne ab inuicem consumamini.*

Mat. 22.  
Leuit. 19.

Matt. 19.

E

Actu. 8.

4. Reg. 1

Matth. 3

Nota.

Scandalum crucis est euacuatum, si circumcisionem praedico, sicut pseudo apostoli dicunt me facere. Vtinam autem & ipsi qui crucem Christi euacuare volunt nostra salute, euacuentur suo errore. [Vtinam & ipsi abscindantur, id est, castrentur. sunt enim spadones qui seipsum absciderunt propter regnum caelorum, Vtinam abscindantur non carnaliter, sed spiritaliter, id est, vim generandi perdant, ut neminem corrumpere valeant, ut seminare in vobis & in aliis carnalia desistant, nullamque omnino generandi efficaciam habeant ipsi, [qui] nunc carnalia femina legalium obseruantiarum diffundendo [conturbant vos,] & generant erroris filios. Bonum illis optat Apostolus, ut scilicet spiritali ferro abscindatur ex eis illud, vnde seruent spiritaliter ad corruptionem mentium aliorum. Quod si maledicendo intelligitur hoc dixisse, sciendum quia sancti viri cum maledictionis sententiam proferunt, non ad hanc ex voto vltionis, sed ex iustitiae examine erumpunt. Intus enim subtile dei iudicium aspiciunt, & foras exurgentia quo maledicto ferire debeant cognoscunt: & eo maledicto non peccant, quo ab interno iudicio non discordat. Hinc est quod Petrus in offerentem sibi pecuniam Simonem sententiam maledictionis protulit, dicens: Pecunia tua tecum sit in perditione. Qui enim non ait, est, sed sit, non indicatio, sed optatio modo se haec dixisse signauit. Hinc Elias duobus quinquagenariis ad se venientibus dixit: Si homo dei sum descendat ignis de caelo, & consumat vos. Quorum vtrorumque sententia, quanta veritatis ratione conualuit, terminus causae monstrauit. Nam & Simo aeterna perditione interiit, & duos quinquagenarios desuper veniens flamma consumpsit. Virtus ergo subsequens testificatur, quae mente sententia maledictionis promitur. Cum enim & maledicentis innocentia permanet, & tamen eum qui maledicatur, usque ad interitum maledictio absorbet, ex vtriusque partis sine colligitur, quia ab imo & intimo iudice in reu sententia sumpta iaculatur. Igitur & Paulus eodem modo pseudo apostolos, quos in errore perseueraturos videbat, maledicere potuit, dicens: Vtinam abscindantur qui vos conturbant. Nam si omnis arbor quae non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur, quanto magis quae facit fructum malum? Melius est ergo ut pauci qui perituri sunt pereant, ne alios qui saluari possunt, diuti in errore teneant, quam longo tempore viuentes, multos secum in perditionem trahant. Itaque pro multorum salute paucos illos, quos spiritu prophetico perituros praueidebat, optare potuit ab hac vita citius abscindi, ne amplius peccata peccatis superadderent, & grauiorem sibi perditionem, acquirerent, Haec quippe maledictio non fuit ex malitia.



**G** delinquentis, sed ex reſtitutione iudicis. Qui enim tā recta maledicens intulit, nō perturbationis vitio succubuit, sed dei iudicio cōcorda uit. Vel sic intelligatur hęc abſciſſio, ſicut dominus in euangelio præcepit membra quę ſcandalifauerint, abſcindi & proiici à nobis: vt quia iſti pſeudo ſcandalum generant inter eos, ſeparentur penitus & alienentur ab eis. Et expedit (inquit) vt abſcindatur ex vobis, qui nos cōturbant, & rectum ordinem itineris veſtri confundunt, reuocātes vos à libertate in ſeruitutē, quia [vos] à ſeruitute peccati [vocati eſtis] diuinitus [in libertatem] fidei o[mn]i [fratres], qui vnum patrem habere cōcepſiſtis deum, vnamque matrē eccleſiam. In libertatem vocati eſtis, vt non timore, ſed amore bona faciatis. Quisquis enim vera charitate ſeruet, adeo liber eſt, vt ei libeat agere quicquid voluerit, quia nō vult niſi quod bonum eſt. Et ita charitas ac bonę voluntatis affectus ipſa eſt libertas, ad quā vocati eſtis. Liberi ergo eſtis, tantū ne libertate abutamini, faciendo quod vobis carnaliter placuerit. Tunc enim amitteretis libertatē, ſi vos ad ſatisfaciendū carni liberos putaretis: quia qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Cū ergo ſitis in libertate gratiæ nō in ſeruitute legis, in libertate bonę volūtatis, & nō in ſeruitute peccati, hoc [tā tum] vobis eſt obſeruandum, [ne] ſpiritualē veſtrā [libertatem] detis in occasione carnis, ne ſcilicet quia liberi eſtis & metus legis non incūbit, ideo carnis deſideria ſequamini, quaſi liberā poteſtatem habētes faciendi quod caro voluerit. Non permittatis vt caro ex libertate accipiat occasione voluptuoſe viuendi, [ſed] potius [per charitatem] ſpiritus quę eſt virtus mētis, [ſeruite] inuicem. Quia vocauerat eos liberos, nollent iā alicui ſeruire, ſed ex libertate propria vnus aduerſus alterū præſumeret. Et hoc iterum remouet. Ac ſi dicat. Non debetis libertatem veſtram peruertere, ſed potius ſeruire inuicem per charitatem ſpiritus. i. alter alteri, nō timore ſeruili, ſed libertate charitatis. Quod fieri non poteſt, niſi alterius infirmitatem quiſq; habeat ſicut ſuam, vt eam æquanimiter ferat, donec ab ea liberetur ille cuius curat ſalutem. Et hanc liberam ſeruitutem debetis libenter amplecti, quia [omnis] lex quā vultis implere, [in vno] ſermone. i. in vno mandato impletur quod dicitur: Diliges proximum tuū ſicut teipſum. In proximi dilectione poteſtis omnia legis præcepta, quę ad bonos mores pertinent, implere. Merito enim qui proximum diligit vt ſe, legem dicitur implere: quia quicquid nō vult ſibi alio fieri ſtudet cauere ne faciat alij: & quicquid iure ſibi vult ab alio fieri, quantum poteſt, ipſe facit alij. Sic enim quicquid lex prohibet, vitatur & quicquid ipſa moraliter iubet, impletur. Nā & deū necelle eſt diligat, qui proximum ſicut ſe diligit: quia non ſe diligit, ſed odit, qui deum non diligit. Qui enim deū non diligit iniquitatem diligit: qui autem diligit iniquitatē, odit animam ſuam. Itaque in proximi perfecta dilectione complentur omnia quę iubentur in lege. Si ergo per charitatem ſeruieritis inuicem tunc fraterna dilectio complebitis vniuerſam legem. [Quod,] id eſt, ſed ſi vos [inuicē] odio-

ſe [mordetis,] tunc omnia legis iura violatis. Si vos inuicem mordetis, id eſt, in aliquo alteri detrahitis, [ & comeditis, id eſt, totum quod in vobis eſt deuoratis,] [videte] ne ab inuicem conſumamini, id eſt, in nihilum redigamini. Occaſione charitatis tangit hoc vitium eorum. Si vos inuicem canino dente mordetis, clam detrahentes alter alteri, & lacerantes mutuo vitam veſtram, ac manifeſte verbis contententes, comediti vos viciffim, id eſt, deuoratis furioſe totam adinuicem veſtram conuerſationem litigando criminantes, & omnia bona veſtra viciffim carpendo blaſphemantes, vel iniurias inferentes, videte ne dum more canum viuitis, more canum alternis morſibus conſumamini, id eſt, ne omnia virtutum bona quę in vobis erant, deuorentur ab inuicem. Qui enim virtutibus alterius detrahit, virtutes proprias minuit vel amittit. Et qui bona alterius laceret ipſe ſua bona corrodit & adnullat. Et qui iniuriam alij, facit, iuſtam ſibi damnationem acquirit. Qui ergo detractionibus & iniuriis, vel criminationibus inuicem ſe mordent & comedunt inuicem bona ſua conſumunt & perdunt. Conſumuntur enim ab inuicem, quia ille qui accipit iniuriam, conſumit eum qui infert, id eſt, cauſa cōſumptionis eius eſt: & alius ſimiliter dū & ipſe ab eo patitur iniuriā vel criminationem ſiue detractionem, conſumit eum, id eſt, cauſa ſit conſumptionis virtutum ac bonorum eius.

*Dico autem: Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem. Hęc enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non quacunque vultis illa faciatis. Quod ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.*

Superius, inquit, dixeram, ne libertatem detis in occasione carnis, ſed per charitatem ſeruite inuicem: ſed nunc dico, qualiter hęc agatis. Scilicet [ambulate in ſpiritu, id eſt, de virtute in virtutem] promoueamini in bonis operibus duce ſpiritu ſancto, quod eſt per charitatē ſeruire inuicem. [ & non perficietis deſideria carnis. i. non cōplebitis actū vel conſenſu] delectationes quas caro deſiderat. quod eſt, non detis libertatem veſtrā in occasione carnis. Ambulandum. i. proficiendum ſpiritu ſemper eſt, vt mente & opere ſemper ad interiora tendatis, dum eſtis in via vitę præſentis: & econtra cauē dum vobis eſt, ne deſideria carnis quę militāt aduerſus animā, perficiatis. Non dico, ne faciatis. i. ne habeatis illa, quoniam in hoc ſeculo nō habere illa non poteſtis: ſed ne perficiatis ea. i. ne opera eorum conſenſu voluptatis impleatis. Non enim perficiuntur in malo, quando eis non accedit noſtrę voluntatis aſſenſus: ſed tamen fiunt in eo ipſo quod in nobis ſunt quia nō poteſt eſſe quin deſideremus. Et debetis omnino reſtari, ne carnis deſideria. i. carnales cōcupiſcētias perficiatis: quia [caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritū] veſtrum, vel aduerſus ſpiritū dei, qui in vobis eſt. Nam in malis hominibus non

A non habet contra quem cōcupiſcere. Ibi enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, vbi eſt ſpiritus. In malis autem non eſt ſpiritus dei. Sed & cōtra ſpiritū eorū non concupiſcit caro, quia non inuenit eū rebellē carnalibus concupiſcentiis ſuis, ſed ſecum pariter concupiſcentē. In bonis verò, vbi & ſpiritus dei eſt, & ſpiritus humanus repugnat deſideriis carnis, caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritū, ſed & [ſpiritus aduerſus carnē.] Et hoc eſt graue & inteſtinū bellū. Quod nūquā in vobis eſſet, ſi natura humana per liberū arbitriū in ea reſtitutione, in qua facta eſt, perſiſtiſſet. Nunc verò quę pacē felix cū Deo habere noluit, ſecū pugnat infelix. Et cū ſit hoc malum miſerabile melius tamen eſt, quā ſine vilo conſictu vitii ſeruire. Melius eſt enim bellū cū ſpe ſalutis æternę, q̄ ſine vlla liberationis cogitatione, captiuitas. Caro itaq; cōcupiſcit aduerſus ſpiritum, ſed & ſpiritus aduerſus carnē. Caro nihil niſi per animā concupiſcit. Sed cōcupiſcere caro aduerſus ſpiritū dicitur, quando anima carnali concupiſcētia ſpiritus reſiſtitur. Cauſa verò carnalis concupiſcētia non eſt in anima ſola, ſed in anima & carne. Ex vtraque enim ſit, ex anima ſcilicet, quod ſine illa nulla delectatio ſentitur: ex carne autem, quod ſine illa carnalis delectatio non ſentitur. Caro igitur cōcupiſcēs aduerſus ſpiritū, carnalis delectatio eſt, quā de carne & cū carne ſpiritus habet, aduerſus delectationem quam ſolus habet. Solus quippe habet (niſi fallor) illā delectationē, non cū carnis voluptate vel carnalium rerū cupiditate cōmixtam, de qua dicitur: Delectare in domino & dabit tibi petitiones cordis tui. Contrarię ergo ſunt concupiſcētia carnis concupiſcētia ſpiritus, cōcupiſcētia ſpiritus concupiſcētia carnis. [Hęc enim duo, id eſt, caro & ſpiritus,] [aduerſantur ſibi inuicem] tantum, [vt quacunque vultis,] ſiue bona ſiue mala non faciatis. i. nō permittamini facere [illa.] Quę enī vultis, niſi vt omnino nullā concupiſcētia malarum & illicitarum ſint delectationum? Quis ſanctus non hoc velit? Sed non efficit. Nō vos permittūt implere quod vultis. Nolite eas permittere implere quod volūt. & ita nec vos, nec illę faciatis quod vultis. Dum enim pugna hęc in nobis eſt, non facimus quod volumus. Quid enim facere volumus, cū perfici volumus ſine ſummi boni, niſi vt caro aduerſus ſpiritum non concupiſcat, nec ſit nobis hoc vitii, cōtra quod ſpiritus concupiſcat? Quod in hac vita quāuis velimus, quoniam facere nō valemus, id ſaltē in adiutorio Dei facimus, ne carni concupiſcenti aduerſus ſpiritum ſuccumbētes cedamus, & ad perpetrandum peccatū noſtra cōſenſione pertrahamur. Nec carnis ergo cōcupiſcētia perficiuntur, quāuis fiant: nec noſtra perficiuntur bona opera, quāuis fiant. Sicut enim tunc perficitur carnis concupiſcētia, cū cōſentit & ſpiritus ad opera mala, vt non concupiſcat aduerſus illam, ſed cum illa: ſic & bona opera noſtra tunc perficiuntur, quando ſpiritus caro conſenſerit, vt aduerſus eum etiā ipſa non concupiſcat. Hoc enim volumus, cū perfectionē iuſtitia cōcupiſcimus. Sed hęc noſtra voluntas non perficitur, quādiu carnis cōcupiſcentiarū quibus

non cōſentimus, permanēt motus. Nec in hac diſſenſione carnis & ſpiritus alterutrum putare debem⁹ inimicū, ſed vitii quo caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritū. Quod ſanatum nec ipſum erit & ſubſtantia ſalua erit vtraque, & inter vtranq; nulla pugna erit. Poſtquam autē dixit Apoſtolus carnē & ſpiritum inuicē aduerſari, vt ea quę volumus, facere nequeamus, ne ab ipſa pugna deſides nos faciat, & per hanc ſententiam laxamentum peccandi dediffe videatur, adiunxit: [Quod ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.] Quasi diceret: Cū caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnē, his qui ducuntur deſideriis carnis, iure dominatur lex, quę terrendo compeſcat eos. Sed vos ſi ſpiritu ducimini, nō eſtis ſub lege. Sub lege enim eſt, qui timore ſupplicij quod lex minatur, non amore iuſtitia abſtinet ab opere peccati, reus in volūtate, qua mallet non eſſe quod timeret, vt libere faceret quod occulte deſiderat. Ergo nondum habet iſte ſpiritum ſanctum quo ducatur. Quis enim ſpiritu dei ducitur in operibus ſuis, non eſt ſub lege, quę timorem incutit, ſed in charitate, quę non per legis literā, ſed per eundem ſpiritū diffunditur in cordibus electorum. Hi verò damnabiliter ſunt ſub lege, quos lex reos facit non implentes legē, dum neſcientes gratiæ beneficiū ad facienda dei præcepta, quaſi de ſuis viribus præſumunt, quia ſpiritum ſanctum non habent, quo rectore ducantur & adiuuentur. Ab hoc autē loco demonſtrare inchoat Apoſtolus, quia ſpiritu (ſicut monuerat) ſit ambulandum, & non perficienda carnis deſideria, hinc carnis inhonestates & inutilitates, hinc ſpiritus honeſtates & vtilitates proponendo. Nā ſubiungit:

*Manifeſta ſunt autem opera carnis, quę ſunt: Fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorū ſeruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, ira, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidia, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia: quę prædico vobis ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.*

Ambulandum, inquit, eſt ſpiritu, quia ſicut dictū eſt, ſi à ſpiritu ſancto ducimini, iam iſtud cōmodum inde habetis quod nō eſtis ſub onere vel ſeruitute legis: ſed in libertate charitatis: & econtrario cauendum eſt, ne perficiatis deſideria carnis, quoniam ex perfectione eorū procedunt opera, quę cunctis apparent mala. Nō enim dubia, ſed [manifeſta ſunt opera carnis] .i. praua & deteſtanda videntur doctis & indoctis & ideo ſunt fugienda. quę quidem ſunt huiusmodi: Fornicatio vulgariter ſit cum meretricibus, quę prostituēbantur ſub arcuatis, & loca illa vocabantur fornice, vnde & fornicatio nomen accepit. Fornicatio prima ponitur inter opera carnis, quia nullum peccatum ita redigit animam ad carnalitatē ſicut fornicatio: quoniam miſera anima nihil aliud cogitare valet, niſi ca

**G**ea quæ carnis sunt, quædiu turpissimo fornicationis opere est occupata. Immunditia verò est quam mares inter se perpetrant, vel quam solus quis agit. Impudicitia, ea verò est quæ cognati inter se exercet, alio nomine dicta incestus, quæ admodum supra admonuimus. Luxuria autem fit cum mulieribus, quæ nec publicæ meretrices sunt, nec legitimæ vxores. Idolorum quoque seruitus inter opera carnis numeratur, quia nonnunquam ob amorem mulierum committitur, sicut à Salomone propter alienigenas vxores, vel à filiis Israël in Sethim propter filias Madian. Sed & veneficia .i. inherbationes & venenorum confectiones sæpe fieri solent ob fornicationem & libidinosum amorem. In his omnibus apparet quàm magnum & principale vitium sit fornicatio, de qua tot mortifera pestes prodeunt. Inimicitia verò sunt, quando aliqui se inuicem odio habent, & molliuntur vicissim malum quod possunt vel faciunt. Quæ plerunque ex contentionibus oriuntur, quando prius verbis contentetur, & inde ad inimicitias venit. Contentio enim pro lite accipitur. Contentio nanque est, vbi non ratione, sed animi pertinacia defenditur, & vbi non veritas queritur, sed animositas fatigatur. Vel contentio de primatu est, quando alter præferri alteri vult. Quam apte sequitur æmulatio, quæ dicitur esse dolor animi, cum alius peruenit ad honorem, quem duo vel plures appetebant, & cæteri liuore torquentur qui non potuerunt assequi. Ira autem est subita tempestas animi, quæ multa mala sæpe perpetrare solet, dum nec rationem nec iustitiam attendit, sed irrationabiliter irruit ad faciendum quod concitatus animus stimulat. Rixa verò est, vbi duo se inuicem percutiunt, vel inter se confligunt. Dissensio est, vbi non omnes in vna voluntate vel in vno sensu concordant, sed diuersa voluntas & partes faciunt. Vnde & secta, id est, hæresis plerunque generatur. Inuidia verò, quæ aliena felicitate torquetur, & in duplicem scinditur passionem, cum aut quod ipse est, alium esse non vult: aut alium videns esse meliorem, dolet se non esse consimilem. Homicidium autem est hominis occisio, & rectè homicidia subnectuntur inuidiis, quia sæpe inuidia generat homicidium, sicut diabolus per malignitatem inuidiæ primum hominem occidit, & Cain Abel fratrem suum, atque summi sacerdotem Christum. Ebrietas est nimia vini potatio, statum mentis immutans. Hæc nanque simul cum corpore animam debilem reddit. In ebrietatis enim ægritudine corpus simul & anima corrumpitur, spiritus pariter cum carne vitiatur. Omnia membra fiunt debilia, pedes, manus, lingua resoluta. Oculos tenebræ, mentem velat obliuio, ita vt hominem se nec sciat esse, nec sentiat. Comestiones verò sunt inhonestæ & luxuriosæ conuiuia. Hæc omnia dicit Apostolus opera carnis esse. Et fornicationes quidem, immunditiæ, impuditiæ, luxuriæ, ebrietates, ac comestiones ad voluptatem carnis pertinent. Seruitus autem idolorum, veneficia, inimicitia & cætera quæ sequuntur, animi potius quam carnis vitia sunt, quando quidem fieri potest, vt propter idololatriam vel hæresim à voluptatibus carnis tem-

peretur. Et tamè etiam tunc homo quantum carnis libidines cohibere videatur, secundum carnem viuere hac apostolica autoritate conuincitur: & eo quod abstinet à voluptatibus carnis, damnabilia opera carnis demonstratur. Hæc enim omnia [ & his similia ] doctor gentium opera carnis appellat, quia eo locutionis modo quo totum significatur à parte, ipsum hominem vult nomine carnis intelligi. Qui enim non secundum spiritum .i. secundum Deum viuit, sed secundum carnem, id est, secundum hominem, scilicet secundum seipsum, merito vocatur caro. Hæc, inquit, & his similia sunt opera carnis, quæ nunc per epistolam absens prædico ac prænuncio vobis, sicut & dum præsens essem, prædixi mortifera esse. Prædico & præmonstro nunc vobis, dum licet cauere, dum licet penitere, ante iudicium, ante damnationem, quæ sunt factura illa opera, id est, ablatura illa regnum cælorum, quia etiam quodlibet eorum tollet illud regnum. [ quoniam qui talia agunt ] opera, [ regnum Dei non consequentur. ] Non qui aduersus talia cõfigunt, sed qui talia agunt. Aliud enim est praua opera facere: aliud, aduersus ea conflagere. Et hæcenus quidè partim descripta sunt inutilia & execranda carnis opera, post hæc autem exponuntur: vtilia ac sacra spiritus opera, cum dicitur:

*Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex.*

Opera carnis qualia sunt, dictum est. Sed opera sancti spiritus habitantis in homine, sunt ista quæ subduntur: quæ magis sunt appellanda fructus, quoniam ex bona arbore sicut optimi fructus prodeunt, vt refectioem perpetuæ saturitatis præbeant electis, ideoque propter seipsa sunt appetenda. Fructus enim à fructu dicitur, & frui proprie non dicimur, nisi rebus illis in quibus sine lætitiæ nostre ponimus, in æternis scilicet bonis, quæ in deo possidere quædam paramus. his ergo fructibus prima [ est charitas, ] qua diligitur dominus & proximus: quia maior est omnibus cæteris virtutibus, & ex eius radice viget omnes aliæ. Nam ex ista oritur gaudium .i. elatio non superba, sed benigna, mētis de bono exultatio. Qui enim diligit dominum, gaudet in Deo pura conscientia: & qui diligit proximum, gaudet de bono eius. Pacem quoque seruat erga deum, qui diligit eum: quia in quantum potest cauere eum offendere & studet ei placere. Sed & cum proximo pacem custodit, non inquietas eum, si eum diligit. Non tamen violat pacem, si eum errantem pio studio increpat, vel etiam, si ita oportet, verberat. Quia verò multa sunt in conuersatione humana, quæ pacem turbare possunt, necessario subiungitur patientia, per quam iniuriæ & aduersitates æquo animo sustineantur, vt fraterna pax queat obseruari. Patientia enim est, mala æquanimiter tolerare, & contra eum quoque qui mala irrogat, nullo dolore morderi. Et quia non ad horam, sed quandiu

voluerit dominus seruanda est hæc patientia, subnectitur & longanimitas, per quam omnia perseueranter vsque in finem sustinantur. Longanimitas enim est longitudo animi patienter aduersa tolerantis & æterna præmia diu expectantis. Ne quis verò inter eos quos longo tempore patitur, non amare versetur, sequitur bonitas, quæ est dulcedo animi & affectio pia, vt non rancorem animi, sed dulcedinem erga eos qui nos tribulant, habemus, per quam eis & bona quæ possumus, impendamus. Ne enim sit inanis hæc bonitas, subiungitur alia virtus sibi cognata & consimilis, id est, benignitas, quæ & ipsa est bona affectio animi, gratis sua tribuetis, & hilariter propter Deum quicquid potest largietis. Et quia sunt nonnulli, qui dum bona proximis impendunt, asperè loquuntur eis & austeritate ostendunt, congruè subnectitur mansuetudo, vt qui benigne tribuit, non intractabilis sit vel asper, sed mansuetus & lenis .i. mitis & affabilis & familiaris. Mansuetus enim, quasi manu affluet dicitur. Fides verò est, qua veraciter credimus id quod non possumus videre. Cuius nomē inde appellatur, quod omnino fiat quod dictum est aut promissum. Fides enim vocatur ab eo, quod fit illud quod inter vtrosque placitum est, id est, inter Deum & hominem, quando & homo facit opere quod dixit ore, & dominus reddit quod promissit. Et ideo fides sine operibus non est vera fides, quia non facit quod dicit. Propter quod & inter duos homines seruatur fides, quando illud quod dixerunt & statuerunt inuicem, custodiunt veraciter & faciunt. Modestia autem est, quando modus stat, id est, tenetur & seruatur in dictis & in factis. Continentia verò, vbi ab illicitis actibus carnis temperatur: castitas autem, cum iam caro sedata fuerit. Continentia enim in lætamine est, castitas autem in pace. Non enim castitas, sed continentia dicitur, vbi adhuc ei resistit aduersitas voluptatis. Consummatio enim veræ castitatis est, quæ non impugnat carnalis concupiscentiæ motum, sed toto horrore detestatur, ac iugem & inuolabilem sui retinet puritatem, nec potest aliud esse quam sanctitas. Hi sunt itaque fructus spiritus, quos contra carnis opera commendare, volens Apostolus, à capite (vt præmissum est) cepit, dicens: [ Fructus autem spiritus ] est charitas. Ac deinde cætera tanquam ex isto capite exorta & religata contexuit, quæ sunt gaudium, pax &c. Omnia enim hæc ex fonte charitatis manant. Quis enim bene gaudet, nisi qui bonum diligit vnde gaudet? Quis pacem veram habere potest, nisi cum illo quem veraciter diligit? Quis vere patiens, nisi dilectionem habuerit? Quis longanimis in bono perseueranter manendo, nisi seruet diligendo? Quis est bonus, nisi diligendo efficiatur? Quis est benignus, nisi diligat cui opitulatur? Quis vtiliter mansuetus nisi cuius dilectio moderetur? Quis salubriter fidelis, nisi ea fide quæ per dilectionem operatur? Quis bene modestus, nisi cui dilectio modum ponit in omnibus? Quis ab eo continet vnde turbatur, nisi diligat vnde honestatur? Quis sanctimoniam castitatis assequitur, nisi in cuius mente charitas dominatur? Charitas ergo non potest haberi sine cæ-

teris bonis, & cætera bona sine charitate nequeunt prodesse. Aduersus huiusmodi spirituales fructus, quos necesse est sequi gratia spiritum, non est lex: quia in nullo contradicit eis, sed fauet in omnibus. Sed aduersus præostensa carnis opera lex posita est.

*Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.*

Ostensa vtraque acie, vitiorum scilicet atque virtutum, ostendit qui sunt qui pugnant contra vitia. Non enim omnes vitiis reluctantur, sed soli illi tantum, qui sunt ex parte Christi, qui sunt possessio Christi, [ qui sunt membra Christi, illi sequentes vestigia passionis eius, crucifixerunt, id est, cruciauerunt [ carnem suam ] configendo [ cum vitiis & ] cum [ concupiscentiis. ] Vita secundum operationem intelligamus, concupiscentias secundum consensum. Quia serui Christi laborant, vt neque opera vitiorum faciant, neque concupiscentiis carnalibus vel in corde consentiant. Et reprimendo carnis voluptates, crucem sibiipsis faciunt, ac præceptis iustitiæ quasi quibusdam clavis se configunt, vt prauam actionem, & peruersam voluntatem in seipsis refrenent. Potest & de his qui intentione remunerationis supernæ carnem ieiuniis affligunt, hæc sententia specialiter intelligi. Cum vitiis quippe & cum concupiscentiis carnem crucifigimus, si sic gulam restringimus, vt iam de mundi gloria nihil quæramus. Nam qui corpus macerat, sed honoribus anhelat, crucem carni intulit, sed mundo per concupiscentiam peius viuit.

*Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.*

Quia communiter dixerat eos qui sunt Christi, crucifixisse carnem suam cum vitiis & cum concupiscentiis, retorquet sermonem ad eos quibus scribebat, & se eis connumerat, quasi dicens: Non dico vobis quod ipse non velim. Qui sunt Christi, ita agunt vt dixi: & nos quia Christi sumus, spiritu ambulemus, quia spiritu ad hanc vitam venimus. Quicumque enim vitiis carne mortificati sumus, iam virtutibus spiritu viuimus. [ Si spiritu viuimus, id est, si per spiritum dei spiritualiter viuimus, spiritu etiam duce ambulemus, id est, non remaneamus pigri in eo ad quod peruenimus, sed semper ad meliora promoueamur, quia nemo tam sanctus est in hac vita, qui non possit adhuc quotidie proficere. Quia verò nonnulli postquam in virtutibus excreuerint, incipiunt velle laudari velut sanctiores, apte subiungitur: [ Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, id est, si spiritualiter viuimus & spiritualiter de virtute in virtutem proficiedo ambulamus, non inde vanam gloriam transitorie laudis cupiamus, ne simus fatuis virginibus similes quæ foris lucentes ostenderunt lampadas, & intus oleum in vasis suis recondere neglexerunt: ideoque veniente sponso, lampades eorum defecerunt. Ob hoc etiam caueamus cupiditatem inanis gloriæ, quia inde efficeremur inuicem alij alios prouocan-

**G**antes ad contentionem & iram vel ad dete-  
riora, & inuicem alij alijs inuidentes meliora.  
Sicque per appetitum vanæ gloriæ fieret in no-  
bis tanta subuersio, vt qui putabamur cæteris  
meliores, nunc efficeremur alijs peiores.

## CAPVT VI.

*Ratres, et si præoccupatus fuerit  
F homo in aliquo delicto, vos qui  
spirituales estis, instruite huius-  
cemodi in spiritu lenitatis, considerans  
teipsum, ne & tu tenteris.*

Haftenus toti ecclesiæ locutus est Apосто-  
lus, improbando legem & commendando gra-  
tiam, & prælatos nunc alloquitur. Spiritualiter  
quidem vt docui viuendum est omnibus. Et ta-  
men [ô fratres mei,] qui cæterorū curâ sumpsi-  
stis, etiam si aliquis homo, id est, infirmus ac fra-  
H gilis ex ipsa humana fragilitate [præoccupatus  
fuerit, id est, subito lapsus [in aliquo delicto] tra-  
ctatus est humanè. Delictum est desertio boni.  
Quid enim sonat aliud delictum, nisi derelictū?  
Et qui delinquit, quid derelinquit nisi bonum?  
Græci etiam duo nomina huic pesti imposue-  
runt. Nam delictum apud eos & *πλημνίαια* dici-  
tur, & *παράπωμα*. Et *πλημνίαια* simile nomen est  
negligentiæ, quoniam Græce negligentia *ἀμέ-  
λεια* dicitur, quia curæ non est quod negligitur.  
Hoc autem loco, *παράπωμα* est in Græco. In pa-  
raptomate verò, tanquam decidere intelligitur  
qui delinquit. Vnde cadaver quod latini à cadē-  
do dixerūt, Græce *πῶμα* dicitur. Qui ergo pec-  
cando malum facit, prius delinquendo à bono  
cadit. Delictum quippe est, declinare à bono:  
peccatum verò est, facere malum. Potest etiam  
illud esse delictum, quod ab ignorante fit: illud  
autem peccatum, quod à sciente. Indifferenter  
tamen plerunque dicuntur. Præoccupatio autē  
est, in qua delinquitur, dum quid faciendum sit  
aut ad horā non videtur, aut & qui viderit, vin-  
I citur, vt scilicet fiat peccatum, cum velatet ve-  
ritas, vel compellit infirmitas. Et cū nō malitia,  
sed sola infirmitate vel ignorantia delinquitur,  
pro peccato necesse est, vt magno moderami-  
ne ipsa delicti correctio tēperetur. Hoc est ita-  
que quod nunc præcipitur: Si præoccupatus  
fuerit homo in aliquo delicto, vos præpositi [qui  
spirituales estis,] id est, spiritualiter viuitis, non  
despiciatis, sed neq; exasperetis huiusmodi ho-  
minē, non per singula vitia quotidiano vsu de-  
fluentem, aut sponte mala facientem, sed subito  
per imprudentiam vel infirmitatem in aliquo  
lapsus. Non exasperetis eum, sed [instruite hu-  
iuscemodi] rationabiliter ad pœnitentiā vt fra-  
trem, [in spiritu] non nimij feruoris, sed lenita-  
tis & mansuetudinis. Corripe, inquam, eū dul-  
citer, mone vt surgat tu qui ei prælatus es, [cō-  
siderans teipsum,] id est, propriam fragilitatem  
tuam, [ne] forte [et] ipse [tu] ex ea [tēteris.] Vi-  
delicet cū displicet ex aliena infirmitate quod  
conspicis, pensa quod es, vt increpationis zelo  
se spiritus temperet, dum sibi quoque quod in-

crepat, timet. Cuncti quippe quousque in hac K  
mortali carne subsistimus, corruptionis nostræ  
infirmatib<sup>o</sup> subiace<sup>o</sup>. Ex se ergo debet quis-  
que colligere, qualiter alienæ ibecillitati oportet  
misereri, ne contra infirmitatem proximi, si  
ad increpationis vocem feruētius rapitur, obli-  
tus sui esse videatur. Post hæc ad generalem in-  
structionem redit Apostolus, dicens:

*Alter alterius onera portate, & sic  
adimplebitis legem Christi. Nam si quis  
existimat se aliquid esse, cum nihil sit,  
ipse se seducit. Opus autem suum probet  
vnusquisque, & sic in semetipso tatum  
gloriam habebit, & nō in altero. Vnus-  
quisque enim onus suum portabit.*

Vos prælati (sicut dictum est) instruite leniter  
subditum, si deliquerit. Et vos subditi [portate  
alter onera alterius.] Verbi gratia: Iram fratris  
tunc portabis, cū aduersus eum iratum nō ira-  
L sceris, vt rursus eo tempore quo te ira præoc-  
cupauerit, ille te lenitate & tranquillitate sup-  
portet. Ita diuersis temporibus eadem infirmi-  
tas potest inuicem ab vtroque portari. Diuer-  
sum autem infirmitatis genus vno simul tēpore  
portari potest ab ambob<sup>9</sup>, veluti si quis in selo-  
quacitatem vicerit, & pertinaciam nondum vi-  
cerit: alius verò adhuc loquax, sed iam pertinax  
non sit: debet ille huius loquacitatem, & iste il-  
lius pertinaciam, donec illud in illo, & hoc in  
isto sanetur, charitate portare. Similiter de cæ-  
teris infirmitatibus agendum. Et hoc est quod  
dicitur, Alter alterius onera portate, id est, in-  
uicem infirmitatum vestrarum pondera suffer-  
te, [et sic adimplebitis legē Christi.] id est, cha-  
ritatem, de qua ipse dixit, Hæc mando vobis vt  
diligatis inuicē. Huius enim dilectionis officiu  
est, inuicem onera vestra portare. Et iustum  
est, vt alter compatiatur alteri, & portet onus  
infirmitatis eius. Nam si quis se supra cæteros  
extulerit, despiciens illos propter varias morū  
infirmitates, neque dignans onera illorum cō-  
patiēdo portare, sed se quasi solū iustum apud M  
se magnificans, ipse sibi est inimicus. [Si quis]  
in corde suo [existimat se aliquid] magnum esse  
comparatione alterius peccantis, cū tamen [sit  
nihil] ex se, [ipse seducit] à veritate se ipsum, dū  
illud credit quod nō potest esse. Qui enim san-  
ctitatem sibi arrogat, nihil dicitur: quoniam cō-  
paratione spiritualis hominis, qui scit gratia dei  
esse se quod est, quisquis vana præsumit, nihil  
est. Electus enim quisq; non attendit bona quæ  
iam percepit, sed quæ necdum percipere valuit:  
ideoque magis humiliatur considerans inopiā  
suam, sicq; cætera bona meretur accipere. Re-  
probis verò non attendit ea quæ non habet vt  
humilietur, sed ea quæ habet cōsiderans, extol-  
litur. Et se alicuius momenti esse iudicās, nihil  
fit, amittendo quæ bona perceperat: quoniam  
conscientia sua quæ suggerit cogitationem su-  
perbiæ, vt magnum aliquid in virtutibus se esse  
putet, seducit eum, id est, seorsum à via humili-  
tatis ducit, & à charitate proximi quem iacentē  
despicit.

A despicit. Nihil esse dicitur talis homo, quia om-  
nis creatura quæ non adhæret ei qui semper  
habet esse, nihil est. Vel qui laudatibus alijs cre-  
dens, æstimat hoc esse verū quod ab illis de illo  
dicitur, cū falsum sit, & ideo se magnū ac san-  
ctum putat, nō adulatoris seducunt eū, sed ipse  
seipsum, dum plus alijs credit quàm suæ cōsci-  
entia. Nō debet quis inaniter de se magna sen-  
tire, nec adulatoribus credere: sed pot<sup>9</sup> probet  
& examinet [vnusquisque opus suum,] nō pec-  
catum alterius, vt pharisæus qui non ire, sed fal-  
laciter iustus erat. Et cum sic opus suum pro-  
bauerit esse veraciter bonum, tūc [gloriam ha-  
bebit in semetipso tantum. i. in conscientia sua  
[et non in altero, id est, in ore alterius. Gloriā  
intus habere, & nō ex aliena laude pēdere, hoc  
est oleum in vasculo seruare cum virginibus il-  
lis prudentibus. Sed quam gloriam habet intra  
se iustus, nisi eum cui dicitur, Gloria mea & ex  
altis caput meum? Vt (quod sæpe dicendū est)  
B qui gloriatur, in domino gloriatur, nō æstimet  
quisquam se stantem aliquid esse in comparatio-  
ne cadentis, sed opus suum probet, & circun-  
spiciat ac diligenter inspiciat vnusquisque non  
lapsus alterius: & sic, id est, probādo suū opus  
nō alterius, habebit gloriam in seipso, id est, in  
sua actione bona, & non in altero, id est, in casu  
alterius. Hoc est, non extra se quæret gloriam,  
vt alijs iacentibus se præferat: sed remanens in  
cōsideratione suimet solius, cū se bene agere  
probauerit, gloriabitur puro corde in Deo, à  
quo vt bonū operaretur accepit. Ideo enim de-  
bet nunc vnusquisque proprium opus exami-  
nare, & nō alterius, quia vnusquisq; in iudicio  
dei [onus suū portabit, id est, grauabitur p̄pria  
sarcina peccatorū suorū. Nō est sibi contrarius  
Apostolus, qui supra iussit vt inuicē onera no-  
stra portemus, & nunc dicit quia vnusquisque  
onus suum portabit. Alia enim sunt onera par-  
ticipandæ infirmitatis, alia reddendæ rationis  
C Deo de actibus nostris. Illa cū fratribus susten-  
tanda cōmunicantur, hæc propria ab vnoquo-  
que portatur. Non enim cum alio portat hæc  
alter, nec proicit in alterum: sed solus cogitur  
vnusquisque sustinere proprium, vt iuxta quod  
magis aut minus peccauit, grauetur in iudicio.

*Comunicet autem is qui catechizat  
tur verbo, ei qui se catechizat, in omni-  
bus bonis. Nolite errare. deus non iride-  
tur. Quæ enim seminauerit homo, hæc  
& metet. Quoniam qui seminat in car-  
ne sua, de carne & metet corruptionem.  
Qui autem seminat in spiritu, de spiri-  
tu metet vitam æternam.*

Ea quæ dixi, inuicem vel apud se vnusquisq;  
custodite: sed erga doctores vestros, vt nūc mo-  
neo, largi estote. Scilicet [is qui catechizatur, i.  
instruitur verbo sacræ doctrinæ ab aliquo,] cō-  
municet in omnibus bonis] suis corporalibus  
[ei qui se] instruit, id est, omnia terrena bona  
quæ habet, faciat sibi & doctori suo esse cōmu-  
nia, ministrās ei ex bonis propriis cibum & in-

dumētum & quæque necessaria sicut sibi. Et in D  
hoc nolite errare] excusando vos auare, & di-  
cendo, parum vel nihil dare possum magistro  
meo, quia deus, qui videt quid aut quantum dare  
possitis, [non irridetur,] vt aliquis iniustus vel  
fallax ridendo transeat iudicium eius, sed vnus-  
quisque recipit ab eo quod meruit. Nam ea que  
nunc [seminauerit homo, id est, opera quæ sibi  
velut semen reposuerit, vel bona vel mala, siue  
multa, siue pauca sint, hæc eadē, id est, fructum  
eorum metet in dei iudicio. Opera enim vitæ  
præsentis, semen sunt futuræ messis. Vel ita: Is  
qui instruitur verbo doctoris, communicet ei  
qui se instruit, id est, communicatorem & par-  
ticipem eius se faciat in omnibus bonis, reci-  
piendo doctrinam eius, & imitando virtutes ac  
bonos mores eius. Communicat enim discipulus  
magistro in omnibus bonis eius, quando om-  
niū quæ ille bene agit & loquitur, particeps  
& imitator efficitur. Et in hac cōmunionē no-  
lite errare, faciendo eam simulatorie, sed puri-  
tatem cordis in hac exhibete, quia deus non ir-  
ridetur, id est, non fallitur sicut homo, vt igno-  
rare possit aliquid, sed videt intima cordis. Vel  
etiam sic: Is qui instruitur, et si in solo verbo, nō  
exemplo prædicatoris, communicet ei non in  
malis, si ea facit, sed in omnibus bonis quæ ille  
dicit, id est, participem se exhibeat, recipiendo  
verbum eius & in omnibus implendo. Et no-  
lite errare imitando prauos mores eius, si ipse  
male viuuit & bene loquitur: quia Deus non ir-  
ridetur, id est, Dei iudicium nullus potest irri-  
dere, seu magister, seu discipulus, sed ibi recipit  
vnusquisq; prout gessit. Quæ enim seminaue-  
rit, id est, operatus fuerit homo, hæc & metet,  
id est, horum mercedem recipiet iudicāte Deo.  
Et vere quæ seminauerit metet, siue bona, siue  
mala: Quoniā ille qui modo [seminat in carne  
sua, id est, opera carnis agit in carne,] [de carne  
metet] etiam corruptionem, vt tormētis inces-  
santē corrumpatur, id est, conteratur, & iugem  
habeat in se factorem. Sed econtrario ille [qui  
seminat in spiritu, id est, spiritualia operatur in  
spiritu sancto, de ipso] [spiritu metet, id est, quasi  
messem capiet in futuro] [vitam æternam,] quæ  
est contraria prædictæ corruptioni. Potest for-  
sitan & hominis spiritus intelligi, in quo semi-  
natur, & ex quo vita metetur, iuxta illud Salo-  
monis: *Omni custodia serua cor tuum, quia ex* *Prou. 4.*  
*ipso vita procedit. Nam quod Salomon ait ex*  
*corde vitam procedere, hoc videtur esse, quod*  
*ait Apostolus ex spiritu vitam fore metendam.*  
Qualis enim radix est cordis, talis in conspectu  
interni arbitrij est omnis fructus actionis. Sed  
quisquis in futuro seculo messem vitæ sine fine  
cupit colligere, debet in isto semper quandiu  
viuit opera bona seminare. Vnde subiungitur:

*Bonum autem facientes, non deficia- 2. Thef. 3.*  
*mus. tempore enim suo metemus, non de-*  
*ficientes. Ergo dum tempus habemus,*  
*operemur bonum ad omnes, maxime*  
*autem ad domesticos fidei.*

Quæ seminauerit homo, hæc & metet. Ideo  
nos



**G**nos malum nullum debemus seminare, id est, facere, sed bonum. Et [bonum faciētes, id est, bonum seminantes, nunquam cessemus quandiu tempus est sationis, ne deficiamus aliquo labore fatigati, quia & erit tēpus mēssionis ac quietis. [Tempore enim suo, id est, huic rei prāfini to metemus, id est, mercedem operū nostrorū colligemus, [nō deficientes, id est, incessanter & sine fine: quia sicut nō deficiamus seminādo sic nō deficiemus metēdo. Et quia tunc nō deficiemus metendo fructū boni operis, id est, feminis nostri, [ergo dum tempus] seminandi & operandi habemus, quod ignoramus quandiu habituri sumus, operemur nūc assidue bonum sicut elemosynas & cætera beneficia, [ad omnes] quoscunq; poterimus, sed [maxime ad domesticos fidei, id est, ad iustos, quia iustus ex fide uiuit. Domesticus enim fidei est, qui eadem tibi religione coniungitur, quē à confortio fraternitatis peccata nō separāt. Domesticus quippe quasi in domo stās dicitur. Iustis ergo & sanctis præcipue debemus impendere beneficia. Non tamen aliis hominibus etiam peccatorib<sup>9</sup> misericordiæ claudēda sunt viscera, nec sic etiā aduersus nos hostilem animum gerant, ipso domino monēte, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt.

Abac. 2.  
Roma. 1

Matt. 5.  
Luca. 6.

*Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu.*

Haecenus per epistolam vos reuocauit & instruxit. Quā ut sciatīs à me missam, [videte qualibus] eam literis. i. quā bene formatis [scripsi vobis] non notarij manu, sed mea. Ne suspicarentur hanc epistolam non ab Apostolo, sed ab alio aliquo fallaciter sub eius nomine sibi missam, & dubitarēt obedire monitis ei<sup>9</sup>, ideo nūc certum dat illis signum cognoscendi eam. Ac si dicat: epistolā istā scripsi ego propria manu. Et hoc recognoscite per formas & qualitates ipsarum literarum, per quas manū meam poteritis recognoscere. Multū etiam per hoc inuitat eos ad audiendum se, quod tantam sibi curā de illis idicat fuisse, ut propria manu scriberet illis. Vel dum dicit, videte qualibus literis scripsi vobis, monet eos ut considerent & intelligant quā profunda sacramenta, & quā rationabilia vel vtilia monita contineantur in literis huius epistolæ. Literarum enim nomine frequenter epistola solet appellari, videte, inquit, qualibus literis, id est, quali epistola, quā spiritali, quā vera, quā rationabili, scripsi vobis correptionem manu propria.

*Quicumque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantum ut crucis Christi persecutionem nō patiantur. Neque enim qui circumcidentur, legem custodiunt: sed volunt vos circumcidi, ut in carne vestra gloriantur.*

Opus fuit ut scriberem vobis, quia pseudo prædicatores instant ut circumcidamini. [Quicumque enim] talium magistrorum volunt Iudæis infidelib<sup>9</sup> placere [in carne, id est, in carnali ob-

seruatione, [hi cogunt] improbitate, nō ducūt ratione [vos circumcidi,] non ut legem impleatis, sed tantummodo ut ipsi [non patientur persecutionē crucis Christi, id est, quæ nobis inferitur propter prædicationē crucis Christi. Præceptum fuerat à Romanis principibus, ut Iudæis sine perturbatione vel impedimento liceret obseruare suos ritus & legem, vbicumq; essent, & si quis gentilium velle illis consentire, circumcissionē & legē atque ritus ipsorū posset assumere, & cum illis viueret in securitate. Sed Christianos Iudæi apud principes gentium accusabant, quia legem ac circumcissionem & carnales obseruantias illorum destruere videbāt. Et quia neque gētilem ritum, neque Iudæicam legē tenebant, occasionē accusandi illos sumebant. Quod huic Apostolo inuidia cōcitati ferē in singulis ciuitatibus gentiliū faciebant. Sed pseudo apostoli ut absque persecutione Christum & crucē prædicarent, circumcissionē quoque & legis obseruantia pariter docebāt. Christum enim prædicabant, ut quæstum à fidelibus haberent: legem autem, ut Iudæis placerent. Et hoc est quod dicitur, quia quicumque volunt placere in carne, hi prædicando carnaliter legem, cogunt vos circumcidi propter hoc tantum, ut non patiantur persecutionem pro cruce Christi. Et vere tantū idcirco ut nō patiantur aduersa, circumcidi vos cogunt, non enim pro lege implēda id faciunt. [Neque enim] illi [qui circumcidentur, custodiunt legē,] sed magis præuaricantur: quia nec carnaliter, à circumcisis, sed spiritaliter à baptizatis potest custodiri. Nō ut vos legem custodiatis, [volunt vos circumcidi,] sed potius [ut in carne vestra, id est, in dolore carnis vestræ circumcisæ gloriantur apud Iudæos, quatenus placeant eis, ne forte accusent eos apud gentium principes de noua prædicatione, & aliquid aduersitatis pati faciant.

*Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mūdus crucifixus est, & ego mūdo.*

Illi gloriantur in circumcisæ carne, & timent crucem prædicare: sed [mihi absit gloriari] in potentia Christi, vel in maiestate seu potestate, sed in cruce, de qua sapientes mundi erubescerāt, & in qua erat omne opprobriū quod Christiani patiebantur, ac persecutio quam sustinebāt. Et ideo in cruce gloriabatur, de qua illi ab impiis insultabatur: quia sciebat in morte Christi vitam nostram consistere, in eius humilitate nostram sublimationem, in eius infirmitate nostram fortitudinem. Nam in fronte credentiū vbi sedes est vercundia, idcirco crux figitur, ut de nomine eius non erubescant. Signum veteris testamenti, circumcisio est in latenti carne. Signum noui testamenti, crux est in libera fronte. Ibi enim est occultatio, hīc reuelatio. Illud est sub velamine, hoc in facie. Cū quis ide trāserit ad Christum, auferetur ei velamen, ut qui habebat in occulto circumcissionem, in fronte portet crucē. Et pseudo quidē apostoli tanquā in tenebris & in ymbra remanētes gloriabātur in circumcissione, id est, in veteri & operto signo. Paulus

**A** Paulus autem egressus ad lucem, trāstulerat signum ad frontē, & gloriabatur in cruce, id est, in signo nouitatis, ut pote innouatus. Non gloriatur, inquit, [nisi in] sola [cruce domini nostri Iesu christi, per quē mihi mūd<sup>9</sup> est crucifixus,] ut nec minis nec blandimentis possit in me manus extēdere, id est, animam meam attingere, ut me reuocet à fidei puritate: [ & ego] quoq; per Christum mundo sum crucifixus, id est, mortificatus, ut nullatenus eum possim appetere. Si enim mihi mūdus crucifixus est, scio quia mortuus est. Non diligo eū, scio quia præterit. Nō concupisco eum, scio quia corruptela consume tur. Eumq; quasi foetidum vito, quasi lutum caueo, quasi nasciturum relinquo. Ego quoq; velut mortuus & foetens ab eo contemnor. Mihi mundus crucifixus est, ut me non teneat: & ego mundo, ut eum non teneam: quia nec mundus in me suum aliquid cognoscit, nec ego in mundo aliquid cupio. Plerunque enim contingit, ut iam homo mundum mente teneat, sed tamen

**B** mundus eum occupationibus astringat. Et ipse quidē mundo iam mortuus est, sed ipsi mundus adhuc mortuus non est. Quasi enim viuus adhuc mūdus eum conspicit, dum aliis intentum, suis actibus alio rapere contendit. Sed Apostolus cū & ipse seculū perfectē despiceret, & talē se factū videret, qui iā ab hoc seculo concupisci omnino non posset, ruptis huius vitæ vinculis, liber dicebat: Mihi mūdus crucifixus est, & ego mūdo. Mundus quippe ei crucifixus erat, quia hunc corde suo iam mortuum nō amabat. Sed & seipsum mūdo crucifixerat, quia talem se exhibere studuerat, ut ab eo quasi mortuus concupisci non posset. Quia ergo nec mundi gloriā quærebat, nec à mundi gloria ipse quærebatur, & se mūdo & mūdū sibi crucifixū esse gloriatur. Nos quoque inquantū Dei sapientiam, per quam facta sunt omnia, spiritaliter intelligim<sup>9</sup>, intantū carnalibus affectibus morimur ut mortuum nobis hunc mūdum deputantes, nos ipsi huic mundo moriamur, & dicamus, Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Nemo enim faciem, id est, manifestationem ipsius diuinę sapientia potest videre & viuere. Ipsa enim species quæ rapit omnem animam rationalem desiderio sui, tanto ardentior, quanto mundior: & tanto mundior, quanto ad spiritalia resurgentem: tantō autem ad spiritalia resurgentem, quantō à carnalibus morientem.

2nd. 33.

*In Christo enim Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura.*

Idcirco gloriatur in cruce tantum, & non in circumcissione, quia [in Christo Iesu,] id est, in Christiana religione, [neque circumcisio aliquid valet, neque præputium] prodest quicquā, [sed noua creatura. i. innouatio morum. Non enim magni est meriti, si quid foris erga nos agatur: sed magno opere pensandum est quid agatur in mente. Nam præsentē mūdū despiceret, trāstoria nō amare, mentē medullitus in humilitate Deo & proximo sternere, contra illatās contu-

melias patientiam seruare, & custodita patientia dolorē malitiæ à corde repellere, egenis propria tribuere, aliena nō ambire, amicū in deo diligere, propter deū & eos qui inimici sunt amare, de afflictione proximi lugere, de morte inimici non exultare hæc noua est creatura.

*Et quicumque hanc regulā secuti fuerint, pax super illos & misericordia, & super Israël Dei.*

Ego vos docui quid agendū sit. [Et quicumque] ex vobis gentilibus [hanc regulam. i. rectitudinem doctrinæ meæ & gloriandi in cruce, [sequuti fuerint,] ut secundū ea quę in hac epistola docui, dirigant suam fidem & opera, pax, id est, reconciliatio ad Deum, sit [super illos & misericordia,] id est, propitiatio peccati quod egerunt recedentes à fide, [ & super Israël dei,] id est, super illos Iudæos, qui per fidem & opera sunt possessio Dei.

*De cætero nemo mihi molestus sit. ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro fratres. Amē.*

His rationibus & argumentis ostendi vobis, non esse iustificationem vel salutem in vetustate legis. Et [de cætero] disputationum genere, quo adhuc possum probare, nemo vestrum [sit molestus mihi,] ut amplius me fatigare velit, quærēs ut aliis profundioribus rationibus hoc idem sibi adhuc probem, cum iam sufficienter probatum sit & ostensum. Vel de cætero vitæ spatio nemo vestrū sit mihi molestus, sed amodo fidem & opera sic seruare, ut non mihi molestiam vltra faciatis, quoniam fatigatior aliis molestus: [ego enim porto in corpore meo stigmata domini Iesu,] id est, ego quasi seruus ex fuga retractus, & per seruiles notas cauteriatus, in toto corpore meo cicatrices vulnerum, quæ pro Christo passus sum, porto & variis iniuriis affligor. Stigmata enim proprie vocantur seruiles notæ, quibus inurebantur serui, vel fuga, vel alterius culpæ cōiuncti. Vel ita: Nemo vestrum sit mihi molestus ut aliquid amplius quærat, quia verbis meis indubitanter credendum est. Ego enim porto stigmata domini Iesu in corpore meo, id est, ego sum de familia Christi, ego sum annumeratus in militia regis æterni, quod multiplices plagæ in corpore meo per cicatrices ostensæ designant. Et ideo nullus verba mea leuiter accipiat, sed autoritati dictorum meorum in omnibus acquiescat. Stigmata enim vocabantur signa quædam quæ in manibus militum fiebant, per quæ recognoscebantur esse de militia Romani imperatoris. Sic & Paulus nō vna tantum corporis, sed multis & variis partibus gerebat notas & signa plagarū pro Christo perpeffarum, per quas miles fortissimus summi regis esse declarabatur. Qui in fine ponit: [Gratia domini nostri Iesu Christi, id est, quam dominus dedit, sit [cum spiritu vestro fratres, id est, eum rationali sensu vestro, ut omnes cogitationes & actiones bene disponat auxilio gratiæ, &

**G** non per se querat iustificari ex lege. Ad confirmationem solidæ veritatis omnium quæ dicta sunt, subiungitur, Amen, quod interpretatur vere vel fideliter, siue fiat.

Epistolæ ad Galatas finis.

PRÆFATIO IN EPI-  
STOLAM PAULI AD EPHESIOS.

**E**phesus metropolis ciuitas est Asiæ, in qua Paulus triennio moratus est prædicans euangeliū, ita ut omnes qui habitabant in Asia, audirent verbum domini, iudæi & gentiles. Ipse enim primus ecclesiam ibi fundauit, & Ephesios in fide ac moribus pobilitate instruxit, atque thesauro diuinæ scientiæ mirabiliter ditauit. sed sancto sibi reuelante spiritu, præuidit sur-  
1. Ioan. 2.  
2. Ioan. 1.  
Actu. 20  
Ibidem.

recturos postea quosdam pseudo prædicatores in ipso-  
rum ecclesia, & promulgatos impia dogmata, ex quibus fuerunt Ebion & Cerinthus, quos Ioannes antichristos appellat. Vnde eis nouissimè dixit: Vos scitis quomodo vobis nihil subtraxerim viliū, quo minus annunciam vobis & docerem publicè & per domos. Et item: Quapropter contestor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium. Non enim subterfugi quo minus annunciam omne consilium Dei vobis. Ego scio

**H** quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, & ex vobis ipsi exurgent viri loquentes peruersa, ut abducant discipulos post se. Propter quod vigilate, memoria retinentes quoniam per triennium die & nocte non cessauit, cum lachrymis monens vnumquemque vestrum. Tanto itaque labore & studio, tantoque tempore & tam perfecte beatus Apostolus Ephesios docuit, & tales lupos in medio surrecturos præficiunt, volentes scilicet legis ceremonias inducere, & eos iam liberos gratia, carnalibus obseruantis feruenter subdere. Et alios quidem eorum Christum simpliciter esse Deum & non hominem affirmatos, alios autem eum hominè & non Deū dogmatizatos. Et ideo placuit sibi quadam circumspectione Ephesios hac epistola præmunire, ne hæretici qualibet astutia suasionis ad eos posent introire, vel lupinis dentibus transiugulare. In qua quidem epistola intendit primo confirmare eos in fide, qua Christus à catholicis creditur Deus omnipotens & homo verus, atque extollentiam gratiæ Dei multipliciter commendare, ne libero arbitrio suo quid bonorum, sed gratiæ adscriberent omnia: dehinc eos non debere suscipere iugum legalis obseruantia. Non enim aperte reprehendit eos de aliqua culpa, per quod ostenduntur bene seruasse eius præcepta, sed temendum erat ne laberentur.

**I** Cor. 2. Et quia ipse sapientiam inter perfectos loqui consuevit, profundos valde sensus & arcana mytheria seculo antea profus ignota pandit eis à Roma de carcere in hac epistola. Quæ post illam ad Galatas recte locata est, quia ibi Galatæ reuocantur ad fidem, hic Ephesij confirmantur in fide. Ibi carnales obseruantia ab illis qui eas suscipere ceperant, remouentur: hic ne suscipi debeant, prædamantur. Quia verò nullus adeo perfectus est, ut adhuc crescere non possit, hortatur ad meliora proficere, & ne cedant pro tribulationibus eius, sed maneat in charitate radicati & fundati. ac de morum instructione nobiliter agit. Et ne perfectio erigatillos in tumorem, ostendit etiam de quo statu ad quam dignitatem vocati sunt.

EPISTOLAE PAULI  
AD EPHESIOS  
CAPVT I.



**P**aulus apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, omnibus sanctis qui sunt Ephesii, & fidelibus in Christo Iesu. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro & domino Iesu Christo.

Paulus scribit, cuius scripta sunt authentica, quia est [apostolus Iesu Christi, id est, legatus saluatoris ac regis fidelium. Et est apostolus non per meritum suum, vel per humanam electionem, sed per dei voluntatem. quoniam sola dei patris voluntas fecit hunc Christi apostolum. Dū dicit se apostolum Christi, id est, missum à christo per voluntatē dei, cōmendat se in apostolatus autoritate, ut per hoc suæ monitioni magis obediant, & ut insinuet omnes qui ab eius doctrina voluerint dissentire, imperio Christi cōtraire, & patris voluntati resistere. Per voluntatem dei, & non per deum, posuit, ut insinuaret solo nutu voluntatis diuinæ constitutionē omnium rerum esse. Nam omnia quæcūq; voluit fecit. Paulus tantæ autoritatis, scribit [omnibus sanctis, id est, in sancta religione perfectis, & fidelibus in Christo Iesu, id est, minoribus qui iam fidē susceperunt, hoc est, scribit omnibus, perfectis & imperfectis, [qui sunt Ephesii, id est, in illa vrbe quæ caput est minoris Asiæ. Quod si mysticum sensum requirimus, Ephesus interpretatur voluntas eius, id est, dei. Quicunque ergo ita sancti sunt & fideles, ut maneat in voluntate dei, non transgredientes voluntates eius, ad eos nunc scribit Apostolus, vbicūque sint corporaliter positi. Interpretatur etiā Ephesus consilium meū, ut dicat Paulus quia scribo sanctis & fidelibus qui sunt in Epheso, id est, in consilio meo, qui non recedunt à munimento consilij mei. Et sunt sancti atque fideles in Christo Iesu, quia nihil prodest sanctitas vel fidelitas nisi in Christo. Nonnulli enim philosophorum vixi sunt sanctitatem habuisse, ieiunādo, caste viuendo, mundum contemnendo, sed non in Christo. Item nonnulli sunt fideles, sed non in Christo. Si quis reddat depositum, si quis commendata non abneget, fidelem se exhibet. Et iste fidelis est, sed non in Christo. Ad distinctionem ergo talium, dicit Apostolus se scribere sanctis & fidelibus in Christo Iesu, qui sanctitatem & fidem habent in Christo, id est, in Christiana religione. Quos & salutatur, dicens: [Gratia & pax sit vobis.] Gratia, qua vobis peccata remittantur, & virtutes conferantur: pax, qua Deo & sanctis angelis per bonam voluntatem & actionē semper concordetis. Et hæc gratia & pax sit vobis à Deo patre nostro, id est, creatore qui nos in filios adoptauit: [& à domino Iesu Christo,] id est, à redemptore, qui nos ab hoste clementer eripuit, & suo dominio mancipauit. Qui est Iesus, qui interpretatur saluator, quia saluū facit populum suum à peccatis eorum: & Christus, qui est vnctus, id est, rex vel sacerdos, regnans in nobis, & interpellans pro nobis, quia reges & sacerdotes vnctione consecrabantur.

*Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in caelestibus, in Christo. sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate.*

Primo

**A** Primo omnium benedixit deum, considerans illum esse principium & fontem bonorum omnium. Ostenso enim quod dominus Iesus sit æqualis patri, dum gratia & pax æqualis à patre & filio dari monstraretur, ostendit quod deus benedicendus est à nobis propter beneficia gratuita, quæ nobis tot & tanta cōtulit. Non enim debemus illi esse ingrati, ut ea quæ ab illo accepimus, adscribam⁹ nobis, sed agnoscentes à quo sint nobis data benedicere semper illū debem⁹, & gratias ipsi debitas persoluere. Et cum similiter à filio nobis dentur hæc eadem beneficia patet quia & ipse pari benedictione est exaltandus cū patre, ut omnes honorificent filii sicut honorificat patrem. Sicque cōpotentialis & cōæqualis patri esse declaratur. Benedictus sit à nobis Deus, ut omnes illū benedicam⁹, & gratias ac laudes illi referamus pro beneficiis quæ ab ipso percepimus, non æstimantes à nobis ipsis nos aliquid boni. Benedicamus illum, quia est Deus, id est, creator noster, & creatura debet creatorem suū benedicere [ & pater domini nostri Iesu Christi ], id est, pater illius qui nos à diaboli tyrannide ereptos, dominio suo misericorditer subdidit, & saluauit nos à peccatis nostris, atque regnat in bonis actibus nostris. Dum dicit, benedictus sit Deus aperte demonstrat quia & filius similiter est benedicendus, quia & ipse est Deus. Ostendit, inquam, filium patris benedictione laudandum, quando dicit, benedictus sit deus, id est, creator omnium, quia & filius est creator. Quæcūque enim pater facit, hæc & filius similiter facit. & ita constat cum esse æqualem patri, & cōpotentialem atque cōæternū. Sed & dum dicitur, benedictus sit pater Christi, liquiddō demonstratur, quia & ipse Christus similiter à nobis sit benedicendus: quia qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Non enim rectè patrem benedicere potest, qui filium pariter non benedicat, cum pater non dicatur nisi respectu filij: Vnde patet filium esse cōæternum patri, & cōæqualem: quia si pater fuisset aliquando sine filio, non esset pater. Ac per hoc nec tantæ dignitatis tunc esset, quæ nunc est: sicque cepisset crescere, quod nefas est vel suspicari. Nunquam ergo fuit ante filium, sed sine initio filius est æternaliter genit⁹. Vel in eo quod dictum est, Benedictus Deus & pater dñi nostri Iesu Christi, ostenditur Christus homo simul & Deus esse. Homo enim est, cuius est pater idē ipse quē benedicimus. Deus enim Christi est secundum humanitatem eius, & pater Christi secundū diuinitatem eius. Qui merito benedicatur à nobis, quia ipse prior benedixit nos. Hinc ergo Apostolus incipit enumerare beneficia, quæ à Deo per Christū humano generi sunt concessa. Sit, inquit, benedictus, [qui benedixit nos.] Deus nos benedicit, cum virtutes nobis tribuit, vel in ipsis virtutibus nos promouet. Nos verò Deum benedicimus, cū pro beneficiis quæ cōtulit nobis ipsum laudamus. Benedixit nos non in quadā, sed in omni benedictione, non corporali, sed spirituali, id est, in sermone dei & sapientia & veritate, cunctisque reliquis virtutibus, & non in terre

nis, sed [in caelestibus,] ut quauis adhuc corpore hic detineremur, mente tamen & conuersione iam in caelestibus essemus. Et hæc tam copiosa virtutum bonorumque spiritualiū benedictio, data est à patre nobis [in Christo, id est, postquam cœpimus in ipso mediatore ac reconciliatore manere, incorporati visceribus ecclesiæ, quæ est corpus eius. Non enim extra Christum datur cuiquam ista benedictio. Vel præteritum pro futuro positum est, ut quasi iam factum indubitanter crederemus, quod faciendū speramus. Benedixit, id est, benedicit nos, hoc est, ditabit in die iudicij, in omni benedictione spirituali, non corporali: quoniam diuitias spirituales, non carnales dabit. Neque enim carnales cibos tunc præbebit, vel vxores & aurum, cæterasque delicias quas habent impij, sed illas spirituales, quas in supernis habent angeli. Vnde & corpus nostrum ut illarum deliciarum particeps fiat, erit spirituale: quia seminatur corpus animale, & surget corpus spirituale, potestate vtique, non natura. Tantæ enim leuitatis erit & claritatis, quantæ spiritus. Et ideo quicquid boni illud glorificatum corpus habebit, spirituale erit. Nihil ergo carnale, sed totū spirituale expectemus in illa benedictione, quoniam spiritualis, erit: & non particularis, sed vniuersalis. Omni enim benedictione spirituali nos beatificabit, replēs omnibus bonis, ut nihil omnino spiritualium bonorum desit nobis, cum dixerat Christus: Venite benedicti patris mei, percipite regnum. & ponet localiter in caelestibus inter agmina sanctorum angelorum & virtutem ac dominationū, ut eandē cum ipsis beatitudinem & gloriam atque scientiā habeamus ut simus illis etiam loci sublimitate pares. Et hæc est illa gloriosa beatitudo, quæ oculis non vidit, nec auris audiuit, nec cor hominis excogitare potuit, quæ nobis pater dedit, si in Christo nos inuenerit, id est, vera Christi membra. Aliter enim nullus ad hanc beatitudinem ascendere poterit, quia nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Quod Apostolus præteritum posuit, si nobis benedicturus in futuro, ita est stabile & impermutabile, sicut illud quod iam præteritū est, quod nulla ratione mutari potest. Nā quod factum est, non potest non fieri. Quod autem posuit, benedixit, & non donauit: & quod ait, benedictione, & non beatitudine, voluit nobis designare patris & filij potētiam. Suum enim benedicere, est benefacere. Et quid est aliud tunc benefacere, quam participationē beatitudinis impendere? Vnde Psalmista. Cōuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi. Et quod ipse nos benedicit illa tanta benedictione, ita est firmū & certū, sicut & illud quod antequam mundus fieret, nos elegit prædestinando ad vitam. Vel quod nos benedicit, non faciet improuide, sed [sicut elegit nos] à massa perdendorum ante mundi principium. Ita enim benedicit sicut prædestinauit, quia vni cuique benedictionem dabit, iuxta modum quem ei præordinauit. Elegit nos, id est, extra de massa peccatorum legit & abstraxit, & hoc

V fecit

**G** fecit [in ipso, id est, in Christo, ut essemus membra Christi, & ista electio facta est [ante mundi constitutionem. i. ante omnem creaturam. Et ad hoc nos elegit, [ut essemus sancti & immaculati.] Inter sanctum & immaculatum hoc interest, quod sanctus immaculatus quoque intelligi potest, immaculatus vero non statim sanctus. Nam paruuli quoque immaculati sunt, quia integro corpore nullum possunt facere peccatum: & tamen sancti non sunt, quia sanctitas voluntate & studio comparatur. Et quod immaculatus dici potest ille qui peccatum non fecit, sanctus autem is qui virtutibus plenus est. Sancti ergo intelliguntur perfecti, immaculati vero imperfecti. Sancti in virtutibus promoti, immaculati per baptismum à peccatis mundi, & post non inquinati. Tales igitur nos prædestinavit deus futuros, & hoc non in vana æstimatione hominum, sed [in conspectu eius] qui veritatem conspicit, & occulta cõsiderat. Si enim viderit nos veraciter esse sanctos & immaculatos, quicquid

**H** homines de nobis æstiment, ipse nobis præmiū reddet. Et econtra si per hypocrisim voluerimus simulare sanctitatem, licet nos iudicent sanctos indocti homines, ipse tamen damnabit. Elegit ut essemus sancti & immaculati in oculis eius, & hoc [in charitate, id est, ut in illa sanctitatem & immaculationem promoueremur, non timore pœnæ, sed amore iustitiæ. Notandum itaque quod ad commendandam magnitudinē gratiæ enumerat apostolus beneficia eiusdem gratiæ, quæ à deo per Christum humano generi data sunt. Deus enim ante mundi cõstitutionem, cum nullus quicquā meruisset, quia nullus adhuc erat, præordinavit quod in tēpore gratiæ aliquos à perdendis separaret, & iustos immaculatosque faceret, præordinavit quod & illos ad æternitatem perduceret. Harum prædestinationum alteram hinc implet, quod sanctos facit: alteram in futuro complebit, dādo immortalitatem & beatitudinē. Sic enim prædestinādo iam benedixit nos in cœlestibus, cum adhuc

**I** in terris maneamus, sicut prædestinando elegit ante mundi constitutionem, cum necdum essemus. Et elegit non quia futuri eramus sancti, sed ut essemus sancti, id est, ipse diligendo per gratiam fecit ut essemus sancti & immaculati.

*Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius, quæ super abundauit in nobis, in omni sapientia & prudentia, ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporū,*

*instaurare omnia in Christo, quæ in cælis & in terra sunt in ipso.*

Prædestinatio est gratiæ preparatio, gratia vero iam ipsa donatio. Et nos iure benedicimus deū, qui non solum prælegit nos ut faceret sanctos & immaculatos, sed etiā [prædestinavit in adoptionem filiorum.] Prædestinavit. i. antè & firmè ordinavit. Et hoc est præ, id est, ex antiquissimo tēpore. Destinare enim, per se longinquitatem notat. præteritū, indicat tēpus remotū. Prædestinavit, & hoc in adoptionem filiorum, id est, ad hoc ut iremus in filios secundū multo modum cõformitatem virtutum eius in nobis expressam, scilicet ut quātā humanæ naturæ possibile est, in sanctitate & iustitia nostro patri efficiamur cõformes: & imago bonitatis eius, inquantū fieri potest, exprimat in nobis. Quod ire in filios non est ex merito nostro, sed ex gratia sua, qua adoptauit nos in filios. Quod Apostolus notare voluit, dicens adoptionem. Maius vero est quod dicit adoptiuos dei filios: quāquam quod dixerat sanctos & immaculatos. Nos prædestinavit in filios, & hoc [per Iesum Christum] mediatorem, ut per eum qui naturalis est filius, faceret sibi adoptiuos filios, tēdētes [in ipsum] Christum, id est, in cõformitatem eius per fidem & bonos mores. Vel hanc prædestinationem fecit per Iesum Christum, id est, per virtutem & sapientiam suam, quia nihil fecit vnquam pater nisi per filium, qui est virtus & sapientia eius. Vnde patet filium esse cœternum & cœqualem patri. Et quod nos prædestinavit, hoc fecit, [secundū propositum voluntatis suæ, id est, sequendo hoc propositum quod proposuit in prophetis, quibus suam voluntatem de nobis reuelauit & intimaui. i. sicut per prophetas proposuit, ita ab æterno prædestinavit hoc est, non minus neq; alio modo nos ire in filios prædestinavit ab æterno, quā post in prophetis proposuit. Non tamen quantū ad se, prædestinatio præcessit propositum, sed quantū ad nos: quia illi præsentia sunt omnia, quæ nobis per tēpora vel spatia transeunt. Quod propositum fuit voluntatis suæ, id est, non meritorū nostrorum, sed suæ gratiæ voluntatis. Gratis enim ab æterno prædestinavit, gratis in tēpore per prophetas proposuit ac prænuñciauit. Et hoc totū fecit [in laudē gloriæ gratiæ suæ.] Nam quasi gloria gratiæ eius est æterna adoptio. Hoc fecit in laudem gloriæ gratiæ suæ, id est, ut in interiori & exteriori affectu laudemus gloriam, id est, abundantiam gratiæ suæ qua nos adoptauit. Quæ abundantia dicitur gloria, quia tanta & tā magna est, & intātum debetur honor à nobis sibi quā & inquantum de ipsa gloria multum nobis contulit, quod in prophetis prædixit, quod ante secula prædestinavit. Nam per hoc firmos & certos nos reddidit. Gratia fuit quod nos prædestinavit & quod elegit. Et hæc gratia tantum abundauit, ut ea quæ prædestinauerat, per prophetas prædiceret. Et ideo quia prædixit, ex ipsa abundantia laudatur à nobis sua gratia. Nisi enim per prophetas quos solus prædestinauerat prædixisset, nobis sua prædestinatio nota non fuisset. Et si nobis occulta fuisset, ad

**A** laudem suæ gratiæ nos non traxisset. Ex hoc igitur apparet, quod ex abundantia suæ gratiæ, qua nobis prædestinationem suam per prophetas voluit aperire, laus suæ gloriæ aucta debet procedere. Multū igitur est glorificandus, qui & nos prædestinavit in adoptionem filiorum, & ipsum gratis, & in prophetis hoc prænuñciauit. Quod autem nos dicitur prædestinasse, diuersum est ab eo quod supradictum est, elegisse. Aliud enim est prædestinare, & aliud eligere: quia electio semper cõsideratur inter duos vel plures, prædestinatio autem minimè: & electio fit de bonis tantū, prædestinatio autem de bonis & malis. Boni enim dupliciter prædestinantur. i. ad primam & secundam resurrectionem. At mali prædestinantur simpliciter ad indeficientis pœnæ retributionem, quam digne patientur pro peccatis cõmissis, ad quā quidem Deus nullū prædestinat. Ad nihil enim aliud est quicquid à Deo prædestinatus, nisi ad hoc quod ipsemet Deo post in eo operatur: quia ad hoc non valet aliquis prædestinari, quod inter creaturas Dei non poterit inueniri. Patet igitur nullum ad peccandū prædestinari: quia constat nullum à Deo peccatū creari. Ad pœnas autem prædestinatur, quas Deus fecit, ut re iusta puniatur. Prædestinavit nos Deus secundum propositū voluntatis suæ, vel potius (ut in Græco legitur) secundum beneplacitū voluntatis suæ: quia non omne quod placet, potest & beneplacere. Sed ibi tantū dicitur beneplacitum, ubi quod placuit, rectè placitum cõprobatur. Prædestinavit nos secundū beneplacitū voluntatis suæ, non nostræ, ne in tanto beneficio gratiæ de placito gloriaremur voluntatis nostræ. [In qua] utique voluntate sua [gratificauit nos]. i. sibi gratos fecit, ut ei grates reddemus pro suis beneficiis. Hoc est, non solum beneficia nobis collata procedunt ex voluntate eius gratia, non ex merito nostro, sed etiam istud quod sumus ei grati, propter ipsa beneficia adscribēdo sibi omnia. Sic dictū est gratificauit à gratia sicut iustificauit dicitur à iustitia. Gratificauit nos, & hoc [in filio suo. i. in operatione filij sui proprii & naturalis, qui & sibi cœternus & consubstantialis extitit. Et quia connaturalis, ideo in eius operatione factum est. Et etiā in dilecto, id est, propter hoc etiam potuit fieri, quia dilectus est à patre super omnes alios filios, quoniam filius est ab æterno, & semper manet & regnat cum eo. Vel nos qui prius displicebamus & inimici eramus, gratificauit sibi. i. gratia sua impleuit: & hoc in dilecto filio suo, id est, per mortem & resurrectionem filij sui, qui egregie ab eo diligitur, quia nihil in eo sibi displicet. Vel in dilecto filio suo, id est, in fide eius gratificauit nos sibi. In Græcis tamen codicibus non habetur, in dilecto filio suo: sed simpliciter, in dilecto. Et cū non additum in dilecto Dei, vel in dilecto patris, siue in dilecto ecclesiæ, sed absolute dictū sit, in dilecto, ita intelligendum est, ut subaudiatur ab omnibus, ab omnibus enim diligitur, quia est summum bonum. Omnis ergo gratia quam consequimur in laudem & gloriam eius, qui nos gratificauit, completur in dilecto, id est, in domino & saluatore nostro: quia nihil

boni esse potest nisi ex summo bono & in summo bono, quod naturaliter diligit & appetit omnis creatura. [In quo habemus redemptionem id est, à Deo manumissionem satanæ, hoc est manumissi sumus & liberati à iugo diaboli, qui impediēbat in nobis facultatem bene operandi. Non dixit, habuimus, sed habemus, ut cõtinue nos habere illam manumissionem notaret. Et hoc [per sanguinem eius, id est, per effusionem sanguinis eius, quia eius sanguis innocens effusus, precium fuit, quo redempti sumus, & libertati redditi, qui tenebamur captiui.] Per hoc quod dicit eius sanguinem tantam efficaciam habuisse, ostendit eum non solum hominem sine peccato, sed etiam Deum omnipotentem extitisse. Habemus in eo redemptionem. Et quam redemptionem? [Remissionem peccatorum] originalium & actualium in baptismo. Diabolus enim per peccata dominabatur nobis. Remissis autem peccatis nostris, amisit ille malignus dominium in nobis. Et ita peccatorum remissio facta est nobis redemptio & liberatio, ut in libertate seruiremus redemptori nostro. Aliud tamen intelligitur redemptio, & aliud remissio: quia remissio redemptionem facit & redemptio est manumissio, ac nostri arbitrij ad bene operandū restitutio: quia & iusti post mortē nullo tenentur vinculo, sed liberi ingrediuntur in regnū. Remissio autē simpliciter intelligitur peccatorū abolitio habemus remissionem peccatorū, & hoc [secundum diuitias gratiæ eius. i. secundum diuitem & copiosam gratiam misericordiæ, hoc est, secundum multitudinem misericordiæ eius gratis impensæ nobis quæ sicut est multa & exuperans omnem sensum, sic multiplicia & innumera deleuit peccata nostra. Gratia dico, [quæ superabundauit in nobis.] Hic vult ostendere quæ Deus benigne circa eū & reliquos Apostolos egit, ut per hæc ponderet suā auctoritatem, & sic efficacius possit suadere quod proposuit. Hastenus enim de his quæ toti sanctorum ecclesiæ data sunt, est locutus: & nūc de his agit, quæ specialiter apostolis cõcessa sunt. Cū enim gratia in omnibus sanctis abundasset vel abundet, superabundauit tamen in apostolis, quia ipsi copiosiore largitate eius acceperunt quā ceteri. [In omni sapientia & prudentia.] Sapientiam & prudentiam esse diuersas. Stoici quoque opinantur, dicentes Sapientia est rerum diuinarum cognitio, prudentia verò tantum mortalium. Iuxta hanc diuisionem, possumus sapientiam inuisibilem accipere fidem: prudentiam verò de his quæ corporaliter à nobis exercētur, vel de moribus & de prouidentia temporalium. Gratia verò in apostolis superabundauit in omni sapientia & prudentia, quia spiritus sanctus infuderat eis plusquam ceteris sapientiam, qua nosset patrem & filium & spiritū sanctum æternaliter ab utroque procedentē, atque filium solum incarnatū, non patrem neque spiritum, & alia mysteria incarnationis, & arcana cœlestia, nec non & dona ecclesiæ conferenda. Prudentiam quoque superabundanter dedit eis idem spiritus de ministris Ecclesiæ, ut prouiderent ea quæ futura vel facienda erant in Ecclesia, & futuros sta-



**G**tus ac tēpora prosperitatis & aduersitatis eius vsque ad finem seculi intelligerent, & quomodo per orbem dilatanda esset & exaltanda, atque ritus suos honorabiliter vbique celebratura, & omnes hēreses destructura. Subtilius enim sciebāt de trinitate & vnitāte diuinitatis, & de mysteriis incarnationis Christi, & de statu ecclesie acutius quā alij prouidebāt. Vel prudentiā intelligamus, quantum ad regnum ecclesie. Maiorem enim notitiam habebāt regendi ecclesiam quā alij. Sciebant nāque qualiter vnūquenque deberet admonere, & quos increpare, vel quos obsecrare, & cetera huiusmodi. Et quia omnis sapientia & prudentia per supernam gratiā superabundauit in eis, adhibenda est fides doctrinæ eorum, qua prædicant Christum, Deū creatorem & hominem verū esse. Intantum autem **H**inquit, superabundauit in nobis illa gratia, [vt notum faceret. i. notificaret] nobis sacramentū .i. mysterium [voluntatis suæ,] hoc est, mysticā & occultā voluntatem suam quæ antea latebat. Voluntatē (inquam) suam de incarnatione filij & renouatione humani generis, atque statu ecclesie, & donis eius cōferendis & eius regimine. Licet enim prophetæ partim hæc nouissent nullus tamen eorū vel omnia quæ apostoli vel tam lucide perspexit vt apostoli. Prophetæ nāque nouerunt vt illi qui fuerunt in rerum prænuntiatione, apostoli verō vt illi qui erant in rerum exhibitione. Voluntatis dico, exhibitæ nō hominū meritis, sed secundum bonum & piū [beneplacitum eius. i. quia tantum ei miserericorditer placuit, vt vellet humanū genus reparare. Quod beneplacitum ipse proposuit .i. procul anteposuit, vel prorsus posuit, siue omnibus palam obtulit, [in eo. i. in Christo, nō alio tēpore implendum, sed [in dispensatione plenitudinis temporum] .i. in plenitudine temporum dispensata & ordinata diuinitus, cum iam impleta essent tempora, quæ ipse disposuerat prius implenda. Vel notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, & hoc faceret secundum placitum eius. i. secundū quod ex sola potestate sibi placuit, & placitum illud est bonū, id est, vtile nobis. Quod sacramentum antequam notificaret **I**nobis, proposuit ipse in prophetis. i. sacramentum illud prædixit per prophetas qui mysteria incarnationis domini, & dona quæ collaturus erat ecclesie, præcipuerunt. Si enim penitus ignari essent homines, & non aliquantulū prædocti, nō reciperēt illud. Quod sacramentū fuit in eo. i. in Christo, in morte eius & resurrectione. Sacramentū dico, tendens in dispensatione plenitudinis temporū. i. ad hoc pposuit i prophetis, vt in plenitudine tēporis. i. tēpore præfinito, tempora gratiæ, distribuētur illud sacramentum per apostolos. Dominus dispensauit illud, quia aliis in ecclesia tribuit fidem & notitiam incarnationis Christi, aliis virtutes quoque & charismata, & quęcunq; dispensanda & distribuenda prædixerūt prophetæ. Et quod erat illud sacramentum? Instaurare. i. ad primū statū reducere, omnia per peccatum destructa. Et illam instauratiōnem facere [in Christo. i. in fide & gratia Christi, vt in eo restaurentur, [quæ in cœlis] sunt, id est, numerus beatorum angelorū

qui diuinitus erat stabilitus, cadentibus inde reprobis angelis: [quæ in terra sunt. i. homines: & omnia quę instauraret, permanerent] in ipso Christo sine fine, ne iam ulterius caderent. In eo quippe instaurantur quæ in cœlis sunt, cum id quod inde ex angelis lapsum est, ex hominibus redditur in ipso instaurantur & quę in terris sunt, quę ipsi homines qui prædestinati sunt in vitam æternam à corruptionis vetustate renouantur. Instaurantur quæ in cœlis sunt, dū illuc humiliati homines redeunt, vnde apostatę angeli superbiendo ceciderunt: instaurantur & quæ in terris sunt, dum peccatores ad iustitiam cōuertuntur. Vel ea quæ sunt in cœlis, sunt instaurata. i. in melius cōmutata in Christo. i. in Christi operatione, quia in reuelatione mysterij incarnationis dominicæ receperunt angeli quandam in melius promotionem. Sed & gaudium eorum creuit, cum homines in suum consortium cœpissent recipere. Nō enim pro angelis mortuus est Christus. Sed ideo etiam pro angelis fit, quicquid hominum per eius mortē redimitur & liberatur à malo, quia cum eis quod dammodo reditur in gratiam post inimicitias, quas inter homines & sanctos angelos peccata fecerunt, & ex ipsa hominum redemptione ruinæ illius angelicæ damna reparantur. Et sic instaurantur cœlestia & terrena, sed tamen ea tantum, quæ sunt in ipso ante mundi constitutionē electa & prædestinata. In ipso enim semper fuerunt & sunt, quos elegit ab æterno. Quod dixit instaurare, non dixit propriē, nisi respectu eorum quæ erant in cœlis: quia quæ sunt in terra, non sunt instaurata, sed restaurata. Nam instaurare dicimus, quando stauratum in meli⁹ instauratur, vt bonum in melius: restauratur autem, quod cum prorsus destitutum sit, instauratur, vt malum in bonum.

*In quo etiam sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum concilium voluntatis suæ, vt simus in laudem gloriæ eius nos qui antè sperauimus in Christo.*

In Christo restaurata sunt omnia, [in quo etiam nos vocati sumus] de infidelitate ad fidē, & hoc forte. i. gratia sola, nō nostro merito. Nā fortis nomine designatur gratia, quia in sorte nō est electio, sed voluntas Dei. Vbi enim dicitur, iste facit, & iste non facit, merita considerantur. Et vbi merita considerantur, electio est, nō fors. Quando autem Deus nulla nostra merita inuenit, sorte voluntatis suæ nos vocauit, quia voluit, non quia digni sumus. Sorte vocati sunt & ipsi apostoli, in quibus superabundauit gratia ne viderentur meruisse aliquid melius ceteris. Vocati sum⁹, nos dico prædestinati. i. prius præparati in eius sapientia, ab æterno præordinati ad vitam, & hoc [secundum propositum eius]. i. secundū quod postea prædixit in prophetis. Prophetæ enim apostolos ad fidem Christi conuertendos prænuntiant, & sicut ipsi prænuntiant ita & Deus prædestinauerat. Prædestinati enim sunt secundum propositum eius, quia si-

**A**cut magnifice illos ad fidem venturos, in prophetis prænuntiauit, ita magnifice illos prædestinauerat. Vel prædestinati sumus secundū propositum eius. i. secundum firmam & perseverantiam institutionem eius. [Qui] etiam in apostolis [operatur omnia] etiam velle iuxta [consiliū voluntatis suæ,] vt nemo gloriatur de suis meritis. Ac si dicatur: Cur nos magis elegerit ad officium apostolatus nescimus, sed tamen cō filio facit omnia. i. rationabiliter & prouide, nō temere. Nam ad hoc solet fieri consilium, vt rationabiliter fiat illud, vnde consilium habetur. Et consiliū quo facit omnia, est voluntatis suæ, id est, non extraneum, quia non ab alio accepit consilium, sed à sola voluntate sua. Et hoc consilio agit ipse, [vt simus] in æterna vita euntes [in laudē gloriæ eius. i. vt in illa vita laudemus diligendo & admirando ineffabilem gloriam eius, scilicet illum gloriosum, laudabilem & admirabilem, [nos qui antè sperauimus in Christo. i. antequam transeamus ad illam cœlestem patriam, posuimus in Christo spem nostrā, vel nos Iudæi qui ante conuersionem nostram sperauimus in Christo venturo, priusquam ille venisset. Iudæi enim ab antiquis temporibus sperabant in Messia venturo, & in eodem sperabat Paulus antequam ad fidem nouam conuersus esset. Per hoc quod in Christo speratur, deus esse monstratur. Et quia in eo speratum est ante aduentum eius, constat eū sine initio semper apud patrem fuisse. Nisi enim ille fuisset, perissent omnes qui sperauerunt in eo, quasi sperantes in nihilo. Vel ad hoc forte vocati sumus, vt simus in laudem gloriæ eius. i. vt per nos alij laudent gloriam eius, vel nos ipsi: nos dico, qui antequam vos, sperauimus in Christo: & ideo tales sumus vt per nos alij sperent & laudēt. Prius enim crediderunt apostoli quā ceteri.

*In quo & vos cum audissetis verbū veritatis, euangeliū salutis vestræ, in quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ, in redemptionē acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.*

Quia se & alios apostolos dixerat vocatos, ne videretur latēter dixisse Ephesios nō esse vocatos, subiunxit quasi dicens: Nos antè sumus in Christo vocati, [in quo & vos] postea iam vocati estis, etsi non principaliter tamen per eius membra & eius præcepto. Vocati estis ad fidē quam non accepistis ex merito aliquo, sed ex auditu solo, quia [cū audissetis] ex ore meo [verbum veritatis,] tunc vocati estis. In hoc multū commendatur gratia dei, quā tam leuiter, scilicet solo auditu receperunt, quia non intercessit eorū meritū, nō vis arbitrij ipsorum, sed solus auditus, vt gratiam in fidem acciperēt. Ideo credidistis, quia audistis verbum non falsitatis, vt antea in laude idolorum, sed veritatis in prædicatione Christi, quæ est nimia veritate suffulta, id est, ideo credidistis, quia verū esse quod dicebatur, cognouistis. Quod verbum est euangeliū vestræ salutis, id est, bonum nuntium,

quia in eo annunciata est vobis salus, id est, remissio peccatorum, & iustificatio, & vita æterna. Et quia possent audisse illud & non credidisse, addit: [In quo] enim euangeliū [ & credentes signati estis. i. segregati ab infidelibus [spiritu sancto] cuius gratiam accepistis. Sanctus enim spiritus credentes signat, id est, ab aliis hominibus discernit & separat, quia à peccatis eos purgat, & spiritualibus gratiis ornat. Vel in quo Christo signati estis imagine eius. i. vos qui culpa primi parentis deformati eratis, & quibus iam perierat imago & similitudo Dei, signati estis, hoc est, imagine & conformitate Dei estis impressi. i. restituta facultate bene operandi secundū innocentiam & iustitiam representatis imaginē dei patris, scilicet institutione liberi arbitrij estis impressi similitudine Dei secundū innocentiam & bona opera: & per hoc spiritum sanctum, nō per merita nostra, fide interueniente. Hoc nota uit, dicens, credentes & c. Quasi diceret: Quia credidistis, ideo signati estis spiritu sancto. i. hoc signum accepistis, quo distingueremini à ceteris, quod spiritu sancto repleti estis, quem non habet increduli. Qui spiritus est [promissionis, id est, promissus à Deo, sicut discipulis saluator præcepit ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarēt promissionem patris. Et iterum de eo dixit: Ego mittam promissum patris mei in vos. Vel promissionis est iste spiritus, quia his quos replet, promittit vitā æternā. & hoc ideo facit, quia ipse [est pignus] & arra & certitudo [nostræ hereditatis,] quam accepturi sumus à deo. i. charitas quam nobis ille spiritus infudit, arra est futuræ hereditatis. Pignus enim hoc loco pro arra positū est. Pignus enim quando datur, cū datum fuerit propter quod datum pignus est, pignus aufertur. Arra verō quando aliqua precij particula primum datur, vt sit signum totius massæ dandæ. Sic charitas per spiritum sanctum data fidelibus, signū & arra est dandæ plenitudinis vitę perpetuę. Hoc enim impletur, vnde arra data est: nec ipsa arra. i. charitas nobis auferretur, sed adimplebitur quando summā reddetur. Signati estis spiritu sancto, & hoc [in redemptionē acquisitionis,] vt vltra non dominetur inimicus in vobis, sed Christus qui vos sanguine suo redemit, vt possideat, nō vt amittat. Redemptio enim hoc loco vocatur immortalitas, quæ erit per resurrectionem. Adquisitio autem familiaritas illa quæ deum quærīt. Ducet ergo nos spiritus ille in redemptionem immortalitatis & impassibilitatis, scilicet vt redimamur ac liberemur ex mortuis, id est, faciet nos immortales per mortem Christi & resurrectionem. Et redemptio illa erit tanta, vt sit acquisitio, quia illa immortalitas sic nos adquiret deo & coniunget, vt vltra nō separēmur vel amittamur ab eo, sed semper illi inhæreamus & ab illo possideamur: & hoc [in laudē gloriæ ipsius,] scilicet vt laudem⁹ admiratione, dilectione, participatione gloriam ipsius, id est, beatitudinem eius, ideo posuit ipse, vt innueret, quia quicquid boni habemus, à deo est.

*Propterea & ego audiens fidem vestrā quæ est in domino Iesu, & dilectionē*

**G** in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro vobis memoriam vestri faciens in orationibus meis, vt deus domini nostri Iesu Christi, pater gloria: det vobis spiritum sapientiae & reuelationis in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quae sit spes vocatiōis eius, & quae diuitiae gloriae hereditatis eius in sanctis & quae sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus secundum operationem potentiae virtutis eius, quae operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis, & constituens ad dexteram suam in caelestibus, supra omnem principatum

**H** & potestatem & virtutem & dominationem & omne nomen quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius. & ipsum dedit caput supra omnia ecclesiae quae est corpus ipsius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

Inuitat eos Apostolus ad veram fidei constantiam, quam ab eo perceperunt de domino Iesu, scilicet Christum verè esse creaturam in humanitate, & verè creatorem in diuinitate, id est, esse verum hominem & verum deum. Nam vt in hanc fidem eorum quae per dilectionem operatur, roborarentur & auergerentur, gratias pro ea deo referebat vt ipse deus qui dederat, multiplicaret eam & confirmaret. Quasi dicat: Vocati estis, euangeliū audistis & credidistis atque spiritu sancto signati estis. [Propterea .i. propter has causas, gratias ago, quia non solum vicini vestri, sed & ego] longe positus in Romano carcere, audio [fidē vestram,] quasi iam famosam & in vobis solidatam, quae iam multis vt conuertantur proponitur exemplar, quia constantēs estis in ea. Et hoc ideo, quia [est in domino Iesu .i. firmiter fundata & permanēs in domino saluatore qui vos suo dominio mancipauit, vosque saluauit. Et audio etiam] dilectionē vestram redundare [in omnes sanctos, id est, charitatē vestram qua sanctos omnes ita diligitis, vt quicquid pie potestis impendatis illis. Et ita charitatis opera quae facitis in sanctos, faciūt vestram charitatem longe diuulgari, multi que eā proponunt exemplar. Vnde ego haec] audiens, non cesso gratias] agere deo [pro vobis,] quia fidem hanc & dilectionem vobis contulit. Magna illis erat vtilitas, quod tātus Apostolus pro illis gratias agebat, quia per hoc diuinitus confirmabantur & promouebantur in fide & dilectione, quam nuper acceperant praedicatione sibi euangelio. Gratias, inquit, ago pro his quae iam accepistis, & orationes facio vt quae necdum habetis, habere possitis. Memoriam vestri] fa-

cio [in orationibus meis, vt deus] det vobis intelligere quae credidistis, scilicet: vt quod fide credidistis, notitia percipere possitis discernendo. Et hoc det vobis deus [domini nostri Iesu Christi,] id est, deus illius quem reuereri debemus, quia eius serui sumus, & ipse dominus noster: & est Iesus .i. saluator noster: & est Christus id est, rex noster siue sacerdos. Hoc totū dicitur respectu humanae naturae, quia secundum humanitatem tantum est deus Christi, qui secū dū diuinitatem eius, est pater ipse. Qui enim tempore creauit eum ex virgine, ipse ante omnia tēpora de seipso genuerat eū. Vnde dicitur [pater gloriae, quia ipse Christus secundum excellentiam aeternae diuinitatis suae est gloria patris, id est, virtus & sapientia & verbū eius. Per hoc itaque quod dicit, deus domini nostri Iesu Christi, ostendit illum esse verū hominem: & per hoc quod subiungit, pater gloriae, notat illum esse verum deum ex patris substantia. Et rogo vt iste pater [det vobis spiritum sapientiae] de caelestibus ac diuinis [ & reuelationis in agnitionem eius,] vt non obscure, sed sine velamine agnoscat eū, id est, Christum, secundum quod deus est omnipotens atque principio & fine carens, & omnia diuinitate implens. Det vobis spiritum sapientiae in agnitionem eius, id est, spiritum sanctū quo infunditur hominibus sapientia, vt agnoscatis illum iuxta quod agnoscedus est ab his, qui adhuc in carne viuūt vt omnia quae de illo possunt in hac vita cognoscere, cognoscatis. Et det vobis spiritum reuelationis de humanitate eius, spiritum sanctū, quo reuelet vobis mysteria humanitatis Christi in agnitionem eius, vt manifeste agnoscatis incarnationem eius, non per vmbra, sicut illi qui fuerunt ante aduentum eius. Ideo orat vt hanc Christi notitiam det illis deus, quia si hanc habuerint, nulla aduersitate separabuntur ab eius fide & dilectione. Et declarat consequenter, cuiusmodi sapientiam & reuelationem vult vt det illis. [Illuminatos,] inquit, [oculos cordis vestri] det vobis, id est, aspectum vestrae mentis & rationis faciat clarum & perspicuum. Quod est dicere: Ita illuminet vestram rationem, vt perspicuē remota vmbra phantasmatum, auertat ratio vestra quod praemium speretur de fide, scilicet vita cum angelis aeterna. Et hoc est, [vt sciatis quae sit spes vocatiōis eius, id est, fidei eius. Hoc est, sic illuminet interiores oculos vestros, vt intelligatis quod praemium erit pro fide eius illis, qui constanter in ea perseuerant, ad quod per euangelium vocati estis. Vel quae sit spes vocatiōis eius .i. qualis & quanta sit gloria quam speratis, & ad quā vos vocauit: quam preciosa est summa beatitudo, quam adipisci speratis per eum, qui vos ad fidē suam vocauit. Et vt sciatis] quae sunt] diuitiae, gloriae .i. copia beatitudinis, id est, quā sufficiens & multiplex & copiosa est beatitudo illius gloriosae [hereditatis,] quam firmo iure possidebunt cōmuniter sancti, in perfectione virtutum consummati. Ista enim diuitiae erunt [in sanctis. Vel tantam esse beatitudinē illam intelligatis, quanta est in sanctis, id est, quantam ipsi habent vel intelligunt esse. Et vt sciatis] quae & quanta

**A** & quanta [sit magnitudo virtutis eius in nos] apostolos, id est, quā larga & copiosa prouenit virtus eius in nos, vt spirituali scientia illustrati, & virtute spiritu sancti confortati nihil timeremus: sed magna autoritate regibus & tyrānis contradicentes, euangeliū vbique praedicaremus, & miracula potenter operaremur, atque cunctos errores destrueremus. Et haec magnitudo virtutis & fortitudinis quae data est nobis praeter ceteris, est [supereminēs, id est, super alios manēs, quia nobis excellentiora sunt data quā aliis, vt & illi post nos studeāt ad virtutem alta proficere. Et ista magnitudo tam celsa est in nobis apostolis, [qui credidimus,] quia nos intensius & firmiter credidimus quā alij. Et est de super à deo missa in nos, & hoc [secundum operationē potentiae virtutis eius .i. secundum opus quod virtus dei, id est, vis dei operata est. Virtus dico potētiae, id est, potēs in omnibus. Vel nos credidimus secundum operationē potētiae virtutis eius, id est, attendentes potentē virtutem eius factam. Et quam virtutem? Scilicet illam] quā operatus est] potenter [in Christo, suscitans illum] ita vt procul esset à mortuis, id est, vt nunquā amplius moreretur, sed immortalitatis virtute permaneret. In hac enim operatione ostensa est nobis potētia virtutis eius. Quae & constituit, id est, simul secundū animā & corpus statuit [ad dexteram suā, id est, in potentiori dignitate sua positū] [in caelestibus,] praeferebat illum omni creaturae. Dextera enim dei aeterna beatitudo est, quae sanctis datur: sicut sinistra eius recte dicitur miseria perpetua, in qua sunt impij. In caelestibus est Christus, vt eius dignitas etiā ex loco monstraretur. Et est etiā loco [supra omnē principatū & potestatem & virtutē & dominationē,] vt per hoc ostendatur esse maioris dignitatis & amplioris felicitatis ac beatitudinis, quā aliquis spiritus in his ordinibus, quoniam excelsior caelis, id est, spiritibus angelicis factus est. Isti enim quatuor ordines angelorum, & iuxta librum Dionysij Arcopagitae de caelesti hierarchia numerantur ascendēdo. Principatus enim est sub potestate, potestas sub virtute, virtus sub dominatione. Super dominationē verò est ille ordo qui vocatur thronus quia deus in eo sedet. Cū ergo Christus super dominationē exaltatus dicitur, liquidò demonstratur sedere in throno cū patre. Principatus autē vocatur, qui ipsis quoque bonis spiritibus angelicis praesunt. Qui subiectis aliis dū quae sunt agēda disponūt eis ad explenda diuina ministeria principantur. Ex quibus vnus [nisi fallor] apparēs Iosue, dixit se esse principem exercitus domini. Potestates verò dignioris potētiae intelliguntur esse quā principatus, vt & subiectis ordinibus angelorum potenter praesint, & ad diuinā cōtēplationē super se potenter extendantur. Virtutes autē dicuntur illi spiritus, qui virtuti diuinae fortitudinis firmiter ceteris assimilati, ad omnia quaecumque voluerunt, fortiter praesalent. Dominationes verò nuncupantur, qui nobilissimi in illa caelestia curia sunt, & subiectis quibusque dominantur, atque possident eos vt domini. Et super omnes istos exaltatus est secundum humanitatem suam Christus, qui est caput nostrū, vt & nos mēbra

eius vsque ad istorum societate & aequalitatem pertingamus. Vnde & quod supradictum est, vt sciatis quae sit supereminens magnitudo virtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis, & constituens ad dexteram suam in caelestibus, de nostra resurrectione intelligi potest, vt quemadmodum Christus magnifice resuscitatus est & eleuatus in caelum, sic & nos in fine seculi pro modulo nostro magnifice resuscitemur, & ad caelestia sublimemur. Mirabilis enim & supereminens, id est, super omnes alios ex toto manēs magnitudo virtutis in nos à deo veniet, quando in istu oculi resurgemus, & immutabimur atque rapiemur in nubibus obuiā Christo in aera, & sic semper cum illo erimus. **1. Cor. 15**  
**Qui** [vt dictum est] exaltatus est super omnes praefatos angelorum ordines, & super ceteros altiores. Et vt generaliter dicam, [super omnē nomen, id est, super omnē ordinem vel personā magnae famae & magni nominis,] [quod nominatur non solum in hoc seculo,] vt Michael & Gabriel, [sed etiā in] alio [futuro,] vt quaedam personae beatorum spirituum maioris dignitatis in illo caelesti regno, quarum fama & appellatio ad nos in terra manentes nunquā perueniet. Id est, dignitas eius superat dignitatē omnium maiorum inter caelestes creaturas, & non solum sublimauit eū pater super omnes choros angelorum vel personas, sed etiam [omnia subiecit sub pedibus eius.] A similitudine dictum est. Nam sicut qui submissus est, sub pedibus conculcatur, & conculcanti resistere non potest, sic omnia imperio & potestati Christi subiecta sunt, & illi contraire non valent. Omnia subiecit, & ita vt sint sub, id est, inferiora. Aliud sub, notat omnimodam subiectionem, scilicet quod nec audeant, nec possint contraire imperio eius. Per pedes enim intelligimus humanitatem eius: quia sicut pedes sunt inferior pars corporis nostri, sic humanitas est inferior natura Christi. Diuinitas enim superior natura eius est. Et haec scientia de futuro accipiēda est, quādo in die iudicij omnes cognoscēt se subiectos ei, alij recipiēdo praemium vitae, alij patiendo sententiam mortis aeternae. [ & ipsum] dominum, qui tātus & tam potens tamque sublimatus est, [dedit] nō ex merito nostro, sed sola sua gratia [caput super omnia] bona virtutum [ecclesiae,] vt ipse caput & fons esset omnium bonorum ecclesiae, vel supra omnia mēbra ecclesiae, vt ipse maiorum & minorum fidelium caput esset. Vel sicut in aliis libris habetur, supra omnem ecclesiam Iudaeorum scilicet atque gentilium, vt nullus ad ecclesiam pertineret, qui hunc caput non haberet. Nam sicut omnia membra humani corporis reguntur à capite, id est, visus, auditus, gustus, odoratus & tactus, ita omnes spirituales sensus ecclesiae sunt in Christo, vt in eo videat deum, & audiat verbū eius, & gustet quā suauis est dominus. & odorem notitiae eius attrahat, & spiritualiter eū tangat, dicens: Mihi autē adhaerere deo bonū est. Qui longe aliter est caput ecclesiae, quā princeps aliquis caput exercitus, quia illa [est corpus ipsius.] Vnū enim sunt sponsum & sponsam, vt caput & corpus. Ecclesia dico, [plenitudo eius, id est, plenariū corpus eius. nullum enim

**G** membrum deest ibi, quod soleat esse in humano corpore. sed sunt ibi qui prouident aliis, vt oculi: sunt qui ministrant, vt manus, sunt qui loquuntur verbum salutis, vt os, & sic cætera membra. [Qui] Christus [adimpletur] nō in se, quia sic plenus est & perfectus, vt non possit agmentari, sed [in omnibus] fidelibus suis. Et quid adimpletur ipse in eis? [Omnia] bona quæ sunt in eis, id est, charitas, humilitas, patientia, castitas & his similia. Hæc enim omnia Christus est in electis suis. Et dum hæc augentur in eis & multiplicantur vsque ad plenitudinem, ipse nimirum adimpletur in eis. Qui & in futuro feliciter adimplebitur in ipsum, vt sit deus omnia in omnibus. Vel adimpletur ipse nunc omnia in omnibus, dum membra eius quotidie secundum quantitatem proficiunt: & dum defunctis his qui modo sunt in ecclesia oculi vel os, succedunt alij pro eis: & sic de cæteris, vt integer maneat numerus membrorum, & secundum successorem semper crescat. Omnia prædicta valent ad confirmandum eos in fide Christi, vt credant eum verum hominem & deum perfectamque salutem dare credentibus. Sequitur:

## CAPVT II.

**T** vos cum essetis mortui delictis & peccatis vestris in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentia. In quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus, in desideriis carnis nostræ facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natura filij iræ sicut & ceteri. Deus autem qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificabit nos in Christo, cuius gratia estis saluati, & conresuscitauit & confedere fecit in caelestibus in Christo Iesu, vt ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu. Gratia enim non estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis. Dei enim donum est, non ex operibus vt ne quis gloriatur. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit deus, vt in illis ambulemus.

Ingrederetur Apostolus dissuadere & superfluas ostendere carnales obseruatias, quas præuidebat fore introducendas ab hæreticis. com-

memorat etiam priora mala, vt in bonis quæ prius perceperunt, humiliantur: & certum sit, quia si hæc inimicis data sunt, multo magis ampliora dabuntur amicis. Ne enim in tumorem ex bonis erigantur, ostendit de quo statu ad quæ dignum vocati sunt, dicens omnia beneficia eis vel apostolis vel toti humano generi, per solam Dei gratiam esse data. Litera sic coniungitur: Suscitauit Christum à mortuis, & ad dexteram suam eleuauit, & vos quoque conresuscitauit, & in caelestibus confedere fecit. Sed istud inferius vbi dicit, deus autem qui diues est, ideo interposuit vt dissuaderent carnales obseruatias, & illos humiliaret ex recordatione præcedentiarum culparum: Ac si diceret: Deus corporaliter suscitauit Iesum Christum à mortuis, [ & vos ] spiritaliter cum eo resuscitauit ab interna morte [ cum essetis mortui ] in anima [ delictis & peccatis vestris ] Sicut enim iustitia est vita animæ, sic peccatum mors eius. Delictum nonnulli volunt accipere secundum consensum malæ voluntatis, & peccatum secundum executionem operis. vel delictum est, quando aliquis facere negligit quod à deo præcipitur: peccatum, quando præsumit agere quod prohibetur. Vos mortuos delictis & peccatis gratia Dei viuificauit. Hoc multum valet ad dissuasionem carnalium obseruatiarum: quia si de morte animæ ad vitam non illis obseruantis, sed gratia duce peruenerit, non est ratio vt post acceptam vitam his indigeat. Mortui eratis, quia aliquando, id est, ante conuersionem vestram [ ambulastis ] in illis delictis & peccatis. Et ambulastis in illis de alio ad aliud, [ secundum seculum huius mundi .i. sequendo & imitando seculares homines ista mundana appetentes. Vel secundum malitiam seculi huius mundi qui totus in maligno positus est, ambulastis. Nam superior mundus .i. regnum celorum, habet aliud seculum in quo regnat iustitia. vel sequuti hoc seculum, quia sicut in hoc seculo succedit tempus tempori, ita semper in vobis succedebat peccatum peccato: & ita comparabiles seculo fuistis in continua serie peccatorum. Seculo dico, huius corruptibilis & caduci mundi, cuius sectatores diuersis vitis assidue corrumpuntur, & cito decidunt in interitum. Nec solummodo secundum hoc seculum ambulastis in via iniquitatis, sed etiam secundum principem potestatis aeris huius, id est, secundum quod suadebat vobis princeps, qui in hoc aere potestatem habet vel infideles tentandi, vel ipsum commouendi, secundum hunc iniquitatis principem ambulans, qui secundum voluntatem eius peccat, qui est princeps potestatis aeris, quia principatur exercitui demonum, qui sunt potestas aeris, quia possunt in eo discurrere, & suggestiones hominibus ministrare: vel quia ipse satanas in hoc eodem caliginoso aere, vicino terris, potestatem habet (vt diximus) volitandi ad suadendum mala, siue commouendi aliquoties tempestates ad incommoda hominum, sicut fecit aduersum Iob. Et quis est iste princeps? [ spiritus, id est, non carnalis substantia, sed incorporea. Per hoc quoque innuitur, quia multum erant in peccatis, quoniam spiritus, id est, res inuisibilis à quo nesciebant cauere sibi, eos impugnabat. Periculosus enim impugnatur homo

**A** homo re inuisibili quam visibili, quia si hostem videret, sibi fortasse caueret. [ Qui ] spiritus [ operatur in filios diffidentia, id est, in illos qui volunt tenere carnales obseruatias, qui diffidunt de Christo, non credentes eum sufficere ad iustitiam & salutem, nisi & carnales obseruatias superadiciant. Ob hoc dicuntur filij diffidentia quia diffidentia infidelitatis genuit eos in tali errore, id est, fecit eos diffidere. In quibus operatur diabolus vt diffidant à Christo, & carnales ceremonias quærant [ nunc, id est, post aduentum Christi, qui vera lux est, & umbram veterum obseruatiarum exhibitione veritatis remouit. Ac si dicitur: Quandoquidem malignus hæc operatur, etiã postquam veritas apparuit, id est, opus illius est adhuc facere diffidere, videte ne forte vos diffidatis. Et hoc valet ad propositum. Nam si cum adhuc tanta ac tali multiplicitate peccatorum irretiti erant, liberati sunt sola gratia, non carnalibus obseruatias, patet, quia post liberationem superflue eas tenerent. Vel in filios diffidentia, id est, in illis qui propter sua multa peccata diffidunt de æternis bonis, & desperant de salute sua, operatur diabolus nunc, id est, postquam de manu eius erepti fuerant. Vel ideo vocatur filij diffidentia, quia de eorum salute diffidit mater ecclesia, considerans in eis operationem nequissimi spiritus. Ne autem viderentur Ephesij ideo fuisse tam grauibus irretiti peccatis, quia carnalibus obseruatias non studuerant, ostendit etiam seruientes illis ceremoniis similiter implicitos fuisse peccatorum multitudine. Et hoc est: [ In quibus ] delictis & peccatis non solum vos, qui non habetis carnales obseruatias, sed [ & nos ] qui illas custodiebamur, & illi qui modo sunt tati apostoli nos iquam [ oes conuersati sumus .i. per omnia genera vitiorum versati sumus [ aliquando, ] id est, ante conuersionem nostram [ in desideriis carnis nostræ, id est, in concupiscentiis eius. Et eramus [ facientes voluntatem carnis, id est, opere complebamur quod carnalitas nostra exigebat secundum libidinem & crapulam, & cetera quæ ad delectationem carnis attinet, & voluntatem [ cogitationum ] faciebamur, secundum iram & superbiam & ambitionem & cetera vitia, quæ in corde sunt, & non in delectatione corporis. Si verò carnis nostræ, sic legatur, ita dico nos fuisse in delictis, quando manebamus in desideriis carnis nostræ, id est, in vehementia concupiscentiæ ministrata à carne, plus voluit in desideriis notare, quam concupiscentiam, id est, multiplicem & omnimodam vehementiam concupiscentiæ quam per legem incurrerunt. Vnde Romanis ait: Cum enim essemus in carne, passionibus peccatorum quæ per legem sunt, operabatur in membris nostris. Et item: Peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Et propterea de maledicto mortis venientes [ eramus filij iræ, id est, filij vltionis, filij gehennæ, & hoc [ natura, ] id est, originali peccato, [ sicut & ceteri ] qui legem non acceperant. Nam cum ira dei nascuntur omnes mortales, & peccate primo homine, vitium pro natura inoleuit. Sed per dei gratiam nonnulli de filiis iræ fiunt filij adoptionis, quod per legem non valet fieri: ideoque Iudæi carnales licet haberent le-

gem, nihilominus filij iræ manebant sicut nati fuerant, quemadmodum & ceteri populi terrarum qui sine lege erant. Et per hoc voluit innuere, legem nihil posse ad peccatorum alleuacionem, cum ipsi qui obseruabant legalia præcepta, debiti essent iræ dei, sicut & alij qui mandata legis ignorabant. Hoc enim de lege sola sine adiunctione gratiæ dicitur. Quod totum ad gratiæ commendationem valet, & sic ad carnalium obseruationum destructionem: quia cum essent mortui multiplicitate peccatorum, seruiedo etiam illis ceremoniis, gratia dei eos conuiuificauit, quod lex facere non potuit. Vos eratis mortui, & nos similiter, & eramus ex natura vitiosa filij iræ: sed [ deus qui diues est in misericordia, ] quoniam secundum largas misericordiæ suæ diuitias omnia peccata & originalia & actualia per baptismum remisit, vt vbi abundauit peccatum, superabundaret gratia [ propter nimiam charitatem suam ] erga nos summam .i. omnium sensum superantem, cum ipse filium sibi coæternum faceret incarnari & mori, [ qua dilexit nos deus, cum essemus ] spiritaliter [ mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, id est, viuificauit nos cum Christo secundum remissionem peccatorum, & innocentiam atque virtutum consummationem: hoc est, sicut Christo perpetuitatem vitam in æterna beatitudine attribuit, sic nobis largitus est veram vitam innocentiam & iustitiam. [ Cuius ] Christi [ gratia ] vos Ephesij & alij gentiles [ saluati estis, ] sicut & nos secundum remissionem, & innocentiam & iustitiam. Et non solum conuiuificauit nos, sed etiam [ conresuscitauit .i. spe cum Christo iam resuscitauit, vt quemadmodum Christus est resuscitatus, sic nos spei certitudine expectemus resuscitandos. & etiam [ fecit ] nos [ confedere, id est, spe cum Christo federe vt iudices in æterna beatitudine, & hoc [ in caelestibus ] locis, vel inter caelestes essentias. In sessione enim designatur iudicium, quia federe solet qui iudicat. Faciet ergo nos federe cum Christo, quia faciet iudicare cum illo. Imò cum eo iam nos resuscitauit, & cum eo federe fecit in caelestibus, quia quauis corpus nostrum nondum ibi sit, tamen spes nostra iam ibi est. Et hoc totum in Christo Iesu, id est, in potestatem & virtutem & gratiam eius. Hæc omnia multum valent ad intentionem, quia cum hæc vniuersa det sola diues gratia, frustra post hæc inducuntur carnales obseruatias. Ideo sua prædestinatione & nostra spe nos fecit iam confedere, [ vt ostenderet in seculis venientibus super ] ista temporalia secula .i. in seculis æternitatis, vel in seculis quæ post nos in hoc seculo venient, [ abundantes diuitias, ] id est, æternam beatitudinem, quæ adeo diues erit, vt ibi nulla re quis indigeat, vel donationem beneficiorum suorum abundanter diuitem & copiosam, diuitias dico [ gratiæ suæ, id est, propter gratiam suam datas, & hoc [ in bonitate ] sua, non in consideratione meritorum nostrorum, quoniam melior est misericordia eius super vitas. Et tãtã eius diuitiã erunt [ super nos, id est, multo maiores quam digni sumus accipere. Vel super nos erunt .i. omnem intelligentiæ nostræ capacitatem exuperabunt, quia tam magnæ & tales erunt quas nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec cor ho-

Roma. 5.

E

F

Psal. 62

1. Cor. 2.

minis



**G**minis excogitauit. Tantum enim dabitur, quā tum mens inuestigare non potest. Quis enim intellectus capere sufficiat illa supernæ ciuitatis quanta sint gaudia, angelorū choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriæ cōditoris assistere, præsentem dei vultum cernere, incircūscriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari? Et hæc omnia dantur [in Christo Iesu. i. in potentia & gratiæ & largitate Christi. Ad quid igitur post hæc carnales obseruantia inducerentur? Verè gratia dei largas habet diuitias, nā [gratia eius estis saluati.] & mundati à peccatis, & hoc [per fidem. i. fide interueniēte, quia credidistis vos gratia posse saluari. Et tamen [hoc non] est [ex vobis,] sed ex vocante deo, quia ex auditu euangelij accepistis fidem. [Dei enim donum est] ipsa fides, vel vocatio vestra, & non partim sed pure donum dei quia [non ex operibus vestris, id est, non est ibi admixtio operum: [vt ne quis gloriatur] quod fidem habeat ex operibus

**H** videtur Apostolus innuere quod de operibus isti gloriarentur, non de gratia dei. Sed ille maxime vult de suis operibus gloriari, qui per carnales obseruantias fidem & iustitiam petit, vel se accepisse putat. Et verè gratia saluati estis, nō ex operibus vestris, quæ ex vobis ipsis habetis, sed tantum his operibus, in quibus vos deus fecit, id est, formauit & creauit. Et hoc est: [Ipsi enim sumus factura] & nos & vos, [creati in Christo Iesu in operibus bonis,] nō illa creatione qua homines facti sumus, sed ea de qua ille dicebat, qui vtiq; iā homo erat, Cor mundū

Gene. 1.

Psal. 59.  
Galat. 6.

Nota.

**I** nota. Facti ergo sumus & creati in operibus bonis, quia restitutione liberi arbitrij data est nobis libertas bene operandi, id est facti sumus habiles ad bene operandum. Et hoc factum est in Christo Iesu, id est, in gratia eius, nō in merito nostro. [Quæ] opera bona [deus] prædestinando [præparauit] [præueniens] arbitrium nostrum. Omne nanque bonum à gratia dei sumit originem. Et ita præparauit, vt in illis ambulemus, id est, promoueamur & proficiamus de bono ad melius. Et quia his modis nos saluauit, manifestum est nos gratia eius esse saluatos. Et si gratia eius sumus saluati, tunc frustra carnales obseruantia superinducuntur.

*Propter quod memores estote quod aliquando vos gentes eratis in carne, qui dicimini præputiū ab ea quæ dicitur circūcisio in carne manufacta, quia eratis illo in tēpore sine Christo alienati à conuersatione Israël, & hospites testamētōrū, promissionis spem nō habētes & sine deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longe, facti estis propè in sanguine Christi.*

Contulerat Iudæos & gentes quod vtrique fuissent sub peccato. Nūc ostendit gētes fuisse

indigniores & impropria Iudæorum perpeffas, vt modo æquales Iudæis, magis sint obnoxij gratiæ dei. Ac si dicat: Quandoquidem factura dei estis, creati in operibus bonis, ergo nolite obliuisci de quanta vilitate vitorum ad quātam sublimitatem virtutum de<sup>o</sup> vos promouit, vt maiorem gratiarum actionē ei referatis pro tantis beneficiis quæ vobis cōtulit. Et hoc est: [Propter quod, id est, quia de malis vos eripuit deus & bonis ditauit, [estote memores, quod aliquando, id est, ante conuersionem olim] [vos eratis gentes,] id est, quales geniti fueratis: nec solum secundum originem, sed etiam [in carne id est, secundū carnem, hoc est, secundū carnis voluntatem & carnis appetitum, quia faciebatis omnia quæ carnis voluptas suggererat. Vos dico, qui intantū eratis peccatores, vt à peccatrice gente Iudæorum despiceremini, obiciēte vobis vos esse præputium, id est, præputiatos. Et hoc est: [qui dicimini. i. qui vocamini hoc nomine opprobrij, quod est, [præputiū,] quia secundum illam partem viri magis ad delectationem carnis incenduntur, & libidine pūguntur atq; immunditia polluuntur. & hoc [ab ea] plebe, [quæ] peccatis est plena, sed tamē [dicitur] verè esse [circūcisio in carne,] non in spiritu: & [manufacta,] nō à deo. Sola nanq; caro amputabatur, nō cordis praua cogitatio. Et merito despicietamini, [quia eratis illo in tēpore in nequitia notabili, [sine Christo, id est, sine Christi fide vel notitia. Et eratis, alienati] & separati] à conuersatione Israël. i. iudaici populi, quia dedignabantur vos secū habitare. Et eratis [testamentorum hospites, id est, si quis vestrum veniebat ad iudaismum vt hospes & aduena accipiebatur in lege, & vilis inter Iudæos reputabatur. Legem dicit pluraliter testamenta propter multiplices promissiones suis cultoribus factas, & quia in veteri testamento cōtinebatur nouum. Vos dico [non habentes antè spem promissionis. i. de nulla promissione sperantes, quia nec ea sperabatis quæ promissa sunt Abrahæ, nec ea quæ promissa sunt dauid vel cæteris patribus. & ideo nō erat vobis spes illius diuinæ promissionis, quia eratis [sine deo. i. sine dei patris notitia] [in hoc mundo] tam malo qui totus in maligno positus est. Quod nūc dicit, sine deo. i. sine dei patris agnitione & gratia, hoc est, quod dixerat, sine Christo, id est, sine Christi notitia & gratia: quia quisquis ignorat patrē, ignorat & filiū: vel quisquis nō habet filiū, nec patrem habet: & qui vnū habet, habet & aliū. Olim tales fuistis, [sed nunc. i. post acceptionē gratiæ] [in Christo Iesu. i. in potentia & largitate Christi, [vos qui aliquando, id est, ante conuersionem eratis] [longe] à deo non corpore, sed corde & meritis, [facti estis ei propè] vel omnibus supradictis à quibus longe eratis, & hoc [in sanguine Christi, id est, in vi effusionis sanguinis Christi. Ille enim sanguis tantæ efficacitæ fuit, vt per illū hæc omnia possent haberi. Qui nisi emanasset, nihil prædictorum bonorū nobis cōtigisset. Omnia hæc accepistis tū in potentia Christi Iesu, tum in efficacia fusi sanguinis eius, & nō in carnalibus obseruantis. Si ergo tūc cum tā multipliciter essetis remoti

**A** remoti à deo, vt notatū est, non indignistis carnalibus obseruantis, sed sola gratia saluati estis in gratia & sanguine Christi multo minus modo, cum iam recepistis vestram saluationē. Solum itaque Christus vobis est tenendus firmiter & amandus, qui vos de tantis malis eripuit, & Hebræis fidelibus pares & socios fecit.

*Ipsa enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietē maceriæ soluens inimicitias in carne sua legem mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in semetipsum, in vnum nouum hominem, faciens pacē, vt reconciliet ambos in vno corpore deo per crucē, interficiens inimicitias in semetipso. Et veniens euangelizauit pacē vobis, qui longe fuistis, & pacē his qui propè, quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem.*

Verè sanguis Christi deo vos proximos fecit in Israëlitis atque testamēto & promissionibus quia [ipse] Christus [est pax nostra. i. qui nos deo & angelis pacificauit, & qui Iudæos & gentes diuersis ritibus discordantes fecit in fide concordēs. Pax enim pacatos facit, sicut iustitia iustos. Pax nostra ipse est, [qui vtraq; fecit vnū. i. Iudaicum populū & gentile fecit vnanimēs in fide & cultura vnus Dei & moribus] Et quomodo hoc fecerit, subditur: [Medium parietē maceriæ soluens,] parietem intelligitur vocare circūcisionē, quæ diuidebat Iudaicum populū à gentili. Sicut enim paries medius diuidit lecū à loco, ita circūcisio separabat populū à populo. Qui paries in aduētū Christi facta est maceria, quoniam circūcisio quæ ante eius aduentum euacuari nō poterat, postquam ipse venit, facile fuit vt destrueretur. Maceria quippe quasi macra series dicitur. Est enim maceria cōgeries lapidum, vbi nulla cemētī colligatio est, quæ leui pulsu ruinam patitur. Paries autem vocatur series lapidum cemento colligata & constructa, quam deiici non est facile. Sic circūcisio præcepto domini firmata vq; ad tempus correctionis, nō poterat euacuari: sed tēpore correctionis voluntate dei debilitata, ruinæ subiecta fuit. Et bene posuit, soluēs parietē: quia circūcisio quæ ante aduentum Christi ligata erat ligamine præcepti, in aduentu eius soluta fuit, nullo iam præcepto eam cogente fieri. Nec solum circūcisionē soluendo fecit vtraque vnum, sed etiā soluendo [inimicitias in carne sua. Inimicitias vocat idololatriam. Iudaicus enim populus inimicabatur gentili idolis seruienti, & gentilis Iudaico idola contēnti. Et recte vocauit idololatriam inimicitias, & nō parietem, circūcisionem verò parietē. Circūcisio enim ante tempus correctionis fuerat in ædificio legis iustitiæ, quia præceptū erat in lege, vt circūcisio fieret: at idololatria nullo modo vnquā in

**C** ædificio dei fuit, quia deo semper cōtraria fuit. Destruxit inimicitias, & hoc in carne sua. i. per incarnationē suam, scilicet quia incarnatus est, ideo euacuata est idololatria. Postquā enim carne assumptis: discipulos elegit qui doctrinā veritatis gentes illuminarēt. Et proprie dictū est, soluens idololatriam, quia gentilibus astricta & ligata erat vinculo vñs. Vel obstaculum legis vocatur paries, quia legales obseruationes erāt quasi quidā paries disiungens gentes à Iudæis. Paries dico maceriæ. i. qui facile destrueretur veniente gratia. Erat autem medius hic paries, vt neuter popul<sup>o</sup> alteri cōcordaret. Stante enim hoc pariete, erant inimicitie, ira & inuidia inter eos. Ideoq; destruendus erat, vt inimicitie destruerentur. Et hoc factum est in carne Christi assumpta vel immolata, qui in carne apparens, & à mortuis resurgens, omnem legē cessare fecit, & ablato omni obstaculo & dissensione, vtrunque populū in sua fide coniunxit. Vel paries erat obscuritas legis & prophetarum, obstruēs nobis viam vitæ, & medium se inter nos & deum obiciens. Christus carne & passione sua soluit medium parietē & maceriam, id est, obscuritatem veterum prophetarum, & omnis antiquæ legis aperuit sacramenta, & dissipata incedendi difficultate, viam oculis omnium reuelauit, vt qui vult ad deū pergere, nullo impediat obice, nec obscuritatis caligine terretur. Vnde eo in cruce spiritum emittēte velum templi scissum est medium, & sancta sanctorum omnibus patuerunt. Idem enim significat illud velū, quod & iste paries. Sed & inimicitias quæ inter nos & deum erant, soluit in carnis suæ sacrificio Christus. Et hæc omnia fecit, [euacuās. i. destruens & ad nihilans] [legem mandatorum. i. aliarum carnalium obseruantiarū, præter circūcisionem, quia de illa iam dictū est. Et bene carnales obseruatia dicuntur mandata, quia nō erant stabiles, sed mutabiles: sicut illa quæ mandantur, possunt & solent permutari. Euacuans dico, & hoc suis [decretis. i. impermutabilibus statutis, ex ratione firmiter factis, scilicet præceptis noui testamēti, cui succedit aliud testamētum. Decretum solemus dicere, quod à Deo ratum & autorizabile, vt non sit fas illud permutari: Quia ergo illa erant mandata, id est, trāsitoria, & ista decreta. i. stabilia, merito illa. i. carnales obseruatia euacuantur istis. i. præceptis noui testamēti. Vbi enim baptismum & fidem suadet nouum testamētum, ibi euacuatur secundum carnales ceremonias vetus testamētum. Et hoc totum, scilicet soluere inimicitias, euacuare legē, fecit ipse, [vt duos] [populos prius per legē diuisos] [condat]. i. coniugat intantum, vt eant ambo simul [in semetipsum, id est, in Christum, videlicet vt ambo tendant pariter] [in vnum nouum hominē] qui Christus est, vt vnitatem & nouitatem in ipso habeant, & conformitatē eius simul, teneant. Ipse dico, [faciens pacē] iter eos destruit inimicitias, vt alius nō inquietet aliū, sed diligit vt seipsum. Pax enim. i. remotio inquietationis, est gradus quo peruenitur ad vñionem dilectionis. Quod dicit faciens pacem, diuersum est ab eo quod superius dixit, Ipse enim pax nostra: quia illud declarat eum

**G**eum esse ipsam pacem, quæ pacificat discordantes: hoc autem quod dicitur, faciēs pacem, notat illum esse mediatorem & autorem pacis. Et iterum ad aliud ponitur. Nam illud, id est, esse pacem, ad hoc ponitur, vt demonstrat illos qui longe erant, factos esse propè in Christo Iesu: faciēs verò pacem, ad hoc, vt ostendat quo gradu ad charitatem perueniatur. Et quod dicit, vt duos condat populos in semetipsum, diuersum est ab eo quod posuit, qui fecit vtraq; vnū, quod intelligimus secundum fidem: condere autem duos in semetipsum, accipimus secundum charitatem. Ostenso itaque quomodo Christus vtrunq; populum sibi inuicem coniunxit, vult consequenter ostendere quomodo vtrunq; reconciliauit deo. Quasi dicat: Ita coniunxit duos in semetipsum, [vt reconciliat deo] patri [ambos] positos [in vno corpore] Christi, quod est ecclesia. Et hoc fecit [per crucem, id est, crux fuit via, qua peruentum est ad reconciliationem]. Nisi enim Christus se hostiam patri obtulisset in cruce, nostra reconciliatio ad deum facta non fuisset. [Interficiens inimicitias in semetipso.]

**H** Ac si dicatur: Cum per crucem nos reconciliaret deo, non fecit hoc per crucem quā alius passus sit: sed ita, vt interficeret, id est, deleret inimicitias quas deus iuste culpa primi parentis & nostrorum reatu peccaminū in nos habebat: & hoc faceret non in alieno corpore, videlicet propheta vel apostoli, sed in semetipso. Ipse enim pro nobis deo satisfecit, sustinendo passiones & opprobria vice nostri, quas nos merito pati deberemus. Et quia per eum inter nos & deum facta est reconciliatio, frustra igitur post hæc obseruabuntur carnales ceremoniæ. Et non solum pacem facit in cruce, sed & antequam crucē ascēderet, veniens, id est, in carne apparens, [euāgelizauit pacē, id est, bene nunciauit ore proprio] [vobis] gentilibus, [qui longe] ab eo [fuiſtis. i. recessistis in idololatriā, &] [pacem his qui propè] erant, id est, Iudæis, quia vnum deum colebant. Hanc enim pacem euāgelizauit, cū diceret: Alias oues habeo, &c. vsque, & vnus pastor. Et item: Nemo venit ad patrem nisi per me.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

Actu. 4.

Iure enim pacem nobis ad inuicem nunciauit & ad deum, [quoniam per ipsum habemus ambo] populi [accessum, id est, facultatem accedendi ad deum] [patrem,] & hoc [in vno spiritu, id est, in vnanimi voluntate fidei & religionis atque charitatis, vt sit nobis cor vnum & anima vna. Vel in vno spiritu, id est, in spiritu sancto, qui vnus atq; idem est, licet varia dona distribuat. Ad patrem accedimus secundum conformitatem bonitatis eius, & in futuro secundum participationem beatitudinis illius. Et cū hæc omnia facta sint per Christum & fiant, cur amplius carnales obseruantia inducentur?

*Ergo iam non estis hospites & aduenæ: sed estis ciues sanctorum & domestici dei, superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum san-*

*ctum domino. In quo & vos coedificamini in habitaculum dei, in spiritu sancto.*

Quandoquidem vos gentiles vnum cū Iudæis in Christo facti estis, & deo pariter reconciliati, [ergo iam] à tempore fidei [non estis hospites] testamētōrū [ & aduenæ,] sicut olim eratis. Hospites enim & aduenæ erant gentiles inter eos qui testamēta habebāt, vel quia ad tēpus more hospitiū veniebant & recedebāt, vel quia si qui eorū ad iudaicum ritum conuētebāt, aduenæ. i. profelyti vocabantur. Hospites enim sunt in transitu. Sed iam isti non erant hospites testamētōrū, quia non in transitu & recessu videbant ipsa testamēta, sed assidue morabantur & exercebantur in eis, & prout decebat, obseruabāt ea. Aduenæ autē dicuntur qui cū non sint indigenæ, morantur tamē in loco vnde non sunt indigenæ. Sed isti postquā effecti erāt vnū cū illis, igitur qui quasi indigenæ testamētōrum erant, non iam alienigenæ, sed indigenæ reputabātur, vt ipsi cū his cū quibus erāt, essent vnū: **L** quoniam ita quasi naturaliter habebant testamēta, vt illi qui in primis habuerāt ea. Gratia enim diuina vtrisque æqualiter nouum testamentum præbuit, sed & vetus iuxta spiritalem sensum, & gentiles ideo quoq; non erant iam aduenæ in testamentū, sed indigenæ, quia regenerati erāt ex baptismo, qui prædicatur in vtroq; testamēto. In vno enim dicitur: Effundam super vos aquam mundā, & mundabimini ab omnibus iniquamentis vestris: in alio, Ite, baptizate omnes gentes. Non estis iam hospites testamētōrū. i. peregrini vel indigniores Hebræis in fide, sicut olim recepti in lege: & aduenæ, id est, alieni & exules: [sed estis ciues sanctorum,] id est, eiusdem iuris & dignitatis in ciuitate dei: ciues non carnalis Israël, sed sanctorum, quia cū sanctis vnā incolitis ciuitatē, quæ est ecclesia. Habetis enim cōmunionē cum sanctis in omnibus sacramentis ecclesiæ, qui olim fuistis alienati à cōuersatione Israël. Nec solum ciues sanctorum estis, sed & domestici dei. i. familiares & amici dei in domo eius secundum multā perfectionē scientiæ & virtutum, & secundum multā dilectionē quam ipse erga vos habet. Domesticos enim suos familiarius diligit, & arcana secretorum suorum eis reuelat vt amicis, atq; dona largitur amplissima. Nunc estis domestici dei, qui olim eratis sine deo, vos dico [superædificati] in ædificio dei [super fundamentum apostolorum & prophetarum, id est, super fidē Christi, super quā primo fundati sunt apostoli & prophetae. Christus enim fundamentum est totius diuini tēpli vel diuinæ ciuitatis, quia ex eo & ex eius fide & gratia inchoat omnia bona, & ipse totum spiritale portat ædificium. Ipse ergo est fundamentum apostolorum & prophetarum, quia super illum incumbunt & firmi permanēt apostoli & prophetae, qui totā deinde fabricam sancti ædificij portant. Ipse est fundamentum. i. fides eius est prima firmitas & initiū ac sustentaculum omnis ædificij virtutū ac bonorum operū. Super quam fidei firmitatē innitentes, superædificati estis in bonis operibus, id est, ad altiora prouecti crescēdo de virtute in virtutē. Et hoc factū est in [ipso summo angu-

Ieze. 36.  
Mat. 28.

**A**ngulari lapide,] scilicet [Christo Iesu,] qui duos in se populos quasi duos parietes cōiungit, & fortitudo est totius ædificij. Qui ita est angularis lapis, vt non solum sit fundamentum ipsius ædificij, id est, non solum sit in inferiori parte, sed etiam sit summus in ipso ædificio. Ita est summus iste lapis, vt non possit alius lapis angularis huic superaddi. Illi enim volunt huic superponere alium angularem lapidē, qui carnales obseruantias quærunt superaddere, & eas contendunt ad salutem valere. Sed nihil potest huic superponi. Ipse enim inferius est lapis angularis secundum fidem, ipse est & summus secundum iustitiæ cōsummationem. Vel ideo est summus lapis cū sit fundamentum, quia origo fundamenti huius summitatem tenet. Et sicut fundamentum corporeæ fabricæ in imo est, sic fundamentum spiritualis fabricæ in summo est. Si ad terrā ædificemur, in imo nobis ponendum erat fundamentum. Quia verò cælestis fabrica est, ad cælos præcessit fundamentum nostrum. [In quo] fundamēto, in quo lapide summo [omnis ædificatio] tam Iudæorum q̄ gentilium, constructa] secundum fidem & sacramētōrum perceptionem, atque secundum innocentiam & iustitiam, [crescit] in virtutibus proficiens: quia nemo tam perfectus est, qui non possit crescere. Crescit vnusquisque electorum & maior & minor, quandiu est in hac vita. Neque enim ad ædificium electorum pertinet, licet Christianitatis vocabulum habeat, qui crescere in bonis & augmentari non studet. Omnis enim ædificatio tam singularum personarum fidelium, quam singularum virtutum, cōstructa in Christo, crescit assidue cūdo & proficiendo [in templū sanctum,] id est, vt fiat sanctum & mundum dei templum, & hoc totū [in domino, id est, in operatiōe domini: quia dominus hoc agit, non aliqua carnalis obseruatiā. [In quo] Christo non solum Iudæi ædificantur, sed [ & vos] gentiles [coedificamini, id est, æque vt Iudæi ædificamini cum eis secundum iustitiam, & intantum, vt eatis] [in habitaculum dei, id est, vt efficiamini domus & sanctuariū Dei, & hoc] [in spiritu sancto, id est, in operatione spiritus sancti, & non in carnalibus obseruantis.

## CAPVT III.

*Vius rei gratia ego Paulus vinctus Christi Iesu pro vobis gentibus, si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi in vobis, quoniam secundum reuelationem notum mihi factū est sacramentum, sicut supra scripsi in breui, prout potestis legentes intelligere prudentiā meā in mysterio Christi, quod aliis generationibus non est agnitum, filiis hominū, sicuti nunc reuelatum est sanctis apostolis eius & prophetis in spiritu, esse gen-*

*tes coheredes & cōcorporales & cōparticipes promissionis in Christo Iesu per euāgelium, cuius factus sum ego minister secundum donum gratiæ dei, quæ data est mihi secundum operationem virtutis eius.*

1. Cor. 15

[Huius rei gratia, id est, pro hac re grata mihi, scilicet vt vos coedificemini, vel p gratia dei implenda in hac re, [ego Paulus vinctus sum.] Et ponit per quē ipsi sunt coedificati, quia scilicet deus reuelauit illi salutem ad gentes pertinere, & misit illū eis prædicare, & facit pati pro illis, vt magis sint deo grati. Ego Paulus vinctus Christi Iesu. i. pro seruitio & nomine Christi, vel id potestate & voluntate eius ego vinctus sum: quia quādo voluerit, me dissoluet. Vel ego vinctus pro euāgelio sum Christi, non diaboli, vt illi qui pro suis criminibus tenentur in vinculis. Vinctus Christi sum, & hoc [p vobis gentibus] quib? viā salutis prædicabam, vel pro vobis, quia quod sum vinctus Christi, tēdit ad utilitatem vestrā. i. vobis est vtile. Meritum enim pastoris prouectum confert gregi. Tūc Romæ tenebatur Apostolus in carcere. Quia verò meritum pastoris non proderit ouibus, nisi se habeant prout religio Christiana exigit, supponit [Si tamen audistis] aure cordis, id est, si intellexistis [dispensationem gratiæ dei. i. apostolatū] mihi dispensatū a deo, qui scit cur me ad hoc officium elegit. Vel dispensationem. i. officium dispensandæ & prædicandæ gratiæ Dei, id est, gratuiti beneficii dei omnibus impensi. Si intellexistis dispensare gratiam dei, id est, si intellexistis gratuita eius dona quæ vobis dispensauit, scilicet remissionem peccatorum, innocentiam, virtutes, charismata, scientiam, fidem, doctrinā & his similia, vobis à deo gratis esse collata, non aliquo merito neque carnalibus obseruatiis. Si enim hæc gratis diuinitus dari non creditis, non estis in fide sana. Et si fidem sanam non habetis, nihil vobis meritum meum valebit. Ac si dicatur: Quod sum vinctus, vobis proderit, si intelligitis quod vobis dispensauit esse gratuitum donum dei, vt nihil meritis vestris adscribatis, nec in carnalibus obseruantis fiduciam vllā ponatis. Quod posuit, audistis, & non credidistis, ideo fecit, vt innuat istud vsque adeo aptum & vicinum rationi, vt non solum fide sit dignum, sed etiā intellectum. Verè dispensatio est gratuitū donū dei, id est, gratis collatū vobis, quia ipsa dispensatio [data est mihi, id est, ipsum officium dispensandi est mihi datum, & hoc] [in vobis] conuertendis & ædificandis, id est, vt vos per meā dispensationem cōuerteremini, & in ædificio dei cōstitueremini. Vel ipsum officium dispensationis meæ iam est heres in vobis, quod vos aure cordis & interiore vestro auditu iam recepistis ex gratia dei. Et si ego dispensationem non habeo nisi ex gratia, tunc patet quia vos notitiam Dei & remissionem peccatorum atque iustificationē & cætera quæ vobis dispensauit, non habetis nisi ex sola gratia. Post hæc ponit rationē ad idē ostendendum, quod scilicet gratis habeat hoc quod

## AD EPHESIOS

**G** quod eis dispēsat, & hoc per mediū. Nam vbi se gratis habere ostendit, & quod similiter gratis habeant, eos contuincit. Ac si dicat: Gratis est mihi data dispensatio [quoniam secundum reuelationem] diuinam non secundum humanam doctrinam, neque secundum vires meas, [factum est mihi notum sacramentum, id est, quoddam dei occultum est mihi diuinitus reuelatum, hoc est, non obscure, sed aperte intumatum: nec habeo huius rei plus notitiæ, nisi inquantū mihi deus reuelauit & detexit, id est, nihil habeo ex me, sed totum ex sola gratia. Et si ego quicquid vobis dispenso, ex gratia habeo tunc & vos ex gratia totum habetis. Dei bonitas mihi reuelauit sacramentum, id est, quoddam mysterium multis hominibus occultum, scilicet quod vos gentes essetis incorporandæ Iudæis in vnitate fidei, & eandem gloriam habituræ quam Iudæi. Notificatum est mihi à Deo sacramentum, & hoc sicut supra scripsi in breui, id est, ita mihi manifestatum est diuinitus, vt superius posui, cum dicerem, ipse est enim pax vestra qui fecit vtraque vnū, & cætera quæ ibi breuiter dicta sunt de mysterio Christi & societate vtriusque plebis. Id est, nihil supra scripsi tūc de mysterio quod non sit mihi per spiritū prophetiæ reuelatum à deo, id est, quod non habeat à gratia dei. Notum factum est mihi, [prout potestis legentes intelligere, id est, inquantum vos attente studiosèque legentes potestis animaduertere in prædicta litera. Ipse est enim pax nostra, &c. [prudenciam meam, id est, sapientiam & peritiam, quam ego habeo super [mysterio CHRISTI.] Hoc est, intantum mihi notificatum est mysterium, inquantum prædicta litera ostendit me habere prudentiam de mysterio Christi, id est, inquantum mittit studentes ad intelligendum illud mysterium. Per literam enim illam, licet nos ignoremus, ad multiplicem tamen intellectum de mysterio Christi duci possumus. Aliter enim forsitan posset exponere literam illam beatus Hieronymus, & aliter Ambrosius, atque aliter magnus Augustinus: & secundum omnem intellectum, qui inde potest fieri, id est, de illo Christi mysterio, notificatum est Apostolo. Hoc totum tale est, ac si breuiter dicat: In tantum notificatum est mihi sacramentum, inquantum, id est, quàm multipliciter potest intelligi in scriptura illa quæ est: Ipse est enim pax nostra, &c. Hoc ideo dixit, vt per hoc commendaretur autoritas sua: & commendata autoritate, maiorem fidem exhiberent doctrine suæ, mandata legis dissuadenti. Quod sacramentum vel mysterium [non est agnitum, id est, vicinè notum & plene [filiis hominum, id est, rationalium, hoc est, vel carnalibus vel spiritalibus filiis patriarcharum & prophetarū in [aliis generationibus, id est, in præteritis temporibus, Licet enim antiqui sancti scirent gentes ad fidem venturas, tamen nescierūt quod ad eandem vitam sublimitatem & gloriam forent venturæ, ad quam Iudæi culturam habentes vnus Dei. Sed, & hoc latuit eos quia sine lege forent saluandæ. Non est illis agnitum ita plenarie hoc mysterium, [sicut nunc, id est, inquantum tempore gratiæ [reuelatum est] illis quibus debuit,

id est, [sanctis apostolis eius,] qui hoc prædicare misi sunt, [ & prophetis ] sub noua gratia, ex quibus fuit Agabus, & hoc relatū est illis in spiritu sancto, id est, per spiritū sanctum. Et quid sit hoc mysterium, subditur, scilicet [gentes esse cohæredes, id est, simul cum Iudæis vnā hereditatem in cælo habituras, [ & cōcorporales, id est, simul cum eisdem Iudæis in vno corpore ecclesiæ mansuras in præsentī, vt hæ sint tam honorabilia membra ecclesiæ quàm & Iudæi, [ & participes promissionis ] vitæ æternæ, vt æqualiter ad gentes pertineat illa promissio sicut ad Iudæos, & æqualiter in eius adeptione sublimentur vtrique. Et hæc omnia fiunt [in Christo Iesu, id est, in eo quod Christus carnē assumpsit & mundū per se & apostolos illuminauit. Nam hæc omnia gentes habent [per euāgelium, id est, per receptionem & obseruantiam euangelij quod eis ministro. Nō enim profert illis incarnatio Christi, nisi prædicaretur, [ cuius ] euangelij [ factus sum ego minister, ] nō enim est meum. Et quod minister eius factus sum, non est secundum merita mea, sed [ secundum donum gratiæ, ] id est, secundum gratuitū donum gratiæ [ Dei, quæ ] gratia [ est mihi data secundum operationem virtutis eius, id est, secundum quod operata est virtus eius, qua suscitauit CHRISTVM, in quo nos omnes à morte animæ resuscitaret, & sine legis opere saluaret. Et cum ego ministerium euangelij habeam ex gratia, patet quia & vos habetis ex gratia quicquid ex auditu euangelij, quod prædicaui vobis, accepistis.

*Mihi enim omnium sanctorum minimo data est gratia hæc in gentibus, euāgelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in deo, qui omnia creauit, vt innorescat principibus & potestatibus in caelestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei secundum præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo Iesu domino nostro, in quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius.*

[Data, inquit, gratia est mihi omnium sanctorum minimo.] Præ nimia humilitate dicit se minimum omnium sanctorum, ostendens de se magnum humilitatis exemplum, vel minimus erat omnium sanctorum, id est, magis humiliatus, hoc est, afflicus omnibus tribulationibus, quæ alius aliquis sanctus. Multo enim plus persequebantur eum Iudæi & gentiles, quàm aliquem aliorum. Mihi minimo data est gratia [ hæc in gentibus, id est, ministratio: & hoc ( vt præmissum est ) secundum operationem virtutis eius, id est, ita vt sequatur eā operatio virtutis Dei, quia ad confirmationem meæ prædicationis Deus per me miracula operatur. Data est mihi .i. gratis cōcessa à deo ad vtilitatem. Hæc gratia data est mihi

A mihi, scilicet [ euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, ] id est, multa eius dona copiosè & abundatè nobis collata, quæ adeo ditia sunt & magna, vt nullo profus intellectu queat inuestigari, cum deus pro hominibus homo fieri & pro mortuis vita mori, atq; iustus pro peccatoribus immolari dignatus sit, cunctisq; per orbem nationibus lumē veritatis ostendere, fidē dare, & peccatoribus remissionē, iustitiā, charisma, & cætera huiusmodi, quæ nō possunt perfecte inuestigari, quàm magna & qualia sint. In hoc etiam sunt inuestigabiles istæ diuitiæ, quia aliis datur, & aliis nō dantur: & cur hoc fiat, inuestigare nō possumus. Quādo enim plures verbo prædicationis, & quorundā mētēs dono supernæ gratiæ taguntur insecus vt credant, quorundā autem non tanguntur, quis nisi solus deus scire potest cur isti eliguntur & illi relinquuntur? Inuestigabiles itaq; sunt diuitiæ donorum Christi. Nec solū istas euangelizare missus sum, sed [ & illuminare. i. clare & lucide docere ] omnes quæ .i. quàm mirabilis & ex quāta dilectione procedens [ sit dispensatio sacramenti .i. quàm mirabiliter sit dispositum à deo patre sacramentū incarnationis, passionis & resurrectionis Christi, per quod gētes fierēt cohæredes & cōcorporales & cōparticipes. Quod sacramentū erat absconditū in diuina mētē [ à seculis .i. à primo tēpore seculorum, quādo cū seculis cōperūt creaturæ: quia ex quo secula sumpserūt principium, nulli fuit ita patefactū vt nunc apostolis. Hoc ideo dicit, vt ostendat sibi multū esse credendū, cui reuelatū est tantū mysteriū. Per hoc idem ostēdit dispensationem istam fieri ex sola gratia. Quod inde patet, quia à seculis fuit abscondita, quoniā nec humana merita, nec carnales obseruatiæ potuerunt eā reuelare. Recte dicitur dispensatio sacramenti, quia deus diuersè tribuit illud sacramentum, cū aliis dat plus esse participes & cōcorporales & cohæredes, & aliis minus. Sacramenti dico, [ absconditi in deo, ] quia ita manebat in deo, vt nō extra deū procederet, sed in secreto eius consilio lateret. Habet enim deus in seipso absconditas quorundā factorum causas, quas rebus cōditis nō inseruit, eaq; implet nō in illo opere prouidentia, quo naturas substituit vt sint, sed in illo quo eas administrat vt voluerit, quas vt voluit condidit. Ibi est gratia, per quā salui fiunt peccatores. Nam in mundo absconditæ sunt rationales causæ omnium rerū naturaliter oriturarū, sicut absconditus erat Leui in lumbis Abraæ, ideo autē causæ eorum quæ per gratiā futura sunt. Sic & hoc mysteriū nostræ saluationis, quo gētes Iudæis æquarentur in sanctitate & gloria, vt omnino aliud futurū nō esset, absconditū erat in deo, [ qui omnia creauit, ] quia solus ipse creator nouerat, quid de suis creaturis facturū esset. Data est mihi gratia euāgelizandi, vt effectum habeat in ecclesiā prædicatio mea, & per ecclesiam .i. per ea quæ fiunt in multiplicibus ecclesiæ mēbris & ordinibus vel operibus, [ vt innorescat .i. interiorius & subtilius & magis notescat [ principibus & potestatibus .i. prioribus & potētoribus angelorum ordinibus, qui sunt [ in caelestibus, sapientia dei multiformis, ] quantum ad varia & multa opera

quæ facit in ecclesiā, non inquantum est in deo simplex & inuariabilis. In hoc enim eā ab initio cognouerunt, qui ei ab initio astiterunt. In se enim non multiplex, sed simplex est ista sapientia: sed propter multiplicia opera sua quæ sapienter disponit, dicitur multiformis, quia multas operum formas aptat. Et secundum hoc in cognitione huius sapientia etiam angeli spiritus [ per ecclesiam ] profecerunt, quia dum eam Christus vel per se, vel per apostolos instrueret, plurima secreta didicerunt angeli quæ ignorabant. Magna est igitur dispensatio sacramenti, vbi didicerunt vel discunt etiā virtutes angelicæ: & magna fides est attribuenda verbis illius, qui tantum sacramentum dispensat. Innotescat sapientia principibus, & hoc [ secundum præfinitionem seculorum, id est, intantum innotescat, inquantum deus præfinit & præordinauit de seculis, id est, de hominibus qui versantur in seculis: hoc est, de hominibus qui erant futuri à primo statu ecclesiæ vsque ad consummationem seculi. Quos ideo vocat secula, quia mutabiles sunt & transitorij vt secula, id est, vt cursus prætereuntium dierum. [ Quam ] præfinitionem [ fecit in Christo Iesu, id est, hæc omnia præfinit deus in Christo, non in carnalibus obseruatiis, vel in aliquo merito nostro. Vel dei sapientia est multiformis secundum præfinitionem seculorum, quia secundum ea quæ præfinit, id est, præordinauit in seculis fieri, apparet multiformis, cum hæc in operibus variatur multiformiter. Et hanc præfinitionem fecit deus in Christo Iesu [ domino nostro, ] quoniā ante secula præordinauit pater in filio, quid in seculis acturus esset. [ In quo habemus fiduciam .i. in cuius Christi auxilio habemus spem & fiduciam accedēdi ad dominum, & non solū spem, sed & ipsum [ accessum, ] & secundum bona opera, & secundum præmium. Fiduciam habemus in eo vincendi tribulationes, vel adipiscendū supernā hereditatem, & post finem vitæ præsentis accessum realiter ad deū, & hoc [ in cōfidentia, id est, merito confidentiæ habitæ [ per fidē eius, ] scilicet quia tantum in eo solo omnimodam fiduciam posuimus per fidem eius quam intemeratā seruauimus, nihilq; fiduciam nostris meritis, vel carnalibus obseruantiis attribuimus.

*Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in caelis & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtutem corroborari per spiritū eius, in interiori homine, Christum habitare per fidem in cordibus vestris: in charitate radicati & fundati, vt possitis cōprehendere cū omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudo & sublimitas & profundum: scire etiā supereminentem*



**G**entem scientiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem dei.

In Christo (vt præmissum est) habemus fiduciã & accessum ad patrem in cõfidentia per fidem eius. [Propter quod peto] à vobis vt cõfidentes & constantes in fide sitis, per quam ad tantam peruenietis gloriam. Omnia bona (vt superius frequenter ostensum est) accepistis à præueniẽte vos gratia dei: nunc supereff vt vos arbitrio liberę voluntatis vestre eandem subsequamini gratiam, perseverantes in ea, & bene operantes. Peto enim à vobis, propter arbitriũ voluntatis. Peto [ne deficiatis à sinceritate & constantia fidei & perseverantia bonorum operum, in] tribulationibus meis. i. respectu meorum tribulationum, hoc est, tribulationes quas audistis me pati [pro vobis,] quib⁹ prædicabã, non sint vobis causa deficiendi, sed constantes estote in gratia quã vobis annunciaui, non erubescetes de vinculis meis, neque timentes similia pati. Vel pro vobis sunt tribulationes meę, id est, ad utilitatẽ vestrã spectant, vobisq; proficiunt. [Quæ res, id est, me pati pro vobis tribulationes,] est gloria vestra. Gloria enim vobis est, habere talem doctorem, non cõfusio, vt infideles æstimant. Et magno gloriæ præmio remunerabimini, si me nunc in tribulationibus non despexeritis, sed in firma fide permanseritis. Peto ne deficiatis. Quia enim volũtatis arbitriũ habetis, peto. Sed quia vobis arbitrium non sufficit ad implendum quod peto, [huius rei gratia] i. ne deficiatis, [flecto genua mea] in oratione pro vobis. Facit enim pro eis Apostolus orationem, vt Deus det perseverantiam & augmentum virtutũ & scientiæ. Et per flectionem genuum intelligimus humilitatẽ supplicãtis. Nam ad hæc solent in oratione flecti genua vt humilitas interior denotetur, & humiliori supplicatione affectus orationis commẽdetur. & fortasse vinculis catherarum constrictus, nõ poterat Apostolus genua corporis flectere: sed si hoc impediatur corporaliter agere, vel genua cordis humiliter flectebat. Flecto genua, id est, humiliter in præcibus supplico [ad patrem domini nostri Iesu Christi,] vt merito eius obtinere possim quod peto. Id est, oro illũ de quo non est diffidendũ quin exaudiat, tum quia flecto ad eum mea genua, tum quia genuit eũ qui noster est dominus, & est Iesus atque Christus, id est, rex noster & sacerdos. Flecto ad patrem genua mea, vt sicut pius pater me exaudiat. [ex quo, id est, ex cuius similitudine] [omnis paternitas] non dico est, sed [nominatur.] Nam proprie non dicitur pater, nisi solus Deus: alij autẽ ad similitudinem eius de quibus non est dicendum quod sint patres respectu Dei, sed nomen illud participat, [in cælis, id est, inter angelicos spiritus. Ibi enim superiores qui præsumt aliis, & curam super eos habent, patres nominatur:] & in terra, id est, inter homines. Dei enim ineffabilis dilectionis vehementia inestimabiliter nos dilexit: ac diligit & gubernat, ideoq; pater noster dicitur. Nos autem & angeli per eum dicimur patres in similitudine dilectionis & prouidentie: quoniã ipsa dilectio & gubernatio qua

vocabamur patres ab eo procedit. Ex eo nomi-  
natur omnis paternitas in cælo & in terra: quia  
(vt dictũ est) quicumque sunt patres & præsumt  
aliis paterno affectu siue in cælo, sicut domina-  
tiones cæteris subiectorum ordinibus: siue in  
terra, sicut episcopi & abbates, alijque prælati,  
qui paterna bonitate, subditis præsumt, ab eius  
imitatione vocabulum paternitatis fortuntur.  
Vel angeli cælorum nobis prouidentes, dicũtur  
patres in cælis: & prælati ecclesiæ, patres in  
terra. Possunt cæli, spirituales homines intelli-  
gi, terra verò, carnales. Ipse enim dicitur pater,  
vel quia ex se filium genuit, vel quia creaturas  
pio moderamine gubernat & regit. Ad cuius  
similitudinem ob eandem causam dicuntur pa-  
tres, vel qui ex seipsis filios generant, vel qui  
subiectos pio moderamine & studio gubernat.  
Et quia talis tamque benignus & charitativus  
erga nos est pater iste, non est diffidendum de  
eo quin nos exaudiat. Ad quem idcirco genua  
mea flecto, [vt det vobis secundum diuitias glo-  
riæ suæ, id est, secundum diuitem & copiosam  
largitionem abundantie maiestatis suæ,] [vir-  
tutem corroborari, id est, constantiã fidei, quæ  
interius & exterius vos faciat robustos & for-  
tes contra omnes tribulationes. Virtutem cor-  
roborari] [per spiritum eius, id est, per spiritum  
gratiæ, per operationem spiritus sancti] [in interi-  
ori homine, id est, in anima quæ ab hostib⁹ nõ  
potest attingi. Et vt hoc salubriter vobis tribu-  
at, det] [habitare Christũ per fidem in cordibus  
vestris] [secundum perfectionẽ virtutum & cõ-  
stantiæ, & hoc per fidem de eo habitã & perfe-  
ctam. Sunt enim nonnulli hæretici fortes ad to-  
lerantiam aduersitatum, sed nõ eis prodest. Vel  
det Christum habitare in mentibus & rationi-  
bus eas illuminãdo, id est, illuminet Christo ha-  
bitatore rationẽ vestram, & hoc per fidẽ. Ratio  
enim nõ illuminatur ad intelligendũ, nisi fides  
precedat. Vnde scriptũ est: Nisi credideritis, nõ  
intelligetis. Et intantum illuminat rationẽ ve-  
stram, [vt in charitate radicati & fundati possi-  
tis comprehendere eum omnibus sanctis, quæ  
sit latitudo & longitudo & sublimitas & pro-  
fundum.] Vel secundũ superiora sic potest cõ-  
tinuari: Peto ne deficiatis, sed constanter per-  
seueretis: vos dico, in charitate radicati & fun-  
dati. Radicati. i. firmiter plantati ad instar arbo-  
ris, quæ quanto plus terræ figitur, tanto plus  
crescit, & huberius fructificat: & fundati sicut  
ædificiũ, quod quãto profundius fundatur, tã-  
to firmiter in altũ construitur. Radicati enim di-  
cũtur qui in actiua vita strenui sunt, quibus cha-  
ritas est radix: quia sicut ex radice crescit arbor,  
& crescẽs fructum ad utilitatem aliorum facit,  
sic illi qui sunt in actiua vita, ex charitate crescũt  
ad hoc, vt ferant fructum, siue corporalem vi-  
ctum præbendo, siue spiritualem. Per fundatos  
autẽ intelliguntur contemplatiui, quia nõ cre-  
scunt in huiusmodi fructum aliorum, sed firmi  
& immoti (prout est possibile) permaneat in cõ-  
templatione diuina. Hoc est dicere: Siue sitis in  
actiua vita, siue in contemplatiua, manẽtes sem-  
per in charitate, possitis. i. facultas sit vobis cõ-  
prehendere, id est, cum rerum executione no-  
titiam prendere, vt & intelligere & facere va-  
leatis

**A**leatis cum omnibus sanctis. nõ enim aliter san-  
cti eritis, nisi hoc mysteriũ quod omnes sancti  
intelligunt, intellexeritis. Possitis cõprehende-  
re quæ sit latitudo prædicti ædificij, in quo vos  
ædificamini. i. templi dei. Latitudo eius est ampli-  
tudo cordis sanctorum, qua cunctos diligũt  
cunctisque prodesse cupiunt, & prout valent  
profunt. Longitudo eius, quæ & longanimitas  
dicitur, expectatio est promissionum Dei cum  
alacritate mentis. Sublimitas, vita cælestis inter  
angelos. Profundum autem. i. fundamentũ ædi-  
ficij illius, fides est & baptisim⁹, & cetera huius-  
modi sacramenta ecclesiæ. Hæc ergo quatuor  
orat Apostolus, vt possimus intellectu & actu  
comprehendere. Vel de superne mansionis tẽ-  
plo, id est, de perpetua regni felicitate possunt  
hæc intelligi. Aeterna enim gloria illius regni  
ita erit lata, quod null⁹ ibi coarctabitur: ita erit  
longa & cõtinua, quod nunquã deficiet: ita erit  
sublimis & alta, quod omne terrenum bonum  
excedet: sic est profunda & admirabilis, quod  
nullius hominis vox in præsentem valet eam per-  
fectẽ narrare, nulliusq; mens ad plenum intel-  
ligere. Vel etiam in Deo possunt hæc intelligi.  
**B**Habet enim Deus latitudinem, quia dilectionẽ  
suam vsque ad collectionem persequẽtium tẽ-  
dit. Habet longitudinem, quia ad vitã patriam  
nos longanimitate tolerando perducit. Habet  
sublimitatem, quia ipsorum quoque intelligẽ-  
tiam qui recepti in superna fuerunt congrega-  
tione, transcendit. Habet profundum, quia dã-  
natis inferius, districtiõis suæ iudicium cõpre-  
hensibiliter exercit. Quæ scilicet quatuor nobis  
in hac vita positus singulis exercet, quia & lati-  
tudinem amando, & longitudinem tolerando,  
& celsitudinem non solum intelligentiam no-  
stram, sed etiam vota superando, & profundita-  
tem suã exhibet, occultos & illicitos cogita-  
tionũ motus districtè iudicando. Sed eius cel-  
situs & profunditas quã sit inuestigabilis nul-  
lus agnoscit, nisi qui vel contẽplatione ad sum-  
ma prouehi, vel occultis motibus resistens, tẽ-  
tationũ cõperit importunitate turbari. Sed &  
in cruce domini, & per crucem in moribus san-  
ctorũ possunt ista quatuor intelligi. Crux enim  
lata est in transuerso ligno, quo extendũtur pẽ-  
dentis manus: & significat opera bona in lati-  
tudine charitatis & hilaritatem mentis. Longa  
est à transuerso ligno vsq; ad terrã, vbi dorsum  
pedesque figuntur, & significat perseverantiã  
in longitudine temporis vsque in finem. Alta  
est in cacumine, quo transuersum lignum sur-  
sum versus extenditur. & significat supernũ fi-  
nẽ, quo cuncta referũtur: quoniã cuncta quæ sũt  
latitudine, propter altitudinem diuinorum fa-  
cienda sunt præmiorum. Profunda est in ea par-  
te, qua vera figitur. Ibi quippe & occulta est,  
nec videri potest. Sed cuncta eius apparentia &  
eminentia inde confurgunt, sicut bona nostra  
de profunditate gratiæ dei, quæ comprehendere,  
ac diiudicare nõ potest, vniuersa procedũt. Pro-  
fundum enim crucis occulta voluntas Dei &  
incõprehensibilitas iudiciorum eius, vnde ista  
gratia in homines venit cunctos præueniẽs &  
omnia bona prout voluerit distribuẽs, aliis qui-  
dem sic, aliis verò sic & alios eligens, alios ref-

uens. Hæc enim omnia cur ita fiant, inscruta-  
bile est. Sed orat Apostolus vt ista quatuor pro-  
ut oportet valeamus intellectu & operatione  
comprehendere, & hoc cum omnibus sanctis,  
quia omnes sancti cõprehendunt quæ sunt ista  
quatuor. Nam comprehensio istorum est quæ-  
dam communio cælestis rei publicæ. Et hoc  
etiam, inquit, oro, vt possitis scire charitatem  
Christi quam erga vos habuit & habet: quæ tã-  
ta est, quod supereminet omni scientiæ, & ex-  
uperat omnem sensum: quia nullus sapiens est  
adeo in hac vita, qui possit perfectẽ tantam cha-  
ritatem considerare, sed in futuro seculo scie-  
tur hæc charitas. Ibi enim plena & perfecta di-  
lectio est sine vlla malorum tolerantia, quæ non  
fide credit quod non videt, nec spe desiderat  
quod non tenet, sed in æternum veritatis incõ-  
mutabilem speciem contemplabitur, cuius sine  
fine quietem tempus erit laudare quod amat, &  
amare quod laudat. Sic ergo detur vobis [scire  
Charitatem Christi supereminentem scientiæ]  
& præcellentem intellectum, & hoc ita, [vt  
impleamini in omnem plenitudinem dei,] non  
vt sitis plenus deus, sed vt perfectẽ sitis pleni  
deo, vt sit deus omnia in omnibus.

*Ei autem qui potens est omnia facere  
superabundanter, quàm petimus aut in-  
telligimus, secundum virtutem quæ ope-  
ratur in nobis, ipsi gloria in ecclesia &  
in Christo Iesu, in omnes generationes,  
seculi seculorum, amen.*

Ego, inquit, genua mea flecto ad deum patrẽ  
vt det vobis hæc omnia: sed ipse [potens est fa-  
cere superabundanter. i. valde largius & affluent-  
i⁹] [quàm petimus aut intelligimus, id est, ultra  
omnẽ petitionem & intelligentiã nostram po-  
tẽt ipse nobis abundantiam donorum largiri,  
[secundũ virtutem] gratiæ suæ, [quæ operatur  
in nobis] nõnulla etiã quæ nemo peteret vel in-  
telligeret. Vel secundum virtutem quæ opera-  
tur in nobis, id est, sicut potentia eius operata  
est in nobis apostolis magnifice dona, ita potẽs  
est facere, omnia in vobis pro quibus oram⁹, &  
ei qui ista potest facere, & faciet si voluerit [ip-  
si sit gloria] non nobis. i. excellens honor, & hoc  
[in ecclesia, id est, in consideratione eorũ quæ  
facit in ecclesia, sicut fidem, innocentiã, iustitiã  
[& in Christo Iesu, id est, in respectu Christi,  
per quẽ hæc omnia fiunt, & in cuius iudicio &  
gratia sunt hæc vniuersa. Et non ad horam sit  
ei gloria, sed] [in omnes generationes seculi se-  
culorum, id est, in futuro seculo quod cõstabit  
ex omnibus generationibus, quæ generantur  
in his præsentibus seculis. Seculum quippe se-  
culorum, æternitas est, cuius partes sunt tem-  
pora & omnia secula. Potest etiam seculum se-  
culorũ intelligi præsens hoc seculũ à principio  
mundi vsque ad finẽ simul intellectũ, quod in  
multa secula diuiditur. Et in omnes generatio-  
nes istius seculi seculorum extendatur gloria,  
quam pater habet in Christo & in ecclesia, vt  
nulla generatio sit ab initio mundi vsq; ad eius  
terminum, in qua non glorificetur Deus per  
Christi

Nota.

H

Esaie. 7.  
secũd. 7.

M

Matt. 6  
Luc. 11.

X

Christi

Christi gratiam in filiis ecclesiae. Nullum enim tempus tráfit vnquam vel transibit sine electis, in quibus per Christú glorificabit pater. Amē, id est, vere vel fideliter. Hic tractatum suum cōmendatione gratiae, in qua & carnales obseruantias improbauit, terminauit apostolus, & ad moralem exhortationem transit, dicens:

## CAPVT III.

*Bsecro itaque vos ego vinctus in*  
 1. Cor. 7. *O domino, vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus & vnus*  
 H *spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrae. Vnus dominus vna fides, vnum baptisma. Vnus deus & pater omnium, qui super omnes est, & per omnia, & in omnibus nobis.*

Haecenus de fide & gratia tractauit, & omnia gratiae tribuenda satis monstrauit: nunc de moribus monet prius cōmuniter omnes, post per singulos ordines. Quandoquidem sola gratia saluati estis, nō ex operibus vel obseruantis carnalibus, & habitaculū Dei estis effecti, sicut ostēsum est superius, [itaq; obsecro vos,] vt ita iam a modo viuatis, quatenus tantam gratiam vobis collatam nō amittatis. Et hoc est: Obsecro, id est, per sacra dona cōelestis gratiae quae perceperitis, rogo vos ego quae audire debetis, quia vinctus & incarceratus sum, non in furto, [sed in domino. i. in amore domini, videlicet ppter amorem eius, & propter nomen eius in quo fixus permaneo. Et quia vinctus sum, compatiendum est mihi, non spernēda exhortatio mea. Obsecro [vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis] id est, vt ambuletis digne fide qua per gratiam vocati estis, id est, vt ambuletis digne ad cōelestem patriam, id est, vt ambuletis prout fidem decet, qua venietis ad cōelestem gloriam. Ambuletis, id est, promoueamini & perseueretis operando ea quae conueniunt fidei ducenti ad salutem aeternam, id est, bona opera. Bona em̄ opera exigit fides vestra. Vel quia gratis ad fidem vocati estis praedicatione mea, ambulate sic in fide & bonis operibus, vt ambulatio vestra praedicationi meae conueniat. Hoc modo poteritis dignē ambulare, scilicet [cū omni humilitate, id est, & interius in corde habita, & exterius exhibita, scilicet vt nullatenus vel in corde vel in verbo seu in opere praesumatis de vobis, aut vos aliis praefertis: [ & mansuetudine, id est, lenitate & tractabilitate, vt scilicet sicut mansueta animalia vos tractari permittatis, vt sitis familiares & affabiles. Humilis dicitur quasi humili accliuus. mansuetus quasi manu affluatus. Et multi sunt humiles, qui non sunt mansueti, id est, lenes & trāquilli, sed in ipsa humi-

litate intermiscunt quendam rigorem & seueritatem quasi pro iustitia. Ideo nunc Apostolus humilitati subnexuit mansuetudinē, at qui fuerit humilis, studeat & mansuetus esse. Nec solum cum humilitate & mansuetudine ambulatis in via Dei, sed etiā cum omni patientia, quae patiamini tribulationes pro Christo voluntate & actu, quia quidam non patiuntur aliquando voluntariē. Quam patientiā seruabitis [supportates inuicē] vos, id est, vt alter sustineat alterum in his quae sunt graua & aspera. Et hoc poteritis facere, si vicissim reputaueritis vos esse supportantes, id est, inferiores. Non enim ille bene patitur, qui se superiorem reputat. Et hanc variam supportationem facite [in charitate,] vt vos inuicem tolerantēs, diligatis vos inuicem. Sunt enim nonnulli qui eos incipiunt non diligere, a quibus contumelias vel huiusmodi aduersa patiuntur. Sed non debet charitas relinqui propter aduersa quae patimur. Vel in charitate vos supportate, id est, non fide nec propter terrenum commodum siue damnum, nec propter timorem alicuius personae potentis, nec propter importunitatem temporis, nec propter inanam gloriam, vel aliquid huiusmodi, sed propter solam dilectionem, vt sola dilectio sit causa tolerantiae vestrae: & non irascamini, nec turbetur cor vestrum in hora qua haec patimini, sed permanetis in charitate & animi lenitate. Vos dico, [solliciti seruare vnitatem spiritus, id est, sitis inter aduersa quae vicissim suffertis, solliciti & curiosi inuiolabilem custodire vnitatem spiritus, id est, vnanimitatem voluntatis, vt sit vobis cor vnū & anima vna, & hoc [in vinculo pacis. i. pax & concordia exterior sit quasi vinculum & nexus interioris vnitatis spiritus. Vel aliter: Ingredditur enim Apostolus remouere quoddam quod contrarium est charitati, videlicet schisma, quod in eis tunc fuisse propter charismata non est dubitandum. Quoniam illi qui habebant charismata, despiciēbat alios, & abrupēbat se ab eis, sicque schisma erat inter eos. Quod ipse prorsus vult eradicare, dicens. Solliciti seruare vnitatem spiritus. i. solcite postponēdo omne schisma seruetis quod a vobis nō habetis, scilicet vnitatem. i. quod vos estis facti vnum secundum fidē, & alia dona seruetis quia vnitas illa est spiritus. i. à spiritu sancto vobis concessa, & ideo non est negligenda, sed studiose retinenda. Quam poteritis hoc modo seruare, videlicet in vinculo pacis. i. vt pax taliter inter vos habita, vt alius nō inquietet aliū, vinciat vos in simul & conglutinet, Et sitis omnes [vnum corpus] per vnitatem fidei & concordiam licet diuersis officiis videamini dediti, sicut diuersa membra corporis, & sit vobis [vnus spiritus, id est, vna mens & voluntas, sicut & vnam remunerationem vitae perennis omnes speratis. Et hoc est, [sicut vocati estis] a deo [in vna spe vocationis vestrae. i. in vna expectatione supernae mercedis, ad quam vocati estis, Vel ideo seruare debetis vnitatem spiritus, quia vnū corp⁹ est de quo vos estis. i. ecclesia quae est vna & est corpus Christi. Vnū corpus secundū fidē & dilectionē & sacramentorū perceptionem. Et spiritus Christi qui hoc corpus ei⁹ viuificat est vnus

A est vnus. Multis enim membris constat vnum corpus, & vegetat omnia membra vnus spiritus. Ecce humano spiritu quo sum ipse homo, membra omnia colligo & vegeto. Impero omnibus membris vt moueantur, intendo oculos ad videndum, aures ad audiendum, linguam ad loquendum, manus ad operationem, pedes ad ambulandum. Officia membrorum dispersita sunt, sed vnitas spiritus continet omnia: Quod spiritus noster, id est, anima nostra est ad membra nostra, hoc est spiritus sanctus ad membra Christi, ad corpus Christi, quod est ecclesia. Omnia enim membra Christi cum sint diuersis officiis dedita, vno tamen spiritu Christi vegetantur. Iam verò si membrum praescinditur de corpore, nunquid sequitur spiritus? Nequaquam, & tamen membrum agnoscitur: Quia homo separatus ab ecclesia, sacramentū baptismi adhuc retinet, sed spiritum amisit. Cauendum est ergo schisma, & seruanda est vnitas. Non amittitur spiritus sanctus qui non potest scindi, sed vnus permanet: B & eos qui vnitatem custodiunt, replet: & hanc seruare debetis, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrae, id est, sicut fide vocati estis in vna spe aeternae gloriae. Haec enim fides vocationis est, id est, fidei vestrae, hoc est, fides vestra est causa spei vestrae, quia praecessit ipsam spem, & dedit eam vobis. Quae spes est vna, quia vna vita aeternae gloriae expectat. Illa enim est vna, quia licet alij sint ibi vt stellae, alij vt luna, alij vt sol, omnibus tamen sufficit quod habent. Quonia illi qui non sunt in tam digna claritate adeo sunt vnita dilectione cū maioribus, vt hoc quod maiores habent, isti se habere reputent. Sic & vos in hac vita debetis facere, vt qui minus habent in charismatibus alijsq; donis, ex vnione dilectionis reputent se habere quod maiores habent, qui ad eorū vtilitatem habent. Non enim in hac re debet alius inuidere alij, neq; alius alium despiciere. Et ob hoc debetis etiam vnitatem seruare quia [vnus dominus] omnibus vobis est Christus, qui vos manumisit & viuificauit. Nō enim habetis plures dominos, pro quorum diuersis voluntatibus vos oporteat discordare, sed vnum, qui vobis vnitatem praecipit. Vnus enim nō habet in se cōtrarietatem, sicut nec creator. C Quod autem ab vnitatem separatur & extra vnitatem est, iam contrarium & dualitas. Nā creator erat quidē vnus, sed statim vt creatura successit, contrarietas processit. Seruanda est igitur vnitas, vt vni domino seruiatur. Quae & ideo custodiri debet, quia [vna fides] est. Licet enim vnusquisq; credentium suam fidem habeat, vna tamen fides dicitur. Haec enim in animo creditis est ei tantum conspicua, cuius est, quāuis sit & in aliis non ipsa, sed similis. Nō enim numero est vna, sed genere. Propter similitudinē tamen ex nulla aduersitate magis vnam dicimus esse quānt multas. Nam & duos homines similes cum viderimus, vnam faciem dicimus & miramur amborum. Ita enim dicitur eadē credentiū fides vna, sicut eadem volentium voluntas vna, cum & in ipsis qui hoc idem volunt, sua voluntas sit cuique conspicua: alterius autē lateat, quāuis idem velit. Propter hoc etiam seruanda est vnitas, quia vnum est baptisma. Non

enim potest iterari, sed à quocunque datū fuerit, siue à bono, siue à malo, siue à catholico, siue ab haeretico iuxta morem ecclesiae in nomine sanctae trinitatis, scilicet patris & filij & spiritus sancti, tantundem valet ad remissionem peccatorum & apertionē regni caelorum. Sed ideo tenenda est vnitas, quia vnus est Deus in substantia sua. Non enim est multiplex substantia eius, sed vna & simplex. Vnde & Moyses: Audi Israel: domin⁹ Deus tuus, Deus vnus est. Deu. 6: Non potest esse maior, non potest esse minor, non potest numerari. [Vnus est Deus,] creator omnium, qui & vnus [pater omnium] est, paterno affectu diligens omnia & gubernas: & ideo nemo potest se alteri praeferre. Vnus dicitur iste pater, in eo quod vnica affectione procurat omnia, sicut dulcis pater. [Qui est super omnes, in est, praecellit omnibus creaturis, cuius dignitas nos inuitet: [ & per omnia] diffusus, quia ubiq; est: & ideo timendus, cum nusquam possit euitari: [ & in omnibus nobis] est per gratiam, qui vnitatem seruamus. Per omnia enim est potentia virtutis suae, & prudentia dispositionis suae, sed in nobis gratia bonitatis suae. Vel super omnes est dominādo & regendo, & est per omnia, subministrando omnia bona quae habent, & in omnibus nobis collata beneficia seruādo. Illud per, quod est ibi, per omnia, ordinale est, ostendens quod si omnia nostra discussimus, omnia ordine perambulando inueniemus ab eo ministrata. Et quia omnibus dominatur, & per omnia nostra est praeter peccatū, & quia nobis illa conseruat, ideo solliciti esse debemus, vt quem admodum ipse est vnus, ita & nos vnum simus & vnitatem semper obseruemus.

*Vnicuique autem nostrum data est* Roma. 12  
*gratia secundum mensuram donationis* 2. Cor. 12  
*Christi. Propter quod dicit: Ascendens* Psal. 67.  
*in altum, captiuam duxit captiuitatem,*  
*dedit dona hominibus. Quod autē ascē-* F.  
*dit, quid est nisi quia & descendit pri-* Ioan. 3.  
*imum in inferiores partes terrae? Qui de-*  
*scendit, ipse est & qui ascendit super*  
*omnes caelos, vt adimpleret omnia. Et* 1. Cor. 12  
*ipse dedit quosdam quidem apostolos,*  
*quosdam autē prophetas, alios verò euan-*  
*gelistas, alios autem pastores & docto-*  
*res ad consummationem sanctorum, in*  
*opus ministerij, in adificationem corporis*  
*Christi, donec occurramus omnes in vni-*  
*tate fidei & agnitionis filij Dei in virū*  
*perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis*  
*Christi, vt iam non simus paruuli*  
*fluctuantes, & circumferamur omni v-*  
*to doctrina in nequitia hominum, in a-*  
*stutia ad circumventionem erroris.*

**G** Nos quidem omnes sumus vnum corpus, & vnitatē seruare debemus, sed non omnes æqua liter dona cœlestis gratiæ percepimus, Nā [vni cuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.] Nam aliud donum gratiæ habet iste, aliud ille: & quod habet ille, nō habet iste. Mensura ista est & diuisio quædam donorum, & concordia ibi vnum corpus facit. Nam sicut in nostro corpore aliud accipit manus vt operetur, aliud oculus vt videat, aliud auris vt audiat, aliud pes vt ambulet: anima autem vna est quæ agit omnia, in manu vt operetur, in pede vt ambulet, in aure vt audiat, in oculo vt videat: sic sunt etiam diuersa dona fidelium tanquā membrorum, ad mensurā propriā cuique distributa, sed vna est Christi gratia quæ distribuit. Propter quod non debent alij aliis inuidere, nec alij contra alios de donis superbire, quæ gratis dantur à Christo, & quæ mensurat ille & modificat, sicut scit singulis expedire. Nam

**H** ad hoc vni multum datur, vt per hūc multi promoueantur alij: & ad hoc parum aliis, vt in omnibus erga omnes humilitatem conferuent. Et si Christus metitur cuidam multum, vt multis aliis profit qui tantum non habent, tunc nō est rectū carentes inuidere habentibus, sed potius debēt reputare se habere quicquid maiores habent, quia ad eorum vtilitatem habent. Nec illi qui habent, debent despiciere non habentes; cum ad hoc habeant, vt non habentibus subseruiant. Ita ergo debemus in variis donis quæ accipimus, seruare vnitatē, abrafo omni schismate.] Propter quod] probandum quod Christus det diuersa dona, dicit spiritus sanctus in Psal.

*Psal. 67.* Ascendens in altum &c. Versa tamen ad Christum locutione, dicit Psalmista: Ascendisti in altum, captiuasti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Nec moueat quod apostolus non ait, accepisti dona in hominibus: sed, dedit dona hominibus. Ille quippe autoritate apostolica secundum hoc locutus est, quod Deus cū patre est filius. Secundum hoc enim dedit dona hominibus mittens eis spiritum sanctū, qui spiritus est patris & filij. Propheta verò secundū illud, quod idē Christus intelligitur in corpore suo, quod est ecclesia, vnde & fideles cuncti membra eius sunt, dixit eum accepisse dona in hominibus: quia ipse accipit, quicquid beneficij mēbris impeditur illius. vnde dicitur est: Quādo] vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis.

*Matt. 25.* Sed] videamus sententiā: [Ascēdēs in altum] cœli habitaculum Christus, [captiuam duxit captiuitatem. i. corruptionem nostrā virtute suæ in corruptionis absorbit: vel captiuam duxit captiuitatem quia vicit mortem, quæ captiuos tenebat, in quibus regnabat. Vel eos qui in inferno tenebantur captiui, qui & captiuitatis nomine designari possunt, duxit secum ad regna cœlorum. Nā sicut militia cum dicitur, intelliguntur, qui militant, sic appellatione captiuitatis intelliguntur, qui in inferni claustris detinebantur capti. In hac quoque vita multi tenebantur à diabolo captiui in peccatis, qui & captiuitas similiter appellantur, sed eos Christus feliciter captiuauit. Cur enim non sit captiuitas felix, si & ad bonū homines possunt capi? Vnde

Petro dictum est: Ex hoc iam homines eris cā K piens. Captiuati ergo sunt, quia capti. & capti, *Luc. 5.* quia subiugati. i. sub leue Christi iugum missi. Sed hoc considerandum, quia captiui & terrigenæ, patriam nostram æstimabamus hoc exilium. Sed dum à Christo ducimur ad regnum cœlorū, nimirū captiuitas nostra beata captiua ducitur ab illo. His itaque modis captiuauit captiuitatē. ascēdēs propria virtute & voluntate in altum, nō sustentatus auxilio cuiusquā alterius. Dedit verò] dona hominibus,] quia misso *1. Cor. 12.* desuper spiritu alij sermonē sapientiæ, alij gratiam virtutum, alij gratiam curationū, alij genera linguarum, alij interpretationem sermonum tribuit. Non enim singuli quique habent omnia, sed hi illa, alij alia, sicut & supra dictum est, quāuis ipsum donum à quo vnicuique propria diuiduntur, omnes habeat. i. spiritum. Ista pars scientiæ qua dicitur, dedit dono hominibus, vā let ad ostendendum quod Christus secundum *L.* mensuram dedit vnicuique nostrum gratiam. Cætera verò dixit, vt sententia magis patefceret. Ascēdisse dixit eum propheta. Sed quid est quod ascēdisse dictus est, nisi quia & antea descendit? Verbū enim quod in principio erat Deus apud Deū, quo ascenderet, vel quomodo ascendere posset, nisi prius descendisset? Erat enim super oīa, vel potius erat vbique. Sed descendit quādo formā serui accepit. Descēdit in partes terræ (quæ sunt aëræ) inferiores vt inter homines cōuerteretur. Diuinitate descendit ad nos, sed humanitate quā assumpsit, ascendit ad cælos. Et hoc est quod eū Apostolus descēdisse probat per hoc, quod dictus est ascendisse dicens: [Quod autē ascendit, quid est nisi quia & descendit primū in inferiores partes terræ?] .i. quomodo vel quare dictum est quod ascendit, nisi respectu præcedentis descensionis? Possunt inferiores partes terræ intelligi loca inferorum, in quibus tenebātur sancti. Et illuc secundum animam descendit Christus, nō ruina vel præcipitium seu violentiam passus, sed spontanea voluntate misertus, descendit in illas inferiores partes terræ, vt inde suos omnes potentēduceret. Primum quidem illuc descendit, ac deinde resumpto corpore ascendit in cælū. Et ne videretur alicui quod alia persona esset ascendēs, & alia descendens, addit [Qui descendit] secundū diuinitatē, accipiēdo humanitatē, [ & qui ascendit] secundū humanitatē, quo nunquā prius fuerat humanus [ipse est] vna & eadem persona. Ascendit non solū [super omnes cælos] materiales, sed & super omnes cælestiū virtutum ordines, superās loco & dignitate omnem creaturā, vt adimpleret omnia] quæ de eo fuerāt prophetata. Nondū enim de eo fuerant adimpleta, quando ille necdum iuxta humanitatem in dextera paternæ gloriæ confedebat regnās in æternū. Vel oīa donis suis adimpleuit ascēdēs, vt etiā angelicæ creaturæ, quæ antē erant impletæ adimplerentur, id est, promotionem quandā acciperent. Nā non solum homines, sed etiā angeli promoti sunt ascensionē eius. Vel omnia adimpleuit, id est, rationalē creaturam perfectē ad integrum impleuit, hoc est, humanum genus & numerum angelorum. Nam

**A** Nam in restauratione hominis suppletur numerus angelorum, qui diminutus erat casu reprobatorum spirituum. Sicq; cōplendo numerū electorū ex angelis & hominibus, adimplet omnia. Vel omnia regna mundi adimpleuit suo cultu. Et vt omnia adimpleret, [dedit ipse] nobis ad eruditionē quatuor regentium ordines, scilicet [quosdam quidem esse apostolos] sicut Petrum & Andream, cæterosq; tales, qui omnibus aliis maiores erant, habentes officium prædicationis, & per se tradentes aliis, quorum nunc locū apostolicū & primates & archiepiscopi tenent in ecclesia. [Quosdam autem] dedit esse prophetas, qui ventura prædicerēt etiam sub nouo testamento, sicut Agabum sibiq; similes. Quorum locum nunc tenent, qui scripturas interpretando, prænunciant per eas cæteris futura iustorum gaudia malorumque supplicia. [alios verò] dedit [euangelistas,] sicut Lucam & cæteros, qui euāgelium ad posteros scriptū transmissurunt, vel etiam qui euāgelium prædabant, & officium ministrandi pauperibus habebāt, vt septem diacones sub apostolis. Vtrūque enim victum præbebant, & spiritualement & corporalem. Similiter adhuc deberent agere omnes diaconi. Inde est etiā quod hodie in Misfa legunt euāgelium. [Alios autem] dedit [pastores & doctores,] sicut episcopos vel presbyteros. Pastores enim & doctores vnum regentium ordinem intelligimus, quia gregē dei ipse veraciter pascit qui docet. Et ideo non dicitur distincte, alios autē pastores, alios verò doctores, sed dicitur coniuncte, alios autē pastores & doctores, vt intelligerēt suum officium esse suā doctrinam. Vnde & per prophetam deus promisit: Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Si quid tamen differentiæ in his duobus esse potest, pastores dici vidētur respectu ouium, id est, simplicium & hebetum: doctores autem respectu eorum, qui iam sunt eruditi & rationabiliter intelligere cœperunt. Omnibus istis dedit Christus hæc varia dona ad instructionem ecclesiæ. Vnde nullus eorū de acceptis donis superbire debet contra eos qui nō habent, vel se ab eis scindere, sed potius salutem eorum seruire. Nec minores debent eis inuidere, sed eos vt patres venerari & diligere. hos enim dedit saluator [ad cōsummationem sanctorum, id est, ad hoc vt eos qui iam sancti sunt, consumment & perficiant in sanctitate. scilicet, vt eos qui sancti sunt secundū remissionem peccatorum & innocentiam atque bonorum operum inchoationem, promoueant & consumment secundum augmentum virtutis & perseuerantiam. & dedit eos] in opus ministerij,] vt vnusquisq; plene possit facere opus ministerij sibi creditæ. Si enim vnus faceret omnia, nō pfecte ageret singula. Ideo vnusquisque opus ministerij cui deditus esset, accipit. Et quo tendit hoc ministerium vnus cuiusque eorum? [In ædificationem corporis Christi,] id est, in hoc vt corpus Christi quod est ecclesia, ædificetur, siue in virtutibus, siue in conuersione infidelium ad fidem. Hæc est enim do-

**C** mus quæ (sicut Psalmus canit) ædificatur post captiuitatem: quoniam de illis qui à diabolo te-

nebantur captiui, ædificatur ecclesia, quæ & domus & corpus Christi est. Tales prælatos dedit Christus ecclesiæ, & tādū dabit, [donec occurramus omnes,] id est, donec omnes qui modò sumus in vna & non discrepanti fide, & in vna & non discrepanti agnitione filij dei, occurramus nobis inuicē in die iudicij de diuersis mundi partibus, vel ipsi Christo, quasi desiderio currentes ad gaudiū, [in virū perfectum,] vt vnusquisque sit vir perfectus: quia siue claudus modò sit aliquis, siue cæcus, siue quolibet membro careat, in resurrectione perfectionem omnium membrorum habebit. [& in mensuram ætatis plenitudinis Christi, id est, vt nec infra, nec ultra iuuenilem formam resurgamus. sed in ætate & robore, ad quæ Christum hīc peruenisse cognouimus, id est, in ea meta ætatis, vsq; ad quā naturaliter crescit homo, & ultra quam nihil ei naturaliter accrescit, in qua & saluator habuit plenitudinem annorū & corporis, cum de hoc mundo transfret. Nō ait mēsuram corporis vel mensuram staturæ, sed mensuram ætatis plenitudinis Christi. Neque enim fas est dicere, cum resurrectionis omnium tēpus aduenerit, accessuram corpori alicuius eam magnitudinē quam nō habuit. Si autem dixerimus ad dominici corporis modum etiam quorumcunq; maiora corpora redigenda, peribit de multorum corporibus plurimum, cum ipse nec capillum periturū esse promiserit. Restat ergo vt suam recipiat quisq; mensurā, quam vel habuit in iuuentute, etiā si senex obiit: vel fuerat habiturus, si est antē defunctus. Vel ita: Prælatos dedit Christus in ecclesia, qui sibi alij aliis succedentibus perdurent, donec occurramus omnes in virū perfectum, id est, donec ita conueniamus & coniugamur omnes secundū charitatē, vt simus vir perfectus. Perfectus vir dicitur, quando iam nullū mēbrorū suorū crescit secundū quātitatē. Non est enim perfectus, donec habet vbi crescat. Sic ecclesia tunc erit in statu perfecto, cū iam nullū mēbrorū suorum per successionē poterit excrescere. Crescit enim quotidie manus, quādo vno mortuo, qui necessaria ministrabat fratribus, succedit alius hoc idē faciēs, & sic de cæteris mēbris. Sed postquā numerus electorū cōpletus fuerit, tunc istud successionis cremētū cessabit: quoniam tunc erimus viri perfecti, quia nullum mēbrorū iam crescenti locū habebit, quoniam cōpletus erit numerus omnium. Donec occurramus in virū perfectū. i. donec ecclesia efficiatur vir perfectus: hoc est, quando omne mēbrū ecclesiæ suam quantitatem habebit. Occurramus omnes, & ita occurramus, vt nullum mēbrum remaneat quod suam quantitatem nō recipiat. Per hoc quod dicit, occurramus, & non, cōueniamus, ostēdit quod multum erimus prouisi & prompti ad ipsam dilectionem. Currere enim maiorem velocitatem notat, quā venire. Hoc totum tale est: Tandū dabit doctores & pastores, quandiu erit necessarium, id est, donec ecclesia efficiatur vir perfectus cui nihil desit, & nihil post addēdum sit in numero vel viribus. Et hoc erit, quando occurrerimus in mensuram ætatis plenitudinis Christi, id est, quando ætas mensurata à Christo, erit plena. Mensura erit



**G** plena, quādo Christus ipse in corpore suo plenus erit, omnes habens qui nunc per singulos crescit, & omnes in eo immortales & beati erūt. Et vltra nō erit necessaria praelatio, neq; durabit ampli<sup>o</sup>, quē modō necesse est vt permaneat vsque ad illum terminum. Et ideo non est grauius ferenda, quæ cito transibit. Ob hoc autē in virum perfectum occurremus, quia manem<sup>o</sup> [in vnitae fidei, id est, vnam non variam fidem habemus de filio Dei: & quia manemus in vnitae] agnitionis filij Dei, id est, quia agnoscim<sup>o</sup> .i. intelligimus idem de filio Dei. Hoc est dicere, quia credimus & intelligimus idem de filio Dei. Illi enim non occurent in virum perfectum, qui idem non credunt in ecclesia, & idem non intelligunt. Illi verō non tendunt ad idem intelligere, qui schisma volunt in ecclesia facere. Vel Christo (sicut supradictum est) occurremus venienti ad iudicium, & gaudentes eū excipiēmus: nos dico qui nunc sumus in vnitae fidei, id est, qui tenemus vnam fidem trinitatis & vnitatis diuinæ, qui sumus in vnitae agnitionis filij dei, id est, qui vnam & concordē in fide tenemus agnitionem filij Dei, credētes eū incarnatum & passum ac resuscitatum & exaltatū. Ad hoc enim nobis dati sunt praelati, [vt iam] post tempus gratiæ, post acceptionem spiritalis doctrinæ [non simus paruuli] sensibus, sed prouecti in sapientia: & non simus fluctuantes, id est, titubantes nostra debilitate in bonis operibus, seu dubitantes in fide: non simus fluctuantes inter vndas tentationum, sicut nauis tempeitati exposita, sed firmi & immobiles. & vt non circumferamur, id est, nō in gyrum erroris feramur [omni vento doctrinæ, id est, omni statu inanis dogmatis]. Doctrina enim prauorum & hæreticorum, est quasi ventus tempestatum aut turbinis: quia statum mentis euertit, & in vertiginē errorū ducit, atque leuis est & vana, nō habens pōdus veritatis, ideōque prudenter caueda est. Doctrinæ dico, manētis [in nequitia hominū,] quoniā nequitia hominum est sedes peruersæ doctrinæ. Nā hæresis nō est nisi in anima subdita peccatis: quia peccata commissa, sunt causæ vt Deus permittat eos corrumpere in barathrum hæresis. Quæ seductionis doctrina manet etiam [in astutia.] Astutia denotatur, si dici potest, dolosa scientia, quoniā in ea manet doctrina hæresis, quia ipsius causa est & sustentaculum. Astutia dico, tendente [ad circumventionem erroris,] id est, ad hoc studente vt circumueniat incautos & ducat in errorem. Nam per dolositatis & astutiæ fraudem solent hæretici multos decipere. Sed ab his tuti sumus per doctrinam veritatis, quam prædicant praelati ecclesiæ. Apostoli enim & prophetae noui testamenti qui exponunt scripturas, reddunt nos paruulos, sed fortes ad intelligendum. Per euangelistas qui euāgelium prædicant efficiuntur nō fluctuantes in fide, sed certi. Per pastores & doctores fit, vt non circumferamur omni vento doctrinæ, sed constantes simus in fide & proposito religionis nostræ.

*Veritatem autem facientes, in charitate crescimus in illo per omnia, qui est*

*caput Christus: ex quo totum corpus cō-  
pactum & connexum per omnem iun-  
cturam subministrationis, secundum o-  
perationem in mensuram vniuscuiusque  
membri, augmentum corporis facit in  
edificationem sui in charitate.*

Non circunciferamur omni vento doctrinæ sed [facientes veritatem, id est, veram argumentationem contra astutiam illorum, id est, adinventiones veras & firmas & rationabiles cōtra illos qui hæresim volunt inducere, [crescamus in illo per omnia] quæ habemus, id est, in omnibus quæ iam percepimus, scilicet in innocentia, humilitate, patientia & cæteris virtutibus augmentemur, & hoc fiat [in charitate.] Vel faciamus veritatem, id est, bene operemur secundum doctrinam mandatorum dei, de quibus dicitur: Omnia mandata tua veritas, & hoc nō in hypocrisi vel in timore faciamus, sed charitate vt sola charitas nos faciat hæc agere. Et ita crescimus ac proficiamus per omnia, bona quæ habemus, tam sensuum mentis quàm & operū bonorum atque verborum, in illo [qui est caput] nostrum, id est, prouidens nobis & regens nos. Et quis est ille? Christus, id est, rex noster, siue pontifex. Et in isto atque sub isto capite debemus semper crescere & augmentari per omnia, vt sequamur eum vt membra caput, & in eo maneamus qui se nobis habitaculum dedit, dicens: Manete in me. Dehinc Apostolus metaphoram capitis & membrorum prosequitur, ostendens quod nullus fidelium in aliquo bono possit crescere, nisi adhæreat capiti Christo sicut & in humano corpore si membrum aliquod à capite suo abscinditur, iam non crescit sed marcescit. Et hoc est: [Ex quo] capite Christo fit quod [totum corpus,] id est, tota ecclesia secundum omnia est [compactum, id est, cōiunctum vnanimitate fidei, [& connexum] vniculis charitatis. Et ita est ex fide compactū & charitate connexum, quod si eamus [per omne iuncturam] membrorum, inueniemus ibi esse omne, scilicet quia pes coniunctus est non solum cruci, sed etiam manui & capiti, & cæteris omnibus membris. Et sic inuenitur ibi omnis iunctura, quia & iunctura pedis ad crus, & crucis ad manum & caput, & ita in cæteris. Quæ iunctura est [subministrationis,] quia præcedētibz electis subministrantur atque sibi subiunguntur per officia sacerdotum ij, qui fiunt Ecclesiæ membra. Subministrationis dico, digne existentis [secundum operationem,] quia ille digne subnexus est præcedentibus, Ecclesiæ membris, qui bona quæ potest, operatur. Et hæc operatio est [in mensuram vniuscuiusque membri,] quia vnusquisque iuxta modum suū operatur bona, & per hæc crescit vsque ad mensuram quantitatis suæ. Vnusquisque enim secundum ea quæ operatur, magnus aut paruus dicitur. Vel iunctura hæc est subministrationis, id est ad hoc vt alius subministretur alij. Ad hoc enim sunt iuncti in ecclesia fide & charitate, vt sicut in nostro corpore oculi prouident pedibus,

**A** b<sup>o</sup> fit illi qui in ecclesiæ corpore sunt oculi, prouideant illis qui sunt pedes, & sic cætera membra vicissim faciant. Quæ subministratio secundum operationem fit, vt minister alius secundum ea quæ operari potest, id est, intantum subseruiat, in quantum valet operari. Illi autem recusant in ecclesia ministrare vel ministrari, quia schisma volunt facere. Et quid est aliud in ecclesia schisma facere, quàm dissoluere quod Christus compegit & connexuit? Hæc autem operatio fit in mensuram vniuscuiusque membri, id est, secundum quod vnusquodque membrum potest operari. Et ita corpus istud compactum & connexum, dum membris membra subministrant vel subministrantur, facit augmentum corporis, id est, suis suis, id est, augmentat illos in virtutibus & numero, quæ iam sunt corpus. Et hoc facit [in edificatione sui, id est, vt se edificent, & se templum dei construat, ponens semper in edificio sui quoscunque potest conuertere. Et hoc totum facit [in charitate,] quia propter solam charitatē ponit illos in edificio Dei & in charitate docet permanere & operari. Econtrario autem faciunt qui schisma generant, & hoc sacrum corpus minuere conatur, & edificium cœlestis destruere. Aliter quoque potest intelligi quod dictum est, in mensuram vniuscuiusque membri augmentum corporis facit. Augmentatur enim corpus Ecclesiæ proficiendo in mensuram vniuscuiusque membri, vt vnusquodque membrum in quantum crescere debet intantum crescat per successione. Crescunt oculi in hoc corpore dum vno doctore mortuo, crescit & succedit ei alius. Nō tamē dicuntur diuisi oculi, quia non efficiuntur plures, sed augmentantur. Vnus enim semper episcopus in ciuitate præest, & non plures. Et ita de cæteris sentiendum. Cùm autem ista successio & edificatio peracta fuerit, tunc completa erit mensura etatis plenitudinis Christi.

*Hoc igitur dico & testificor in domino vt iam nō ambuletis sicut & gentes ambulāt in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam, quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum: qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitia, in operationem immunditiæ omnis in auaritiā.*

Admonet vt caueant ab antiqua consuetudine gentilitatis. Quasi dicat: Quandoquidem tantum capitis membra estis effecti, [igitur hoc dico & suadeo vobis, vt vltra non viuatis more illorum, qui ad hoc caput non pertinent. Nō obsecro nunc vt superius, sed dico. i. doceo & autoritate mea veterem nequitiam in hibeo] & testificor. i. testem me huius rei facio [in domino .i. in confirmatione veritatis domini & æquitatis eius vel testificor in domino, id est, sub testimonio domini assero. Hoc scilicet dico, [vt iam] post conuersionē vestram [non ambuletis] sicut olim ambulastis, .i. nō operemini sicut pri-

operabimini, [sicut & gentes] quæ nunc sunt, ambulantes euntes [in vanitate sensus sui, id est, habentes sensum vanitate plenum: quia non cogitat mēs eorū nisi de transitoriis quæ sunt vanitas, vt scriptum est: Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Quia ergo nihil sapiunt & nihil appetunt nisi caduca & temporalia, ambulare dicuntur in vanitate sensus. Et naturalem intellectum rationis habent obscuratum & hebetatū tenebris peccatorum: & ideo minus mirum de illis est si ambulat in vanitate, quā de vobis, qui estis illuminati, & internæ lucis radiis illustrati. Præterita enim peccata sic obscurauerunt intellectum mentis eorū, vt non possit exerce-re vim propriā. i. vim discretionis. Et quia ambulat in vanitate sensus, ideo sunt [alienati à vita Dei, .i. à vita quæ in Deo est, à vita quæ Deo id est, separati à Deo qui est vita animæ, & cui adherere vita est. Nam sicut vita corporis humani anima est, sic vita animæ deus est. Vel secundum alios codices, alienati sunt à via Dei, quia scilicet nunquam ambulat in ea. Et quod alienati sunt à vita vel à via Dei, hoc fit [per ignorantiam quæ est in illis] permanens. Ignorant enim gloriā vitæ cœlestis & viam iustitiæ, quæ ducit ad illā: ideoque alieni remanent vtriusque. & illa ignorantia locū in eis habet [propter cæcitatem cordis ipsorum,] quia ad aspectum veri laminis oculos cordis apertos non habent, quos euāgelicæ prædicationi clauerunt ideoque iure cæcati sunt. Anima enim recedens à luce iustitiæ, quanto magis querit quod cōtra iustitiam inueniat, tanto plus repellitur à lumine veritatis, & in tenebrosa demergitur. Hoc autem diuersum est ab eo quod dixit, tenebris obscuratum habentes intellectum: quia illud accipitur de obscuritate peccatorum, istud autem de cæcitate ignorantie. Et reuera sunt cæci: qui de venia & salute pro sua turpitudine desperantes, id est, diuitiarum superne gratiæ præmium non sperantes, nullo cogente, sed sua sponte [tradiderunt semetipsos impudicitia,] quæ fit in cōsanguineas, id est, sic ex toto tradiderunt se libidini seruos, vt nec à consanguinearum concubitu abstinerent. Ipsi dico cadentes [in operationem immunditiæ omnis,] id est, in hoc deuoluti, vt operentur omnimodam carnis immunditiam, siue in semetipsis, siue inuicem, siue in peccatis. Et hoc faciunt euntes [in auaritiā] id est, in infatigabilitatem: quia sicut auarus nunquam reputat se satis habere, ita nunquam isti perueniunt ad fornicationis saturitatem. Vel ita distinguamus: Delapsi sunt in operationem immunditiæ, quia seipos in quinā voluptatibus carnis, tendentes omnes in auaritiā, id est, in immoderatum amorem habendi, siue ambiendo honores, siue quamcunque pecuniam.

*Vos autem non ita didicistis Christū, si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu. Deponite vos secundum pristinam conuersionem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris.*

**G**entes quæ excæcæ sunt, ambulant in huiusmodi operibus: sed vos non debetis taliter ambulare, quia [non ita didicistis Christum, id est, non ita percepistis à prædicatoribus notitiã Christu & doctrinã eius, vt in ea, sicut gētes in erroribus turpiter ambulant, ambuletis. Didicistis dico, sed tamen hac conditione, [si illum audistis, id est, si prædicationē quæ de eo fit, intellexistis, vel eū interius loquentē audistis. Loquitur enim Christus homini, cum rationē eius intrinsecus illuminat & excitat. Homo verò audit, cum intelligit ad quid ratio eius excitetur, & facit quod sibi diuinitus suadetur. Et iterum hac conditione dico, si [in ipso edocti estis,] vt sciatis ea quæ scire & quæ agere in eius religione, debetis. Si in ipso edocti estis, [sicut in Iesu, id est, in ipso est perfecta & integra veritas sine ulla admixtione falsitatis, veritas fidei & bonæ operationis & sapiētia & saluationis. Ideoque veraciter bona debent esse opera eorum, qui in

**H**eius scholis discere cœperūt, & veritatē æternę salutis in eo adipisci cupiunt. Et quæ sit illa veritas in Iesu, subiungitur, scilicet deponere [vos veterē hominem .i. vt veraciter nō simulatorie deponatis veterē hominē, nō secundū substantiã quam traxistis de Adam, sed [secundum pristinam conuersationē] vestrã quæ erat in vetustate primi hominis, id est, secundū priores actus prauitatis vestræ. Deponatis veterem hominē, id est, imaginem & conformitatem veteris hominis, cuius vitæ conformitas ducit ad vetustatem & corruptionem. Veterem [inquam] hominem deponatis, id est, omnes prauos actus qui defluerunt ab eo, & prauos mores eius. Qui scilicet homo iure deponitur, quia [corrumpitur] in suis delectationibus vel carne, vel spiritu, siue vtroque. Corrumpitur non solum secundum opera, sed etiam [secundum desideria] quæ sunt erroris, id est, error suadet illa, non veritas domini Iesu. Et ideo si vere deponitis hunc hominem, deponite etiam desideria eius quæ veniunt ab errore, vel ducunt in errorem.

**Rom. 6.** *Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deū creatus est in iustitia & sanctitate veritatis.*

Non solum deponere veterem hominē debetis, sed etiam [renouamini, id est, ad id quod retrō est nouamini, id est, ad priorem nouitatem quam habuit pater vester Adam, quando creatus fuit ad imaginem creatoris. In mente autem & ratione & intelligētia qua Deum cognoscere potuit, factus est ad imaginem Dei. Sed peccando inueterauit, & deformis ac decolor facta est hæc imago. Vnde nunc sectando iustitiã renouatur & reformatur. Propter quod cum dictum esset, renouamini, subiunctum est, [spiritu mentis vestræ] vt in mente intelligatur fieri ista renouatio. Quod enim ait, spiritu mentis vestræ, non ibi duas res intelligi voluit, quasi aliud sit mens, aliud mētis spiritus, quia omnis mens spiritus est, non autē omnis spiritus mens est. Nam & deus est spiritus, qui nec renouari nec veterascere potest. Dicitur etiã spiritus in

homine, qui mens nō sit, ad quem pertinet imago K gines similes corporū, de quo dicit alibi: Si autē I. Cor. 14 orauero lingua, spiritus meus orat, mens autem infructuosa est. Hoc enim fit, quādo id quod dicitur, non intelligitur: quia nec dici potest, nisi corporaliū vocum imagines sonos oris in spiritu cogitatione præueniāt. Sed & hominis anima dicitur spiritus. Est etiam spiritus pecoris. Ventus quoque qui res est apertissimē corporalis, vocatur spiritus, iuxta illud: Dixit & stetit P sal. 106 spiritus procellæ. Quia ergo tot modis dicitur spiritus, spiritum mētis dicere voluit eū spiritū qui mēs vocatur. Et in hoc iubet vt etiam post nouationem baptismi quotidie renouemur exercitio diuini feruoris. Mens enim quæ igne superni amoris excoquitur, semper in se seruat claritatē pulchritudinis quotidiana inuouatione feruoris. Nescit enim mens per torporem inueterascere, quæ studet per desiderium semper inchoare. Sic ergo renouamini spiritu mentis vestræ. Et vt ita possitis renouari, [induite nouū hominem, id est, accipite velut indumentū conformitatem conuersationis Christi, quæ vos vndique sic cooperiat, vt nihil in moribus vestris appareat, nisi similitudo operum quæ Christus egit. [qui creatus est] non secundum operationem carnalis concupiscentiæ, sed [secundum Deum, id est, sola virtute Dei & potentia spiritus sancti conceptus est, ac per hoc immunis à labe originalis peccati. Creatus, id est, conceptus est [in iustitia & sanctitate veritatis, id est, in vera iustitia ac vera sanctitate, non in peccatis, sicut cæteri homines nō præseruati speciali Dei priuilegio. Iustitia & sanctitas veritatis nō solum in conuersatione, sed in creatione eius fuit, ad distinctionem eorum qui falsam iustitiã & simulatam sanctitatē habent. Et ideo induendus est vobis. Potest esse ordo, Induite nouum hominem in iustitia & sanctitate veritatis. Sic enim induitur Christus. Iustitia est obseruatio præceptorū Dei. Sanctitas verò est, iuxta Dionysium, omni iniquatione libera & incontaminatissima & perfectissima puritas. Et hæc pro modulo nostro veraciter in nobis esse debet, vt noui hominis nouitas sit nobis indumentum.

*Propter quod deponentes mendaciū, I. Petri 2. loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, quoniã sumus inuicem membra. Irascimini & nolite peccare. Sol nō P sal 4. occidat super iracundiã vestram. Nolite Iacob. 4. locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur: magis autē laboret, operando manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.*

Deponere veterem hominem debetis, & induere nouum. [Propter quod] agendum, agite sequentia. Nam quia vetus homo deponendus est, deponite mendaciū, id est, desistite mentiri, quia os quod mentitur occidit animã. Quia Sapien. 1. verò nouus est induendus, [loquimini veritatē,] quod ad nouum pertinet. Loquimini veritatem [vnus-

**A** vnusquisque cum proximo suo, id est, cū quolibet homine. Proximus enim est omnis homo, qui ex vno parente sumus omnes geniti, Omnesque proximi sumus conditione terrenæ natiuitatis. Et aliter: Spe cælestis hæreditatis debes proximum tuū putare omnē hominem, & antequam sit Christianus. Nō enim nosti qualis futurus sit apud Deū, qui modo vel Iudæus est, vel hæreticus, vel paganus. Fortē enim per misericordiã Dei ita conuertetur, vt inter sanctos primum locum habere mereatur. Et secundum hanc spem, quasi mēbrū ecclesiæ æstimari potest, Nam ideo loqui debemus alter alteri veritatem, [quoniam sumus inuicem membra,] vt vicissim seruiat alter alteri, & diligit eum sicut se. Deponite veterem hominem. Si autem contigerit vt vos aliquid adhuc vetustū more agatis, irascimini inde vobismetipsis. .i. agite pœnitentiam, & ulterius peccare desistite. Quid est enim pœnitens nisi homo irascens sibi? Vt accipiat veniam, de seipso exigat pœnam. Potest & prælatis iuberi, irascimini vitii delinquentiū, id est, seueritatem in corrigendo exhibete, [& nolite peccare, id est, nolite in hoc nimis districte agere, ne modum excedendo peccetis. Vel omnibus etiam ita dici potest: Irascimini, id est, si forte irascimini, id est, si surgit motus animi qui iam propter pœnam peccati non est in potestate, nolite peccare, id est, saltem non ei consentiat mens & ratio. Et si contigerit irasci, [nō occidat sol super iracundiã vestram, id est, nō teneatis eam diu, nec in crastinum referuetis, sed ante solis occasum eicite illam de corde vestro. Iracundiã enim dicitur quasi ira abscondita, quia scilicet diu tenetur in animo. Sed aliter melius intelligitur hæc sententia: quia noster sol Christus est, qui veritas & sapientia & iustitia est, cuius luce anima humana illustratur. Sed hanc lucem definit mens videre, cum perturbatione iracundiæ fuerit tanquam nubilo superata. Et tunc quasi occidit super iracundiã hominis sol, quia cum menti iracundiã confusionis tenebras incutit, huic Deus radium suæ cognitionis abscondit. Propter quod multum cauenda est iracundiã, per quam lux veritatis amittitur. Qua amissa, princeps tenebrarum diabolus locum in homine sibi inuenit. Vnde sequitur: [Nolite locū dare diabolo.] Iratus enim mala cogitat, & sic se diabolo ingerit atque pãdit, vt cogitata perficiat. Pandit ostium cordis & hostem finit intrare. Sed vos nolite ei locum dare, quærenti per suggestionem malorum inuenire locū consensus aut delectationis in vobis. Qui enim suggestionibus eius consentit, dat ei locū in se. Claudendum est cordis ostium, ne tentator ingrediatur. Tentator non cessat pulsare, vt irrumpat. Si clausum inuenerit, trãsit. Quia ergo in vestra potestate est hoc ostium claudere, nolite locū dare diabolo. Etenim si intrauit & possedit, aut tu negligēter clausisti, aut claudere neglexisti. Hoc ostium habet tanquam duas valuas, cupiditatis & timoris. Aut cupis aliquid terrenum, & hac intrat: aut times aliquid terrenum, & hac intrat. Cupiditatis ergo & timoris ianuam claude cōtra diabolum, si vis tutus esse. Nam de cupiditate qua satanas intrat, subiun-

gitur: [Qui furabatur, iam non furetur.] Et hoc quoque, sicut & prædicatorum vitiorū prohibitio, pertinet ad depositionem veteris hominis. Quodque sequitur, magis autem laboret &c. ad induitionē noui pertinet. Furtū verò hic intelligi potest, nō solum occulta alienarū rerū ablatio, sed etiam quicquid acquiritur sub alterius dāno vel deceptione. Qui ergo dum veterem vitam duceret, furabatur aliena bona, iam postquam nouum hominem induit, non furetur, id est, non auferat dolo vel aliqua machinatione fraudis aliquid alienum, sed magis, id est, potius, laboret non per seruos, sed [manibus suis, id est, propriis, operando non illud opus quod displiceat Deo, sed illud, [quod est bonum,] id est, vtile & sine peccato. Ideo scilicet laboret, [vt habeat] non solum vnde viuat, sed etiã [tribuat necessitatem patienti, id est, penuriam: hoc est, vt possit pauperes de iusto labore sustentare. Hinc enim ostenditur, quod eleemosyna debet fieri ex eo quod bonum est, id est, quod iuste habetur, non de eo quod iniuste. Sequitur:

*Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus est ad ædificationem fidei, vt det gratiã audientibus. Et nolite contristare spiritū sanctum dei, in quo signati estis in die redemptionis.*

[Omnis sermo malus nō procedat, id est, nullus sermo malus procedat [ex ore vestro,] etiam si fuit corde conceptus, sed comprimate illum ne possit exire, vt nihil mali vnquã loquamini. Sermo contameliosus & lasciuus aut murmuriosus, vel alius huiusmodi, nō exeat ab ore vestro: [sed si quis est] in corde vestro bonus. .i. humilis & charitatiuus & vtilis, ille procedat non ociose, sed [ad ædificationem fidei, id est, ita oportune, vt ædificet alios in fide, quæ per dilectionem operatur, quia illa est vera fides & saluifera. Ad ædificationē procedat bonus sermo. Vbi ostenditur quia nec bonus sermo proferri debet nisi ad ædificationem. Vnde Psalmista: P salm. 38 Obmutui & humiliat⁹ sum, & filii à bonis. Ad hoc proferatur bonus, [vt det gratiã audientibus, id est, vt auditores per eū hauriant dulcedinem supernę gratiæ, & promoueantur in bonis operibus. Talis sermo processit ex ore matris domini, quando ad vocem saluationis eius repleta est spiritu sancto Elizabeth. Nolite malum sermonem proferre. [Et nolite contristare spiritum sanctum Dei] in mala conuersatione vestra, id est, nolite talia facere quæ spiritui sancto sic displiceant, vt recedat à vobis, quasi offensus ac cōtristat⁹. Spiritus enim sanctus [vt scriptum est] discipline effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripitur à superueniente iniquitate. Nam in sua substantia spiritus sanctus contristari nō potest, cum ipse sit æterna & incommutabilis beatitudo: sed ad similitudinem hominis cōtristati dictum est, qui domum illius qui eum contristauit, egreditur. Vel spiritū sanctum dicitur, contristare, qui prauis moribus suis contristat sanctos, in quibus habitat spiritus sanctus. Sancti

Gene. 1

Ioan. 4.

**G**ti enim sicut de profectibus fidelium gaudet, sic de lapsibus eorum contristatur. Propterea spiritus sanctus dicitur contristari ab eis qui sic agunt, ut eorum factis contristentur sancti, non ob aliud nisi quia spiritum sanctum habent per quem tam boni sunt, ut eos mali mortificet, hi maximè, quos bonos fuisse vel nouerunt vel crediderunt. Contristari dicitur spiritus sanctus, quia suis electis inspirat charitatem, per quam facit ut contristetur de aliorum detrimentis. Sancti autem qui sic contristantur, maximè sunt pij præpositi ecclesiae. Vnde nunc subiectis præponitur, ne per inobedientiam suam contristent eos, quia in eis contristarent spiritum sanctum. Ut exaggeret peccatum, voluit Apostolus ita dicere. Præpositos ita contristant, qui eorum verba contemnant, & eis obedire despiciunt. Non debetis hunc spiritum contristare, [in quo] vos quasi cera [signati estis,] ei<sup>9</sup> imagine vobis impressa. Vel signati, i. ab infidelibus discreti. Et hoc factum est [in die redemptionis,] id est, quando transacta nocte infidelitatis & ignorantiae, illustrati estis luce fidei in baptismo, & redempti de seruitute diaboli. In baptismo enim spiritus sanctus fide & sacramentis & spiritalibus gratis signat fideles, id est, ab infidelibus seernit.

*Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & deus in Christo donauit vobis.*

[Omnis amaritudo] quæ quidè contraria est benignitati, i. rancor & alperitas in dictis vel in factis siue in cogitationibus, [tollatur à vobis, & ira, id est, subita commotio animi, aliquãdiu ipsum animum possidens,] & indignatio, i. vehemens furor animi cum quodam arrogantie vitio. Hoc fit plerunque, si maior viderit minorem in aliquo honore sublimari. Indignatur enim ex hoc non nunquam grauiter. Et quia istum impetum animi solent sequi clamorosa verba, subsequenter ponitur [ & clamor. ] Clamorem hinc accipimus, quando omnes cum sunt in ire furore, mala verba & ad contumeliam pertinentia proferunt. [ & blasphemia, ] id est, prolatio verborum contra Deum vel sanctos eius. Blasphemia enim est, per quam de ipso deo falsa dicuntur vel sanctis eius. Et omnia hæc iubet Apostolus ut tollantur à nobis, exhortans nos ad patientiam. Et quasi cunctis exterius iam bene compositis, ad interiora conuertitur, dum subiungit, [cum omni malitia.] Malitia enim proprie ad mentem pertinet. Et frustra indignatio & clamor & blasphemia ab exterioribus tolluntur, si in interioribus vitiorum mater, malitia dominatur. Et incassum foris nequitia ex ramis inciditur, si surrectura multipliciter intus in radice seruat. Malitia ergo quæ est occulta radix vitiorum, extirpanda funditus est à corde: & dulcedo charitatis inferenda, ne vitiorum rami foras erumpant. Sic enim tolerare debemus eos qui mala nobis irrogant, ut & puro corde diligamus illos. Hæc

vitia dum tollimus à nobis, deponimus veterem hominem: nouum autem induimus, facientes quod subditur: Estote autem, & cæter. Quasi dicitur: Nolite esse amari, sed e contra [estote inuicem, id est, alter erga alterum benigni, id est, bonum ignem pie dulcedinis habentes. Benignitas enim est serenitas animi, quando aliquis clare & hilariter loquitur, & sua tribuit, & conuersatur cum alio. Quæ (sicut diximus) contraria est vitio amaritudinis. Et nolite iram habere aduersus quemquam, sed estote inuicem misericordes, id est, viscera miserationis habentes, ut affectum benefaciendi proximis semper habeatis, etsi deest quod tribuatis. Et non clametis irati contra aliquem, vel non deferatis ad iudicem de iniuria vobis illata clamorem, sed estote [donantes inuicem, id est, condonantes alter alteri, quicquid læsionis vel offensionis pertulistis. Et hoc facite non fiste, nec ex parte, sed ita pure & perfecte,] sicut & deus in Christo donauit vobis. Id est, sicut deus per Christum omnia, quæ commiseratis, condonauit vobis, sine aliquo respectu vindictæ ulterius futuræ, sic & vos condonate vobis semper adinuicem sine respectu alicuius ultionis. Alioquin deus repetet quæ vobis dimiserat.

## CAPVT V.

*Stote ergo imitatores Dei, sicut*

*E filij charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis.*

Quandoquidem deus in Christo vobis peccata, quæ in eum commiseratis, donauit, [ergo estote imitatores Dei, id est, sequimini exemplum bonitatis eius, ut & vos fratribus dimittatis quicquid in vos delinquant. Et hoc facite [sicut filij charissimi:] quia si hoc feceritis, tunc filij charissimi eritis illius patris. Vnde dicitur vigenitus ei<sup>9</sup>: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, orate pro persequentibus & calumniantibus vos, ut sitis filij patris vestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Et non solum in condonatione peccatorum sitis imitatores dei, sed etiã [in dilectione,] ut diligatis eos qui vobis aduersantur. Scilicet in dilectione positi ambulate, i. promoueamini & proficite in ea intantum, ut si opus fuerit, ponatis animas pro his quos diligitis, [sicut & Christus dilexit nos,] & posuit animam suam pro nobis. Magna & inenarrabilis dilectio, ut vnicus filius Dei semetipsum pro nobis traderet morti, dominus pro seruis, creator pro creatura. Nam [tradidit pro nobis] redimendis, non arietem, non hircum, non etiam prophetam aut Apostolum, sed [semetipsum] qui de<sup>9</sup> est. Tradidit se, id est, non inuitus est ductus ad mortem, sed ipse spontaneus se dedit, & in hoc apparuit vis dilectionis. Tradidit enim se [oblationem & hostiam Deo.] Oblatio nanque dicitur, quando nullo

**A** quærente aliquid sponte offertur. Sic Christus cum nemo id quærere auderet, obtulit se pro nobis in cruce sacrificium deo. Hostia verò dicitur, quæ pro hostibus vel victis vel superandis celebratur. Sic & hostia Christi diabolus & demones superati sunt atque peccata. Vel oblatio fuit Christus, quia morte sua nobis dona virtutum & diuinam gratiam acquisiuit: hostia verò, quia nos ab hoste liberauit. Vel oblatio, dum fuit iniuriatus: hostia dum fuit occisus. Qui dedit se hostiam talem, quæ iret [in odorem suauitatis,] id est, in odorem suauem deo. Quia sicut suauis & bonus odor est alicui acceptabilis, sic deo sacrificium dominicæ carnis. In quo pater delectatus est non respectu simplicis mortis Christi, sed respectu fructus ab ea procedentis. Ex ea enim nunc salus humano generi prouenit, in qua quidem deus delectatus est. In intentione etiam saluatoris & affectu pietatis eius, dum se pro nostra redemptione immolari permitteret, delectatus est pater, ut in odore suauissimo. **N**am quia iustus pro iustitia occisus est, optimum de sua morte præbuit odorem. Sicut enim peccatum fetorem, sic iustitia bonum spirat odorem.

*Fornicatio autem & omnis immunditia aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudine, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio.*

Deum imitari studete. Sed fornicatio & immunditia & auaritia sic prorsus reiiciantur à vobis, ut neque vel nominentur in vobis, i. nomen alicuius horum vitiorum non sit in aliquo ex vobis, scilicet nemo saltem solo verbo dicat quæquam vestrum esse talem: sed ita coram deo & hominibus irreprehensibiles estote, ut nullum locum malæ suspitionis detis. Fornicatio dicitur à fornicibus, qui & arenarum nunc appellantur. sunt enim theatrales arcus & lupanaria loca, in quibus erant meretrices, cum quibus spurcissimi quique comiscebantur. Immunditia autem vocatur omnis incontinentia ad libidinem pertinet, quoquo modo fiat. Fornicatio igitur quantum ad mulieres, hinc accipitur: immunditia verò, quantum ad hoc quod fit contra naturam, siue in se, siue in alium. Auaritia verò illa pestis est animi, quæ nunquam dicit nisi accipere. Quia ideo ponit Apostolus cum fornicatione & immunditia, ut innuat eam esse fornicationem anime, sicut illicita corporis operatio, corporis est fornicatio, sicut enim qui fornicatur, non sua, sed aliena muliere abutitur: sic qui peste auaritiæ contaminatur vsque ad aliena habenda extenditur: & quod sub rapina habet, omnibus retinere molitur. Per hoc quod posuit disiunctiuam conditionem inter immunditiam & auaritiam, quod quidem non fecerat inter immunditiam & fornicationem, voluit significare alterius generis esse fornicationem & immunditiam, & alterius auaritiam: quia illæ sunt corporis, ista verò anime. [Fornicatio & omnis immunditia aut auaritia] non solum non sit [in vobis,] sed nec

etiam nominetur, i. tantopere vobis prouidete ab istis vitiis, ut neque vel infamiam illorum patiat aliquis vestrum [sicut decet sanctos] à vitiis esse immunes & à nota infamiae. [aut turpitudine] non nominetur in vobis, [aut stultiloquium, aut scurrilitas.] Turpitudine est, qua mes inflamatur ad libidinem, ut in osculis & amplexibus & multis aliis huiusmodi. Stultiloquium verò est stulta verborum prolatio, nullam utilitatem, nullamque scientiam continens, sine industria & discretionem facta. Scurrilitas verò est facetia ioculatoriorum verborum, quæ quadam industria & ingenio artis proferuntur, ut auditores ad risum moueantur. Quæ scurrilitas licet magno labore studij agatur, tamen [non pertinet ad rem,] id est, ad aliquam utilitatem, sed tantum ad vanitatem & mentis eneruationem. Hæc vitia non nominentur in vobis, [sed magis, i. potius nominetur in vobis] gratiarum actio, id est, ita deo semper agite gratias super beneficiis eius, & ita laudibus eius insitite, ut nihil vobis dici possit, nisi quod omnis actio vestra deo gratias rependit, scilicet & verbis & actibus assidue gratias saluatori reddite.

*Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi & dei.*

Ratio quare fornicatio & cætera non debent esse in vobis, quia hoc sine ambiguitate sciatis quod omnis fornicator & c. Omnis dico, id est, numeratis singulis partibus cuiusque, nulla reperietur quæ habeat hereditatem in regno Christi & dei, i. quæ habeat hereditario iure locum in regno gloriæ. Et hoc ideo, quia Christi est, contra cuius præcepta operantur tales: & Dei patris, cui iniurias faciunt. Et hoc erit vobis manifestum, si fueritis intelligentes, i. si aduerteritis quod aduertendum est, videlicet quid sit fornicatio & immunditia, i. quam immunda res sit & fordida omni vituperatione digna, & ite quæ pessima & praua res sit auaritia, videlicet quod auarum esse sit non solum idolis seruiens, sed etiã ipsa idolorum seruitus. Auari enim deus, nummus est. Nam sicut qui idolis seruit, cultum debitum creatori imaginatæ creaturæ attribuit: sic & auarus impendit cultum effigiatæ pecuniæ, cum deum colere deberet, non pecuniam. Ideoque pecunia quam diligit, veneratur & colitur, facta est illi idolum: quia spem suam in ea posuit, & à Dei cultu pro ea recessit. Dum enim deberet adire ecclesiam, custodit arcam. Dum deberet rogare deum, petit forum ut augeat lucrum. Quapropter idololatria merito iudicatur. Vel etiam ideo, quia sicut idololatra rapinam facit, honorem dei tollendo & idolis dando, sic auarus rapit pauperibus ea quæ superflue sibi coaceruat. Res enim quas deus seruire vult indigentibus, ipse sibi vsurpat & recedit. Et propter huiusmodi causas auaritia est idolorum seruitus. Et e contrario si aduersitatis quod sit regnum illud, scilicet quanta felicitate plenum, ubi nullus locus desiderandi est nisi quod quisque habet, quia vniciq; sufficit omnino quod ha-



**G**bet, quia vnicuique; sufficit omnino quod habet: & item si aduertatis quid sit Christus .i. quàm sanctus, quàm imunis ab omni peccato: & quis sit Deus, id est, quàm iustus iudex: & quantum bonum .i. summum: si hæc omnia vultis aduertere, sciatis fornicatorem & similes excludi à regno Dei. Non enim intrabit in illud (sicut legimus) aliquid immundum. Christus nunc primo nominatur, & postea Deus, ne secundum Arrianos æstimaretur minor patre filius.

Apo. 21.

2. Thes. 2

*Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiae. Nolite ergo effici participes eorum.*

Matt. 24.

Marc. 13.

Lucæ. 21.

Matt. 20.

Seducerent quidam auditores suos, promittentes impunitatem eis ex misericordia Dei, & persuadentes quia propter peccata superiora non amitteret homo regnum dei. Contra quos nunc apostolus: Nemo, inquit, [vos seducat inanibus verbis.] Inania enim sunt, id est, vana & omni veritate vacua, verba eorum, qui dicunt vel dicebant non omnem fornicatorem aut immundum aut auarum damnari, proponentes hoc & dicentes: Si omnis fornicator & immundus & auarus damnatur, tunc pauci in mundo saluatur. Quod reputant inconueniens & impossibile, cum sit conueniens & possibile. Multi enim sunt (vt ait dominus) vocati, pauci vero electi. Dicunt etiam aliquando misericordiam Dei tantam esse, vt etiam fornicatorem vel auarum non sinat æternaliter cruciari: atque naturale esse prædicant, vt his vitiis feruiatur, dicentes: Cur fecit Deus mulieres, aurum, argentum & similia, nisi vt his utamur? Sed Apostolus econtrario clamat: Nemo vos seducat inanibus verbis, id est, à nemine vos permittatis seorsum ab hac ratione duci, scilicet quod fornicator & cæteri tales non habebunt partem in regno Dei. Omnes enim rationes eorum, qui vos ita seducere volunt, sunt inania verba. Et reuera non debetis huiusmodi verbis ab hoc fano intellectu diuelli, quia [propter hæc] verba [venit ira dei, id est, ultio diuina vt in æternum pereant, [in filios diffidentiae, id est, in eos qui cum sint filij ecclesie non secundum bonam vitam, sed solummodo secundum sacramentorum participationem, sunt tamen diffidentiae & desperationis quia de illis diffidimus propter prauitatem eorum. Et quia ira diuinæ animaduersionis in obitu eorum venit in eos, [ergo] ne vos similia patiamini, [nolite effici participes eorum,] videlicet vel quod eadem dicatis, vel quod fidem eis adhibeatis. Sed & secundum veterem historiam, propter inania verba & fornicationem & his similia, venit ira diuinæ ultionis in Iudæos, prosternens cadauera eorum in deserto: qui erant filij diffidentiae, quia de promissionibus diffidebant, non credentes quod essent veræ: & ideo murmurabant & fornicabantur, propter quæ & perierunt. Nolite ergo similiter vel agere vel loqui, ne similiter pereatis.

Num. 21.  
25. 26.

*Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni*

*bonitate & iustitia & veritate, probantes quid sit beneplacitum deo.*

Non debetis iam effici participes eorum, quia vos aliquando, id est, ante conuersionem [eratis] tenebræ, id est, obscuritas nigredinis peccatorum & in vobis ipsis & in alijs, prauo exemplo illos excæcando, & in errorem precipitando: sed [nunc, id est, postquam ad gratiam accessistis, facti estis] secundum fidem & iustitiam & puritatem vitæ, quia lumine & exemplo vestre operationis & scientiæ alios illuminatis. Et hoc non in vobis, sed [in domino,] quia tenebræ fuistis in vobis, sed nunc estis lux in domino, vt qui glorietur, in domino gloriatur. Lux estis, sed lux illuminata, sicut & oculi nostri dicuntur lux, sed illuminata, quia videre non possunt nisi vel in die sol luceat, vel in nocte aliquod luminare fulgeat. Et quia oportet vt vos qui lux talis estis, vt à vera luce quæ deus est illuminemini, non in vobis lux esse dicimini, sed in domino. Et ideo filij lucis, iure vocari potestis. Quia ergo lux estis & filij lucis, idcirco non iam vt filij tenebrarum, sed [vt filij lucis ambulate, id est, promoueamini de lucidis operibus in lucidiora. Et ratio suadet vt sic ambuletis, quia [fructus lucis,] id est, vtile opus quod gignit lux, sicut arbor fructum, [est in omni bonitate,] qua quisque sit bonus in seipso: & in omni [iustitia] qua proximo quod iustum est impendat: & in omni [veritate,] qua id quod verum est credat & loquatur. Possumus autem iustitiam & veritatem partes bonitatis intelligere. Iustitia vero tenetur in obseruantia bonorum operum, veritas autem in sermionibus non falsis & cogitationibus. Et hæc omnia bona sunt, ideoque partes bonitatis. Et lux quæ tales fructus facit, homo est, lucificatus à vera luce, quæ Christus est. Ambulate vt filij lucis, & hoc facite, [probantes, id est, discutientes, & scire studentes atque discernentes [quid sit bene placitum deo,] id est, quid deus multum velit, vt illud faciatis, quod ei optime placere probaueritis. Quicquid enim facere volumus, antequam illud inchoemus, probare debemus an deo placiturum sit. Et si deo placiturum probauerimus, tunc faciamus illud: si autem displiciturum, non faciamus. Sequitur,

*Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere.*

Vt filij lucis ambulate, [ & nolite communicare, id est, non habeatis voluntatem comunicandi, id est, consentiendi] operibus infructuosis tenebrarum, id est, eorum qui sunt tenebræ, id est, excæcati in se, & excæcantes alios: quia infructuosa sunt illa opera, id est, nullam utilitatem afferentia. Non comunicetis operibus huiusmodi, sed [magis,] id est, potius [redarguite] & corrigite ea. Duobus enim modis non nos inquinant mali cum quibus degimus .i. si non consentimus, & si redarguimus, hoc est, non comunicare, non consentire. Comunicatur enim peccatori, quando facto eius confortium voluntatis vel appro-

probationem adiungitur. Hoc ergo nos admonens Apostolus, ait: Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum hominum. Et, quia parum erat non consentire, si quaeretur negligentia disciplinæ, magis autem, inquit, & redarguite. Videte quoniam vtrunque complexus est, Nolite communicare, magis autem & redarguite. Quid est, nolite communicare? Nolite consentire, nolite laudare, nolite approbare. Quid est, magis redarguite? Reprehendite, corripite, coercete. Prælati vero datum est maxime hoc præceptum. Ideo non debetis comunicare, sed potius redarguere, quia [turpe est] non solum facere vel videre, sed [ & dicere ea quæ ab ipsis] tenebrosi hominibus [fiunt in occulto, id est, in secretis locis, quia verecundatur talia palam facere. Omnis qui male agit, odit lucem. Sequitur:

Ier. 9.  
1. Cor. 1.  
Ier. 3.

*Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit: surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit tibi Christus.*

Ipsi faciunt in occulto turpia. Sed [omnia] opera eorum [quæ arguuntur, manifestantur eis à lumine] redargutionis eiusdem. Plerumque ignoratur culpa ab ipso, qui perpetravit eam. Sed dum increpatur, manifestatur ei. Et istis qui nunc ab Apostolo vocantur tenebræ, sic obscurata est vsu peccandi conscientia, vt iam ea quæ faciunt, mala esse non intelligant: vel si intelligunt, pro nihilo ducant & obliuiscantur. Quasi enim sub quadam obscuritate teguntur & latent peccata quæ fiunt, vt vel non intelligantur, & post ad memoria non reuocentur. Sed dum ab increpante ingeruntur oculis cordium suorum culpæ, quas nesciebant, & arguuntur, tunc à lumine veritatis manifestantur mentibus eorum, vt eas videant & cõsenteantur ac poenitendo deleant. Ecce quanta utilitas ex redargutione procedat. Et verè manifestantur à lumine. Nam [omne] peccatum [quod] manifestatur, est lumen, id est, euidentis & non ambiguum, nec potest exultatione tegi quod palam dictum est. Vel omne malum opus quod per confessionem manifestatur lumen est .i. illuminans conscientiam: quia ex consideratione malorum quæ fecit, illuminatur poenitentis animus ad agenda bona, vt videat quantum in poenitentia se debeat affligere, & quanto studio bonis operibus insudare. [Propter quod .i. quia omne quod manifestatur, fit lumen] dicit Isaias: Surge, illumina, quia venit lumen tuum. Sed Apostolus more suo & autoritate Apostolica verbis alijs ponit hanc sententiam, & addit aliqua. Surge, inquit, qui dormis, &c. Somnus animæ est obliuisci Deum suum. Quæcunque enim anima obliuisci fuerit Deum suum, dormit. Sicut enim qui corpore dormit, etiam si dies iam fuerit, tanquam in nocte est, quia non vigilat vt videat iam ortum diem: sic quibusdam iam præsentem Christo, iam prædicata veritate, adhuc inest somnus ruinæ. Ideo vnicuique talium clamat propheta vel Apostolus: Surge illumina, quia

Ier. 40.

venit lumen tuum, id est, Christus. Vel [surge qui dormis] .i. qui torpes in obscuritate cordis, non recogitans deum, nec aduertens peccata tua, sed in terrenis desiderijs oculos mentis habens, surge ab illa pigritia per recordationem dei & intelligentiam culparum tuarum, [ & exurge .i. ex toto surge per dignam poenitentiam, tu dico, elauit & separatus à] mortuis .i. ab illis qui per peccata spiritualiter mortui sunt in anima, vt iam cum illis non iaceas similiter mortuus. Vel surge per confessionem, & exurge per satisfactionem. Exurge à mortuis .i. à peccatis, quæ in epistola ad Hebræos vocantur opera mortua. Et tunc [Christus] qui illuminator est mentium, [illuminabit tibi .i. lumē sapietiae & veritatis & gratiæ suæ sic infundet cordi tuo, vt maneat tibi .i. vt ultra non amittas illud. Plus enim notat dicens illuminabit tibi, quàm si dixisset, illuminabit te. Quia illuminabit te, notaret Christum ei lumē virtutum infundere: sed illuminabit tibi, non solum vocat virtutum iubare expandere, sed etiam in eo conseruare. Non enim illi (id est, ad utilitatem illius) Christus illuminaret, si non illum in virtutum lumine conseruaret vsque in finem.

Hebræ. 6

E

*Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas dei.*

Colo. 4

Rom. 12.

1. Thes. 4

Debetis (sicut dictum est) vt filij lucis ambulare, & operibus tenebrarum non communicare, sed potius ea redarguere. Et quia sic agendum vobis est, [itaque o fratres videte .i. considerate] quomodo caute ambuletis .i. prudenter agatis. Cautè enim ambulant, qui sic per viam bonæ operationis incedunt, vt ab insidiantibus vitijs se sapienter custodiant. Cautè ambulant, qui & bona faciunt, & nec suis nec aliorum vitijs maculantur. Quod agere soli possunt, qui & iuste viuunt, & peccantibus non consentiunt, sed eos studio charitatis redarguunt. Ambulate caute [non quasi insipientes .i. non solum caute vobis ab ipso peccato, sed etiam à similitudine peccati: hoc est, ita vos custodite, vt nullo modo videamini habere similitudinem cum insipientibus. Multi enim sunt qui caute ambulant, conseruando se cum Dei adiutorio immunes à peccato digno reprehensione, & tamen ambulat quasi insipientes. Vt si quis sacerdos redarguendo meretricem, frequentat domum eius, videtur insipiens, licet nullum animum peccandi in eam habeat. Sed non decet sanctos malam de se opinionem dare per negligentiam vel indiscretionem suam. Non quasi insipientes ambuletis viam iustitiæ, sed vt sapientes,] id est, ita irreprehensibiliter, vt in ipsa ambulatione videamini sapientes. Vel non ambuletis vt insipientes seculi amatores, qui non prouident sibi in futurum: sed vt sapientes qui sic in hoc seculo viuere studet, vt in futuro vitam æternam habeant. Vos dico, redimete tempus. Redimere tempus est, vt quando aliquis infert tibi litem, perdas aliquid vt deo vaces, non litibus, Quod enim perdis, precium est

Nota:

**Nota.** **G** est temporis. Quomodo perdis nummos vt emas tibi aliquid, sic perde nummos vel quodlibet aliud, vt emas tibi quietem. Non enim habebis quietum cor, sed euertis cogitationibus tuis irritatus contra aduersarium tuum. Et ita perdes tempus. Sed melius est vt nummos perdas, & tempus redimas. Vel tempus redimimus, quando ante actam vitam, quam lasciuendo perdidimus, flendo reparamus. Dum enim male agimus, tempus in quo bene operari deberemus, amittimus. sed damnum temporis redimimus, si ita vitam commendamus, vt ea bona quæ olim facere negleximus, & ea quæ nunc facere debemus, faciamus. Nec mirum si minus fecimus, quoniam dies mali sunt, id est, temporis variatio nociua est, quia peccantes attrahit ad varietatem delectationum. Dies sunt mali, quia in ipsis viget malitia, & in ipsis leuiter peccatur: quoniam tempus dat materiam male operandi, proponendo varietates rerum quas ex se affert. Dies enim malos duæ res faciunt, malitia & miseria. Nam per malitiam hominum & miseriam dicuntur dies mali. Cæterum dies isti quantum ad spatia horarum, ordinati sunt, ducunt vices, agunt tempora. Cui molesta sunt tempora, si homines sibi nõ sint molesti? Ergo dies malos (sicut dixi) duæ res faciunt, malitia & miseria. Sed miseria hominum communis est, non debet autem malitia esse communis. Ex quo enim lapsus est Adam & de paradiso expulsus, nunquam fuerunt dies nisi mali. Et quia dies mali sunt, & nos positi sumus in procliuo peccandi, [propterea nolite fieri imprudentes, id est, indiscreti vel inconsiderati, vt non possitis mala prudenter vitare, & bona eligere, vel consideratione rationis omnia facere: [sed] sitis [intelligentes quæ sit voluntas dei, id est, quid deus velit, vt illud faciatis.

**H** *Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed implemini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris domino: gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi deo patri, subiecti inuicem in timore Christi.*

Intelligite voluntatē dei. Et vt eā possitis intelligere & facere, [nolite inebriari vino.] Non prohibeo quin moderate vinū bibatis, sed modum nõ excedatis. Ebrietatem enim interdico. Nõ inebriemini vino, [in quo] immoderate bibito [est luxuria. i. luxuria est in nimia potatione vini. Nõ in natura vini est luxuria, sed in immoderatione potationis, ne quis peruerse intelligens, conetur ostendere creaturam dei, id est, vinum, malam esse, sic argumētando: Cuius effectus malus est, ipsum quoq; malum est: sed effectus vini, id est, luxuria malus est, igitur vinū est malum. Quod non procedit, cum sit creatura d. i. Idcirco dicendū est, in quo. i. in inebriari, est luxuria. Vel certe vinū in quo est luxuria, possumus intelligere concupiscētiā & cæteras vi-

tiorum potiones, quæ mentē inebriant & euertunt. De cuiusmodi Salomon ait: Luxuriosa res vinum. Nolite vino ingurgitari, [sed implemini, id est, studete impleri [spiritu sancto,] qui vos laudabiliter inebriet mutando mentes vestras, & amore æternorum calefaciens. Quo scilicet spiritu impleri hoc modo poteritis, id est, si ea quæ ore cantatis, mente cogitatis & intelligitis, ac vos de his intus instruitis. Et hoc est: Implemini spiritu sancto, [loquentes vobismetipsis] intus secundum attentionem, id est, intelligite quæ labiis profertis, quia non modicum placet deo vt quisque aduertat quæ loquitur [in psalmis,] qui ad bonam operationem commouent: [ & hymnis ] qui de laudibus dei, [ & canticis spiritualibus ] quæ de æterno gaudio resonant, & ideo spiritalia sunt. Sunt enim secularium hominum cantica, sed non spiritalia. Et post loquutionem horum sitis [cântantes, id est, deum laudantes, & de æternis exultantes, sicut hymni & cantica docent, [ & psallentes ] opere sicut psalmi suadent. Cantate, inquam, & psallite [in cordibus vestris, id est, sicut in ore vestro laudes resonant domino, sic resonent in cordibus vestris: & hoc facite non vanæ gloriæ vel alij rei, sed soli [domino, id est, ad honorē eius. Cantate, id est, cælestia resonate & desiderate. Nam qui desiderat, etsi lingua taceat, cātat corde. Qui autem non desiderat, quolibet clamore aures hominum feriat, mutus est. Desiderium enim & amor cordis, amœna vox est intus cantantis. Sic cantate in cordibus vestris domino. Vos dico, [gratias agentes] non ad horam, sed [semper pro omnibus] quæ de dit vel dederit, siue sint prospera, siue aduersa. Gratias ei semper agite, & hoc [in nomine domini nostri Iesu Christi,] per quæ hæc omnia vobis à patre dantur, vt ipse filius in illis gratiarū actionibus glorificetur. Gratias [inquam] agite [deo] qui vos creauit, [ & patri ] qui vos in filios adoptauit. Vos dico,] subiecti inuicem,] humiliter curam agendo alter alterius, & pie vicissim ministrando, & hoc facite [in timore Christi] casto, qui huius vitæ subiectionis humilitatem præcepit, & venit non ministrari, sed ministrare.

*Mulieres viris suis subditæ sint, sicut domino: quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesie, ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus.*

Ad familiaria præcepta se transfert Apostolus, & vniciue gradui quid debeat præcipit. [Mulieres sint subditæ] reuerendo, obediendo [viris suis,] non alienis, [sicut domino, id est, ad bene agendū solummodo, sicut nos subiicimur domino deo, vt illi seruiamus bona faciēdo, nõ mala. Vel sicut domino, id est, in simplicitate & charitate qua deo seruirent, seruiant viris suis. Quod ideo facere debent. [quoniam vir est caput mulieris, id est, principium, quia mulier primum de viro facta est. Ideo etiam caput, quia rector. Per virum enim regitur mulier, sicut per

**A** per caput corpus. Et dignum est vt corpus regatur & subdatur capiti, id est, mulier viro. Ita est vir caput mulieris, sicut Christus caput est ecclesie: quia sicut Christus regit & instruit ecclesiam, sic vir regere debet & instruere vxorē suam: & sicut Christus & ecclesia spiritualiter sunt vnū, sic vir & vxor carnaliter vnū. Sicut Christus est decus ecclesie, sic bonus vir decus mulieris. Christus est caput ecclesie. [ipse] dico, [saluator corporis eius, id est, ecclesie, quia ipse saluat totum corpus ecclesie. Nullū enim membrum ecclesie saluatur nisi per Christum, qui caput & saluator est omnium electorum & vir similiter pro modulo suo debet vxorem ab omnibus malis saluare. Nam sicut ecclesia vitæ suæ causam habet ex Christo, sic mulier ex viro: quia vt cõsistat, virum accipit. Mulieres sint subditæ viris, & non qualitercunque, sed [sicut ecclesia subiecta est Christo] in omnibus, [sic mulieres viris suis] subiiciantur [in omnibus,] quæ non sunt contra deum. In omnibus est ita subiecta ecclesia Christo, vt in nullo ei se præferat, ne velit esse superior eo vel etiam æqualis ei. Et eodem modo mulieres viris, suis subdantur, vt in nullo velint eos superascendere.

Colos. 3.  
1. Petri. 3.

*Viri, diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores suas, vt corpora sua. Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim vnquam carnem suā odio habuit, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus ecclesiam. Quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adheret vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia. Veruntamen & vos singuli vnusquisque vxorem suam sicut seipsum diligit. Vxor autem timeat virum suum.*

Gen. 2.

[Diligite, inquit, o viri vxores vestras,] quarum caput estis, [sicut & Christus dilexit ecclesiam,] cuius caput. i. illa bonitate illas amate, quia Christus ecclesiam, vt peccatū nõ ametis in eis, sed omne bonum, & iuste gubernetis eas atque foueatis. Christus dilexit ecclesiam, & præ nimia dilectione [tradidit] in mortē [seipsum pro ea] redimenda. Ita & vos pro salute vxorum, si

necesse fuerit, tradite vos. Ideo se tradidit, [vt ille] suo sanguine [sanctificaret,] quia multis erat peccatis inquinata. Ipse dico, [mundas eam] ab omnibus peccatis [lauacro aquæ] sanctificatæ [in verbo vitæ]. i. lauacro baptismi. Baptismus enim Christi, lauacrum est aquæ in verbo vitæ. Tolle aquam, nõ est baptismus. Verbum vocat inuocationē diuinitatis, quod à baptizate super aquam profertur. Idcirco mundauit eā, vt ipse qui hoc bene poterat, [exhiberet sibi, id est, præpararet ad honorem suum electorum] pulchritudine virtutum [gloriosam, non habentem maculam aut rugam, id est, mundam ac simplicem. Maculam quippe & rugam non habet, quæ & turpitudine operis & duplicitate sermonis caret. Quia & per iustitiam munda est, & per simplicem intentionem tesa. A similitudine vestis dictum est, quæ prius lauatur & post extēditur. Ecclesia enim non solum sponsa Christi, sed & vestis Christi solet appellari. Quæ munda est, vt non habeat maculam: extensa est, vt non habeat rugam. Non habet in electis maculam criminis, nec rugam dolositatis. Non habet in eis rugam, quia nesciunt aliud de se foras ostendere, & aliud intus habere. Vel ideo non habet in eis rugam, quia non flectuntur ad amorem terrenorum, sed extenduntur spe & desiderio cælestium bonorum. Non habet maculam [aut] rugam, sed nec [aliud huiusmodi,] quia nec consuetudine venialium peccatorū ita grauari se permittit, vt multitudo eorum possit alicui crimini comparari. [sed vt sit sancta] in bono opere, [ & immaculata ] in abstinentia mali. Immaculata est, id est, sine crimine. Non enim sine peccato quisquam esse potest in hac vita. Vel ad futurū seculū possunt hæc referri. Mundauit Christus ecclesiam, vt ipse post diem iudicij in æterna beatitudine exhibeat, id est, præsentet eā sibi gloriosam, id est, animo & corpore fulgentem, quia tunc iusti fulgebūt sicut sol in regno patris eorum. Tunc plene atque perfecte erit ecclesia, non habens maculam peccati vel rugam duplicis, aut aliquid huiusmodi, quia tunc etiam erit verè gloriosa. Non enim modò in tātis malis, in tantis scandalis, in tanta permixtione hominum pessimorū, in tantis opprobrijs impiorum dicenda est esse gloriosa: sed tunc potius, quādo malis omnib; liberata, gaudebit perenniter in bonis cū Christo. Et tunc erit verè sancta & immaculata, quia sic sola factitas in ea regnabit, vt omnis macula cuiuscunque peccati procul sit ab ea. Vel sancta erit per carnis immutationē, & immaculata per corruptionis remotionem, Christus (vt dictum est) dilexit ecclesiam quæ est corpus eius. [Ita] etiā [viri debent vxores suas diligere vt corpora sua, id est, sicut se: quia illæ sunt corpora eorum, & illi capita earū. Vel sicut spiritus hominis diligit & regit, & sibi in bono subiicit corpus & carnē cui cõiunctus est, sic viri diligant & regant & sibi subiiciant in bono vxores suas. Quod facere debet, quia [qui vxorem suam diligit, seipsum diligit,] quoniam ipse & vxor vnū corpus sunt, & vxor est caro eius. Et ideo vir debet eā diligere, quia [nemo vnquā odio habuit carnem suam.] Nā quod

Matt. 13.  
Sapien. 3.

F

**G** quod nonnulli dicunt se male esse sine corpore, omnino falluntur. Non enim corpus suum, sed corruptiones eius & pondus oderunt. Non ergo nullum corpus, sed incorruptum & celerrimum corpus volunt habere. Sed nec illi qui se occidunt, odio habent carnem suam, sed aliqua grauius incommoda se per mortem effugere putant. Qui vero continentia quadam & laboribus persequitur corpora sua, qui hoc recte faciunt, non id agunt ut non habeant corpus, sed ut habeant subiugatum & paratum ad opera necessaria. Libidines enim male vententes corpore, id est, consuetudines inclinationis anime ad fruendum inferioribus, per ipsius corporis laboriosam quadam militiam extinguere affectant. Nam non se interimunt, & curam suam valetudinis gerunt. [Nemo] itaque [vnquam odio carnem suam habuit, sed nutrit eam] cibo & potu, [ & fouet ] indumentis, [ sicut & Christus ecclesiam ] spiritualiter nutrit cibo potuque corporis ac sanguinis sui, vel cibo fortioris intelligentiae & potu facillioris doctrine, & fouet eam indumentis virtutum. Ita & vir de vxore debet facere, quae caro eius est. Christus fouet ecclesiam, quae est corpus eius. Et verè corpus eius, quia nos omnes membra sumus huius sacri corporis. [ Quia membra sumus corporis eius. i. ecclesiae, de carne, id est, de imbecillitate eius, & de ossibus, id est, de fortitudine eius: ] hoc est, alij sumus infirmi, & alij fortes in hoc corpore eius quod est ecclesia. Sicut enim corpus humanum ex carne & ossibus constat, & caro eius sustentatur ab ossibus, sic ecclesia de minus perfectis & magis perfectis constat. & perfectiores exemplo suo & exhortatione sustentant imperfectos. Ita & mulier quae est quasi caro fragilis, debet à viro sustentari, qui est velut firmitas ossis. Vel de carne eius & de ossibus eius est, quisquis per gratiam eius potest dicere, quia cum infirmior, tunc fortior sum & potens. De carne eius & de ossibus eius est, quisquis ad imitationem eius dicere potest, quia factus sum infirmus infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Vel ideo sumus de carne eius & de ossibus eius, quia carnem eius in ministerio sumentes, carni nostrae coniungimus, & virtute spiritus eius confortamur velut internis ossibus. Nam sicut Eua de Adā facta, traxit ab eo carnem & ossa, sic ecclesia ex Christo procreata, carnem eius & spiritum (ut diximus) in se traxit. Vel de carne eius & de ossibus eius sumus. i. eandem carnem & eadem ossa quae ipse habuit, habemus: quia de nostra mortalitate carnem suscepit cum ossibus. Potest & ita intelligi, corporis constanctis de carne eius & de ossibus eius. i. de firmis & infirmis. [ Propter hoc, id est, quia sumus de carne eius & de ossibus eius, & ipse dilexit ecclesiam, ab initio fuerat prophatum de eo, quia [ relinquet homo patrem & matrem, & adheret vxori suae, & erunt duo in carne vna. ] Homo enim iste, mediator dii & hominum, homo Christus Iesus significabatur. Qui reliquit patrem, quando semetipsum exinanuit, formam serui accipiens. Ita enim reliquit patrem, non quia deseruit & recessit à patre, sed quia non in ea forma apparuit hominibus, in qua aequalis est patri. Reliquit & matrem. i. synagogam

Iudaeorum, de qua secundum carnem natus erat. **K** Et adhæsit vxori suae. i. sociavit & coniunxit se electorum ecclesiae. Et ipsi duo. i. Christus & ecclesia sunt in carne vna: quia carnem quam ille de virgine sumpsit, quotidie in Missarum celebrationibus sumit ecclesia. Vel in carne vna, quia (ut supra dictum est) ipse de mortalitate nostra carnem suscepit, & per carnem particeps noster factus est, ut illius capitis corpus esse possemus. Sicque facta est ex duobus vna quadam persona, ex capite & corpore, ex sponso & sponsa. Totus itaque Christus caput & corpus tanquam integer vir, quia & femina ex viro facta est, & ad virum pertinet. [ Sacramentum hoc magnum est ] de coniunctione Christi & ecclesiae. Et ne quis istam magnitudinem sacramenti in singulis quibusque hominibus vxores habentibus intelligeret, [ ego autem, ] inquit, [ dico in Christo & in ecclesia. ] Ego quidem allegorice interpretor hæc verba Genesis de coniugio Christi & ecclesiae, sed [ tamē ] vos moraliter & ad literam ea intelligite, [ & vos singuli vnusquisque vxorem suam sicut seipsum diligat: ] Vxorem autem, monemus, [ ut timeat virum suum, id est, casto timore diligat eum, & obediat ei in omni bono & reueretur eum. ]

## CAPVT VI.

**I**lli, obedite parentibus vestris in domino. Hoc enim iustum est. Honora patrem tuum & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi, & sis longæuus super terram.

Præcipit filijs ut obediant parentibus suis in domino. id est, in his quæ ad deum pertinent. non enim suadet obediendum esse in eis quæ sunt contra deum. Et ideo est obediendum parentibus, quia [ hoc est iustum, ] ut eis obediantur à filijs, id est, naturale ius habet. Nec solum ius naturale est hoc, sed etiam præceptum domini dicentis: [ Honora patrem tuum & matrem tuam. ] Quod [ ideo præcipue est obseruandum, quia [ est mandatum primum in promissione. ] Licet enim hoc mandatum sit quartum in decalogo, tamen primum est in promissione, quia huic primo addita est promissio, cum cæteris præcedentibus non esset adiuncta. Tria quippe mandata præcesserunt istud, & pertinent ad charitatem dei, quia deus trinitas est. Alia verò septem in quibus est hoc primum, ad dilectionem proximi respiciunt & docent quomodo viuatur inter homines. Nam ipse septenarius præceptorum numerus incipit ab honore parentum. Honora, inquit, patrem & matrem. Ad parentes enim suos homo aperit oculos, & bona eius vita ab eorum amicitia sumit exordiū. Quisquis autem parentibus non deserit honorem, quibus parcere poterit? Primum est hoc mandatum in secunda tabula, quæ continet mandata pertinentia ad dilectionem proximi. Et est in promissione. Nam & ita distingui potest, scilicet ut & primum intelligatur esse in altera tabula, & esse in promissione.

Sed

**A** Sed verius dici potest in vtraque re primum esse, & in tabula, & in promissione. Quæ promissio magna est. Honora, inquit, parentes, [ ut bene sit tibi, id est, carnalia & spiritalia bona per hoc à deo consequaris: ] [ & sis longæuus super terram, id est, longævuitatem æternitatis habeas super stabilem mansionem cælestis patriæ. ]

*Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & correptione domini.*

Vos filij obedite parentibus, [ & vos ] parentes nolite illis dare occasionem inobedientiae. [ nolite illos ad iracundiam prouocare, id est, nolite illis ea facere, propter quæ peccet per iracundiam, quia patres estis illorum, & quia illi sunt filij vestri: ] [ sed educate illos ] dum pueri sunt, [ in disciplina ] domini, ne indisciplinate incipiant viuere: [ & in correptione domini, ut de prauitatibus morum suorum corripiatis illos secundum deum bono animo, & ad rectitudinem reducat. ]

*Serui, obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri sicut Christo, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placetes, sed ut serui Christi facientes voluntatem dei ex animo, cum bona voluntate seruientes sicut domino, & non hominibus, scientes quoniam vnusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet à domino, siue seruus, siue liber. Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas, scientes quia & illorum & vester dominus est in cælis, & personarum acceptio non est apud deum.*

Vos [ serui ] obedite dominis carnalibus, id est, qui vobis temporaliter dominantur secundum carnalia, non secundum spiritalia. Habetis enim & spiritalē dominum in cælis æternum, qui vestris mentibus dominatur: sed non vult ut occasione eius dedignemini seruire carnalibus dominis, quibus ipso ordinatē subiecti estis. Etiam si sunt iniqui vel infideles, seruite illis donec transeat iniquitas. Multi enim religiosi domini iniqui, non tamen liberis seruiunt: quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Et vtiq; felicius seruit homini quam libidini. Ordinavit enim sic deus ecclesiam, ut omnis potestas ordinata in seculo habeat honorem & aliquando à melioribus. Et ideo obedite dominis vestris ut oportet, scilicet [ cum timore & tremore. ] Timor enim est causa tremoris. Filij parentibus cum reuerentia honoris obediant, serui autem cum timore animi & tremore corporis, scilicet ut gestus corporis & aparitio ostendat interiore timorem. Et hoc facite non in simulatione, sed [ in simplicitate cordis vestri, id est, in puritate intentionis vestre: quia licet sit habendus timor, tamen intentio seruanda est simplex, id est, absque duplicitate simulationis, ut sicut ex-

terius ostenditis vos libenter obedire, sic habeatis in corde, scilicet non hoc faciatis solo timore effugiendi poenas temporales, sed pura intentione bene agendi. [ Sicut Christo ] illis obedite, id est, ex puritate intentionis, qua Christo debetis obedire. Cum enim Christo iubente seruitis hominibus, non illis seruitis, sed ei qui iussit. Vel sicut Christo illis obedite, id est, tantum in bono. Præcipiunt enim sæpe mala agere, sed in his non est eis obediendum. In simplicitate cordis obedite, [ non ad oculum seruientes, id est, non existentes prompti & strenui ad seruendum tunc solummodo, cum à dominis vestris videmini, & illis absentibus agentes negligenter: quia hoc faciunt subdoli serui, qui volunt placere hominibus dominis, quos fallere possunt: non Deo, qui videt omnia. Non ita fictè seruiatis, [ quasi hominibus ] solum [ placentes, sed ut serui Christi, id est, in puritate cordis & veritate, nulli alij rei nisi veræ iustitiæ, studētes. vos dico, [ facientes ] in hoc [ voluntatem dei, ] qui vult ut carnalibus dominis seruiretis, non inuiti, sed [ ex animo: ] nec ex malo animo, sed ex bona voluntate: ut etiam non potestis liberi fieri, vestram tamē seruitutē quodammodo liberam faciatis, non timore subdolo, sed fideli dilectione seruendo. Ecce non fecit Christus de seruis liberos, sed de malis seruis bonos seruos. Ex animo [ cum bona voluntate seruientes ] sitis [ sicut domino ] deo, [ & non hominibus, ] cuius præcepto seruitis hominibus. Vos dico, [ scientes quoniam vnusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet à domino, siue seruus, siue liber. ] Id est, ideo debetis seruire dominis prout rectum est, quia certum vobis est, vos remunerationē à deo fore percepturos, non solum de hoc, sed de omni bono quod feceritis, siue serui, siue liberi sitis? quoniam neque seruitus impedit aliquem ad consecutionem præmij, neque libertas expectatum reddit. tantum quisque bonum faciat. Deus enim remunerator est omnium operum verè bonorum, quicumque faciat ea. [ Et vos domini eadem facite illis, ] non quod illis seruiatis, sed in simplicitate cordis & bona voluntate secundum Deum illos tractate, id est, sicut illis conuenit subiectionem debitam & iustam exhibere vobis seruendo, sic vos iustam & dulcem potestatem exercete super eos humiliter dominando. Suauius illos tractate, [ remittentes, id est, relaxantes illis ] minas. [ Non interdico minas fieri, sed iubeo remissius fieri. Et si minę remissius faciendæ sunt, quanto magis verbera? Humanè (inquam) illos tractate, [ scientes quia in cælis est & illorum & vester dominus. ] Id est, licet sint vestri, tamen vos estis illorum conserui, vnum dominum habentes contra quæ de munere eius superbitis, si illos quos per conditionem tenetis subditos, æquales vobis per naturæ consortium non agnoscitis. Nam si male illos tractaueritis, non ignosco nobilitati vestræ. [ Non ] enim [ personarum acceptio est apud deum, id est, non accipit homines propter personarum dignitates, quia in eius iudicio sublimitas personæ non confert aliquid alicui, nec humilitas personæ obest alicui: sed vnusquisque secundum opera sua recipit, vel bona vel mala, siue liber sit ille,



**G** siue seruus. Ideo & serui & domini studere debent vt iuste agant.

*De cætero fratres, confortamini in domino & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli.*

Specialibus expletis instructionibus mulierū & virorum, filiorum & parentum, seruatorum atque dominorum, ad generalem redit exhortationem, & ad spiritale bellum omnes simul instruit. Quasi dicat: Hactenus aliqui vestram putauerūt se suis viribus sine adiutorio gratiæ bonū aliquod agere posse, sed [de cætero fratres] si bono animo volueritis agere [confortamini] nō in vobis, sed [in domino]. Vel ita: Hucusq; vos iuui, sed de cætero quod superest vobis viuēdi spatio, confortamini iam in domino, vt sine me fortes efficiamini contra bellū diaboli.

**H** Siue etiā ita: Multa vobis hucusque dixi, sed de cætero quod adhuc dicere possem, hoc tantum agite: de cætero quod restat, sic agite, scilicet confortamini, id est, fortes efficiamini cōtra omnes impugnationes aduersarij, in domino .i. in eo respectu quod dominum habeatis, cuius dominio tuebimini. & confortamini [in potētia virtutis eius, id est, in virtute eius quæ omnia potest]. Et ideo confortari debetis, tum quia dominum habetis, tum quia ille potentē in omnibus virtutem habet. Et quia non in sola gratia confortandum vobis est, sed etiam liberum adhibere debetis arbitriū, [induite vos armaturā dei.] Scilicet non solum confortamini in domino, sed etiam excitando liberum arbitrium, induite armaturam dei, id est, induite vos omnibus armis quibus militatur deo. In armatura enim omnia comprehenduntur arma. Induite armaturam dei, quod prædictū est respectu liberi arbitrij, [vt possitis stare aduersus insidias diaboli.] Taliter enim insidiis eius resistere poteritis, id est, mediante auxilio diuinæ gratiæ, &

**I** exercitio liberi arbitrij: quia aut sola gratia, aut solo arbitrio nemo potest ei resistere. Et ideo prius confortamini in domino, & post induite armaturam dei, quia præuenit liberum arbitriū. Idcirco vobis induenda est armatura dei, vt ei viriliter militantes possitis in prælio nō cedere nō succūbere, sed stare aduersus insidias diaboli, tum quia diabolus est criminator, tū quia insidiosē agit cōtra vos, Longe enim grauior pugna quæ fit insidiis, quàm quæ fit vi. Non vident diabolus homines cum quo pugnant, sed tamen facile habent remedium: Scipios interi⁹ vincant & de illo foris triumphant. Ob hoc induenda est armatura dei. Et quæ induenda est armatura, nisi omnium virtutum protectio, quibus à iaculis satanæ defendimur?

Nota.

*Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mūdi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in caelestibus.*

Ideo spiritualibus armis oportet nos vndiq; **K** munitos esse: quia contra spirituales hostes est nobis pugna. Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, id est, aduersus homines qui caro & sanguis sunt. Galatis minus perfectis indixit aliud bellū, quod est ad **Galat. 5.** uersus carnē & sanguinē, dicens: quia caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autē aduersus carnem. Ephesus verò, quasi iam spiritualibus & concupiscētiæ carnis præualentibus, atq; persequutionem pro iustitia foris sustinentibus dicit: Non est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē. i. aduersus homines qui nos persequuntur, sed aduersus malignos spiritus qui eorum mentibus principantur, & per eos nos persequuntur. Et quia sic est, debemus homines diligere, dæmones cauere: homines misericorditer eripere, dæmones viriliter superare. Quomodo enim si contra aliquem in prælio constitutum de parte aduersaria armatus equo sedens veniet, non equo, sed equitē irascitur, & L quantum potest, agit vt equitē percutiat & equū possideat: sic cōtra omnes malos homines agendum, & non contra illos, sed contra illum qui illos instigat, totis viribus laborandum est, vt dum diabolus vincitur, infelices quos ille possidebat, liberentur. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, id est, aduersus homines quos videmus scuire in nos, qui potius miserandi sunt quàm odio habendi: [sed aduersus principes] eorum dæmones, & aduersus [potestates] iniquas malignorū spiritū. Principes dicuntur illi spiritus qui principantur in vitiis suis, quæ specialiter suggerere soliti sunt: sicut est spiritus fornicatiōis, qui impugnat homines secundum luxuriā, & luxuriosis principatur, & spiritus superbiæ, qui impugnat secundum superbiā. ceteriq; tales, & sic vnusquisque principatur in suo vitio. Potestas autem vocatur illi spiritus, qui habent vim & officium precipitandi homines in maiora peccata, quia præ sunt illis secundum immisionem maiorum & grauiorum vitiorum. Et quàm sit periculosum **M** cōtra tales pugnare, quis non intelligat? & quomodo vincimus huiusmodi hostes quos non videmus, nisi quia carnales interiores motus nostros sentimus, hisque confingimus & illos percutimus? Vel principes intelligantur illi dæmones, qui principantur aliis dæmonibus: & potestates, qui super alios possunt. Sunt enim inter eos alij nequiores alij & in malo fortiores: contra quos nobis lucta est. [ & aduersus rectores mundi. i. aduersus illos dæmones, qui iusto dei iudicio regunt eos qui sunt mundus. i. immoderate mūdānis adhærētes. Hi sunt qui nos per homines sibi subditos persequuntur, quia regunt eos ad male agendū, & de vitio ducunt in vitiū. Rectores enim sunt mundi, qui mūdānos (vt dictū est) regunt. Rectores sunt, nō mūdi elementorū, id est, cæli & terræ, maris & aeris sed mūdi [tenebrarum harum, id est, omnium istorum infidelium, & istorū iniquorum hominum. De quo mundo dictum est: Totus mundus in maligno positus est. Et conuersis peccatoribus. Fuitis, inquit, aliquando tenebræ, nūc autem lux in domino. Istum mundum qui hu-

Ioh. 8.

Sap. 5.

iustimo-

**A** iusmodi tenebris, id est, tenebrosis hominibus constat, regunt maligni spiritus. Et aduersus istos est nobis pugna nō aduersus eos quos regunt: Et etiam [contra spiritualia &c.] Per hoc ostēditur magna impugnationis vehementia. Multo enim grauiori pugna & periculosiori exagitur homo cum ab hoste qui non subiacet oculis, impugnatur, quia nescit qua parte ab aduersario impetatur. Spiritualia dico [nequitia. i. defectiois & impossibilitatis. Nequitia quippe dicitur à nequam, quia per eam tenditur ad non esse, sicut reprobī angeli deū qui solus verē est, deseruerunt, & in perpetuum defectum ceciderunt. Quæ spiritualia nequitia sunt [in caelestibus, id est, in huius aeris infimi caliginoso habitaculo, vbi & nebulæ cōglobantur. Vel in caelestibus, id est, in mentis nostræ sanctis virtutibus patimur impugnationē à nequissimis spiritibus. Siue in caelestibus pugnant contra nos, id est, pro caelesti hereditate tollenda. Itaque **B** aduersus principes & potestates, atque rectores mundi tenebrarum harum, & aduersus spiritualia nequitia in caelestibus graue nobis certamen indicit Apostolus. Ipsa verò certaminis species sic intelligenda est, cum damna, cum pericula, cum opprobria, criminationes excitantur aduersum nos, non id agentibus aduersariis potestatis, vt hæc tantummodo patiamur: sed vt per hæc vel ad iram multam, vel ad nimiam vitiositatem, vel ad desperationem vltimā prouocemur, vel (quid est grauius) fatigati & **C** vici tādus compellamus aduersus deū conqueri, tanquam humanam vitam non eque iusteque moderātem, vt per hæc vel infirmemur in fide, vel decidamus à spe, vel transferri cogamur à veritate dogmatum, & impiū aliquid de eo sentire suademur, Talia enim scripta sunt de Iob, cum diabolus dari sibi facultatem bonorum eius petisset à deo. Per quæ etiam illud edocemur, quoniam non fortuitis aliquibus in cursionibus impugnamur, si quando nos talia aliqua facultatum damna percusserint: nec fortuitu nostrorum aliquis captiuus abducitur, vel domorum ruinæ in quibus chari quique **C** primatur eueniunt, vel aliquid huiusmodi cōtingit. In quibus omnibus, vel in quolibet horum vnusquisq; fidelī dicat aduersario. Non haberes aduersum me potestatem, nisi data tibi esset desuper. Nihil enim potuit contra Iob, nisi quātū à deo permissus est. Sic nec contra quenquā fidelī poterit amplius. Taliter nos oportet instrui, qui contra tales confingimus aduersarios.

Iob. 12.

Iob. 19.

*Propterea accipite armaturā dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. Stare ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti lorica iustitiæ, & calceati pedes in preparatione euāgelij pacis in omnibus sumētes scutū fidei, i quo possitis tela nequissimi ignea extinguere. & galeā salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum dei.*

Talibus armis nos armat Apostolus, laudabilibus & inuictis, insuperabilibus & splendidis, spiritualibus inuisibilibus, quia hostes inuisibiles expugnauit. Si vides hostem tuum, videatur arma tua. Si autem nō vides hostem, cur videntur arma quibus eum impugnas? Quia tam grauis & tam multiplex atque tā periculosa est pugna, [propterea accipite armaturam dei. i. arma virtutum, quibus suos milites deus armat. Accipite de manu imperatoris summi arma fortia, [vt possitis] non cedere prædictis hostibus, sed [resistere] fortiter illis [in die malo,] .i. in hora tentationis quando velut diem prosperitatis arridere faciunt offerendo delectationem peccati. Vel in die malo, id est, in tempore quo viget malitia in tempore impugnationis diabolicæ, in tēpore præsentis vitæ, quæ tota tentatio est. Vt possitis nō subiacere, sed stare perfecti in omnibus] virtutibus, vt non in quibusdā virtutibus bonis perfecti sitis, & in quibusdam imperfecti, sed in omnibus (prout fas est) perfecti. Tunc enim à nulla parte vinci poteritis. Vel in omnib⁹ impugnationib⁹ stetis perfecti, quod plus est quàm resistere. Siue in omnibus, tam prosperis quàm aduersis. Aut aliter: Vt possitis resistere in die malo. i. in die iudicij: qui malus propterea dicitur, quia terribilis erit accusationibus diaboli, vt quādo suos accusauerit, puritate conscientia possitis vos defendere, sed etiam perfecti stare possitis in omnibus cum electis. Standū vobis est contra hostes in armatura dei. [Ergo stete succincti lumbos] mentis vestrae. i. stete in castitate, quia ipsa est initium bonæ operationis, ideoq; nunc prima ponitur in spiritualibus armis quæ describuntur. Quādiu enim quis luxuriæ subiacet, nihil boni potest agere: quia nihil eorū quæ facit, potest deo placere. Sed postquam deseruerit luxuriam, incipit operari iustitiam. Et ideo nūc prius iubemur succingere lumbos, & post induere lorica iustitiæ. Lumbos enim succingimus, cum carnis luxuriam quæ in lumbis est, per continentiam coarctamus. Sed quia nonnulli simulant se lumbos habere succinctos & non habent, ideo precipitur nobis, vt [in veritate] succinctos habeamus eos, non in simulatione, quatenus vera sit nostra castitas, nō simulata. Vel mentis lumbos succingamus in veritate, vt cingulo casti amoris Christi nos contineamus à mendacio: quia qui mendacium loquitur, quantum in se est, corrumpit veritatem, & ita fornicatur. Qui autem vera semper loqui studet, quasi legitimo cōiugio vtitur, veritatem vel sapientiam habens cōiugem, sicut ille qui dicebat: Hanc amaui & exque sui à iuuentute mea, & que sui spōsam mihi eā assumere. Ita ergo succingendi sunt in veritate lumbi vestri, vt non accedamus ad scortum, id est, ad mendacium, sed in legitima spōsa quæ est veritas, delectemur, & ex ea filios generemus. Deinde subiungitur vt simus [ & induti lorica iustitiæ, id est, forti vestimēto bonæ operationis vndique muniti, vt nihil iniustum appareat in operibus nostris, sed totum ab omni parte iustū & æquum. Et hæc iustitia recte viuēdi est nobis lorica, quia interiora nostra nō sinit transigi, sed defendit vndiq; præcordia nostra

Iob. 7.

E

Nota.

F

Sapient. 3.

**G** ab omnibus telis inimici. Sicut enim lorica multis hamis conficitur, ita vestis iustitiæ multis operibus bonis & virtutibus connectitur. Et huiusmodi lorica debet interior homo noster indui, ne possit ab vlla parte vulnerari. Postquã verò libidinẽ vicerimus, & nos lorica iustitiae operationis induerimus, tunc & aliis bona prædicare idonei erimus. Vnde sequitur: Et stete [calceati pedes, id est, habentes calceatos pedes, hoc est, munitos affectus vestræ mentis, ne tangant terrena, hoc est, ne terrenis commotis innitantur, [in præparatione euangelij pacis, id est, in eo quod præparatis cordibus aliorum euangelicam prædicationem, quæ annunciat pacẽ inter deum & homines. Calceamenta fiunt ex coriis mortuorum animalium, & significant exempla patrum iam defunctorũ, quibus ab omni terrena læsione defenduntur pedes nostræ mētis, id est, affectiones, quibus tanquam pedibus ad faciendũ aliquid promouemur. Læditur enim pes prædicatoris à terra, si affectus eius terrenũ cõmodum ex prædicatione appetit, id est, si propter terrenum cõmodum, nõ propter regnum cælorũ, prædicat euangelium. Et ideo prædictis calceamentis induantur pedes nostri, id est, exemplis patrum muniatur, vt sicut patres studio supernæ intentionis, nõ appetitu terrenæ cõmoditatis prædicauerunt euangelium, sic & nos faciamus. Cuius prædicatores in nullo fidei debent regulã deferere. Vnde subditur: [In omnibus fumentes scutũ fidei.] Fides enim pro scuto fumẽda est in omnibus cõgrefsiõibus, quoniã ipsa prima resistit malignis spiritibus, & eorum tela excipit & repellit. Sub ea nãq; proteguntur cæteræ virtutes, quia ad omnia virtutũ arma protenditur, & eam diabolus impugnare primam aggreditur. In omnibus præliis & in omnibus tentationibus sitis fumentes scutũ fidei, [in quo] scuto [positis] non solum repellere, sed etiam [extinguere] omnia [tela nequissimi] diaboli, id est, omnes suggestiones eius acutissimas, quibus corda nostra vt vulneret impetit: tela dico, [igne] id est, igne vitiorum in humanis cordibus accendunt. Inflammant enim mentes hominum ad concupiscentiam, & igne totius malitiæ succendunt. Et hæc tela nequissimi hostis sunt, id est, qui etiam ea quæ nequit perficere præsumit, & in quibus nequiquã laborat. Sed aduersus hæc fide inuisibilem rerũ armatur, & inuisibilem aduersariũ sternimus. His armis vos induite, [& galeam quoq; salutis assumite, id est, spem quæ salutem æternam expectat: quæ ideo galea dicitur, quia sicut galea est in superiori parte armaturæ, scilicet in capite, ita spes altior est omnibus aliis virtutibus, & semper respicit ad superiora, spirãs ad cælestia. Et ob hoc addidit salutis, vt ostenderet spẽ assequi quod desiderat .i. salutẽ. Vel sicut scutum fidei fides est, sic galea salutis salus est. Cuius scilicet perpetuæ salutis memoria vel expectatio, caput mētis cõtra omnes ictus dæmonicæ impugnationis tutũ facit. Qui enim cogitat diligenter quæ sint æterna gaudia, facile delectationes peccati à suo corde respuit, & aduersitates vincit. Hæc sunt arma quibus muniti, nõquam diabolo vel alicui mēbro illius cedetis. Sequũ-

tur arma quibus illum & suos deuincatis: Et assumite [gladiũ spiritus, id est, ensẽ spiritalem, [quod est verbũ dei, id est, sermo diuinæ prædicationis, quo diabolus interficitur: hoc est, impugnationes eius adnihilantur, & quo tyrãnos huius seculi & hæreticos, mēbra scilicet satanæ deuincatis, & vobis subiicietis, cæterosque peccatores. Cum dicitur, & gladium spiritus quod est verbum dei: quod, ad significatum respicit, non ad gladium. Ecce hæc sunt arma quibus muniuntur & pugnant milites dei. Sequitur:

*Per omnem orationem & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia & obsecratione pro omnibus sanctis & pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere mysterium euangelij, pro quo legatione fungor in catena, ita vt in ipso audeam prout oportet me loqui.*

Prædictis armis stete muniti. Sed quia nõ est nostræ potestatis vt his muniamini, nisi donante deo, nec his vincere poteritis nisi ipse dederit, estote [orantes per omnem orationem, .i. per omnia quæ oranda sunt, vt per omnem orationem quæ facienda est, transeat nostra supplicatio, id est, nihil relinquatis de his quæ petenda sunt in oratione: & nõ solum per orationẽ, sed etiam per [obsecrationẽ, id est, per omnium sacrorum adiurationem. Maiorẽ enim orandi expressionem notat obsecratio quàm oratio: quia obsecratio est oratio cum adiuratione vel obtestatione, oratio autem simpliciter facta est rogatio. Per omnẽ orationem & obsecrationẽ sitis orantes [omni tẽpore] cõpetenti, id est, omnibus horis ad orandum constitutis, vel omni tẽpore, id est, tam in aduersis quàm in prosperis. & hæc oratio fiat [in spiritu,] id est, mente, vt mentis affectus cõcordet verbis orationis quæ proferuntur ex ore, vel in spiritu, non in carne orate. In carne enim, non spiritu orat, qui polluta mente orat, iterũ peccaturus non casu, sed ex proposito. vel omni tẽpore orate in spiritu, id est, in cordis deuotione, vt licet os non semper orare queat, spiritus tamẽ semper bonis desiderijs intus oret. Et in ipso spiritu sitis intus [vigilantes, id est, solliciti, id est, sicut oculi foris vigilant, sic spiritus agat intrinsecus. & hoc [in omni instantia,] vt spiritus & corpus instanter perseueret in vigiliis, & in omni [obsecratione, vt pro omnibus] obsecretis, pro quibus obsecrandum est, scilicet pro [sanctis.] Pro sanctis enim videtur esse obsecrandum, & pro infidelibus orandum, qui nihil sacri habent. Vigilate inquã, & obsecrate pro omnibus sanctis .i. pro perseuerantia & saluatione omnium sanctorũ, & specialiter [pro me, vt] tribulatio nõ me obtundat, sed [detur mihi sermo in apertione oris mei, id est, cum aperuero os meum, hoc est, cum alta mysteria & altas sententias dixerõ. Nam hoc in diuina scriptura non reperitur, nisi vbi magnum quid & profundum debet dici. Cum

**A** Cum os meum aperuero, vt abditos sensus proferam, detur mihi sermo, id est, facundia exprimendi ea quæ voluero, vt luculentur ea possim exponere. scilicet [cum fiducia notum facere. .i. vt audacter & non timidẽ notum faciam [mysteriũ euangelij. .i. occultum secretum incarnationis & passionis Christi, vt occultas eorũ causas notificem audiẽtibus. Nam quia occultum est hoc mysterium, ideo necesse est vt notum faciam illud: & hoc agere volo, quia pro eo annũciando] fungor legatione in catena.] Nam nec pro catena cesso à legatione. Quãquã enim pro euangelio quod annunciam, sim catenatus, tamen illud sicut à Christo missus sum prædicare, non omitto. Detur (inquam) mihi sermo ad notificandum mysterium euangelij [ita] scilicet detur mihi, [vt in ipso] euangelio [audeã] sine timore [loqui] aliis [prout oportet] me, id est, sicut expedit mihi, qui hoc agere missus sum. Sequitur in quibusdã codicibus hoc locotalis versiculus: Verbum autem dei non potest alligari. Ac si dicat Apostolus: Pro euangelio quidem vincus sum, sed tamen prædicare non desisto: quia verbum dei, quod annunciari debet, nullo potest impedimento retardari.

*Vt autem & vos sciatis quæ circa me sunt, quid agam, omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister in domino: quem misi ad vos in hoc ipsum, vt cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda vestra.*

Dixi vt oretis pro me, & quia pro euangelio vincus sum: sed quibus tribulationibus afficiar non dixi. Sed quæ circa me sunt molestiæ, referret vobis Tychicus, ne de minimis aduersitatibus meis moueamini, metu earũ recedentes à fide. [Quæ .i. cuiusmodi tormenta [sunt] circa me. .i. in corpore meo, quia ad mentis interiora non penetrant, & [quid agam. .i. quàm constans sum, indicabit vobis [Tychicus,] qui est non vilis: sed, [charissimus frater, id est, Christianus & non fraudulentus vel fallax, sed fidelis: ideo hunc audite, quia [fidelis minister] est [in domino, id est in his quæ sunt domini. Cui credere debetis, quia illum [ad vos misi,] vt puram veritatem de me vobis dicat, & consoletur corda vestra, id est, leniat & mulceat: & dolorem, qui pro auditu tribulationum mearum increuerat, temperet. Vel si de nostris tribulationibus dolebatis, nunc consolationem accipiatis ab eo, cognoscentes me libenter pati multo grauiora.

*Pax fratribus & charitas cũ fide à deo patre & domino Iesu Christo. Gratia cũ omnibus qui diligunt dominũ nostrũ Iesum Christum in incorruptione, Amẽ.*

[Pax] cum deo fit [fratribus, id est, Christianis] & charitas, vt eum toto corde diligat: & hæc pax & charitas detur eis [cũ] integra [fide à deo patre &] filio eius [domino] nostro [Iesu Christo.] Per pacẽ enim manebunt in charitate, quæ in fide est: & à quo est pax & charitas, ab illo

est & fides, id est, à deo. Non enim fides, quia datur priusquàm postuletur ab illo cui datur, ideo dicenda est non esse donum dei, sed esse à nobis quia data est nobis nõ petẽtibus. Omnia enim bona sunt à deo. [Gratia] generaliter accepta, quæ est mater omnium bonorum & nutritrix, sit [cum omnibus] qui dominũ nostrum Iesum Christum] ecclesiæ sponsum [diligunt in incorruptione. .i. casto amore sicut spõsam, quæ corruptionem non admittit. Non enim Christum in incorruptione diligunt: vel quorum fides in aliquo est corrupta, vel qui eum pro temporalibus & corruptibilibus bonis diligunt, non pro æternis & incorruptibilibus. Sed qui Christum propter solum Christum, & propter spem perpetuæ incorruptibilitatis amant, illi cum in incorruptiõẽ diligunt: quia sic eum diligunt neque nunc corrumpi valeat mens eorum, neque tunc caro eorum.

EPISTOLE ADEPHESIOS FINIS.

PREFATIO INEPISTOLAM

Pauli ad Philippenses.

Philippis ciuitas est in partibus Macedonia, vnde de Philippes dicuntur. Quibus prædicauerat Apostolus, qui fidei veritate ac morum honestate illos instruxerat. Et ipsi in fide morumq; nobilitate in omnibus fere secundũ apostolicã doctrinam perstiterunt sed de primatu tantum inter eos erat contentio, quoniã alij se volebant aliis præferre quasi gloriando de meritis. Quæ de causa præcipuẽ Apostolus scribens illis à Roma intendit illos ad humilitatẽ reuocare, scilicet vt de meritis non gloriarentur, neq; alter alteri se præferat: sed quicquid boni habet, siue remissionẽ peccatorũ, siue dona virtutum gratiæ dei adscribat, à quo totũ habet & nihil à se. Miserant autem ei aliquid substantiæ per Epaphroditũ Romã, quem cum hac remittit epistola. In qua quia præsens nõ potest, munit eos cõtra duplex bellum tribulationũ, sed & pseudo prædicatorũ, vt omnia pro Christo sustineant aduersa cũ humilitate sicut & Christus fecit, & legalia à pseudo prophetis nunquam recipiẽs. Qui quoniã ad humilitatẽ illos inuitat, ideo non posuit nomen officij sui & autoritatis, quod est apostolus: sed & ideo forsitan, quia ipsi nunquam de eo minus vel contra eũ senserant. Secum verò Timotheũ addit in principio epistolæ, quia ipse socios Apostoli fuerat in conuersione eorũ, atque sollicitus erat cum eo de salute ipsorum, & fortasse rogauerat eum vt scriberet illis. Sic enim exorsus est:

EPISTOLA E PAULI

AD PHILIPPENSES

CAPVT I.

**P**aulus & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cũ episcopis & diaconis: Gratia vobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo.

Seruos Christi se dicunt [Paulus & Timotheus,] quod est signũ humilitatis, vt eis exemplo suo humilitatem suadeat. Sed cum ipse dominus dicat, Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius, qua ratione se seruos nuncupant? Sed sciendum quia sicut est timor seruilis quem perfecta charitas foras mittit, atque timor castus permanes in seculum seculi, sic est seruus qui nõ manet in domo

**G** in æternum, atque feruus intrans in gaudiū domini sui. Nam cum timore quem charitas expellit, etiam seruitus quæ ad eū pertinet, simul expellenda est. Erant ergo [serui] Paulus & Timotheus, quantum ad timorē castum, nō quantum ad timorem seruilem: neque principis alicuius mortalis, sed Iesu Christi. Qui mandant ea quæ sequuntur, [omnibus sanctis,] id est, omni plebi mundatæ per baptismum à peccatis, & sanctificatæ non in suo merito, sed [in Christo Iesu,] id est, in gratia Christi, scilicet quia deus factus est homo, passus est & resurrexit. Curialiter illos ad humilitatem reuocat, ostendens illos esse sanctos in Christo Iesu, non in se. & determinat quibus sanctis, scilicet [qui sunt Philippis,] id est, in illa ciuitate. Interpretatur autem Philippis os lampadis, & illi sancti sunt Philippis, id est, in ore lampadis, qui sunt in lucidissima dei illuminatione quam & cæteris vndique spargant, sicut & istis dicitur in sequentibus. In medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continent. Talibus ergo sanctis vbicunque sint corporaliter degentes, scribitur hæc epistola. Omnibus sanctis qui sunt Philippis, id est, omnibus subditis, [cum episcopis,] id est, presbyteris & diaconis, id est, minoribus cum maioribus. Episcopos nanque pro presbyteris more suo posuit. Non enim plures episcopi in vna ciuitate erant, neque presbyteros intermitteret, vt ad diaconos descenderet. Sed dignitatem & excellentiam presbyterorum declarat, dum eosdem qui presbyteri sunt, episcopos esse manifestat. Quod autem postea vnus electus est qui cæteris præponeretur, in schismatis remedio factum est, ne vnusquisque ad se trahens Christi euangelium rumpere. Nam & Alexandria à Marco euangelista vsque ad Heraclam & Dionysium episcopos, presbyterū vnum de se electum, & in excellentiore loco & gradu collocatum episcopum nominabant: quomodo si exercitus imperatorem faciat, aut diaconos eligant de se quem industrium nouerint, & archidiaconum vocent. Constat ergo apostolica institutione oēs presbyteros esse episcopos, licet nunc illi maiores hoc nomen obtineant. Episcopus enim superintendens dicitur, & omnis presbyter debet intendere curam super oues sibi commissas. Omnibus, inquit, sanctis qui sunt Philippis cū episcopis & diaconis. Quia minores præmittit, ad humilitatē inuitat. Quia verò & minores subnequit, ostendit non esse quenquam adeo perfectum, qui non hac egeat admonitione. Quod autem subdit, [gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo,] in superioribus epistolis expositum est.

*Gratias ago deo meo in omni memoria vestri semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis cum gaudio, deprecationem faciens super cōmunicatione vestra in euangelio Christi à prima die vsque nunc, confidens hoc ipsum, quia qui*

*cæpit in vobis opus bonū, perficiet vsque in diē Christi Iesu, sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis, eo quod habeam vos in corde & in vinculis meis, & in defensione & confirmatione euāgelij socios gaudij mei omnes vos esse.*

Illorum benevolentia captans, ostendit principium boni operis à deo illis datum, & finem ab eodem esse dandum, vt de se nō præsumant, sed gratiæ dei omnia bona sua attribuunt. [Ago,] inquit, [gratias deo meo,] qui mihi facit quod volo in vobis, id est, illum qui tāta nobis beneficia spiritualia contulit gratis, laudo: quia non nostro merito, sed eius dono ad bonū Christianæ religionis venistis, in qua & multum proficistis. Gratias ago, inquam, [pro omnibus vobis,] id est, pro religiosa conuersatione omnium vestrum ab illo data, [in omni memoria vestri,] id est, quoties vestri memor fio: memoria dico, non ad horam, sed [semper,] scilicet [in cunctis orationibus meis,] id est, quotiescunq; oro. Vel memoria vestri dico, non pro parte vestrum facta, sed pro omnibus vobis. De præteritis beneficiis à deo vobis collatis ago ei gratias, non cū tristitia, sed [cum gaudio:] quia nō cōtristor de culpis vestris, sed de sanctitate vestra gaudeo, [faciēs deprecationē,] id est, deū toto mētis affectu deprecans, [super cōmunicatione .i. de cōmunicatione vestra: hoc est, vt magis ac magis cōmunicetis semper, & vnanimis atq; vnū cor habentes sitis,] [in euangelio Christi,] id est, in fide & præceptis euangelicæ doctrinæ. Vel deprecationem facio super cōmunicatione vestra, id est, vt persistatis in eo quod mihi comunicauistis in fide & operibus euangelij. Et non horarie istud deprecor, sed [à prima die] conuersionis vestræ, [vsque nunc,] id est, ex quo cœpistis credere, non cessauit pro vobis preces effundere. Siue cōmunicatio vestra fuit in euangelio, quoniam res vestras fecistis communes propter illud à prima die conuersionis vestræ vsque nunc, & ideo amodo magis standum vobis est in hoc. Deprecor deum pro vobis, [confidens hoc ipsum] de bonitate eius, [quia] ipse [qui] per præuenientē gratiam [cœpit in vobis opus bonum,] per subsequenter & cooperantem [perficiet] illud, dans perseuerantiam [vsque in diem Iesu Christi,] id est, vsq; ad extremum diem vitæ vniuscuiusque, quando anima de corpore egrediēs, præsentatur ante tribunal Christi iudicanda. Cooperando enim in nobis deus perficit, quod operando incipit: quoniam ipse vt velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. Nam vt velimus sine nobis operatur. Cum autem volumus & sic volumus vt faciamus, nobiscū cooperatur. Qui cœpit in vobis opus bonū, ipse perficiet. Ego ita cōfido, videte ne frustra. Videte ne à vestra parte opus bonum remaneat, quod deus vobiscū paratus est in vobis perficere. Ego istud certa fiducia spero, [sicut est mihi iustum,] vt hoc sentiam & credam [pro omnibus vobis,] non enim iustum est vt aliud sentiam de tam bonis. Hoc

**A** debeo sentire de vobis, eo quod habeā vos in corde meo,] non in solis labiis, quia continuo vos amore præcordiis meis teneo, & eo quod habeam vos [in vinculis meis,] quia vos quoque pia compassione condoletis afflictioni vincolorum meorū, & vos pariter meū vinctos esse putatis. & quod habeā vos [in defensione euāgelij,] [quia & vos defenditis illud (sicut ego) disputationibus contra impugnatores, & in cōfirmatione] eius vos habeam, quia vos quoque studetis illud confirmare in cordibus fidelium, Et propterea iustum mihi est sentire, [vos omnes esse socios gaudij mei] futuri, id est, æternæ lætitiæ, sicut nunc operum meorum & passionum socios esse vos video.

*Testis enim mihi est deus, quomodo cupiā omnes vos in visceribus Iesu Christi. Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in scientia & in omni sensu, vt probetis potiora, vt sitis syneres & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in gloriam & laudem dei.*

Ego (vt dixi) sentio, & desidero vos fore socios gaudij quod habeo. Nā cupio [vos omnes esse] [in visceribus Iesu Christi,] id est, in interno sinu perpetuæ beatitudinis receptos. Et quomodo, id est, quā ardenti desiderio hoc [cupiā,] testis est mihi deus,] qui occulta cordiū nostrorū inspicit. Vel pro vobis (vt supradictum est) idcirco deprecationem facio, quia sicut & deus testis est, cupio vos omnes esse in visceribus Iesu Christi, id est, in intimo amore eius, vt ab eo diligamini quasi eius viscera. In visceribus enim sentitur plusquam in alia parte corporis, & ideo viscera pro dilectione ponuntur in scripturis aliquoties. Ego quidē vobis talia cupio. Et vt [hoc] desiderio cōsequamini, [oro vt charitas vestra] semper proficiens [magis ac magis abundet] & excrecat [in scientia] diuinorū & vtilium [et in omni sensu] prudentiæ ac discretionis, [vt probetis potiora,] id est, vt probare & discernere sciatis non solū mala & bona, sed etiam inter bona potiora: hoc est, meliora. vt post probationem [synceres .i. sine carie] [sitis] ne vos corrumpat aliquod vitium, sicut virmis lignū intrinsecus edens, sed integri permaneat in bono. Synceres sitis, quantum ad vos, id est, sine corruptione vitiorum: & sine offensa,] quā tum ad proximum, vt eum offendatis [in diem Christi,] id est: vsque in diem vitæ nouissimum. Vel synceres, id est, sine admixtione vitiorum, quæ se bonis operibus immiscere solent: & sine offensa, id est, sine crimine, cunctes passibus operū bonorum ac desideriorum in diē Christi, id est, in diem iusti iudici dei, qui bona vobis pro sinceritate vestra sine malorum admixtione retribuet. Sitis etiam vt bonæ arbores, [repleti fructu iustitiæ,] id est, abundantes bonis operibus [per Iesum Christum,] id est, per gratiam Christi, non per vires vestras, [in gloriam & laudem dei,] id est, vt inde glorificetur & lau-

detur deus, qui vos ita fructificare facit, non vt vos inde vanam gloriam capiatis, quasi per vos talia facientes. Hic satis congruè humilitas bene agentibus commendatur ab Apostolo. Vel in die Christi sitis repleti fructu, id est, mercede iustitiæ accepta per Iesum Christum iudicem: in gloriam & laudem dei, id est, vt inde perpetualiter glorificetur & laudetur deus, & dicatur, mirabilis deus in sanctis.

*Scire autem volo vos fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectum euāgelij venerunt, ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio, & in cæteris omnibus, vt plures è fratribus in domino confidentes, vinculis meis abundantius auderent sine timore verbum dei loqui. Quidā quidem & propter inuidiam & contentionem, quidā autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant: quidam ex charitate, scientes quoniam in defensionem euāgelij positus sum. Quidam autem ex contentione Christum annunciant, non sincere, existimantes pressuram se suscitare vinculis meis. Quid enim dum omni modo siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur? & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.*

Quia superius dixerat se habere in corde & vinculis, ne illi audientes eū esse vinctum, putarēt euāgelicam prædicationem deficere, & cederent pseudo apostolis, addit. Scire autem volo vos &c. Ac si dicat: Ego quidem vinctus sum, sed tamen ideo non minuitur euāgelica prædicatio. [Volo vos fratres scire, quoniam ea quæ circa me sunt, .i. vincula mea & tormēta quæ patior vndique, vel quæ nō pertingunt ad interiora,] [magis venerunt ad profectum euāgelij,] q̄ ad defectū, vt mali intenderunt, [ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo, .i. in Christi nomine & prædicatione manifestarentur vbiq; & per hæc Christus. Dū enim sermo de vinculis meis vbique volitat, Christus qui vincolorū causa est, in ore omnium resonat. Manifesta enim sunt [in omni prætorio,] vbi nobiles & diuites conueniunt: & in cæteris omnibus] locis Romæ, vbi populares cōuersantur. Hoc omnibus Romanis nobilibus & ignobilibus notū est, me vinctum esse pro fide Christi quam prædicabā. Et ita profuerunt vincula mea, [vt plures] quā antea [è fratribus,] id est, ex Christianis, nō in se sed [in domino confidentes, vinculis meis,] id est, cōsideratione vincolorū meorū, [auderent abundantius] solito [loqui] publice] verbū dei sine timore,] cogitantes apud se. Si iste vinctus loquitur, cur nō potius nos? Ideo aut dixi plures è fratribus in domino confidentes, annunciare



**G**ob mea vincula verbum dei, non omnes ita faciunt. Alij enim ex ipsis sunt mercenarij, alij filij. Nam [quidam quidem. i. mercenarij, [prædicant Christum] etiam [propter inuidiam & cōtentionē: quia inuidēt glorię meę, & cōtendūt illā sibi vsurpare, cupientes esse famosi & honorabiles apud homines sicut erant apostoli: sed [quidā] ab istorum intentione diuersi, vtpote boni filij, prædicant eum exēplo meo [propter bonam voluntatem, id est, studio generandi filios vitę æternę: quidam qui & boni sunt, annunciant illū [ex charitate] & amore mei, [sciētēs quoniā positus sum] à Deo [in defensionē euangelij,] disputando & verū ac salutiferum esse probando. Et ideo quia vidēt me modò ca tenis detentū, non posse ad plenū exercere officiū meum, vice ac loco mei prædicant Christū, vt ipsi suppleāt quod ego nunc minus possum. Isti quidē casta intētionē prædicant. Sed quidam ab his longe diuersi, [annunciāt Christū ex contentione. i. per contentionē, quia cōtendunt per hoc maiora inferre supplicia, vt si qui de prædicatione eos accusauerint, indicent eis me eius autorem esse, sicque mala in me conuertant. Vel ex contentione. i. ex priuato odio inde genito, quod aliquando mecū contenderunt & cōfutati sunt. Et ne viderentur esse correcti, adiungo quia [non syncere. i. non puro animo, sed malitia infecto] prædicant, existimātes hoc modo [se fuscitare. i. commouere] presurā vinculis meis, id est, vt ego vincus opprimar aduersis scilicet, vt dum Nero & ministri eius viderint Romę tot prædicatores euangelij, existiment me causam eorum esse, & maiora mihi tormenta, vel etiam mortem inferant. Et tali intentione salutem quā ipsi non habēt, prædicant alijs: cōsulētēque terrenis cupiditatib⁹ suis regnum cęlorum annunciant, habentes in pectore falsitatē, in lingua veritatē. Et isti prædicant Christum nec prohibētur, sicut & boni. [Quid enim] refert, qua intentione Christus prædicetur, dum, id est, tantummodo [annuncietur omni modo] annūciandi, id est, [siue per occasionem] suscitandi tribulationes fidelibus aut adquirendi lucra temporalia, siue per veritatem] purę conscientię? [Et in hoc gaudeo,] quod omnes isti prædicant, etiam illi qui molūtur hoc modo fuscitare presurā vinculis meis. Nec solū nunc gaudeo, [sed &] semper gaudebo ex hoc. Potest enim fieri, vt dū isti vel studio suscitādi tribulationes, vel cupiditate acquirēdi pecuniam siue temporalem gratiā, Christum per huiusmodi occasionem, vtpote mercenarij, prædicāt, his auditis nascantur fideles, & de malo eorum Deus operetur bonū: sicut aliquoties fit, vt homo ad cōcubitum ingrediatur nō voluntate generandi, sed libidinem explendi, & tamen nascatur homo bonū Dei opus de fecunditate seminum, non de turpitudine vitiorum.

**Matt. 20.** Et ideo tolerandi sunt tales mercenarij, dū per occasionē Christū annunciant, quia & ipsi sunt ad aliquavtiles, vt quę dicūt faciamus, quę autē faciūt reipiamus: Christus enim veritas est. Veritas à mercenariis occasione annūciatur, veritas à filiis veritatē annūciatur. Filij hæreditatem æternam patris expectant patienter, mer-

cenarij temporalem mercedem conducentis, & festinanter expetant. Mercenarij quippe occasione Christū annunciant aliud quærentes, pastores autem Deum propter Deum prædicant.

*Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem per vestrā orationem & submistrationem spiritus Iesu Christi, secundū expectationem & spem meam, quia in nullo cōfundor, sed in omni fiducia sicut semper & nunc magnificatur Christus in corpore meo, siue per vitā, siue per mortem. Mihi enim viuere Christus est & mori lucrū. Quod si viuere in carne hic mihi fructus operis est, & quid eligā ignoro. Coartor autē è duobus, desiderū habens dissolui: & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne, magis necessarium propter vos.*

Gaudeo sicut dixi, dum maleuoli prædicatores Christum annūciāt, etiam suscitādo mihi presuram. Nam [scio quia] etiam hoc, id est, suscitatio presurę [proueniat mihi ad salutem] æternam in futuro consequendam, non ad oppressionem, vt illi putant. Et hoc non fiet non solum meo merito, sed & [per vestram orationem,] quā mihi auxiliabitur, & per [submistrationē spiritus Iesu Christi, id est, per occultam dationē spiritus sancti, qui sicut columna vel fundamentū fulsit me subter, ne corruā. Ipse enim spiritus est fons omnium bonorum, ideo sanctis dicitur subministrare, quia de eius fonte pcedit quicquid illi beneficiorū accipiunt. Proueniet (inquā) mihi [secundū expectationē & spem meā. i. secundum quod expecto donec veniat, & spero donec videam. Nō enim frustrabitur me expectatio mea. Et quare] quia in nullo confundor. i. in nulla re erubescō, quoniam nec in cōsciētia mea quicquam est, vnde corā Deo erubescā, nec de his quę pro Christo foris patior, verēcundari possum. Et ideo cert⁹ sum, quia consequar quod spero. Si enim videret Apostolus se in aliquo confundi & deficere posset desperare de salute. Sed quia videt se cōstantem per omnia, & hanc Dei gratiam iā sibi esse concessam, ideo sperat quod maius est. Nō confundor vt in aliquo cedam, quia & spes magna, & res vera atque honesta. Non confundor (inquā) vt timidus miles, [sed in omni fiducia] & in omni audacia & cōstantia mentis, per quā fortiter prædicare soleo, [sicut semper] à tēpore conuersionis meę magnificatus est dominus Christus in me. ita [et nunc, id est, in hoc tēpore, vel in vinculis meis, apud omnes] magnificabitur Christus. i. fama & gloria eius etiam [in corpore meo,] quod est, fragilius, [siue per vitā, siue per mortē:] quia quādiu vixero, semper eum magnificabo prædicatione & bonis operibus: in morte quoque pro nomine eius accepta glorificabo eum. Non enim ob aliud viuo, nisi

**A**nisi vt eum magnificem: quia ipse [Christus est mihi viuere,] id est, quod ego viuo, Christus est, non habeo vitam nisi Christum: nō viuo veterem hominem, sed nouum, qui totam vitā meā innouauit. [Et mori] est mihi lucrū, quia tūc pro terrenis cœlestia, pro temporalibus accipiā eterna. Mori est mihi lucrū. Quod, id est, sed [si hīc] in hac præsentī vita [viuere in carne est mihi fructus operis, id est, fructuosum & vtile opus, dum multos Deo per prædicationem acquirere non cesso, quādiu viuo, tūc etiā] ignoro quid eligam, mori scilicet an viuere. Quia nisi hīc fructificare adhuc quotidie possē, haud dubium quin mori eligerem, cū Christū haberē lucrū. Sed quia me video multis assidue prodesse, charitas eorum adhuc me retinet in carne. Coartor enim, id est, constringor & cōpellor [è duobus] istis, id est, ex morte & vita, quia delectabiliter morerer, & patienter viuo. Non enim præsentem vitam diligo, sed tolero. Tædium mihi est manere in carne, & ex duob⁹ patior angorem, [habens desiderium dissolui] à compedibus mortalitatis quibus cōstringor: [et esse cum Christo] præsentialiter in cœlesti

**B**patria, [multo magis melius] quantum ad me, quā in præsentī seculo viuere: sed [permanere in carne] est mihi magis necessarium non propter me, sed [propter vos,] quibus euangelium ministro. Cum enim è duobus coarter, alterius habeo desiderium, & alterius necessitatem: desiderium scilicet dissolui & esse cum Christo in cœlestibus, necessitatem verò manere in carne propter aliorum salutē. Dissolui desidero, quia vincus sum. Compedes enim nobis sunt infirmitas & corruptibilitas corporis, quod aggruat animam. Et cū corruptibili carne exuimur, quasi ab his quibus nunc astringimur, molestiæ vinculis relaxamur. Præsentari nanque iā Deo cupim⁹, sed adhuc mortalis corporis obligatione præpedimur. Iure enim vincus dici mur, quia adhuc incessū nostri desiderij ad deū liberum non habemus. Vnde nunc Apostolus æterna desiderans, sed tamen adhuc corruptionis suę sarcinam portans, vincus clamatur: Desidero dissolui & esse cum Christo. Dissolui enim non quæreret, nisi se proculdubio vincum cerneret. Qui idcirco dissolui desiderat, vñ cum Christo possit esse: quia perfectorum iustorum animæ, mox vt huius carnis claustra exeunt, in cœlestibus sedibus recipiuntur. Sed tamen huius tātæ beatitudinis gaudia eligit adhuc differri, præ nimia dilectione eorum quibus in carne manens prodesse potest, cum subiungit:

*Et hoc cōfidens, scio quia manebo & permanebo omnibus vobis ad profectū vestrum & gaudium fidei, vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu, in me, per meum aduentum iterū ad vos. Tantum dignē euangelio Christi cōuersamini, vt siue cum venero & videro vos, siue absens audiam de vobis, quia statis in vno spiritu vnanimis, collaborantes*

*fidei euangelij. Et in nullo terre amini ab aduersariis, quæ est illis causa perditionis, vobis autem salutis. Et hoc à Deo, quia vobis donatum est pro Christo, non solum vt in eum credatis, sed vt etiā pro illo patiamini, idem certamen habentes, quale & vidistis in me, & nūc audistis de me.*

Ecce Paulus (vt dictū est) non quod sibi melius est, sed quod multis expedit, id est, manere in carne eligit, propter charitatem quæ maior est omnibus alijs virtutibus. Prius enim ambigens dixerat, quid eligam ignoro: sed postea de liberans, victus est charitate discipulorum, & permanere se omnib⁹ illis dicit. Ac si dicat: Necessē est me propter vos manere in carne. Et ego [confidens hoc] in misericordia Dei, scilicet me victurum adhuc propter vos, [scio quia manebo] adhuc in corpore: & nō parum quidem, sed permanebo adhuc aliquādiu [omnibus vobis] maioribus atque minoribus, [ad profectū vestrum, id est, vt vos per me proficiatis & crescat in virtutibus, & ad] gaudium fidei, id est, vt vos gaudeatis de fide quam didicistis à me, cū vos adhuc in ea cōfirmauero præsens, vel vt ego de fide vestra gaudeā, [vt gratulatio vestra abundet, id est, vt abundanter agatis Deo gratias cū gaudis] in Christo Iesu, [qui benefecit vobis] in me] vobis seruato: id est, in Christo gratulemini, per quem nos Deus respexit in me vobis reddito, scilicet [per meum aduentum ad vos] confirmandos item futurum. Veniam rursus ad vos. tātummodo facite interim quod dicam, scilicet [conuersamini digne euangelio, id est, conuersionem vestram facite talem, vt digne concordet euangelio Christi. Ac si dicatur: Si ita vixeritis, tunc secundum meritum vestrum dabitur mihi vita ad opus vestrū, Digne (inquam) conuersamini, [vt siue cum venero & videro vos,] vt dixi, inueniam vos quales volo: siue non venero, [audiam absens de vobis] quod cupio, scilicet istud, quod vos nō sicut cumbitis aut ceditis, sed statis fortiter cōtra omnia aduersa, & statū rectitudinis firmiter tenetis [in vno spiritu vnanimis, id est, in spiritu sancto, cui non hæret contrarius spiritus: & sicut est vnus, ita vos facit vnanimis sine dissensionē, vt quod vult vnus, velit & alius: [collaborantes fidei euangelij, id est, simul omnes totis viribus laborantes ad implendum ea quæ fides euangelica exigit: & hæc agentes, nō terre amini. i. non timeatis] ab aduersarijs] in vno periculo, vel in vno opere vestro, siue in vlla re, vt metu cadatis à proposito vestro. [Quæ res, id est, quod vobis aduersantur & mala irrogant, [est illis causa perditionis] æternæ, [vobis autem] causa salutis perpetuæ. Nam etsi propterea sine fine peribunt, quia vos psequuntur: & vos ideo in æternum saluabimini, quia pro Christo ab illis patimini. [et hoc] non à vobis ipsis habetis, vt salutem per passionem consequamini, sed [à deo,] ne gloriari de meritis incipiat. Etiam quod

**G** quod patimini, non est à vobis, sed à Deo, quia inter alias gratias data est vobis hæc ab illo. [quia vobis donatum est] quasi præmium [pro Christo] quem diligitis, id est, pro merito Christi, qui vsque ad mortem crucis obediuit, [non solum vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini] ad cumulatum gloriæ. Vtrūque enim ad Dei gratiam pertinet, & fides credentium, & tolerantia patientium, quia vtrunque est dei donum. Patiamini dico, habentes contra aduersarios idem, id est, simile certamen non armis, sed fide [quale & vidistis in me,] dū apud vos præfens essem, [ & nūc audistis de me ] absente. **Actu. 16.** Apud istos enim Paulus & Syllas publice virgis cæsi sunt, & tunicæ eorum scissæ, & ipsi in carcerem reclusi, atque pedes eorum ibi ligno stricti. Nūc quoque Paulus Romæ multa pertulerat, & ad similes agones nūc incitat istos. Qui & hortando atque docēdo subinfert, dicens:

**H** CAPVT II.

*I qua ergo consolatio in Christo, si quod solatiū charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis, implete gaudium meū, vt idem sapiatis, eandē charitatē habentes, vnanimes, id ipsum sentiētes, nihil per cōtentionem, neque per inanem gloriā, sed in humilitate, superiores sibi inuicem arbitantes, non quæ sua sunt singuli cōsiderantes, sed & ea quæ aliorum.*

Quasi dicat: Quia in vno spiritu vnanimes (vt supra dixi) stare debetis & pati p̄ Christo, sicut & ego, igitur implete gaudium meū, quod habere cœpi de bona conuersatione vestra, vt idem sapiatis, & eandem charitatem habeatis, & c. & hoc facite, [si qua consolatio] est vobis [in Christo .i. si per charitatem quam in Christo habetis, aliquem consolari potestis: quia id agentes, consolabimini me in tribulationibus meis. Bona enim vita vestra, erit cōsolatio mea. Vel si aliqua cōsolatio vobis in Christo, id est, si vultis habere cōsolationem in rebus Christi, in remissione peccatorum & in alijs donis. [si quod solatiū] cōmunis charitatis, id est, si vultis vt charitas cæterarū ecclesiarum, quæ pro fratribus orant & bona agūt, sit vobis solatiū in aduersitatibus vestris: vel si habetis aliquod solatiū charitatis erga proximum, vt per fraternam dilectionem præbeatis ei solatiū, id est, cōsolationem in mœrore tribulationis. [si qua societas spiritus] est vobis, id est, si aliquā vnionem concordis animi per seipsum sanctum habetis adinuicem, vel si est aliqua societas spiritus sancti ad spiritū vestrum. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quia sumus filij dei. Ad ipsum enim pertinet societas, qua efficiuntur vnū corpus vnici filij dei. Propter quā societatem illi in quos venit primū spiritus sanctus, linguis omnium gētium sunt loquuti, quia per linguas cōsociator est societas gene-

ris humani. Societas ergo spiritus, est illa cōiunctio fidelium, quā dat ei spiritus sanctus, per quā omnes vnū fiunt. [si qua viscera miserationis .i. si quis pius affectus est in vobis, de quo procedat misratio erga me. Si hæc sunt in vobis, tūc implete .i. perficite [gaudiū meum,] quo de vestra religione gaudeo: hoc est, plenarie religiosam ducite vitā, [vt idem sapiatis] in fide & cæteris, put oportet: nec sit in vobis diuersus sensus, sed idem, licet in alijs maior & in alijs minor. [habentes eandē charitatem] ad omnes, vt æqualiter omnes diligatis, sicut scriptū est: Diliges proximū tuum sicut teipsum. Vel eādē charitatem; vt iste diligat illum sicut se, & ille similiter istum sicut se. vnanimes .i. vnus voluntatis, vt sit vobis cor vnum & anima vna, [id ipsum sentiētes .i. mala cuiusque putāt omnes sua esse, & bona similiter, vt si quid patitur vnū membrum, cōpatiantur omnia membra. [nihil per cōtentionem agentes] vt vel dictis vel factis adinuicem cōtendatis. Erant enim (vt ex his Apostoli verbis apparet) inter eos aliqui dissentientes, inquieti, inanis gloriæ causa contendentes, pacem ecclesie rumpentes. Propter quod nunc monētur vt sint id ipsum sentiētes, id est, nihil dissentionis habeāt, neq; per cōtentionem aliquid faciant, vt nec de primatu, nec de aliqua re cōtendant: quia etiā bona nō sunt cōtentionis verbis dicēda, sed potius reticēda. [nec per inanē gloriā .i. propter famam seculi quæ est inanis, faciant aliquid, vt de suis operibus humanū fauorem appetant. [sed in humilitate] agant omnia, vt semper de se ipsis humili sentiat. Hoc enim proprium specimen electorū esse solet, quod de se semper infra quā sunt sentiunt. Ideo nunc subditur, vt sint arbitantes alij alios [sibi inuicem superiores.] Nā quia iniquus quisque inferiorē se omnem quem cogitat putat, & diuerso iustus studeat, vt superiorē quemlibet proximū attendat. Ac ne dum se alijs alter humiliat, humiliatio iret alteri in elationem, vtranque partē monuit Apostolus, dicens: Superiores sibi inuicē arbitantes, vt cogitationibus cordis & ego illū mihi præferā & vicissim ille me sibi, vt cum ab vtraque parte cor inferius premitur, nequaquam ex impensio honore inflatur. Nec ita debemus hoc æstimare, vt nō existimemus, sed nos existimare fingam, sed vere existimemus posse esse aliquid occultū in aliquo, quo nobis superior sit, etiā si bonum nostrū quo illo videmur superiores esse, nō sit occultū. Istæ cogitationes deprimētes superbiā & augentes charitatem, faciunt onera fraterna inuicem, non solū æquo animo, sed etiam libentissimē sustineri. Vnde subditur: [Non quæ sua sunt singuli cōsiderantes, sed & ea quæ aliorū.] Optimē enim docet quomodo vitent cōtentionem & inanem gloriā, & quomodo arbitrentur alios superiores, scilicet si considerauerint non sua bona, sed aliorum. Vel non sint cōsiderantes ea quæ tantū ad vtilitatē propriā pertinent, sed quæ aliorum, id est, ea quæ pertinent ad vtilitatem aliorū. Nam & Christus non sua, sed aliorum commoda quæsiuit: nec se super alios extulit, sed infra omnes deiecit, cum tamē super omnes esset. Ita nanque sequitur:

Hoc

**A** Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniiuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus: & habitu inuentus vt homo, humiliavit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.

Vbi monemur, vt sicut ille in eo quod verbū caro factū est & habitauit in nobis, & sine peccato cum esset, peccata nostra suscepit, non attendens sua, sed nostra: ita & nos ad eius imitationem inuicem onera nostra portemus, & non nostram vtilitatem, sed aliorum quæramus. Nō enim vlla res officiosum istum laborem ad portanda onera aliorum facit libenter impendi, nisi cum cogitamus quanta pro nobis pertulerit do minus. Vnde Apostolus cū admoneret, dicens: superiores sibi inuicem arbitantes, nō quæ sua sunt singuli considerantes, sed quæ aliorū, mox domini exemplum quod imitemur, subiecit, dicens: [Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu.] Id est, humilitatem & patientiā pro aliorum salute in vobis veraciter sentite & habete, sicut sentitis & intelligitis in Christo fuisse. Cuius alta præmittit Apostolus vnde se sua sponte vsque ad infimam humilitatem inclinavit, vt prius visa sublimitate eius, humilitas quoque maior appareat: & homines in quibus locus est abiectiois, nō dedignentur exemplo eius humiliari. [qui cū in forma dei esset, id est, omnimoda æqualitate patris, [non rapinam, id est, vsurpationem alienæ rei [arbitratus est esse se æqualem Deo.] Non enim ei rapina fuit, sed natura, æqualitatem Dei habere: quoniā nascēdo eam sumpsit, non superbiendo præsumpsit. Sed ideo totum quod habet & quod potest, nō tribuit sibi, sed patri, quia à seipso non est, sed à patre. Aequalis est enim patri, sed hoc quoq; accepit à patre. Nec sic accepit, vt incremento fieret æqualis, sed natura & æternitate esset equalis: sicut semper natus, ita semper æqualis. Non itaque inæqualem pater genuit, & æqualitatem nō nato dedit, sed gignēdo eā dedit, quia æqualem, nō imparem genuit. Ideo non rapina fuit, sed natura æqualitas filij cum patre. Non ergo rapinam arbitratus est esse æqualem Deo. Erat enim æqualis & sine rapina erat, quia æternus ab æterno natus erat. Erat in forma Dei, quia tantus quātus ille, talis qualis ille, hoc quod ille, non hic qui ille, sed hoc quod ille. Ille enim Deus, & iste Deus: ille omnipotens, & iste omnipotens: ille immutabilis, & iste immutabilis. Hoc est quod ille, non hic qui ille: quia & ille pater, & hic filius. Sic erat & est semper in forma dei, id est, in plena essentia patris. Et cū tantus naturaliter esset & sine initio, non arbitratus est rapina, id est, violenta inuasionem alienæ rei se esse æqualem Deo, quia sciebat se per naturam veraciter & omnino æqualem. Rapina enim est, quando quilibet alienam rem per vio-

lentiā sibi vsurpat, quæ sibi nō cōpetit. Et per rapinam diabolus æqualitatē Dei quæ sibi nullatenus cōpetebat, vsurpare voluit, cū diceret: Ascendam super altitudinē nubium, similis ero altissimo. Sed ita filius per rapinam non æstimauit superbē patris æqualitatem habere se, sed (vt dictum est) sciuit naturaliter se æqualem prorsus esse. Vel secundum alios codices, non rapinā esse arbitratus est esse se æquale Deo .i. æqualitatē dei non arbitratus est alienā, sed suam: quia nō alienū iudicauit esse quod natus est, sed suū. Quod erat æqualis Deo, nō arbitratus est esse rapinam: quia nō rapuit illam æqualitatē sed naturaliter habuit. Vnde & inter homines corporaliter conuersans, patrē suū deū dicebat, æqualem se faciens Deo, sicut in euangelio legimus. Non enim propter assumptionem hominis amiserat æqualitatem patris, quia nō est mutabilis natura diuinitatis, vt possit minui vel augeri. Aequalitatem Dei non est arbitratus rapinam, id est, alienam, sed suam. Vel non est arbitratus rapina, id est, violenta vsurpatione se æqualem deo, sed naturaliter habuit. sed tamen propter infirmorum salutem [semetipsum exinaniiuit, id est, formā diuinitatis quā oculi videre nequeūt, nostris visibus ad tēpus subtraxit, [accipiēs formam serui, id est, hominis, nō quærens quæ sua sunt, sed quæ nostra. Et quippe semetipsum exinanisse, est ab inuisibilitatis suæ magnitudine se visibilem demonstrasse, vt serui forma tegetet hoc, quod incircumscripse omnia ex diuinitate penetraret. Semetipsum exinaniiuit, quia non in ea forma apparuit hominibus, in qua equalis est patri. Exinaniiuit se, non formā Dei amittens, sed formā serui accipiens. Forma serui accessit, nō forma Dei discessit. Non amisit vel minuit quod erat, sed accepit quod nō erat. Ac per hoc & minor factus est, & mansit equalis. [in similitudinē hominum factus, id est, passibilis & mortalis, vt cæteri homines. [ & habitu, id est, induta humanitate, nō sibi, sed eis quibus in homine apparuit, inuentus vt homo est. Non enim poterat inueniri vt homo ab his, qui cor immundū habebant, & verbum apud patrē videre non poterant, nisi hoc suscipiendo quod possent videre, & per quod ad illum lumen interius ducerentur. Habitus eius est humanitas, qua se velut indumēto vestiuit. Habitus enim in ea re dicitur, quæ nobis vt habeatur accidit. Sed cum sint & alia quæ nobis accidunt vt habitū, faciunt, nunc de ea re sermo est, quæ cum accidit, mutatur vt habitum faciat, & non mutat eum cui accidit, sicuti est vestis. Nam cū deposita est, non habet eam formam quam sumit, cum induitur & inducitur mēbris: sed ipsa membra, & cum induuntur, & cum exuuntur, in suo statu manent. Sic & habitus Christi assumptus est, vt commutaretur ineffabiliter & excellentius atque coniunctius, quā vestis ad hominem cum induitur, nec mutaret assumentē. Igitur nomine habitus oportet intelligi non mutatum esse verbum susceptione hominis, sicut nec mēbra veste induta mutantur, quanquam illa susceptio ineffabiliter susceptum suscipiēti copulauerit. Itaque appellatione habitus, ostendit quomodo

**G**do fit in similitudinem hominum factus: quia non transfiguratione in hominē, sed habitu factus est, cum indutus est homine, quē sibi vnies quodammodo atque cōformans, immortalitati & æternitati sociaret. Et non solum ita se inclinavit, vt qui deus erat fieret homo, sed etiā [humiliavit semetipsum] tam altū [factus obediēs] patri, vt per eius obedientiam saluaremur, qui per inobedientiam Adę perieramus. Obediens non solum vsque ad conuicia & opprobria, sed etiam [vsque ad mortem:] & non ad qualēcunq; mortem, sed ad [mortem crucis,] quā cōtumuliosior & acerbior erat. Illa enim morte peius nihil fuit inter omnia genera mortium. Deniq; vbi dolores acerrimi exagitant, cruciatus vocatur, à cruce nominatus. Pendētes enim in ligno crucifixi, clavis aut ligno pedibus manibūque confixi, producta morte necabantur. Nō enim crucifigi hoc erat occidi: sed diu viuebatur in cruce, nō quia longior vita eligebatur, sed quia mors ipsa protendebatur, ne dolor citius finiretur. Et tam pessimam mortem saluator elegit, vt omnem mortem nostram occideret.

*Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris.*

Ipse se tantum humiliavit, vt vltra non posset, [propter quod & deus] tantum [exaltauit illum,] vt vltra non posset. Non enim maior humiliatio vel maior exaltatio fieri poterat. Deus illum secundum humanam naturam exaltauit, in quo & diuina natura potest dici exaltata secundum ostensionem, quia cœpit sciri quod erat, sicut in assumptiōe infirmitatis dicitur exinanita. Sed & propter vnitatem personæ, potest diuinitas dici exaltata in humanitatis exaltatione. Deus exaltauit illū, suscitans à mortuis & eleuās in cælū super omnes angelos ad dexteram suā. [ & donauit illi nomē quod est super omne nomē,] vt in ipsa forma nominetur filius vnigenitus dei. Hoc & ante resurrectionem habuit, sed post resurrectionem quod erat manifestatum est, vt scirent homines & dæmones, & omnes ei genu flecterent. Post crucē manifestatur quid à patre cum generaretur accepit, cum à creatura cœpit sciri, homini nō esse datū nomen dei, sed æquale qui se exinaniuit, cuius omnia à patre sunt. Tā præcellens nomē ei datū est, vt omnia sint ei subdita, [vt ī nomine Iesu] exaltando [flectatur omne genu,] quod est euidentis signū subiectionis, cælestiū. i. angelorum: & terrestrium. i. hominum: [ & infernorum. i. dæmonum, quia & ipsi tremunt sub eius imperio & penitus subiiciuntur. Non quod angeli vel dæmones habeant (vt nos) genua quæ flectant sed per simile dictū est. Dū enim videmus aliquem genua flectere alicui, credimus illum exhibere humilitatē & venerationē ei, ante quem

genua flectit. Sic cælestia & terrestria. i. beati, K angeli & sancti homines, & omni affectu piæ humilitatis Christo se libeter subiiciunt. Inferna quoque. i. dæmones, vt nequissimi serui tremunt sub eius dominio, & se subiectos metu cogente fatētur. Sed & prauī homines, vel in fine subiectos ei se animaduertent. Et non solum datū est ei vt omnis creatura se ei subiiciat, sed & vt [omnis lingua confiteatur. i. omnes lingue gentium diuersarum, quę in mūdo sunt, cōcorditer prædicent,] [quia dominus Iesus Christus est in gloria dei patris. i. eadem gloria honoratur qua pater, æqualis per omnia patri. Hoc enim vel sponte vel inuiti confitentur seu confitebuntur omnes boni & mali.

*Itaque charissimi mei, sicut semper obediistis, non vt in præsentia mei tantū, sed multo magis nunc in absentia mea, cum timore & tremore vestram salutem operamini. Deus est enim qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate.*

Christus (vt præmissum est) se humiliavit, obediendo vsque ad mortem, & propterea exaltatus est. [Itaque] & vos [charissimi mei] exemplo eius humilitate vos obediētes Deo, vt & vos similiter exaltari vestro modo mereamini, sicut à die cōuersionis vestræ [semper obediistis] deo & mihi vel præpositis vestris, ita nunc agite, [non tātum] sicut [in præsentia mei] legistis, [sed multo magis] nunc agere laborate [in absentia mea,] [scilicet] operamini vestram salutem, id est, bonis operibus agite vt digni sitis in æternum saluari. Et hoc facite non superbe, nō præsumptuose, sed [cum timore] intimæ humilitatis. qui enim semper timet ne cadat, humilis est. & cum tremore corporis, id est, & intus & extrā sitis omnino humiles in bonis quę agitis, vt nihil vobis, sed totum gratiæ dei adscribatis: quia nō vos operamini, sed deus in vobis. Ideo timendū est. Ipse [est enim qui operatur in vobis & velle] bonum, [ & perficere] illud pro sua [bona voluntate,] nō pro meritis vestris. Quādo iubet vt operentur, liberum eorum continet arbitrium. Sed ideo cum timore & tremore, ne sibi tribuendo quod bene operentur, de bonis tanquam suis extollantur operibus. Tāquam ergo interrogaretur Apostolus & diceretur ei, quare dixisti cum timore & cū tremore, horum verborum rationem reddidit, dicēs: Deus est enim qui operatur in vobis. Ne enim sibi inde aliquid darent quia dixit operamini, continuo subiunxit: Deus est qui operatur in vobis. Ideo cum timore & tremore. i. cum humilitate. Si enim timetis & tremetis, non extollimini quasi de vestris operibus, quia deus operatur in vobis. Timendum est vobis, ne forte quod datum est humilibus, auferatur superbis. Nam neque de perseuerantia boni voluit ipse sanctos in viribus suis gloriari, sed in ipso: quia eis non solum dat adiutorium, quale primo homini dedit, sine quo non possint perseuera-

re si velint, sed in eis operatur & velle, vt quia non perseuerabūt, nisi & possint & velint, perseuerandi eis & possibilitas & voluntas diuinæ gratiæ largitate donetur. Tātum quippe spiritu sancto accenditur voluntas eorum, vt ideo possint, quia sic volunt: & ideo sic volūt, quia deus operatur vt velint. Sic operatur deus in eis velle. & pro bona voluntate quam operatus fuerit, operatur & perficere.

*Omnia autē facite sine murmurationibus & hæitationibus, vt sitis sine querela & simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentēs ad gloriam meam in die Christi, quia non in vacuum cucurri, nec in vacuū laboraui.*

**B** Dixi, vt operemini vestram salutē, id est, per bona opera conquiratis vobis æternā salutem. Sed omnia quæ facietis, [facite sine murmurationibus.] Hic adiungitur prædictæ humilitati patientia. Superius enim dictum est, cum timore & tremore vestrā salutē operamini: & nunc præcipitur, vt sine murmure cuncta faciant, id est, æquo animo laborēt in operibus bonis, quę sibi iubentur à prælatis suis. Omnia facite sine murmurationibus, vt non sitis indeuoti in ipsis bonis quæ facietis, neq; sit vobis graue pro vestra salute laborare: [sine hæitationibus,] vt nō hæsitetis in corde vestro, vtrum faciatis an nō, bonum quod facere vultis, sed firma definitiōne bonū omne quod agere proposueratis, perficite prompti, ne sitis animo fluctuantes. Qui enim hæsitat, sicut ait Iacobus, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur & circumfertur. Vel de præmio bonorū operum non hæsitetis. Siue non hæsitetis pati pro Christo, sed prompti sitis. Et hæc ideo sic agite, [vt sitis sine querela, id est, vt proximus non possit de vobis cōqueri: & quantum ad vos sitis simplices, id est, sine duplicitate cordis: quia vir duplex animo, incōstans est in omnibus viis suis, & nemo potest duobus dominis seruire. Duplex enim est, qui & Deo & seculo placere cupit, volēs & in hoc mundo & in cælo diues esse. Sed vos qui [filij Dei] esse cœpistis, in simplicitate cordis querite illum, vt sicut ipse vnus est, ita & vos ad imitationē eius simplices sitis, vt ei soli placere studeatis. Et etiam quātū ad externos, sitis [sine reprehensione,] vt nihil reprehensibile possit in vobis ab infidelibus inueniri [in medio nationis,] id est, gētilium qui non sunt renati, sed sicut nati sunt carnaliter, ita viuunt. Nationis dico, prauæ per opera, [ & peruersæ] per diuersas sectas. [Inter quos] gētiles lucetis, exēplo bonæ vitæ sicut luna & stellæ. & ideo maximè decet vos esse sine reprehensione. Lucetis [sicut luminaria] cæli, quia sicut luna & stellæ nō amittunt lucē suam propter noctem, sed magis lucēt, sic vos mente in cælo fixi, licet inter tenebrosos & infideles sit vestra conuersatio, non obscuramini, sed magis lucetis bene operando. Hac fen-

tentia & laudantur & roborantur ab Apostolo discipuli, vt quia se tales esse cognoscunt, studeant valentius perseuerare tales. Tales enim sancti de conuersatione quā habēt in cælo, despiciunt omnia quæ iniqui faciūt in terra. Sicut stellas cæli non extinguit nox, sic mentes fidelium adhærentes firmamento sanctæ scripturæ vel cælestibus desideriis, non obscurat mundana iniquitas. Qui enim mente sunt in supernis & de supernis cogitāt, sicut dictum est, Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum, de ipsis cogitationibus supernorū patientes fiunt: & quicquid in terra fiat sic non curant, donec peragāt itinera sua, quæ admodum luminaria cæli nō curant quomodo exerceant dies & noctes, quāuis tanta mala videant fieri super terrā. Et sicut luminaria patienter ferunt, quicquid de eis homines fingunt, ita iusti debent patienter ferre oēs de se falsas criminationes. Nam qui perdiderit tolerantiam, nō est quasi luminare clarus desuper, sed obscuratus est & de cælo cadit. Luce-

*Sed etsi immolor supra sacrificiū & obsequium fidei vestræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis. Id ipsum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi.*

Vestra religio fit ad gloriam meā in die iudicij, quia pro vobis laboraui. Nec tantū hoc libet egi, [sed etsi immolor,] id est, occidior pro vobis, tunc gaudeo: hoc est, si sacrificiū mei corporis addo [supra sacrificiū vestræ fidei & obsequiū.] Iam enim vestram fidem sacrificiū Deo dignum obtuli, & obsequiū bonæ operationis vestræ, qua Deo obsequimini, sacrificauī. Sed si etiā ipse pro vobis offeror, gaudeo, quia ad coronam pertingo: [ & congratulor, id est, simul gratias ago omnibus vobis, quia estis mihi causa mortis qua vitā ingredior. Nec solus ego id agere debeo, sed etiam [vos gaudete idipsum,] hoc est, immolari pro me, si contigerit vobis: [ & congratulamini, id est, grates reddite mihi, qui vobis causa sum vt martyres efficiamini.

*Spero autem in domino Iesu, Timotheum me cito mittere ad vos, & ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt. Neminem enim habeo tam vnanimem, qui sincera affectione pro vo-*

Locus obscurus.

Iacob. 1.

Ibidem.

Matth. 6.

Luc. 6.

Matth. 6.

Matth. 5.

Actu. 16.

bis



**G** bis sollicitus sit. Omnes enim quæ sua sunt querunt, non quæ Iesu Christi. Experimentum autem eius cognoscite, quoniam sicut patri filius mecum seruiuit in euangelio. Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox ut videro quæ circa me sunt. Confido autem in domino, quoniam & ipse veniam ad vos cito.

Hanc quidem epistolam nunc mitto vobis per Epaphroditum, sed spero non in me, sed in domino Iesu, id est, in misericordia saluatoris, [me cito mittere, id est, dirigere. [Timotheum ad vos, ut] sicut vos bono animo eritis, cum cognoueritis quæ circa me sunt, ita [et ego bono animo sim] atque gaudeam, [cognitis quæ circa vos sunt,] vel aduersis vel prosperis. Ideo autem magis Timotheum mittam quam alium, quia [neminem habeo nunc tam vnanimem.] Hoc tempore multi cum Apostolo mercenarij erant, filij vel pastores nulli, nisi Timotheo. Neminem, inquit, modò mecum habeo tam vnanimem .i. ita concordantem meæ voluntati in hoc negotio, [qui sincera .i. pura & non ficta cordis affectione. i. germana charitate [sit sollicitus pro vobis. i. pro vestra salute. Multi enim videntur esse solliciti pro alijs, sed re vera non pro ipsis solliciti sunt, sed pro rebus ipsorum quas habere cupiunt. Rectè dixi, quia neminem habeo tam vnanimem : [omnes enim] quos nunc habeo, querunt in vobis [quæ sua sunt,] non Christi lucra. Sic & modò faciunt in ecclesia mercenarij sua querentes. Quid est, sua querentes? Non Christum gratis diligentes, non deum propter deum querentes, temporalia comoda cõfectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Et quando hæc à preposito amantur, atque propter hæc seruitur deo, quisquis talis est, mercenarius

**I** est: inter filios non se cõputet. De talibus enim dicitur, quia receperunt mercedem suam. Non querunt ea quæ sunt [Iesu Christi. i. multiplicatione boni gregis, religiosam cõuersationem subditorum, salutem animarum. Et ideo nullum istorum voluit nunc Apostolus mittere, sed Timotheum, qui sicut pastor salutem gregis quereret, atque non solum verbo, sed & exemplo qualiter viuendum esset, ostenderet. Timotheum quidem vobis mitto, vos [autem cognoscite experimentum eius]. i. quomodo sum expertus fidelem in omnibus in vita & doctrina, [quia sicut filius patri] deuotè obedit, ita mecum deo [seruiuit in euangelio] predicando, in quo potuit experiri. Et quia de vobis sollicitus est & mihi probatus, [igitur spero me hunc ad vos mittere] non post longa temporis spatia, sed [mox ut videro ea quæ circa me sunt, id est, quæ exitum sint habitura, vtrum de his euadam an non. Et non solum spero me eum mittere, sed etiam confido in dei misericordia, [quoniam & ego ipse cito, id est, non post multum temporis [veniam ad vos.]

*Necessarium autem existimaui, Epaphroditum fratrem & cooperatorem &*

*cõmilitonem meum, vestrum autem apostolum, & ministrum necessitatis meae mittere ad vos, quoniam quidem omnes vos desiderabat, & mæstus erat propter ea quod audieratis illum infirmatum. Nã & infirmatus est vsque ad mortem, sed Deus misertus est eius. Non solum autem eius, verum etiam & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem. Festinantius ergo misi illum, ut viso eo iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim. Excipite itaque illum cum omni gaudio in domino, & eiusmodi cum honore habetote: quoniam propter opus Christi vsque ad mortem accessit, tradens animam suam, ut impleteret id quod ex vobis deerat erga meum obsequium.*

Timotheum quidem (ut spero) mittam ad vos, & ipse veniam: sed interim [existimaui necessarium esse mittere ad vos Epaphroditum] cum hac epistola fratrem, id est, Christianum, [et cooperatorem] in predicatione, [et cõmilitonem meum] in bello contra demones & vitia, & contra omnes qui regno Christi resistunt, sed vestrum apostolum, id est, specialem doctorem, & ministrum necessitatis meæ, id est, qui mihi ministravit necessaria, vel necessitati inopiæ meæ ministravit, siue de labore manuum suarum, siue quod ab alijs fidelibus quæsiuit. Ideo volui eum mittere, quia vos omnes videre optabat, [et mæstus erat quoniam audieratis eum infirmatum] fuisse. Forsitan quia verberatus est ab infidelibus in ministracione. Nec falsus ad vos rumor de eius infirmitate peruenit, quia [et infirmatus est] ægrotatione sicut audistis: & hoc non leuiter, sed vsque ad mortis periculum. [sed deus] miserando sanauit eum. Et non solum eius in hoc [miseratus est, sed etiam & mei, ne haberem tristitiam] de morte eius, super tristitiam quam habueram de infirmitate eius, quæ vobis nocebat. Et quia vos desiderabat, vosque de eius languore timebatis, [ergo festinantius,] quam fecissem nisi hoc euenisset, [misi illum, ut viso iterum gaudeatis:] qui prius de eo, cum esset apud vos gaudeatis: [et ego sim] absque tristitia, quam de vobis tristibus habebam. Ego quidem mitto illum propter has causas, & vos [itaque excipite illum] honorifice, non indeuoti, sed [cum omni gaudio,] ut omne gaudium habeatis de aduentu eius, & illud gaudium sit [in domino. i. non vanum, non lasciuum, non immoderatum, sed pium & castum. Nec solum in principio lætantes illum excipiat, sed postea conuersantem nobiscum] [habetote in honore] virum eiusmodi, quia iste vester apostolus est. Et merito debet honorari, [quoniam vsque ad mortem accessit propter opus Christi,] qui venerat non ministrari, sed ministrare. Propter opus quod **CHRISTVS** fecerat accessit iste ad mortem

**A** ad mortem, quia ministrabat mihi de eleemosynis aliorum fidelium suo labore congestis, tradens ex deliberatione & exponens [animam suam, id est, vitam in mortis periculum, scilicet mori potius volens & animam reddere, quam opus Christi quod in me exercebat, dimittere. Et ideo hoc faciebat, [ut impleteret erga meum obsequium id quod ex vobis deerat:] quia vos mihi de bonis vestris dederatis, sed ille supplere studuit quod vos minus feceratis: vel quia rem dederatis, sed qui ferret, ex vobis defuit, & ille attulit: vel quia quod miseratis defecit, ille mihi ex aliorum eleemosynis ministravit.

## CAPVT III.

*E cætero fratres mei gaudete in domino. Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Nos enim sumus circuncisio, qui spiritu seruiamus deo, & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes, quanquam & ego habeam confidentiam in carne.*

Nunc de sinceritate fidei agere contra pseudo predicatorum incipit, quasi dicat: Illa quæ superius dixi, ita seruare, sed [de cætero] quod dicendum est hoc facite, scilicet [gaudete in domino, id est, omne gaudium sit vobis in Deo, non in carnalibus obseruantis. Vel ita: Olim gauisi estis in seculo, sed de cætero viuendi spatio quod vobis superest, gaudete iam in domino, ut quãdiu amodò vixeritis, sit vobis omne gaudium in eo. Non gaudeatis in carnalibus & secularibus, ut pseudo apostoli suadent, sed in domino, ut sæpe dixi vobis. Nam eadem quæ præfens dixi, id est, ut in domino tantum gauderetis, [mihi quidem non] est pigrum vel tardiosum [scribere vobis,] ut diutius maneat quam verborum prolatio, sed [vobis est] necessarium cõtra peruersos doctores. Videte enim canes, id est, cognoscite illos esse canes, hoc est, non ratione, sed cõsuetudine contra insolitam veritatem latrantes. Hæc est enim canum natura, ut cum quibus habent cõsuetudinem, siue illi boni sint, siue mali non ad eos latent: insolitorum autem personis visis, etiam innocentibus, irritentur. Ita pseudo consuetudinem legis tenent & contra veritatis nuncios irrationabiliter latrant & mordent. [videte malos operarios. i. notate & caute eos] pseudo predicatorum, quia in agro dei super frumentum seminant zizania errorum. [videte concisionem. i. eos cõcisos & excurtatos, quia carnem amputauerunt, sed vitia nutriunt, & à Christo cæsi. i. abscisi sunt. Hos voco concisionem, non circuncisionem, quia nos fideles, non illi, [sumus circuncisio] non carne, sed ratione. i. mundati à superfluis vitiis. Hoc est, nos sumus iustitia, qui deo seruiamus spiritu. i. toto mentis af-

fectu, non carnali custodia literæ legis: [et gloriamur] non in nostris meritis vel in carnalibus obseruantis, sed solo [Christo Iesu] & in eius gratia. Non carne, sed spiritu deo seruiamus. Carne enim seruit deo, qui de rebus carnalibus sperat se placere deo. Cui verò & ipsa caro ad bona opera spiritui subditur, spiritu seruius deo, qui carnem domamus, ut spiritus obtemperet deo. Vel secundum alios codices, & maxime Græcos, spiritu deo seruius, ea scilicet seruitute de qua dictum est: Dominum Deum tuum adora. **Deut. 6.** bis, & illi seruius. Ipse enim spiritus Deus est, **1o. Ioan. 4.** cui ab omnibus sanctis talis seruitus exhibetur. Er gloriamur, inquit, in Christo Iesu, [et non in carne fiduciam habentes.] Respexit quosdam in carne fidentes. ipsi erant qui de carnis circuncisione gloriabantur. Non sumus habentes fiduciam. i. spem salutis in carne. i. in carnalibus obseruantis, vel generis nobilitate: [quãquam & ego habeam,] si voluero, [confidentiam] gloriandi [in carne, id est, in carnis nobilitate, & carnali custodia legis.

*Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis, circuncisus octauo die, ex genere Israël, de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis, secundum legem pharisæus, secundum emulationem persequens ecclesiam Dei, secundum iustitiam qua in lege est, conuersatus sine querela.*

Ne putetis, inquit, me contemnere quod non habeo. Quid enim magni est, si homo abiectus, vel plebs ignobilis contemnat nobilitatem? Habeo ista, sed contemno: & ideo vos doceo talia contemnere, quoniam videtis me habere quod contemno. Nam [si quis alius] .i. à me diuersus qui vos decipere querit, [videtur confidere in carne] quasi inde iustus, [ego magis] confido quam ille pseudo. Et audi in carne fiduciam: circuncisus sum [octauo die] sicut lex iusserat. i. non profelytus, non aduena ad populum Dei, non maior circuncisus, sed à parentibus natus Iudæus, habeo circuncisionem octauo diei. Et sum [de genere Israël,] non alienigena: & non de viiori tribu, sed [de tribu Benjamin,] que dignior erat, quoniam procreata est ex Rachel dilecta vxore Iacob: & cum decem tribus in Samaria colerent vitulos, ista & tribus Iuda non recesserunt à templo domini. Et sum [Hebræus ex Hebræis] parentibus, id est, non de ignobili gente progenitus, sed ex eis qui fuerunt nati ex Heber filio Sale, filij Sem, maiores filij Noe. Sum etiam [secundum legem, id est, secundum egregiam legis obseruationem, pharisæus, id est, diuisus ab alijs, ut pote religiosior. Nam primarij quidam erant & quasi ad nobilitatem Iudaicam segregati, non contemptibili plebi commixti, qui dicebantur pharisæi quasi diuisi. Et [secundum emulationem] quæ in me seruebat [persequens ecclesiam Dei] quia non eram piger Iudæus, sed quicquid erat quod legi meæ videretur aduersarium, impatienter ferebam, acriterque insequabar. Et [secundum iustitiam] legis, quæ

## AD PHILIPPENSES

**G**uæ manus comprimit, non animum: & timore, non amore seruator. conseruatus sum [sine querela, id est, sine clamore factò de me, quia nemo poterat conqueri quòd aliquam iniuriam ei fecissem, contra legis instituta carnalia faciens. Hæc apud Iudæos nobilitas est, sed apud Christum quæritur humilitas.

*Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi domini mei. Propter quem omnia detrimentum feci & arbitror vt stercora, vt Christum lucrificiam, & inueniar in illo, non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed illa quæ ex fide est Christi Iesu, quæ ex Deo est iustitia in fide ad cognoscendum illum & virtutem resurrectionis eius, & societatem passionum illius, configuratus morti eius, si quomodo occurram ad resurrectionem quæ est ex mortuis.*

Ita diuersis modis possum gloriari in carne, sed non iam glorior in talibus. Sed omnia illa carnalia [quæ mihi] ante Christi notitiam [fuerunt lucra. i. vtilia & chara, hæc post fidē [arbitratus sum detrimenta salutis propter Christū,] qui in his prænunciatus fuerat. Et si adhuc ista seruarē, eius aduentū ostenderē nondū factum. Quæ enim venturū eum significabāt, si iam seruantur, venisse eū negant. Et ideo sunt detrimenta, quia deterunt veritatē fidei. Vnde paulò superius Iudæi dicti sunt concisio, quia carnalis circuncisio, plena abscisio est à Christo. Nō solum propter Christum hæc arbitratus sum detrimenta, veruntamen. i. sed etiā [propter scientiam Iesu Christi domini mei,] quam de eo habemus, eminentē omnibus scientiis aliis, vel quæ eminet in eo plus quàm in aliis, [existimo omnia] illa detrimentū esse, quia retrahunt sectatores suos à tam eminenti scientia. Vel ita: Hæc olim fuerūt mihi lucra, sed existimo tamē nūc omnia ea detrimentū esse & impedimētū, propter sublimē Christi scientiā, qua mihi innotuit eum esse Deum super omnia, vt per eam scripturas intelligerem. Nam etiā si ipsum nō possem assequi, vel propter solam eius scientiam quæ tāta & tam præcellens est, respuerem omnia illa vetera. [Propter quem] Christum venerādum, & propter cuius dilectionem omnia illa nō solum existimo detrimentum, sed & feci ea detrimentū bonorum, viuendo spiritaliter & docēdo, vt aliis appareret ea esse detrimentū. & quod plus est, arbitror ea non tantū vt detrimenta bonorum, sed [vt stercora, id est, quæ coinquinant iam obseruatorem. Et hoc ideo, [vt Christum lucrificiam, id est, in futuro Christum habeam præmium, & hīc sim in illo membrum. Quod aliter nequit fieri, scilicet rationabiliter atten-

dendo, nisi [ & inueniar in illo ] fidele membrū, **K** [non habens meam iustitiam quæ ex lege est:] quoniam ea iustitia pœnā timet, non amat virtutē: [sed illam quæ ex fide est Christi, quæ iustitia est ex deo,] nō ex hominib⁹. Iustitia dico, manens [in fide:] quia sicut ex fide nata est, sic existere non habet nisi ex fide. Iustitia in fide valente [ad cognoscendum illum.] Quasi dicatur: Qui in lege putat iustificari, non agnoscit Christum: sed ego ex fide iustificari volo, vt agnoscam illum, cur natus, cur passus sit. & agnoscam quæ est virtus [resurrectionis eius, id est, iustificatio credentium, quia resurrexit propter iustificationem nostram. & agnoscam [societatem passionum eius,] quam bene noscit, qui se per eam ad cæli gaudia peruenire credit. Vel iustitia in fide ad cognoscendum eum, quia fides & in illa vita facit perfecte eum agnosci, qui in ista creditur & haberi virtutem resurrectionis eius, id est, immortalitatem: quia nostra resurrectio est virtus & efficacia resurrectionis eius, & in hac vita facit haberi societate passionū eius, vt & nos patiamur aduersa quæq; pro eo. nisi enim per fidem, nemo tanta pateretur. & configurationem mortis eius, vt moriamur sicut ipse, si opus est: vel moriamur semel vitiis, sicut ipse carne mortuus est semel. Sed litera sic iungitur. Vt inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed eam quæ est ex fide, [configuratus morti eius, id est, per passiones consummatus vt ille, tentans [si quomodo occurrā lætus ad resurrectionē.] Si quomodo occurrā, quia difficile est. Si quomodo contingat tum ex Dei misericordia, tum ex meo merito, vt occurrā Christo gaudēs in iudicio, quod sanctorum est tantum, veniens ad resurrectionem, [quæ est] non ex viuis, vt nunc, sed [ex mortuis,] vt vitra mori nequeat. Hæc Apostolus idcirco se ita egisse vel agere commemorat, vt illi similiter exemplo eius omnes legis carnales ritus contemnant, & per iustitiam fidei atque societatem passionis Christi festinent ad regna cælorum.

*Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autem, si quo modo comprehendam, in quo & comprehensus sum à Christo Iesu. Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Vnum autem, quæ quidem retrò sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora, extendens meipsum, ad destinatum prosequor, ad brauiū supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: & si quid aliter sapitis, & hoc vobis Deus reuelabit. Veruntamen ad quod peruenimus vt idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula.*

Iste qui ad tertiū cælum raptus fuerat, & tāta scientia emicabat, putabatur iam comprehendisse,

**A** disse, quod alij sequuntur, sed ipse hoc negat. Ne enim videatur superfluum tot aduersa pati, cū fidem & alia bona habeat, subdit quasi dicens: Merito pro illa gloria tantum laboro, quia non dico [quòd iam acceperim] aliquid, quia si quid gloriæ accepi, nihil est ad comparationē futuræ aut si quid accepi de cognitione Christi, nō dico quod in illa [iā perfectus sim.] Et si ita de me quid de aliis? Nō est quod iā acceperim, quod peto: aut iam perfectus sim, vt nihil mihi desit. Non dico, sufficit quod egi: semper aliquid addo, semper ambulo, semper proficio, semper sequor quod cōprehendere laboro, [si quomodo fiat vt comprehendam. i. perfecte teneam illud in eo modo. [in quo &] ego [sum comprehensus à Christo Iesu, id est, vt videam ipsum Christū sicut ipse me videt, & cognoscam eum perfecte sicut ab eo cognitus sum, vt sicut ipse plenarie me videt & cognoscit, ita ego plenarie humano modo eum cognoscam. Vel comprehendā eū, in quo & comprehensus sum ab eo, id est, vt videam eū in ea claritate, in qua mihi apparuit in via, quando me comprehendit. Ideo enim sequor. Præuenit me iustitia eius, sequatur eum mea. Cœperunt mirari qui audiebant Apostolum dicentē, non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim. Fratres, inquit, [ego non me arbitror iam cōprehendisse.] id est, nolite in me falli, plus me ipse noui quā vos, scio quid mihi desit, scio quid adsit. Ego me non arbitror apprehendisse. [Vnum autem] hoc me non arbitror apprehendisse. Multa habeo, sed vnū nondum apprehendi. Porro vnum est necessarium: Vnam petij à domino, hanc requiram. Et quæ est illa? Vt inhabitem in domo domini omnib⁹ diebus vitæ meæ. Ipsum est vnum quod nondū apprehendi. Et in quantum mihi hoc deest, in tantum nondum perfectus sum, quia nondum æqualis angelis. Quid ergo agis? quid agendū exemplo tuo doces? Ea [Quidem quæ sunt retrò,] id est, terrena quæ reliqui obliuiscens. i. à memoria cogitationis auferres, [ad ea verò quæ sunt priora,] id est, ad cœlestia quæ sunt eleuantia in diuina, extendens desiderio meipsum, persequor, id est, perfecte sequor mente & opere. Ante nos enim æterna sunt, post nos temporalia: quia & illa pergentes inuenimus, & ista recedentes quasi post dorsum relinquimus. Vel ea quæ retrò sunt. i. præterita merita mea obliuiscens, & quasi pro nihilo ducens, ad futura merita me extēdo, semper addens aliquid. Adhuc enim proficio, adhuc ambulo, adhuc in via sum adhuc me extēdo: nondum perueni. Extēdo me [ad destinatum. i. ad illud quod dei prouidētia mihi destinatum disposuit, vel ad quod proposui currere. Et persequor, id est, sequi nō desisto vsque dum veniam [ad brauium supernæ vocationis dei in Christo Iesu, id est, ad præmiū in supernis dandū, ad quod vocat me deus in filio suo. Et quando quidem ego qui tantus sum, non arbitror me comprehendisse, sed adhuc sequor si fortē comprehendam, [ergo quicumque sumus perfecti, hoc sentiamus] omnes scilicet nos nondum comprehendisse, sed adhuc debere sequi & proficere. Videtur Apostolus quasi contrarius sibiip̄si. Quomodo enim

flare potest sententia, vt qui dixerat, Non quia Deum iam acceperim, aut iā perfectus sim: dicat, Quicumque perfecti sumus, hoc sentiamus? Sed de duabus loquitur perfectionibus, ostēdens omnē hominem & vniuersam creaturam, quanuis ad perfectionem venerit, tamen indigere misericordia dei, & plenam perfectionem ex gratia non ex merito possidere. Et ideo perfectus erat Apostolus iuxta modū humanæ possibilitatis, sed adhuc perfectionē expectabat ex dono supernæ largitatis, vt æqualis fieret angelis. Erat perfectus viator, sed nondum perfectus patriæ possessor. Et hoc de seipso debet vnusquisque perfectus sentire, & dum se viatorem & non habitatorem meminerit, studeat semper ambulare & proficere, ne fortē vbi se satis egisse putauerit, ibi remaneat. Quæ sententia multū vtilis fuit nōnullis Philippensiu, qui iam se perfectos arbitrabatur: ne putarēt sufficere sibi perfectionem suā, & inciperent remissius agere, ac perirent. Hoc (inquit) sentire, debetis quod imperfecti sumus comparatione futuræ perfectionis, & illuc tendimus. [Et si quid aliter sapitis] vt paruuli. i. si iā putatis vos aliquid egisse vel scire, [ & hoc vobis reuelabit deus, quod nō recte id sapitis. Qui enim in pace catholica permanet, si quid aliter sapit quā oportet, humili Deo reuelabit: si illud superbus defendit, Deo abiiciet. Vel si quid nunc aliter sapitis, quā in futuro sapiendum sit, quia modo per speculū videtis etiam hoc reuelabit Deus, quia clare faciet vos cognoscere & se & omnia alia, quæ modo obscure videtis. Vel si quid aliter sapitis. i. si perfectam Christi notitiā vos comprehendisse putatis, & hoc idem vos male sapere Deus per misericordiā vobis reuelabit. Similiter & de aliis erroribus pro bona vita vos liberauit. Siue ita: Si quid modo aliter sapitis quā in futuro & de Deo & de omnibus, etiam hanc imperfectam cognitionem vobis Deus per spiritum suum reuelabit. Vel si quid aliter sapitis, & si quid melius ad cultum Dei excogitaueritis, siue in interpretationibus scripturarum aliter secūdam regulam veritatis senseritis, etiam hoc donum Dei esse sciatis, quia ipsa vobis hoc reuelauit. [Veruntamen, id est, sed tamen teneamus omnes illud, [ad quod peruenimus, vt idem sapiamus] credendo, [ & permaneamus in eadem regula] disciplinæ. i. rectitudine viuendi, scilicet vt nemo propter nouam inuentionē vel intelligentiam suam deserat communē sensum fidei seu regulam iuste viuendi constitutam à patribus. Vel ita: Sentire debemus omnes quia nondum perfecti sumus, nec plenariam Dei notitiā apprehendimus: sed tamen illud ad quod peruenimus, id est, illam scientiam quam attigim⁹, tota mente teneamus, scilicet vt idem in fine sapiamus, & in eadem vitæ regula maneamus, id est, nec diuersa credamus, nec diuersos viuendi ritus habeamus, sed omnes vno modo sentire & munde credamus & viuamus.

*Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam, nostram. Multi enim*

**G** ambulant, quos saepe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi: quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in caelis est, vnde & saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae, secundum operationem virtutis suae, qua etiam possit subiicere sibi omnia.

Idem (vt dixi) sapiamus & in eadē viuēdi regula maneamus. Et in his, id est, in fidei vnitate & regula disciplinā [estote imitatores mei fratres, id est, sicut me nostis idem sapere & eandē regulam seruare, sic facite. Ac sicut ego, tradite obliuioni ea quae retrō sunt, id est, praeterita vitia, vt si vos delectauit aliquādo vanitas, iam nō delectet: & in anteriora. i. in profectum virtutū atq; in aeterna bona piis desideriis atq; conatibus semper extendamini. Extēditur enim animus desiderio lētitiae nondū cōsequatā. Et tota vita Christiani boni, sanctum desiderium est. In his & talibus me imitami. [ & obseruate, ] id est, considerate diligenter & sequimini eos qui mihi sunt similes in via Dei, [ qui ita ambulant. i. promouentur in operibus bonis, [ sicut habetis formā nostram, ] id est, sicut tradidi vobis formam recte ambulandi, vel exēplo cōuersionis meae, vel sermone praedicationis. Eos (inquam) qui ita ambulant, obseruate solliciti. [ multi enim ] sunt qui aliter incedunt, nec imitandi sunt, sed cauendi. Multi ambulant latam viam perditionis, id est, multi promouentur in via peruersae actionis, quos esse [ inimicos crucis Christi saepe dicebam vobis, ] dum praesens essem, sed [ & nunc ] idē [ dico, flens ] tum de perditione eorum, tum de subuersione simplicium quos decipiunt. Inimici enim dominicae crucis sunt pseudo praedicatores, quia dicunt mortem Christi nō sufficere credentibus ad salutem si ne carnalibus legis obseruationibus. Et ita conantur impugnare crucem soluatoris, ideōque merito pereunt. [ quoniam finis ] est interitus, id est, mors sempiterna, quia tunc non inueniūt auxilium crucis, cuius hostes fuerunt. [ Quorū Deus venter est, ] quia quicquid faciunt, pro vētre faciunt. Vel escas quae ventris sunt, Deum sibi faciūt, dum eas iustificare homines dicunt, & salutem animae putant in escis. [ & gloria ] eorum [ in confusione ipsorū, ] quia in talibus gloriantur, vnde confundi & erubescere possent, id est, in pudēdis membris suis circumcisis. [ qui terrena sapiunt, ] quia in lege nihil spiritaliter intelligunt, sed omnia carnaliter. Malis etiam catholicis conueniunt haec verba. Et ipsi enim sunt multi, quia multitudo palearum abundat in area, & ambulant in ampla via quae ducit ad perditionem. Ipsi sunt inimici crucis Christi,

qui contra crucem semper faciunt. Cum enim **K** crucis Christi in omnibus electis carnem affligat, & crimina mortificet, illi econtrario carnē voluptatibus fouent & vitia nutriunt. Ideōque finis eorum erit interitus perpetuus, quia propter solam fidem quam sine bonis operibus habuerunt, non euadent tormenta aeterna. Quorū **Iacob. 2.** Deus venter est, quia sicut deū summo honore venerari deberent, & omnia meliora de rebus suis illi offerre, sic venerantur suum ventrē, offerentes ei preciosa & summo studio preparata ciborū genera, ac semper dediti sunt vētris seruitio, colentes illum pro deo, nec reminiscētes creatoris sui. Et gloria eorum in confusione ipsorum, quia iam amissa peccandi verecundia, ex illis operibus nequitiae gloriatur de quibus erubescere debuerunt. Qui terrena sapiunt, quia **Prou. 2.** in terrenis nihil nisi quod vident, intelligunt: nec sensum mentis nisi in terrenis ponunt, sed semp cogitatione versantur in infimis. Sed [ nostra cōuersatio ] longe distat ab illis, quia iam secundum fidem & secundū spem [ est in caelis. ] Si enim non est in caelis, quomodo habemus sursum cor? Corpore ambulamus in terra, sed corde habitamus in caelo. Sicut enim domus exterioris cōuersionis est aedificiū quod inhabitat corpus, ita domus nostrae cogitationis est res quaelibet, quā per dilectionē inhabitat animus. Omne enim quod diligim⁹, quasi in hoc quiescentes habitamus. Vnde nunc apostolus quia in supernis cor fixerat, in terra quidem positus, sed tamē a terra extraneus, de se, suiq; similibus dicit: Nostra conuersatio in caelis est, id est, & viuēdo & intelligendo sumus angelis similes. vnde, id est, ex quibus praeter cōmoda quae iam habemus, [ & dominū nostrū Iesum Christum expectamus ] vēturū ad iudicium, saluatōrē iam animarum nostrarum, & tūc etiam corporum. Nam ipse tunc reformabit, id est, in meliorem formam resuscitabit [ corpus humilitatis, id est, vilitatis & deiectionis nostrae, id est, hoc corpus nostrū vile & abiectum, quod nunc tot miseris subiaceret. Ita reformabit illud. i. pristinam **M** ei formam ita gloriosam in resurrectione restituet, vt sit [ configuratum corpori claritatis suae, id est, assimilatū clarissimo corpori suo, quod sumpsit ex virgine, vt eandem claritatis figuram habeat corpus nostrum, quam habet suum, quando iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Et hoc ipse faciet [ secundum operationem ] omnipotentiae suae, [ qua possit ] non solum corpus reformare, sed [ etiam ] subiicere sibi omnia: ] quia tunc omnino cōplebitur, Omnia **Psal. 8.** subiicisti sub pedibus eius. **1. Cor. 15**

## CAPVT III.

**I** Taque fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea, sic stete in domino charissimi.

Quia Christus reformabit corpus humilitatis nostrae, & ad tantam perueniemus gloriā de tāta vilitate, [ itaq; fratres mei ] stete in eo quod cœpistis, ne tantam gloriā amittatis. Vos dico, mihi

**A** mihi charissimi, quia multum vos habeo charos [ & desideratissimi, ] quia multum ego vos desidero, vel vos me: [ gaudium meum, id est, de quorum fide & opere gaudeo: [ & corona mea ] in futuro, quia propter vos coronam gloriā percipiam. Vos qui tales estis, stete firmi [ in domino sic, id est, vt ego vos stare docui, & vt cœpistis: vel sicut me & mihi similes fecistis, quia tunc eritis charissimi.

**E**uodiam rogo & Syntychen deprecor id ipsum sapere in domino. Etiam rogo & te germane compar, adiua illas quae mecum laborauerunt in euangelio, cum Clemente & ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitae.

**B** Euodia & Syntyche erant matronae religiose quae praedicatorum suscipere solebant. Et forte audierat illas Apostolus a fide dissentire, ideōq; nominatim rogauit, vt id ipsum quod ceteri saperent in domino. i. in eius fide. Quasi dicat: Omnes moneo stare, sed specialiter Euodiam & Syntychen, quia plus de eis timeo: [ Etiam rogo & te o germane compar, id est, coadiutor meus in praedicatione, [ adiua illas ] firmando tuis exhortationibus & instructionibus atque orationibus, vt possint vnanimis stare in fide. quae nō sunt paruipendendae, quia [ mecum laborauerunt in euangelio. i. de labore suo ministrauerunt mihi stipendium in praedicatione euangelij. Laborauerunt (inquam) [ cum Clemente, ] qui in hoc laborabat, & cū ceteris qui me adiuuabant. Iste Clemens fuit tertius papa Romanus. Vel adiua illas cum Clemente [ & ceteris adiutoribus meis, id est, tu & ceteri adiutores mei qui sunt Philippis, adiuuate illas. Adiuutores dico, qui non frustra laborauerūt vt me adiuuarēt, quia nomina eorum [ scripta sunt in libro vitae, id est, assignata tenentur ad vitam in memoria diuinā praedestinationis. Quis est enim liber vitae, nisi memoria Dei, in qua sunt illi qui viuunt in aeternum? ]

**G**audete in domino semper, iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus prope est. Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestrae innotescant apud Deū. Et pax Dei quae exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras in Christo Iesu.

Lætatus in fide & operibus eorum Apostolus, vt alacres sint in his proficiētes, monet gaudere in domino, & id iterat, vt se in eis gaudere verē ostendat. Gaudete, inquit. i. cor vestrū exhilarate, & omne bonum vnde gaudendū est, statuete vobis [ in domino, ] non extra. Et hoc adeō necessarium vobis est, quod [ iterum dico gaudete, ] vt tristitia seculi nullū in vobis locū inueniat, sed totos lētitia spiritalis vos repleat.

**D** Gaudete in domino, & non per interualla, vt modō gaudeatis, modō nō gaudeatis [ sed semper ] gaudeatis, siue in prosperis, siue in aduersis. Et non semel dico, sed iterum vt gaudeatis, cōfirmans & inculcans repetita commonitione gaudiū. Gaudete, sed in domino, non in seculo. Sicut enim nemo potest duobus dominis seruire, sic nemo potest & in domino & in seculo gaudere. Contraria enim sunt haec duo gaudia. Nā seculi gaudium est impunita nequitia. Luxurientur homines, fornicentur in spectaculis, nugentur in ebriositate, ingurgitētur turpitudine, & ista mala non impediunt fames, non belli, vel alicuius rei timor, non aliquis morbus non aliqua aduersitas, sed sint omnia redundantia in pace carnis, in securitate mentis, & videre seculi gaudium. Et ideo non in seculo gaudete, sed in domino, id est, nō in iniquitate, sed in veritate: non in flore vanitatis, sed in spe aeternitatis. In domino sit gaudium vestrae mentis, sed homines videant modestiā vestrae conuersationis vt exemplo vestro discant modeste agere. Modestia quasi modi statio dicitur, quando modus seruatur in omnibus. Modestia est in animo, cōtinens moderationem cupiditatum. Modestia in operatione, modificans omnes actiones, similiter & in verbis. Haec modestia tantum fulgeat in vobis, vt [ nota sit in omnibus hominibus: ] fidelibus, vt imitentur: infidelibus, ne possint reprehendere. Modestiā morum seruate, quia [ domin⁹ prope est, ] vt auxilietur vobis assidue nisi per fōcordiā vestram defeceritis. Etsi enim super omnes caelos ascendit corpore, non tamē recessit maiestate. Vbique praesens est, qui fecit omnia. Dominus prope est, paratus dare quicquid opus est vobis in spiritalibus & corporalibus. Et ideo sollicitudinē vani timoris abiicite, quia & in bonis operibus vestris aderit dominus vobis adiutor, & in passionibus quas pro nomine eius perferetis, nec alimenta vobis corporea denegabit. [ Nihil ] ergo, id est, de nulla re [ solliciti ] & timidi [ sitis ] quasi de futuro, sed estote sine mundi sollicitudine, habentes promissa dei pro oculis, & ab ipso petentes omnia. Non sitis (inquā) solliciti, sed petitiones vestrae de his quae vultis accipere, ita sint vehemētes & instantes, vt [ innotescant apud deum, id est, perueniant ad deum, hoc est, acceptabiles sint deo qui omnia nouit, sed ea scire dicitur quae eligit & approbat. Vel vobis innotescant apud deum per tolerantiam, non apud homines per iactantiam. Aut fortē innotescāt etiā angelis, qui sunt apud deū, vt quodā modo offerat deo & de his consulant: & quod deo iubente implendum esse cognouerant, hoc vobis vel euidenter vel latēter reportant. Petitiones dico factae [ in omni oratione. i. in oratione quae nihil de his quae oranda sunt praetereat, sed omne quod expedit, orando petat a deo: [ & obsecratione, ] quae cū adiuratione sacrōrū fiat, cū [ gratiarū actione, ] de acceptis beneficiis: quia qui vult alia impetrare, debet ex perceptis gratus esse. Vel secundū alios oratio est pro praeteritis excessibus ac delictis, obsecratio autē pro adipiscendis futuris bonis, gratuitū actio pro collatis beneficiis, petitio verō de rebus nominatim necessariis.



**A** Et talibus quidem precum modis hortor vos ut inſiſtatis, & deum (ſine quo humanus labor inutilis eſt) oro ut præſtet effectum, ſcilicet ut [pax dei] qua in ſeipſo pacatus eſt, & cuius participatione pacificantur angeli & homines, [cuſtodiat corda veſtra, quæ exuperat omnem ſenſum, id eſt, omnem intellectum hominũ & angelorum: quia pacem dei, qua deus ipſe pacatur eſt, ſicut deus nouit, nec nos, nec angeli noſſe poſſumus. Sed quia & nos pro modo noſtro pacis eius participes facti ſumus, ſummam in nobis atque inter nos & cum ipſo pacem, quantum noſtrum ſummum. hoc modo iuxta ſuum modum ſciunt eam ſancti angeli, homines autem nunc longe infra ſcientiam iſtam ſunt, quantumcunque prouectu mentis excellant. Videmus enim nunc per ſpeculum in enigmate, Cũ verò æquales angelis fuerimus, tunc (ſicut illi) facie

Locus obſcurus.

1. Cor. 12

**B** ad faciam, id eſt, manifeſte videbimus: tantãque pacem habebimus erga eos, quantã & ipſi erga nos: quia tantum dilecturi ſumus, quantum ab eis diligimur. Itaque pax eorum nota nobis erit, quia, noſtra talis ac tanta erit, nec præcellat tũc intellectum noſtrum. Dei verò pax, quæ eſt illis erga eos, & noſtrum & eorum intellectum ſine vlla dubitatione præcellit. Et iſta pax dei cuſtodiat [in Chriſto Ieſu] corda veſtra, id eſt, volũtates veſtras, [ & intelligentias veſtras, ] ut extra Chriſtum nihil appetatis vel intelligatis. Contra illecebras ſeculi cuſtodiat corda, & contra fraudes pseudo prædicatorum cuſtodiat intellectus veſtros. Corda cuſtodiat contra aduerſa omnia, intelligentias contra errores.

*De cætero fratres, quæcunque ſunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iuſta quæcunque ſancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, ſi qua virtus ſi qua laus diſciplinæ: hæc cogitate, quæ & didiciſtis, & accepisti, & audiſtis & vidisti in me: hæc agite, & deus pocis erit vobiscum.*

In conſuſione quæ ad perfectionem ſunt, exponit Apoſtolus. Quasi dicat: Haſtenus contra perſecutores & contra pseudo prædicatores vos monui, ſed [de cætero] monendi genere, quod ad mores optimos pertinet, nunc breuiter dicã ſcilicet cogitate & agite [quæcunque ſunt vera & quæcunque] ſunt [pudica,] ut nec in cogitatione, nec in actione falſum aliquid aut libidinoſum admittatis, ſed in omni ſermone veredici, & mente & corpore pudici ſitis, ne vel in aſpectu veſtra ſit aliquid laſciuia. Similiter [quæcunque iuſta, & quæcunque ſancta, cogitate & facite. Iuſta ad proximum ſancta in propria vita .i. erga proximum iuſte ſeruanda. ſancta .i. animas & corpora ſanctificata. Qui ſemper cogitat & agit quæ iuſta ſunt, nec deo, nec homini facere poteſt iniuriam. Et qui ſancta cogitat & facit aſidue, nulla poteſt macula fordidari. [quæcunque amabilia] cogitate & facite, id eſt ſtudete ut dicta & facta veſtra in bono placeant hominibus, quatenus per hoc ad imitationem

veſtram eos alliciatis, ſicque deo iungatis. [quæcunque bonæ famæ] ſunt, ea ſimiliter cogitate & facite, ne de vobis habeatur mala opinio, ſed bona, ut proſit aliis. Sanctorũ enim cõuerſatio etiam cauta debet eſſe, ne forte cum mala vita non ſit per laſciuiam, mala ſit fama per negligẽtiam. Nec audiendi ſunt, qui quando reprehendi in aliqua negligentia ſua, per quã ſit ut in malam veniant ſuſpicionem, vnde ſuam vitam longe abeſſe ſciunt, dicunt ſibi coram deo ſufficere conſcientiam, exiſtimationem hominum nõ ſolum imprudenter, ſed etiam crudeliter contemnẽtes, cũ occidunt animas aliorũ, ſive blaſphemantiũ vitam dei, quibus ſecundum ſuam ſuſpicionem, quaſi turpis quæ caſta eſt, diſplicet vita ſanctorum, ſive etiam cum excuſatione imitantium, non quod vident, ſed quod putãt. Proinde quiſquis à criminibus flagitiorum atque facinorum vitam ſuam cuſtodit, ſibi bene facit: quiſquis autem famã, & in alios miſericors eſt. Nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra, aliis fama noſtra. Et utique etiam quod aliis miniſtramus miſericorditer ad ſalutem, ad noſtram quoque redundat vtilitatem. [Si qua virtus] eſt hanc ſectamini. [ſi qua laus diſciplinæ,] hæc habete. virtus ſit in vobis, & poſt ſequatur laus, ut homines qui virtutem veſtram laudabunt, proſiciant. Vel cogitate & facite ea quæ ſunt bonæ famæ, ſi qua virtus eſt in eis, vel ſi qua laus diſciplinæ Chriſtianæ. Nõ enim curãda eſt bona fama de viribus vel ſcientia vel aliis ſecularibus [hoc] (inquã) [cogitate, id eſt, in memoria verſate. [quæ] omnia [ & didiciſtis] me docete, [ & accepisti] ut digna teneri, quia vobis accepta & grata fuerunt poſtquam ea didiciſtis. [ & audiſtis ea in me eſſe, & vidisti. Hæc agite, id eſt, non tantũ cogitate ſed & actu implete: & tunc [deus] dator [pacis, erit vobiscum,] adiuvans vos hæc facere. Qui enim ſic vixerit, non ſolum cum deo pacem habebit, ſed & ab omnibus ferẽ hominibus amabitur.

*Gauisus ſum autem in domino vehementer quoniam tandem aliquando reſloruiſtis pro me ſentire, ſicut & ſentiebatis, occupati autem eratis. Non quaſi propter penuriam dico. Ego enim didici in quibus ſum ſufficiens eſſe. Scio & humiliari, ſcio & abundare. Vbi que & in omnibus inſtitutus ſum, & ſatiari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia poſſum in eo qui me confortat. Veruntamen bene feciſtis communicantes tribulationi meæ.*

Bona acta eorum memorat, & gratias agit, ut incitet eos ad talia ſeruentius agenda, quaſi dicens: Ego vos ad futura religioſiſta ſtudia moneo ſed de præteritis beneficiorũ veſtrorum ſtudiis gaudeo & [gauisus ſum vehementer,] nõ in domino quod promiſiſtis, ſed [in domino,] qui vobis inſpirauit hanc charitatẽ, & reddidit remunc-

ationem. [quoniam tandem .i. poſt multa tempora, aliquando, id eſt, aliquo tempore, quia non omni potuiſtis: reſloruiſtis, id eſt, priſtinum largitatis florem reſumpſiſtis, ut aliqua daretis mihi ſicut olim dare ſolebatis. Largitio enim eſt ſlos, quia inde fruãtũ æternæ vitæ procedit. Et ab hoc flore quadã ſterilitate marcueratis, ac velut hyemis frigore torpueratis. Sed nũc velut aſtro flante ſancto ſpiritu ver ad corda veſtra rediit, & reſloruiſtis velut bonæ arborum. Reſloruiſtis [ſentire pro me, id eſt, compati mihi pro me, quia mihi prodeſt veſtra compaſſio. Sentire pro me .i. ut ſentiretis quod me pũgebat, [ſicut &] priũ ſentiebatis miniſtrãtes mihi. Nec aliqua mala cauſa hoc intermiſiſtis, ſed [occupati eratis & impediti aliquibus aduerſis vel actionibus. Imprudẽter delinquentes Galatas apertẽ increpat ſuperius, dicens, O inſenſati Galatæ, quis vos ſaſcinãuit? Nunc verò culpa iſtorum verecundantium quaſi compatiens reprehendit, ut & illorum culpas increpatione teget, & horum negligentiam ſermo mollior velaret. Similiter vnusquisque rector eccleſiæ iuxta modum culpæ debet vnũquemque rationabili diſcretionem increpare. Gauisus ſum & reſloruiſtis. [Non quaſi propter penuriam hoc dico, id eſt, non dico me gauisum eſſe quaſi propter penuriam meã, quem conſolati eſtis: quia non propter anguſtiam meam quæ relaxata eſt ſed propter affectum veſtrum gaudeo. Vel non dico iſta quaſi propter penuriam meam adhuc releuandam, ut per hæc dicta vos inuitare ſtudeam, ut iterum ſuppleatis inopiam meã. [Ego enim didici] & a deo & ab vſu quotidiano [eſſe ſufficiens, id eſt, contentũ rebus [in quibus ſum] ſive paruis, ſive magnis. Nã [ & humiliari] paupertate [ſcio,] quia non inde frangor: [ & abundare] rebus [ſcio,] quia non inde erigor. [Vbi que, id eſt, in omni loco, ſive Romæ, ſive alibi, ſive corã principibus ſive aliis ſim poſitus, [ & in omnibus .i. in omni genere rerum] inſtitutus ſum] & doctus a deo. ſcilicet [ & ſatiari,] ne noceat ſatietas: [ & eſurire] tolerabiliter, [ & abundare] humiliter, [ & penuriam pati] moderanter. Hæc ſcio, & poſſum exequi omnia iſta, eo confortante qui docuit. Magna ſcientia eſt, ſcire humiliari & abundare, ſatiari & eſurire, abundare & penuriam pati. Quem enim penuria ſua non frangit, a gratiarum actione non retrahit, in rerũ temporaliũ deſiderio non accendit, ſcit humiliari. Hoc enim loco Apoſtolus humiliari dicit penuriam pati. Nam ſtatim ecõtrario ſubiunxit, ſcio & abundare. Qui enim acceptis rebus nõ extollitur, qui per eas ad vſum vanæ gloriæ nõ intorquetur, qui ſolus nõ poſidet quod accepit, ſed hoc cũ indigẽtibz miſericorditer diuidit, ſcit abundare. Qui acceptis alimentis non ad ingurgitationem ventris vitur, ſed ad reparationẽ virtutis, nec plus carni tribuit quã neceſſitas petit, ſcit ſatiari. Qui alimẽtorũ inopiã ſine murmuratiõne tolerat, nec pro neceſſitate viã aliquid agit vnde anima peccati laqueũ incurrat, ſcit eſurire. Quem ergo nec in abundantiã ſuperbia eleuat, nec in neceſſitate cupiditas irrat, nouit abundare, nouit penuriam pati. Vbi cũ ſtatim Apoſtolus ſubderet, [omnia poſ-

Galat. 3.

B

C

sum,] adiunxit [in eo qui me confortat.] Ecce in altum ramus producitur, ſed quia in radice ſe tenet, in viriditate permanſit. In altũ enim ſurgens areſceret, ſi ſe a radice diuiſiſſet. Sibi enim nihil tribuit, qui omnia ſe poſſe non in ſe, ſed in domino qui ſe confortat, fatetur. Ego quidẽ inquit, hæc omnia ſcio & poſſum: ſed [tamen] vos [bene feciſtis] quantum ad vos, qui quod iuſtum eſt expleuiſtis, [cõmunicantes] veſtra bona [tribulationi meæ.] Inde mihi placet actio veſtra, quia bene egiſtis miniſtrantes mihi miſericorditer in afflictione meã, non quia mihi res miſiſtis quibus carere poſſem.

*Scitis autẽ & vos Philippenses, quòd in principio euangelij quando proſectus ſum ad Macedoniã, nulla mihi eccleſia cõmunicauit in ratione dati & accepti, niſi vos ſoli, quia & Theſſalonicã ſemel & bis in vſum mihi miſiſtis. Non quia quæro datũ, ſed requiro fruãtũ abundantem in ratione veſtra. Habeo autẽ omnia & abũdo, repletus ſum acceptis ab Epaphrodito quæ miſiſtis in odorem ſuauiſſimũ, hoſtiã acceptam, placẽtem deo. Deus autem meus impleat omne deſiderium veſtrum ſecundum diuitias ſuas in gloria in Chriſto Ieſu. Deo autẽ & patri noſtro gloria in ſecula ſeculorum, Amẽ.*

Vos communicatiſtis & nunc & olim mihi res veſtras, ſed alij non. Nam [ſcitis & vos Philippenses,] ſicut & alij & plures, [quòd in principio euangelij, id eſt, quando prius prædicaui vobis euangelii, [nulla eccleſia] niſi veſtra [cõmunicauit mihi in ratione dati & accepti, id eſt ut rationabiliter conſiderat quod deberet dare carnalia, qui accipiebat ſpiritualia, iuxta illud: Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt ſi veſtra carnalia metamus: [Vos ſoli] communicatiſtis, [quia] non tantũ cum eſſem præſens apud vos, hoc feciſtis: ſed [ & Theſſalonicam .i. apud illam urbem morãti] [miſiſtis mihi] de rebus veſtris [in vſum ſemel &] iterũ. Hoc memorat Apoſtolus, ut quaſi laude digni magis ſtudeant prædicatoribz miniſtrare, & ne illi putarent eum fuiſſe oblitũ charitatis ſæpe ſibi impenſæ. Qui ab eis hæc nõ refutabat, quia non idcirco dabant, ut vellent eum vitis ſuis parcere. A cæteris verò non accipiebat, ne autoritatẽ ſibi correctionis minueret & ne forte illis eſſet graue, cibum ei corporalem impendere. Dico (inquit) vos bene feciſſe, nõ ut ego implear, ſed ne vos inanes ſitis. Et hoc eſt: [Nõ dico ideo, [quia quæro datum] veſtrũ, ſed requiro fruãtũ] dati [abundantem in ratione veſtra,] non meã. Datum eſt res ipſa quæ impenditur, veluti nũmus, cibus, veſtis. Fruãtũ veſtri dati eſt, ſi benigna mente futuræ mercedis ſtudio aliquid impẽdatur. Ergo datum in re accipimus, fruãtũ in corde. Vnde & idem fruãtũ

1. Cor. 9.

**G**in ratione, id est, in cordis lumine, debet abundare. Vel in ratione eorum debet abundare, ut cum ratione de suis actibus deo reddiderint, abundet eis fructus iustitiae. Quia igitur discipulorum suorum Apostolus mercede potius quam munere pascebatur, nequaquam datum, sed fructum se querere fatetur. Vnde & subdit protinus, dicens: [Habeo autem omnia & abundo.] Quasi dicens: Non quero datum, sed habeo omnia, quia deum habeo, in quo omnia possideo: & abundo non in vno, ut in alio egeam, sed [repletus sum,] quonia nihil deest timentibus deum. Repletus sum, etsi nihil dedissetis: sed [acceptis ab Epaphrodito] vestris muneribus, [quae misistis] mihi [in odore suauitatis, hostiam acceptam,] placentem deo, id est, quae placeret deo ut suauissimus odor purae orationis. Quod enim odor sit oratio, testatur Ioannes, ubi se vidisse refert seniores habentes phialas aureas plenas odoramentorum, quae sunt orationes sanctorum. Sed & istorum munera dicuntur nunc odor suauitatis, quia orant pro eis, sicut scriptum est: Conclude eleemosynam in corde pauperis, & haec pro te

Psal. 23.

Apo. 5.

Eccle. 29

**H**exorabit ab omni malo. Sunt & hostia, quia data sunt ab eis, ut vincerent hostes suos, vel quia vicerant. Et haec hostia accepta est deo & placens, quia deus accepit eam placite. Vos me repleuistis vestris bonis, sed deus me repleat vos suis. Proprio exemplo declarat Apostolus quia pro his orare debemus, a quibus temporalia bona percipimus. Deus [omne desiderium vestrum impleat,] largiendo bona omnia, quae desideratis, ut nihil vobis desit ex his quae optatis. Et hoc faciat [secundum diuitias suas. i. secundum quod ipse est diues, & plus dare potest quam quis mereatur. Impleat (dico) vestrum desiderium, non in terrenis, sed in gloria] supernae felicitatis, & hoc [in Christo Iesu,] ut in eo pereniter deliciis affluatis. Cuius beneficiis non sumus ingrati, sed gratias ei semper & laudes referam, scilicet [de]o qui nos creauit, [et patri nostro] qui nos in filios adoptauit, sit [gloria:] & non ad horam, sed in secula seculorum, id est, in aeternum. [amen.]

*Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. Salutant vos qui mecum sunt, fratres. Salutant vos omnes sancti, maxime autem qui de Caesaris domo sunt.*

[Salutate,] inquit, [omnem] apud vos manentem [sanctum in Christo Iesu, id est, qui non in lege, sed in Christo sanctus est, & nihil sanctitatis nisi in Christo habet & a Christo.] [Vos] autem [salutate] fratres. i. filij catholicae matris ecclesiae, [qui mecum sunt. i. morantur. Nec ipsi solum, sed & [omnes sancti] qui sunt Romae. Oes quidem vos salutant, sed maxime illi qui sunt de domo Caesaris. i. Neronis. In hoc multum confirmat eos fide, dum ostendit eos precipue diligere & specialiter salutari ab his, qui Christianae religioni iam deseruierunt in domo Caesaris. Nec ultra debere tribulationes metuere, quasi graues & diu permanfuras, cum iam consiliarij & amici imperatoris sunt Christiani.]

*Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. amen.*

[Gratia Christi Iesu domini nostri sit cum spiritu vestro,] ut quod spiritus per liberum arbitrium bene voluerit, adiuuante gratia possit implere, ne sitis generatio quae non direxit cor suum, & non est creditus cum deo spiritus eius. Cum deo enim debet credi spiritus noster, quia nisi crediderimus quod spiritus nostrae voluntatis per se ipsum nihil potest sine adiutorio gratiae dei, nihil vnquam boni facere poterimus. [Amen.]

Epistolae ad Philipenses finis.

## PRAEFATIO IN EPISTOLAM PAULI AD COLOSSENSIS.

**E**t ciuitas in Asia nomine Colossae, vnde Colossenses dicuntur. His non ipse Apostolus praedicauit, sed eius discipuli Epaphras & Archippus, quando ex his originem ducebant. Epaphras enim quae a Paulo didicerat praedicans eis, conuertit illos, & factus est apostolus eorum, Archippus vero episcopatum super eos accepit. Superuenientibus autem pseudo apostolis, & carnalibus obseruantias praedicantibus, dubium fuit quibus potius credendum esset. Vnde Paulus cuius autoritas celebris erat, quasi medius iudicat quae pars sit potius tenenda. Describit autem Christum & eius beneficia, quomodo est sufficiens ad omnia: carnalia vero omnino improbat, ut deinceps sincere fidem Christi teneant. Instruit & moraliter, confirmans quod illi docuerant. Vnde fit ut haec epistola magnam affinitatem & similitudinem habeat cum illa quae est ad Ephesios. In illa quippe & in ista simili modo commendatur eminentia diuinorum beneficiorum, & carnalium obseruatio legis destruitur, & mores dei instruitur.

EPISTOLAE PAULI  
ad Colossenses.  
CAPVT I.

*Aulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, et Timotheus frater, his qui sunt Colossis, sanctis et fidelibus fratribus in*

*Christo Iesu. Gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino Iesu Christo.*

**Q**uia Paulus apostolus gentium constitutus erat, ideo istis qui gentiles erant, pure se scribit apostolum, licet eis per se non praedicauerat, sed per discipulos suos. Nam & istis erat apostolus. At contra in epistola quam scripsit Hebraeis, non se dixit apostolum, quia non erat apostolus Hebraeorum, sed gentilium. [Paulus] cuius dicta sunt authentica, quia est [apostolus, id est, legatus Iesu Christi: & hoc non per sua merita vel per humanam electionem, sed per voluntatem dei, contra cuius voluntatem faciunt pseudo apostoli.] [et Timotheus frater,] qui est vir magnae autoritatis, mandant ea quae sequuntur [his qui sunt Colossis,] non quidem idololatri, sed [sanctis & fidelibus] fratribus, id est, maioribus & minoribus Christianis. Sanctis, id est, in diuina religione promotis: & fidelibus, id est, qui iam fidem habent, sed nondum in sancta conuersione sunt promoti. Vel eisdem sanctis & fidelibus, id est, bonos mores & fidem habentibus, & hoc [in Christo Iesu, id est, in Christi gratia non in lege]

**A** in legis obseruantia, nec in viribus liberi arbitrij. Quid volunt aut quid petunt? ut [gratia vobis] sit [et pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo.]

*Gratias agimus deo et patri domini nostri Iesu Christi, semper pro vobis orantes, audientes fidem vestram in Christo Iesu et dilectionem, quam habetis in sanctos omnes, propter spem quae reposita est vobis in caelis, quam audistis in verbo veritatis euangelij, quod peruenit ad vos, sicut et vniuerso mundo est et fructificat, et crescit: sicut et in vobis ex ea die, qua audistis et cognouistis gratiam dei in veritate, sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu, qui etiam manifestauit nobis, dilectionem vestram in spiritu.*

**A** gratiarum actione inchoat, ut eos sibi beneuolus reddat, & ad gratias deo semper agendas pro acceptis beneficiis accendit. Scribit autem a Roma. [Gratias, inquit, agimus] ego & Timotheus. i. gratiosas laudes referimus deo, quia vobis omnia dedit bona quae habetis. Ideo gratias illi agimus, non vobis. Gratias agimus [de]o id est, creatori Iesu Christi, secundum quod homo est: [et patri] eiusdem [Christi Iesu domini nostri,] secundum quod deus est, qui per eundem mediatorem vobis omnia tribuit. Nos dico, [semper orantes pro vobis,] ut crescatis & proficiatis die ac nocte, vel quoties oramur. Gratias agimus, [audientes. i. quia audiui] [fidem vestram esse in Christo Iesu,] quia & fides vestra donum dei est. Alioquin non essent illi agendae gratiae pro ea, & quia audiui [dilectionem quam habetis] non ociosam, sed bonis operibus redundantem, non in quosdam [sanctos,] [sed in omnes,] quoniam beneficia vestrae charitatis abundant in eos, quos viuere sancte nostis. Ideoque gratias illi referimus, qui vobis talem inspirauit charitatem. Et haec non propter humanam laudem, sed [propter spem] quae vobis est in caelis reposita,] quae non apparet modo, sed tamen est vobis in caelis, tutoque loco seruetur: hoc est, propter vitam perennem, quam vos in caelis assecuturos speratis. Et quomodo res tam laetens speratur? [Quam audistis, inquit. i. quia audistis illam] [in verbo veritatis]. Vel quia spem non habetis a vobis, sed a deo: quia in verbo. i. in praedicatione non falsitatis, sed veritatis: nec cuiuslibet veritatis, sed] euangelij, id est, boni nuncij, quo annunciat deus homo factus esse ut homines deos faceret, id est, angelis pares. & ne ipsi dissimularent se euangelium audisse, quasi non esset eis praedicatum, sed alios audisse inde tenuiter loqui, quibus fuerat praedicatum, addit: [Quod] euangelium [peruenit ad vos,] sub-

**A**uditur, etsi non per me, tamen per eos qui didicerant a me sicque veritas vos non latuit. Rursum ne illi superbirent quasi ad eos peruenisset euangelium, & ceteras gentes deuitasset, subdit: Ita peruenit ad vos. [sicut & in vniuerso mundo. i. non solum vos audistis illud, sed & omnis mundus: quia non est aliquod mundi regnum, in quo Christi nomen non sit praedicatum. Vel ita pure & vere peruenit ad vos, sicut per me & alios venit in vniuersum mundum, & adhuc est & manet in eo. i. non minus est vobis factum quam aliis ecclesiis. & cum sit in mundo euangelium [fructificat] ibi per bona opera intellectus. [et crescit] augmento scientiae & numero fidelium non quod plus habeant alij quam vos, sed ita est factum, illis, [sicut & in vobis.] Et ideo nihil debetis superaddere vel mutare, sed ita ut didicistis euangelium sincere seruare quod totum seruat mundus, ne vos solum dissentiat quod vniuerso orbe. Sicut in orbe terrarum, ita & in vobis est & fructificat & crescit [ex ea die qua audistis] illud, quia non fuistis rebelles, sed mox credere coepistis & fructificare. vel in die. i. illuminatio ne cordis audistis credendo, [et cognouistis] discernendo [gratiam dei. i. remissionem peccatorum & cetera dei dona gratuita] [in veritate,] non in fictione: quia veraciter dat ea deus, non fingitur dare. vel in veritate praedicationis ea cognouistis, [sicut didicistis ab Epaphra.] Epaphras magistro non vili, sed [charissimo, & conseruo nostro,] quia nobiscum in praedicatione seruit domino Christo. Cuius doctrinam non debetis spernere, sed honorare & seruare: quia est non subdolum, sed [fidelis minister Iesu Christi. i. dona Christi ministrans in praedicatione vobis, vel bona vestra offerens Christo, fidelis minister est] [pro vobis,] non pro suis, qui non vestra querit sed vos: non res vestras cupit acquirere, sed vos deo adiungere. Quorum salutem desideras coepit doctrinam meam vobis praedicare, [Qui & manifestauit nobis] relatione sua [dilectionem vestram] ad deum & proximum esse fundatam [in spiritu] sancto, non in carne dilectionem vestram nobis intumuit, quae non est in affectu carnis, sed in gratia spiritus sancti.

*Ideo et nos ex qua die audiui, non cessamus pro vobis orantes et postulantes, ut impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia et intellectu spirituali, ut ambuletis digne deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, et crescentes in scientia dei, in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius, in omni patientia et longanimitate, cum gaudio gratias agentes*

**G** deo patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suae.

Epaphras nobis nunciauit dilectionem vestra spirituali. [Ideo] non solum ipse Epaphras, sed & nos ex ea die qua hoc audiimus, non cessamus orantes] humili affectu & pia deuotione [pro vobis, & postulantes] quasi quadam audacia pro meritis vestris assumpta. Hoc scilicet oramus & postulamus incessanter a deo pro vobis [vt impleamini agnitione voluntatis eius, id est, vt plene cognoscatis quid ipse velit & quid non Magnum est, plene scire quid deus velit in omnibus rebus actiuae vitae vel contemplatiuae. Modo tamen consequenter exponitur per partes quid ipse velit. Agnoscatis (inquam) voluntatem eius [in omni sapientia] rerum, quae actiuae vitae sunt, [& intellectu spirituali, id est, cognitione

**H** spiritualium rerum. vel in omni sapientia diuinorum atque caelestium, & intellectu spirituali sacrarum scripturarum. vt vos [ambuletis digne deo, id est, agatis ita vt digni sitis deum accipere premium: vel ambuletis vt deum deceat ambulatione vestra, [per omnia] quae egeritis [placetes] ei. Ita scilicet, vt sitis non in quodam, sed [in omni opere bono fructificantes] multipliciter in maius, & per hoc bonorum operum merita [crefcentes, in scientia dei,] in cognitione deitatis sensu spirituali, iuxta illud, A mandatis tuis intellexi. Bona enim operatio sensum mentis illuminat. Vos dico, [cortati] in deo [in omni virtute, id est, fortes & constantes effecti in charitate, & iusti in sanctitate & caeteris similibus, & hoc [secundum potentiam charitatis eius, id est, secundum quod potest vos fortes reddere claritas eius, qua illuminantur electorum mentes, vt clarum dei notitiam habeant, & omnia clare discernere valeant, vt iam nullatenus ad peccati consensum flecti queant sed semper quod bonum est faciant. Dixi vt in omni virtute sitis fortes scilicet [in omni patientia,] vt fortiter omnia

**Psal. 118.**

**I** aduersa sustineatis per patientiam. Non enim in quadam patientia rogo vos esse fortes, vt quaedam patienter sufferatis, & quaedam non sufferatis: sed potius in omni patientia, vt videlicet omnia molestiarum genera patienter pro deo sustineatis. & in omni [longanimitate, id est, longa animi perseverantia, in aduersitatum toleratione & promissorum caelestium expectatione. Patientiam enim addenda est longanimitas, ne quis postquam per aliquod temporis spatium seruauerit patientiam, deficiat in aduersis, vel fastidiat tam longam patientiam obseruantiam, & incipiat impatienter agere, sed potius per longanimitatem patienter omnia toleret [vt in finem. & hanc patientiam atque longanimitatem seruate [cum gaudio,] vel non sitis inter aduersa quae patimini tristes, sed potius sitis spe gaudetes, dum fueritis in tribulatione patientes. Non enim contristari, sed gaudere debetis, si contigerit vt propter iustitiam aduersa toleretis. Vos dico, [agete gratias deo patri,] qui tanta nobis beneficia contulit, vt co-

fortes sanctorum nos faceret, hoc est, nolite contra deum murmurare, quia vos finit in praesenti seculo aduersa tolerare, sed gratias illi agite semper, quia vos dignatus est in numero sanctorum computare, vt cum eo perenniter possitis regnare. Gratias illi exultanter agite, [qui nos] per suam [fecit dignos] transire [in partem, id est, in participationem] sortis, id est, aeternae hereditatis [sanctorum in lumine, id est, in claritate diuisionis, vt aeternaliter irradiemur splendore maiestatis eius. Sors enim vocatur hereditas, quando non meritis humanis, sed electione diuina datur: sanctis patriarchis & prophetis. Et partem huius sortis nos habere deus voluit, vt cum sanctis patribus hereditatem possideremus in lumine viuentium. Vel dei voluntas in humano genere sors est, apud quem non est iniquitas. Non enim ille personas accipit, sed occulta illius sors est unicuique hominum. Sortis nomine designatur gratia qua saluamur, qua in sorte non est electio, sed voluntas dei. Nam vbi dicitur, iste non facit, merita considerantur electio est, non sors. Quando autem deus nulla merita nostra inuenit, sorte voluntatis suae nos fecit quia voluit non quia digni fuimus. hoc est sors. Et in partem sortis huius nos, qui eramus indigni, fecit ipse misericorditer dignos, quod ad fidem vocauit non solum ex Iudaeis, sed & ex gentibus. Et hoc fecit in lumine, quo mentes nostras illustrauit vt cognosceremus eum & verba praedicatorum eius intelligeremus. Fecit autem hoc modo nos dignos, quia scilicet [eripuit nos, id est, potenter extraxit] de potestate tenebrarum, id est, daemorum qui nobis dominabatur intrinsecus, dum caecitas infidelitatis & ignorantiae, vel peccatorum obscuritas in nobis adhuc esset. Et potestate huiusmodi tenebrarum, id est, malignorum angelorum, ne nos in nocte suae damnationis sine fine possideret, eripuit nos deus pater: in baptismo delens peccata nostra, per quae illi potestatem habebant in nobis, & transtulit in regnum filij [sui in ecclesiam Christi, de qua dictum est, quia mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. Transtulit (inquam) nos in regnum filij [dilectionis suae,] vt per fidem & opera bona regnaret in nobis filius eius. Sed quid est, dilectionis suae? Si enim in diuina trinitate non est alia dilectio nisi spiritus sanctus, profecto Christus in hoc loco non solius patris, sed & spiritus sancti filius inuenitur. Quod si hoc absurdissimum est, restat vt non solus ibi sit dilectio spiritus sanctus: quod autem dictum est, filij dilectionis suae, nihil intelligatur aliud, quam filij sui dilecti, quae filij postremo substantiae suae Charitas enim vel dilectio patris, quae in natura est ineffabiliter simplici, nihil est aliud quam eius ipse natura atque substantia: ac per hoc filius charitatis siue dilectionis eius nullus est alius, quam qui de substantia eius genitus est. In regnum filij dilectionis suae dicitur nos transtulisse, vt intelligamus quia nos quoque diliget, si perseveramus esse regnum filij sui, quem ipse naturaliter & ineffabiliter diligit, id est, si peccatum in nobis amplius non regnauerit. Vbi enim peccatum regnare incipit, ibi Christus regnare desinit.

**Rom. 6.**

In

**A** In quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum, qui est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creatura.

In regnum filij sui nos transtulit, [in quo] filio [habemus redemptionem] de potestate diaboli, [& remissionem peccatorum.] In hac enim redemptionem tanquam precium pro nobis datus est sanguis Christi. Quo accepto diabolus non ditatus est, sed necatus, vt nos ab eius nexibus solueremur, nec quem eorum secum, quos Christus ab omni debito liber, indebitum suo suo sanguine redemisset, peccatorum rebus ob uoluntate traheret ad secundam ac sempiternam mortis exitium. Tunc enim sanguis ille, quoniam eius erat, qui nullum omnino habebat peccatum, ad remissionem nostrorum fusus est peccatorum, vt quia eos diabolus merito tenebat, quos peccati reos conditione mortis obstrinxerat, hos per eum merito dimitteret, quem nullius peccati reum immerita poena mortis affecit, hac enim iustitia & hoc vinculo victus est ille fortis, vt uasa eius eriperentur, vel homines quos tenebat, liberarentur. Sic habemus in Christo redemptionem & remissionem, quae in baptismo consecuti sumus, destructa potestate diaboli, & restituta libertate nostri arbitrij. Vel transtulit nos deo in regnum filij dilectionis suae. i. transtulit nos iam per spem in caelum, quia conresuscitauit & confedere fecit in caelestibus in Christo. In quo per spem similiter habemus redemptionem, id est, liberationem ab his miseriis & afflictionibus, quas nunc patimur: & per rei exhibitionem habemus iam in illo peccatorum remissionem, quia & semel in baptismo per effusionem sui sanguinis deleuit peccata nostra, & quotidie (si peccamus) non indigemus aliis hostiis. unde patet quia legales hostiae non amplius offerenda sunt, quia nullam omnino iam utilitatem praestant. [Qui] Christus secundum diuinitatem [est imago Dei inuisibilis,] & omnimoda similitudo patris, sicut ait: Qui me videt, videt & patrem. Nam sicut per contemplationem cuiuslibet imaginis datur nobis eius notitia, cuius illa imago est, licet ipse absens & nunquam visus a nobis, sic & apostoli videntes filium, intellexerunt patrem, qui corporaliter eius non apparebat. Et nos quidem sumus imago dei, sed filius est aliter eius imago. Nam sicut imago imperatoris aliter est in nummo, & aliter in filio: sic & imago dei aliter in filio, qui est consubstantialis & coequalis atque coaeternus, & aliter in homine qui est creatura. Et notandum quod admirabiliter commendat Apostolus excellentiam Christi in vtraque natura, nunc de diuinitate, & nunc de humanitate eius sententiam proferens, vt hunc solum ad iustificationem & ad aeternam salutem sine legis operibus sufficere cunctis credentibus ostendat. Nam de diuinitate eius sententiam protulit, dicens quia pater transtulit nos in regnum filij dilectionis suae. Et de humanitate eius subiunxit, quia in ipso habemus redemptionem & remissionem peccatorum. Item secundum formam dei dixit, quia ipse est imago dei inuisibilis. Nunc secundum formam

serui subiungit, quia est [primogenitus omnis] creaturae.] Nam secundum formam dei, non est primogenitus, sed vnigenitus. secundum formam vero serui, ipse est primogenitus in multis fratribus. In substantia diuinitatis est vnigenitus, in susceptione humanitatis primogenitus in gratia. Primogenitus ergo dicitur omnis creaturae, quia sicut primogenitus omnium fratrum primatum dignitatis obtinet inter omnes fratres, sic humanitas Christi primatum dignitatis obtinet inter omnes creaturas, vt sedeat cum principibus & solum gloriae teneat.

**1. Reg. 2.**

*Quoniam in ipso condita sunt vniuersa in caelis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant, & ipse est caput corporis ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenens. Quia & in ipso complacuit, omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipso, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quae in caelis, siue quae in terris sunt.*

**1. Cor. 15**

**E**

**Psal. 103**

**F**

**Psal. 9.**

can-





**G** euangelij, [factus sum minister,] id est, ministrator & prædicator, [ego Paulus,] qui tãtã famã tantãq; sum autoritatis. Et etiam potestis scire quia verum est, atq; firmiter illud debetis retinere & illi obedire. Factus sum eius minister, qui nunc] pro eius annunciatione constrictus vinculis & Romę retentus, [gaudeo in passionibus,] quia inde proficiunt credẽtes. Gaudeo (inquam) in passionibus [pro vobis] confirmãdis in veritate euangelij: ] & adimpleo ea quæ defunt passionũ Christi in carne mea. i. ea quæ Christus in carne sua minus pertulit, ego in carne mea perfero, p multiplicando [corpore eius, quod est ecclesia.] Passiones enim Christi non sunt in solo Christo, imò passiones Christi nõ sunt nisi in Christo. Si enim Christum intelligamus caput & corpus, passiones Christi non sunt nisi in Christo. Si autem Christum intelligamus solum caput, passiones Christi non sunt in solo Christo. Nam Apostolus, adimpleo, inquit, ea quæ defunt passionum, non mearũ, sed Christi: in carne non iam Christi, sed mea. Patitur (inquit) Christus adhuc passiones, non in carne sua in qua ascendit in cælum, sed in carne mea quæ adhuc laborat in terra. Quisquis ergo es in membris Christi, quicquid pateris ab eis, qui nõ sunt in membris Christi, deerat passionibus Christi. Ideo additur, quia deerat, mẽsuram adimplens, non superfundens. Tantum pateris, quantum ex passionibus tuis inferendum erat vniuersæ passioni Christi, qui passus est in capite nostro, & patitur in mẽbris suis. i. in nobis ipsis. Ad cõmunẽ hanc quasi rempublicam nostrã, quisque pro modulo nostro exolumus quod debemus & passione virium nostrarum quasi canonẽ passionũ nostrarũ inferimus. Paritio plenaria nõ erit passionũ omnĩũ, nisi cùm seculum finitũ fuerit. Adimpleo, inquit, ea quæ defunt. Cui defunt? Passionibus Christi. Et vbi defunt? In carne mea. Nã in carne Christi quã virgo peperit, nihil passionũ deest, sed omnes in illa passiones sunt impletæ: sed adhuc restat

**I** pars passionũ eius in mea carne, quas quotidie tolero pro vniuersali corpore eius, quod est ecclesia. Si enim ab eruditione fidelium cessarem has passiones ab infidelibus non sustinerẽ, sed quia semper ecclesiæ studeo prodesse, semper aduersa cogor tolerare. [Cuius ecclesiæ factus sum ego minister. i. officium accepi vt ei verbũ vitæ ministrẽ: & hoc nõ dispositione hominũ, vel vsurpatione mea siue merito meo, sed] secundum dispensationẽ] dei. i. secundum quod mihi dei gratia ordinauit. Vel factus sum minister ecclesiæ secundũ dispensationem dei. i. vt ei dispensem cibaria domini mei. [Quæ dispensatio] data est mihi in vobis,] quia tantundẽ valet quod per meos discipulos cibũ vitæ vobis dispensaui, quantũ si per me id fecissem. Vel in vobis, quia in cunctis gentibus est mihi data, & vos estis gẽtes. Idcirco data est mihi, [vt impleam verbum dei] .i. impleam quod deus ordinauit de vobis, & quod in secreto cõsilij sui locutus est ante secula de salute vestra, ne putetis salutẽ gentibus nõ fuisse promissam. Nam in secreto sapientiæ suę, vel in prophetis locutus est bona de vobis. Et hoc verbũ implere studeo, dum vos ad pro-

missam salutẽ festinare moneo. Vel impleo verbum dei. i. verbũ prædicationis, quod Christus annunciare per seipsum cœpit: id adimpleo. per ministerium meæ prædicationis: quia in doctrina mea perficitur quicquid minus in scripturis sanctis dictũ fuerat. i. omnis perfectio iustitiæ & sapientiæ quã mortales adipisci valẽt, cõpletur in mea prædicatione. Adimpleo verbum. i. mysterium: hoc est, secretũ occultũ redẽptionis humanæ per incarnationẽ ac mortem filij dei, per quã gentes illuminatæ sunt, & credentibus Iudæis sociatæ & coæquatæ, cæteri verò Iudæi excæcati. [Quod] mysterium [fuit] hominibus [absconditum à seculis. i. ex quo secula esse cœperũt, hoc est, dies succedere nocti, nõxq; diei, & generationibus. i. ex quo generationi generatio successit vsq; ad aduentũ domini. Abscõ-

**Luce. 10.**  
**Matth. 11.**

ditum fuit omnibus tam lōgo mũdi spatio, nisi paucis quibus per spiritũ sanctũ deus hoc reuelauit. Nam etsi nonnulli philosophorum de diuinitate filij dei multa rectẽ dixerũt, nihil tamẽ de incarnatione & morte eius, ac nostra per eã redẽptione cognouerunt. Abscõdit enim deus hoc à sapientibus & prudẽtibus, & reuelauit ea paruulis. Olim quidẽ fuit absconditũ: sed [nũc] tẽpore gratiæ [manifestatũ est] non cunctis hominibus, sed [sanctis eius:] nec his omnibus, sed [quibus voluit deus] ex sola gratia [notas facere. i. notificare] [diuitias gloriæ sacramẽti huius in gentibus,] in quo sunt multa, fides, remissio, iustificatio, coniunctio Iudæorũ & gentilium, dona spiritus sancti, futura beatitudo, & propterea dixi diuitias. [Quod] sacramentum [est] Christus in vobis gentibus. i. Christi incarnatio, passio & resurrectio, per quas facta est humani generis reparatio, & Iudæorũ atque gentilium coæquatio, quod nequit facere carnalis obseruantia legis. Christus dico, existens in vobis [spes gloriæ. i. per eum qui in cordibus vestris habitat, speratis gloriam sempiternam sine carnalibus legis operib⁹. [Quem. i. qualẽ nos eum cunctis] [annunciamus,] quod scilicet gentes sperant per eũ, & cõsequentur gloriam sine lege. Hunc prædicamus, qui gentibus in se creditibus est spes gloriæ & salus æterna, nos] [corripientes. i. increpantes & castigates, nõ solummodo vos, sed etiam] [omnem hominẽ] qui deuiat à tramite fidei vel rectæ agnitionis. Omne hominem, id est, tam Iudæum quàm gentilem, tam nobilem quàm ignobilem, tam diuitẽ quàm pauperẽ, tam liberum quàm seruum, tam marẽ quàm fœminam, sumus corripientes: [ & docetes omnem hominẽ] qui ignorat, docentes (inquam) eum [in omni sapientia,] quæ laudatur in scripturis sanctis, per quam deus agnoscitur & colitur. Quod ideo facimus, [vt exhibeamus. i. præparemus atque reddamus] [omnẽ hominem perfectũ] fide & moribus [in Christo Iesu,] nõ in lege. nihil enim ad perfectũ adduxit lex. Hoc loco declarantur tres gradus actionis, quos magnus Dionysius esse testatur non solum in ecclesiastica, sed etiam in angelica hierarchia. i. sacro principatu, scilicet purgatio & illuminatio & perfectio. Purgatio in his qui corripuntur, illuminatio in his qui docentur, & perfectio in his qui perfecti exhibentur. Homines enim purgantur

**G**gantur à peccatis & errore, & illuminantur doctrina sapientiæ, ac perficiuntur sublimiori virtutum & sapientiæ assequutione. Angeli quoq; purgantur ab ignorantia, & illuminantur diuina scientia, & perficiuntur maiori cognitione eiusdem scientiæ, hos ergo gradus hierarchiæ, id est, sacerdotalis actionis insinuas Apostolus, dicit de se, suisque sociis, quia Christũ annunciamus, corripientes omnem hominẽ, qui scilicet correptione indiget pro quacunque culpa, & docentes in omni sapientia diuinorum omnem hominem qui iam correptus est, & ab errore vel peccatis purgatus. Non enim prius tradenda est homini doctrina sapientiæ, quàm vas cordis eius purgatum sit ad susceptionem illius. Ideo sic corripimus, ac deinde docemus, vt exhibeamus, id est, faciamus omnẽ hominem qui correptus & doctus fuerit, perfectũ in Christo, id est, in Christiana religione. Vel in cælesti patria exhibeamus. i. offeramus eum deo tanquam sacrificium in Christo Iesu perfectũ, id est, bonis omnibus perfectẽ plenum. [In quo, id est, in qua re, scilicet vt corripiam & doceam, & exhibeam deo perfectum omnem hominẽ in Christo, & ego] [laboro. i. laboriosis conatibus aditor, [certado] contra rebelles, adiuuantibus signis quæ deus ad confirmationem adiungit labori meo, [secundum operationem eius,] [scilicet] Christi, [quã ipse operatur in me in virtute] in raculorum, vel in virtute potentis per spiritum sanctum & efficacis sermonis, siue virtute internæ fortitudinis, quæ per spiritum sanctum me corroborabat interius ad cõstantiam prædicandi & bene agendi.

## CAPVT II.

*Olo enim vos scire qualem solitudinem habeã pro vobis & pro his qui sunt Laodicea, & quicumque non viderunt faciem meam in carne, vt consolentur corda ipsorum instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterij Dei patris & Christi Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Hoc autem dico, vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonum. Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum, gaudens & videns ordinem vestrum, & firmitermentum eius quæ in Christo est, fidei vestra. Sicut ergo accepistis Iesum Christũ dominum, in ipso ambulate, radicati & superedificati in ipso & confirmati in fide, sicut & didicistis, abundantes in illo in gratiarum actione.*

Ideo vobis refero me laborare vt omnem hominem corripiam & doceam & perfectum exhibeam, quia] volo vos scire, id est, volo vt sciatis, [qualem solitudinem habeo pro vobis,] quàm curiosus sim de vestra salute, & pro his qui] [sunt] Laodiceę, id est, apud illam ciuitatem vobis affinem, & pro cæteris [quicumque non viderunt faciem meã in carne. i. non putetis me minus sollicitũ esse pro illis quibus in mea persona non prædicaui, quàm pro his quos corporaliter præsens ore proprio docui: vel pro illis quos oculis carnis non video, quã pro his quos præsentia corporali foueo. Ad hoc sum pro illis sollicitus, [vt consolentur. i. consolationem habeant] [corda ipsorum,] dum me paternam sollicitudinẽ erga se habere cognouerint. Pro his (inquam) sollicitus sum, qui non viderunt faciẽ meam in carne, [instructi in charitate, id est, qui me corporaliter non viderunt, & in charitate sunt instructi, vel ad hoc sum sollicitus, vt ipsi in vobis consolentur corda ipsorum. i. corda sua instructi in charitate, quam deus ad nos habuit, qui pro nobis filium tradidit. Qui enim hoc attendit, potest se in hac miseria consolari, quia inde perpẽdit ad patriam se posse reuerti. Qui hoc (inquam) attendit, potest se in aduersis quæ patitur, consolari: quia inde perpendit, quàm iustum sit vt ipse pro peccatis suis flagella patitur, cùm dei filius tanta sine peccato passus sit. Consolentur corda ipsorum, & hoc] in omnes diuitias plenitudinis intellectus. i. tendentiũ in omnes copias pleni intellectus, vt perfectæ de humanis & diuinis habeant intellectũ, sicut & de anima & de supernis spiritibus: atque ita gradatim proficiant] in agnitionem mysterij dei. i. vt agnoscãt illud quod est secretum & à paucis agnitum de essentia dei] [patris &] domini] [Iesu Christi,] vnde sciãt quod vna est vtriusq; substantia, quauis alia patris, alia filij sit persona: & quod pater nõ est prior aut maior, nec filius posterior aut minor patre, sed ambo coæterni sunt & coæquales. Tendant ergo in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionẽ mysterij patris & Christi eius, vt accipiãt agnitionem sacramenti dei in Christo, aduertẽtes has esse diuitias sapientiæ & scientiæ, si agnoscatur Christus in deitatis suæ plenitudine adorandus cum patre. Omne enim mysterium sacramenti dei in Christo est, vt qui eum cognoscit, omniũ notitiam habere videatur. Omnis enim ratio scientiæ supernæ vel terrenæ creature, in eo est qui est caput omnium & actor: vt qui hunc nouit, nihil vltrã quærat, quia hic perfecta virtus est & sapientia: & quicquid alibi quæritur, hic perfecte inuenitur. Quod infideles non putãt, quia nõ legunt in euãgeliis & prophetis astrologiã, & huiusmodi alia quæ deo despecta sunt: quia nihil proficiũt ad salutem, sed nutriunt in errorem: & dũ his student, curam animæ non habent. Qui verò Christum nouit, thesaurum sapientiæ & scientiæ inuenit: quia id nouit, quod vtile est ad omnia. [In quo] scilicet Christo, [sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ.] Sapientia est diuinorum, scientia verò humanorũ, & hæc vtraque. i. diuina & humana, in Christo sunt. Omnia enim quæ pro nobis verbum caro factum,

**G** factū, temporaliter & localiter fecit ac pertulit, secundum hanc distinctionem ad scientiam pertinet, non ad sapientiam. Quod autem verbum sine tempore & sine loco est patri coæternū & vbiq; totū, ad sapientiā pertinet. Ac per hoc verbum caro factum, quod est Christus Iesus, & sapientiæ thesauros habet & sciētīæ. Omnes itaque thesauri & sapientiæ diuinarum atque cælestium rerum, & sciētīę humanarum atque terrestrium sunt in Christo. Sed thesauros istos alij fidelium magis nouerunt in Christo, alij minus, infideles autem prorsus ignorauerunt eos. Sunt enim in Christo [absconditi.] Et ideo ne miremini si iam in Christo estis, & necdum eos inuenistis, vel parum adhuc inuenistis: quia nō omnibus patent, sed eis tantū qui perunt & pulsant. Sed propterea dico vobis de mysterio dei, quod Christo est .i. de mysterio redēptionis humane, quam deus in Christo posuit, & de diuitiis thesaurorum sapientiæ & sciētīæ, quæ in eo sunt absconditæ, [vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonum. i. nec hæreticus aliquis, nec pseudo apostolus, nec gentilis vos à fide Christi separet per sublimem facundiam, quia non est virtus in compositione verborum, sed in sensibus. Nemo vos ratione mundanarū rerum abstrahat à spe, quæ est in conditore ac redemptore: nemo vos argumentis & eloquentia verborum separet à Dei sapiētīa. hortor vos ad agnitionē mysterij dei, ne possitis decipi: quia licet corporaliter non sim inter vos, habeo tamen sollicitudinē pro vobis. [Nam etsi corpore absens sum, sed .i. tamen spiritu. i. sollicitudine & affectu dilectionis [vobiscum sum.] At cōtrā mercenarius, cum sit ouib⁹ corpore præfens, spiritu tamen longe est ab eis, quando veniente lupo fugit, nō mutando locum, sed subtrahendo solatium: quia se sub silentio abscondit dum raptorī cōtradidere nō audeat. Ego sum spiritu vobiscum. i. animo & sollicitudine. Vel spiritu sancto qui in me habitat, & vbiq; præfens est, ac replet orbem terrarum, sum vobiscū. Nā & Elifeus licet corpore abesset, spiritu tamen erat præfens, quādo Giezi percipiebat munera à Naaman Syro, vel quando rex Syriæ contra regem Israël consilia tractabat. Ita ego sum spiritu vobiscum intuens quicquid facitis, vt iam reueramini peruersē agere ī oculis meis, & ad obseruatiā euangelij proniores sitis. Spiritu sum vobiscum, [gaudēs] de profectu vestro [ & videns ordinē vestrum, ] id est, considerās quia inuolabiliter custoditis ordinē sacræ religionis. & vidēs [firmamentū eius fidei vestræ, quæ est in Christo. i. contemplans quia firmam fidē habeatis in Christo. Vtrunque enim aspicio, & ordinem vestræ sanctitatis, & firmitatem vestræ fidei. Cauete ergo ne quid reprehensibile in vobis appareat, cum ego vestram & conuersationem & fidem videam. Et quia ego de ordine quem seruatis, & fide quam tenetis, gaudeo [ergo] nolite inde declinare, sed [sicut] à bonis doctoribus vestris [accepistis Iesum Christum dominum] & Deum, id est, sicut ab eis quemadmodum oportet eum credi & coli didicistis, ita [ambulate, id est, proficite & augmentum facite, atque in interiora tendite [in ip

so,] non extra ipsum, & nolite exorbitare à via rectitudinis quam tenere cœpistis. vos dico, [radicati] sicut bonæ arbores, quantum ad actiuam vitam fructum boni operis afferatis: [ & superædificati] sicut domus dei, quantum ad contemplationē, [in ipso] qui est vitis vera, vnde palmites omnes surgunt: & fundamentum, in quo totum existit ædificium. Nam Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. & perseuerate [confirmati, id est, per omnia firmati atque constantes, [in fide sicut & didicistis,] docente Epaphra vel Archippo, nō sicut pseudo volunt vobis suadere. Vos dico, [abundantes in illo] bonis operibus atq; virtutibus [in gratiarū actione,] vt semper agatis deo gratias de bonis quæ iam ab eo percepistis, & magis ac magis abundare studeatis. Sic enim proderit vobis confirmatos esse in fide. Alioquin fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa.

*Videte ne quis vos decipiat per philosophiā & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundū Christum: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis.*

Moneo vt ambuletis in Christo, & [videte, id est, cauta circūspeditione caute, [ne quis vos decipiat, seducens in aliquem errorem [per philosophiam terrenā, quæ argumentis & subtilitate cōponitur: & fallit, dū verisimilibus causis & commētitiis rebus nihil tam verum æstimatur, quā quod conspicitur in elementis. Quæ nō à deo, sed ab hominib⁹ ordinata est: & ideo cauenda, quia cultrix est mundi, non Dei: & à Christo retrahit, in quo est omnis pfectio, quia habet omnia quæ pater. Videte ergo ne quis vos seducat per philosophiam .i. per mundanā sapientiam, quæ naturalia sequitur & argumētis nititur, & per [inanē fallaciam] pseudo apostolorum. Fallacia enim est, quod de lege dicūt: inanis, quia ī hac falsitate nulla est vtilitas, quod solet esse aliquando in falsis. Quæ fallacia carnalium obseruantiarum est [secundum traditionē hominum, id est, pharisæorū, quibus ait dominus: Irritum fecistis mādatum dei propter traditionem vestram. [secundum elementa mundi, id est secundum cursum solis & lunæ, vt celebratio festiuitatum & sacrificiorum, quæ diuersis temporibus agebatur. [ & non secundum Christum, ] quia quisquis legem adhuc carnaliter obseruandā putat, à Christi veritate discordat. Nā ideo illæ carnales ceremoniæ non possunt iā obseruari, ne in his adhuc venturus promittatur Christus, aut nunquam in eis promissus fuisse credatur. Et propterea nō secundum Christū est iam illa carnalis obseruatio. Vel caute ne quis vos decipiat per philosophiam .i. per philosophicam interpretationem idolorū: & per inanem. i. ab omni vtilitate & omni veritate vacuam fallaciam talium dictorum, quæ est secundum

A secundum traditionē hominum, id est, quasi sapientium, qui quasi prudentius idola exponunt secundum elementa mundi. Iuno (inquit) est aer. Et inuitat vt mare colatur in Neptuno, terra in simulacro Telluris, aer in Iunone. Elementa sunt ista, quibus hic mundus consistit. Non ergo quasi qualescunq; adoratores simulacrorū, sed quasi doctiores interpretores signorū cauendos esse vobis moneo, quia in huiusmodi interpretationibus est inanis fallacia, quæ seducere molitur incautos. Tradiderunt enim philosophi, qui hoc loco vocātur homines, quia se solos putabant ratione vtentes, deum nō posse fieri creaturam, nec hominē posse nasci de virgine, vel mortuū resurgere, considerantes elementa, id est, has visibiles creaturas, in quibus ex commixtione animalia generantur: & quod moritur, nō iterum viuuit. Sed talium dogmatū assertores cauendi sunt, quia sicut humanis rationibus agerent de aliqua creatura, sic agūt de creatore, volentes eū sub legibus humanis con- siderantes potentia, quæ facta est in Christi carne. [Quia in ipso inhabitat] nō quædā pars cælestis gratiæ, sicut in cæteris sanctis, sed [omnis plenitudo diuinitatis] nō vmbra, sicut in templo Salomonis, sed [corporaliter, id est, solide ac veraciter. Non enim ideo corporaliter quod corporalis sit deus: sed ut verbo translato vsus est Apostolus, tanquā in tēplo manu factō nō corporaliter, sed vmbra, sicut in templo habitauerit, id est, præfigurātibus signis. nam omnes illas obseruationes vmbra futurorū vocat, etiā ipso translato vocabulo. summus enim deus, sicut scriptū est, non in manu factis templis habitat aut certe corporaliter dictū est, quia in Christi corpore quod assumpsit ex virgine, tanquam in templo habitat deus. Vnde Iudæis ait de tēplo corporis sui, Soluite templum hoc, & in tri- duo excitabo illud. Quauis igitur in quolibet præcipuo membro velut in aliquo magno propheta vel apostolo diuinitas inhabitet, nō tamē sicut in capite quod est Christus omnis plenitudo diuinitatis. Deus enim qui vbiq; præfens est, & vbiq; totus præfens, non vbiq; habitat, sed in tēplo suo, cui per gratiā benignus est & propitiuus. Capitur autē habitās ab aliis amplius, & ab aliis minus. In Christo enim, qui est caput omnium iustorū, habitat omnis plenitudo diuinitatis, cæteris verò secundum mensurā distribuitur gratia. Nam & in nostro corpore inest sensus singulis mēbris, sed nō tantus quātus in capite, vbi prorsus omnis est quinq; partitus. Ibi enim visus est & auditus & olfactus & gustus & tactus, in cæteris autē solus est tactus. Et etiam præter hoc, quod tanquam in templo in illo corpore habitat omnis plenitudo diuinitatis, est aliud quo interfit inter illud caput & cuiuslibet membri excellentiam: quia de nullo sanctorum potest dici, verbum caro factum est, nec quisquam eorum qualibet præsentia gratiæ vnigeniti nomen accepit. Itaque in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, id est, veraciter. Neque enim diuinitatis corpus est. Sed quia sacramenta veteris testamenti vocat Apostolus vmbra (vt præmisimus) futuro-

rum, propter vmbraum cōparationem, corporaliter dixit habitare in Christo plenitudinem diuinitatis, quod in illo impleantur omnia, quæ illis vmbra figurata sunt, & sit quodammodo vmbraum illarum ipse corpus, id est, figura-tum & significationum ipsarum ille sit veritas. Qui verò dicit carnales obseruantias adhuc neceisarias, dicit Christum non esse corpus vmbraum, nec Deum ad omnia sufficientem. In Christo quidem manet omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & vos [estis in illo repleti] gratia diuinitatis, per quam virtutibus & sanctis operibus abundetis. Nec mirū si in vos per eum transfunditur diuina gratia, qui tantæ excellentiæ est, vt sit [caput omnis principatus & potestatis.] Neque enim est vllus principatus aut vlla potestas in cælo siue in terra, qui ab hoc capite non descendat, & huic capiti subdatur, atque ab hoc capite regatur.

*In quo & circumcisi estis circumcissione non manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcissione Iesu Christi, consepulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitauit illum à mortuis. & vos cum mortui essetis in delictis & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, & expolians principatus & potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso.*

Modò latenter ingreditur Apostolus ostendere, obseruatiā legis esse superfluas, & solam Christi fidem sufficere ad salutem. Vos, inquit, estis in Christo spiritualibus bonis repleti, [in quo & circumcisi estis.] Resurrectio enim Christi, quæ facta est tertio quidem à die passionis, sed octauo in diebus hebdomadis, ipsa vos circumcidit. Resurrexit enim Christus, abstulit vobis desideria carnalia, abstulit concupiscentias malas, abstulit superfluum cum quo nati eratis, & multo peius quod male viuēdo addideratis. Circumcisi in Christo estis [circumcissione non manu] hominis carnaliter [facta in expoliatione corporis carnis, id est, in ablatione superflue cutis, [sed in circumcissione Iesu Christi,] quæ non carnem amputat, sed vitia. Non enim duas res itelligi voluit, quasi & aliud sit caro, & aliud corpus carnis: sed quia corpus multarum rerum nomen est, quarum nulla caro est (nam multa sunt, excepta carne, corpora cælestia & corpora terrestria) corpus carnis, dixit corpus quod caro est, sicut alibi spiritum mentis, eum spiritum qui mens est. Circumcisi, inquit, estis circumcissione, quæ nō est manu, id est, opere humano facta in expoliatione carnis corporis, id est, in am-

Matt. 7.

H

Sapien. 1.

I

4. Re. 5.

E 16.

Ioa. 15.

I. Cor. 3.

Iacob. 2.

L.

I. Cor. 10.

Hebr. 10.

Actu. 7.

Ioa. 2.

Matt. 15.

Ioa. 1.

Hebr. 10.

E

Eph. 2.

F

Eph. 4.

in am-



**G** in amputatione superfluae carnis: sed est facta diuinitus in circūcissione Iesu Christi .i. in resecatione carnalium vitiorum & concupiscentiarū. **Inc. 2.** Circūcisio enim Christi quae octauo die facta est, significauit nos per fidē resurrectionis eius ab omni superfluitate vitiorum fuisse spolios, & in octaua aetate seculi per resurrectionē corporū ab omni labe mortalitatis & corruptionis exuendos. Circūcisi estis spiritualiter circūcissione Christi, [cōsepulti ei in baptismo.] Hęc est enim in vobis circūcisio Christi, vitiis scilicet vos esse mortificatos, vt sepulturæ eius in baptismo participes facti, resurrectionis quoque ipsius incorruptibilitate morum & nouæ conuersationis sitis participes. Trina enim mersio baptismi, imago est triduanæ sepulturæ domini, vt quisquis in aquam velut in sepulchrū deponitur, mortuus sit omnino peccatis, vt possit resurgere virtutibus. [In quo] scilicet Christo, & resurrexistis] à morte animæ post sepulturā baptismi [per fidē,] qua credidistis eum resurrexisse, & vos per eū resurrecturos. Resurrexistis (inquam) per fidem [operationis dei, id est, per hoc quod credidistis operationē quā Deus fecit in eo, [qui suscitauit illū à mortuis. & vos conuiuificauit] atque conresuscitauit, [cum illo, cum essetis] spiritualiter [mortui in delictis,] quæ commiseratis delinquendo bonū, [ & præputio carnis vestræ, id est, carnali immunditia ad quam lapsi fueratis. Præputium enim hęc vocatur illud, quod præputio significatur, hoc est, peccata carnis. Cum ita essetis mortui, conuiuificauit vos Deus cum Christo, id est, resuscitans Christum corporaliter, resuscitauit vos cū eo spiritualiter: donans, id est, dimittens] vobis omnia delicta] tam originalia quàm actualia, ipse [delens chirographum decreti, quod erat aduersum nos.] Non solum enim vobis gentibus delicta donauit, sed & nobis Iudæis præuaricationes quæ sunt ex lege, dimisit. Et hoc est, delens chirographum, &c. Chirographum enim vocatur manualis scriptura, ad alicuius rei memoriam cōmendandam facta. Quod chirographum diuidūt homines, inter quos res, vnde fit chirographum, cōstituitur: & inde partem suā vnusquisque reseruat. Chirographum verò à Deo deletum fuit memoria peccatorum ex legis transgressione venientium, quæ non recebat à mēte Iudæorū & malignorū spirituum. Deleuit ergo chirographum decreti .i. memoriam transgressions, quæ erat ex decreto. i. ex lege. Conscientia enim nostra & diabolus ad accusandum erat memoria illius transgressions: & ita hæc memoria erat aduersum nos, nocens nobis, & nos crucians. Sed hoc reatu per baptismum deletum, nec conscientia nostra iam timet, nec diabolus quod obiciat habet. Quod decretum erat nobis contrarium, id est, reatitudo iustitiæ quæ decreta fuerat in lege, erat contraria prauitati nostrarū præuaricationū: sed p̄ auxiliū nouæ gratiæ cōcordauimus aduersario nostro, id est, legi diuinę, obtēperantes præceptis eius, sicut ait dominus: Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es cum illo in via, id est, esto cōcors & obediens sermoni præceptorum cælestium, qui tuis prauitatibus aduersatur, cito dū

es cum illo in itinere præsentis vite. Vel chirographum, id est, manu scriptum, erat perpetratio præuaricationis Adæ. Quod erat aduersum nos .i. aduersabatur saluti nostræ, & intercludebat nobis ingressum cælestis patriæ. Decretum verò quod erat contrarium nobis, ipsa fuit sententia damnationis nostræ, quæ erat cunctis hominibus aduersa. Sed deleuit Deus hoc chirographum, id est, veteris culpæ cautionē, qua nos diabolus debitores mortis tenebat, ideo chirographum ipsum erat decreti, id est, decretæ damnationis nostræ, qua decretū erat vt iuste teneremur sub hoste captiui, cui nos sponte subdidimus ad cōsensum iniquitatis. Vel decretum dei fuit, De ligno scientiæ boni & mali ne comedas. Huius decreti violati chirographum, id est, memoriam deleuit Deus, quando peccatum primi parentis per sanguinem Christi abluit, & quasi obliuioni tradidit, [ & ipsum tulit de medio. ] Erat enim hoc peccatum inter deum & nos, separans nos à deo: sed deus tulit ipsum de medio, vt possumus adhærere Deo. Ipsum tulit de medio, [affigens illud cruci,] vt sicut à ligno cœperat, ita in ligno finiretur. Crucifixo enim innocente Christo, interemptū est peccatū Adæ. Vel si decretum intelligimus legem Moysi, ipsum deus tulit de medio Iudæorum & gentilium, ne per legē amplius separarentur, sed in Christo fierent vnus populus, affigēs illud cruci, vt iam cesset, postquam omnia sacrificia in oblatione veri agni sunt impleta: sicut nos à lege & à legis præuaricatione liberauit, sic & patres antiquos ab inferis eripuit, ne quis putet eos per legē saluatos. & hoc est quod de filio subditur, cum de patre ageretur, quoniam inseparabilia sunt opera patris & filij. [expolians principatus & potestates, traduxit cōfidenter.] Expolauit enim principatus & potestates dæmonum, auferēdo illis animas iustorum, quas in inferno propter culpam primi parentis detinebāt: & traduxit, id est, trans infernum duxit ad regna cælōrū ipsas ab inferis ereptas sanctorum animas: & hoc confidenter, id est, cum magna fiducia fecit, nō timens dæmones, vt pote qui nullum habebat peccatū. Nec istud quod dicitur, expolians principatus & potestates, repugnat sententiæ qua dictum est, qui est caput omnis potestatis: quia ibi est sermo de bonis principatibus ac potestatibus, hic autem de contrariis. Principatus enim vocantur illi nequam spiritus, qui principantur in vitiis suis, quæ specialiter suggerere consueuerunt: sicut spiritus fornicationis, qui principantur libidinosis: & spiritus superbiæ, qui dominantur superbis. Potestates verò dicuntur illi spiritus, qui habent vim præcipitandi in maiora peccata homines, quibus prævalent per internas eorū cupiditates. Ibi ergo vincuntur inimicę nobis inuisibiles potestates, vbi vincuntur inuisibiles cupiditates. Et ideo si in nobis ipsis vincimus temporalium rerū cupiditates necesse est vt in nobis ipsis vincamus & illum, qui per ipsas cupiditates regnat in homine. Spolauit itaque Christus hos principatus & potestates eripiens illis homines quibus dominabatur, dum per donum sancti spiritus extingueret seculi cupiditates

**A** ditates in cordibus ipsorum hominum, & traduxit easdem cupiditates vel principatus, id est ab his qui ad fidem conuersi sunt, expulit, sicut dixerat: Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. & hoc fecit confidenter, sciens se iustam habere causam: & palam, id est, coram omni populo pendens in cruce, triumphauit, id est, cum gloria vicit [illos in semetipso, id est, in passione proprii corporis, qui postea triumphaturus erat & in martyribus suis.

*Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomenia, aut sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum corpus autem Christi.*

Et siquidem circūcisi spiritualiter estis circūcissione Christi, per quem non egetis circūcissione carnali, ergo nullam aliam carnalem obseruantiam debetis legi, cum istam quæ maior est accipere non debeatis, præsertim quia deus chirographum decreti, id est, legis, sicut supraddictū est, tulit de medio vtriusque plebis, affigens illud cruci, vt iam quasi mortuum cesset. & per triumphū dominicæ passionis à potestate dæmonum liberati sumus, à qua eripi per legē nō valebamus. Cū hæc ita sint, & à seruitute legis per nouæ gratiæ libertatem sitis erepti, igitur nemo .i. nullus pseudo [vos iudicet, id est, iudicabiles & reprehensibiles dicat] in cibo aut in potu, id est, in discretionem ciborum & potuū quod alij sint assumēdi, & alij respuendi: quia quos cibos Iudæi vitant in pecoribus, nos vitamus in moribus: & quos potus illi cauent in liquoribus, nos cauemus in voluntatis affectionibus. Nemo eorum qui magistrōs legis esse se iactāt, vos iudicet in cibo vel in potu, quod alij immundi sint, alij mundi: quoniam omnia munda sunt mundis, coquinatis autem nihil est mundum. aut in parte diei festi,] vt alios dies festos putent, & alios non festos: quia nobis qui in Christū credimus resurgentem, iugis & æterna festiuitas est. aut in parte neomeniæ, id est, calendarū & mēsis noui, quādo decrescens luna finitur, & noctis vmbra tetigitur: quia Christianorū lumen est æternū, & semper solis iustitiæ radiis illustratur. aut in parte sabbatorū, vt non faciant seruire opus & onera non portent: quia nos Christi sumus libertate donati, & onera peccatorum gestare desinimus. *vsq̄* Græce, nouum dicitur Latine, *μην*, luna. Neomenia, noua luna. & nouæ lunæ obseruatio, nouæ vitæ est sanctificatio. Sabbatum verò perpetuū obseruat, qui spe futuræ quietis sanctis est operibus intentus, nec in ipsis bonis actibus suis quasi de propriis & de his quæ non acceperit, gloriatur illum in se operari cognoscens, qui simul operatur & quietus est. Sabbatum enim quod interpretatur requies, significauit requiam, quā animæ sanctorum habent à vitiis in præsentī vita, & quam habituræ sunt corporibus exuta donec resumāt corpora. Quæ omnia [sunt vmbra futurorum,] quia nihil sub veteri testamento carnaliter obseruabatur, quod nō præfigureret aliquid spirituale futurum vel in hac ecclesia, vel in ea quæ iam in cœlis regnare cœpit

corpus autē, id est, solida veritas huius vmbra. **D** est Christi, id est, pertinet ad Christum. Omnia illa sunt vmbra futurorū, in quibus Iudæi iuxta literam hærent, & tenentur in terra: nos vero iuxta spiritum transeamus ad Christum, qui ad distinctionem vmbrae nunc corpus appellatur. Quomodo enim in corpore veritas est, & in corporis vmbra mendacium, sic in spiritali intelligentia mundus omnis cibus & potus, & tota festiuitas, & perpetuæ kalendæ, nec non, æterna requies expectāda est. Vniuersa hæc loquitur Apostolus contra eos, qui credentes ex Iudæis in dominum saluatorem, Iudaicas ceremonias obseruare cupiebant. vnde **Mat. 24.** & adhuc subdit. **Marc. 13.**

*Nemo vos seducat, volens in humilitate, & religione angelorum, quæ nō vidit, ambulans frustra inflatus sensu suæ carnis, & non tenens caput ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum, crescit in augmentum Dei. Si ergo mortui estis cū Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam viuentes in mundo decernitis? Ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque contractaueritis quæ sunt omnia in interitum ipso vsu, secundum præcepta & doctrinas hominum. quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis.*

Ipsi qui de circūcissione venerant, & se Christianos dicebant, iudaizandi consuetudinē nō deserebant, aliosque in errore suum trahere satagebant. Ideo credentibus dicitur de illis. Nemo vos seducat] vel superet .i. nemo vos veritate in errorē trahat, nemo vos in certamine disputationis fraudulenter vincat, vt brauiū vobis supernæ remunerationis tollat, [volens ea quæ non vidit, id est, volens tenere vel suadere carnali legis mandata, quæ nunquam intellexit] in humilitate] literæ] & angelorum religione] atque cultura, vt non seruiatis spiritali intelligentiæ, sed exemplaribus futurorum. Humilitas enim hoc loco nō est illa, quæ laudatur in scripturis: sed illa, quæ deprimit sensum mentis in terrenā atque carnalem intelligentiam. Verè enim humilis sensus & miserāda suspicio est, dominum credere hircorum atque taurorū sanguine delectari, & nidore thymiatis, quæ sepe homines declinamus. Religio angelorū vocatur hoc loco cultura, quæ non deo, sed malignis spiritibus exhibetur. Ex quo enim factum est quod dominus ait, Relinquetur domus vestra deserta, omnis iudaicarum obseruationum cultura destructa est: quascunque offerunt victimas, nō deo offerūt, sed angelis refugis, id est, **Luc. 21.** **Matt. 23.**

**G** spiritibus immundis. Vel in humilitate & religione angelorū, quia huiusmodi sectatores ple runque solent in seipsis humilitatem & religionem angelorū ostendere, vt citius credatur eis quasi sanctissimis. Angelos enim iuxta hunc sensum vel caelestes spiritus, vel sanctos praedicatorum intelligim⁹. Nemo ita religiosum se fingens, seducat vos, [ambulans frustra. i. facies in vacuum & sine utilitate quicquid facit, qui infideliter cūcta facit: [inflatus sensu carnis suę. i. carnaliter cuncta intelligens, & traditionū iudaicarū deliramenta perquirens, atque ex earū notitia tumens [ & non tenens caput ] omnium scripturarū atque scientiarū. i. Christum qui est dei sapiētia, & est caput ecclesiae sanctorum: & quia non tenet Christum, qui est caput omnis sacrae intelligentiae & caput omnium electorū, patet quia fatuus & reprobus est. [Ex quo capite totum corpus] ecclesiae [per nexus & coniunctiones subministratū & constructū, crescit in augmentum Dei.]

**H** Corpus quippe illius nos omnes sumus. Per nexus & coniunctiones corpus ligatur, quia dū capiti pectus dum pectori brachia, dum brachiis manus, dum digiti manibus sunt coniuncti, ac membra caetera membris inhærent, corpus omne perficitur. Sicut sancti apostoli, quia redemptori nostro propinqui steterunt, ei quasi pectus capiti inhæserunt. Quos quia martyres sunt secuti, coniuncta brachia pectori fuerunt. Quibus dum pastores & doctores subuniti sunt per bona opera man⁹ brachiis inhæserunt. Hoc verò omne corpus redemptionis nostri quotidie per nexus & coniunctiones subministratur & constructur in caelo, quia dū ad eum illuc electae animae ducuntur, ei sua membra colligantur. De quo recte dicitur, subministratū & constructum crescit in augmentū Dei quia Deus omnipotens redemptor noster, qui in se in quo proficiat non habet, adhuc per membra sua quotidie augmentum habet. Sed quisquis adhuc carnaliter legem obseruandam praedicat, non tenet caput huius corporis: quia fidē & gratiam eius impugnat, & corpus eius quod

**I** ita connexū est scindere quærit: & ideo subtiliter vobis cauendus est, vt inimicus Christi & ecclesiae, licet Christianum se fingat. Non solū enim vaniloquos & mentis seductores, fabulosa & vana garrientes. i. in eis vanitatibus velut altam scientiā promittentes contra regulam fidei, quam catholicā suscepistis, cauere debetis: sed etiam ipsos, qui de ipsa imcommutabilitate diuinę naturę, vel incorporea creatura siue creatore veraciter disputant: & quod dicunt, omnino documētis atque rationibus certissimis probant, & tamen ab vno Dei & hominū mediatore conantur auertere, tanquam pestē infidiosiorē ceteris fugite. Quod autem sequitur, [si ergo mortui estis cū Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquā uiuentis in mundo decernitis, hūc sensum habere videtur: Si baptizati estis in Christo, & cū eo in baptisate mortui ab elementis mundi, cur mecū non dicitis,

*Galat. 6.* Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quē mihi mūdus crucifixus est, & ego mūdo? nec auditis dominū dicentem ad patrē; De mundo nō sunt, sicut & ego

non sum de mundo: sed e contrario quasi uiuētes in mūdo, decernitis: [Ne tetigeritis] corpus hominis mortui, nec vestimentum aut scabellū in quo sedit mulier menstruata: [neque gustaueritis] carnem suillam, neque leporum, neque sepiarum, neque murenæ, neque anguillæ, neque vniuersorum piscium qui squamas pinnulæ suę nō habent [neque contrectaueritis] aliquid horum. Hic loquitur Apostolus eis, qui iā seruare legē carnaliter ex parte cōperāt. Hucusq; enim monuerat stantes, ne seducerentur: & nūc aggreditur eos, qui iam aliqua de lege seruabāt. Quasi dicat. Vos videte ne seducamini. Sed vos alij dicitur cur legem seruatis. Si mortui estis cū Christo & c. Si, inquit, cū fidē Christi accepistis, estis mortui ab elementis. i. separati ab omni superstitione & abstinentia creaturarū mundi, quid adhuc decernitis alias esse vitandas, & alias esse assumendas? Elementa enim vocat has visibiles creaturas, quæ tota vniuersitate per se considerata partes mundi sunt. Et isti erant (vt dictum est) ab elementis mortui. i. separati ab abstinentia creaturarum mundi, quibus in laico ritu abstinebant. Vel elementa dicit, quæ ipsi colebant in idolis, sicut mare in Neptuno, & aērē in Iunone. Sed per fidem Christi ab his separati erant. Nam vbi inuenimus aliter & aliter facta est ibi quaedam mors. Mors enim est, non esse qui fuit. Immortalis quidem est anima, quia semper uiuit: & est in illa semper quidem permanens, sed mutabilis vita: ideoque secundum mutabilitatem eiusdem vitæ, potest & mortalis dici: quia si olim vivebat sapienter & nunc desipit, mortua est in deterius. si vivebat insipienter & sapit, mortua est in melius. Ita mortui in melius erant isti, quibus nunc dicitur: Si mortui estis ab elementis, quid adhuc tanquam uiuentes decernitis? Cum Christo per fidem associati, mortem istam, laudabilem assecuti sunt, propterea mortui esse cum Christo dicuntur. Vel cum Christo mortui, quia Christo patiente & moriente, & illi compassi sunt & cōmortui, non quidē eo tempore quo ille mortē sustinuit, sed quo ipsi fidem perceperunt. Et quia mundo semel cum Christo mortui erant non iterum quasi uiuentes mundo decernere carnaliter debebant, dicentes adinuicē vel ad se quaces suos: Ne tetigeritis mortuum siue reptile, ne inquinemini ab eo: neque gustaueritis carnem animalium quæ non ruminant, neque manu contrectaueris horum quippiam. In his verbis adhibenda est quaedam pronuntiatio in vultu & in modo vocis. Per irrisionem quippe verba posuit eorū qui dicunt, ne tetigeritis, neque gustaueritis, cū sint omnia munda mundis, quæ omnia ipso vsu. i. si quis vtatur eis Iudaico ritu, vt ab his abstineat, & illis vtatur, credens se ita iustificari, [sunt in interitum. i. ducunt in mortem animæ, quia sunt] secundum præcepta & doctrinas hominum] nō Dei. Postquā enim veritas aduenit, iam non Deus ea præcipit, sed pharisæi: & quoniam autoritate sua vel Dei male intellecta præcipiunt hæc, & rationibus docent, ideo vsus eorum & cultura interimit, quia sunt præcepta & doctrinæ hominum, non Dei. Vnde per Isaiam dicitur: Populus hic labiis me honorat

**A** honorat, cor verò eius longe est à me. Frustra autē colunt me, docentes doctrinas & præcepta hominum. Nam & super illa quæ lex carnaliter præcipit, addiderunt pharisæi & scribæ multa, adeo vt propter inuentiones suas frequēter violarent ipsa legis carnalia mandata. Vnde dominus arguit eos, dicens: Irritum fecistis mandatū Dei, vt traditiones vestras statueretis. Et quibus iustum est, vt dieb⁹ sabbati sedeat vnusquisque in domo sua, & nō egrediat, nec ambulet de loco in quo habitat, si quādo eos iuxta literā cōperimus arctare vt nō ambulent, nec iaceāt, nec stent, sed tantum sedeant si velint præcepta seruare, solent respondere & dicere: Barachias & Simeon & Ellel magistri nostri, tradiderūt nobis vt duo millia pedū ambulemus in sabbato. Et caeteras huiusmodi doctrinas hominū præferunt doctrinæ Dei. [quæ sunt quidē rationem habentia sapientię in superstitione & humilitate.] Pro superstitione in Græco legitur falsa religio. & humilitatis hūc intelligēda est, quæ humilia sentiat atq; terrena. Videntur igitur obseruationes Iudaicæ apud imperitos & vilem plebeculā imaginē habere rationis humanæq; sapientiæ in falsa religione, & humilitate, id est, in infimo & carnali atq; terreno sensu. Vel sunt quidem rationem habentia sapientiæ in superstitione, id est, non in veritate, sed in falsitate, quæ est superabundans, & in qua nulla est utilitas: & in humilitate, id est, deiectione animæ. Quod si ad nonnullos id referatur, qui in ecclesia de abstinentiæ virtute gloriantur, notandum est quod Apostolus superstitioni humilitatis speciem iungit: quia dum plus quàm necesse est per abstinentiam caro atteritur humilitas foris ostenditur, sed de hac ipsa humilitate grauius interius superbitur. Apud Iudæos tamen multo magis in ostentatione humilitatis regnat superstitio: quia vnde se caeteris humiliores ostendunt, inde super omnes superbiunt. Et ea quæ obseruant, sunt [non ad parcēdum corpori, nō in honore aliquo ad saturitatem carnis.] Non parcunt Iudæi corporibus suis in assumptione ciborum, contemnentes interdum quæ habēt, & quærentes quæ non habent. Et quia hoc faciunt, necessitate debilitates interdum & morbos cōtrahunt. Nec honorant semetipsos, cum omnia munda sint mundis, nihilque possit esse pollutum quod cum gratiarum actione percipitur, & idcirco à domino sit creatum, vt saturitate & adimplentione carnis humanos artus vegetet atq; sustentet. Elementa quoq; mundi, à quibus fideles esse mortuos dicit, possumus & legē Moysei atque omne vetus instrumentū accipere, quibus quasi elementis & religionis exordiis Deum discimus: quomodo elementa appellatur literæ, per quas syllabas ac verba cōiungimus, & ad texendam orationē longa meditatio ne procedimus. Ars quoq; musica habet elementa sua, & geometrica ab elementis incipit linearū. Sic elementis veteris testamenti, vt ad euangelicam plenitudinem veniat, sancti viri eruditur infantia. Vnde & illi Psalmi qui literis prænotantur, per ethicam nos ducunt ad theologiam: & ab elementis occidentis literæ quæ destruitur, transire faciunt ad spiritum viuificantem.

*Gitur si consurrexistis cū Christo*  
**I** sto, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens. Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.

Quandoquidem si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, nō debetis vltra tanquam uiuētes in mundo, mundana carnaliter discernere, & alia ac alia quætere, aliāque & alia respicere: [igitur si consurrexistis cum Christo,] debetis incessanter superna in quibus iam Christus est, quætere, vt ea cum ipso valeatis possidere. Nam sicut cum Christo mortui mundo, mundana debetis postponere, ita consequens est cum Christo resuscitati, vt superna debeatis appetere. Igitur si consurrexistis cū Christo, [quærite] ea [quæ sunt] de [sursum, id est, caelestia bona, vbi iam corporaliter [Christus est in dextera dei] patris sedens. Non utique surreximus sicut Christus, sed tamen secundum spem quæ nobis in illo est, iam nos cum illo resurrexisse testatur Apostolus. Spe enim salui facti sumus. Spe resurrectione nostri corporis in Christi corporis resurrectione tenemus, & resurrectionem spiritus iam in re habemus, vt amodò in nouitate vitæ ambulemus. Extinctis enim vitis nostris per mysterium ac virtutem dominicæ mortis, à morte animæ resurreximus per gratiam dominicæ resurrectionis. Vel ideo recte nunc dicitur, Si consurrexistis cū Christo, quærite bonis operibus & deuotis precibus ea quæ sunt super cælum, vt mereamini ea inuenire: quia omnis qui quærit, inuenit: & debetis ea quætere, quia Christum quem inuenire desideratis, est iam ibi in dextera dei. Recte in dextera quia oues ponendæ sunt ad dexteram. & congruū est vt immaculatus agnus locum immaculati gregis prim⁹ obtineat. Per dexterā enim, significatur æterna beatitudo. Et ibi iam sedet Christus, id est, quiescit post laborē passionis. Sedere vel regnantis est, vel iudicantis. & Christus in dextera paterni throni sedet, quia cū eo regnat in æternum. Ob hoc (inquam) sedere dicitur, quia nunc omnia iudicat, & ad extremum iudex videbitur. Quærite ergo perpetua bona, in quibus ipse iā ita secundū humanitatem sedet. [ & sapite ea quæ sunt sursum, id est, palato cordis dulcem saporem supernorū bonorū tãgite, [non quæ sunt super terram, id est, terrenorum & temporalium. Si enim terrena vobis dulcia nō fuerint, tunc caelestium dulcedinem gustare poteratis. Si terrena concupiscentias non habueritis, tunc caelestibus gaudiis inhiare valebitis. vel sapite superna, non terrena, id est, habete sapientiam & prudētiam de caelestibus & æternis, non de temporalibus & caducis.

*Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cū Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.*

**G** Superna, non terrena sapere debetis, quia me-  
te mortui estis huic mundo. Morimur enim se-  
cundū spiritum, & resurgimus secundū spiritū  
vt postea mortui secundum carnem, resurgam⁹  
secundū carnē. Quomodo enim præcedit mors  
secundum spiritum resurrectionem, quæ est se-  
cundū spiritum: sic præcessura est mors secun-  
dum carnē resurrectionem, quæ futura est secū-  
dum carnē. Nam non facere quod faciebamus,  
nec credere quod credebamus, mors & resurre-  
ctio quædam in nobis est. Si qui idolis seruiebat  
vnū Deum cognouit, mortu⁹ est in idololatria  
resurrexit in fide. Si qui ebriosus erat, sobrius  
est, mortua est ebrietas resurrexit sobrietas. Om-  
nia ergo facta mala quæ definimus facere, qua-  
si mors in nobis est: quia nō esse quod eramus,  
mors quædam est. Mortui, inquit, estis, sed mor-  
tui specie, viui radice. sicut arbores in hyeme:  
quoniam [vita vestra abscondita est cum Christo  
in Deo] patre, nec apparet nūc hominib⁹. Mor-  
tui enim estis, quomodo videntur arbores per  
hyemē quasi aride, quasi mortuæ. Sed ne arefca-  
tis, intus est radix, intus est vita, intus est chari-  
tas: quia vita abscondita est cū Christo in Deo  
Erit autē postea tempus vestrū, erit ætas vestra  
quādo circūuestiemini dignitate foliorū, & re-  
plebimini hubertate fructū. [Cū autem Chri-  
stus apparuerit] veniens ad iudiciū, qui est [vita  
vestra, tūc & vos,] non aduersarij vestri, [appa-  
rebitis in gloria cū ipso.] Modō tēpus est hye-  
mis, æstas autem vestra erit aduentus Christi.  
Hyēs vestra est Christi occultatio, æstas vestra  
Christi reuelatio. Considerandū est, quia sancti  
viri ab importunitate desideriorū temporalium,  
à tumultu inutilium curarum, à clamore perstre-  
pentium perturbationū semetipsos sacri verbi  
gladio mortificare nō desinunt, atq; intus ante  
Dei faciem in sinu mentis abscondunt. Vnde  
reſte per Psalmistam dicitur: Abscondes eos in  
abscondito faciei tuæ à conturbatione hominū  
Quod quanuis perfecte postmodū fiat, & nunc  
ex magna parte agitur: cum à temporalium de-  
sideriorum tumultibus delectationes in interio-  
ra rapiuntur, vt mens eorum dū in amore Dei  
tota tenditur, nulla inutili perturbatione lacere-  
tur. Hinc est quod nunc apostolus per contem-  
plationē ab exteriori vita mortuos & quasi in  
sepulchro absconditos discipulos viderat, qui-  
bus dicebat: Mortui estis, & vita vestra abscon-  
dita est cum Christo in Deo. Mortui videlicet  
carnalibus desiderijs & temporalium rerū cu-  
piditatib⁹: & vita vestra abscondita est cū Chri-  
sto in Deo, quia intus apud Deū cum Christo  
viuit affectus desideriorum vestrorum, vt extin-  
ctus mundo lateat, & à cunctis exteriorum rerū  
perturbationibus intra sinum intimi amoris ab-  
scondat. Verē cū Christo abscondita est, quia  
cum Christo manifestabitur. cū enim Christus  
apparuerit esse vita vestra, id est, cum omnes in  
iudicio viderint Christum esse vitam & salua-  
tionem vestram, tunc & vos apparebitis cum  
ipso in gloria. i. cum magno honore atq; splen-  
dore apparebitis omnibus ad dexterā eius, par-  
ticipes gloriæ eius. Notandum quia & Ioannes  
hanc sententiam alijs verbis explicat, dicens:  
Charissimi, nunc filij Dei sumus, & nondum

apparuit quid erimus. Scimus autē quia cū ap-  
paruerit, similes ei erimus, quoniam videbimus  
eum sicuti est. Nā quod paulus ait, mortui estis  
& vita vestra abscondita est cum Christo in deo:  
hoc est quod Ioannes asserit, quia nunc filij dei  
sumus, & nondū apparuit quid erimus, & quod  
Paulus addidit, cū Christus apparuerit vita  
vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in glo-  
ria: hoc Ioannes subiicit, scimus quia cum ap-  
paruerit, similes ei erimus, quoniam videbimus  
eū sicuti est. Hoc igitur erit apparere cū Chri-  
sto in gloria, in manifestatione eius videre spe-  
ciem diuinitatis eius sicuti est, & ex visione ei⁹  
accipere similitudinē eius, vt qualis est ipse ta-  
les & ipsi pro modo suo fiāt qui viderint eum.  
Hęc perfectis dicta sunt, deinde ceteris qui nec  
dum tantā perfectionem assecuti sunt, dicitur:

*Mortificate ergo membra vestra quæ  
sunt super terram, fornicationem, immū-  
ditiam, libidinem, concupiscentiam ma-  
lam & auaritiam, quæ est simulacrorū  
seruitus ppter quod venit ira dei super  
filios incredulitatis. In quibus & vos  
ambulastis aliquando, cum viueretis in  
illis. Nunc autem deponite & vos om-  
nia, iram, indignationem, malitiam,  
blasphemiam, turpem sermonem de ore  
vestro. Nolite mentiri inuicem.*

Propter vnitatem corporis, quia & maiores  
& minores fideles membra sunt ecclesiæ, cum  
sermo Apostoli dirigeretur latenter, quasi non  
essent alij, sed iidem ipsi, capit minores alloqui  
& ex his quæ præmiserat, causam exhortationis  
eorum assumpsit. Quia, inquit, ea quæ sursum  
sunt sapere debetis, non quæ super terram, quo-  
niam in maioribus ecclesiæ membris mortui iā  
estis huic mundo & vitijs, ergo quod in illis fa-  
ctum est, in vobis facite: mortificate scilicet in  
vobis ipsis [membra vestra quæ sunt super ter-  
ram, id est, extinguite vitia vestra quæ ad corp⁹  
peccati pertinet, & in terrena cōuersatione vi-  
gent, vel super terram vestri corporis male do-  
minatur. Corpus peccati, est cōformitas vete-  
ris hominis: & huius corporis membra sunt om-  
nia vitia & mala opera. Hęc itaque mēbra ve-  
stra quæ non ad naturā hominis, sed ad corpus  
peccati pertinent, mortificate, scilicet non mē-  
bra naturæ vestræ quæ deus creauit, sed mēbra  
corporis peccati, quæ vos fecistis, extinguite,  
ne amplius in vobis viuant. Et exponam vo-  
bis illa membra, videlicet [fornicationem] mor-  
tificate, id est, concubitus cum meretricibus  
quæ proſtāt in fornicibus, vnde fornicatio no-  
men accipit: [ & immunditiā, ] quæ & mollities  
appellatur, atque ab vno sexu perpetratur: &  
libidinem, quæ fit cum fœminis quæ non sunt  
publicæ vt meretrices: & [concupiscentiam  
malam,] qua male concupiscitur vel mulier, vel  
aurum, vel aliud aliquid, quod non licet haberi  
Concupiscentia vocatur hoc loco mala, ad di-  
fferētiam bonæ concupiscentiæ, de qua dicitur:  
Concu-

**A** Cōcupiscit & deficit anima mea in atria domi-  
ni, & Concupiscentia sapientiæ deducet ad re-  
gnum perpetuum. Nō solum ergo opera prædi-  
ctorum vitiorum debetis mortificare, sed & cō-  
cupiscentiam talium, vt nec in corde concupi-  
scatis aliquid illicitum, sed cor ab omni deside-  
rio malo seruetis mūdum. [ & auaritiam, id est,  
insatiabilem amorē habendi mortificate. Quæ  
auaritia omni Christiano est detestāda, quia [est  
simulacrorum seruitus.] Sicut enim qui idolis  
seruit, cultum debitum creatori imaginatæ crea-  
turæ tribuit: sic & auarus cū Deum solum co-  
lere deberet, colit potius nummos, in quibus  
præfiguratæ sunt imagines imperatorum. hoc  
enim vnusquisque Deū habet, quod præ omni-  
bus diligit, in quo præ omnibus spem atque fi-  
ditiā habet. Et quoniā auarus hoc agit specia-  
liter de nummis .i. plus diligit nummos quā  
aliud, & plus cogitat de nummis quā de alia  
re, atque plus sperat & confidit in nūmis quā  
in alia re, idcirco nummi eius dij sunt. Iure er-  
go vocatur idololatra, qui Deum non colit, sed  
idola, id est, imagines mortuorū regū nummis  
impressas. Hęc prædicta vitia, id est, fornicatio-  
nem & c. mortificare debetis, ne propter hoc si  
i vobis reperta fuerint, per eatis: [propter quæ]  
iam olim [venit ira Dei, id est, animaduersio di-  
uinæ vltionis [super filios incredulitatis, id est,  
super homines quos incredulitas in errore ge-  
nuerat: quia non credentes in Deum, verterunt  
se ad hęc vitia exercenda: & propterea perierūt  
aquis diluuij & igne Sodomorum, vel tempore  
Moyſi in deserto varijs exterminationibus. Ca-  
p. 25] uete ergo, ne & vos similiter aut grauius pro-  
pter eadē vitia pereatis: quia nunc quoque pro-  
pter hęc venit quotidie ira, id est, vitiū dei su-  
per filios incredulitatis, id est, super eos, qui cū  
sint ecclesiæ filij per susceptionem sacramento-  
rum, non tamen firmiter credunt æternam ini-  
quorum damnationē, & idcirco audēt agere ta-  
lia. [In quibus vitijs & vos ambulastis. i. opera  
operibus velut passus passibus addidistis, ali-  
quādo, id est, olim [cum viueretis in illis] vitijs,  
id est, cū vitam vestram in talibus duceretis.

**C** Sed nunc postquam per baptismū talibus mor-  
tui estis, [deponite & vos] sicut & maiores de-  
posuerūt, omnia vitia. Deponite ea, id est, deor-  
sum ponite vt nō super vos sint, sed subter vos:  
vt nō premant vos, sed premātur à vobis. De-  
ponite, scilicet, iram, id est, perturbati animi cō-  
motionē aduersus aliquē: & [indignationem, id  
est, vehementem animi cōmotionem cum quod-  
dam arrogantiæ vitio in læsionem & in alicuius  
despectum accensi: & malitiam, qua mens in-  
trinfecus mordetur, & quærit foris lædere fra-  
trem: & blasphemiam, id est, prolationem men-  
dacijs contra Deum, contra sanctos eius, & de  
sanctis eius. Blasphemia enim est, per quam de  
Deo ipso dicuntur falsa, vel de sanctis eius. Nec  
solum blasphemiam caueatis, sed & quemlibet  
[turpem sermonem] non emiseritis [de ore ve-  
stro,] ne per hunc, & os vestrum & aures audiē-  
tium & mentes eorū maculetis, & [nolite men-  
tiri inuicem,] vt alter alterum fallat, mēdaciū  
ei pro veritate loquens: sed puram veritatem,  
quam cor vestrum nouerit, ore proferte.

*Expoliantes vos veterem hominem  
cum actibus suis, & induentes nouum,  
eum qui renouatur in agnitione dei se-  
cundum imaginem eius qui creauit eum.  
Vbi non est gentilis & Iudeus, circum-  
cisio & præputium, barbarus & Scy-  
tha, seruus & liber, sed omnia & in  
omnibus Christus.*

Prædicta vitia deponite. [expoliantes vos] in  
eorū depositione [veterē hominē cum actibus  
suis, id est, veterē vitā quæ in peccato est, in quo  
secundum Adam viuitur: [ & intuetes nouum ]  
hominem, id est, nouam vitā quæ in iustitia du-  
citur, in qua secundū Christum viuitur. Expo-  
liate ergo vos hunc veterem hominē, id est, in-  
iustitiam: & induite nouū hominē, id est, ius-  
titiam: eum scilicet, [qui renouatur in agnitione  
Dei secundum imaginē eius qui creauit eū.]  
Totus enim homo, id est, & interiore & exte-  
riore sui parte inueteratus propter peccatū &  
pænæ mortalitatis addictus est: sed nunc reno-  
uatur secundum interiorem sui partem, vbi re-  
formatur secundum sui cōditoris imaginem: in  
resurrectione verō renouatur & secundum ex-  
teriorem sui partē. Sicut enim post lapsum pec-  
cati homo in agnitione dei renouatur secundum  
imaginem eius qui creauit eū, ita in ipsa agnitio-  
ne creatus est, antequā delicto veteratceret, vn-  
de rursus in agnitione eadem renouatur. Nam  
inter notionem & agnitionem aliquid interesse  
dicitur, eod quod notio sit earum rerum quas an-  
tē nescimus, & ipsas scire postea cœpimus: agni-  
tio autē earum, quas antē sciētes, deinceps scire  
desinimus, earumq; postea recordamur. Homo  
igitur in agnitione Dei creatus est, quia in prin-  
cipio creationis suæ, creatorem suū ex ratione  
cognouit: sed postea per peccatū cæcatus, agni-  
tionem creatoris amisit. Nunc verō per illumi-  
nationem euangelij & per infusionē gratiæ spi-  
ritus sancti eūdem creatorem suū recognoscit, &  
& mox interius renouatur, qui vetustatem con-  
traxerat, dum creatorem ignoraret. Fit ergo re-  
nouatio reformatioque mentis secundum ima-  
ginē dei. Ideo autem dicitur, secundū imaginē  
Dei, vt in ea re intelligatur fieri, vbi est imago  
Dei, id est, in mente: sicut dicimus secundū cor-  
pus mortuū esse, nō secundum spiritum, eū qui  
de corpore fidelis & iustus abscedit. Quid enim  
dicimus secundum corpus mortuum, nisi cor-  
pore vel in corpore, non anima vel in anima  
mortuū? Aut si dicamus, secundū corpus est pul-  
cher aut secundū corpus fortis, nō secundū ani-  
mum, quid est aliud quā corpore, nō animo,  
pulcher aut fortis. Et innumerabiliter ita loqui-  
mur. Nō itaq; sic intelligamus secundum ima-  
ginem eius qui creauit eū, quasi alia sit imago se-  
cundū quā renouatur, non ipsa quæ renouatur.  
Ipsa enim imago dei renouatur in homine, quæ  
fuerat inueterata delicto. Nouū (vt dixi) homi-  
nem induite. i. conuersationē. vbi, id est, in quo  
homine nouo [nō gētilis est] neque Iudeus, id  
est, nihil operatur, nihil prodest vel obest quod



**G**ille qui hunc hominem induit, secundum carnis originem gentilis sit aut Iudæus: nec est ibi [circuncisio & præputium]. i. nihil ibi vtilitatis operatur circuncisio, de qua Iudæi præcipue gloriabantur: nec aliquid nocet ibi præputium. Neque barbarus est ibi. i. non nocet cuiquam sua barbaries, quia fit ciuis sanctorum & domesticus Dei. Vel barbarus. i. aliquis tam longe remotus & tantæ feritatis, vt vix posset à Romanis vinci, non impeditur sua barbarie in hoc nouo homine ne admittatur. [ & Scythæ ] non est ibi, id est, popul<sup>9</sup> qui est in sinistro margine mundi ferocior aliis barbaris, & tam pugnax, vt vix vnquam à Romanis superari posset, non iuuatur sua feritate in nouo homine, sed potius oportet omnē feritatem deponere, vt discat à Christo mitis esse & humilis corde. Et neque feruus est ibi abiectior, neque liber acceptior: quia neq; seruit<sup>9</sup> neq; libertas corporalis nocet vel adiuuat ibi quicquam. Itaque nec natio, nec ritus carnalis, nec conditio, nec sexus vllam differentiam facit, aut valet siue operatur ibi aliquid: [ sed omnia ] est in homine hoc nouo Christus, id est, nihil in eo est nisi Christiana pietas & Christiana religio. Christus est ibi sanctitas & iustitia & Charitas & omnia bona. [ & in omnibus Christus ] est, qui hoc homine nouo sunt induti: quia quicquid boni habent à Christo habent: & quicquid boni faciunt, per Christum faciunt.

*Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordie, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquam habet querelam: sicut & dominus donauit vobis, ita & vos.*

Illatio est quasi à toto. Quandoquidē induere debetis nouum hominē, ergo induere debetis hīc virtutū ornāmēta, quæ sunt quasi mēbra vel partes eiusdem noui hominis. i. nouæ conuersationis, [ sicut electi dei, id est, dei sapientia præcogniti, & à massa perdendorum separati, atque ad vitam æternam præordinati, & sancti id est, baptismi sanctificatione à peccatis muniti, & sic iam à deo dilecti, postquam purgati estis à peccatis quæ deus odit. Et propterea vt amplius diligere ab eo mereamini, induite vos virtutes quas ipse diligit. Induite vos [ viscera misericordie .i. internum affectum misericordie circumdate vobis in opere, vt internus affectus piæ cōuersationis, quæ erga proximos in corde habueritis, vndiq; appareat in operibus vestris vndique vos adornet. Vestis quippe qua induimur, ab omni parte nos tetigit. Itaq; & vos ab omni parte circumtegi debetis visceribus misericordie, vt in cunctis actibus vestris fulgeant viscera misericordie, quæ mens vestra cōcepit erga reuelationem miserie proximorū. & similitur foris in operibus induite benignitatem .i. bonū ignem piæ dulcedinis, qui seruet in corde vestro. Benignitas enim est quædam ferentitas animi, qua aliquis hilariter loquitur & sua

tribuit pro deo, ac conuersatur cum proximo K humilitatem quoque induite, vt humilitas mētis appareat in omnibus verbis & operibus vestris, in vestibus, in incessu atque omni motu corporis. Ideoque & modestiam quasi vestem vobis circumdate, vt in omnibus dictis & actibus vestris modū teneatis. Modestia enim quasi modi statio dicitur, quia per hanc virtutem modus competens seruetur in omnibus, modificās vniuersas actiones. & vt modum non excedatis, induite patientiam, qua vndique muniti, trā quillo animo toleretis omnia mala quæ vobis ingerentur à proximis. Impossibile est enim, vt qui cum aliis hominibus conuersatur: non frequenter ab illis quædā sustineat, quæ in multis ad excessum cōpellant, si virtute patientiæ quasi vestimento circumdatus nō fuerit. Si verò vndique aduersus omnia quæ acciderunt sibi, patientiā tenuerit, semper modestiam seruare poterit. Et ideo patientiam induite, [ supportantes vos inuicem, ] vt alter alterutrum sustineat in his quæ sunt graua & aspera. Supportate in L uicem, id est, portate inuicem alij alios, vt illos qui portauerunt se, iudicent superiores: & se inferiores illis, quibus sunt superiores. Nō enim patienter alium portat, qui se superiorē illo reputat. Et estote [ donantes vobismetipsis, id est, condonantes atque dimittentes alij alius, si forte [ quis aduersus aliquem habet querelam ] de contumelia vel iniuria sibi ab eo illata. Donate inuicem, quicquid lesionis vel offensionis pertulistis, vnde merito cōqueri poteratis. Et hoc facite non fiste, nec ex parte, sed [ sicut domin<sup>9</sup> donauit vobis, ] ita & vos facite: Id est, sicut dominus in baptismo quicquid iniuriarum ei feceratis, cōdonauit vobis sine vllō respectu alicui<sup>9</sup> vindictæ ulterius sumendæ, ita & vos bono animo condonate vobis semper ad inuicē omnia sine respectu alicuius vltionis. Debetis enim conferuis nō negare, quod à bono domino gaudetis vos percepisse. Alioquin iuxta parabolā euangelicam, repetet à vobis omne debitum quod dimiserat, si non remiseritis vnusquisque M fratri suo de cordibus vestris.

*Super omnia autē hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Et pax Christi exulet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vnū corpus, & grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter. In omni sapientia docentes & commonentes vosmetipsos in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris domino. Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo & patri per ipsum.*

Prædicta virtutū ornamenta induite, [ sed super omnia hæc charitatē, ] quasi nobilissimum ornamentum, habete, quæ contineat & superornet omnia

**A** omnia reliquarū virtutū insignia. Superexcellent enim & superfulget omnibus aliis virtutibus. atque magis placet immortalis spōsi conspectibus. quod. i. quæ res, videlicet charitas, [ est vinculum perfectionis: ] quia per hanc ligatur omnis virtutū perfectio, ne dissoluta defluat & dilabatur ac disperat. Perfectionis vinculum est charitas, quia omne bonum quod agimus, per hanc, ne pereat ligatur. A tentatore nanque citius & quodlibet opus euellitur, si solutū à vinculo charitatis inuenitur. Si verò mēs charitate ducitur & proximi dilectio constringitur, cum tentationū motus quilibet ei iniusta suggererint, obicē se illis ipsa dilectio opponit, & nascētia in corde vitia reprimat. Charitas bona nostra vinciat in perfectiōe, [ & pax Christi .i. quæ Christus habet & dat, ] exultet in cordibus vestris. ] Pax Christi est, qua recōciliati sum<sup>9</sup> Deo & sanctis angelis eius, & qua diligimus Deū, atque peccatū execramur, & qua nos turbare cauemus, & qua nobis inuicē credimus quod nos inuicē diligamus: & qua inuicē corda iungim<sup>9</sup> vt concordēs simus atq; cor vnum in bona voluntate habeamus: & qua spiritui nostro carnē subiugamus. & hæc pax nō sit torpens in cordibus vestris, sed exulet ibi præ gaudio atque tripudiet, vt sitis scilicet semper memores hui<sup>9</sup> pacis, & eā affectos esse vos gaudeatis. in qua pace etiā [ vocati estis ] euāgelica prædicatione [ in vnū corpus .i. in hoc vt sitis vnū corpus ecclesie, seruantes pacē omnes inuicē, sicut diuersa nostri corporis membra pacē & concordiam inuicem seruant. & in hac pacis exultatione nō sitis ingrati Deo, qui vobis eam dedit, sed [ esto te ei grati, ] vt pro tantis beneficiis semper ei gratias corde, verbis & operibus agatis: & vt hanc pacē intelligere valeatis atque seruare eā, & grati in ea semper deo existere, [ verbū Christi .i. doctrina Christianæ religionis, ] habitet in vobis, id est, maneat in corde & ore vestro non parcē, sed abundanter. i. affluenter & plenarie, vt & sciatis & loquamini verbū sacræ ædificationis. Dixi vt grati sitis, & verbum Christi habitans in vobis habeatis, docentes vos ipsos inuicē, vel vnusquisque seipsum, [ in omni sapientia ] diuinorū. Hęc est abundantia verbi Christi quæ debet in cordibus vestris habitare, videlicet omnis sapientia, vt sensum perfectū habeatis in cognitiōe diuinæ trinitatis & vnitatis, & quicquid ad cultū eius pertinet noueritis, atq; piis desiderijs gaudia regni eius prægustetis, & bonis operibus incessanter quærat. In huiusmodi rebus est omnis sapientia, quam Christiana nō habere debet in hac vita. Sitis ergo in omni sapientia docentes (vt dixi) vosmetipsos inuicē, .i. vnusquisq; seipsum ea quæ necdū sciebatis, [ & cōmonentes vosmetipsos ] in his quæ iam scitis, vt ea firmiter retineatis & opere cōpleatis, Docete (inquā) & cōmonete vosmetipsos, vt & instruamini, & ad bene agendum excitemini, [ Psalms, ] qui ad bonā operationem cōmonent: [ & hymnis, ] qui de laudibus Dei canuntur: [ & canticis, ] non carnalibus, sed spiritualibus, quæ de æterno gaudio resonāt, & ideo spiritualia sunt. Nam & carnalia cantica frequenter à carnalibus hominibus canuntur, & ad car-

nis voluptates pertinet. Sed his contraria sunt B spiritualia cantica, quæ in solo conditore nos delectari admonent & gaudere. In talibus vos ipsos docete & commonete. vos dico, [ in gratia, id est, in gratiarum actione [ cantantes in cordibus vestris domino. ] Neque enim omnis qui labiis personat, domino cantat: sed qui deuoto corde eum laudans amat, & ad eius visionē suspirat. Intus enim est hoc gaudium, vbi vox laudis canitur & auditur: qua voce laudatur, qui gratis amandus est toto corde, tota anima, tota mente, amatorem quæ suam accendit in se gratia sancti spiritus sui. Ille enim in gratia cantat domino, qui gratia sancti spiritus accensus, gratias amat eum quem laudat. Ita cātate. Et omnē etiam [ quodcunque facitis in verbo aut in opere, ] id est, quæcunque loquamini, & quæcunque operamini omnia facite in nomine domini, id est, nomen eius inuocate in exordio locutionis & actionis vestræ, atque sequentia verba & opera ad gloriā eius semper dirigite. Tunc enim & peccata locutionis & operationis vitabitis, & bona erunt quæ dicetis vel facietis. [ Omnia in nomine domini ] facite, in omnibus nomen domini inuocantes & glorificantes. In nomine domini [ nostri Iesu Christi ] facite omnia, per quem habetis omnia quæ vobis à patre dantur: vos dico, [ per ipsum ] per quem omnia bona accipitis, [ agentes gratias ] de omnibus Deo qui vos creauit, [ & patri ] qui vos in filios adoptauit. Vel Deo, qui secundum humanitatem eius, Christum creauit: & patri, qui Christum secundum diuinitatem ipsius genuit.

*Mulieres, subdite estote viris sicut oportet in domino. Viri, diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad illas. Filij, obedite parentibus per omnia. hoc enim placitum est in domino. Patres, nolite ad indignationem prouocare filios vestros, vt non pusillo fiant animo.*

Hucusq; generaliter illos instruxit & monuit Nunc verò specialiter ad familiarem & domesticam conuersationem vertit exhortationē suā P mulieres viris, atque filios parentibus subiicit. Est enim etiam naturalis ordo in hominibus, seruiant foeminae viris, & filij parentibus: quia & illis iustitia hæc est, vt infirmior ratio seruiat fortiori. Hęc enim in dominationibus & feruitutibus clara iustitia est, vt qui excellunt ratione, excellent & dominatione. Vnde nunc apostolus congrua dat præcepta. Vos, inquit, o [ mulieres, estote viris vestris subditæ ] ad omnia non tamen ad male agendū, sed [ sicut oportet vos in domino ] subdi, id est, sicut vos in Christiana religione viuentes decet ad omnia illis subiici, præter quam ad transgressionem mandatorū Dei. Et vos o [ viri diligite vxores vestras. ] Vxorū timere est & cum timore diligere, virorum autem tantum diligere, quia dilectio perfectiorum est. Viri, diligite vxores vestras, [ & nolite amari esse ad illas. ] Licet illæ ad iracundiam prouocent, & talia faciant per quæ mereantur amaritudinē, vos tamen nolite

**G** eis amaritudine vicem reddere. Vos quoq; [filiij, obedite parentibus vestris per omnia,] siue carnalibus, siue spiritualibus. Obedite illis per omnia, sed tamen [in domino, id est, in his tantummodo quæ præceptum domini non excedunt. [hoc enim placitum est] Deo, vt illis taliter obediatis. Et vos ô [patres, nolite filios vestros,] siue carnales, siue spirituales, [prouocare ad indignationem,] nimis aspere illos tractando, [vt non fiant pusillo animo, id est, vt non deficiat animus eorum, non valēs sustinere nimietatem asperitatis vestræ, & fugiant à vobis, vel aliquid mali faciant per defectum animi. Et ideo caute illis occasionem dare inobediētiae, ne scilicet peccent per iracundiam, & frāgatur mens eorum in aduersis atque deficiat.

**Ephes. 6.** *Serui, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes dominum. Quodcunque facitis, ex animo operamini, sicut domino, & non hominibus, scientes quod à domino accipietis retributionem hereditatis. Domino Christo seruite. Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod iniquè gessit. & non est personarum acceptio apud Deum.*

**1. Petri. 2.**

**Leui. 19.**

**Roma. 2.**

**Ephes. 6.**

**Actu. 10.**

Vos, inquit, ô [serui, obedite dominis carnalibus, id est, qui vobis secundum corpus, nō secundum spiritum dominantur. Obedite illis in bono [per omnia non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes,] id est, nō tunc solummodo bene agentes, quando videmini ab illis: & quando non videmini, negligenter agētes. Non ita subdole agatis cupientes fraudulēter placere illis per ea, quæ coram ipsis positi strenue agere videbimini, [sed in simplicitate cordis,] non in duplicitate seruite illis, vt quod foris in opere ostenderitis, intus in corde habeatis, timentes dominum,] qui inspector est cordium, & damnator dolosarum simulationū. Et [quodcunque facitis, operamini] illud [ex animo, id est, ex voluntate. Eam quippe Deus innocentiam probat, qua homo non metu fit innocens, sed amore iustitiæ. Nam qui timore nō peccat, quanuis ei nō noceat cui vult nocere, sibi tamen plurimum nocet: & abstinens ab iniquo opere, sola mētis reus est voluntate. Simulata enim innocentia non est innocentia, & simulata æquitas non est æquitas, sed duplicatur peccatum i quo est iniquitas & simulatio. Propterea quicquid boni facitis, facite ex animo, non ex simulatione, [sicut domino] Deo faciētes illud, [non hominibus: sciētes quod] ex hoc à domino, qui remunerator est omnium bonorum operum, [accipietis retributionem] æternæ hereditatis cū filiis. Et ideo [seruite domino] nostro Christo in omnibus quæ facietis. Si enim propter præceptum bono animo serueritis carnalibus dominis, Christo potius quàm illis seruietis, & ab eo retributionē percipietis,

licet ab illis nihil bonæ remunerationis consequamini. Vel quanuis hominū seruitio sitis occupati, domino tamen Christo seruite, vt propter eorum seruitiū non omittatis Christo seruire. Nec frangatur mens vestra, si vos male tractauerint: quia [qui iniuriā facit,] licet sit in hoc mundo potens & nobilis, recipiet à mundi iudice Deo [id quod inique gessit.] Ideo melior est tristitia patientis iniqua, quàm letitia facientis iniqua, quia & de malitia mali sæpe flagellatur bonus. Qui iniuriā facit, recipiet quod gessit, vt ipse iuste crucietur, qui iniuste cruciauit alium. Et hoc ideo, quia [non est apud Deū acceptio personarū,] vt nobilib' parcat, si inique egerint: cū ignobiles puniat, qui male egerūt. Omnes enim æquo iudicio, siue dominos, siue seruos, siue diuites, siue pauperes, iudicat, & vnicuique reddit secundum quod egit.

**Deu. 1. 10**  
**16.**  
**2. Par. 19**  
**Iob. 32.**  
**34.**

## CAPVT III.

**O**mini, quod iustum est & æquum, seruis præstate, scientes quoniam & vos dominum habetis in cælo.

Ideo vos [domini præstate, id est, largimini seruis vestris illud [quod iustum est. i. quod suo seruitio promeruerunt: & quod est equū, id est, quod ius naturæ vel rationis exigit, eorum scilicet necessaria dari ipsis, etiam vltra quod seruitiū eorū promeruit. Multi enim sunt serui, qui vel infirmitatis, vel alicuius rei causa non promerētur suo labore ea quæ sunt illis necessaria: & tamē debent domini illis ea quibus indigēt, retribuere. Hæc ita debetis præbere seruis vestris, [scientes quoniam & vos habetis dominum in cælo,] cuius serui estis, & à quo bona accipere etiā vltra meritū vestrū indigetis. Cōtra quē etiā de munere eius superbitis, si illos, quos per conditionē tenetis subditos, æquales vobis per naturæ consortium non agnoscitis. Nam iusti etiam qui imperant, seruiunt illis quibus videntur imperare: quia non dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi: nec principandi superbia, sed prouidendi beneficentia. Et si sancti patres nostri habuerunt seruos, sic administrabant domesticam pacē, vt secundum hæc temporalia bona filiorum sortē à seruorū conditione distinguerēt: ad deum autem colendū, in quo æterna bona sperāda sunt, omnibus domus suæ membris pari dilectione consulerent.

*Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actione, orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi, propter quod & vinctus sum, vt manifestem illud ita vt oportet me loqui.*

Redit ad generalē exhortationē. Hoc enim omnibus conuenit vt instent orationi. Et bene in ea vigilare iubet, vt cum stamus ad orationē, cogitatio omnis carnalis & secularis abscedat, nec tunc quicquā animus cogitet præter id solum

**A** lum quod precatur, Subripit enim frequenter hostis, & subtiliter fallens, preces nostras à deo vocat, vt aliud habeamus in corde, & aliud proferamus in voce, cum intentione sincera deum debeat non sonus vocis, sed animi sensus orare. [Instate orationi,] vt obnixè & indeficienter oretis, vigilātes viuaci studio mētis [in ea.] Et hoc vt oratio sit [in gratiarū actione,] vt rogantes à Deo beneficia gratias illi referatis pro his quæ iam vobis cōtulit. Ita orate pro vobis, [orātes simul & pro nobis, vt deus aperiat nobis ostium sermonis,] id est, aperiat nobis os, quo sermo prædicationis egrediatur à nobis [ad loquendum. i. ad differendū & exponendū [mysterium Christi, id est, occultum secretū incarnationis & passionis Christi, vt occultas eorum causas pandamus audiētibus, & in his restaurationem salutis humanæ consistere doceamus. [Propter quod] mysteriū, quia illud prædicabā, [ & vinctus sum, id est, detineor in vinculis Romæ, ne possim ire quo voluero & pluribus euāgelizare. Orate vt Deus det mihi loqui illud mysterium, [vt manifestem illud] & declarē aliis, [ita vt oportet] & conuenit [me loqui] de tanto sacramento, qui & annunciare illud missus sum.

*In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, tempus redimentes. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, vt sciatis quo modo oporteat vos vnicuique respondere.*

Vos in ecclesia .i. incorporati mēbris Christi, simul omnes orationi (vt expositū est) instate, sed procedentes [ad eos qui foris sunt, id est, veniētes ad loca vbi vos videbūt illi, qui adhuc per fidem in ecclesiam non intrauerunt,] ambulate in sapientia, id est, agite sapiēter, operamini prudenter, figite gressum operis cautē, ne quid insipientiæ, ne quid reprehensionis ab infidelibus notetur in vobis, ne nomē domini per vos blasphemetur ab eis. vos dico, [tēpus redimentes,] id est, vitā male actam pœnitendo & bene agendo redimētes, vt transacta damna quotidiana meritorū lucris recōpēsētis. Tēpus quippe redimimus, quando antea actam vitā quam lasciuendo perdidimus, flendo reparamus. Dixi vt in vestra ambulatiōe & in vestra actione luceat sapiētia, & nūc addo vt & in sermone vestro sēper appareat, scilicet [sermo vester in gratia, id est, in dulcedine charitatis] [semper sit conditus sale] sapiētiae, sicut bonus animæ cibus, vt nihil insipidum, nihil putidum habeat. Nā cibus cui sal immiscetur, fit sapidus: & caro bene salita, non putrescit nec foetet. Ita sit & sermo vester, vt quasi cibus sapidus recipiatur ab ore cordis audientium non sit insipidus per insipientiam, nec putidus per admonitionem carnalis delectationis, nec corruptus per admixtionem falsitatis, sed semper sale spiritualis sapientiæ conditus, & integritate veritatis incorruptus, atque odorem cælestis & incorruptibilis delectationis spirans. Et ita condimentū diuini salis in se habeat sermo vester, [vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere, id est, per pru-

dentiam moderatā discretionis sciatis quomodo respondendum sit fideli, quomodo infideli, quomodo diuiti, quomodo pauperi, quomodo seni, quomodo iuueni, quomodo viro, quomodo fœminæ, & quomodo cæteris gradibus vel cōditionibus. vnusquisque enim suo modo alloquendus est, & vnicuique suo modo respondendum est: Respondēdū est verbis eius, si ipse prior locutus fuerit, vel respondendum factō eius, si verbis tacuerit. Vnusquisque suo modo vel corrigendus est, vel admonendus.

*Quæ circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister & conseruus in domino, quē misi ad vos ad hoc ipsum, vt cognoscat quæ circa vos sunt, & cōsoletur corda vestra, cum Onesimo charissimo & fideli fratre, qui ex vobis est, qui omnia quæ hic aguntur, nota facient vobis.*

[Quæ circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus.] Quia dixerat se vinctum causa euāgelij, ne putarent eū grauiora pati, dicit Tychicum omnia sua eis & aduersa & prospera dicturū. Cui credendū est, quia est frater, id est, Christianus, & pro vitæ suæ merito charissimus deo vel sanctis eius. [ & fidelis minister, id est, fideliter ministrans sine fraude verbum prædicationis. Vel minister, id est, diaconus. [ & cōseruus, id est, mecum seruens] [in domino, id est, in his quæ domini sunt. [quem ad hoc ipsum, id est, ideo [ad vos misi, vt cognoscat quæ circa vos sunt] & mihi referat, & idcirco videte ne quid mali apud vos inueniat quod mihi renunciēt. Ob hoc etiā illum misi, vt [ & cōsoletur corda vestra, ne immoderatā habeatis tristitiā de his quæ patimini, vel quæ me pati audistis. Misi eū cum [Onesimo charissimo & fideli fratre,] non vilissimo & fraudulentō seruo, sicut olim fuit. Iste est enim Onesimus seruus Philemonis, qui peracto furto apud Philemonem dominū suū, vel postquam consumpsit vel dissipauit illud, cōfugit ad apostolum, & audiuit ab eo verbum salutis, atque conuersus est. & ideo sic cōmendat eum Apostolus, ne sit illis in aliquo suspectus. Vnde liquidō demonstratur, quod hęc epistola à Roma de carcere Apostolus miserit, sicut illam ad Philemonē direxit. Nam eosdem salutatores in ista ponit & in illa, quos secū esse declarat, & adiutores suos appellat, id est, Aristarchum & Marcum & Epaphram & Lucā & Demam. Vnde patet vtrāque epistolam ex vno eodēque loco missam, vbi vinctus tenebatur Apostolus. Nam Onesimum in vinculis Christo genuit. Vincula autem eum in Epheso pertulisse tacet omnino liber Actuum Apostolorum. Et ideo probatur non habere veritatē sententiam eorum, qui dicunt Apostolum Ephesi tantum in vinculis fuisse, & inde hanc epistolam Colossensibus misisse.

*Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus cōsobrinus Barnabæ*

(de quo

Philem. 1.

**G** (de quo accepistis madata, si venerit ad vos, excipite illum) & Iesus qui dicitur Iustus, qui sunt ex circumcisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei, qui mihi fuerunt solatio.

Aristarcus iste Thessalonicensis erat, & Apostolum sequutus esse legitur. Vnde & ad cumulum gloriæ cum eodem Apostolo captus teneri meruit pro nomine Christi. Marcus autem cōsobrinus, id est, consanguineus Barnabæ apostoli, ipse est Ioannes cognomēto Marcus, pro quo facta est dissensio inter Paulum & Barnabam. Barnabas enim volebat secū assumere & hunc Marcum. Paulus autem rogabat eum, vt qui discessisset ab eis de Pamphylia, & nō illet cum eis in opus euangelij, non deberet recipi. Sicq; facta est inter eos dissensio, ita vt discederent ab inuicem: & Barnabas quidem assumpto Marco nauigaret Cyprum. Paulus verò electo Sila, profectus est, traditus gratiæ domini à fratribus. Quoniā Marcus iste in ipsa se acie frōte constituens, nimis tepidè steterat, & insuper ex acie socors recesserat, merito eū Paulus abiecit, ne illius quasi cōtagione vires corrumpere-  
**Actu. 12.**  
**Actu. 15.**

rentur aliorū. Prædicator enim fortia debet in seipso cæteris exempla monstrare, & in bonis quæ cœpit, viriliter perseuerare. Sed quia Marcus nec fortiter egerat nec perseuerauerat, merito Paulus eū vterius in via prædicationis sociū habere noluit. Timēs etiam ne alios exēplo suo vanos ac desidiosos redderet, mandauit ecclesiis suis ne reciperent eum. Sed postea correptus est Marcus, atq; dignus effectus vt eum Paulus adiutorem habere gauderet. Et hoc est quod dicit: [Salutat vos Aristarcus cōcaptius meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis madata,] ne scilicet eum reciperetis, sed nūc [si venerit ad vos excipite illū,] quia videlicet bene correptus est. [ & Iesus] vos salutatur, [qui dicitur Iustus] .i. cui ab euentu sanctitatis  
**H**

suæ datum est hoc agnomē quod est Iustus: qui scilicet Marcus & Iustus, [sunt ex circumcisione] .i. ex genere Iudæorum. [Hi soli sunt adiutores mei in regno dei. i. in prædicatione euangelij, de qua dominus Iudæis ait: Auferetur à vobis regnū dei, & dabitur gēti facienti fructus eius, Vel in regno Dei, id est, in ecclesia ædificāda, de qua idem dominus ait: Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. Qui videlicet adiutores, [fuerunt mihi solatio] in tribulatione mea.

Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, seruus Christi Iesu, semper sollicitus pro vobis in orationibus, vt steteris perfecti & pleni in omni voluntate dei. Testimonium enim illi perhibeo, quod habet multum laborē pro vobis, & pro his qui sunt Laodicea, & qui Hierapoli.

Iste est sanctus Epaphras, de quo in principio epistolæ huius dictū est, Cognouistis gra-

tiam dei in veritate, sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Iesu Christi. Quia ergo prædicauerat eis gratiam dei, idcirco sollicitus præcibus deum semper exorabat, vt ipsi in eadē gratia permanerēt ne labor eius fieret vacuus. Corporali enim præsentia illi abierat, & propterea deo qui nusquam deest, illos cōmendabat. Et hoc est: [Salutat vos Epaphras, qui est ex vobis] originem ducens, & est [seruus Christi Iesu] .i. seruiens mandatis euangelicis, ipse dico, [semper sollicitus pro vobis in orationibus] .i. semper solcite & attente orans pro vestra salute, vt scilicet [steteris. i. perseueretis. Vnde dictum est de diabolo: In veritate nō stetit, quia fuit ibi sed non persistit. Et vos estis in religione Christiana, ideōq; p̄catur Epaphras, vt steteris. i. permaneat in ea. Steteris perfecti bona operatione, [& pleni] bona voluntate. Perfecti exteriori, & pleni interiori, ne sit mens interiori vacua, cum perfecta foris apparuerint opera. Tales (inquā) steteris in omni voluntate dei, id est, in obseruantia omnis diuinæ voluntatis, vt scilicet omnem dei volūtatem perseueranter impleatis. Hoc ille vobis à deo concedi præcatur, sine cuius gratia nihil potestis. Nam ego [testimoniū illi perhibeo, quod multum laborat] orando & vigilādo [pro vobis, id est, pro vestra salute, [& pro his qui sunt Laodicea,] quæ est vrbs vobis proxima, & pro illis qui sunt Hierapoli, quæ & ipsa est ciuitas non procul à vobis posita.

Salutat vos Lucas medicus charissimus & Demas.

Lucas iste primò fuit medicus corporū, deinde cōuersus ad Christū, factus est medicus animarum. Inde est quod plus quàm alij euangelistæ, loquitur de misericordiis redemptoris, per quas languores peccatorum ab animalibus pelluntur, & sacerdotis personā in Christo describit, interuenientis pro peccatis totius mundi.

Salutate fratres qui sunt Laodicea, & Nymphā, & quæ in domo eius est, ecclesiam. Et cum lecta fuerit apud vos epistola hæc, facite vt in Laodicensium ecclesia legatur: & ea quæ Laodicensium est, vobis legatur.

Prædicti sancti vos salutant. Vos autē salutate vicinos vobis [fratres qui sunt Laodicea, &] inter eos specialiter & nominatī [salutate Nympham] illā matronam religiosam, [ & ecclesiam] quæ est in domo eius, id est, familiam eius, vel multitudinem fidelium apud eam congregatorum, quos ipsa hospitatur & pascit. [Et cū apud vos lecta fuerit hæc epistola, facite vt in Laodicensium ecclesia legatur] .i. curate in conuentu Laodicensium recitari, quia & propter eos secundarie scripta est, sicut propter vos principaliter. [ & ea] similiter epistola, [quæ Laodicensium est. i. quæ ego Laodicētib⁹ misi,] [legatur vobis.] quanuis & hanc epistolā quintamdecimam, vel sextamdecimā Apostolus scripserit, & autoritas eam apostolica sicut cæteras firmavit, sancta  
**Sup. 1.**  
**Ioan. 8.**  
**L**

tamen ecclesia non amplius quàm quatuordecim tenet, vt ex ipso epistolarum numero ostēderet, quod doctor egregius, legis & euangelij secreta rimatus esset. Quatuordecim quippe, quatuor & decem sunt: & quatuor significant nouum testamentum, propter quatuor libros euangelij: decē autē vetus instrumentū, propter decalogum legis. Ex ipso itaq; numero voluit ecclesia sancta, demonstrare, omnē sapientiā, vel perfectionē veteris ac noui testamenti, breuiter in his epistolis comprehendere: ideōq; numerum qui hæc significabat, excedere noluit.

Et dicite Archippo: Vide ministerium quod accepisti in domino, vt illud impleas.

[Dicite,] inquit, [Archippo] episcopo vestro à nostra parte: [Vide ministerium quod accepisti] id est, attende & considera quale opus suscepisti, [in domino,] id est, in domini gratia, vel in his quæ domini sunt. Noli cæcus esse, noli oculos auertere ab officio ministerij tui. i. ab actione episcopatus tui, sed vide sollicita consideratione quale ministerium suscepisti, vt strenue [illud impleas,] non ociose vacuum teneas. Archippum præpositum eorum per eos commonet, vt qui regendam ecclesiam eorum accipit, sit sollicitus de eis. Plebis causa scribitur epistola, & ideo non ad rectorē dirigitur. Vel quia ipse tepide agebat cū pseudo apostolis, idcirco Apostolus non per se, sed ad maiorem confusionem per subditos suos, quasi pluris illos faciens, admonet eum.

Salutatio mea manu Pauli. Memores estote vinculorum meorū. Gratia vobiscum, Amen.

[Salutatio, inquit, scripta manu Pauli,] id est, manu propria, vt ex subscriptione mea sciatis epistolam à me missam. [Memores estote vinculorū meorū.] Memoriam vinculorū suorum hortatur eos habere, siue ideo, vt eius exemplo informati, patientiam in tribulationibus habere discant: siue vt orēt pro eo, vt citius absoluaatur, & ad prædicandum liber discurrat: siue (quod minus est credendum) vt aliquid ei largiatur, in ipsis vīculis minus necessaria procurare valenti. Deinde, [Gratia, inquit, domini sit vobiscum,] vt ea cooperante valeatis opera bona facere. Hucusq; protenditur epistola, quæ missa est ad Colossenses. Congruum autem videtur, vt propter notitiam legentium subiiciamus eam, quæ est ad Laodicenses directa, quam (vt diximus) in vīu non habet ecclesia. Est ergo talis.

EPISTOLA PAVLI AD LAODICENSIS, vt nonnulli opinantur.

Aulus Apostolus nō ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, fratribus qui estis Laodicea, gratia vobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratias ago Christo per omnē orationē meam, quod permanentes estis & perseuerantes in operibus bo-

nis, promissionem expectantes in die iudicii, neque disturbent vos quorundam vaniloquia insimulantium veritatem, vt vos auertant à veritate euangelij, quod à me prædicatur. Et nūc faciet deus, vt qui sunt ex me, ad perfectum veritatis euangelij sint deseruientes: & benignitatem operum facientes, quæ sunt salutis vitæ æternæ. Et nunc palam sunt vincula mea quæ patior in Christo, in quibus lætor & gaudeo. & hoc mihi est ad salutem perpetuam, quod factum est orationibus vestris, administrate s̄ spiritu sancto. Siue per vitam siue per mortem, est mihi vita in Christo, & mori gaudium. & ipse in vobis faciet misericordiam suam, vt eandem dilectionem habeatis & sitis manimes. Ergo dilectissimi, vt audistis præsentiam domini, ita sentite, & facite in timore, & erit vobis vita in æternum. Est enim deus qui operatur in vobis. & facite sine peccato, quæcunque facitis. Et quod optimum est dilectissimi, gaudete in domino Iesu Christo: & cauetes omnes sordes in omni lucro. Omnes petitiones vestræ sint palam apud deum. Estote firmi in sensu Christi, & quæ integra & vera & pudica & casta & iusta & amabilia sunt, facite. Et quæ audistis & accepistis, in corde retinete: & erit vobis pax. Salutate omnes fratres in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen. Hanc facite legi Colossensibus: & eam quæ est Colossensium vobis.

EPISTOLAE AD COLOSSENSIS  
 Finis.

PRAEFATIO IN EPISTOLAM  
 Pauli Primam ad Thessalonicenses.

Thessalonica est vrbs nobilis in Macedonia, ad quā cū venissent Paulus & Syllas, quoniā ibi erat synagoga Iudæorum, secundum cōsuetudinem suā Paulus introiit ad eos, & per fabbara tria disserbat eis de scripturis. Et quidā ex eis crediderunt, & adiuncti sunt Paulo & Syllæ, & de colētib⁹, id est, profelytis gētilibusque multitudo magna, & mulieres nobiles nō pauca. Zelantes autem Iudæi assumentesque de vulgo viros quosdā malos, & turba facta, concitauerunt ciuitatem, & assidentes domui Iasonis, quærebāt eos producere in pulum. Et cū nō inuenissent eos, trahēbant Iasonem & quosdā fratres ad principes ciuitatis, clamātes, quoniam hi sunt qui vr̄bem concitant, & huc venerūt, quos suscepit Iason, & hi omnes cōtra decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicentes esse Iesum. Concitauerunt autem plebem & principes ciuitatis audientes hæc. Et accepta satisfactione à Iasone & à cæteris, dimiserūt eos. fratres vero confestim per noctem dimiserunt Paulum & Syllam Berrhæam. Taliter conuersi sunt Thessalonicenses, & talia mox pro fide pati cœperunt. Nam & postquam apostolos dimiserunt, multa pro Christi nomine pertulerūt. Quorum constantiam Apostolus collaudans, scribit illis ab Athenis, & intendit exhortari illos, vt immobiles inter aduersa permaneant, ac semper in melius proficiant. Leinde errorem quorundā mortuos suos inconsolabiliter lugentium quasi non amplius resurrecturos, corrigit docens communem resurrectionem veraciter esse futuram. Sed & in aliis pluribus vitam illorum atque mores instruit. Et quia ipsi ad obediēdum proni erant, ideo nō ponit nomen autoritatis suæ vel officij, sed vt pares admonet. Siluanum autem (id est Silam) & Timotheum idcirco secum ponit, quia in conuersione eorum fuerant cum illo participes laboris, vel quia tunc erant cum ipso Athenis. Et hanc epistolam (nisi fallor) primam omnium scripsit. Non enim ante istam inuenio illum aliquid scripsisse. Si autem inchoat.

Epistolæ



**P**aulus & Siluanus & Timotheus, ecclesiae Thessalonicensium in Deo patre & domino Iesu Christo, Gratia vobis & pax.

[Paulus &] duo socij eius [Siluanus & Timotheus] mittunt hanc epistolam [ecclesiae Thessalonicensium.] Iudeorū proprie synagoga dici solet, quauis & ecclesia dicta sit. Nostram verò apostoli nunquā synagogā dixerūt, sed semper ecclesiam, sine discernēdi causa, siue quod inter congregationē, vnde synagoga: & conuocatio nē, vnde ecclesia nomen accepit, distet aliquid, quod scilicet pecora cōgregari solent, quorum & greges proprie dicimus: cōuocari autem magis est vtentium ratione, sicut hominū. Paulus & socij eius dirigunt has literas ecclesiae Thessalonicensium, consistenti [in deo patre & domino Iesu Christo, id est, in fide & charitate patris & filij, subintelligitur & spiritus sancti, quo vnctus est Christus.] Vel in deo patre & filio mittit Paulus & socij eius hanc epistolam. Gratia, inquit, & pax sit vobis. Bene primò gratiam dicit, deinde pacem nominat: quia sine gratia dei ad pacē reconciliationis peruenire nō possumus, imò nihil pacificum nisi per gratiā eius habere valemus. Gratia enim gratis datur sine praecedētibus meritis, & per hanc dum culpas remittit, accedimus ad pacem reconciliationis. Potest & ita intelligi: Gratia & pax à deo sit vobis, vt qui humana gratia & seculari pace priuati estis, apud deum gratiam & pacem habeatis.

*Gratias agimus deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, memores operis fidei vestrae & laboris & charitatis & sustinentiae spei domini nostri Iesu Christi, ante deum & patrem nostrum, scientes fratres dilecti à deo electionem vestram, quia euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum, sed in virtute & in spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis, quales fuerimus in vobis propter vos.*

Solito more incipit à gratiarū actione, quia multā dei gratiam in his videt refulgere. Et idcirco deum primò laudat, qui dedit eis gratiam deinde ipsos qui fide & operibus secuti sunt eū. Ac si dicat: Tenete quae tenetis, agite quae agitis. quoniā talia sunt vt pro eis deo gratias agamus. Agimus enim gratias & laudes deo nō ad horam sed [semper pro omnibus vobis,] maioribus & medijs & minoribus, vel viris & mulieribus, quia gratiam quam vobis primò cōtulit,

adhuc in vobis conseruat & augmētat. Ab ipso enim sunt omnia bona quae habetis, & ideo gratias illi pro his referimus, Nos dico, [facientes memoriā vestri in orationibus nostris,] & hoc [sine intermissione, id est, nūquam intermittimus facere memoriā vestri, quotiescunq; oramus. Nam sumus memores operis fidei vestrae, id est, quomodo fides vestra non est ociosa, sed semper bonum opus agit, & ideo libenter pro vobis oramus. Memores (inquā) sumus operis vestri [ & laboris,] quē in ipso opere ducitis, id est, mente retinemus, quomodo bene operātes laboratis. [ & charitatis, id est, fraternę dilectionis, quā bonis operibus ostenditis. Vel laboris tolerantiae aduersitatum, & charitatis qua inimicos diligitis. [ & sustinentiae, id est, expectationis [spei domini nostri Iesu Christi:] quoniā bona facientes & mala patientes, expectatis longanimitē supernum illud prēmii, quod à Christo speratis accipere cum venerit. Et haec omnia facitis [ante deum,] quia in his non humanos fauores appetitis, sed omnipotentis dei praesentiae intenditis. Praesentē enim dominum adesse cogitatis, & vos ante conspectum eius omnia facere cōsideratis. Vel nos sumus memores vestri in orationibus ante deū, ante deū, qui nos creauit: [ & patrē nostrū,] qui nos adoptauit: Ita sumus memores vestri, [scientes electionē vestrā, id est, scientes vos esse electos, & ad aeternā vitā praedestinos, [ & fratres dilecti à deo, id est, quos deus diligit, quia paternis flagellis vos ad aeternam haereditatem erudit. Quem enim diligit dominus, corrumpit: & flagellat omnem filiū quem recipit. Vel memores sumus vestri, scientes electionem vestrā, id est, scientes quomodo deus per doctrinam nostram vos elegit de multitudine ceterorum, qui sunt in infidelitate relicti. Verē deus praedicātibus nobis vos elegit, tangens interius corda vestra dono sancti spiritus: [quia euāgelii nostrum,] id est, praedicatio nostra [non fuit ad vos in sermone tantummodo, sed etiam in virtute] operis vel in virtute miraculorum, [ & in spiritu sancto,] quia per impositionem manuum nostrarum dabatur vobis spiritus sanctus: [ & in plenitudine multa,] quia plenarie vos instruximus, & spiritalibus gratis autore deo repleuimus, & copiose in vobis talia operati sumus: [sicut vobis scitis] & testes estis, [quales, id est, quā religiosi & mirifici] fuerimus in vobis propter vos] conuertendos & instruendos, vt nō solum ratione verborū, sed & exemplo operum nostrorū vos informaremus.

*Et vos imitatores nostri facti estis & domini, excipientes verbum in tribulatione multa cum gaudio spiritus sancti, ita vt facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia.*

*A vobis enim diffamatus est sermo domini non solum in Macedonia & in Achaia, sed & in omnem locum fides vestra, quae est ad deū, profecta est ita vt*

Hebr. 12. Prou. 3.

*A non sit nobis necesse quicquam loqui. Ipsi enim de nobis annūciant, qualem introitum habuerimus ad vos, & quomodo conuersi estis ad Deum à simulacris, seruire Deo viuo & vero, & expectare filium eius de caelis (quem suscitauit ex mortuis) Iesum, qui eripuit nos ab ira ventura.*

Ipsi scitis quales fuerimus vobis propter vos informandos. [Et vos facti estis imitatores nostri, &] quod est amplius, imitatores [domini, excipientes verbum] nostrae praedicationis [in multa tribulatione] vestra vel nostra, [cum gaudio spiritus sancti. i. quod vobis spiritus sanctus de spe caelestis mercedis inspirauit. Et propterea nō immerito supradiximus nos scire electionem vestram, id est, vos esse de electis dei, quia non estis paleae, sed grana. Non solū enim nostri, sed & Christi imitatores facti estis, dū nulla vos tribulatio à susceptione verbi caelestis reuocare valeret, sed potius gauderetis in tribulationibus pro verbo. Nam excepistis illud. i. ex omnibus vel extra omnia reuerenter susceptis in tribulatione multa, quae vobis propter verbū est illata. Et licet tribulationes perferret vestra caro, animus tamen gaudebat in spiritu sancto. Et in his dominum atque nos imitati estis, [ita vt facti sitis forma, id est, exemplū permanenti cōstanter in fide inter aduersa,] [omnibus credentibus] qui sunt in [Macedonia & in Achaia.] Et ideo vos qui tot alijs exemplum fidei & patientiae facti estis, videte ne deficiatis, sed semper robustiores in Christo perduretis. Verē forma facti estis multis, nam effectus hoc indicat. Nam [sermo domini. i. dominicae praedicationis egrediens] à vobis, diffamatus est nō solum in Macedonia & in Achaia, sed & in omnē locum] vobis affinem in circuitu [profecta est, id est, trāsiiit audita] [fides vestra quae est ad deum] se extendens. Et ita peruulgata est apud omnes, [vt nō sit nobis necesse quicquam loqui] de vobis ad commendandum alijs bonam vitam vestram, vt eos ad fidem & religiosam conuersionem exemplo vestri prouocemus. Verē nō est necesse nobis vt nos loquamur, nam ipsi loquūtur. [Ipsi enim] qui in circuitu degūt, [annūciant de nobis,] id est, narrāt alijs alijs, [qualem introitum habuerimus ad vos,] id est, quāta virtute miraculorum & abundantia spiritalium bonorum accesserimus ad vos conuertēdos. [ & quomodo, id est, quā facile aut quā deuote] conuersi estis ad Deum, & quā facile doctrina nostra introierit ad corda vestra. Cōuersi estis ad deum [à simulacris, id est, ad cultū dei à cultura idolorū,] [seruire, id est, vt seruiatis deo, non mortuo & falso, sicut est Iuppiter vel Hercules & ceteri quos ex mortuis hominibus pagani deos constituerunt: sed] [viuo & vero,] quia naturaliter deus est. & expectare, id est, vt vt bene operantes expectetis longanimitē sine murmuratione pijs desiderijs [filiū eius Iesum de caelis] vēturum reddere mercedem fer-

uis suis, [quem] pater [suscitauit ex mortuis: & D] qui filius ideo est expectandus à nobis remunerator, quia delendo peccata nostra [eripuit nos ab ira ventura,] ab animaduersione futurae vltionis. Ira enim dei non perturbatio est, sed iudicium quo irrogatur poena pro peccatis.

CAPVT II.

*Am ipsi scitis fratres introitum nostrum ad vos, quia non inanis fuit: sed ante passi multa & contumelias affecti (sicut sitis) in Philippis, fiduciam habuimus in deo nostro loqui ad vos euangelium dei in multa sollicitudine. Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo: sed sicut probati sumus à deo, vt crederetur nobis euangelium, ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed deo qui probat corda nostra.*

Alij nūciant qualem [introitum] habuerimus [ad vos, nam vos ipsi fratres scitis] eū qualis fuerit, quia scilicet non fuit inanis, id est, infructuosus & leuis: [sed antē] quā ad vos veniremus, passi sumus multa & contumelias affecti sumus in Philippis. i. in vrbe Philippensiu, de qua migrauimus ad vos. Ibi enim ego & Silas ad iudices contumeliose tracti sumus, ita & tunicae nostrae scinderentur, & publice virgis caesi atque in carcerem trusi, & in ligno pedes constricti. Haec & alia passi sumus in Philippis, antequam ad vos accederemus, [sicut & vos scitis.] Et patientia talium afflictionum vel iniuriarum confortati, [habuimus fiduciam] & audaciam nō in viribus nostris, sed [in deo nostro,] id est, in eius virtute & potentia [loqui ad vos,] id est, praedicare [euangelium dei in multa sollicitudine, ne scilicet priusquam vos bene instruerem, ab infidelibus impediret. & tamen fiducialiter & audacter locuti sum⁹ vobis, quia [exhortatio nostra non est de errore,] vt aliquē errorem cuiuslibet prauae sectae suademus, [neque de immunditia,] vt immundam vitam in carnis pollutione exhortemur: [neque in dolo vt aliud in ore, & aliud in corde habeamus. Nā etiam veritatis est in dolo, quādo non pro amore veritatis & vtilitate audientium praedicatur, sed vt gloria vel aliquod lucrum adquiratur. Exhortatio nostra non est de errore, quia non exhortamur aliquem vt erret in veritate, neque de immunditia, quia nemini suademus vt seipsum maculet: neque in dolo, quia fraudulentā simulationem in verbis nō habemus: [sed sicut probati, id est, probi habiti] sumus [à deo vt crederetur, id est, committeretur] [nobis euāgelii, ita loquimur,] hoc est, sicut illi quos approbauit & elegit nō per errorem, vel per immunditiam, vel per dolum, sed per veritatem fidei & munditiā vitae ac simplicitatem cordis, sic praedicamus alijs euāgelii, [non quasi hominibus placentes,

Actu. 17.

Actu. 16.

F

**G**placentes .i. nō sicut illi qui fauorē hominū appetunt, [sed deo] placere studētēs, [qui probat, .i. scrutatur & inspicit] corda nostra] & cogitationū secreta. Ipse enī qui occulta cordiū rimatur, nouit quia nō hoībus, sed illi placere quærimus. Et si hominibus placere quærim⁹, hoc nō propter nos, sed propter ipsorū salutē agimus.

*Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neq; in occasione auaritia, deus testis est: nec quærentes ab hominibus gloriam neque à vobis, neq; ab aliis, cū possemus oneri vobis esse vt Christi apostoli: sed facti sumus paruuli in medio vestrum, tanquā si nutrix foueat filios suos. Ita desiderantes vos cupidē, volebamus tradere vobis non solum euangeliū dei, sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis.*

**H** Verē non sumus ex prædicatione quærentes placere hominibus, sed deo: [Neque enim fuimus aliquando, id est, vnquam [in sermone adulationis,] vt per adulatoria verba placeremus hominibus, palpando vitia eorum siue laudando, [sicut scitis: neq;] fuimus [in occasione auaritiæ, id est, nō prædicauimus ea intentione vel occasione, vt res vestras nobis cōgregaremus, & inde nobis [deus est testis,] qui nouit arcana peccatoris, nec fuimus aliquando] quærentes ab hominibus gloriam:] & hoc ostendo per partes hominum, quia [neque à vobis, neque ab aliis.] Quas vires nocendi habeat humanæ gloriæ amor, non sentit nisi qui ei bellum indixerit. Quia etsi cuiquam facile est, laudē non cupere dum negatur: difficile tamen est, in ea nō delectari cum offertur. Iustus autē quisque aut tantum temporalem gloriam non habet, aut hanc sub semetipso frangit, si habet, vt honori suo liber emineat, nec ei victus delectatione succumbat. A vobis (inquam) non quæsiuimus aliquid terrenum, [cum tamen possemus vobis oneri esse, id est, vos grauare exigendo à vobis stipendia vt cæteri [apostoli Christi] exigunt vel accipiūt ab auditoribus suis. Nos nec rebus vestris pasci, nec laudibus vestris magnificari quæsiuimus: sed facti sumus paruuli in medio vestrum, id est, apostolatus nostri gloriā ante oculos vestros humiliuimus, & magnitudinē nostri sensus ad paruitatem vestræ capacitatis inclinauimus, [tanquā si nutrix foueat filios suos,] quæ sedet in terra, & tenet in gremio filios ac lacte nutrit, & blandiens cōsolatur, atque balbutiendo informat ad loquendum. Sic enim propter vos humiliati sumus, & materno affectu vos in sinu pietatis patienter fouendo portauimus, & lacte inchoationis potauimus, atque blanditiis promissorum cælestium vos cōsolati sumus, & de humanitate Christi vobis quasi balbutiuimus, vt ad loquēdū verbum diuinitatis eius vos instrueremus. Sunt nutrices fouentes quidem, sed non filios suos. Et item sunt matres nutricibus dantes, non fouentes filios suos. Aposto-

lus verō germano & pingui affectu charitatis & K nutricis personam suscipere videtur, dicēdo foueat: & matris, addendo filios suos. Et nutrici ergo se cōparauit, quia alebat: & filios suos addidit, quia pepererat, dicēs: filioli mei, quos iterum parturio. Assimilati (inquit) sumus nutrici proprios natos alenti: quia [ita desiderātes vos cupide,] sicut nutrix desiderat filios suos, [volumus tradere vobis non solum euangeliū dei, sed etiam animas nostras, id est, non solum prædicationem veritatis, sed etiam totam vitam nostram expendere in salute vestra. & hoc ideo,] quia facti estis charissimi nobis] propter meritum vestræ sanctitatis, quam ab exordio vestræ conuersionis protinus arripuistis.

*Memores enim estis fratres laboris nostri & fatigationis: nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus, prædicauimus in vobis euangelium dei. Vos testes estis & deus, quā sancte & iuste & sine querela vobis qui credidistis, fuimus, sicut scitis, qualiter vnūque vestrum tanquā pater filios suos, deprecantes vos & consolentes testificati sumus, vt ambularetis digne deo, qui vocauit vos in suum regnum & gloriā. Ideo & nos gratias agimus deo sine intermissione, quoniam cum accepissetis à nobis verbum auditus dei, accepistis illud non vt verbum hominum, sed sicut est verē verbum dei, qui operatur in vobis, qui credidistis in ipsum.*

Verē facti sumus paruuli vobis vt nutrix, quia humiliati sumus in labore, sicut nostis. Vel ita: Verē animas nostras parati eramus tradere vobis, sicut effectus operū nostrorum indicabat, quia incessanter laborabamus pro vtilitate vestra quē admodū recordamini. [Memores enim estis o fratres laboris nostri,] quem apud vos habuimus, [ & fatigationis. Est plerunq; labor sine fatigatione, sed labor noster nō fuit talis, & nō fuit leuis & momentaneus, sed grauis & cōtinuus. Assiduē enim & in prædicatione, & in manuum opere laborauimus, & ideo præ nimie iugis laboris fatigabamur, nec tamen deficiebamus. Nā [noctē & diē operātes] manibus nostris, vnde victum haberemus, [ne quem vestrum .i. ex vobis] grauaremus] accipiētes ab eo stipendium, [prædicauimus in vobis euangeliū dei,] vt exēplo nostro vos informaremus ad laborādum manibus propriis vnde viuatis & indigentibus ministratis, atque falsos apostolos ventri seruientes repellatis. Nam [vos estis testes] nobis & ipse de⁹, qui nouit omnia, [quā sancte,] quantum ad puritatem mundissimæ cōuersionis, fuerimus vobis: & quā [iuste,] quantum ad æquitatem erga proximos seruandam faciēdo debita: & quā [sine querela, id est,

A est, quā innocenter & irreprehensibiliter] vobis fuimus qui credidistis,] quia nihil fecimus vobis, vnde possētis conqueri de nobis: [sicut scitis,] vel sine querela fuimus vobis, quia nunquam quæsi sumus de vobis, dum imbecillitatem vestram portaremus. Taliter fuimus conuersantes vobis, id est, ad vtilitatē vestrā. Sicut scitis .i. ita hæc scitis, sicut & alia quæ subiungimus, scilicet [qualiter.] monebamus amicabiliter [vnumquemque vestrum] tanto affectu, [tanquā si pater filios suos] instruat, nos dico, [deprecantes vos,] vt in melius proficeretis: [ & consolantes] in tribulationibus, ne deficeretis. Et hæc facientes, [testificati sumus .i. sub testimonio diuinæ maiestatis vel sanctorū vos adiurauimus, [vt ambularetis] in via recta, proficiendo & ad cælestē patriam tendēdo ambularetis, inquam, [digne deo,] id est, per viam quæ esset digna perducere ad deum, vel sicut dignum est electos Dei ambulare. [qui vocauit vos in regnū suum & gloriā,] vt per iter virtutum festinetis ad eum, quatenus in regno eius B & in gloria eius perenniter cū eo maneatis. Vel in regnum suum, id est, in præsentem ecclesiam vos vocauit, & post in gloriam suam .i. in angelorum societatem. Et quia vos ad tantam beatitudinem vocauit, vōsque libenter sequi vocantem cœpistis, ideo nō solum vos, sed [ & nos] agimus sine intermissione gratias deo,] qui hoc fecit in vobis per gratiam suæ aspirationis, [quoniam cū accepissetis à nobis verbum auditus dei, id est, euangelium in quo audistis notitiam dei,] accepistis illud non vt verbum hominū .i. non inutiliter & negligētē, sicut verba hominum solent accipi, vel nō vt verbum hominū .i. quasi à sapientibus esset. [sed sicut est verē verbum dei, id est, ita reuerētē & honorifice, sicut illud quod reuera locutus est deus. Quod effectus indicat, quia ipse deus] operatur] quotidie bona opera [in vobis, qui credidistis, tendentes in ipsum] per fidē & desideria. Gratias (inquit) agimus deo sine intermissione, quoniam cū accepissetis, &c. Quid est quod hic Deo gratias agit? Nempe vanum est atque inane, si cui gratias agit pro hoc quod ipse non fecit. Sed quia hoc vanū & inane nō est, profecto Deus, cui de hoc opere gratias agit, ipse fecit, vt qui percipissent ab Apostolo verbum auditus dei, exciperent illud nō vt verbum hominum, sed sicut est verē verbum dei. Dicit igitur: Operatur in cordibus hominum vocatione illa secundum propositū suum, vt non inaniter audiant euangelium, sed eo audito conuertantur & credant, excipientes non vt verbum hominū, sed vt verbum dei sicut & verē est. Hucusque multa dixit contra pseudo apostolos, significans in eis esse cuncta vitia, quæ in se & focus suis esse denegauit, ac deesse illis omnia virtutum bona, quæ in se & comitibus suis esse demonstrauit. Iam verō ne Thessalonicēses pro sua vel apostolorum tribulatione moueantur, subiungit.

*Vos enim imitatores facti estis fratres ecclesiarum Dei quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu, quia eadem passi estis &*

*vos à contribulibus vestris, sicut & ipsi D à Iudæis. Qui & dominum occiderunt Iesum & prophetas, & nos persecuti sunt, & deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur, prohibentes nos gentibus loqui vt salua fiant, vt impleāt peccata sua semper. Peruenit enim ira dei super illos vsque in finem.*

Contra falsos apostolos latenter fuerat locutus vt eos non susciperent, nunc contra Iudæos manifeste loquitur vt eos non metuant. Verē, inquit, in ipsum credidistis, quia [vos estis facti imitatores ecclesiarū dei, quæ sunt in Iudæa .i. in terra Iudæorū,] in Christo Iesu, id est, in instructione ipsius Christi. In hoc estis imitatores, [quia eadē passi estis & vos,] quæ passi sunt & illæ ecclesiæ. Passi (inquam) estis [à contribulibus vestris .i. ab illis de quorum tribubus originem ducebatis,] sicut & ipsi à Iudæis.] Cives E enim & amici vel consanguinei vestri vos persecuti sunt, sicut & illos sui. Nec mirū si Iudæi more suo fideles persequuntur, [qui ipsum saluatore dominum Iesum occiderunt & prophetas antea, qui prænucciabant eum: & nos apostolos postea] [persecuti sunt,] qui prænucciabamus illis eū aduenisse. & ideo ne miremini, sed patienter sustinete, si & vos persequuntur, qui semper persecuti sunt. & licet æmulatione legis hæc facere videantur, [deus tamen non placet,] cuius gratiam impugnat. Nec tantū deo rebelles sunt, sed [ & omnibus hominibus .i. saluti omnium hominum] [aduersantur, prohibentes] in quantum prævalent, [nos loqui .i. ne loquamur] verbum dei [gētibus vt credant & salua fiant:] & ita hostes sunt omnibus, dum conantur facere vt verbum salutis per nos ad neminem veniat, sed omnes in perditione relinquatur. Et hoc ex more faciunt, [vt impleant peccata sua semper .i. peccata peccatis incessanter accumulēt vsq; ad consummatam plenitudinem, quādo pro his mittētur in gehennā. Ideo] autem semper peccata sua implent, quia ira dei P vt excarētur, peruenit super illos. .i. iam olim effusa est super corda illorum, ex quo reprobauerunt saluatore qui missus eis fuerat. Quando enim patres eorum dixerūt, Sanguis eius super nos & super filios nostros, tūc peruenit ira Dei super illos, & durabit vsque in finem, quando prædicante Elia recipient gratiam. Vel ita: Vt impleāt peccata sua semper. Quadraginta enim annos post passionē domini dedit deus Iudæis ad penitentiam. Illis transactis, cū credere nolent, completa peccata ea eorum, vt pro his perire deberent. Quādo autem hoc dixit Apostolus, stabat Ierusalem, nec erant peccata eorum adhuc completa, sed cōpleta sunt venientibus Romanis, vnde subdit: [Peruenit enim .i. antequam resipiscerent venit, antequam putarent] venit [ira dei super illos,] opprimēs eos. Ira dei est vitio quæ p Romanos facta est, quæ ira perdurat super illos captiuos [vsq; in finem] seculi, vel hæc temporalis ira idcirco dicitur peruenisse

Galat. 4.

Actu. 7.

Matt. 23.

Matt. 27.

nisse

Gnisse super illos captiuos, quia sequitur æterna, cum sine fine post hanc vitam puniuntur in inferno. Peruenit ira præsentis ultionis, perdurans super illos vsque in finem: sequitur ira futuræ damnationis, perdurans sine fine.

*Nos autem fratres desolati à vobis ad tempus horæ, aspectu, nō corde, abundantius festinauimus faciem vestram videre cum multo desiderio. quoniam uoluimus venire ad vos, ego quidem Paulus & semel & iterū, sed impediuit nos satanas. Quæ est enim nostra spes aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante dominum nostrum Iesum Christū estis in aduentu eius? vos enim estis gloria nostra & gaudium.*

H Vos multa passi estis à ciuibus vestris, sed [nos & fratres desolati. i. sine cōsolatione facti sumus [à vobis.] Desolatos nō fecistis tristitia quā habuimus de tribulationibus vestris, antequā sciremus cōstantiam fidei vestræ. Desolati sumus [ad tēpus] quoniā horaria, & non diuturna fuit vel erit hæc nostra desolatio. Desolati (inquā) sumus ore, quia non possumus vobis presentialiter loqui: & [aspectu,] quia non videmus faciē vestrā: [nō corde,] quia cor nostrū vos semper intuetur & est vobiscum. Os & aspectus cessat, sed cor & sollicitudo nō quiescit. Nos ita desolati, [festinauimus abundantius. i. multo magis accelerauimus videre faciē vestrā, ne sit immutata. i. ne fortè defeceritis in tribulationibus, quas passi estis à ciuibus vestris. Festinauimus (inquā) videre faciē vestrā. i. vos videre facie ad faciē, videre presentiam vestram, [cum multo desiderio] exhortandi vos & ad cōstantiā perseuerantiæ festinauimus quidem, sed quod festinabamus implere nequiuimus. [Quoniam uoluimus] quidem omnes [venire ad vos,] sed non potuimus. [ego quidem Paulus,] qui plus aliis curro & deuotior sum, volui [et semel & iterum] ad vos venire, sed non potui, [quia impediuit nos satanas,] qui interpretatur aduersarius. i. diabolus qui saluti semper hominum aduersatur, opposuit nobis impedimēta. Ideo magis euigilate aduersus insidias eius, ne & iter vestrum, per quod ad cælestem patriam tenditis, impediatur. Nequaquam per semetipsum satanas præpedire vias tāti apostoli potuit, sed occulte dispensationis nutibus dū aduersaretur, nesciēs deseruiuit, vt nimirum Paulus dū ad alios vellet accedere nec valeret, eis à quibus recedere nō poterat prodesset. Ideo, inquit, uoluimus ad vos venire, & ideo satanas obstitit, quia [quæ est spes nostra] nisi vos? id est, pro qua re nūc speramus quod in futuro mercedē accepturi sumus, nisi pro vobis [aut quod est gaudium] nostrū? id est, vnde nunc & in futuro gaudemus, nisi de sanctitate vestra? aut quæ est nostra [corona gloriæ,] quæ victoribus dabitur, nisi vos? [Nonne vos] nobis hoc [estis ante dominum nostrū Iesum Christū. i. ante tribunal summi iudicis [in

aduentu eius?] Quia ante iustum iudicem nimirum gloriam tunc inueniemus, quam nunc in vestris moribus studio prædicationis exquirimus, & propter bonā conuersationem vestram nostro labore præparatam coronabimur. Verè tunc eritis nobis corona gloriæ, quia & modò [estis] vos gloria nostra apud ecclesias, & gaudiū] apud nos. Gloriamur enim apud alios de profectu vestræ fidei & sanctitatis, & gaudem⁹ cordibus nostris. Sed & in futuro seculo eritis nobis æterna gloria & perenne gaudium.

## CAPVT III.

*Propter quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis solos, & misimus Timotheum fratrem nostrum & ministrum dei in euangelio Christi ad confirmandos vos & exhortandos pro fide vestra, vt nemo moueatur in tribulationibus istis. Ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus. Nam & cum apud vos essemus, prædicebamus vobis passuros nos tribulationes, sicut & factum est, & scitis. Propterea & ego amplius nō sustinens, misi ad cognoscendam fidem vestram, ne forte tentauerit vos is qui tentat, & inanis fiat labor noster.*

Dixi quia desolati sumus à vobis, qui estis gloria nostra. [Propter quod] ego & Siluanus [nō sustinētes amplius,] quia graue pōdus erat nobis, dum nesciremus quid ageretur, [placuit nobis] duobus [remanere solos Athenis, & misimus] ad vos Timotheum, qui vos in proposito vestro cōfirmaret, & nobis certitudinem de vobis referret. Nō modò cū hac epistola miserunt eum, sed antea. Alioquin non cum eis saluasset eos in postremo. Misimus Timotheū, qui veraciter suscipiendus est & audiendus, quia est frater noster. i. habens partem in cælis nobiscū, & est minister dei in euangelio, id est, ministrās fidelibus ea quæ dei sunt in prædicatione euangelij. Hunc misimus [ad confirmandos vos,] vt in his staretis in quibus eratis: [et exhortādos,] vt ad meliora proficeretis. Misimus eū confortare vos & exhortari [pro fide vestra] tenēda & defendenda, [vt nemo] vestrū moueatur à cōstantia sincerae fidei [in tribulationibus istis,] quas & nos & vos ad tempus in exilio presentis seculi toleramus. Nec debetis in his ab intentione vestra moueri, quia vos ipsi scitis quod in hoc positi sum⁹, vt aduersa tēporaliter sustineam⁹. Hinc est quod p Hieremiā de antiquo hoste dicit electorū popul⁹: Posuit me quasi signū ad sagittā. Fidelis enim popul⁹ quasi signū ad sagittā hosti suo est posit⁹, quia semp velut sagittis impetitur, dū eius persecutionib⁹ affligitur. Qui enim in hac vita amsidua mala tolerat, quasi in signū positus, sagittas suscipit ferētis. Vnde

A Vnde nunc recte prædicator egregius cū persecutionum mala toleraret, atq; sub persecutore de aduersario gemeret, tenerā discipulorū mentē suis afflictionibus cōsolans, ait: [Ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus.] Ac si aperte dicat: Quid in hoc tēpore vulnera nostra miramini, qui si æterna gaudia quærimus, huc ad hoc venimus vt feriamur? Hoc, inquit, scitis. [Nā] nō tantum absentes hoc dicimus, sed [et cū esse mus] præsentibus apud vos, prædicebam⁹] & prænūciabam⁹ [vobis passuros nos tribulationes, id est, quia tribulationes passuri eramus, [sicut & factum est] postea, [et vos ipsi scitis,] quia experimento in vobis ipsi hoc probarit. Et sicut nos præsciuius tribulationes nos fore passuros, nec fugimus, ita vos qui scitis quod in hoc positi sumus, nolite moueri, sed immobiles in proposito vestro perdurate, patienter omnia tolerant. Et quia nos prædictas tribulationes iam passi sumus, [propterea] ne vos pro nostris tribulationib⁹ terremini, etiā misi ad vos, [ego amplius nō sustinēs] me esse incertū de vobis, B quia incertus formidabā tribulationes nostras fore causas defectus vestræ fidei. misi Timotheū non modo cū hac epistola, sed prius [ad cognoscendā fidē vestram. i. vt cognosceret & renunciaret mihi si permaneretis in fide, & si ipsa fides vestra esset fortis an infirma, [ne forte tētauerit vos] & tentādo superauerit [is qui tētat. i. deceptor antiquus, cuius officium est tentare homines & seducere. Deus autē intētator malorū tentamentorū est. ipse enim neminem tentat, se cundum eam scilicet tentationē, quæ deceptio nis vel seductionis est. Secundum verò eā tentationē quæ probationis est, tētauit deus Abraā. Sed ego timui ne vos tentaret is deceptor, qui tentat ad decipiendum: [et inanis, id est, infructuosus] fiat in vobis labor noster,] quē pro vobis pertulimus: hoc est, ne deceptor succumberetis, & non prodesset vobis quicquid in cōuersione & eruditione vestra laborauimus.

*Nunc autē veniēte Timotheo ad nos à vobis, & annunciantē nobis fidem & charitatē vestram, & quia memoriā nostri habetis bonā, semper desiderātes nos videre, sicut nos quoque vos, ideo cōsolati sumus fratres in vobis, in omni necessitate & tribulatione nostra per fidē vestram, quoniā nunc viuimus, si vos statis in domino. Quam enim gratiarū actionem possumus deo retribuere pro vobis in omni gaudio, quo gaudemus propter vos ante deū nostrum, nocte ac die abundantius orantes, vt videamus faciē vestram, & cōpleamus ea quæ desunt fidei vestræ? Ipse autē deus & pater noster & dominus Iesus Christus dirigat viā nostram ad vos. Vos autē dominus mul-*

*tiplicet & abundare faciat charitate in diuicem & in omnes, quæadmodum & nos in vos ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate ante deū & patrē nostrū in aduentu domini nostri Iesu Christi cū omnib⁹ sanctis eius, Amē.*

Priusquā sciremus quid ageretur, desolati fuimus à vobis. Sed nunc reuertente Timotheo, quem ad vos miseramus, & renunciāte bona de vobis, cōsolati sumus. [Nunc autē veniente Timotheo ad nos à vobis & annunciantē nobis fidem & charitatē vestram, id est, referente nobis quia inter aduersa bene permanetis in fide, nec deseruistis charitatē, qua deū & proximos vel etiā inimicos diligitis, & referētē] quia memoriā nostri bonam habetis, id est, nostri memores estis, & nihil nisi bonū de nobis cogitatis, [semper optātes nos videre sicut nos quoq;] desideramus vos cernere, ideo quia hoc de vobis audiuius, [cōsolati sumus fratres in vobis,] qui prius eramus desolati. Cōsolati (inquā) sumus [per fidē vestram. i. constantia fidei vestræ est causā vt nos cōsolationē habeamus] in omni necessitate, id est, penuria, quā patimur in victu & vestitu: & in omni [tribulatione,] quæ nobis exterius ab aduersariis infertur. Et verè cōsolati sumus, [quoniā nunc] in hac miseria [viuimus] quasi iam in cælo essemus, & quasi iam nos à mortuis resuscitados æstimam⁹, [si vos statis, id est, si statum rectitudinis perseueranter] in domino] tenetis. Nolo stetis in nobis, sed in domino, quia neque qui plantat, est aliquid: neque qui rigat, sed qui incrementū dat, I. Cor. 3: deus. O quā mollia viscera gestabat Apostolus, quando circa filios suos tanto æstu amoris inhiabat, vt diceret, Nunc viuimus, si vos statis in domino. Metuebat nimis, ne eius discipuli in prædicatione suo tot persecutionum probra cernentes, fidem in eo despicerent, contra quam imminentes passionum contumeliæ præuale- rent. Et idcirco nimis dolebat in tormentis, sed magis filiis de tormentorum suorum tentatione metuebat: paruipendebat in se plagas corporis, dum formidaret in filiis plagas cordis. Ipse patiendo suscipiebat vulnera tormentorum, sed filios cōsolando curabat vulnera cordiū. Pensemus ergo cuius charitatis fuit filiorum salutē inter sua detrimenta requirere, inter dolores proprios aliis timuisse, & statum mentis in primis etiā ex sua deiectione custodire. Qui securus erat de mercede sua, etsi discipuli caderēt, & tamen velut si in casu illorum mercedē laboris sui perderet, in statu ipsorum mercedē dixit se viuere. i. vitæ præmiū habere. Nolebat enim viuere illis cadentibus, sed illis stantibus in domino, vt fructus eius esset illis integer, & merces eius apud deū plena gaudiorum. Cōsolati, inquit, sumus per fidē vestrā. nā deo nō possumus dignas grates ex hoc reddere. [Quā enim gratiarū actionē possumus deo retribuere pro vobis] bene stantibus, positi [in omni gaudio quo gaudem⁹ propter vos ante deū nostrū,] cuius oculis manifesta sunt occulta cordiū? Nō enim ante homines



**G** est gaudium nostrū, quia foris apparemus quasi tristes propter aduersa quib⁹ arcūdāmur, sed intus ante dominū gaudemus semper de profectu vestro. Nec tantum agimus illi pro vobis quantascunque gratias possumus, sed & [nocte ac die] sumus [abundantius orantes, vt] veniamus ad vos & videamus faciē vestram, atq; ore ad os vobis loquamur, [ & cōpleamus ea que de sunt fidei vestræ, ] quæ olim non potuimus cōplere, quia eratis paruuli, & quia longo tēpore vobiscum manere nequiuimus. Quia ergo fidē firmiter, qui iam adhuc totam perfecte nō didicistis, retinere inter aduersa studuistis, ideo cupimus ad vos peruenire, & ea que desunt vestrę fidei supplere. Ex hoc loco apparet, quia quod superius ait, ita vt nō sit nobis necesse quicquā loqui, nō idcirco dixit quod ipsi iā omnia fidei mysteria sufficīēter sciret, sed (vt diximus) propterea hoc dixit, quia nō erat necesse vt ipse de illis quicquam loqueretur aliis, cū illos fama procul celebraret. Nos, inquit, oramus faciem vestram videre & fidē vestrā ad plenum instruere, sed deus faciat quod oramus. Ipse autē deus creator noster qui potest, [ & pater noster ] cælestis, qui vult bonum & paterno affectu nos diligit ac regit, [ & dominus Iesus Christus, ] qui nos ab hoste redemit & suo dominio mancipauit, [ dirigat. i. directam ab impedimentis liberā faciat ] [ viam nostram ad vos. ] Sed vos dominus id est, spiritus sanctus [ multiplicet ] in numero fidelium, [ & abundare vos faciat charitate in inuicem. i. inter vos vicissim, [ & in omnes, ] & in eos qui vobis aduersantur. & hoc faciat ita perfecte, ] quemadmodum & nos ] abundare fecit charitate [ in vos. ] Et istam charitatis abundantiam det nobis [ ad confirmanda corda vestra, id est, ad hoc vt per ipsam dilectionem confirmetur corda vestra [ in sanctitate, id est, in omni puritate atque munditia & bonorum actuum obseruatione. ] [ sine querela, id est, sine crimine, vt sitis tam innocentes, vt nemo de vobis possit iure conqueri. Et tales sitis [ ante deum, id est, in oculis dei, qui veritatem inspicit, nec latet eum aliquid. Sunt enim qui sancti videntur coram hominibus, sed non coram deo. Vos autem estote veraciter sancti & sine querela, id est irreprehensibiles ante oculos dei, qui vos cernit & creauit: & patris qui nos adoptauit. Tales esse studete ante deum [ & patrem nostrum in aduentu domini nostri Iesu Christi, cum omnibus sanctis eius, id est, quando dominus Iesus veniet ad iudicium cum omnibus sanctis suis. Qualis enim quisque præsentem vitam finiret, talis in die iudicij apparebit. Illi autem non sine querela esse apparebunt de quibus iudex queretur, dicens: Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Vel cū, omnibus sanctis agite quæ dixi, quia sic agūt omnes sancti. Ad cōfirmationem omnium quæ præmissa sunt, subiungitur [ Amen, ] quod interpretatur verē vel fideliter.

CAPVT III.

**E** cetero ergo fratres rogamus vos & obsecramus in domino Iesu, vt quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat vos ambulare & placere deo sicut & ambulatis, vt abundetis magis.

**stis à nobis, quomodo oporteat vos ambulare & placere deo sicut & ambulatis, vt abundetis magis.**

Haftenus patiētiā illam in sua vel aliorū tribulatione suasit, nūc eos in bonis actibus proficere admonet: & quales vel in seipsis vel erga fratres esse debeant, docet. Magis tamen congruūt perfectis superiora, in quibus multifarie patientiam suasit: & sequentia magis aptantur imperfectis, vbi mūditiā & innocētiā suadet. Quia, inquit, hucusque bene vixistis, quemadmodū superius demonstratum est, [ ergo de cætero ] quod superest, viuendi spatio, rogamus vt illud ita ducatis vt in bonis operib⁹ magis abūdetis. & hoc est: De cætero quod restat, [ rogamus vos fratres & obsecramus. i. per sacra adiu ramus [ in domino Iesu, vt ] sicut eum timetis & amatis ita propter reuerentiam & amorē eius quod obsecramus, faciatis. Obsecramus [ vt quē admodū accepistis à nobis. i. sicut didicistis ex doctrina nostra [ quomodo oporteat vos ambulare ] si vultis ad patriam peruenire. i. quomodo per viam iustitiæ debetis incedere, & in omnibus [ deo placere, sicut & ambulatis: ] quia quod vobis de hac ambulatiōe tradidimus, mox agere cœpistis: obsecramus, inquam, [ vt abūdetis magis ] in hac bonorum operum ambulatione, id est, amodō propensius quā antea tendatis ad cælestem patriam per executionem mandatorum dei. Vel secundum alios codices obsecramus vt quemadmodum accepistis à nobis, quomodo vos oporteat ambulare, & in ipsa ambulatione deo placere, sic & ambuletis, de virtute in virtutem proficiendo ac perseverando, ita vt abundetis magis ac magis quotidie.

**Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per dominum Iesum. hac est enim voluntas dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant deum. Et ne quis supergrediatur neque circumueniat in negotio fratrem suū quoniam vindex est dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis & testificati sumus. Non enim vocauit nos deus in immunditiam, sed in sanctificationē. Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed deum, qui & dedit spiritum suum sanctum in nobis.**

Propterea moneo ambulare sicut accepistis à nobis, quia [ vos scitis quæ præcepta ] ambulandi & recte viuendi [ dederim vobis ] ferenda & cōmendata, idque non per me, sed [ per dominū Iesum. ] Et licet sciatis, tamē ex parte replicabo. Nā [ hæc est voluntas dei, sanctificatio vestra

**A** quæ vobis prodest, non ipsi. i. hoc vult deus & exigit à vobis, vt sanctificemini, [ vt abstineatis vos à fornicatione. i. ab omni illicito cōcubitu ne tollentis membra Christi, faciatis membra meretricis. Vel, hæc est voluntas dei & sanctificatio vestra, vt abstineatis vos longe remoti à fornicatione: quia dum vos abstinetis ab immūdo opere, sanctificatur in vobis corpus & anima castitate. Ita vos abstineatis à fornicatione, [ vt vnusquisq; vestrum sciat possidere ] & dominio mentis subditum tenere [ suum vas, id est suū corpus, quod est vas animę. Ille enim possidere suum vas dicitur, qui in potestate sua suū corpus tenet, vt nō seruiat mens desideriis carnis, sed caro rectis volūtatibus mentis. Ita sciat vnusquisque vestrū suum vas possidere, [ in sanctificatione, id est, mundissima purificatione: ] [ & honore, ] ne inhonoretur opprobrio turpitudinis. Ex cōtinentia enim fornicationis, nascitur sanctificatio castitatis, & inde est honor apud homines. Nam etiam in hoc seculo honoratur, qui mundam & castam vitam ducit: sicut econtra qui seipsum qualibet fornicatione cōtaminat infamis & ignominios⁹ habetur. Ita possidete vestra vasa in sanctificatione & honore, ] non in passione desiderij, id est, quando peccatum desideratur, & non perficitur. non in passione desiderij. i. nec saltē fornicandi desiderij habeatis, quod est passio & lesio animæ. Passio enim desiderij est, vt non patiamini interius incentiuā carnis, quæ procedant ex desiderio vestro. Nō præcipio vt non patiamini incentiuā carnis, quia hoc est inuitabile, sed videte vt nō procedant ex desiderio vestro, id est, ne premeditando concupiscatis aliquem illicitum cōcubitum, vt non postea patiamini intrinsecus desiderij, & subiiciamini prauis suggestionibus à desiderio ortis [ sicut & gētes, id est, gentiles faciunt, de quibus non est mirandum: nec vos debetis esse similes eis, quia [ ignorant deū. & ideo sine respectu diuinæ formidinis aut reuerentiæ cōeunt nefarie non solum cum quibuslibet mulieribus, sed etiam cum pecudibus. Et hæc est voluntas dei, ] [ ne quis ex vobis supergrediatur in negotio. i. in mercatione [ fratrem suum, id est, alium Christianum vt mercaturam cētum solidorū extorqueat ab eo pro quolibet minore precio: neque circumueniat, id est neq; fraudulenter decipiat, ostendens illi cōgeriem pannorū exterius valde pulchram & quasi magni precij, cum sit interius vilis: aut es deauratū vendens illi pro auro, vel his similia faciens. Supergressio enim est, vbi pro minore precio illud quod maioris precij est, elicitur: circumuentio autem, vbi per dolum, in ipsa vēditione vel emptione decipitur. Sed vos ab his vitiis, id est, à fornicatione & à passione desiderij atque supergressione & circumuentione fratris, idcirco vos continete, ] quoniā vindex est dominus de his omnibus, id est, ipse punit hæc omnia in suo iudicio, videlicet non solum opus fornicationis, sed & desiderij illiciti operis, atq; iniquitatem non iustæ mercationis. Ipse de his omnibus vltionem sumet, [ sicut prædiximus, id est, sicut ante iudicium denunciauimus [ vobis ] cū essemus apud vos, & testificati sumus. i. testi-

moniis scripturarum probauimus. Vel testificati sumus, id est, testes diuini iudicij fortiter hæc asseruimus. Ideo etiam ab his est abstinentium, quia [ non vocauit nos deus in immunditiam, id est, vt immundam & sordidam vitā duceremus: ] [ sed in sanctificationem, id est, vt in contaminatissimam atque mundissimā & virtutibus plenā duceremus conuersationē. Vnde & per legem clamar: Sancti eritis, quia ego sanctus sum. Et quia dei voluntas est sanctificatio vestra, quæ tenenda est eo ordine quo subiungimus, nec vocauit nos deus vt immunde viuere remus, sed sancte: ] [ itaque qui hæc spernit, ] que nunc de sanctitate & munditia seruanda diximus & de vitiis extirpandis, [ non hominē spernit, sed deum, id est, non me spernit, sed deum cuius præcepta loquor, & cuius voluntatē annuncio: ] [ qui & dedit in nobis, id est, in cordibus nostris [ spiritum suum sanctum, ] vt omnia per spiritum eius loqueremur & faceremus: & ideo qui dicta nostra quasi verba hominū spernit, spiritum sanctū per quem omnia loquimur spernit, & deum cuius est ille spiritus. Erant inter Thessalonicenses nōnulli in supradictis vitiis manētes, & Apostoli verba spernentes: propter quos ita loquitur, ostendens quia contemptus apostolicorum præceptorum in deum potius refunderetur, non in Apostolum.

**De charitate autem fraternitatis non necesse habemus scribere vobis. Ipsi enim vos à deo didicistis, vt diligatis inuicem. Etenim illud facitis in omnes fratres in vniuersa Macedonia. Rogamus autem vos fratres, vt abundetis magis, & operam detis, vt quieti sitis, & vt vestrum negocium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis: & vt honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis.**

**De** supradictis fuit opus scribere vobis, quia quidam vestrum sunt culpabiles in illis. sed [ de charitate fraternitatis, id est, de dilectione qua fratres amare debetis, ] [ non habemus necesse scribere vobis, id est, nō est necessarium nobis vt per epistolam vos instruamus. Verē non habemus hoc necesse. Nam [ vos ipsi didicistis à deo, id est, docti estis ab euangelio dei, ] [ vt vos inuicem diligatis: ] quia Christum dicentem audistis, hoc mando vobis vt diligatis inuicem. Vel per internam aspirationem didicistis hoc à deo, quia spiritus sanctus mox vt cor hominis repleuerit, addere illud charitate facit: nec potest vnquam discere charitatem, qui spiritū sanctum non habet intus docentem. Vos hoc didicistis, sicut effectu declaratis. Nam [ facitis illud in omnes fratres, ] id est, diligitis omnes Christianos, & operibus charitatis vos ostenditis illos diligere, non solum in vrbe vestra, sed & [ in vniuersa Macedonia. ] vos illud facitis, id est, fratres diligitis, sed tamen [ rogamus vos fratres vt abundetis magis, ] in dilectione fratrum

**G**id est, adhuc abundantiorē erga fratres studeatis habere charitatē, [ & operam detis vt quieti sitis ] à curiositate, quæ nō finit cor curiosi esse quietum. Operā detis. Quasi diceretur: Difficile est dimittere consuetudinē, sed cogite vos, Studete ne curiositas vastet quietē vestræ mentis vt antea. Quæ scilicet curiositas cum alienā querit vitā discutere, semper sua intima nesciēs, fludet exteriora cogitare. Graue nanque est curiositatis vitium, quæ dum cuiuslibet mentē ad inuestigandam vitam proximi exterius ducit, semper ei intima sua abscondit, vt aliena sciens, se nesciat. Et curiosi animus quāto magis peritus fuerit alieni meriti, tanto fit magis ignarus sui. Ideoq; quietē habere non potest, dum semper laborat aliorū vitā inutiliter scire: & sæpe vagatur per diuersa loca, vt discere possit aliena facta. Sed vos satagite vt quieti sitis, [ & vt vestrum negocium agatis, id est, vnusquisq; officium quod ad se pertinet, dimissis alienis, quia vobis est vtile in emendatione vitæ vestræ sic

**H** agere. [ & operemini manibus vestris, ] vnde videtur habere, & vnde beneficia tribuatis, [ sicut præcepimus vobis ] dū præsentem essemus, quia & opus manuum adiuuat quietos esse. **Eccle. 35.** Illud enim malum ex ocio venit. Hinc est quod scriptura dicit, quia multā malitiā docuit ocio sitas. & date operam [ vt honeste ambuletis, id est, irreprehensibiliter agatis ] ad eos qui foris sunt, id est, corā infidelibus qui sunt extra ecclesiam, vt exemplo vestræ honestatis conuertantur ad honestos mores & ad fidem. Nō ergo sestandum est ocium, sed opus faciendū: quia honestum est, & quasi lux ad infideles. & adhuc date operam, vt nullius aliquid, id est, nullam rem cuiuscunque fidelis [ desideretis, ] nedum rogetis vel tollatis: sed sufficiat vobis quod habetis, vel ex iusto labore vestro quod vobis deest, acquiratis. Qui enim in ocio viuunt, res aliorū concupiscunt. Idcirco abiicite ocium, vt vincatis alienarum rerum appetitum.

**N**olumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt nō contristemini sicut & ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit, ita & deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo.

Quia quidam illorum inconsiderabiliter deflebant suos amicos mortuos, quasi nō amplius resurrecturos, docet eos reuera futurā omnium resurrectionem, & ideo non debere eos immoderate contristari de morte suorum. Quasi dicat: De charitate nō indigebatis à nobis doceri, sed de resurrectione mortuorum indigetis. Et ideo [ fratres nolumus vos ignorare, id est, nolumus vt ignoretis, sed volamus vt sciatis quæ scienda sunt de ] dormientibus, id est, de mortuis, qui quasi de somno facile surgent & integro corpore, sicut enim citius homo à somno euigilat, ita concitæ ad conditoris nutum à morte corporis surgent. Ideo nolumus vos hæc ignorare, [ vt non contristemini ] de morte charorum vestrorum, [ sicut & ceteri, id est, infideles cōtri-

stantur de morte suorum, [ qui spem nō habent, ] K spem scilicet resurrectionis & incorruptionis æternæ. Nam & ideo etiam dormientes eos appellat scripturæ veracissima cōsuetudo, vt cum dormientes audierimus, euigilatos non dubitemus. Vnde & in Psalmo dicitur: Nunquid **Psal. 46.** qui dormit, non adiciet vt resurgat? Vehementer enim ab infirmis mentibus nomen mortis pertimescitur, somni autem vocabulum non timetur. Est autem de mortuis qui diliguntur, quedam tristitia quodammodo naturalis. Mortem quippe horret non opinio, sed natura: nec mors homini accidit, nisi ex pœna quā præcesserat culpa. Quapropter si animalia quæ ita creata sunt, vt suo quæque tempore moriatur, mortem fugiunt & vitam diligunt, quāto magis homo qui sic fuerat creatus, vt si sine peccato viuere vellet, sine termino viueret? Itaq; necesse est vt tristes simus, quando moriendo nos deferunt quos amamus: quia etsi nouimus eos nō in æternū nos relinquere hinc māsuros, sed aliquātum præcedere secuturos, tamen mors ipsa quā natura refugit, cū occupat dilectū, contristat in nobis dilectionis affectum. Ideo non admonuit Apostolus vt nō cōtristemur, sed vt nō cōtristemur sicut & ceteri qui spem nō habent. Cōtristamur ergo in nostrorum mortibus<sup>9</sup> necessitate amittendi, sed cū spe recipiendi. Inde angimur, hinc cōsolamur: inde infirmitas afficit, hinc fides reficit: Inde dolet humana cōditio, hinc sanat diuina promissio. Permittatur itaq; pia corda charorum de suorum dolere mortibus tristitia sanabili, & consolabiles lachrymas fundant conditione mortali, quas tamē reprimat fidei gaudium, quæ creduntur fideles quādo moriuntur, aliquātulū à nobis abire & ad meliora transire. Verè, inquit, nō debetis inconsolabiliter contristari, sicut infideles, de morte charorum vestrorum, quasi non sint amplius victuri & vobiscū futuri, quia [ si credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit, ita ] pro certo credere debemus, quia & deus eos qui dormierunt per Iesum. i. mortui sunt in Christo, [ adducet, cū eo ] ad iudicium in die resurrectionis omnium, vt cum Christo iudicent **Zach. 14** mundum & regnent. Vnde & Zacharias ait: Et **M** veniet dominus deus meus, & omnes sancti cū eo. Vel per Iesum mediatorē adducet eos deus cum eo: quia quod resurgent, & quod cū Christo iudices venient, hoc non nisi per Christum à deo patre accipient. Si credimus, inquit, quod Iesus mortuus est & c. Quid est quod prædicator egregius mortem domini, mortem vocat: mortem verò seruorum domini, non mortem, sed somnum nominat, nisi quia infirma corda audientium respiciens, medicamentum prædicationis suæ mira arte apponit: & illum quem iam resurrexisse nouerant, eis mortuum insinuare non dubitat, eos verò qui necdum resurrexerant, vt spem resurrectionis insinuet, nō mortuos, sed dormientes vocat? Non enim verebatur dicere mortuum, quem auditores iam resurrexisse cognouerant: & verebatur dicere mortuos, quos resurrecturos vix credebant.

**Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quia nos qui viuimus, qui residui sumus,**

**A**mus in aduentu domini non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu & in voce archangeli, & in tuba dei descendet de celo, & **1. Cor. 15** mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aëra, & sic semper cum domino erimus. Itaque consolamini inuicem in uerbis istis.

Verè illi qui nunc in mortis somno dormiunt, venient viui cum Christo. Nam [ hoc dicimus vobis ] nō in nostro, sed [ in domini verbo ] quia non noster, sed domini est sermo, quem de hac re vobis loquimur, quoniam ipso docente ac iubente, vel per os nostrum loquente, loquimur vobis talia. Hoc scilicet dicimus, quia nos qui **B** tunc temporis in carne [ viuimus, qui residui sumus, ] omnibus præcedentibus sanctis, id est, quorum vita tunc est adhuc in corpore residua, [ non præueniemus in aduentu domini eos qui dormierunt, id est, non anticipabimus eos qui tōge antè mortui fuerant, vt primi ante illos occuremus domino, sed cum illis pariter occuremus. Hunc modum resurrectionis ideo docet Apostolus, quia viderentur viuētes citius posse domino occurrere quā mortui, Tam velociter enim fiet omnium resurrectio, vt viuētes nequeant præcedere mortuos. Nā voce instorum qui tunc viuētes in carne sunt inueniendi, locutus est nunc Apostolus: quia & ipse iustus erat, atque in carne viuēbat, & nouissimos sanctos forte cōmunionis suæ præuidebat, ideoque verbis eorum vtēbatur. Sed Thessalonicenses hoc nō intelli gentes, putauerūt quod Paulus & qui cū eo scribebant epistolam, dicerent se reperendos in die consummationis in carne, & coniecturis variis fluctuabant atque dicebant: Si Paulus inueniendus in corpore est, proximus est dies iudicij. Vnde corrigit eos in secūda epistola. Putabant enim quod in diebus eorum futura esset generalis resurrectio, quoniam Apostolus verbo præsentis temporis dixerat, nos qui viuimus. Qua causā præcipue coactus est aliā illis epistolā scribere. Viuētes nanq; & residuos (vt diximus) nominauit, non quod vellet intelligi se cum sociis suis tempore resurrectionis in corpore reperendos, sed nos dixit pro eo quod est, iustos, de quorum numero & ipse erat. Ipsi enim rapiuntur obuiam Christo, & nō peccatores. Viuētes autē, non iuxta tropologiam sanctos accipim<sup>9</sup>, qui peccato mortui nō sunt, sed omnes quos in corpore inuenit Christus adueniens. Quodq; sequitur, nō præueniemus eos qui dormierunt, non ad peccatores est referendū, qui somno negligentiae sopiti sunt. neq; enim peccatores cū iustis rapiuntur obuiam Christo, sed ad eos referendū est quos mors dissoluerat. Nō præueniemus ad occurrendum domino eos qui dormierunt, sed ipsi prius euigilabunt. i. resurgent qua nos incipiamus occurrere domino.

[ Quoniam ipse dominus ] in propria persona **D** [ descendet ] localiter de celo, vel de celo. i. de occulto, & hoc [ in iussu patris. Descendet enim missus à patre, nō diuersitate virtutis, sed dispensatione iudicis. Vell in suo iussu descendet, quia iubebit resurgere mortuos & occurre sibi. Nō enim veniet humilis & occultus vt olim, sed excelsus & manifestus & cū imperiosa autoritate vt omnia mox fiant quæcunque iusserit. [ & in voce archangeli, ] quoniam archangelus voce magna clamabit, ante eū excitans mortuos. De cuiusmodi voce dicit ipse: Media autē nocte clamor factus est, ecce spūsus venit, exite obuiam ei. [ & in tuba dei. i. in aliquo sono magno & publico, diuinitus facto. De cuiusmodi tuba rursum ipse dicit, quia venit hora i qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij dei, & procedent. Hæc tuba omnes excitabit, & **Matt. 25.** inimicos terreat, suos ad bellum inuitabit, vt expugnent aduersarios, & effugient à facie domini atque mittant in gehennam. Et iterū sicut tuba quondam in festis conuocabat populum Hæbræorum, sic hæc tuba conuocabit ad solēnitatem æternæ lætitiæ populum sanctorum: Deo **Ioan. 5.** inquit, iubente & voce archangeli atque tuba dei sonante, [ descendet ] dominus Iesus [ de celo ] in aera, non in terrā. Nam quia in iudicio **Nu. 10.** erunt, & qui ad cælū assumentur, & qui in terra **29. & 31.** relinquentur, idcirco dominus inter cælum & terram. i. in aere faciet de vtriusque iudiciū. Et ipso descendente, mortui qui in Christo sunt, id est, qui in fide & dilectione Christi præsentem vitam finierunt, [ resurgent primi, id est, an tequam illi qui tunc viuētes, occurrent Christo ] [ Deinde. i. facta illorum resurrectione ] [ nos qui viuimus, id est, illi de nobis qui viui tunc inueniuntur, ] [ qui relinquimur, id est, qui tormentis Antichristi erunt residui ex nobis, ] [ simul cum illis rapiemur ] ab angelis [ in nubibus obuiam Christo in aëra. ] Vltimis sanctis se continuat Apostolus propter vnitatē ecclesiæ, cuius mēbra sunt & primi & nouissimi iusti, & propter similitudinē passionū, quoniam similes apostolis erunt in passionibus illi nouissimi, [ propter quod & dignissimi erunt. Qui tamē cum viui reperientur non præuenient mortuos. A deo velociter fiet resurrectio mortuorum. Sed cū illi fuerint resuscitati, occurrēt domino in suis corporibus & illi, qui viuētes in corporibus fuerint inuenti, ita tamen, vt in gloriam & corruptiuū, & mortale, gloria, & incorruptione, & immortalitate mutetur, vt qualia corpora resurrectura sunt, in talem substantiā etiam viuorum corpora transformentur. Reuera enim quantū ad præsentia verba pertinet, videtur Apostolus asserere quosdam in fine seculi, adueniente domino, cum futura est resurrectio mortuorum, non esse morituros, sed viuos repertos in illam immortalitatem, quæ sanctis etiam ceteris dabitur, repente mutandos, & simul cum illis rapiendos in nubibus: Sed videamus ne huic sensui sit contrarium, quod idem Apostolus scribit ad **1. Cor. 15** Corinthios, Omnes quidē resurgemus vel omnes quidē dormiemus. Si ergo sanctos, qui reperientur Christo veniente viuētes, eique venienti obuiam rapiuntur, crediderimus in eodē

**G**raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadē mox immortalia redituros, nullas in verbis Apostoli patiemur angustias, vbi dicit. Omnes resurgemus, vel omnes dormiemus. quia nec illi erunt à resurrectione alieni, quā dormitione præcedent, quanuis breuissima, nō tamen nulla. Neq; enim dicendū est, fieri nō posse vt vt dum per aëra in sublimē portantur, & moriātur & reuiuifcant. Quod autem subiecit, [ & sic semper cum domino erimus, ] nō ita accipiendū est, tāquā in aëre nos dixerit cum domino semper esse mansuros, quia neq; ipse vtique ibi manebit. Venienti quippe ibitur obuiam, non manenti. Sed ita cū domino erimus, id est, sic erimus habentes corpora sempiterna, vbicunque cum illo fuerimus. Omnes scilicet electi, & qui de somno mortis excitati, & qui viuētes in carne reperti fuerimus, rapiemur in nubibus obuiam domino in aëra, & sic, id est, omnes simul immortales erimus semper cum domino, sicut ipse dixit: Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum & illi sint mecum, vt videant claritatem meam. Quandoquidem omnes resurgemus, & cum domino semper erimus, [ itaq; consolamini inuicem, id est, consoletur alter alterū de morte amicorum suorum [ in verbis istis, ] quæ diximus de resurrectione & societate vel gloria perenni omnium iustorum. Pereat cōtristatio, vbi tanta est consolatio. Detergatur luctus ex animo, fides expellat dolorem in tanta spe gloriæ. Omnes enim iusti cum amicis suis sine fine simul manebūt immortales atque beati in regno Christi. Et ideo nō debetis amicos vestros, qui mortui sunt, lugere quasi amissos: quia non amisistis eos, sed præmisistis.

CAPVT V.

**D**e temporibus autem & momentis fratres non indigetis vt scribamus vobis. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies domini sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habenti, & non effugient.

De resurrectione indignistis per epistolā nostram doceri, sed de temporibus & momentis quibus futura est ipsa resurrectio, non indigetis vt scribamus vobis. [ De temporibus, id est, vtrū æstate an hyeme, & vtrū die an nocte, siue quomense vel post quot annos venturus sit Christus. ] & momentis, id est, qua hora diei vel noctis venturus sit Christus, [ nō indigetis fratres, id est, nō est necesse [ vt scribamus vobis, ] quia non prodesset vobis hoc scire. Non est opus vt de his scribamus vobis, quia vos ipsi scrutando scripturas vel docti à nobis, [ diligenter, id est, studiose [ scitis quia dies domini, id est, dies iudicij vel dies mortis, in quo dominus vnūquēque iudicabit, [ ita veniet ] latenter incautis, [ sicut fur in nocte. ] veniet enim in nocte, id est, in ignorantia, hoc est, veniet nullo sciente aut spe-

rante, veniet subitaneus & improuifus, veniet vt fur, qui latenter venit dum dormiunt homines. & omnia subripit, vt qui diues obdormierat, euigilans nihil inueniat. Sic enim continget securis & negligentibus per improuifum aduentum diei domini. Et propterea cœpit Apostolus loqui de temporibus, vt moneret discipulos cauere sibi, ne ita deprehendantur. Hoc igitur opus est scire, vt curent filij lucis esse. & parato corde vigilare, qui nolunt ab illa die sicut à nocturno fure comprehendi. Nam si ad cauedum hoc malum, id est, ne dies domini tanquam fur inueniat imparatum, opus esset nosse temporū spatia, non diceret Apostolus, non opus esse vt hoc scriberet, sed hoc potius esse scribendū tāquam doctor prouidentissimus iudicaret. Nūc autem nec opus illis esse mōstrauit, quibus sufficiebat vt scirent, imparatis atque dormientibus diem domini sicut furem esse venturam: atque sciendo hoc, essent ipsi vigilantes & parati post quantalibet tempora veniret: & suum seruauit modum, vt scilicet apostolus non tantum præsumeret alios id docere, de quo Apostolis dominum dixisse cognouerat: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. de his enim temporibus & momentis non erat opus vt scriberet eis. Verè, inquit, vt fur veniet amatoribus seculi dies illa. [ Cum enim dixerint, pax ] est nobis & in ipsa pace [ securitas ] de futuro, quia nihil molestiarum amplius euenturum nobis formidamus, [ tunc ] subito descendente iudice, [ repentinus eis superueniet interitus, id est, mors eterna corporis & animæ, [ sicut dolor ] superuenit mulieri [ habenti in vtero ] prolem, quia malum conscientia ipforum incipiet eos subito torquere, cum per iudicis aduentum cœperit vrgeri vt ad lucem prodeat, id est, omnibus appareat. Mulier enim prægnans quod in vtero diu portauit cum pondere, tādē eiicit cum dolore: quia & reprobis malum, quod diu latuit intra conscientiam ipforum & grauauit eam, in conspectu iudicis cum graui tormento cunctis manifestabunt. Mulier cum voluptate pondus illud concepit, sed (vt dictum est) cum dolore eiicit: quia & reprobis culpam cum voluptate libenter commiserunt, sed ante districtum iudicem hanc inuiti multa cum amaritudine manifestabunt. Mulier dum non sperat, subitis doloribus incipit vrgeri vt pariat: quia & reprobis dum non præuident: incipiunt repentinus cruciatibus compelli, vt latentia mala quæ intus habent, ante tribunal æterni iudicis ad publicum proferant. Ita ergo subitis doloribus incipient torqueri intrinsecus instar prægnantis, [ & non effugient. ] Mulier nanque euadit, sed illi non effugient. Dominus circa finem seculi tribulationem maximam esse denunciat futuram, & dicit, arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi. Apostolus verò testatur, quia dicent, pax est & securitas. Sed dominus hoc de electis loquitur, Apostolus verò de reprobis. Intelligamus ergo nō ea impleri modò quæ dominus prænuiciauit, sed tūc esse potius vêtura, quādo sic erit tribulatio vniuerso orbi,

Act. 1.  
Mat. 7.  
Luc. 13.  
Ier. 12.  
Iob. 3.  
Ephes. 5.  
Luce. 21.

**A** vt ad ecclesiam pertineat quæ in vniuerso orbe tribulabitur, non ad eos qui tribulabunt eam. Ipsi enim dicturi sunt, pax & securitas, vt repentinus illis superueniat interitus, & eos aduentus domini sicut fur in nocte comprehendat, quando econtrario gaudebit & exultabit, qui diligit manifestationem domini. Sed & hoc notandum, quia post mortem Antichristi quadragintaquinque dies concedentur ad emendationem his, qui ad vitam prædestinati sunt, & in Antichristi persecutione offenderunt. Sed qui ad vitam præordinati nō sunt, nec morte principis sui corrigentur: sed toto corde mundanis inhærentes, gaudebunt, & vxores ducent, atq; conuiuia facient, & domos ædificabunt, dicentes: Pax est nobis & securitas, licet princeps noster sit mortuus. Et dum ita pacatos & securos se putauerint, subito iudex apparebit, omnēque tales condemnabit.

**B** Vos autem fratres non estis in tenebris vt vos dies illa tanquam fur comprehendat. Omnes enim vos filij lucis estis & filij diei, non estis noctis neque tenebrarum.

Illis erit improuifus dies domini, vt illaqueet eos ad mortē propter cordis ipforum cæcitatē. Sed [ vos o fratres non estis in tenebris ] ignorantia & infidelitatis vel cupiditatis seculariū, ita [ vt vos dies illa tanquam fur cōprehendat ] ad mortē. Illi enim sunt in tenebris & non vigilāt aduersus aduentū furis, qui præsumentes de cupiditatibus suis, & in deliciis huius seculi diffluentes, tument & eriguntur aduersus humiles, & insultant sanctis intelligentibus atque tenentibus angustam viam, quæ ducit ad vitam. Sed vos non estis tales, quia non cæcant vos seculi cupiditates. Nam [ omnes vos estis filij lucis. i. Christi, qui ait: Ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. ] & filij diei. i. ecclesiæ sanctorum, quam illuminat sol iustitiæ Christus. Verè filij estis Christi & ecclesiæ, quia [ non estis filij noctis. i. diaboli qui est nox, de qua sanctus Iob dicit: Noctem illam tenebrosus turbo possideat, neque estis filij tenebrarum, id est, infidelium & iniquorū, qui si conuersi fuerint, audient: Fuiistis aliquando tenebræ nunc autem lux in domino. Vel omnes vos estis filij lucis, id est, fidei: & filij diei id est, sanctæ conuersationis. Et ne quis putet partim posse esse diei, partimque noctis, addo quia non estis noctis, id est, ignorantia vel infidelitatis: neque tenebrarum, id est, malorum operum. Nam filij noctis & tenebrarum, sunt infideles & iniqui. Noctis, inquam, & tenebrarum filij sunt, qui omnia mala operantur: & vsque adeo filij noctis sunt, vt timeant videri quæ faciunt. Qui autem publicè talia operantur, sunt quidē in luce solis, sed in tenebris cordis.

**I**gitur non dormiamus sicut cæteri, sed vigilemus & sobrii simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrii simus, induti lorica fidei &

charitatis & galeæ spem salutis. Quod niam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis, vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus. Propter quod consolamini inuicem & edificate alterutrum, sicut & faciris.

Quandoquidem nō sumus noctis, [ igitur nō dormiamus, id est, nō torpeamus in bonis secularibus, [ sicut cæteri, id est, sicut infideles, qui ad noctem pertinent: [ sed vigilemus, id est, vigili corde aduentum occulti iudicis expectem⁹ attendentes omnia hæc esse transitoria & cito peritura: & sobrii sim⁹, id est, sobrie his vtamur non quasi bonis nostris, sed ad sustentationem datis. Non dormiamus, id est, non simus securi & desidiosi, quasi hoc nobis sufficiat quod Christianitatis religionem suscepimus, & ideo negligenter agamus: sed vigilemus, id est, corporis & negligentia tenebras à nobis repellamus, & oculos mentis ad aspectū veri luminis apertos teneamus: & sobrii simus. i. ebrietatem secularium cupiditatum caueamus. Et iustum est vt nos qui ad noctem non pertinemus, somnum & ebrietatem fugiamus: quia [ qui dormiunt, id est, qui deestabiliter torpent & quiescunt in præsentibus, [ nocte dormiunt. i. iniquitate delectantur: [ & qui ebrii sunt. i. quos inebriat amor seculi, vt immoderatè vtantur his rebus transitoriis, in nocte cordis [ sunt ebrii. Nox enim est iniquitas, in qua illi obdormierunt & inebriati sunt cupiendo ista terrena. & omnes istæ felicitates quæ videntur seculi, somnia sunt dormientium: & quomodo qui videt thesauros in somnis, dormiens diues est, sed euigilans pauper, sic omnia vana ista huius seculi, de quibus homines gaudēt, in somno apparent & in ebrietate cernuntur. Euigilabunt & sobrii fient amatores talium quando nolent, si modo quando vtile est, non euigilauerint & sobrii fuerint: & inuenient somnia fuisse illa & trāsisse sicut vmbra. Illi qui sunt noctis, dormiunt & inebriantur: sed [ nos qui sumus diei, simus sobrii, id est, moderatè vtamur his temporalibus, & propter præsentia bona nō obliuiscamur quærere futura, id est, eterna. Sobrii, inquit, simus. Quod esse poterimus, si fuerimus, [ induti lorica fidei & charitatis. i. si fides & charitas instar loricae nos vndique muerint aduersus omnia diaboli iacula. i. contra vniuersa vitiorum tentamenta. Sicut enim lorica munit vitalia, sic fides & charitas munit cor nostrum, ne lædatur à vitiiis irruentibus. Et quanuis nunc Apostolus dicat Ephef. 6. lorica fidei, alio tamen loco dixit scutum fidei. Scutum ergo est fides, quia tela inimicorum excipit & repellit. Lorica etiam est, quia interiora nostra transfigi non finit. Similiter & charitas nobis est lorica, quia malignorum spirituum iacula non finit ad cor nostrum interius penetrare. Simus etiā induti galeam, scilicet [ spem salutis ] vt spes æternæ salutis ad superna tendēs,



**G**obuoluat, id est, protegat caput interioris hominis, id est, mentem nostram, ne lædatur ab istibus inimicorum, id est, a tentamentis dæmonum in hoc conflictu vitiorum. Spes enim protegens mentis caput, est nobis galea, quæ scilicet spes dicitur salutis, quia per spem venim⁹ ad salutem. Et recte dicitur spes salutis, [quoniam nō posuit Deus nos in iram, sed in acquisitionem salutis, id est, non posuit nos ad hoc in spe, vt eam in iram damnationis, sed vt acquiramus salutem bene operando. Non enim ocio sis datur salus, sed his qui merito bonorum operum acquisierint eam. Et hoc [per dominum nostrum Iesum Christum,] quia nullum iustitiæ meritū salutem nobis acquirere posset, nisi per mediatorem Dei & hominum. Vel ideo sobrii simus & armis virtutū induamur, quia non posuit Deus nos in iram, sed in acquisitionem salutis, id est, nō ordinavit & statuit nos ad hoc

Nota.

**H** vt iram exerceret in nos, sed vt acquireret nos ad salutē per Christum mediatorem [qui mortuus est pro nobis, id est, qui nos morte sua redemit ab æterna morte, vt siue vigilem⁹, id est, in corpore viuamus, [siue dormiamus, id est, in somno mortis quiescam⁹, [simul cum illo] qui est, viuamus .i. semper sit & viuat cū illo mens nostra, siue dum in hoc seculo viuimus, siue dū in sepulchro dormimus. [Propter quod, id est, quia hæc spes est nobis, quia Christus mortuus est ad horam pro nobis, vt nos semper cū illo viuamus, [consolamini inuicem, id est, consoletur ex vobis alter alterum in aduersis presentū tribulationum, vel in obitu charorum. [& ædificate alterutrum, id est, vicissim vosmetipsos per bona colloquia & per bona exēpla ædificate in virtutib⁹, vt & singuli & simul omnes ædificemini templum domino. Aedificate in quā. [sicut & facitis,] Collaudat eos, vt magis ac magis prouocet ad studiū bene agendi. Hucusque autem generaliter locutus est omnibus, sed nunc singulariter ad subditos admonendos vt prælatos suos honorent & diligant, se transfert: postea monebit & prælatos, vt corrigant subditos. Quia verò humiles erant & ad obediendum prompti, ideo non imperando, sed rogādo iniūgit eis ea quæ vult vt faciāt. Vnde nec apostolum se dixit in exordio epistolæ, quia nō erat necesse vt cogerentur apostolica autoritate. Sic & nunc prælati ecclesiæ bonos subditos humiliter rogare debent, vt in melius proficiāt non imperiosē compellere, vt inuiti bona faciāt. Ecce enim subiungit Apostolus:

Exod. 3.

*Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos qui laborant inter vos, & præsunt vobis in domino, & monent vos, vt habeatis illos abundantius in charitate: & propter opus illorum pacem habete cum eis.*

Vos omnes cōsolamini & ædificatis inuicē alij alios, vt monem⁹. Sed [vos o fratres] qui subditi estis, [rogamus vt noueritis. i. ostēdatis nos se vos per reuerentiam & honorem [eos qui] in regimine ecclesiastico laborant inter vos], &

præsunt vobis in domino, id est, ordinatione K domini, vel in his quæ ad dominum pertinent [ & monent vos] vt mala caueatis & bona faciatis, vel ad meliora proficiatis. Ita scilicet noueritis eos, [vt habeatis illos abundantius in charitate, id est, magis quā cæteros diligatis & honoretis illos, ac bonis corporalibus alatis. Volo enim vt ex charitate presbyteros honoretis, ac reuerentiam illis exhibeatis. [Et propter illorū opus,] id est, quia increpant vos aut etiam aliquando puniunt vos, videntes sic oportere fieri, [habete pacem cum eis, id est, nolite murmurare, nolite pacis amicitiam relinquere, si resecauerint vestra vitia, sed ideo magis pacem firmam seruate, quia ipsi non ex odio, sed ex charitate corripiunt vos. Pulchre obuiat Apostol⁹ peruersitati eorum, qui dum pro culpis suis increpantur aut verberantur, pacem, quam cum prælatis suis habebant, abiiciunt, ac discordias & murmurationes faciunt, dum cum prælatis L suis haberi pacem iubet propter opus ipsorum. Vel ita distingui potest: habete illos abundantius in charitate propter opus illorum, id est, propterea magis amate illos, qui monēt vos & corrigunt, sicut scriptum est, Argue sapientem, & diliget te. & habete pacem cum eis vt nunquam discordeis ab illis, etiam si grauius vos increpauerint aut verberauerint.

Prou. 9.

*Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est, sectamini inuicem & in omnes.*

Nunc ad prælatos est sermo. Subditos rogauimus vt honorent præpositos suos, & pacem cum eis habeant. Sed [vos fratres] qui præsitis, [rogamus, corripite inquietos], id est, castigate curiosos & pacis quietem turbantes, atque indisciplinatos ac vagos, Corripite illos, ne sitis mercenarij: quia qui ideo cessat a correptione talium, ne perdat munus quod ab his accipere solebat, vel ne patiat ab his aduersa, mercenarius est, non pastor. [consolamini etiam pusillanimes, id est, eos qui pusillum habent animum ad tolerantiam presentium aduersitatum, & cōtristantur pro malis quæ sibi accidunt, siue illos qui à spe deficiunt pro magnitudine peccatorum suorū. suscipite infirmos. i. nolite abiicere eos qui in cōscientia sua, vel in actionibus suis sunt infirmi, sed suscipite illos ad sanandū sicut spiritales medici. Et si in hoc officio vobis aliquid iniuriæ à subditis illatū fuerit, [estote patientes ad oēs,] qui vobis molesti fuerint. Hoc etiam videte. i. diligenti cōsideratione attendite, [ne quis alicui reddat malū pro malo, id est, non solummodo vos non reddatis malum pro malo, sed etiam videte ne alius reddat. Tunc etiam malū pro malo reddetis, si eos qui malū vobis irrogant, ad pœnitentiam non prouocaueritis. Hoc nanque loco intelligendū est tunc potius malū pro malo reddi, si is qui corripiendus est, non corripitur, sed praua dissimulatiōe negli-

M Nota.

**A** negligitur. Aliquādo autē homines correptores suos putant inimicos suos. Ideo cū dixisset, corripite inquietos: subiicit, cōsolamini pusillanimes. Si forte enim de correptione incipit deficere, & perturbatur, tunc oportet consolari. Suscipite infirmos, ne per infirmitatem cadant. Si titubare eum fecit infirmitas, sinu tuo suscipiat charitas. Ac deinde videte ne quis alicui malum pro malo reddat. Ergo non est malum, correptio si fit. Ille autem malum pro malo ei reddit, cui correptionem subtrahit. Videte ne quis aliquando cuiquam id faciat, [sed semper sectamini omnes quod bonum] & rectum [est inuicem,] id est, vicissim inter vos, [& in] id est, erga omnes alios.

*Semper gaudete in domino, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite, Hæc est enim volūtas dei in Christo Iesu in omnibus vobis.*

Hæc communiter omnibus dicuntur. Licet frequenter aduersa patiamini, tamen nolite cōtristari, sed semper & in prosperis & in aduersis gaudete. Sed quia malū est seculari gaudio gaudere, propterea subiungo vt gaudeatis [in domino,] nō in seculo nec in vobis ipsis. In domino gaudete, vt intus apud eū sit gaudiū vestrū & gloriatio vestra. [sine intermissione orate. i. vt nullo die intermittatis certa tempora orādi. Sed & continuum cordis desiderium, continua oratio est. Nūquid enim sine intermissione possumus genu flectere, corp⁹ prosternere, vel manus leuare, vt de hoc nobis dicatur, sine intermissione orate? Sed qui nunc vult intermittere orare, nō intermittat desiderare. Sic enim orabat Moyses, cui taceti dixit dominus: Quid clamas ad me? Clamabat enim corde, quāuis diceret ore. Ita iuge desiderū & incessabilis amor, assidua est oratio sanctorum. [In omnibus deo gratias agite.] Vera fidelīū humilitas est, in nullo superbire, in nullo murmurare, nec ingrātū esse, nec querulum: sed in omnibus dei iudiciis deo gratias agere, deūmq; laudare, cuius omnia opera aut iusta sunt, aut benigna. In omnib⁹ ergo quæ vobis acciderint, agite Deo gratias. Et debetis hæc nō inuiti facere. i. gaudere semp & orare & gratias agere: quia [hæc est volūtas dei .i. hoc vult Deus vt ista faciatis. Quæ voluntas est [in Christo Iesu,] quia in Christi beneficio concessit dei volūtas hominibus, vt ista possint facere. Et est [in omnibus vobis] hæc dei volūtas, id est, deus hoc vult vt omnes vos, maiores atque minores ista faciatis.

Exod. 14

*Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Omnia autem probate, quod bonum est tenete, ab omni specie mala abstinete vos.*

Quia quidam inter eos habebant spiritalia dona, sed ab aliis propter inuidiam prohibebantur exercere illa, nec prophetare sinebatur, sed prophetiæ ipsorum ab æmulis cōtemnebantur, ideo nūc per Apostolum dicitur. Spiritum nolite, &c. Nō quia spiritus sanctus extingui pos-

fit, sed quia quātum in ipsis est, extinctores eius D merito vocātur, qui sic agunt vt extinctum velint. [Spiritū] (inquit) [nolite extinguere.] Et tanquam exponens quid diceret, adiecit: [prophetias nolite spernere.] Extingunt ergo quātum ad eos, spiritum, qui prophetias spernunt: quoniam ignē spiritus sancti, qui prophetas ad loquendum illuminat & inflamat: extinguere & adnullare conantur. Nolite spiritum extinguere. i. si spiritus sanctus alicui reuelat aliquid, nolite prohibere quod sentit loqui. Et prophetias nolite spernere. i. quæ sancti per spiritū sanctū prædixerint, nolite putare falsa esse vel negligere: sed credite vera esse, & reuerēter suscipite. sed tamen iuxta Ioannem, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt. Vnde & hīc subditur: [Omnia autem probate, quod bonū est tenete,] Honorate prophetias, sed tamen nō omniū dicta indiscrete recipiatis, sed probate .i. ratione discutite omnia, vtrum bona an mala sint: & quod bonū inuenietur, tenete. Postquam singula quæque discusseritis, & certa probatione quale sit vnūquodq; noueritis, quod bonū esse noueritis, tenete: & econtra ab omni specie mala abstinete vos. i. nō solū ab eo quod veraciter malū est, sed etiam ab ipsa similitudine mali, hoc est, si quid mala specie malū aliquid præterdit, etsi malū nō sit, vos tamen abstinētes sitis ab eo, ne mala specie malū exemplum detis hominibus. Non enim occasionem malæ suspitionis de vobis dare hominibus debetis, cū vos malā cōscientiā non habeatis.

1. Ioan. 4

E

*Ipse autem deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester & anima & corpus sine querela in aduentum domini nostri Iesu Christi seruetur. fidelis est Deus qui vocauit vos, qui etiā faciet.*

Ego quidem vos moneo ita viuere & sanctitati operam dare, sed [ipse Deus] faciat in vobis quod moneo. Deus pacis .i. deus cui per Christū qui pax nostra est, reconciliati sumus, & qui potest inquietudinē presentium tribulationū remouere, [sanctificet vos] interius exteriusque [per omnia,] vt nulla pars vestri absque sanctificatione sit. Ita vos sanctificet, [vt integer seruetur vester spiritus. i. illud quo intelligitis: [& anima. i. illud quo viuitis: [& corp⁹. i. illud quo visibiles atq; cōtrectabiles estis. Tria sunt enim quibus homo cōstat .i. spiritus & anima & corpus. Quæ rursus duo dicuntur, quia sæpe anima simul cum spiritu nominatur. Pars enim quædā eius rationalis, qua carent bestia, spiritus dicitur. Principale itaque nostrum, spiritus est. Deinde vita quæ cōiungit hunc corpori anima vocatur. Postremo ipsum corpus, quoniā visibile est, vltimum nostrum est. Illud enim quo rationamur & intelligimus atq; sapimus, ita proprie spiritus nuncupatur, vt nō sit vniuersa anima, sed aliquid eius. i. rationale nostrū, quo sentit & intelligit ipsa anima, nō sicut sentitur corporis sensibus sed sicut ille est intimus sensus, ex quo est appellata sententia. Hinc autē peccoribus

Gribus sine dubitatione præponimur, eo quod sint illa rationis expertia. Non enim spiritum habent, id est, intellectum & rationis ac sapientie sensum, sed animam tantum. Et si spiritus pecorum in scripturis appellatur, spiritus pro anima nominatur. Sit ergo vester spiritus integer. i. nullo consensu peccati vulneratus: & anima vestra integra. i. delectationibus carnis non fauciata: & corpus integrum. i. peccati perpetratione non læsum. Et ita seruetur integra omnis vestrae substantia naturæ [in aduentum domini nostri Iesu Christi,] vt cum venerit dominus, non inueniat in vobis peccatorum vulnera. Vsq̄ue in aduentum domini, id est, vsque in finem vitæ presentis seruetur integra: quia qualis quisque de hac vita exierit, talis apparebit in aduentum iudicis. Et seruetur [sine querela, id est, tam innocens vt nemo possit de ea iuste conqueri. Aliud namque est, esse sine peccato, quod de solo in hac vita vnigenito dictum est: aliud est, esse sine querela, quod de multis sanctis etiam in hac vita dici potuit. Quoniam est quidam modus bonæ vitæ, de quo etiam in ista humana conuersatione iusta querela esse non possit. Quis enim iuste queritur de homine qui nemini male vult, & quibus potest fideliter consulit, nec contra cuiusquam iniurias tenet libidinem vindicandi, vt veraciter dicat, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris? & tamen ex eo quod iterum dicit, Dimittite sicut & nos dimittimus, sine peccato se non esse declarat. Itaque sine querela conseruemini vsque in aduentum domini, id est, vsque ad terminum vitæ huius, vt nemo possit de vobis querelam facere. Et vere integri sine querela seruibimini, quia [fidelis est deus, id est, verus in promissis, [qui vos vocauit] ad vitam, [qui etiam faciet] vt integri perueniatis ad eam.

7. Petr. 2.  
Luc. 1.  
Philip. 3.

Matt. 6.  
Luc. 11.

*Fratres, orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro vos per dominum, vt legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.*

Orate, inquit, [fratres pro nobis,] vt auxilio vestre orationis liberemur a malis, & bona que cupimus assequamur. & ex nostra parte [salutate fratres omnes,] vt per hanc salutationem impleantur maiori gratia, & magis accendantur in amorem nostri. Salutate illos [in osculo] non lasciuo nec ficto, sed sancto, id est, casto & vera dilectione pleno. Adiuro etiam [vos per dominum,] vt si propter simplicem iusionem neglexeritis facere, vel saltim propter sacramentum adiurationis hæc faciatis. Adiuro vos [vt hæc epistola] quam mitto vobis, [legatur omnibus fratribus sanctis, id est, baptismo sanctificatis, vt omnes ædificentur per eam & confirmentur. vel sanctis, id est, perfectis, vt & ipsi proficiant. Et vt hæc omnia facere valeatis, [gratia domini nostri Iesu Christi sit vobiscum,] cuius auxilio complectis. Amen.

Primæ ad Thessalonicenses  
epistolæ finis.

PRAEFATIO IN EPISTOLAM  
SECUNDAM AD THESSALONICENSIS.

Erseuerantibus vel exercentibus se magnis tribulationibus, aliam scribit Apostolus ad Thessalonicenses epistolam, iterum monens eos ad patientiam, & ostendens fieri iusto Dei iudicio, vt boni presentes tribulationes ad gloriam perpetuæ quietis perueniant, & mali propter iniurias quas sanctis inferunt, poenas æternas subeant. Ostendit etiam non in instare temporibus eorum diem domini, sicut ipsi putabant propter quedam eius verba, quæ de resurrectione posuerat in precedenti epistola. Nam quod dixerat, Mortui qui in Christo sunt, resurgent primi: deinde nos qui viuimus, qui reliquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, hoc ipsi non intelligentes, conturbati sunt, æstimantes quod in diebus eorum qui tunc viuebant, venturus esset dominus. Quæ de causa præcipue secundam hanc Apostolus scribens eis ab Athenis epistolam, intedit huiusmodi opinionem destruere: ne cum transiret tempus, quod dominum crediderant esse venturum, & venisse non cernerent, etiam cetera fallaciter sibi promitti arbitantes, de ipsa mercede fidei desperarent. Nam si Apostolus in hoc mentitus putaretur, per omnia reprobaretur: & ita diabolus tali opinione deluderet eos ac deciperet. Propter eam corrigi Apostolus hunc eorum errorem, & ostendit quedam certa signa demonstrari: anequam dies iudicij veniat, scilicet primo venturam discessionem & reuelandum hominem peccati, qui est Antichristus. Remotione autem erroris huius facta suo more transit ad morale exhortationem, vbi & asperè corripit quorundam iniquitatem. Sic autem incipit:

1. Thes. 4

L

EPISTOLAE PAULI SECUNDAE AD THESSALONICENSIS,  
CAPVT I.

*Aulus & Siluanus & Timotheus ecclesie Thessalonicensium in Deo patre nostro & domino Iesu Christo, gratia vobis & pax à Deo patre nostro & domino Iesu Christo.*

Hæc superius exposita sunt. Post salutationem sic inchoatur:

*Gratias agere debemus semper deo pro vobis fratres, ita vt dignum est, quoniam supercrevit fides vestra, vt abundat charitas vniuscuiusque vestrum inuicem, ita vt nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesiis dei, pro patientia vestra & fide in omnibus persecutionibus vestris & tribulationibus, quas sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei, vt digni habeamini in regno dei, pro quo & patimini: si tamen iustum est apud deum retribuere tribulationem his qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini, requiem nobiscum in reuelatione domini Iesu de celo cum angelis virtutis eius in flamma ignis datis vindictam his*

qui

*A qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt euangelio domini nostri Iesu Christi.*

A magna laude eorum inchoat, vt laudando eos roboraret & nutriat, sed de omnibus quæ in eis laudat præmittit deo gratias, significans eos à deo habere omnia quæ laudat, vel pro quibus laudat eos, ne forte ex his quæ diuinitus acceperant, extollerentur quasi ex seipsis hæc habentes. Superbia enim plerumque nascitur ex bene gestis. Debemus (inquit) deo gratias pro vobis, ita magnifice [vt dignum est:] quia pro magnis magnæ gratiæ sunt agenda: [quoniam fides vestra] non decreuit in tribulationibus, sed supercreuit. i. quotidie maior efficitur & superat aduersitates, vel adeo proficit, vt operetur supra quam præcepimus. & similiter [charitas vniuscuiusque] vestrum abundat. i. abundanter exuberat inuicem. i. inter vos. & quia ita supercreuit fides vestra & abundat charitas, inde gratias agere debemus deo pro vobis, non ita vos laudare tanquam hoc habeatis ex vobis. Ita supercreuit & abundat fides & charitas vestra, vt nos ipsi qui non de paruo gloriemur, [in vobis gloriemur in ecclesiis dei. i. apud ecclesias fidelium, quibus exemplum de vobis damus. Videte ergo ne sitis exemplum defectus. gloriemur apud sanctorum ecclesias in vobis, id est, de bonis qui sunt & augentur in vobis. Gloriemur scilicet] pro patientia & fide vestra. i. quia non deficitis nec murmuratis, sed patientes estis & fidem seruatis [in omnibus persecutionibus vestris] de loco ad locum, [ & tribulationibus. i. tormentis & afflictionibus, quæ vobis in vno loco fiunt. [quas sustinetis in exemplum iusti iudicij dei. Ac si diceretur, dum tam dura toleratis, qui tam recta agitis, quid aliud quam iusti dei iudicij exemplum datis? Quia ex vestra poena colligendum est, quomodo feriat quibus irascitur, si sic vos affligi patitur, in quibus lætatur: aut quomodo illos percussurus est, quibus iustum iudicium exhibet, si etiam vos sic cruciat, quos pie redarguens fouet. Hinc enim intelligitur quomodo non parcat impiis, tanquam sarmentis præcisus ad combustionem, quando iustis non parcat propter perficiendam purificationem. Vnde & Petrus ait: Tempus est vt incipiat iudicium de domo domini. Si autem primum à nobis, quis finis eorum qui non crediderunt Dei euangelio? Hoc est exemplum futuri iudicij, quod nunc cernitur in afflictione piorum. sed si illi modo pro leuibus peccatis suis grauiter iudicatur, multo grauius impij pro suis criminibus in fine iudicabuntur. Ideo sustinetis flagella presentium tribulationum, vt per hoc purgati [habeamini digni in regno Dei, id est, in æterna beatitudine, ad quam nullus intrabit immundus, quia non est dignus. Sed vos per has passionem efficitur digni illo regno, [pro quo & patimini,] non pro humano fauore, nec pro aliquo crimine. Nihil aliud enim querit mens vestra pro his passionibus, nisi regnum Dei: nihilque criminis admistis, pro quo talia pateremini. Dixi quia sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei, quo punietur aduersarij vestri, vt habeamini digni in regno dei: tamen hac conditione fiet istud, [si est iustum apud Deum,] his dari poenam & vobis quietem,

1. Petr. 4

id est, si opera eorum tam pessima sunt, vt Deus iudicet iustum esse pro his retribuere cruciatum æternos: & si opera vestra adeo verè bona coram eo sunt, vt ipse iustum ducat pro his recopescere quietem perpetuam. Aliter enim iudicat Deus & aliter homo, quia sæpe quod nos improbamus, ipse approbat: & quod nos laudamus, ipse condemnat. Subtilia enim & iusta sunt iudicia Dei. Et ideo ne isti nimium securi fiant de futura saluatione sua, & incipiant negligenter agere, ac nimium certi de damnatione suorum aduersariorum, incipiant desperare conuersionem illorum, pulchre temperatam dedit Apostolus de vtrisque sententiam. Sustinetis, inquit, in exemplum iusti iudicij Dei, vt digni habeamini in regno eius: si tamè iustum est apud Deum, [retribuere tribulationem æternam his qui vos] ad tempus [tribulant, & vobis qui] temperaliter [tribulamini, requiem nobiscum] sempiternam, non in presenti vita, sed [in reuelatione domini Iesu. i. quando reuelabitur & palam coram omnibus apparebit dominus, vt reddat unicuique secundum opus eius. Domini dico, venietis] [de celo cum angelis virtutis eius, id est, per quorum ministerium ostendet ipse virtutem suam, dum bonos per eos elegerit, & malos foras miserit. & venientis] [in flamma ignis,] non quod sit flamma circumdatus, sed per effectum, quia inimicos exuret. Ignis dico, dantis, id est, inferentis [vindictam his qui non nouerunt Deum, id est, infidelibus: [ & qui non obediunt euangelio domini nostri Iesu Christi, id est, illis qui fidem habuerunt, sed mandata domini seruare neglexerunt. Grauius peccat sciens, quam nesciens. Nec tamè ideo confugiendum est ad ignorantiam tenebras, vt in eis quisque requirat excusationem, Aliud enim est nescisse, aliud scire noluisse. Voluntas quippe arguitur in eo, de quo dicitur, Noluit intelligere vt bene ageret. Sed illa ignorantia quæ non est eorum qui scire nolunt, sed eorum qui tanquam simpliciter nesciunt neminem sic excusat, vt sempiterno igne non ardeat, si propterea non credidit quia non audiuit quod crederet, sed fortasse vt mitius ardeat. Et si illi æterno igni cremandi sunt, qui Deum nescierunt, quid de illis fiet, qui prædicatores Dei vel seruos eius causa nominis eius persecuti sunt? Aut si illi perpetuo passuri sunt, qui euangelio quod acceperant, non obediunt, quid illi patientur, qui præcepta ipsius euangelij scienter & voluntarie præuaricati sunt?

Nota.

Psal. 35.

F

*Qui poenas dabunt in interitu æternas à facie domini & à gloria virtutis eius, cum venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt, quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo. In quo etiam oramus semper pro vobis, vt dignetur vos vocatione sua Deus noster, & impleat omnem voluntatem bonitatis & opus fidei in virtute, vt clarificetur nomen domini nostri Iesu Christi in vobis,*

et vos

**G** & vos in illo, secundum gratiam dei & domini Iesu Christi.

Ignis ille dabit vindictam, id est, inferet pro culpīs poenā infidelibus, qui nō nouerunt deū: & vanis fidelibus, qui nō obedierūt euangelio domini. Qui utriusque dabunt, i. luent poenas non horarias, sed eternas: nec immodico dolore, sed in interitu, id est, in morte perpetua, lōge remoti [à facie. i. præsentiā uisionis [domini & à gloria virtutis eius,] ne eam videāt gloriam, quam virtus eius ostendit in se & dabit sanctis, sicut scriptum est: Tollatur impius ne videat gloriā Dei. Nam in iudicio videbūt boni & mali formam serui, ac deinde cū mali in gehennā precipitati fuerint, boni subleuabūt ad videndum claritatem diuinitatis eius. Tunc pro ignorantia & inobedientia sua dabūt mali poenas æternas, proiecti à facie domini, ut cū uenerit glorificari in sanctis suis,] id est, replere & illustrare sanctos suos gloria sua ut vidētes eum sicuti est, similes ei fiant, & ipse gloriosus in eis appareat. [ & admirabilis fieri,] i. admiratione & laude dignus ostendi [in omnibus] etiam minoribus, qui crediderunt] ea fide, quæ per dilectionē operatur. Admirabilis tūc fiet in his qui crediderunt, impiis admirantibus tantam salutem iustorum, quos hic despiciebant, & in ipsis iustis suam salutem mirantibus. Ideo autem (sicut dictum est) dabit tunc vobis requiem nobiscum, [quia testimonium nostrū,] i. quicquid testificati sumus vobis de his quæ fierent [in illo die. i. de gloria bonorum & poena malorum] [creditum est] à vobis, quauis esset [super vos. i. superans vestrum intellectum. Quauis enim supra sensum esset quod dicebamus, nec posset illud intelligentia uestra capere, tamen vos nostro testimonio fidem accōmodatis. Vel super vos fuit. i. vobis dominans, non quærētibus rationes. Vel quasi de loco sublimiori loquentes, super vos testimonium protulimus, quod creditum est à vobis de his quæ fiēt in die illo. [In quo] die ut dignetur vos. i. dignos habeat uocatione sua Deus noster, nos [etiā oramus semper pro vobis, id est, nō solum instruximus vos de illa iustorum glorificatione vel impiorum damnatione, sed etiam oramus assidue pro vobis, ut ad illā gloriam pertingatis, ut scilicet [dignetur vos sua uocatione deus noster. i. dignos vos iudicet quos ad regnum vocet, dicens: Venite benedicti patris mei, percipite regnū. [ & impleat omnem uestram voluntatem bonitatis, id est, plenarie faciat quicquid bene vultis. Vel interim in hoc seculo impleat omnem voluntatem bonitatis in vobis, id est, plene vos faciat velle omne bonum. & impleat in vobis] opus fidei, id est, omne bonum opus quod fides exigit, & hoc [in virtute] potentis actionis. Vel confessio est propriè opus fidei, ut quod mens credit, lingua fateatur. Impleat in vobis opus fidei, id est, confessionem, & hoc in virtute constantiæ, ut nullo modo flecti possitis à fidei confessione. Ita videlicet impleat hoc in vobis, ut in præsenti vita [nomē domini nostri Iesu Christi clarificetur in vobis,] id est, clarum & gloriosum appareat in bonis operibus ve-

stris: [ & vos] in alia vita clarificemini [in illo,] & hoc [secundum gratiam Dei nostri patris, & domini Iesu Christi. i. secundū quod pater & filius per gratiā sancti spiritus electis suis gratuita bonitate tribuunt supra quā mereri possunt.

CAPVT II.

**R**ogamus autem vos fratres per aduētū domini nostri Iesu Christi, & nostræ congregationis in ipsum, ut non citò moueamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonē, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies domini.

Captata illorum beneuolentia, illisq; laudatis, securè descendit ad principale intentionē. i. ad remotionem erroris, quo maxime turbati fuerāt. Quasi dicat: Vos quidem fratres patienter omnia sustinetis, propter remunerationem quam à deo speratis: sed rogamus vos ut à sensu catholicæ fidei nullatenus moueamini. [Rogamus autem vos fratres] non per leue aliquid, sed [per aduētū domini nostri Iesu Christi,] si vultis ut vobis prosit, & per aduentum [nostræ congregationis in ipsum] Christum, si vultis esse in ea, quādo omnes qui electi fuerimus, conueniemus & congregabimur in ipsum saluatorem. [ut non citò moueamini. i. non cito turbetis] à vestro sensu, [id est, à sensu catholice veritatis, vel à puro intellectu quē hactenus habuistis. Nō cito moueamini. Si enim mouemini, cito est, quia nihil vobis infertur quod diu duret. [neque terreamini] quasi de vicino periculo imminentis iudicii. [neque per spiritum moueamini aut terreamini,] id est, si malignus spiritus quasi angelus lucis apparēs in uisione, persuadeat vobis diem domini uestris diebus imminere, vel si quis dicat se per spiritum sanctū hoc cognouisse, non credatis ei. [neque per sermonem,] id est, si quis præsentialiter apud vos publico sermone & inter alia uoluerit hoc astruere, nolite vnquam credere, [neq; per epistolam] alicuius absentis [tanquam per nos,] id est, iussu nostro missam vel sub nomine nostro, nolite seduci. Siue per epistolam quā vobis antè misimus, nolite turbari, id est, nolite putare quod epistola nostra dicat uestris diebus Christum esse venturum. Nolite his omnibus terri, [quasi instet dies domini,] id est, quasi vicinus immineat dies, in quo dominus potentiam suam ostendet, puniendo malos & saluando bonos. Non ideo dicit hoc Apostolus, ut velit illos securitate torpere ac negligenter agere & imparatos esse, sed ne in ipsa perturbatione expectationis celerrimi aduentus dominici possent seduci, ad suscipiendum pro Christo diabolum, qui hoc agebat, ut sub nomine Christi se faceret adorari, sicut & beato Martino suadere uoluit. Quod ut nō possit, tempus & signa dominici aduētus describit Apostolus. Nam animos eorum vel occasio non intellectæ epistolæ, quā ipse

A ipse eis miserat, vel ficta reuelatio quæ per somnium deceperat, vel aliquorū coniectura, Isaia & Danielis euangeliorūq; uerba de Antichristo prænūntiantia, in illud tēpus interpretatiū, mouerat atq; turbauerat, ut in maiestate sua tūc Christum speraret esse venturū. Cui errori medetur Apostolus, & exponit quæ ante aduētum Christi debeant præstolari, ut cum illa facta fuerint, tunc expectetur Christus. Parcens tamen eorū uerecundiæ vel teneritudini, nequaquam eos apertè reprehendit, quia cōmoti fuerāt, sed ne moueantur rogat, & prius etiam multū eos laudat. Plerunq; enim pusillanimes uilius emēdamus, si & eorum bene gesta memoramus, & si qua ab eis inordinate gesta sunt, non iam tanquam perpetrata corripimus, sed quasi adhuc ne perpetrari debeant prohibemus, ut & illa quæ approbamus, illatus fauor augeat: & contra ea quæ reprehendimus, magis apud pusillanimes exhortatio uerecunda conualescat. Unde nunc magister egregius, ut dictum est, cū B Thessalonicenses in accepta prædicatione perdurantes, quasi de vicino mundi termino quadam cognosceret pusillanimitate turbati, prius in eis quæ fortia prospicit, laudat: & caute monendo postmodum quæ infirma sunt, roborat. Cū enim multa laude digna dixisset, subiunxit hoc de quo loquimur: Rogamus autem vos fratres per aduentum domini & c. Egrediet enim uerus doctor, ut prius audirēt laudari quod recognoscerent, & postmodum quod exhortati sequerentur: quatenus eorum mentem, ne admonitio subsequens concuteret, laus præmissa solidaret. Et qui commotos eos vicini finis suspicione cognouerat, non iam redarguebat cōmotos, sed quasi transacta nesciens, adhuc commoueri prohibebat, ut dum se de ipsa leuitate motionis prædicatori suo incognitos crederent, tantò reprehensibiliores essent, quanto magis ab illo se cognosci formidarent.

**Ne quis vos seducat ullo modo. Quoniam nisi uenerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tāquam sit Deus. Non retinetis quod cum adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis, ut reueletur in suo tēpore. Nā mysterium iam operatur iniquitatis. tātum ut qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quē dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui eū, cuius est aduentus secundum operationē satanæ in omni uirtute & in signis & prodigijs mendacibus, & in omni sedu-**

**ctione iniquitatis his qui pereūt, eò quòd D charitatem ueritatis non receperunt, ut salui fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderūt ueritati, sed consenserunt iniquitati.**

Videte, inquit, [ne quis vos seducat ullo modo, id est, ne quis in errorem trahat vos, aut per spiritū, aut per sermonē, aut per epistolam, aut per aliū quēlibet seductionis modū, ut credatis instare diem domini. Quoniā nō instabit, [nisi primum uenerit discessio,] ut omnes gētes quæ Romano imperio subiacent, discedāt ab eo: siue ut multitudo ecclesiarū discedat à pontifice Romano, aut multitudo hominū discedat à fide, & nisi reuelatus. i. manifestatus & ostensus fuerit, qui omnium prophetarū uerbis prænunciatur, [homo peccati, id est, Antichristus, qui nō est deus iustitiæ, ut finget, sed homo peccati, in quo fons omnium peccatorū est. [ & filius perditionis. i. diaboli, qui est uniuersorum perditio. vel filius perditionis, id est, natus ad hoc ut perdat alios, & tandē ipse perdat. qui scilicet homo pestifer, aduersatur Christo, ideo uocatur Antichristus. i. contrarius Christo. Vel omnium saluti aduersatur, [ & extollitur, id est, effert se [supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur, id est, super illos qui nuncupatiuè, non essentialiter sunt dii, & super illum qui naturaliter est deus. Deus enim dici aliquādo & homo potest, quod iuxta Moysen dicitur: Ecce cōstitui te deū Pharaonis. deus uerò coli, purus homo non potest. Quia uerò se Antichristus & super sanctos quosq; homines, & super ipsius potentiam diuinitatis extollit per exactum sibi nomen gloriæ, & hoc quod Deus dicitur, & hoc quod deus colitur, transire conatur. Et ita erigetur, ut sedeat & se adorari iubeat [in templo dei,] fortasse quod est in Ierusalem. Vel potius in templo dei sedebit, id est, in mentibus Christianorum quos seducet, qui fuerant templum dei. Nam iuxta hunc sensum dicitur in Psalmo: Deus, uenerunt gētes in hæreditatē tuam, polluerunt tēplum sanctum tuum. Gētes enim tēplum dei polluerunt, quando pagani quosdam Christianos in persecutione idolis sacrificare coegerunt. In huiusmodi igitur templo sedebit Antichristus, [ostendēs se tanquam sit deus, id est, super eorum mentes quos seducere poterit fastu gloriæ secularis, erigetur, ita ut cum sit homo peccator, homo tamen existimari despiciēs, deum se super homines mentiatur. Nisi ita fuerit Romanū imperium antea desolatū, & Antichristus ita manifestus præcesserit, Christus nō ueniet, qui ideo uenturus est, ut Antichristū destruat. [Non retinetis] in corde, [quod hæc] ipsa quæ nunc scribo per epistolam, cum adhuc [apud vos essem,] præsenti sermone narrabā & [dicebā vobis,] Christum scilicet nō esse uenturū, nisi præcesserit Antichristus? Hoc debuisset firmiter retinere, nec de suspitione proximi aduētus domini fluctuare. Ego præsens dicebā Antichristum prius venturum. [Et nunc quid deti-

Nota

E

Exod. 7.

2. Cor. 6.

F

Psal. 78

1. Ioan. 3.

Galat. 5.

Sapient. 5.

Matt. 25.

Matt. 24. Epher. 5.

1. Ioh. 11.

ipse



**G** detineat scitis, id est, quæ causa sit quod Antichristus modo non veniat, optimè nostis. Quoniam scire illos dixit, aperte hinc dicere noluit: & ideo nos qui nescimus quod illi sciebant, aut vix aut nequaquam peruenire valeamus ad id, quod ipse in hoc loco sensit. De Romano tamè imperio intelligitur, qui & ideo videtur aperte noluisse dicere illud esse destruendū, quod ipsi qui imperabant æternū putabāt, ne eos in odiū Christiani nominis excitaret. Si enim aperte & audacter dixisset, Non veniet Antichristus, nisi prius Romanum deleatur imperium, iusta causa perditionis aduersus nascentē tunc ecclesiam cōlurgere videretur. Vel autem quodam obscuritate quod dicebat, ne Roman. incitaret ad persecutionē ecclesiæ, vel impediret a suscipiēda fide. Scitis, inquit, quid eū nūc detineat, vt modò nō veniat, hoc scilicet detinet eum, quia ea quæ fieri debent ante aduentū eius, prius faciēda erit discessio, vt gentes discedāt a Rom. imperio, sicut iā factū cernimus. Et adhuc prius est faciēda grauior discessio, vt ingēs multitudo eorū qui Christianitatis vocabulū portant, discedat à religione, vel ab ipsa fide Christiana, intantū vt cū venerit Antichristus, facilè suscipiat eum. Hoc & his similia, sunt quæ adhuc detinent & retardāt eū. Nō enim debet aut potest venire, nisi quando ita deprauatū fuerit genus humanū vt cū venerit, mox suscipiat eum. Scitis quid eū nūc detineat. i. quæ causa sit dilationis eius, [vt reueletur]. i. manifestius cunctis appareat [in tēpore suo]. i. sibi congruo, quādo videlicet satanas soluetur & aduersus ecclesiam totis viribus relaxabitur. Tunc nanque erit tēpus Antichristi, quia tūc regnabit, cū quod voluerit faciet, ideoq; tūc aperte reuelabitur. Nā in mēbris suis [iam operatur mysteriū iniquitatis]. Quod est dicere multis malis atque peccatis quibus Nero impurissimus Cæsarū mundum premit Antichristi parturit aduentus: & quod ille operaturus est postea: in isto ex parte cōpletur. Sic ergo in Nerone, cuius opera velut Antichristi videbantur, & in cæteris similibus operatur aduersarius ille iam ab ipso tempore apostolorum mysterium iniquitatis: quia Nero & cæteri tales præfigurant eum, sicut Abel & Isaac & Dauid præfigurauerunt Christū. tantū hoc restat, [vt qui nunc] imperat, imperet donec de medio fiat, id est, donec de medio tollatur. Tantū vt Romanū imperium, quod nūc ferè vniuersas gentes, [tenet, teneat eas donec de medio fiat]. i. donec illa potestas auferatur de medio mundi: quia omnes vndiq; Romam confluebant velut ad caput. Vel de medio fiat, id est, de cōmuni tollatur illa potestas. De medio enim fieri, est de communi hominum aspectu auferri. [Et tūc reuelabitur ille iniquus, quæ] significare Antichristum nullus ambigit. Vel ita: Scitis quid nunc detineat eum, hoc fortasse, quia nondum sic deprauati sunt omnes, vt statim susciperent illum, vt reueletur in suo tēpore, quādo parati erūt homines illum suscipere. Nam mysterium iam operatur iniquitatis. Ac si dicatur: Tunc Antichristus manifestus videbitur. nam in cordibus iniquorū secreta sua iā nunc occultus operatur. Iam in malis & fictis

qui sunt in ecclesia, operatur mysteriū iniquitatis. Quod ideo dicitur mysteriū, quia videtur occultum, quia tales operarij ostendunt se velut ministros aut famulos Christi, cū reuera ministri sint Antichristi. Nam iniquitas eorum est mystica. i. pietatis nomine palliata & sub specie boni perpetrata malū. Tātū est, vt qui tenet nūc fidē christianæ religionis, teneat illā. i. tenaciter perseueret in ea, donec de medio fiat. i. donec de medio ecclesiæ exeat mysteriū iniquitatis, quod nunc occultū est, cū manifestum erit, quādo omnes de ecclesia palām exhibūt, qui nō ad Christum, sed ad Antichristum pertinebunt. Et nūc reuelabitur iniquus. Vel Romanus pōrifex, qui tenet nūc ecclesias teneat illas donec de medio fiat. i. donec ab ipsa Romana ecclesia quæ est medium & cor ecclesiarū, fiat iniquitas, ob quā ab ea multæ discedāt ecclesiæ. Variis modis intelliguntur hæc Apostoli obscurissima verba, vbi tamen nullū temporis spatium aperuit. Ait enim vt reueletur in suo tēpore, nec dixit post quantum tēporis id futurum sit. Et subiunxit, nam mysteriū operatur iniquitatis, nec expressit quādū hoc operetur. Itē quod sequitur, tantū qui tenet nūc, teneat donec de medio fiat, & tūc reuelabitur ille iniquus, docet nos Antichristum manifestū futurū: sed post quantum tēporis reuelandus sit, nec saltē obscurē locutus est Apostolus. Quid enim sit, qui modo tenet teneat: vel quid sibi velit, donec de medio fiat, potest quisque sic coaptare, vt intelligat vel aliquatenus suspicietur, quia quoq; modo scriptū legit, quādiu teneat, aut post quanta tēporum spatia de medio fiat, hinc tacetur omnino. Sed quādiu longum ac breue sit hoc interuallum, omnia tamē in eo fient, quæ prius fieri debent: & tunc Antichristus manifestē reuelabitur fons totius iniquitatis. Qui nec modo in mēbris suis, nec tūc in seipso timendus est: quia ipsum [dominū] Iesus interficiet spiritu oris sui. i. inuisibili virtute spiritus sui, procedētis a se sicut a patre, diuina scilicet potestate & imperio maiestatis suæ, cuius iussisse fecisse est, nō in exercitus multitudine, non in robore militum, non in auxilio angelorum. Sed quomodo tenebræ solis fugantur aduentu, sic [et illustratione aduentus sui eum] dominus destruet atque delebit. Occidetur autē sicut ē volumine Danielis intelligimus, in monte Oliueti in papilionē in folio suo, illo videlicet loco, quo dominus in cælum ascendit. Post cuius interfectionem cōcedentur ad pœnitentiam quadragintaquinque dies his, qui ad vitam præordinati sunt, & persecutionem illam nō sine offensione transierūt. Vtrum verò completis illis quadragintaquinque diebus, mox adueniat dominus, an adhuc supersit aliquātulum temporis, omnino nescimus. Quod ergo dicitur, quia dominus Iesus interficiet eum spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui, nō ita intelligendū est, quasi in ipso iudicis aduentu sit interficiendus atque destruendus, sed antea. Illustratio enim aduentus eius nō incōuenienter intelligitur aliqua claritas prænunciāns aduentum eius, quæ tanta sit, vt visa ea, mox præ timore moriatur ille pœnifer. Destruet itaque eum dominus, [cuius est aduentus

**A** aduentus secundum operationem satanæ. i. qui cū venerit faciet omnia diabolo instigāte, nō tamen sine sensu, vt phrenetici, qui culpam non habent de malis quæ faciunt. Nam sicut Deus erat in Christo mundū recōcilians sibi: ita diabolus erit in Antichristo, mundū seducens. Et sicut Christus ait, Pater in me manēs, ipse facit opera: sic diabolus in Antichristo manēs, faciet omnia quæ illi videbitur facere. Eius itaq; aduentus erit secundū operationē satanæ [in omni virtute:] quia tūc satanas relaxabitur, vt in omni virtute sua per eū operetur. & operabitur signis, quæ in quocūq; tēpore significēt aliquid: [et prodigiis, quæ in futuro tantū aliquid significēt. Vel signis minoribus, & prodigiis maioribus. Quæ scilicet signa & prodigia erunt mendacia. i. falsa: siue quia mortales sensus per magica phantasmata decepturus est, vt quod non faciet, facere videatur: siue quia illa ipsa etiam si erunt vera prodigia, ad mendaciū pertrahent credituros. Operabitur ergo per eum & per sequaces eius satanas in omni virtute fortitudinis contrariæ, & in signis atq; prodigiis falsorū miraculorū vel ad falsitatē ducētium. [et in omni seductione iniquitatis,] quia simulabit se religiosum, vt sub specie decipiat pietatis, imò se deū esse dicet, & se adorari faciet, atque regna cælorū promittet. Alios quoq; donis tēporaliū diuitiarum corrumpet, alios autem cruciatibus & minis atq; terroribus frangat: & in omni arte seductionis fraudes suas exercebit [his qui pereunt] .i. qui ad vitā prædestinati non sunt, sed ad perditionē vadunt. Illa ergo Antichristi tēratio cunctis præteritis maior apparebit, quando pius martyr corpus suū tormentis subiiciet, & tamē ante eius oculos miracula tortor faciet. Quis enim ad fidē conuertatur incredulus, cuius iam credentis non paueat, & concutiat fides, quando persequitur pietatis fiet etiam operator virtutis, idēque ipse qui tormentis sauiet vt Christus nō getur, miraculis prouocabit vt Antichristo credatur? Sed potēs est spiritus dei, corda suorum etiam inter tam graua tentamenta custodire. Nam his signis atq; prodigiis seducuntur, qui seduci merebuntur, [eo quod charitatē veritatis non receperunt,] Iudæi scilicet vel alij infideles, qui noluerunt recipere charitatem veritatis. i. spiritū Christi. Dicitur enim spiritus sanctus charitas, & Christus est veritas. Charitas ergo veritatis, vt diximus, est spiritus Christi. Sed hanc charitatē Iudæi non receperunt [vt salui fierent,] ideo seducēt vt pereāt. Vel charitatē veritatis non receperūt, vt nō bona spiritalia cōcupiscerent, sed carnalia. Et quia spe inuisibilium bonorū gaudere non norunt, in laqueos Antichristi ruituri sunt, vt credant mendacio, quod illo duce velut in cōspectu inimicorum suorum visibilium, qui eos visibiliter captiuauerant, habituri sunt visibilem gloriam. Quia ergo veritatem charitatis non receperūt, vt inuisibilia bona, quæ sola sunt vera, diligerēt, & saluatore suscepto salui erent, [ideo mittet. i. venire permittet [illis deus] non operatorē, sed ipsam operationem. i. fontē,] erroris, vt credant mendacio,] quia mendax est ille ipse & pater eius. [vt iudicentur] .i. in aduentu iudicis condēnen-

tur [omnes qui non crediderunt veritati Christi, sed cōsenserūt iniquitati] Antichristi. Deus illis operationem erroris mittet, quia diabolus facere ista permittet iusto ipse iudicio, quāuis faciat ille iniquo malignorum cōsilio. Vt iudicentur, inquit, omnes & cætera. Proinde iudicandi seducuntur, & seducti etiam iudicabūtur. Sed iudicandi seducuntur illis iudiciis dei, occulte iustis, iuste occultis, quibus ab initio peccati rationalis creaturæ nunquā iudicare cessauit, seducti autem iudicabuntur nouissimo manifestissimōq; iudicio. Et quidem si Antichristus de virgine natus esset, & prior venisset in mundum, poterant Iudæi habere excusationē, & dicere quod postea venerit veritas, & ideo primitus mendacium poterant pro veritate suscipere. sed cū non ita sit, ideo iudicādi sunt, imò proculdubio condēnandi: quia Christi veritate contēpta, postea mendacium, id est, Antichristum susceperunt.

*Nos autē gratias agere debemus deo semper pro vobis fratres dilecti à Deo: quod elegerit nos deus primitias in salutem, in sanctificatione spiritus & in fide veritatis, in quam & vocauit vos per euangelium nostrum, in acquisitionem gloria domini nostri Iesu Christi.*

Illi condemnabuntur, qui veritate reprobata mendacium suscipiant: sed nos & vos saluabimur, qui veritatē suscepimus, vnde & gratias agere debemus. Et hoc est: [Nos autem debemus semper gratias agere deo pro vobis,] quos ad suā notitiā vocauit, [et fratres dilecti à deo,] pro merito vestræ sanctitatis, vel dilecti ab eo gratis priusquā aliquid boni meruissetis, & sic per præuenientē dilectionē vocati, quoniam ipse prior dilexit nos. Gratias (inquā) agere debemus, eo quod ab æterno [elegerit nos] apostolos deus in cōsilio prouidentiae vel sapientiae suæ. & elegerit nos primitias. i. primos & præcipuos, nō vltimo tempore periculoso, sed in exordiis euāgelicæ gratiæ, & hoc [in salutem] æternā, vt in eam nos perducatur, positos [in sanctificatione ritus,] qui in baptismo sanctificat, [et in fide veritatis,] non erroris, quia quicquid nostra fides credit, verum est, nec fallitur opinione alicuius erroris, sicut illi qui sequuntur Antichristum: [In quam fidem & vos vocauit. i. nō solum nos primitus vocauit, sed etiā deinde vos [per euāgelium nostrū] quod vobis prædicauimus, [in acquisitionē gloriæ domini nostri Iesu Christi, id est, vt per fidem acquiratis gloriam quam habet Iesus. Vel in acquisitionem gloriæ Christi, id est, vt vos sibi Christus acquireret, ad glorificandum se, vt essetis populus acquisitionis, & bene viuendo glorificaretis.]

*Itaque fratres state & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & deus & pater*

**G** & pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationem aeternam & spem bonam in gratia, exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.

Quandoquidem vos deus ad fidem conuertit, ut per hanc ad gloriam pertingatis, nec instat adhuc dies domini, [itaque fratres state] in fide, & nolite moueri a vestro sensu: ut stare firmiter in fide valeatis, atque statum rectitudinis in operibus bonis seruetis, tenete in corde & operibus [traditiones quas didicistis, siue per sermonem] nostrum, dum essemus praesentes: [siue per epistolam,] quam uobis misimus absentes. Et nos quidem sermonibus & epistolis vos admonemus, ut in bono stetis: sed ipse deus per internam gratiam suam exhortetur interius corda vestra. Nos enim foris ut vacuum laboramus, si ipse intus non fuerit operatus. Et ideo [ipse dominus noster Iesus Christus,] qui nos suo dominio pie mancipauit: [& deus] qui nos creauit, & pater noster, qui nos in filios adoptauit, & paterno affectu [nos dilexit,] dans unigenitum pro nobis, & per spiritum paracletum, qui interpretatur consolator, dedit nobis [consolationem aeternam,] cum iam inter aduersa praesentis miseriae incipimus aeterna gaudia praegustare: [& spem bonam,] qua de exilio ad patriam expectamus redire in gratia, id est, in eius gratuito munere, quia hoc non merueramus: ipse inquam filius & pater, qui iam tot & tanta nobis largitus est, [exhortetur corda vestra, id est, incitet ad meliora voluntates vestras,] & confirmet contra impugnantes in omni opere bono, & in omni sermone bono.

CAPUT III.

**E** cetero fratres orate pro nobis, ut sermo dei currat & clarificetur, sicut & apud vos, & ut liberemur ab importunis & malis hominibus.

**I** beremur ab importunis & malis hominibus. Non enim omnium est fides. Fidelis autem dominus est, qui confirmabit vos, & custodiet a malo. Confidimus autem de vobis fratres in domino, quoniam quae praecipimus vobis, & facitis & facietis. Dominus autem dirigat corda vestra in charitate Dei & patientia Christi.

De his quae ad vos pertinent, diximus & monuimus quomodo agere debeatis: sed [de cetero, id est, de eo quod ad alios pertinet,] [fratres orate pro nobis, ut sermo dei] quem loquimur, currat sine impedimento ad omnes gentes, ut multi velociter conuertantur. Currat, id est, sine obstaculo festinanter ad omnes perueniat: & clarificetur, id est, clarus & intelligibilis fiat audientibus, [sicut & apud vos] cucurrit & clarificatus est, & orate [ut liberemur,] ne detineamur [ab importunis & malis hominibus, id est, infidelibus qui resistunt nobis, sed ubique] liberi

discurramus ad praedicandum. Liberemur ab importunis, id est, infidelibus qui resistunt veritati, disputando verbis contra eam, & malitia nos persequuntur, & tormentis cruciant. Ideo dico liberemur, quia [non omnium est fides,] id est, non ad omnes pertinet fides, id est, non adhuc omnes fidee acceperunt qui accepturi sunt. Vel orate ut liberemur, quia non omnium est fides, id est, non ad omnes pertinet fides, non omnes credituri sunt etiam orantibus vobis, sed tantum qui praedicti sunt. Nam posse habere fidem, sicut posse habere charitatem, natura est hominum: habere autem fidem, sicut habere charitatem, gratia est fidelium. Ideo autem Deus per orationes fidelium non credentes credere facit, ut ostendat quia ipse facit. Nemo est enim tam imperitus, tam carnalis, tam tardus ingenio, qui non videat Deum facere, quod se rogari precepit ut faciat. Non omnium est fides, sed tamen nolite eos timere qui sine fide sunt, quia [dominus est fidelis, id est, verax in promissis, quae pollicitus est electis suis, dicens: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque, ad consummationem seculi. Fidelis est, id est, fideliter adimplet quae promissit,] [qui confirmabit vos in bono, & custodiet a malo.] Confirmabit, id est, firmos & stabiles faciet, ne sitis fluctuantes, & circumferamini omni vento doctrinae in nequitia hominum. & custodiet a malo, non ut nihil aduersitatis patiamini, sed ut nihil possit nocere vobis. Diximus ut teneatis traditiones nostras, & cetera quae iussimus impleatis: nec puto frustra, sed [confidimus de vobis fratres in domino,] qui in vobis operatur, [quoniam ea quae praecipimus vobis, & nunc facitis & semper facietis.] Sed ne frustra haec de vobis confidamus, dominus, id est, spiritus sanctus [dirigat corda vestra, id est, rectas faciat voluntates vestras, existentes] [in charitate dei] patris, ut eum toto corde diligatis: [& in patientia Christi,] ut parati sitis libenter pati pro Christo, sicut ille passus est pro vobis. Tota trinitas in hac breui sententia declaratur. Dominus enim praemittitur, ipse (ut diximus) est spiritus sanctus. Qui recte dominus appellatur, sicut pater & filius, quia ubi vult spirat, & quicquid vult facit, atque regit vniuersa, nec regitur, & omnia illi seruiunt. Vnde & in superiori etiam epistola similiter dominum Apostolus eum vocauit, dicens: Vos autem dominus multiplicet &c. Post hoc autem de curiosis agitur, cum subditur:

**D**enunciamus autem vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos. Quonia non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione, nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus. Non quasi non habuerimus potesta-

**A** potestate, sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam & cum essemus apud vos, hoc denunciamus vobis, quonia si quis non vult operari, nec manducet. Audiuiimus enim inter vos quosdam ambulare inquiete, nihil operantes sed curiose agentes. His autem qui eiusmodi sunt, denunciamus & obsecramus in domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes, suum panem manducant.

Vos quidem praeccepta nostra (sicut confidimus) facitis & facietis, sed quicumque ea non fecerint, subtrahite vos ab illis. Et hoc [vobis denunciamus fratres, id est, de hac re nuncium vobis diuinum afferimus] [in nomine domini nostri Iesu Christi, id est, in autoritate nominis eius, vel in gloria eius, ut propter reuerentiam nominis eius vel propter gloriam nominis eius faciatis quae dicimus,] ut scilicet [subtrahatis vos] & separetis [ab omni fratre, id est, ab omni Christiano] ambulante inordinate, id est, viuente non sicut ordo naturae vel ordo Christianae religionis exigit, & ambulante [non secundum traditionem] ambulandi, id est, viuendi vel operandi, [qua acceperunt a nobis.] Ab omni fratre qui sic ambulat, vos subtrahite, id est, non comunicetis ei in cibo vel in potu vel in mercatura, siue in colloquio, vel in alia re, nisi causa corrigendi eum ne participes sitis delictorum eius: sed vitate eum, ne videamini fouere prauitatem eius, ut erubescat & corrigatur, cum se viderit ab omnibus caueri. Ab eis qui non secundum traditionem nostram ambulant, vos subtrahite, nam vos [ipsi scitis quemadmodum oporteat imitari nos, id est, non est opus ut exponam vobis eam traditionem, quia scitis eam.] Scitis videlicet, quomodo qui recte volunt ambulare, debent ambulare per viam, per quam nos ambulamus, id est, exempla nostra sequi. [Quonia non inquieti fuimus inter vos,] ut illi qui aliena negocia curant ociose vagantes huc & illud, ac diuinum officium relinquentes, & vitam singulorum superflue scrutantes, ac fratribus detrahentes, & murmurantes ac dissensiones vel scandala nutrientes. Dum enim vacant & nihil operantur, callidus hostis vanam mentem eorum occupat talibus: quia sicut scriptum est, multam malitiam docuit ociositas. Sed nos non ita fuimus inquieti. [Neque gratis, id est, sine precio iusti laboris] manducauimus, non dico deliciosas escas, sed nec ipsum panem sumptum [ab aliquo, sed in labore] manu [ & fatigatione,] quia laborabamus usque ad fatigationem: [nocte & die operantes] unde victum haberemus, [ne quem vestrum] grauaremus, id est, ne alicui vestrum essemus oneri stipendia sumendo. Et non laborauimus, [quasi non habuerimus potestatem] sumendi vestra, id est, non ideo victum proprio labore quaesiuimus, quod non possemus a vobis accipere sumptus sed ideo [ut nosmetipsos daremus formam vobis, id est, exemplum] [ad imitandum nos, id est, ut vos ocium dimitteretis, & in opere nos imi-

taremini. Si enim nos cum possemus ex praedicatione victum habere, maluimus ex labore non Gen. 3:1  
stro viuere, multo magis vos debetis in sudore vultus panem vestrum praeparare. Propter aliam causam apud istos in opere laborauit Apostolus & propter aliam apud Corinthios. Corinthij enim tenaces erant, & multis vitiis occupati: & si quid Apostolo dedissent, videretur eis quod Apostolus deberet leuius erga eos agere, nec asperere increpare, sed eis blandiri propter dona ipsorum. Isti vero solebant in ocio viuere, & idcirco dedit illis apostolus in seipso exemplum operandi manibus propriis, ut inde haberent unde possent viuere, & indigentibus eleemosynam praebere. Sciendum itaque, beatum Apostolum opera corporalia seruos Dei operari voluisse, quae finem haberent in magna spiritali mercedem, ad hoc ut & ipsi victu ac tegumento nullo indigerent, & manibus suis hoc sibi procurarent. Neque huic apostolico praeccepto & exemplo contrarium est quod dominus ait, Nolite solliciti esse, dicentes quid manducabimus aut quid bibemus, aut quomodo operiemur? Non enim dominus prohibuit seruis suis ut ista non procurent, quantum necessitati sat est, unde honeste viuere possint, sed superfluitate nimiam sollicitudinis deliciosarum escarum & vestium interdixit. Non enim ait, Ne solliciti sitis animae vestrae ut manducetis, sed quid manducetis: neque corpori vestro ut induamini, sed quid induamini: prohibens scilicet nimiam accurationem in eligendis vestibus & cibis, non laborem operis aut moderatam curam in rebus necessariis. Nos ipsos, inquit, formam dedimus vobis, ut nos imiteremini in labore operis, nam & hoc dicebamus vobis. Qui videlicet non solum nunc dum sumus absentes, hoc vobis dicimus: sed etiam cum essemus praesentes apud vos denunciamus] ac praecipiebamus [vobis, quoniam si quis non vult operari, nec manducet.] Non diximus, si quis non operatur, non manducet, sed, si quis non vult operari: quia sicut nonnulli qui vellent, sed non possunt, & ideo licet non operentur, inculpabiles tamen sunt, quia in terra pax hominibus bonae voluntatis. Qui vero possunt, sed nolunt, illi merito culpantur, & illis etiam corporeus eibus interdicitur. Idcirco autem & laboris nostri mentionem fecimus, & ut similiter agatis praecipimus, atque superius, ut ab omni fratre ambulante inordinate vos subtrahatis, admonuimus: quia [audiuimus] id est, relatū est nobis, [quosdam inter vos ambulare inquiete, id est, de loco ad locum tota die vagari] & [nihil operantes] manibus suis, quod vile sit illis vel aliis, [sed curiose agentes, id est, cum quadam superflua & inutili sollicitudine & studio,] quarentes ab aliis quid agat rex Francorum, aut quanti sit annona, seu quale tempus in hoc anno sit futurum, vel his similia. Multa enim breuiter hic reprehendit vitia, id est, inquietudinem & ociositatem & curiositatem & multiloquium, in quo non deerit peccatum. Nam inquietudo, dum sollicita domus aliorum circuit, vel aliena acta curiose perquirat, in multis offendit. Curiose enim agunt, qui ad hoc vacant, ut dicere aut audire aliquid noui possint. Sed [his qui eiusmodi sunt denunciamus, &] insuper Nota.  
Cc obse

**G** obsecramus, id est, per sacra adiurantes eos rogamus, [in domino Iesu Christo,] vt saltē propter eius reuerentiam faciant quod dicimus, vt scilicet non curiosē loquantur, vel interrogent quid agat ille vel ille, nec ociosi manentes uiuant ex alieno labore, sed [cum silentio operantes, id est, linguā refrenantes, & manus in opere exercentes, manducant non alienum panem, sed suum, id est, proprio labore præparatum, non ab aliis sibi datum.

*Vos autem fratres nolite deficere benefacientes. Quod si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & ne commisceamini cum illo, vt confundatur. Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrem.*

**H** Propter necessitates sanctorum, qui quanuis obtēperēt præceptis Apostoli, vt cum silentio operātes panē suum manducant, possunt tamē multis ex causis indigere supplemēto aliquo talium sustentationum, ne illi qui habebant vnde seruis suis necessaria præberent, hac occasione pigrescerent, præuidens continuo subiunxit: [Vos autē fratres nolite deficere benefaciētes.] Monuimus, inquit, loquaces & ociosos, vt silentium teneant & manibus suis operētur, vnde victum habeant. Sed vos fratres, qui habetis huius mundi substantiam, nolite propter hoc quod diximus, deficere benefaciētes illis, sed sustentate illos de bonis vestris: quia etsi operentur, possunt tamē nonnullis, imō pluribus indigere, cū sint forsitan infirmæ & delicatæ naturæ. Præcipimus vt operentur quātum poterūt. Quod, id est, sed [si quis nō obedierit verbo nostro, id est, huic præcepto, siue etiā cuiuslibet alij mandato, quod vobis damus [per epistolā, hūc notate, id est, notā reprehensionis huic imponite. Vel per epistolam hunc notate, id est, per literas quis sit mihi notificare. [& ne cōmisceamini cum illo, id est, ne cōmunicetis illi, sed ex cōmunicate illum, & à vobis separate, vt à vobis abiectus [cōfundatur, id est, erubescat, cum se viderit à cunctis abhorreri, & sic vel propter verecundiā corrigatur & obediatur. Et licet præcipiam nō commisceri, tamen nolite illum [existimare quasi inimicum, id est, nolite illum odio habere, putantes quod sit inimicus, sed affectu dilectionis corripite illum [vt fratrem,] quia vnū habet vobiscum patrem. Ac si dicat: Pacem cū eo exteriorem soluite, sed interiorem circa illum medullitus custodite, vt mentem peccantis sic vestra discordia feriat, quatenus pax à vestris cordibus nec abnegata discedat. Nam licet cum extraneis vel etiam paganis cōmunia sint agenda, vt per hoc ad amorem nostræ religionis attrahantur, cum fratribus tamen aliquoties non sunt agenda, vt corrigātur. Extranei enim blandimentis ad bene agendum sunt alliciendi: fratres verò, si sponte peccauerunt, asperitate moderata sunt corrigendi.

*Ipse autem dominus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. Domi-*

*nus sit cū omnibus vobis. Salutatio mea K manu Pauli. quod est signum in omni epistola. Ita scribo. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis, Amē.*

Monui vt inobedientem fratrem exterius corripatis, & tamen interius apud vosmetipsos pacem erga eum teneatis: sed quia hoc nō nisi per donum gratiæ cælestis facere valetis, [ipse dominus] qui est [pacis] & cōcordiæ dator & amator, [det vobis pacem] non horariam, sed [sempiternam, id est, quæ finem non habeat. Pacem, id est, fraternam concordiam, vel sedationē tribulationum, quas ab aduersariis patimini, siue quietem ab impugnatione vitiorum, vel pacem cum deo & sanctis angelis, quæ nunquam finitur vel interrumpatur, det ipse vobis [in omni loco, id est, & apud domesticos & apud extraneos, & in hoc seculo & in futuro. Et vt pacem habeatis, [dominus sit cum omnibus vobis,] qui vos & à malo defendat, & in bono custodiat. [Salutatio mea] subiungitur, scripta [manu Pauli, id est, propria manu mea, non manu notarij,] [quod est signum in omni epistola,] vt per hoc cognoscatur esse mea. [ita enim scribo.] Ne quis pseudo poneret nomen suum in principio pro Pauli nomine, & diceret suā esse epistolam, ideo Paulus in fine consueuerat hoc signū ponere, per quod ab eo recognosceretur. Non tamen in vnaquaq; epistolarum eius hoc inuenitur, sed in ista & in illa quæ est ad Colossenses, & in prima ad Corinthios. Galatis hoc idem sic dicitur: Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu. Et Philemoni, Ego Paulus scripsi manu mea. Quod ergo dicit, quia hoc signum est in omni epistola, non sic intelligendū est, vt prorsus in vnaquaque sit hoc ita scriptū, sed in multis: quia omne non semper plenariam vniuersitatē significat, sed aliquando quandam multitudinē. Nam quod dictum est ad Corinthios, Salutāt vos omnes sancti, nequaquā putādū est, quod omnes sancti qui erant in vniuerso mundo, tunc per illam epistolā salutarēt eos, cum plures essent qui scriptiōne illius epistolæ ignorarent. Similiter & quod Romanis dictum est, Salutant vos omnes ecclesiæ Christi, nō de omnibus ecclesiis quæ erant in orbe, intelligitur. Sic vbi legimus, quia omnes gentes narrabant de præliis Iudæ, nequaquā credimus quod omnes gētes quæ erant in Scythia, vel in India, vel in remotis insulis, tunc loquerentur de Machabæi præliis. Multa quoq; similia in scripturis sanctis reperiuntur in quibus omne, nō vniuersitatē significat. Nō ergo mentitus est Apostolus, qui dixit hoc signū esse in omni epistola sua, quod tamen nō per singulas quasq; posuit, quia secundū vsitatam scripturarum sanctarum locutionē hoc dixit. Deinde [gratia domini nostri Iesu Christi,] inquit, hoc est, generale auxilium Christi ad omnia & donum sit [cū omnibus,] tam maioribus quàm minoribus, tā viris quàm mulieribus. Vel si hoc quod dicit nunc, gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis, est illa salutatio quam sua manu in omni epistola pro signo se testatur scribere, tunc veraciter

**A** raciter omne potest intelligi vniuersitatem plenarie significare, quia hoc reperitur in fine vniuersiusque epistolæ. Omnes enim quas scripsit, finiuntur in precatione gratiæ. [Amen.]

SECUNDAE EPISTOLAE AD THESSALONICENSES FINIS.

PRAEFATIO IN EPISTOLAM PRIMAM AD TIMOTHEUM.

Actu. 15: 16.

**S**icut Lucas refert, cū discessisset Paulus à Barnaba perambulabat Siriam & Ciliciam, confirmas ecclesias peruenitque Derbem & Lystram. Et ecce discipulus quidam erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris viduae fidelis patre gentili. Huic testimonium bonum reddebant qui in Lystris erant & Iconio fratres. Hunc voluit secum proficisci. & assumens, circumcidit eum propter Iudeos qui erant in illis locis. Sciebāt enim omnes quod pater eius gentilis esset. Nō propterea circumcidit eum Paulus, quod putaret aliquid iustificationis illi iam ex circumcisione prouenire: sed ne Iudæi propter eum si esset incircuncisus, retardarent fidem suscipere. Quem cum postea Paulus in Asia pontificem Ephesiorum reliquisset, pseudo apostoli qui carnales obseruantias inducere nitentur, propter hanc eius circumcisiōnem vires in eum assumebant. Ipse minus fortiter quàm oporteret, resistebat eis. Et ideo scribit ei Apostolus, ostendens quodammodo rationes quas illis obicit. Scribit etiam de episcopali officio, quomodo scilicet ecclesiam instruat quales presbyteros vel diacones ordinet, quales viduas honoret: quomodo seipsum in ecclesia habeat, & quomodo eam regat, Sicque incipit.

EPISTOLAE PAULI

PRIMAE AD TIMOTHEUM,

CAPVT I.



*Paulus apostolus Iesu Christi secundum imperium dei saluatoris nostri & Christi Iesu spei nostrae Timotheo dilecto filio in fide: Gra-*

*tia & misericordia & pax à deo patre nostro & Iesu Christo domino nostro.*

Timotheo scribit [Paulus,] cui credendū est quia est [apostolus Christi Iesu. i. legatus regis saluatoris: & hac autoritate munitus, resistit] pseudo apostolis. Et est Apostolus non secundum suam præsumptionē, sed [secundū imperium dei. Et idcirco qui ei resistit, iperio dei resistit. Spiritus sanctus præcepit, Segregate mihi Barnabā & Paulū in opus ad quod assumpsi eos. & nūc ipse Paulus dicit se apostolum esse iuxta imperium dei, quia imperium spiritus sancti est imperium dei patris, cum inseparabilis sit voluntas & operatio trinitatis: Paulus est apostolus secundum imperium dei saluatoris nostri & Iesu Christi spei nostræ, id est, iuxta præceptum summi patris qui nos saluat, & filij in quo est spes salutis & gloria nostræ, non in carnali obseruatione Paulus qui tantæ autoritatis est, mittit hanc epistolam [Timotheo dilecto filio in fide, id est, quem ipse genuit non in carne, sed in fide. Licet enim iam fidelis esset, & bonum testimonium haberet, quando Paulus cum inuenit, tamē per eum in eadē fide & religione sic instructus est,

vt recte dicatur ab eo genitus in fide. Vel in fide scribit ei contra corruptores fidei. Et hunc filium salutat dicens: Sit tibi [gratia, id est, donatio spiritus sancti, qua ministri dei, id est, episcopi armantur: [& misericordia,] per quam diuinitus à miseria huius seculi vel omnium malorum libereris: [& pax, id est, trāquillitas animi & prælibatio æternæ pacis, vt vitis & hostibus superatis, in pacata quiescas ecclesia. Et hoc sit tibi [à deo patre nostro, qui nos creauit atque paterno affectu nos diligit: & à Christo Iesu domino nostro, id est, ab eo quem vnxit deus, & saluatorem constituit, qui & nos suo dominio clementer mancipauit.

*Sicut rogavi te vt remaneres Ephesi, cū irem in Macedonia, vt denunciare quibusdam, ne aliter docerent, neque interderent fabulis & genealogiis interminatis, quæ quæstiones præstant magis quam ædificationem, quæ est in fide.*

Ita sit tibi gratia, misericordia & pax, [sicut rogavi te vt remaneres Ephesi, id est, resideres potifex apud Ephesios. Vel subauditur, ita fac, sicut rogavi te facere cum irem in Macedonia, vt scilicet remaneres Ephesi, id est, vice mea præfens ageres & ordinares ecclesiam Ephesi, quam ego absens non poteram sufficienter gubernare. [vt denunciare, id est, ex parte dei nūcius esses] quibusdam,] quorum nomina spiritus sanctus, qui in me loquitur, ignorat, [ne aliter] quàm nos [docerent, neque] auditores eorum [intenderent eorum fabulis & genealogiis interminatis,] id est, locutionibus generationū & computationibus, quæ sine termino sunt præ longitudine, quia finis earum non potest inueniri: quæ ideo sunt respuendæ, quia [præstant quæstiones] disputationum, id est, generant lites [magis, id est, potius] quàm ædificationem] [morū & iustitiæ,] [quæ est in fide,] non in carnali obseruatione. Prius præcipitur de pseudo repellendis, tam doctoribus quàm auditoribus vt illis primò repulsis, deinde valeat puritas catholice veritatis prædicari & audiri. Fabulas vocat, quas alibi traditiones dicit, quas præter legitimas & propheticas scripturas Iudæi tenent, quas non scriptas habent, sed memoriter retinent, & alter in alterum loquendo transfundit, quas deuterofim vocant. Vbi etiam dicere audent & credere, deū homini duas creasse mulieres, ex quibus textunt genealogias verè [sicut nunc dicit Apostolus] infinitas, parientes infructuosissimas quæstiones. Et pseudo apostoli, qui volebāt esse partim Iudæi, partim Christiani, erant autem hæretici, docebant apud Ephesios non solum carnales obseruantias legis, sed etiam has Iudæorū traditiones à libris prophetis & legitimis alienas, & nonnulli Ephesiorum intendebant verbis eorū. Sed Timotheus ad hoc relictus est Ephesi, vt auditores & doctores huiusmodi corrigeret aut expelleret.

*Finis autem præcepti est charitas de corde puro & conscientia bona & fide*



**G**no ficta. A quibus quidā aberrantes, cōuerſi ſunt in vaniloquiū, volētes eſſe legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.

Ipsi docēt fabulas & legem carnaliter implēdam, ſed [finis præcepti,] hoc eſt, plenitudo legis [eſt charitas.] Finis enim non conſumptionem præcepti, ſed conſummationem hoc loco ſignificat. Omnis itaque præcepti finis eſt charitas, id eſt, ad charitatem refertur omne præceptum, & per charitatē impletur. Totā enim magnitudinem & amplitudinem diuinorū eloquiorum ſecura poſidet charitas, qua deū proximumque diligimus. Finis igitur. i. cōſummatio omnis præcepti, quod vel in veteri, vel in nouo teſtamento legitur, charitas eſt non qualiſcunq; ſed ea quæ eſt [de puro corde.] Nā & male viuētes irretiuntur ſibi ſocietate perditæ conſcientiæ, & dicuntur ſe amare, nolle diſcedere ab inuicem, ſuis collocaſionibus conciliari, deſiderare ſe abſentes, gaudere ad mutuam ſibi præſentiam. Sed amor iſte tartareus eſt. Quamobrem vt à tali amore vera charitas Chriſtianorū diſtinguatur, de corde puro eſſe dicitur. Latrones enim inter ſe & cæteri tales charitatē de corde puro non habēt quia purum cor in charitate eſt, quando diligitur homo ſecundum deū, & nihil aliud quàm id quod diligendum eſt, diligitur. [ & cōſcientia bona ſub iungitur propter ſpem, & conſcientiam ponit pro ſpe. Ille enim ſperat, qui conſcientiam bonam gerit: quem verò pungit conſcientia mala, retrahit ſe à ſpe, & non ſibi exspectat niſi dānationem. Tertio [ & fide, inquit, non ficta.] Si enim fides noſtra mendacio caruerit, tunc & non diligimus quod non eſt diligendum, & recte id credimus quod ſperamus, & ſperamus quod credimus, vt in nullo ſpes noſtra fallatur.

Nota.

**I** ſicut hæretici & Iudæi ſiue gentiles, fidē habēt fictam & ideo non poſſunt habere charitatem quæ complet mandatum. Ille etiam fidē habet fictam qui bene quidem credit, ſed propter merum aut verecūdiam, ſeu propter quemlibet aliam cauſam non cōſtitetur quod credit, ſed quod dammodo fingit ſe non credere. Sed illa charitas conſumat omne præceptum, quæ eſt de corde puro, quæ nihil diligit niſi quod debet diligi: & de cōſcientia bona, id eſt, de bona ſpe quam gerit conſcientia bene operantis: & de fide non ficta, id eſt, non ab hominibus inuenta, ſed à diuinis eloquiis ſumpta. vel non ficta. i. non propter metum in corde celata, ſed oris cōfeſſione libere prolata. [A quibus virtutibus, id eſt, à charitate de corde puro, & à ſpe bonæ conſcientiæ, & à fide vera quidā procul aberrauerunt, putantes ſe deū & proximū puro corde diligere, cū non pure diligere: putantes ſe ſpē bonæ conſcientiæ habere ſine merito actionis religioſæ, & putantes ſe nō fictā fidem habere, cum haberent fidutiam, ſed fallebantur. Tales erant qui carnales obſeruantias prædicabant, quia deum ſe diligere putabant, cū non diligerēt eum, ſicut in actione eorū declarabatur, dū

putarent ſe præcepta eius adimplere, ſed magis ea transgrederentur: & putabāt ſe bonam habere conſcientiam, quaſi de obſeruatione legis, & æſtimabant ſe fidē non fictam habere, ſed à diuinis eloquiis ſumptam, cum magis haberent fictitiam, credentes deum hircorum atq; tauro rum ſanguine delectari & odore thymiamatis, quē nos homines ſepe declinamus. Et hoc eſt quod dicitur, quia [quidam à charitate & à bona cōſcientia & à fide non ficta [aberrantes, cōuerſi ſunt in vaniloquiū,] vt vane loquantur de lege, [volentes eſſe doctores legis,] dum carnaliter eam docent obſeruari debere: [non intelligentes] verba quæ docent, videlicet [neq; ea quæ ipſi loquuntur, id eſt, verba quæ docent & mandata carnalium ceremoniarum quæ ipſi docent: quia non intelligent quid ſit ſabbatum vel circūciſio, vel hirci ſeu tauri immolatio vel aliquid huiusmodi, id eſt, nesciunt quid in his ſignificetur, [neque ea intelligent de quibus affirmant, id eſt, autoritates & quibus aſſumūt quædā teſtimonia, per quæ conantur aſſerere ceremonias illas iuxta literā carnaliter eſſe cōplendas: quia non animaduertunt ſcripturarū intentionem & ſenſum ſpiritualem, ideoque vana loquuntur, volentes eſſe magiſtri aliorum, cū ipſi nihil ſciant. Vel neque ea quæ loquuntur, neque ea de quibus affirmant, intelligunt, id eſt, neque quæſtiones quas proponunt, neq; rationes quibus eas probant. Similiter faciunt hæretici, vel quilibet temerarij præſumptores. cū ſi quando de praua & falſa opinione ſua reprehendi & conuinci cæperint ad defendendū id quod leuiſſima temeritate & apertiſſima falſitate dixerūt, libros ſanctos vnde id probent, proferre conātur: vel etiam memoriter, quæ ad teſtimonium valere arbitrātur, multa inde verba pronunciant, non intelligentes neque quæ loquuntur, atque de quibus affirmant. Poſtquā his verbis Apoſtolus improbauit aduerſarios, mox ſuam partem approbat, ſubdens:

Nota.

*Scimus autem quia bona eſt lex, ſi quis ea legitime vtatur, ſciēs hoc quia lex iuſto nō eſt poſita, ſed iniuſtis & nō ſubditis, impijs & peccatoribus, ſcleratis & contaminatis, parricidis, & matricidis, homicidis, fornicarijs, maſculorū cōcubitoribus, plagiarijs, mendacibus & per iuris, & ſi quid aliud ſanæ doctrinæ ad uerſatur, quæ eſt ſecundum euangelium gloriæ beati dei, quod creditum eſt mihi.*

Ipsi non intelligent legē quā docere volunt, & ideo vane de ea loquūtur: ſed nos intelligimus eā, & ideo vere de ea loquimur. Nā ſcimus quia bona, id eſt, vtilis [eſt lex, ſi quis ea legitime vtatur, id eſt, ſicut intendit ipſa lex, vt ſcilicet per eam conſugiat ad gratiam, [ſciens quia iuſto lex nō eſt poſita, ſed iniuſtis.] Iuſto nō eſt lex poſita, quæ tamen bona eſt, ſi quis ea legitime vtatur. Hæc autē duo Apoſtolus velut inter ſe contraria connectēs, monet lectorem ad ſeru-

**A** ſcrutandam quæſtionem atque ſoluendā. Quo modo enim bona eſt lex, ſi quis ea legitime vtatur, ſi iuſto non eſt poſita? Nam quis legitime vtatur lege, niſi iuſtus? At iuſto non eſt lex poſita, ſed iniuſto. An non etiam iniuſtus, vt iuſtus fiat, legitime vti lege debet, qua tanquam pædagogo perducatur ad gratiam, per quam ſolam quod lex iubet, poſſit implere? Per ipſam quippe iuſtificatur gratis, id eſt, nullis ſuorum operum præcedentibus meritis. Alioquin gratia iā non eſt gratia: quandoquidem ideo datur, non quia bona opera fecimus, ſed vt ea facere valeamus, id eſt, nō quia legem impleuimus, ſed vt legē implere poſſimus. Iniuſtus ergo legitime lege vtatur, vt iuſtus fiat. Quod cum factū fuerit, ea iamiam non vtatur tanquam pædagogo, cū eruditus fuerit. Quomodo enim iuſto lex non eſt poſita, ſi & iniuſto eſt neceſſaria, nō qua iniuſtus ad iuſtificantem gratiam perducatur, ſed qua legitime iam iuſtus vtatur? Vel legitime vtatur lege iam iuſtus, cū eam terrendo imponit iniuſtis, vt cum & in ipſis cæperit inolitę concupiſcentię morbus incentiuo prohibitionis & cumulo præuaricationis augeri, cōfugiāt per fidē ad iuſtificantem gratiam, & per donū ſpiritus ſuauiſſime iuſtitie delectati, pœnam literæ minantis euadant. Ita non erunt contraria, nec pugnant inter ſe duo iſta, vt etiam iuſtus bona lege legitime vtatur, & tamē iuſto lex poſita nō ſit. Nō enim ex ea iuſtificatus eſt, ſed ex lege fidei qua credidit. Legitime vtatur lege, qui intelligens quare ſit data, per eius cōminationem cōfugit ad gratiam liberatē. Et ideo bona eſt ei lex, quia plurimū prodeſt ei dū perducit illum ad gratiam. At huic gratiæ qua iuſtificatur impius, quiſquis ingratus velut ad legē implendam de ſuis viribus fidit, ignorans dei iuſtitiam & ſuam volens conſtituere iuſtitie dei non eſt ſubiectus. Et ideo ſit ei lex non abſolutionis adiutorium, ſed criminis vinculū, ideoq; non eſt ei bona, nō quia malum ſit lex, ſed quia peccatum per bonum talibus operatur mortē. Per mandatum enim grauius delinquit, qui per mandatum ſcit quàm malum ſit quod admittit. Iuſto autē non eſt lex poſita, id eſt, impoſita vt ſupra illum ſit. In illa enim eſt potius quàm ſub illa, quia non ſua vita viuunt cui coercendi lex imponitur. Iniuſtus verò ſub illa eſt, qui ſua vita viuunt, cui corcēdi lex imponitur. Vt enim ſic dicam, ipſam quodāmodo legem viuunt, qui cū delectatione iuſtitie iuſte viuunt, nō proprio aut tranſitorio, ſed cōmuni ac ſtabili gaudēs bono. Sub lege autem quiſque viuunt, in quantum peccator eſt, id eſt, in quantum à veteri homine non eſt immutatus. Suam enim vitam viuunt, & ideo lex ſupra illum eſt: quia qui eam nō implet, infra illā eſt. Sed pſeudo apoſtoli hæc non intelligentes, nō legitime vtentur lege, & ideo volebant eam imponere iuſtis, id eſt, Chriſtianis per gratiam iuſte viuuntibus. Nec contrarium eſt huic ſententiæ Apoſtoli, quod Pſalmiſta vtique iuſtus precatur, legem pone mihi domine viam iuſtificationum tuarum: quia de noui teſtamenti gratia id poſtulat, cum de duritia literæ veteris instrumenti dicat Apoſtolus legem non eſſe iuſto poſitam, ſed iniuſto. Qui enim

Galat. 3.

Rom. 11.

Rom. 10.

Rom. 7.

ſponte facit ea quæ lex moraliter iubet vel ampli⁹, cur ei neceſſitas legis imponeretur? Libertate enim facit, non neceſſitate, quod facit. Iniuſtus verò qui ſponte noluit bonum facere, cōgendus eſt legis neceſſitate. Apoſtolus itaque ne videretur legem culpæ, dicit quia bona eſt, ſi quis ea legitime vtatur. Et rurſus ne videretur eam inducere, dicit quia non eſt poſita vt ei dominetur, ſed iniuſtis, id eſt, eis qui legē naturalem non ſeruabāt. [ & non ſubditis, id eſt, contumacibus, qui cum eis aliquid prohibetur, tūc illud magis ex quadā ſuperbia faciunt. [impis] quoque poſita eſt, id eſt, pietatem rectę fidei nō habentibus. [ & peccatoribus, id eſt, ſub ipſa fide grauiter peccantibus. Et ſubſequenter exponitur per partes quibus peccatoribus videlicet [ſcleratis,] ſicut ſunt raptores & fures ac ſanguiuus effuſores: & contaminatis,] ſicut qui ſe ipſos libidine polluunt, vel etiam turpiloquijs, vel ebrietatibus inhoneſtiſque conuiujs ſordidant. [parricidis quoque & matricibus] lex ponitur, id eſt, iis qui patrem vel matrem occidunt, vt quia lex naturæ in eis eſt ſoluta, reformetur per legem literis ſcriptam. [homicidis] etiam, id eſt, hominum occiſoribus: & [fornicarijs, id eſt, illis qui miſcentur cum meretricibus [maſculorum concubitoribus, id eſt, Sodomiticam abominationem agentibus: & [plagiarijs id eſt, ſicarijs vel quolibet gladio plagas facientibus [mēdacibus,] qui falſa loquuntur: [ & per iuris,] qui falſo iurant. His qui talia faciunt, eſt lex impoſita, & qui aliud quid tale perpetrāt: ] ſi quid aliud aduerſatur ſanæ doctrinæ, id eſt, morali doctrinę legis naturalis vel ſcriptæ, quę ſenſum mentis ſanat. quæ ſcilicet doctrina [eſt ſecundum euangelium, id eſt, concordat euangelio gloriæ beati dei, id eſt, quod prædicat vel dat gloriā deo, qui ex ſeipſo naturaliter eſt beatus, cū ipſe ſit æterna beatitudo. quod euangelium [eſt mihi creditum] à deo, ſicut fideli diſpenſatori.

*Gratias ago ei qui me confortauit in Chriſto Ieſu domino noſtro, quia fidelē me exiſtimauit ponens in miniſterio, qui prius blaſphemus fui & perſecutor & contumelioſus: ſed miſericordiam dei cōſequutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia domini noſtri, cum fide & dilectione, quæ eſt in Chriſto Ieſu.*

Deus mihi credidit euangelium, id eſt, cōmiſit prædicationem euangelij. Vnde gratias illi ago, id eſt, laudes ei deuotus offero de hoc eius gratuito dono, quia lex nullum meritum bonū in me poſuerat. Oſtendit ſe multis peccatis plenum fuiſſe ſub lege, iuſtificatum verò poſtquā recessit ab ea. [Gratias (inquit) ago ei. i. deo patri, [qui me confortauit, id eſt, mentem roborauit [in Chriſto Ieſu domino noſtro,] ſicque fortem reddidit, vt nec mors, nec vita me poſſit à Chriſto ſeparare: ſed fortis ſim & ad agenda bona, & ad toleranda mala. Ita me confortauit, &

Cc iij inde

**G**inde gratias illi ago. Et iustū est vt illi grates referam, [quia fidelem me exinanivit. i. prauidit, cum sub lege fuisset infidelis. Fidelē, inquam me existimauit, [ponens in ministerio] prædicationis, quia præsciuit me fideliter dispensatum euāgelium, ita vt nihil subtraherem, nihilq; peregrinum adderem. [qui prius sub lege fui blasphemus, id est, male loquens de Iesu Nazareno: & persecutor] sanctorum eius: [ & contumeliosus. i. contumelias multas verbis & operibus faciens Christianis. [sed misericordiam dei id est, remissionem peccatorum à deo] cōsecutus sum: quia] non malignæ mentis studio id [feci, sed ignorans, id est, nesciens me malè agere: quia zelo legis feruens, persequebar prædicatores gratiæ & inde putabam me deo placere, sicut dominus prædixerat: Venit, inquit, hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare deo. Quauis enim & illis sæpe venia concedatur, qui sciēter peccauerunt, ego tamē multo facilius ideo sum misericordiam consecutus, quia non per malitiam, sed per ignorantiam peccaui, degēs [in incredulitate:] quia ignorabam malū esse persequi Christianos, nec credebam Iesum esse Christum. Nec tantum misericordiam sum consecutus, quia mihi peccata dimitterentur: sed etiam [superabundauit. i. super omnem peccatorum meorum enormitatem] abūdauit, [gratia domini nostri] Iesu Christi, quia superueniens noua gratia. maior fuit in me quā fuerat culpa, vt sanctitas vinceret peccata præcedentia. Gratia (inquam) superabundauit in me [cum fide & dilectione, quæ est in Christo Iesu, id est, cū fide qua in Christum credidi, & charitate qua dilexi Christum, vel in Christo proximum. Cum hac enim fide & dilectione superabundauit in me magnitudo cælestis gratiæ, vt diuinis charismatibus exuberarem.

*Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam cōsecutus sum, vt in me primo ostēderet Christus Iesus omnem patientiam ad informationem eorum: qui credituri sunt illi in vitam æternam. Regi autem seculorum immortalis, inuisibili soli deo honor & gloria in secula seculorum. Amen.*

Gratia Christi superabundauit in me. Nā [sermo] quem de hac re loquor, est [fidelis. i. verus: & est dignus omni acceptione] cordis & operi: quia corpus & animā saluat ideoque dignus est, vt omnibus modis accipiatur à cunctis hominibus tam Iudæis quā gentilibus. Et quis est ille sermo? [quia scilicet Christ⁹ Iesus. i. rex saluator [venit in hunc mundum peccatores saluos facere. i. à peccatis saluare vel à peccatis liberare. Nulla enim causa fuit ei ad nos venienti, nisi vt peccatores saluos faceret. Omnes autem peccauerunt, vel in seipsis, vel in primo parente. Sed venit vnus sine peccato, qui saluos fa-

ceret à peccatis. Venit peccatores saluare, [quorum primus ego sum,] non tempore, sed culpa. Quorum magnitudine, quia omnibus peior sum. Peiorem enim voluit intelligi primū, quomodo in artificibus quicumque vult ædificare, dicit: Quis est hic primus structor? Quis est primus faber? Aut si curari vult, dicit: Quis est primus medicus? Nō utiq; interrogat quis prior sit ætate, aut quis prior sit professione, sed quis prior sit arte. Quomodo illi in arte primi sunt, sic iste in iniquitate prim⁹, & in peccatis excellēs. Sed cum, inquit, in malis actibus ceteros præissem, dū princeps persecutorū essem, ideo misericordiam cōsecutus sum, vt in me primo. i. maximo peccatore misericordiam cōsecuto, [ostenderet Christus Iesus omnem patientiam. ] qua diu sustinet peccantes, vt tandē cōuertantur: & ostēderet eam [ad informationem eorum qui credituri sunt illi vt eant in vitam æternam. i. vt informaret eos ad pœnitentiam exemplo meæ conuersionis, dū viderēt quanta patientia ipse me expectauit vt cōuerteret, tandemque cōuersum quanta gratia donauit, vt nemo iam desperare posset remitti sibi quæcunque peccata, cū ego tantorum scelerum indulgentiam accepissem, sed vnusquisq; peccator sibi diceret: Si Saulus sanctus est, ego quare despero? Si tāto medico tā desperatus æger sanatus est, ego vulneribus meis illas manus nō aptabo? ad illas manus nō festinabo? Vt hoc dicerēt homines, ideo Saul⁹ factus est ex persecutore apostolus. Quia cū venit medic⁹ volēs sibi famam cōparare, infirmū quærit aliquem desperatū, & ipsum sanat. Et si pauperrimū inueniat, non ibi quærit mercedē, sed cōmendat artem. Ita & Christus potentiam specialis medicinæ spiritualis suæ ostendit in Saulo, vt omnes deiceps nossent eū sanare posse cunctas infirmitates omnium confugientium ad se. Deinde, ego, inquit, propter huiusmodi causam consecutus sum misericordiam. Sed inde fit honor & gloria [regi seculorum, id est, patri & filio & spiritui sancto, qui regnat ab æterno in æternū per omnia secula, & dominus atque rex est omnium rerum, vtpote creator. Regi dico, immortalis, id est, incommutabilis. Nam vbi inuenis aliter & aliter, facta est ibi quædam mors. Mors enim est, non esse quod fuit. Et idcirco deus est verè immortalis, quia nūquā mutatur, sed semper idē ipse permanet. Et est inuisibilis in sua substantia, quia videri diuinitatis humano visu nequaquam potest. Ideo enim dicitur inuisibilis, quia hoc videri ab homine nō potest, per quod videt hō corpora, nō quia mentes piorum visione sua fraudentur, cum scriptū sit: Beati mundo corde, quoniam ipsi deū videbunt. Vel idcirco deus inuisibilis est, quia eius magnitudinem nemo saltem valet mente comprehendere, cū & pax eius exuperet omnem intellectū. Et iste est solus deus, quia præter eum nullus alius. Sed mouere quenquā potest, quomodo de hoc solo deo qui est ipsa trinitas, dictū sit, [inuisibili soli deo, cū sint etiam quedam creature inuisibiles, quia & à Christo condita sunt omnia visibilia & inuisibilia. Sed quia sunt dii falsi visibiles, ideo dictum est, inuisibili deo soli] honor & gloria.] Nā est & creatura inuisibilis,

**A** bilis, quæ tamen non est nobis deus. Honor ergo & gloria soli deo qui est deus inuisibilis. Honor sit ei à creaturis, & gloria in essentia sua. Vel honor in bona conuersatione sanctorum, & gloria in multiplicatione eorum, perdurans [in secula seculorum, id est, in longitudinem omnium temporum, vel potius in immensitatem spatiorum æternitatis. [Amen.]

*Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee secundum præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam, habens fidem & bonam conscientiam: quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt. Ex quibus est Hymenæus & Alexander, quos tradidi satana, vt discant non blasphemare.*

**B** Postquam cōmemorauit quæ & quanta sunt beneficia patris & Christi circa peccatores, vult animare Timotheum ad bene agendum, vt scilicet sicut bonus miles pugnet cōtra vitia, & contra falsos apostolos, & populum sibi cōmissum defendat & doceat. Hoc, inquit, [præceptum cōmendo tibi fili Timothee.] Cū filium vocat, ostendit quia patri præcipienti debet libenter obtemperare. Cum nomen eius ponit, attentiorē reddit, & ad magnū sui desiderium excitat. Recte etiā Timotheum nominat, quem ad bene agendum prouocat, quia Timotheus interpretatur beneficus. Hoc præceptum commendo, id est, omnibus modis quibus possum mando, & attentius inungo tibi [secundū præcedentes in te prophetias, id est, secundū scientiam scripturæ prophetarum, quæ iam diu in te est. vel secundū quod spiritus propheticus ostēdit mihi de te. Hoc videlicet præ cæteris mandatis commēdo, [vt in illis,] hoc est, inter alios qui tibi sunt commissi, [milites bonam militiam, id est, in castris dei sicut strenuus miles præliis contra vniuersos hostes populi dei, & spiritualibus armis eos expugnes, vt nec falsi doctores, nec maligni spiritus, nec vitia tibi vel populo quem regis, præualeant. Bonam exerce militiam, [habens fidem] rectam [ & bonam conscientiam,] vt nullius prauis consensus tibi sis cōscius, sed cor tuum videat te in omnibus bene velle agere. Ideo enim potest implere quod dico, vt bene milites, quia fidem habes & bonam conscientiam, per quas agitur dei militia. Et idcirco semper has habere studeo. Quam puritatis ac bonæ voluntatis & humilitatis conscientiam [quidam repellentes,] & cōsentire peccatis eligentes, vt qui in sordibus est, sordescat adhuc, dum vento superbiæ impellerentur, [naufragauerunt, id est, nauem animæ scopulis errorum fregerunt, atque se & alios in mare huius seculi demerserunt. Et ita naufragium pertulerunt [circa fidem] quasi per circuitum veritatis euntes, & non ex toto à fide recedentes, nec tamen intra eam manētes. [Ex quibus est Hymenæus & Alexander,] qui idcirco fidem perdidērunt & naufragium erroris pertulerunt, quia cōscientiam bonæ humilitatis habere noluerunt. Su-

perbia enim demersit eos in pericula errorum. Dum doctores videri voluerunt. [Quos tradidit satanæ, id est, excōmunicationi & diabolo vexandos permisi, vt vel cruciatibus eruditi [discant non blasphemare, id est, corriganur, & ad salutem reuertantur. Licet enim prima peccati persuasio venerit à satana, & ipse sit autor omnium peccatorum, quidam tamen ei traduntur ad correctionem, vt opus satanæ excludatur opere satanæ. Nulla enim creatura est, siue quæ in veritate non stetit quærens gloriam suam, quæ aut volens aut nolens diuinæ prouidentiam non seruiat. Sed volens seruit, quæ hoc sponte facit quod bonum est. De illa verò quæ hoc nō vult, fit quod iustum est. Nam si etiam ipsi præuaticatores angeli cum principe suo diabolo non recte dicerentur procuratores vel actores prouidentiam diuinæ, non dominus principem huius mundi diabolum diceret, nec apostolica potestas ei blasphematores traderet, vt à blasphematione corrigerentur. Sed princeps iste sub tanto imperatore non facit, nisi quantum illi permittitur, & procuratores isti nihil faciunt, nisi quantum dominus finit. Non enim latet eum sicut hominē aliquid, aut in aliquo est minus potens, vt procuratores & actores, qui sunt in eius potestate, aliquid ipso siue non permittente, siue nesciente, in subiectis sibi pro suo gradu rebus efficiant. Non tamen eis repeditur quod de ipsis iuste fit, sed quo animo ipsi faciūt, quia quo animo faciunt, ipse considerat. Quia neque liberam voluntatem rationali creaturæ suæ deus negauit, & tamen potestate qua etiā iniustus iuste ordinat, sibi retinuit. Recte ergo nonnulli traduntur satanæ vt corrigantur, quia nō potest eis satanas facere nisi quod diuinitus ordinatur. Haec de pseudo prædicatoribus egit Apostolus, nūc de cunctis hominibus subiūgit.

## CAPVT II.

*Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.*

Hic monet orandū pro omnibus. Quia, inquit, Christus venit peccatores saluare, & tu in hoc militare debes, [igitur] doce orare, vt impetretur quod faciendum est. [Obsecro, id est, per sacra adiurans rogo, [primum omnium, id est, maxime præ omnibus] fieri] à te vel à subiectis tuis, siue ab omnibus sanctis, [obsecrationes, id est, rogationes cum adiuratione sacrorū, ad

**G** maiorem expresionem rogandi: & [orationes, id est, præces simpliciter fufas, atque [postulationes, quibus petatur dei beneficia generi humano tribuenda, & [gratiarum actiones,] quibus de iam perceptis beneficiis deo referantur gratiæ. Vel ordo Missæ in his verbis ostenditur, vt obsecrationes sint, quas facimus in celebratione sacramentorum, cõmemoratione sacrorum, antequam illud quod est in domini nostri mensa, incipiat benedicere: orationes verò, cum benedicetur & sanctificatur, & ad distribuendum cõminuitur: postulantes autem: cum populus ab episcopo benedicatur. Postulationes enim quasi ex debito petiunt, velut cum quadam fiducia, vel adnifu. sic postulatio ibi fit cum fiducia, vt quod hic geritur, in æterna vita perficiatur. Qui b<sup>o</sup> peractis, & participato toto sacramento, gratiarum actio cuncta concludit. Hęc autem causa præcipua fuit Apostolo ista dicendi, vt his breuiter præscriptis atque significatis, non putaretur negligendum esse quod sequitur, [pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate sunt constituti,] ne quis (sicut se habet humanæ cogitationis infirmitas) æstimaret hæc non esse facienda pro illis à quibus persecutione patiebatur ecclesia, cum membra Christi ex omni essent hominum genere colligenda. Vnde & adiungit: Hoc enim bonum est & cetera. Vel obsecrationes, id est, cum adiuratione pro rebus difficilibus, vt pro conuersione impiorum vel pro remouendis malis orationes, vt quando iam cõuersis virtutes & bona orantur. Postulationes, vt quando gloria cælestis illis petitur. Gratiarum actiones de perceptis seu peractis bonis. Et huiusmodi preces fiant pro omnibus hominibus, vt nullus sit tam peccator, pro quo nõ oretur, cum & Saulus precibus Stephani sit conuersus. Et pro illis etiam de quibus minus videbatur, id est, pro regibus, licet sint mali & sanctis infesti, & pro omnibus qui in sublimitate secularium dignitatum positi sunt, sicut cõsules & duces: quia de omni genere hominum conuertuntur ad religionem, & perueniunt ad salutem, & de his fastu & elatione secularis potestatis fidem & humilitatem videtur abhorrere, sicut cernimus quod etiam ipsi reges, desertis idolis, pro quibus persequebantur Christianos vnum verum deum cognouerunt & colunt: & ideo pro illis orandum fuit, cum etiam persequebantur ecclesiam. Ob hoc etiam orandum est pro principibus, vt nos qui sub ipsis sumus, [vitam agamus quietam] à persecutione [ & tranquillam] in pace, & hoc [in omni pietate] diuini cultus, [ & castitate] fidei, vt cõuersis principibus gentiles nõ audeant inquietare nos, mouedo persecutiones pro impietate idololatriæ: nec hæretici tranquillitatem nostram turbare præsumant, volentes corrumpere castitatem fidei quorundam. In pace principum, quies & regnum seruetur ecclesiarum. Nam in bellis & discordiis eorum dissipatur tranquillitas, tepescit pietas, soluitur disciplina vel districtio. Qua soluta, infirmorum castitas violatur. Et ideo pro his orandum est, ne eueniant hæc per dissensionem principum. Vnde & per Ieremiam dominus Iudæis, qui in Babylone captiui tenebantur, præcipit dicens:

Quærite pacem ciuitatis ad quam transmigrare vos feci, & orate pro ea ad dominum, quia in pace illius erit pax vobis. Babilon verò (quæ dicitur cõfusio) societatem iniquorum significat Iudæi autem ciues supernæ Ierusalem, qui in hoc seculo peregrinantur inter malos, & regibus atque principibus tributa reddunt, & cetera quæ saluo dei cultu cõstitutio secularis exigit. Idcirco debent orare pro pace eorum, quia in pace eorum erit illis pax, vtique interim temporalis, quæ bonis malisque cõmunis est. Vt imo ergo & nos pace Babylonis, ex qua per fidem & cælestis patriæ desiderium ita populus dei lætabitur, vt apud hanc interim peregrinetur. Pax autem nostra propria & hæc cum deo est per fidem, & in æternum cum deo est per fidem, & in æternum cum illo per speciem. Orate, inquit pro pace principum, & pro salute omnium, quia [hoc agere est bonum, id est, vtile ecclesiæ & acceptum, id est, gratum atque placitum] coram deo saluatore nostro, qui sicut nos saluat, ita & omnes homines vult saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire,] sicut iam venimus. **L** Quauis certum sit nobis, non omnes saluos fieri, non tamen ideo debemus omnipotentissimæ dei voluntati aliquid derogare: sed ita intelligere quod dictum est, qui omnes homines vult saluos fieri, tanquam si diceret nullum hominem saluum nisi quæ saluum fieri velit: seu quod nullus fiat saluus, nisi quem velit. Et ideo rogandus est vt velit, quia necesse est fieri si voluerit. De oratio quippe deo agebat Apostolus vt hoc diceret. Sic enim intelligimus quod in euangelio scriptum est, qui illuminat omnem hominem, non quia nisi ab ipso nõ illuminetur. Vult itaque omnes saluos fieri qui salui fiunt, & omnes ad agnitionem veritatis venire qui veniunt: quia nisi ipso volente nullus saluatur, vel ad agnitionem veritatis accedit. Aut certe sic dictum est, qui vult omnes homines saluos fieri, nõ quod nullus hominum esset, quem saluum fieri nollet, qui virtutes miraculorum facere noluit apud eos, quos dicit acturos fuisse pœnitentiam si fecisset: sed vt omnes homines, omne genus hominum intelligamus per quascunque differentias distributum, reges, priuatos, nobiles, ignobiles, sublimes, humiles, doctos, indoctos, integri corporis, debiles, ingeniosos, tardi cordis, sapientes, fatuos, diuites, pauperes, mediocres, mares, fœminas, infantes, pueros, adolescentes, iuuenes, senes, decrepitos, in linguis omnibus, in moribus omnibus, in artibus omnibus, in professionibus omnibus, in voluntatibus, & in cõscientiarum varietate innumerabili cõstitutos. & si quid differentiarum aliud est in hominibus. Quid est enim (oro) eorum, vnde nõ deus per vnigenitum suum in omnibus gentibus saluos homines fieri velit, & ideo faciat, quia omnipotens velle inaniter non potest quodcunque voluerit? Præceperat Apostolus vt oraretur pro omnibus hominibus, & specialiter addiderat pro regibus, & his qui in sublimitate sunt constituti, qui putari poterant fastu & superbia seculari humilitatem Christianæ fidei abhorrere. Proinde dicens. hoc enim bonum est coram saluatore, id est, vt etiam pro talibus oretur, statim

Ioan. 1.  
Matt. 11.  
M  
Luc. 10.

**A** vt desperationem tolleret, addidit, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Hoc quippe deus bonum iudicauit, vt oratione humilium dignaretur saltem præstare sublimibus.

*Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus testimonium temporibus suis, in quo positus sum ego prædicator & apostolus. Veritatem dico, non mentior, doctor gentium in fide & veritate.*

**B** Quia dictum erat quod Deus omnes homines vult saluos fieri, ne quisquam diceret posse esse salutis viam in bona cõuersione & vnus Dei omnipotentis cultu, sine participatione corporis & sanguinis Christi, [vnus enim Deus, inquit, vnus & mediator dei & hominum homo Christus Iesus,] vt illud quod dixerat, omnes homines vult saluos fieri, nullo alio modo intelligatur præstari, nisi per mediatorẽ, nõ Deum, quod semper erat verbum: sed hominem Christum Iesum, cum verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Erant enim mortales & peccatores: deus verò, cui erant reconciliandi vt possent saluari, immortalis erat & sine peccato. Mediator autem inter Deum & homines oportebat vt haberet aliquid simile Deo, & aliquid simile hominibus, ne in vtroque esset hominibus similis longè à deo: aut in vtroque deo similis, longe esset ab hominibus, & ita mediator non esset. Et ideo inter mortales peccatores & immortalẽ iustum, apparuit mortalis cum hominibus, iustus cum deo: vt quoniam vitæ stipendium pax est, per iustitiam coniuncta deo euacuaret mortem iustificatorum impiorum, quam cum illis noluit habere communem. Et quia omnes homines quandiu mortales sunt, etiam miseri sint necesse est, quærendus fuit medius, qui non solum homo, sed & deus esset, vt homines ex mortali miseria ad beatam immortalitatem huius medij beata mortalitas interueniendo perduceret. Proinde inter nos & deum mediatorem, mortalitatem habere oportuit trãseuntem & beatitudinem permanentem, vt per id quod transit, cõgrueret morituris ad id quod permaneret, trãferret ex mortuis. Boni autem angeli inter miseros mortales & beatos immortales medij esse non possunt, quia ipsi quoque & beati & immortales sunt. Possunt autem medij esse angeli mali, quia immortales sunt cum illis, & miseri cum istis. His contrarius est mediator bonus, qui aduersus eorum immortalitatem & miseriam, & mortalitatem esse ad tempus voluit, & beatus in æternitate persistere potuit. Ac sic eos & immortales superbos, & miseros noxios, ne immortalitatis iactantia homines seducerent ad immortalitatem miseriam, & suæ mortis humilitate, & suæ beatitudinis benignitate destruxit in eis, quorum corda per suam fidem mundans, ab illorum immundissima dominatione liberauit. Ad hoc enim se interponit medius immortalis & miser, vt ad

immortalitatem beatam transire nõ sinat, quoniam persistit quod impedit scilicet ipsa miseria. Ad hoc autem se interposuit mortalis & beatus, vt mortalitate transacta, & ex mortuis faceret immortales, quod in se resurgendo monstrauit: & ex miseris beatos, vnde ipse nõquam discessit. Alius ergo medius malus, qui separat amicos: alius bonus qui reconciliat inimicos. Et ideo multi sunt medij separatores, vnus verò bonus: quia multitudo quæ beata est, vnus dei participatione fit beata. Cuius participationis priuatione, misera multitudo malorum angelorum, quæ se opponit potius ad impedimentum, quàm interponit ad beatitudinis adiutorium, & ipsa multitudo obstrepit quodammodo, ne possit ad illud vnum beatificum peruenire, ad quod vt perduceremur, non multis, sed vno mediatore opus erat: & hoc tali, vt eius diuinitatis participatione efficeremur beati. Neque enim nos à mortalitate & miseria liberans, ad angelos immortales beatosque perduxit, vt eorum participatione etiã nos immortales & beati esse possimus, sed ad illam trinitatem, cuius participatione & angeli sunt beati. Mediator enim est non inter patrem & homines, sed solus inter Deum & homines. Deus est, pater & filius & spiritus sanctus: homines sunt, peccatores & mortales. Inter illam trinitatem & hominum infirmitatem atque iniquitatem, mediator factus est homo non iniquus, sed infirmus, vt ex eo quod nõ est iniquus iungeretur Deo: & ex eo quod infirmus, propinquaret nobis, atque ita inter deum & homines mediator existeret. Sed Apostoli verba videamus. Verè, inquit, omnes vult saluos fieri, quia vnus est deus creator omnium, cuius participatione fient salui omnes qui saluantur: & vnus est mediator dei & hominum, qui omnes vni deo coniungat vt fiant salui. Christus Iesus est iste mediator nõ secundum quod ipse est deus, sed secundum id quod est homo: [qui dedit semetipsum] in cruce [redemptionem pro omnibus,] nullum excipiens, qui vellet redimi ad saluandum. In hoc enim patet quantum deus homines diligit, & eos velit omnes saluos fieri, si peruerfitas eorum nõ obstiterit: quia mediator deus, quæ deus inter se & homines posuit, mortem pro omnibus sustinuit, vt omnes à morte redimeret. Et ideo qui non saluantur, non est de Deo vel de mediatore possint conqueri, sed de seipsis, qui nec redemptionem quam mediator dedit, nec salutem quam deus obtulit, voluerunt accipere. Sed ipsum dedit redemptionem, & dedit se [testimonium] salutis omnium electorum [temporibus suis,] quia resurgens ex morte & ascendens in cælum tempore resurrectionis & tempore ascensionis seipsum præbuit exemplum & confirmationem securæ nostræ saluationis. Nam in eo quod resurrexerit & ascendit, testatus est quodammodo quia membra eius resurgent & ascendent, imò ipse fuit ipsum testimonium. Sed & futuræ damnationis eorum qui nolent saluari, dedit se testimonium quando persecutores suos vna voce prostrauit. Aduentus enim eius & quicquid in carne gessit vel pertulit, reprobis est testimonium damnationis, electis verò testimonium saluationis. In quibusdam

Ioan. 18.



**G**busdam codicibus legitur, cuius testimonium temporibus suis confirmatum est. Quod ita intelligitur: Testimonium quod prophetæ dixerunt de Christo, vel quod ipse Christus de se protulit, videlicet quando vel qualiter passurus esset, vel resurrexurus &c. cōgruis tēporibus teuera & euentu confirmatū est. [In quo] testimonio confirmādo & annunciando, positus à deo [sum ego prædicator & apostolus. i. præco & legatus, vt omnibus testificer, quia ipse vult omnes saluos fieri. Prædicator, est nomē autoritatis: apostolus, nomen dignitatis vel potestatis, quod plus est. Et in prædicatione testimonij huius est mihi credendum, quia [veritatē de hoc dico, & non mentior] in hac parte. Et idcirco omnes mihi debent credere, quia omnes docere studeo fidem & veritatem, vtpote [doctor in fide & veritate.] Fides est, quod non vides credere: veritas, quod credidisti videre. Fides ducit ad veritatem. Si maneat in eo quod creditur, peruenitur & ad id quod videatur.

**H** Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira & disceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate, ornantes se non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa, sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.

Quandoquidem sum doctor gentium & magister ecclesiarū, [ergo volo viros orare, id est, vt viri deum orent, nō solum in ecclesia, sed & [in omni loco,] quia deus vbique est, & orent [leuantes] ad cælestia, non deprimentes ad terrena [manus puras] à peccatorum sordibus. Ne enim confundantur manus ad deum leuate, debent & à peccatis esse puræ, & in bonis operibus exercitate. Manus puras leuare iubemur, vt cum leuas manus ad Deum, veniant tibi in mentem opera tua. Quia enim manus istæ leuantur vt impetres quod vis, ipsas manus cogita in bonis operibus exercere, ne erubescant ad deum leuari. Et leuentur [sine ira,] vt ne retineas iram in corde tuo aduersus proximum, sed libera conscientia dicas, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. [ & sine disceptatione, id est, sine litigio causarum, ne adhuc in corde retineas voluntatē cōtendendi iudicio aduersus fratrem tuum, sed remitte quicquid illud est, vt & tibi oranti remittantur peccata diuinitus. Vel sine disceptatione apud deum, vt non disputes in corde tuo, & iudices de inscrutabilibus arcanis secretorū dei, vel hæsites in fide. [Similiter & mulieres orent in habitu ornato,] vt vestes earum religionem prædant, non libidinem prouocet ipsarum indisciplina nudatio. Et sint [cum verecundia,] vt sic humiles exaudiantur dū orant: & cum [sobrietates,] vt in cibo & potu modū teneant. Ipsæ dico, [ornantes se non in crinibus tortis, id est, arte crispantibus, [aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa,] quia talibus or-

amentis concitant aspicientes ad luxuriā. [sed K sint promittentes pietatē] non per verba iactantia, sed [per opera bona, quod decet mulieres.] Sic enim congruum est, vt illæ non verbis, sed operibus ostendant pietatem suæ mentis, & nō induant se luxuriosis ornamentis.

*Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est, deinde Eua. Et Adam non est seductus, mulier autem seducta in prauaricatione fuit, Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserint in fide & dilectione & sanctificatione cum omni sobrietate.*

[Mulier] non in clamosa voce, sed [in silentio] discat, [ne vox eius audientes moueat ad libidinem. Et discat non erecta, sed [cum omni subiectione,] quia propter culpam primæ transgressionis subiecta est viro seruitute conditionis potius quàm dilectionis. Sed [docere non permitto mulieri, quia nimirū aliquando cū docuit, à sapientiæ æternitate separauit. [neq;] enim permitto eam [dominari in virum,] et si dominetur in aliam mulierē: quia vir fortioris nature est, & dominium debet habere super mulierē. [sed volo eā esse in silentio,] vt neque cū vicina fabuletur. Silentium teneat, quia dū loquitur, magis ad luxuriā irritat & irritatur. Et ne videretur mulieris dura conditio quæ tã in mariti redigetur seruitutē, ad antiquum & originale exēplū redit Apostolus, quod [Adā primus factus sit, deinde Eua] ex costa ei: & quod diabolus Adā seducere non potuerit, sed Eua: & quod post offensam dei statim viro subiecta sit. Illi autem seducuntur, qui quod faciunt, non putant esse peccatum. Adam verò sciuit esse malum quod faciebat, sed inexpertus diuinæ seueritatis, in eo falli potuit, vt veniale crederet esse cōmissum. Ac per hoc quidem in eo quod mulier seducta est, nō est ille seductus: sed eū sefellit quomodo fuerat iudicandum quod erat dicturus, Mulier quam dedisti mihi sociā, ipsa dedit mihi & comedi. Sicut enim Aaron erranti populo ad idolum fabricandū nō consensit inductus, sed cessit obstrictus: nec Salomonem credibile est, putasse errorē nō esse idolis seruire, sed blanditiis fœmineis ad illa sacrilegia fuisse cōpulsus: ita credendum est, illum virum suæ fœminæ ad dei legem transgrediendam, non tanquam verum loquenti credidisse seductum, sed sociali necessitudine paruissse. Mulier enim quod ei serpens locutus erat, tanquā verum esset accepit: ille autem ab vnico noluit consortio dirimi, nec in cōmunionem peccati. Nec ideo minus reus, si sciēs prudensque peccauit. Noluit enim coniugem contristare, quam credebat posse sine suo solatio contabescere, si ab eius alienaretur animo, & omnino illa interire discordia, non quidem carnis victus concupiscentia, quā nondum ser-

**A** serat in resistente lege membrorum legi mentis suæ, sed amabili quadam beneuolentia, qua plerūque fit vt offendatur deus, ne homo ex amico fiat inimicus. Ergo alio modo quodam & ipse deceptus est, sed dolo illo serpentino, quo mulier seducta est, nullo modo seduci potuit, vt qui spirituali mente peditus erat, crederet quod ei Deus ab esca illius ligni inuidendo ventuisset. Hanc enim seductionem proprie appellauit Apostolus, qua id quod suadebatur, cum falsum esset, verum putatum est. i. quod Deus ideo lignum illud tangere prohibuerit, quia sciret eos si tetigissent, velut deos futuros, tanquā eis diuinitatem inuideret, qui eos homines fecerat. [Adam itaq; non est seductus,] sed [mulier seducta fuit in prauaricatione,] vt per illam & vir prauicaretur. Sed [saluabitur per generationem filiorum, & cætera. Hoc est, illa quæ connubio copulata est & redacta semel in conditionē Eua, delebit errorē veterē procreatione filiorum: ita tamē, si ipsos erudierit in fide & dilectione Christi, & sanctificatione & pudicitia. Nō enim (vt male habetur i latinis codicibus) sobrietas est legenda, sed castitas, sicut testatur Hieronymus. Vbi ergo nuptiæ videbātur prædicari ad conferendam salutem, ibi prædicatur virginitas. Nam si saluatur mulier in filiorū generatione, & liberorum numerus salus matrum est, cur additum est, [si permanserint filij in fide & dilectione & sanctificatione cū omni] castitate? Tūc ergo saluabitur mulier, si illos genuerit filios, qui virgines permaneant: si quod ipsa perdidit, adquirat in liberis, atque damnum & cariem radicis flore compenset & pomis: si filios religione nutriat & instruat, vt teneāt fidē, vt non deserant charitatē, vt sanctificationem quā in baptismo perceperunt, seruent cum omni castitate mentis & corporis. Vel iuxta latinos codices, cum omni [sobrietate, id est, cum temperantia contra æstum vitiorum. Quauis enim in publico non permittatur mulier prædicare, filios tamē & familiam vel adolescentulas domi debet instruere. Potest vir in hoc loco rationalem spiritū, mulier verò carnem vel sensualitatem designare. Adam primus formatus est, deinde Eua: quia rationalis sensus præcipaliter in homine factus est, & secundario caro. Quod Adam non est seductus, sed Eua, id designat, quia quoties peccauimus, rationalis sensus non est ita seductus in nobis, vt non putaret malum esse peccatum, cui cōsentiebat propter amicabilem carnis societatem: sed caro in delectationem ita est seducta, vt neque malum esse putaret, quod delectabiliter committebat. Sed per generationem filiorum saluabitur: quia per effectum bonorum operum perpetuæ saluti sociabitur. Et hæc opera bona maxime in officiis misericordiæ frequētari solent. Opera verò misericordiæ nihil profunt paganis siue Iudæis, qui Christo nō credūt, siue hæreticis, siue schismaticis, vbi fides & dilectio non inuenitur. Et ideo tantum saluabitur hæc mulier, id est, carne filiorum generationem, & per operum bonorum actionem, si ipsa opera permanserint in fide catholica & dilectione gemina, & in sanctificatione cum omni castitate corporis & anime

vel sobrietate. Nā sine fide impossibile est placere deo, nec habet viriditatis aliquid ramus boni operis, si nō maneat in radice dilectionis: nec prodest quicquid agitur sine sanctificatione, nec opus bonum est aliquid sine castitate.

CAPVT III.

*Idelis sermo: Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, vnus vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem doctorem, non violentum, non percussorem, sed modestum: non litigiosum, non cupidum, sed suæ domui bene præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suæ nescit præesse, quomodo ecclesie Dei diligentiam habebit? Non neophytum, ne in superbiam eleuatus in iudicium incidat diaboli. Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, vt non in opprobrium incidat & in laqueum diaboli.*

[Fidelis,] id est, verax est nunc [sermo,] quē loquor, videlicet, [si quis episcopatū desiderat bonum opus desiderat.] Opus, nō dignitatem: laborem, non delicias. Opus per quod in humilitate crescat, ne intumescat fastigio. Episcopatus, quid sit, noluit exponere, quia nomē est operis, non honoris. Græcū est enim atque inductum vocabulum, quod ille qui præficitur, illis quibus præficitur, superintendit, curam eorum scilicet gerēs, ἐπισκοπιῶν nanque superintendere est. Ergo ἐπισκοπος superintēdēs interpretatur, vt intelligat se non esse episcopum, qui præesse dilexerit non prodesse. Nec desiderare episcopatum æstimandum est, qui suum desiderat lucrum vel honorem, non plebis salutē. Nō enim dicitur, qui episcopatum desiderat bonū gradum desiderat, sed bonum opus desiderat: quod in maiori ordine constitutus possit, si velit, occasionem exercendarum habere virtutū. Ipse ergo sibi testis est, quia episcopatū nō appetit, qui non boni operis ministerium, sed honoris gloriam quærit. Bene facit qui episcopatum desiderat. i. superintendere aliis & sollicitudinem gerere pro multorū salute. Oportet ergo [episcopum esse irreprehensibilem,] vt nulli vitio macipatus sit. & ex subiuncta virtutum enumeratione manifestatur, quæ sit illa irreprehensibilitas. Ac si talibus appetitoribus dicatur: Laudo quod quæritis, sed prius discite quid quæritis, ne dum vosmetipsos mētiri negligitis, tanto fœdior reprehensibilitas vestra pateat, quanto & à cunctis conspici in honoris arce festinat. Notandum etiam, quia quando Apostolus hoc

1. Cor. 14

Ge. 1. 2. 3

Gene. 3

Nota

M

Ibidem

Exod. 23

3. Reg. 11

Nota

Nota

F

hoc

**G** hoc dixit, pedibus quicumque præerat, primus ad martyrij tormēta ducebatur. Tunc ergo laudabile fuit episcopatum quærere, quando per hunc quasi ad martyriū festinaretur, neque dubium esset, si non ad mortem, saltem ad supplicia grauiora veniri. Nūc autem locus superior, sine quo populus regi non potest, et si ita teneatur & administraretur vt decet, tamen indecenter appetitur. Si autem sarcina hæc imponitur, suscipienda est propter carnis necessitatem. In actione enim amandus est honor vel potentia, in hac vita, quoniā omnia vana sub sole: sed op<sup>9</sup> ipsum, quod per eundem honorem vel potentiam fit, si recte atque vtiliter fit, id est, vt valeat ad eam salutem subditorum quæ secūdū deum est. Et quandoquidem tale est officium episcopi, ergo oportet esse irreprehensibilem, id est, talem, vt nullū in eo vitium notetur quod reprehendi possit, quæ res penē contra naturam est. Omne enim vitium, etiam in ociofo verbo reprehensione dignum est. Et quis est, qui nec in his quæ loquitur, reprehendi queat? Sed futurus pastor ecclesiæ talis debet eligi, ad cuius comparationē rectē grex cæteri nominētur, vt cū reprehenderit alios, ipse à nemine, reprehēdi possit. Perdit enim autoritatem arguēdi, cui possunt ab eo quæ arguit, propria delicta impropereari. Oportet eum esse [vnius vxoris virum,] id est, qui vnam vxorem habuerit, nō habeat secundam, sicut beatus Hilarius vel Antistodorenſis Germanus, sobrium siue vigilantem. Sacerdotes enim qui ministrant in tēplo dei, prohibentur vinum & ficeram bibere, ne in crapula & ebrietate grauentur corda eorū, & vt sensus officium Deo exhibens vigeat semper & tenuis sit, prudentem, vt excludantur illi, qui sub nomine simplicitatis excusent stultitiam sacerdotum. Nisi enim cerebrum sanum fuerit, omnia membra in vitio erūt. ornatum bonis operibus & honestis moribus, vt in his sapiens deprehendatur. Sunt enim quidē ignorantēs mēsuram suam & tantæ stoliditatis ac irreuerētiæ, vt in motu & in incessu & in sermone cōmuniturū spectantibus tribuant. pudicū, id est, vercundū vel castum, ne impudens sit vel castitatem violet. hospitalem vt imitetur Abraam, & cum peregrinis, imō in peregrinis Christum suscipiat. & hoc ante episcopatum quoque solitus sit agere doctorem, id est, qui habet gratiā docendi. Nihil enim prodest cōscientia virtutū frui, ni & creditum sibi populum possit instruere, & eos qui cōtradiciunt, redarguere. Innocens enim absque sermone conuersatio quātum exemplo prodest, tātum silentio nocet. Et latratu canum ac baculo pastoris, luporum rabies deterrenda est. [non vinolētum, non percussorem. Vitia virtutibus opponit. Dixit qualis esse debeat sacerdos, dicit & qualis non esse debeat. Nō sit vinolētus, sed sic bibat vt ignoretur an biberit. Vinolentia enim scurronū est, & cōsatorum, ventēque mero æstuans cito despumat in libidinem. Nō sit percussor, id est, ita irascibilis & perturbati sensus, vt percutiat, qui debet patiens esse & eum imitari, qui dorsum suum posuit ad flagella, & maledicētes nō remaledixit. Vel non sit percussor, id est, non

percutiat verbo vel exēplo prauo conscientias K infirmorum. Nō conuenit eum esse vinolētū ac percussorem, [sed modestum,] vt temulentiam & iram modestia refrenet, & modeste agat in omnibus. [non litigiosum,] id est, qui litigare soleat. Nihil enim imprudentius arrogantia quorundam, qui garrulitatem autoritatem putant: & parati semper ad lites, in subiectum sibi gregem tumidis sermonibus tonant. [nō cupidum,] quia cito deuiaret à iusto propter cupiditatem munerum, sicut filij Samuelis. Auaritiā 1. Re. 8 enim vel cupiditatem esse vitandam sacerdoti, & ipse Samuel exemplo suo docet, nihil se cuiquam rapuisse coram populo probans: & apostolorū paupertas, qui refrigeria sumptuum à fratribus accipiebant, & præter victum atq; vestitum nihil aliud volebant. [suæ domui bene præpositum,] non vt opes augeat, sed vt ea quæ populis præceptur<sup>9</sup> est, prius à domesticis exigat, [filios habentem subditos cum omni castitate.] In filiis eius probatur disciplina, si bene fuerint subditi & obedientes patri. Et tanta ab eo castitas exigitur, vt si filij eius casti non fuerint, ipse episcopus esse non possit, & eodē vitio offendat deum, quo offendit & Heli pontifex, qui corripuerat quidē filios suos, quoniam in vestibulo templi cū mulieribus dormiebāt: sed quia nos abiecerant delinquētes, retrorsum cecidit & mortuus est. Domui suæ (sicut dictū est) debet esse bene præpositus, vt regat eā secundū deum. Sed [si quis nescit præesse domui suæ,] quæ parua est respectu ecclesiæ, [quomodo habebit diligētiam ecclesiæ dei? id est, quomodo sciet sollicitudinem habere, vt diligenter regat ecclesiā, quæ multo maior est, quā domus eius, & maiori prudentia est regenda? [nō neophytum, id est, rudē conuenit eum esse. Nō sit neophytus, id est, nouiter ad fidem conuersus, qui ordinatur episcopus, [ne in superbiam elatus, id est, præ cæteris digniorem se putans, quasi eo indigeat Christiana religio, [incidat in iudicium diaboli, id est, damnetur propter superbiam vt diabolus qui se cūctis meliorem iudicauit, & factus est cunctis posterior. Nec nuper baptizatus, nec nuper à secularibus negociis vel à malitia separatus fieri debet episcop<sup>9</sup>, quia vnusquisque talis est neophytus. Nec congruit vt heri cathecumenus, hodie sit pontifex: heri in amphiteatro, hodie in ecclesia, vespere in circo, mane in altari: dudū fautor histrionū, nunc consecrator virginum. Ignorat momentaneus sacerdos humilitatem & mansuetudinē, nescit seipsum cōtemnere. De dignitate transfertur ad dignitatē. Non ieiunauit, non fleuit, nō mores suos sæpe reprehēdit, & assidua meditatione correxerit, non substantiam pauperibus erogauit. Iudicium autem diaboli & ruina arrogancia est. Incidunt in eam, qui in puncto horæ necdū discipuli iā magistri sunt. Non solum prædictas virtutes habere qui ordinatur, prædictisque vitiis carere, sed [ & oportet illum bonū testimoniū habere ab his qui foris sunt.] Quale principium, talis & clausula sermonis. Qui irreprehensibilis est, non solum à domesticis, verū & ab alienis consono ore laudatur. Alieni extra ecclesiā, Iudæi, gentiles & hæretici. Talis ergo

**A** ergo sit pōtifex Christi, vt nec hi qui foris sunt, religioni vitæ eius detrahare audeant, ne si reprehensibilis fuerit, incidat in opprobrium, vt exprobrentur illi vitia sua: & ita contemptus incidat in laqueum diaboli, odio habens illos à quibus se contemni viderit. Solet nanque euenire his, qui ab aliis despiciuntur, vt despectores suos & ipsi despiciant: sicq; in iram & odiū, & cæteros diaboli laqueos incidant. Ideoq; pōtifex sit talis, vt nemo possit ei exprobare aliquam pristinā fordē. Si verò post fidē assumptā contraria virtutibus, quæ nunc descriptæ sunt habuit, non ad pontificatum est recipiendus.

*Diacones similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habētes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum, & sic ministrent, nullum crimen habētes. Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. Diacones sint vnius vxoris viri, qui filiis suis bene præsent & suis domibus. Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirunt & multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Iesu.*

Vbi prætermisissis presbyteris, mox post episcopi descriptionem subiungit de diaconibus, dat intelligi quia nomine episcopi & pontificē designauit & presbyterum: atque omnia quæ de episcopo dixit, de presbytero secundariè sunt obseruanda. Nam & presbyter est episcopus. i. superintendēs ecclesiæ quam regit. Sed ille est maior episcopus, iste minor. Et quemadmodū præmissum est oportere episcopum esse pudicum, [similiter diacones] oportet esse [pudicos .i. castos, [non bilingues,] id est, non dupliciter loquentes, vt in præsentia cuiusdam loquantur de eo bene: & cū absens fuerit, loquantur de eo male. [non multo vino deditos, ne] inebrietur: quia qui inebriatur, & mortuus & sepultus est, neque ebriosi regnum dei possidebunt, [nō turpe lucrum sectantes,] sicut avari qui emunt & pluris vendunt, vel vsuras accipiunt. [habentes in cōscientia] à fordibus vitiorū [pura mysteriū fidei, id est, tenētes in corde mundo quod de fide est aliis occultum, sicut est quod Christus de virgine natus est, & quod peccatum nō fecit, & quod moriendo mortem destruxit, & quod verè corpus eius sit panis qui in altari cōsecratur, & cætera fidei arcana. Tales sint diacones. Sed [ & hi primum probentur.] Hic innuitur, quia & episcopi sunt probādi. Primū probētur, & si sic, id est, tales inuenti fuerint, quales descripsimus, [ministrent] sacris altaribus, [nolum habētes,] non dico peccatum, sed [crimē,] quia nullus homo sine peccato est, sed multi sine crimine. Crimen nanque est peccatum graue, accusatione & dānatione dignissimū, sicut

homicidium, adulterium, furtum, sacrilegium, D & aliqua immūditia fornicationis. [Mulieres,] Hebr. 11. id est, diaconissas [similiter] vt diacones, oportet esse [pudicas,] vt mūditiā castitatis in eis regnū teneat. [non detrahentes,] id est, non querentes loquendo minuere bonam famam alicuius, sed [sobrias,] id est, ab omni ebrietate immunes, & [fideles in omnibus] dictis & factis suis, vt fidem deo seruent & hominibus. [Diacones sint vnius vxoris viri, id est, non ordinatur diaconus qui duas aut plures habuerit vxores, sed qui tantum vnam habuit: & ei non misceatur, postquam ordinatus fuerit. Ita sint diacones viri singulariū vxorū, [qui bene præsent filijs suis, si quos prius genuerunt, erudientes eos in disciplina domini: [ & suis domibus] bene prælati, vt eas bene regant. Et iustum est vt filios suos atque domos bene gubernent: quia [qui bene ministrauerint] in paruis rebus, [acquirēt sibi bonum gradum,] id est, altiorē gradum in bono, & acquirēt [fiduciam multam in fide quæ est in Christo Iesu, id est, certitudinē fument vel dabunt, se bene conuersaturos fideliter in maiori, & instrueturos alios in fide Christiana. Vel bene præesse filiis & domibus suis debent, vt his prius assueti, bene postea sciant ministrare in ecclesia: quoniam qui in diaconatus officio bene ministrauerint, gradum sibi bonum acquirēt, vt promoueri mereantur ad episcopale gradum, & multam sibi fiduciam æternæ remunerationis acquirant in fide, quæ est in Christo, qui per humilitatē obedientiæ meruit exaltari.

*Hæc tibi scribo fili Timothee, sperans me ad te venire cito. Si autem tardauero, vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis. Et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatū est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.*

Hæc omnia firmiter retine & custodi, quoniā ea [scribo tibi fili Timothee, sperans me ad te cito venire,] vt te præfens instrua adhuc plen<sup>9</sup>. Et ideo studiosius interim obseuare debes, quæ tibi iniungo, vt non erubescas cū te videro. Veniā (vt spero) velociter. Sed [si tardauero,] scribo tibi hæc, vt interim [scias quomodo conuersari te in domo Dei oporteat,] vt prodesse possis omnibus qui in ea sunt, & scias qualiter vnumquemque debeas instruere. [Quæ] domus in qua dñs habitat [ecclesia est] ex multis collecta fidelibus, qui variis modis sunt docendi. Ecclesia [dei æternaliter viui:] & ideo æternaliter bene facientis eis, qui voluntatem eius custodiunt: & contra æternaliter punientis illos, qui præcepta eius cōtemnunt. Et ipsa eius ecclesia est in perfectis, [columna,] id est, sublimis & recta & inconcusibilis, & sustentans iuniores

Eccle. 33

Matt. 12.

Iaco. 3.

Iudi. 13.

Luc. 21.

Nota

Gene. 18,

& 19.

2. Petri. 2.

Nota.

1. Re. 8

1. Re. 12.

Infra. 6.

1. Re. 4.

M

Isa. 14

1. Cor. 6.

Nota.

Philip. 2.

F

**G**niores atq; sustollens, & in eisdem perfectis est ipsa firmamentum veritatis, quia verbis & exemplis firmat in cordibus infirmorum veritatem fidei & mandatorum dei. [Et manifestè magnū est in eapietatis sacramentum, in quo salus humana consistit. Sacramentum est res occulta, id est, mysterium siue mysticū aliquid. Et in hoc recte potest intelligi sacramentum, de quo dicitur Colossensibus: Mysterium quod absconditum fuit à seculis & generationibus, nunc autem manifestatū est sanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in gentibus, quod est Christus in vobis spes gloriæ. Sacramentum enim pietatis est, quia Dei filius per viscera misericordiæ suæ visitauit nos oriens ex alto, illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedebant. Sacramentum pietatis in eo est, quod vnigenitus dei misericorditer homo fieri dignatus est per gratiā vt sibi fratres acquireret, qui cum eo possiderent hereditatem regni cælorum. Et hoc sacramentū manifestè magnū est, quia cuncti fideles nouerunt hoc ita magnum esse, vt nemo sufficiat magnitudinem eius excogitare, quod nobis [manifestatum est in carne] Christi, quia in eo quod ipse carnem assumpsit, intelligimus omnes electos esse mēbra eius vel fratres, ideoq; simul regnuros. [iustificatum est in spiritu,] quia homo ille singularis quem virgo genuit, factus est per spiritum sanctum iustus in vtero matris. i. in ipsa conceptione & creatione fecit eum spiritus sanctus iustum, ac deinde in præsentī vita seruauit eum sine peccato. Nos quoq; dum mēbra efficitur, in spiritu sancto per baptismum iustificamur. Et hoc tantæ pietatis sacramentum [apparuit angelis]. i. innotuit apostolis & prædicatoribus, qui pro eo quod gloriam regni cælestis annunciant, angelorum nomine designantur. Vnde & Ioannes in Apocalypsi septē angelis scribit, id est, episcopis septē ecclesiarum Asiæ. Et per huiusmodi angelos, id est, per veritatis nuncios [prædicatum est] hoc sacramentum gentibus, ac per eorum prædicationem [creditum est in mundo.] Quod autem sequitur, [assumptum est in gloria] in nostro quidem capite perfecte iam completum est, sed in membris eius completum ex toto non erit, donec omnes electi receptis corporibus, in regnum cælorum simul sint ingressi.

## CAPVT III.

2. Tim. 3.  
2. Petri. 3.  
Iudæ. 1.  
Eccle. 36

**S**piritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidā à fide, attendētes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendaciū & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt veritatem,

quia omnis creatura dei bona est, & nihil reiiciendū quod cū gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbū Dei & orationem.

Ecclesia quidem est columna & firmamentū veritatis, sed tamē spiritus sanctus manifestè in me vel per me [dicit, quia in nouissimis temporibus,] id est, regnante Antechristo, vel antea, [discedēt à fide quidam] notabiles, propter cuiusmodi discessionem dictum est, Nisi venerit discessio primū. Et quia tales surrecturi sunt, ideo vigilandum est, ne nostris temporibus surgant: vel si resurrexerint, ne alios seducant. Discedent enim à fide veritatis, [attendentes spiritibus erroris, id est, dæmonibus, qui per artem fallaciæ loquentur eis vel apparebunt, & aliqua velut bona dabunt, vt eos errare faciant, vel in errore detineant, sicut Agimnensibus hæreticis nouimus cōtigisse, quos dæmones in equorum specie noctibus apparentes portant per æra vbicumque voluerint, & copiam eis temporalium rerum ministrant, atque prauis dogmatibus imbuunt. Vel attendentes spiritibus erroris, id est, hæresiarchis, in quibus maligni spiritus loquentur & errorem docebunt. Et attendentes [doctrinis dæmoniorum,] id est, hominum dæmonia habentium, [loquentium mendaciū in hypocrisi, id est, simulata religione, vt magis decipiant, & habentium conscientiam suam cauteriatā, id est, corruptā & putrefactā, atq; putredinē cum fœtore semper emittentem Dæmoniorū dico, [prohibentium nubere, & abstinere] nubentium [à cibis quos Deus creauit.] Hoc Agimnenses faciunt & Manichei, nulliq; alij fecerūt. Ille enim prohibet nubere, qui hoc esse malū dicit, non qui huic bono aliquid melius anteponit. Multū ergo interest inter hortātes ad virginitatē, bono minori bonū amplius proponēdo: & prohibētes nubere, cōcubitum propagationis, qui solus proprie nuptialis est vehementius accusando. Item multum interest inter abstinentes à cibis propter sacratam significationem, vel propter corporis castigationem, & abstinentes à cibis quos Deus creauit, dicendo quod eos Deus non creauit. Nam & primi patres nostri à quibusdam cibis abstinerunt, non tamen eos damnandi, sed significandi gratia: & nunc fideles, non quia cibos putent immundos, sed edomandi corporis causa, propter animam in orationibus amplius humiliandam, non solum à carnibus, sed à quibusdam terrē fructibus abstinent, vel semper, sicut pauci: vel certis diebus atque temporibus, sicut per quadragesimam serē omnes. Manichæi verò ipsam creaturam negabant esse bonam, & dicebant esse immundam, eo quod carnes diabolus operaretur. Et ab efcis huiusmodi temperabant, quod nō significatione, sed natura malæ & immūdæ essent. Qua in re creatorem earum sine dubio blasphemabant, quod pertinebat ad doctrinam dæmoniorum. Deus enim creauit escas [ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus,] id est, vt cum gratiarum

**A**rum actione perciperetur à fidelibus, qui bene credunt de ipsis efcis, licet necdum intelligant quod credunt. [ & his qui cognouerunt veritatem. i. qui intelligunt quod de eisdem efcis credunt. Hanc scilicet veritatem cognouere, [quia omnis creatura Dei bona est] in natura sua, [ & nihil] ciborum est reiiciendum, id est, abhorrendum & respuendum quasi naturaliter malum vel immundum, [quod percipitur, id est, percipi solet, [cum gratiarum actione, id est, vt agantur Deo gratiæ à percipiente. Omnia quippe quæ naturaliter sunt, in ordine suo bona sunt: & nemo in eis peccat, nisi qui ordinē suū in Dei obedientia nō custodiens, eorū quoq; ordinē male vtēdo perturbat. Patres autem nostri qui Deo placuerunt, tenuerunt ordinē suum in ipsa obedientia, vt quicquid Deus temporibus congruis iubendo distribuit, sic obseruaret quomodo ille distribuit. Itaque non solum carnes ad cibos datas, cum omnes natura mundæ sint vel essent, quoddā tamen nonnulla significatione immundas illo tempore non ederunt, quo eas non edipræceptum erat, vt talibus significationibus figura rerum manifestatio præfiguraretur, sed & azymum panem, & cætera eiusmodi in quibus fuit umbra futurorum. Quæ tam rei essent illius temporis & illius populi homines, si obseruare contemnerent (quando illa sic fieri, & ista quæ nunc reuelata sunt, sic prænunciari oportebat) quàm nos despiciētes esse mos, si nunc iam manifestato nouo testamento, illas prænunciatiuas obseruationes aliquid nobis prodesse putaremus. Nihil ergo ciborum est reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. [Sanctificatur enim] cibis ipse [per verbum Dei,] quod est in actione gratiarum, [ & orationem,] quæ adiungitur ne diabolus per eum noceat. Verbum enim sanctificat, oratio autem impetrat, diabolus verò per cibum tentat.

**H**æc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus verbis fidei & bonæ doctrinæ, quam affecutus es. Ineptas autem & aniles fabulas deuita. exerce autem te ipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est & futura. Fidelis sermo & omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus & maledicimur, quia speramus in Deum viuum, qui est saluator omnium hominum, maximè fidelium.

Hæc de cibis & creaturis quæ dixi, [proponēs fratribus] ad tenendū, [bonus eris minister Christi Iesu:] tu dico, enutritus vel à matre tua vel ab aliis fidelibus, [verbis fidei. i. verbis quæ fidē docent, & verbis] bonæ doctrinæ,] quantū ad bonos mores, [quæ affecutus es] ab infantia, & tunc cū studio perquirens eam & inueniens. Bonā quidē doctrinā tene & doce quæ affecu-

tus es. sed [septas & aniles fabulas, id est, Iudeorum traditiones deuita: quia sunt ineptæ. i. sine aptitudine: & aniles. i. vetularū sermonibus infusæ iuniorum cordibus: & sunt fabulæ. i. inania verba sine veritate & vtilitate. Hoc non de diuinis eloquiis dicitur, sed (vt dixi) de traditionibus, quas Iudæi à senioribus suis acceperunt præter legales & propheticos libros, & de stultiloquiis hæreticorū, qui prohibent nuptias & interdunt cibos quos Deus creauit vt cū gratiarū actione sumerentur. Fabulas quidē deuita, sed [te ipsum exerce ad pietatē.] Hoc est, fabulas impiorū caue, & ad pietatē temetipsum exerce, id est, hoc sit studium tuū, vt mente sis religiosus, & erga Dei cultum deuotus, atq; fidei pietate sincerus. Idcirco moneo vt esse studeas mente pius erga Deum & proximū: quia [corporalis exercitatio,] quæ est in ieiuniis & vigiliis ac labore manuum, atque multimoda corporis afflictione, in qua te fatigas, [ad modicū utilis est, id est, parum vtilitatis habet respectu magnæ vtilitatis, quam habet pietas religiosæ mētis. Nam illa corporalis exercitatio & in hypocritis vel hæreticis inuenitur, pietas autē deuoti ac beneuoli cordis, non nisi in electis reperitur. Illa corporalis exercitatio ad modicum utilis est, [pietas autem ad omnia utilis est,] quia omni bono studet, [habens promissionem vitæ quæ nunc est & futuræ:] quia deus piis promittit vitam quam habent in hoc seculo animæ iustorum, vel subsidia temporalia, & vitam future beatitudinis, dicens: Querite primum regnum Dei & iustitiā eius, & hæc omnia adiiciētur vobis. Et per Salomonē, dicens de sapientia: Longitudo dierum dextera eius, & in sinistra eius diuitiæ & gloria. Dextera enim vitam perennē sinistra virō vitam præsentem designat. Vel exerce te ad pietatem, id est, ad compassionē proximorum, & ad opera misericordiæ. Pietas est ad omnia utilis, quia & in futuro & præsentī seculo prodest, dans temporalia & æterna remedia. Habens promissionē vitæ quæ nunc est & futura: quia qui pietatis beneficia pauperibus impendit, & in præsentī dat ei Deus vnde temporaliter viuat, & in futuro vitam sempiternā. Et fidelis est iste sermo de pietate, id est, verax: quia scilicet pietas est utilis ad omnia, & fideliter adimpletur quod ei promissum est, vt habeat vitam præsentem & futurā. Iste sermo est fidelis, neminē fallens, [ & est dignus omni acceptione,] vt à cunctis hominibus omnino accipiatur. Verè pietas habet promissionem vitæ præsentis & future. nam [in hoc laboramus,] vt promissionem hanc consequamur: [ & maledicimur] ab impiis & blasphematoribus. In hoc laboramus, [quia speramus in Deum viuum, id est, in hoc insudamus pietatis ac iustitiæ operibus, quia speramus vitam quæ Deus viuēs promittit pie agentibus. [ Qui est saluator omnium hominum,] quia solem suū facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, atq; salutē corporis in hac vita cōmuniter parat bonis & malis. maximè tamen ipse est saluator fidelium, quia præter temporalem salutem, quæ illis est cōmunis cum reprobis, dat eis æternam salutem, quam possideant cum angelis.



**G** Præcipe hæc & doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplū esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Dum venio, attende lectioni, exhortationi & doctrinæ. Noli negligere gratiam quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiā, cum impositione manuum presbyterij. Hæc meditare, in his esto, vt profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi, & doctrinæ, insta in illis. Hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.

**H** Hæc quæ dixi de fabulis vitandis & pietate sectada præcipe sciētibus [ & doce ] nescientes. Præcipe hæc vt fiant, & doce quomodo fiant. Et vt præceptū tuum atque doctrina suscipiatur, [ nemo adolescentiam tuam cōtemnat. i. ita viue, & maturum te moribus ostende, vt nemo te quasi adolescentem possit contemnere, nec vita ætatem tuam faciat reprehensibilem. quāuis corpore sis adolescens, si quid reprehensibile feceris, audacius reprehenditur & quasi contemnitur. Potest etiam ad subiectos referri vt dicatur, nemo eorū quibus præcipies & quos doceris contemnat adolescentiam tuam quia in sacro eloquio nonnūquam adolescentia iuuetus vocatur, Salomone testante, qui ait: Lætare iuuenis in adolescentia tua. Si enim vnum esse vtraque non decerneret, quæ monebat in adolescentia, iuuenē non vocaret. Sic & in hoc loco adolescentia pro iuuetute intelligitur, vt sanctus Timotheus in autoritate prædicationis sit etiam solidæ ætatis. Nemo ætatem tuam contemnat, sed tu [ exemplū esto fidelium in verbo, ] vt ipsi exēplo tuo bona loquātur: & [ in cōuersatione, ] vt exēplo tuo bene & honeste cōuersentur: atque [ in charitate ] dei & proximi, & in integritate fidei, & munditia castitatis. Et vt ita possis exemplum bonorum operum aliis præbere, [ attende lectioni ] diuinarum scripturarū interim [ dum venio. Valde enim inter humana verba cor defluit. Cumque indubitāter cōstet, quod externis occupationum tumultibus impulsus, à semetipso corruat, studere incessanter debet, vt per eruditionis studium resurgat. Attende (inquam) lectioni, & post lectionē attende [ exhortationi ] iam volētium, [ & doctrinæ ] nesciētium. Sic enim debes agere, vt quod lectio faciendum docuerit, facias: & subditos tuos vt hoc idem faciant, admoneas: atque illos qui hoc ignorāt, doceas. Sic age & [ noli negligere, gratiā ] episcopalis officij, [ quæ est in te: ] quia ad hoc gratis Deus te prætulit illi populo, vt sic agas. quæ gratia [ est tibi data p prophetiā, cum impositione manuum presbyterij. ] Videtur Apostolus prophetiam vocare inspirationem sancti spiritus, per quam præsciebat quid de hoc & de cæteris esset acturus. Vel certe de hoc quod fieri deberet, episcopus specialiter

prophetauit, siue ipse Apostolus, siue quilibet K alius sanctus. Impositionē verò manuum eam dicit, quæ in ordinatione eius facta est. Quæ manuum impositio fuit presbyterij, quia per hanc impositionem accepit presbyterium. i. episcopatum. Episcopus enim vocatur sæpe ab apostolis presbyter, & presbyter episcopus. Vel hæc impositio manuum fuit presbyteri, qui Latine dicitur senior: quia ipse Apostolus qui iuxta hūc sensum presbiter intelligitur, imposuit manus suas capiti eius, dum illum consecraret episcopum. Nam & Petrus atque Ioannes in epistolis suis seipfos vocāt seniores. i. presbyteros, propter grauem maturitatem morum & sapientiæ, 1. Petri, 5. 2. Ioan. 1. vel etiam propter ætatem. Deinde, hæc, inquit, meditare, id est, hæc pertracta & volue in animo tuo quæ iniungo tibi: quia idcirco constitutus es pōtifex: & [ in his ] actionibus atque meditationibus iugiter [ esto, vt ] dum ita vixeris & docueris, vt dixi, [ profectus tuus sit manifestus omnibus, ] id est, cuncti te patēter sciant omnibus proficere. Et vt tibi aliisque proficias, [ attende tibi ] .i. mentis intuitum frequēter reduc ad teipsum, & diligēter attēde qualiter viuas: ac si quid in te corrigendum inueneris, statim corrige, & semp ad meliora nitere, [ & doctrinæ ] insta in illis, [ id est, instāter doce illos qui sunt commissi tibi. Et libenter debes vtrunque facere, quia hoc ita faciens, duplicem fructū afferes, quoniā [ & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. ] Te enim saluabis, si tibi attēderis: & auditores tuos, si doctrinæ institeris. Sic enim debet rector propriam salutem quærere, vt communem non desierat: & sic communem profectum quærere, vt proprium non negligat. Nam ita de subiectis suis rationem Christo iudici reddet, vt & de seipso reddere cogatur.

## CAPVT V.

**Eniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem, iuuenes, vt fratres: anus, vt matres, iuuenulas, vt sorores in omni castitate.**

Dixi vt instes doctrinæ, sed tamen hoc age cum discretione, vt vnumquemque doceas vel admoneas prout congruum fuerit. Aliter namque admonendi sunt iuuenes, & aliter senes. Quia illos plerunque seueueritas admonitionis ad profectum dirigit, istos verò ad meliora deprecatio blanda componit. Et ideo [ seniorē ne increpaueris, sed ] pro pietatis honore obsecra eum reuerenter [ vt patrē, ] quatenus per benignam obsecrationē, facilius tuam suscipiat admonitionē. Indignatur enim & erubescit, si fuerit asperè correptus. iuuenes verò admone cum affectu dilectōis, vt fratres. Senes & i scriptura sacra vocātur, nō qui sola quantitate temporū, sed qui morū grādæuitate maturi sunt. Iuuenes autē, qui nulla cōsiliij grauitate deprimūtur. Et ideo tales etiam hoc loco possunt intelligi. Seniore ergo qui maturitate prouectus est, si in aliquo aliter q̄ oportet egerit, ne increpaueris, sed blande obsecra vt se emendet, & de cætero in melius proficiat. iuuenes verò, quos morum

Leuitas

**A** leuitas agit, increpa benignè ( si deliquerint ) [ vt fratres: anus ] similiter quæ vel ætate vel bonis moribus sunt prouectæ, admone cū reuerentiā [ vt matres: iuuenulas ] autē ætate vel morib⁹ admone [ vt sorores, ] & hoc [ in omni castitate ] In alloquio iuuenularū rectissimè iuuenis de omni castitate admonetur, vt nec saltem minima carnis titillatione circa eas moueatur.

**Viduas honora quæ verè viduæ sunt si qua autem vidua filius aut nepotes habet discat primum domum suam pie regere, & mutuam vicem reddere parentibus. Hoc enim acceptum est corā Deo. quæ autem verè vidua est & desolata, sperat in Deum, & instat obsecrationibus & orationibus nocte ac die. Nam quæ in deliciis est, viuens mortua est. Et hoc præcipe, vt irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum & maximè domesticarum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.**

Viduas, inquit, [ honora quæ verè viduæ sunt .i. quæ omni auxilio suorum sunt destitutæ, quæ manibus suis laborare nō possunt, quas paupertas debilitat, ætāsque cōficit, quibus Deus spes est & omne opus oratio. Ex quo datur intelligi adolescentulas viduas exceptis quas excusat in firmitas, vel suo labori, vel liberorum, vel propinquorum ministerio delegari. Honor autem in præsentī, pro elemosyna vel pro munere accipitur. Nam & quod alibi dicitur, Honora patrem & matrē, non in verborum sono, qui inopiam parentū casta potest adulatione frustrari, sed in victus necessariis ministrandis debet intelligi. Itaq; viduas honora. i. sumptibus ecclesiasticis ale, nō tamen omnes, sed quæ verè viduæ sunt .i. quæ non habent auxiliū nisi solius Dei. Sed [ si qua vidua habet filios vel nepotes, discat primum pie regere domū suam, ] in quo probabitur. Hoc discat primum .i. antequā ad ecclesiam veniat stipendiis ecclesiæ honorāda. Discat domum regere, [ & parentibus ] qui eam aluerunt, [ mutuam vicem reddere, ] vt & pari lege alias nutriat. Nec solum genitores, sed & filij, vel nepotes, cæteri que propinqui dicuntur parētes. vnde & tota progenies parentela vocatur. Et in mūdāna lege parens parenti per gradum & parentela succedere iubetur. Mutuam ergo vicem ( vt dictū est ) reddit parentibus, qui nutritus à maioribus, nutrit minores: & quod à præcedentibus accepit, subsequētib⁹ impendit. Vel mutuā vicem parentibus reddit, qui filiis & propinquis sibi seruitia impendentibus subsidia repēdit. Hoc agat bona vidua, quæ [ hoc est acceptum corā Deo: ] Et hæc tamen nondū est verè vidua, quæ parentes habet qui illi sunt solatio. Sed illa [ quæ verè vidua est .i. ab omni auxilio mundano destituta, & ab omni terreno solatio [ desolata, sperat in Deum, id est, videns ex nulla parte se habere suffugium, toto animo

adhæret Deo, à quo solo sperat auxilium vitæ D & salutis: & ideo [ nocte ac die instat obsecratio Luc. 2. nibus ] pro remotione folij mali, [ & orationibus ] pro adeptione bonorum. Talis erat sancta Anna, quæ non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationib⁹ seruiēs die ac nocte. Præcæteris enim viduæ debent vacare orationib⁹ quia & dominus cum ad semper orandum hōraretur, viduam commemorauit, quæ videlicet iniquū iudicem ad audiendum causam assiduè interpellendo commouit. Quapropter cum in viduis destitutio & desolatio notetur, si se omnis anima intelligat in hoc seculo destitutam & desolatam, quādiu peregrinatur à domino, profecto quandam viduitatem suam Deo defensori assidua & impensissima precatione cōmendat. Mystice enim vel ecclesia vel omnis anima quæ intelligit se derelictā omni auxilio, nisi solius Dei, vidua est. Vnde enim mulier est vidua? Quia non habet auxilium aliunde, nisi solius Dei. Illæ verò quæ habent viros, quasi superbiunt de auxilio virorum. Videntur autem viduæ desertæ, sed robustius est auxilium earū. Ergo tota ecclesia vna vidua est, siue in viris, siue in fœminis, siue in coniugatis, siue in maritatis fœminis, siue in adolescentibus, siue in senibus, siue in virginibus. Omnis ecclesia vna vidua est, deserta in hoc seculo, si sentit illud, si non viduitatem suam. tunc enim auxilium præsto est illi. Sed simpliciter viduam mulierē iterum sicut superius intelligamus. Quæ enim vere vidua est & desolata, persistit in precibus, & fit Deo proxima. Nam econtrario illa [ quæ in deliciis est. i. quæ carnem suam deliciose fouet, & in precibus & ieiuniis nullatenus affligit viuens cōmuni vita, [ mortua est ] in anima: quoniā Deus ab ea recessit, qui est vita animæ. Vnde & beatus Iob de sapientia quæ Deus est, dicit, quia non inuenitur in terra suauiter viuentiū .i. in mente eorum qui voluptatibus huius vitæ seruiunt. Hoc est enim viuētem mortuū esse non habere Deū manentem in sua mente. Ne ergo viuens sit mortua, delicia spirituales deliciis carnalibus in sancta castitate succedant id est, oratio, ieiuniū, bona cogitatio, bonorum operum frequentatio. Nam quando vidua pro deliciis nuptiarum quas in carne viri habere solebat, aliarum & carnalium deliciarum tanquā in solatio vsū assumit, tunc viuens mortua est. Nā sicut in ipsis sensibus corporalibus acutius audiunt qui non vident, & tangendo multa discernunt, nec tanta viuacitate tangunt qui oculis vtuntur, non intelligitur ex vno auditu nēpe ex sensu auditus, luminum repressa intentione sentiendi, eam se in alios sensus promptiori dignoscendi acumine exercere, tanquam ex altero conetur implere quod negatur ex altero: ita & sæpe carnis cupiditas à cōcubendi voluptate cohibita, maiori voluptate in pecuniæ se porrigit appetitum: & illinc auersa, huc se impetu ardentiori conuertit. Mors autē est ipsa lætitia in perfruendo, cum quisque adipiscitur quod perditē concupiuit. Et ideo mortua est vidua quæ in deliciis viuūt, ad quas delicias per cupiditates tāquam portas mortis peruenitur. Et idcirco præcipe viduis ne deliciose viuant.

Dd [Et

**G** [Et hoc est, præcipe illis, vt irreprensibiles sint,] id est, vt caueant facere ea quæ sunt digna reprehensione, Dixi superius, vt vidua si filios vel nepotes habet, discat regere domum. Si autem hoc agere neglexerit, fidem perdit: quia [si quis non habet curam suorum, & maximè domesticorum,] vt quantum potest procuret illis necessaria, [fidem negauit] operibus, etsi nõ verbis quia proximum non diligit, & infideliter erga eum agit. Vel viduæ non studeant congregare dilicias, sed vel filij, vel cæteri propinqui impendant illis quod necessariũ est. Sed si quis est qui nolit, fidem negauit quam in baptismo promisit, quando diaboli operibus abrenũciavit, & est deterior infideli,] qui nunquam fidẽ habuit. Hic enim veritatem nouit, & se bene acturũ promisit: infidelis autẽ nec nouit adhuc nec promisit. Sed iste promisit, & implere noluit, ideo deterior est illo qui fidem nondũ percepit. Multo enim grauius delinquitur scienter quàm ignoranter, & multo peius est bona opera promittere & non facere, quàm nec promittere nec facere. Curã ergo suis, & maximè domesticis quisque debet impendere: quia cum cœperit velle prodesse quibus poterit, primum inest ei cura suorum. Ad eos quippe habet opportuniorẽ facilioremq; aditum consulendi vel naturæ ordine, vel ipsius societatis humanæ. Nam infidelis curam suorum habet, & ideo deterior est infideli, qui hanc non habet.

*Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si pedes sanctorum lauit, si tribulationem patientibus ministravit, si omne opus bonum subsecuta est.*

Hic commune dat præceptum de his viduis, quæ ecclesiæ pascuntur alimoniis: & idcirco ætas præscribitur, vt illæ tantũ accipiant pauperum cibos, quæ iam laborare non possunt, atque maturitatem habent morum pariter & ætatis. Simulque cõsidera quod illa quæ duos habuit viros, etsi anus, etsi decrepita, etsi egēs est, ecclesiæ stipēs non meretur accipere. Dixi superius vt veras viduas honores sumptibus ecclesiæ. Et vidua quæ sic est honorãda, eligatur habens [non minus sexaginta annorum,] nisi iã est extinctus fomes libidinis, [quæ fuerit vnius viri vxor, id est, quæ non habuit nisi vnũ maritũ, post mortem eius [habens testimonium in bonis operibus] scilicet [si filios enutriuit] quos habuerit: si pauperes [hospitio recepit, si sanctorum] prædicatorũ [pedes lauit,] quos tunc recipere periculosum fuit. Cũ fratres hospitio suscipiuntur, mos inoleuit apud plerosq; factos, vt pedes eorũ lauentur: & magna in hoc facto cõmendatio est humilitatis, ne dedignetur facere Christianus, quod prior fecit Christ⁹. Cũ enim ad pedes fratris inclinatur corpus, etiã in corde ipso excitatur: vel si iam inerat, confirmatur ipsius humilitatis affectus. Et vidua est eligenda quæ testimonium habet hæc omnia fecisse,

& [si tribulationem patientibus, id est, in carceratis vel quibuslibet afflictis bona quæ potuit ministravit, atque vt breuiter concludam, [si omne opus bonum subsecuta est.] Et hæc talis pascatur alimentis ecclesiæ, & si vires habuerit, seruiat sacerdoti.

*Adolescentiores autem viduas deuota cum enim luxuriata fuerint, in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Simul autem & ociosi discunt circuire domos, non solum ociosæ, sed & verbosæ & curiose loquentes quæ non oportet. Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quædam conuersæ sunt retrò post satanam. Si quis fidelis vel si qua si delus habet viduas ministrat illis. & non grauetur ecclesia, vt his quæ verè viduæ sunt, sufficiat.*

Dixi vt vidua eligatur non minus sexaginta annorum, nisi compressa est omnis lasciuia. Sed [adolescentiores viduas,] quarũ adhuc sanguis feruet, deuota ad ministerium ecclesiæ. Et quare Quia cum] luxuriata fuerint, volũt nubere in Christo, id est, quia sepe cõtingit vt relicto proposito castitatis, per multos amatores luxurietur, vel in luxu ciborum & deliciarũ versentur & post multam luxuriam velint nubere. i. copulari viris in Christo. i. per legitimas nuptias, quasi tunc nõ sit peccatũ nubere. ipse dico [habentes dãnationem] eternã, [quia primam fidẽ irritam fecerunt. i. quia castitatem domino vouerunt & non reddiderunt: vouentibus videlicet virginitatem vel viduitatem, non solũ nubere, sed etiam velle nubere est dãnabile: ideo videlicet habent damnationem, quia primã fidem irritam fecerunt, etsi non nubendo, tamẽ volendo. Non quia ipse nuptiæ velut malũ dãnandæ iudicantur, sed dãnatur propositi fraus, dãnatur fracta voti fides: non dãnatur susceptio de bono inferiore, sed ruina à bono superiore. Postremo dãnantur tales, non quia coniugalẽ fidẽ posterius iniere, sed quia continentia primam fidẽ irritã fecerunt, volentes nubere. Voluntas enim quæ à proposito cecidit, dãnatur, siue subsequatur nuptiæ, siue desint. Et ideo tenenda est in corde perseverãter voluntas boni propositi, ne quis vel quæ retrò aspiciat, & vxori Lot similis fiat. Quid enim fecit vxor Lot? Liberata est à Sodomis, & in via posita, retrò respexit. Vbi respexit, ibi permãsit. facta est statua salis, vt illius cõtemplatione condiantur homines, cor habeant, & nõ sint fatui, nõ retrò respiciant, ne malũ exemplũ dantes, ipsi remaneant & alios condiant. [Simul autem & ociosæ] &c. Nec solum quæ diximus, faciunt prædictæ mulieres: sed cum illis malis addunt, quod sunt ociosi.

**A** ociosæ, nihil manibus operantes, & fiunt propter metis, vagationem etiã corpore instabiles, quia non stant in domibus suis, sed discunt, id est, assuescunt circuire sine rationabili causã domos alienas, quod religioni inimicum est. Nec solum ociosæ sunt, sed & verbosæ, id est, abundantes multiloquio fabularũ & inutilium sermonũ. Nec solum verbosæ, sed & curiosæ. i. inuestigantes aliorũ facta, & negligetes sua, & studẽtes aliquid semper audire. Et sunt [loquentes ea quæ non oportet, id est, turpia & ad libidinem pertinẽtia, vel quolibet alia modo religioni cõtraria. Et quia quædam viduæ postquam deo cõtinentiã & religiosam conuersationẽ promiserunt, talia mala faciunt, [ergo volo iuniores] viduas non continentia vouere, quam seruare nõ possunt, sed [nubere, & filios procreare] legitimos, ne si quos ex fornicatiõẽ genuerint, extinguat eos propter metum & verecundia. & volo eas [esse matres familiãs.] Nubant, ne vagentur per alienas ædes: sed sub viris positæ, habeant frenum quo regãtur. Procreent filios, & sint matres familiarũ, vt nõ sint ociosæ, sed in nutritura filiorum & gubernatione familiarũ vtilibus occupentur actionibus. Bonũ est enim nubere, bonũ filios procreare, bonũ matres familiarum esse, & ideo faciant hæc bona, ne fortè cõmittat supradicta mala. Hoc volo eas facere, & [nullam occasionẽ dare aduersario,] id est, infideli, [gratia maledicti,] id est, causa male locutionis. Hoc est, nolo vt infideli qui nobis aduersatur, & cui magnũ est de nobis male loqui, dent vllã occasionẽ, vt possit aliquid maledicere de eis. & fortasse darent occasionẽ, sicut iam nõnullæ dedere: quia iam [conuersæ sunt quædã retrò] à bono continentia, quod proposuerunt, euntes [post satanã] qui retrò cecidit & periit. Hoc apostolus addidit, vt in his verbis eius intelligeremus eas quas nubere voluit, melius potuisse cõtinere quàm nubere, sed melius nubere quàm retroire post satanã, id est, ab excellenti illo virginali vel viduali castitatis proposito, in posteriora respiciẽdo cadere & interire. Dixi vt iuniores nubant. Sed si aliquæ nubere volũt, procurent eas sui. Et hoc est: [Si quis fidelis, vel si qua fidelis habet viduas,] id est, viris orbatas sorores aut cõsanguineas, quæ aliqua linea generis ad eũ pertineant, [ministrat illis necessaria, & nõ grauetur ab eis ecclesia, vt his quæ verè viduæ sunt]. i. omni auxilio destitutæ [sufficiat] alimẽta præbere. Hic ostendit Apostolus quia & fideles sibi & aliis in posterũ necessaria prouidere debet, vt intelligeremus quod præcipit dominus nõ cogitandũ esse de castino, non ad hoc fuisse præceptũ, vt nihil pecuniæ seruetur à sanctis, sed ne deo propter ista seruiatur, & propter inopiã timorem iustitia deseratur.

*Qui bene præsent presbyteri duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim scriptura: Non infrenabis os boui trituranti, & dignus est operarius mercede sua. Aduersus presbyterum accu-*

*sationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.*

**D** Matt. 10. Luc. 10.

De viduis ita fiat, vt hætenus ostendi. Sed de bonis presbyteris aliter, scilicet vt [qui bene præsent] ecclesiæ, [habeatur digni duplici honore,] vt in præsent accipiant honore stipendiorum à subditis suis, & in futuro à deo honorem gloriæ perennis, [maximè qui laborant in verbo scientibus, & in doctrina] nescientibus. i. qui monere student eos qui sciunt, & docere eos qui nesciunt. & cũ duplex honor, id est, gemina retributio talibus debeatur, de vno honore probò, quẽ illis debent subiecti in oblatione sumptuũ. Nam legis [scriptura dicit: Nõ infrenabis os boui trituranti,] id est, non prohibebis prædicatorẽ cibos ex ecclesia sumere. Et euangelij scriptura secundũ Lucam dicit, quia [dignus est operarius mercede sua,] id est, dignus est prædicator receptione sumptuũ. Ex euangelio enim Lucæ sumpsit Apostolus hanc sententiã, probãs autoritate sua. Dignus est operarius mercede sua, quia iam de mercede sunt operis ipsa alimẽta sustentationis, vt hinc merces de labore prædicationis inchoetur, quæ illic de veritatis visione perficitur. Qua in re cõsiderandũ, quod vni nostro operi duæ mercedes debentur, vna in via, altera in patria: vna quæ nos in labore sustentat, altera quæ nos in resurrectione remunerat, quoniã digni honore duplici boni presbyteri sunt. Merces itaque quæ in præsent recipitur, hoc in nobis debet agere, vt ad sequẽtẽ mercedem robustius tendamus: quia vnusquisq; verus prædicator non ideo prædicare debet, vt in hoc tẽpore mercedem recipiat, sed ideo mercedem recipere, vt prædicare subsistat. Quisquis enim ideo prædicat, vt hinc vel laudis vel muneris mercedẽ recipiat, æterna proculdubio mercede se priuat. Quisquis verò se vel ea quæ dicit, ideo placere hominibus appetit, vt dum placet quod dicitur, nõ ipse, sed dominus ametur, vel idcirco terrena stipendia in prædicatione cõsequitur, ne à prædicationis voce per indigentiã lassetur, huic proculdubio ad recipiendã mercedẽ nihil obstat in patria, quia sumptus sumpsit in via. Nam & homo dat in labore cibũ operario suo, vt laborare sufficiat, & post laborẽ reddit ei mercedem. Multo magis ergo deus operariũ suum dupliciter honorabit, id est, remunerabit. Et ideo non faciliẽ recipias accusationem [aduersus presbyterũ,] quia nõ facile est accusandã alti nominis persona, [noli] cõtra eum [accusationẽ recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus,] id est, nisi accusator duos vel tres produxerit testes tam idoneos, vt accusatio sit sub eis, id est, vt ipsi testes sint accusatore superiores, vt vita eorũ non sit inferior vita accusantis. Testes enim (vt ait Isidorus) considerantur cõditione, natura & vita. Conditione, si liber, non seruus. Nam sæpe seruus metu dominantis testimoniu supprimit veritatis. Natura, si vir, nõ fœmina. Nam variũ & mutabile semper fœmina. Vita, si innocēs & integer actu. Nam si vita bona defuerit, fide carebit. Non enim potest iustitia cum scelerato homine societatem habere. Duo autẽ sunt genera testium: aut dicentium id

**Ibidem.**

**E**

**F**

**Nota**

**Nota.**

**Mat. 6.**

**Luc. 9. 17. Gene. 16.**

**Deu. 25.**

**1. Cor. 9.**

**G** quod viderunt, aut proferentiū id quod audierunt. Duobus autem modis testes delinquent, cum aut falsa promunt, aut vera silentio obtegunt. Nam apud veteres non minoris erat culpæ veritatem tacere, quàm mendacium dicere.

*Peccantes autem coram omnibus argue, vt & ceteri timorem habeant. Testor coram deo & Iesu Christo & electis angelis, vt hæc custodias, sine præiudicio nihil faciens, in alteram partem declinando.*

Sic age erga presbyterum, vt dixi. Sed [peccantes argue coram omnibus, vt & ceteri] qui peccare volebant [timorem habeant,] ne talia facere præsumant, Dominus dicit, si peccauerit in te frater tuus, corripe illum inter te & ipsum solum, & nunc Apostolus peccantes coram omnibus iubet argui. Sed nulla cōtrarietas est in his duobus præceptis, quia aliquādo corripiendus est inter te & ipsum solū, aliquando coram omnibus arguendus. Tunc enim secretò monendus est, quando peccauit in te. i. quando tu scis quia peccauit. Quia enim secretum fuit quādo in te peccauit, secretum quære cum corrigis quod peccauit. Nā si solus nosti quia peccauit in te, & eū vis coram omnibus corrigere, non es corrector, sed proditor. Ergo illa corripienda sunt secretius, quæ peccantur secretius: illa verò arguenda coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus. Demum ad confirmationem obseruatōis cunctorum præceptorum subditur: [Testor coram deo.] Ac si dicatur: Deus est mihi testis quod animam meam liberaui, dicendo quæ dicere debui, tu tibi caue ne pereas transgrediendo quæ iussi. & coram [Christo Iesu testor,] qui iudicabit: & coram [electis angelis,] qui separabunt malos à bonis. Testor [vt custodias hæc] quæ nunc præcepit de accusatione presbyteri non leuiter suscipienda, & de manifesta correctione peccantium, vel etiam cætera præcepta per totam superius epistolam data, & inferius adhuc danda. Hæc custodias, [nihil] vnquā [faciēs sine præiudicio. i. sine præmeditatione, an sit faciendum, an non faciendum, [declinando in alteram partem,] nisi in eam quā præmeditata cognoueris iustam. Vel hæc custodias sine præiudicio, id est, sine reprehensione, nihil faciens declinando in alteram partem quam non iussi, id est, in partem sinistrae actionis. Vel hæc quæ dixi de accusatione presbyteri, custodias, nihil faciens sine præiudicio, id est, sine præexaminatione, & ab examinatione non declines in aliud quàm examinatio inuenit.

**H**us est inter te & ipsum solū, aliquando coram omnibus arguendus. Tunc enim secretò monendus est, quando peccauit in te. i. quando tu scis quia peccauit. Quia enim secretum fuit quādo in te peccauit, secretum quære cum corrigis quod peccauit. Nā si solus nosti quia peccauit in te, & eū vis coram omnibus corrigere, non es corrector, sed proditor. Ergo illa corripienda sunt secretius, quæ peccantur secretius: illa verò arguenda coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus. Demum ad confirmationem obseruatōis cunctorum præceptorum subditur: [Testor coram deo.] Ac si dicatur: Deus est mihi testis quod animam meam liberaui, dicendo quæ dicere debui, tu tibi caue ne pereas transgrediendo quæ iussi. & coram [Christo Iesu testor,] qui iudicabit: & coram [electis angelis,] qui separabunt malos à bonis. Testor [vt custodias hæc] quæ nunc præcepit de accusatione presbyteri non leuiter suscipienda, & de manifesta correctione peccantium, vel etiam cætera præcepta per totam superius epistolam data, & inferius adhuc danda. Hæc custodias, [nihil] vnquā [faciēs sine præiudicio. i. sine præmeditatione, an sit faciendum, an non faciendum, [declinando in alteram partem,] nisi in eam quā præmeditata cognoueris iustam. Vel hæc custodias sine præiudicio, id est, sine reprehensione, nihil faciens declinando in alteram partem quam non iussi, id est, in partem sinistrae actionis. Vel hæc quæ dixi de accusatione presbyteri, custodias, nihil faciens sine præiudicio, id est, sine præexaminatione, & ab examinatione non declines in aliud quàm examinatio inuenit.

**M**anus citò nemini imposueris, neque cōmunicaueris peccatis alienis. Te ipsum castum custodi. Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vttere, propter stomachum tuum & frequentes tuas infirmitates. Quorundam hominū peccata manifesta sunt, præcedētia ad iudiciū, quos

*Manus citò nemini imposueris, neque cōmunicaueris peccatis alienis. Te ipsum castum custodi. Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vttere, propter stomachum tuum & frequentes tuas infirmitates. Quorundam hominū peccata manifesta sunt, præcedētia ad iudiciū, quos*

*dam autem & subsequuntur. Similiter & facta bona manifesta sunt, & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.*

Quia tam grauitè tractanda est causa presbyteri, & ideo prius diligenter considera, quis sit ille quē ordinaueris presbyterum. Nō enim facile debet ordinari, qui non facile potest ab ordine deponi: & idcirco [nemini citò imposueris manus] ordinando illum, sed diu proba illum antea, quia in morādo poteris vitam eius cognoscere: neque cōmunicaueris cōsentiedo [peccatis alienis,] si inconsiderate peccatorem ordinaueris. Qui enim indignum ordinat peccatis eius communicat. Et vt viles ab ordinatione possis expellere, [te ipsum castum custodi.] Ac si dicatur: Qui indignos vis repellere, te ipsum debes in vitæ munditia custodire. Et qui alios iudicas, vide ne possis ab aliis de prauo actu iudicari: quisquis peccata caue, aliena, caue propria. Dico vt te custodias castum, & iam tamen [noli adhuc aquam bibere,] sicut prius cōsueueras, sed modico vino vttere,] quia modicè sumptum non nocet castitati. Et hoc præcipio [propter] dolentem ex longa abstinentia [stomachum tuū] in quo sedes est infirmitatis: [ & ] propter [infirmitates tuas frequentes, id est, frequentur tibi venientes. Quia de castitate admonuit, hac occasione immoderatā abstinentiam prohibet, quā Timotheus inierat, & modicum vinum præcipit ob infirmitates sumendum, medici consilio magis quàm apostolice licet apostolus sit medicus spiritualis, & ne Timotheus imbecillitate superatus, nō posset implere prædicationis opus. Vix tamē etiam propter has necessitates vini potio cōceditur, quia vinum & adolēcentia duplex incendium voluptatis. Sed stomachi dolor & frequēs infirmitas in sancto Timotheo fomenta libidinum reprimebat. Apostolus itaque cum dilectum discipulum de instituendis ecclesiæ officiis admoneret, ne quos fortè ad sacros ordines inordinate prouherit, dixit: Manus citò nemini imposueris, neque cōmunicaueris peccatis alienis Te ipsum castum custodi. Qui ad infirmitatem eius corporis protinus se conuertens, ait: Noli adhuc &c. vsque, tuas infirmitates. Statimque subiunxit, dicens: [Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedētia ad iudiciū, quosdā & subsequuntur.] Et quid ad illud pertinet, quod ab infirmo bibi aquam prohibet, hoc quod de peccatis quorundā hominum manifestisque subiunxit, nisi quod interposita de eius infirmitate sententia ad hoc in extremo rediit quod superius dixit, manus citò nemini imposueris & cætera? Vt enim hæc eadem peccata quanta sollicitudine refellenda essent ostenderet, interposita contra infirmitatis molestiam discretionis admonitiōe, protin⁹ intulit quod in aliis patefcerent, & in aliis laterent dicens: Quorundā hominum &c. Similis interpositio reperitur in libro domini Iob, vbi de reprobis dicitur: De mane vsque ad vesperam succidentur, & quia nullus intelligit, in æternum peribunt, statimque de electis additur, quia autem reliqui

**A** reliqui fuerint, auferentur ex eis iterumque; mox de reprobis subiungitur, Morientur, & non in sapientia. Sed in aliis scripturarū sanctarū locis inueniuntur frequēter huiusmodi interpositiones. Cū ergo Timotheus, vel quilibet episcopus nemini debeat cito man⁹ imponere, ne peccatis alienis communicet, si peccatorem ordinauerit, subiungitur causa, cū dicitur: Quorundam hominū peccata manifesta sunt, præcedētia ad iudiciū, id est, quorundam peccata ita sunt aperta, vt eorum fama vel notitia prius veniat ad iudiciū, id est, ad locū in quo fit discussio personarum, quàm ipsi infames qui veniunt ad ordinandū. Quosdam autem & subsequuntur ad iudiciū peccata sua, quia tunc primum manifesta fiunt, cū ordinandi discutiuntur. De quibusdam peccatis hoc intelligendū est. Non enim omnia panduntur in illa discussione, sed aliquādo latent plurima. Nec solū peccata quædam ita manifesta sunt, & quædam in discussione, vel in conuersatione paulatim deteguntur, sed etiā quædam [bona facta similiter manifesta sunt,] præcedētia ad iudiciū, vt non sit opus probandi ea esse bona: & quædam iterum esse bona, [quæ aliter se habent, id est, quæ non ita sunt manifesta, [non possunt abscondi] vel in ipsa discussione, & ideo probanda. Hieronymus: Quod dicit, istiusmodi est. Quidā tam libere & palam peccant, vt priusquam eos videris, statim intelligas peccatores: alios autē qui calide occultant vitia sua, ex consequenti conuersatione cognoscimus. Similiter & bona apud aliquos in propatulo sunt, in aliis longo vsu discimus. Augustinus: Manifesta ea dicit, de quibus clarū est quo animo fiant. Hæc præcedunt ad iudiciū, quia si fuerit ista subsequutum iudiciū, non est temerarium. Subsequitur autē illa quæ occulta sunt, quia nec illa latebunt tempore suo. Sic & de bonis factis intelligendū est. De manifestis ergo iudicemus, de occultis verò iudiciū deo relinquamus: quia & ipsa abscondi non possunt, siue mala, siue bona, cū tempus aduenerit quo manifestentur.

## CAPVT VI.

*Vicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt: sed magis seruiant, quia fideles sunt: & dilecti, quia beneficij participes sunt.*

Quod de seruo Hebræo præcipitur, vt sex annis seruiat, septimo dimittatur liber gratis, ne serui Christiani hoc flagitarent à dominis suis, apostolica nunc autoritas iubet seruos dominis suis esse subditos, ne nomen domini & doctrina blasphemetur. Pseudo enim dicebāt, non licere seruos teneri nisi sex annis, vel potius neminem debere esse seruum alterius, sed omnes æqualiter esse liberos, quia omnes ex

vno patre Adam descēderant, & omnes Christus redimendo liberauerat. Et horum prauæ persuasioni contradicit Apostolus, dicens Christianos seruos debere quibuscunque dominis, siue paganis, siue Christianis bene seruire: quia hoc præcepit Christus, cū diceret, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Et hoc est: [Serui] Christiani qui [sunt] grauiat [sub iugo] infidelium dominorū, [quicunque] sint illi serui, id est, etsi iusti, etsi sapientes sint, [dominos] tamē [suos arbitrentur dignos omni honore,] bene seruiendo illis, [ne] si seruire contempserint, [blasphemetur] à dominis eorum propter eos [nomen domini] quasi aliena inuadentis, [ & doctrina] Christiana quasi prædicans iniusta, & contra legem mundanā decernens. Sic agant qui dominos habent infideles. Sed illi [qui habent fideles dominos, non] ideo quidē [contenant] seruire, sicut pseudo apostoli dogmatizabant, [quia sunt fratres, id est, dominis suis in Christo pares, quoniam utiq; Christiani: [sed magis, id est, maiori affectione] seruiat eis, quia fideles sunt, id est, participes sacramentorū ecclesiæ: [ & dilecti] sunt à deo, [quia participes sunt eius bñficij] presentis & futuri.

*Hæc doce & exhortare. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrina, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum: ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemia, suspiciones mala, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui à veritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem.*

Hæc quæ dixi de seruis, [doce] ignorantes, [ & exhortare] scientes. Et hoc age, [si quis aliter docet, id est, si quis prædicauerit cōmunē omnibus in Christo libertatē, dicens omnes debere liberos esse, tu e contrario tunc præcipe, id est, prædica, vt serui dominos suos omni honore dignos arbitrentur, & nō cōtemnant eis seruire. Nā semper expedit quidē ista docere, sed tunc maximè quando peruersus quis aliter docet, prædicās vt omnes sint liberi: [ & nō acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi,] dum ei obiicitur, Christus dixisse, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. & præcepisse Petro vt pro se & pro ipso Christo staterē repertū in ore piscis daret his qui tributū exigebant. & itē dixisse, Discite à me quia mitis sum. [ & ] non acquiescit [ei doctrinæ] nostræ,] quæ est secundum pietatem,] id est, quæ non facit odiosam Christianitatē, docēdo insolere. Ille qui his & huiusmodi sermonibus domini & huic doctrinæ non acquiescit, sed aliter docet [superbus est, id est, superbia, non ratio ducit eum. Superbus est, id est, nō patiens vinci, & à sententia sua deflecti. Et quanuis se sciolum putet, tamen [nihil sciens] est, [sed] est semper



**G** [circa quæstiones languens. i. inefficax & impeditus ad soluendū, & ad veritatis indaginē peruenire nō valens] & similiter est lāguens circa [pugnas verborum, id est, circa repugnātiā quæ videtur esse in quibusdam scripturarum verbis licet sensus cōcordet, sicut est, Si vos filius liberati, verē liberi eritis. & iterū, Quicumque voluerit in vobis primus esse, erit omnium seruus].  
**Ioan. 8.** Videntur enim hæc verba huic stulto repugnare, vt nos filius liberos faciat, & iterum sit seruus.  
**Marc. 10.** qui voluerit esse primus, cū primus inter nos maximē sit liber, si nos liberi sumus. Vel circa pugnas verborum languet, id est, circa disputationes, in quibus disputatores pugnant verbis inuicem. [Ex quibus] quæstionibus & verborū pugnis [oriuntur inuidiæ] & contentiones blasphemiarū & [suspensionis malæ:] quia propter verba pseudo apostolorū libertatem huiusmodi prædicantium, hi qui seruos habent, inuidēt Christiano nomini, & contendunt aduersus fideles, & blasphemant deū quasi qui aliena sibi tollit, & suspicantur male de nobis, quasi hanc libertatem finxissemus ad lucrū. Et cōtra illos oriuntur inde [conflictationes hominum mēte corruptorum. i. pseudo prædicatorum, quorū intelligētia vel ratio errore corrupta est, ne possit inuolūtā veritatis cognitionē habere in vera rerū notitia. vel mēte corruptorum, quia etfi caro eorum propter simulationē sanctitatis est integra, mens tamen interior delectatur immūditatis libidinū, & turpitudinibus vel amore pecuniarum. [Et qui priuati sunt à veritate,] quia etfi aliquando veritatē catholicæ doctrinæ aliquaten⁹ cognouerūt, propter errores quos mētī suæ inseruerūt, cognitionem illam penitus amiserunt. Hominum dico [existimantium pietatem. i. dei cultum, [esse quæstum] temporalium rerum, quia pseudo putabant quod Christus esset colendus propter cōmoda præsentis vitæ non futuræ: quoniam & ipsi propter acquisitionem præsentium lucrorum prædicabant:

*Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti simus.*

Ipsi putant pietatē nostræ religionis esse quæstum emolumentum carnalis, & verum quidē est quoddam Christiana [pietas est quæstus,] non tamē exiguus, vt temporalia tantū acquirat, vt ipsi putant, sed [magnus, id est, æterna corporis & animæ bona cōquirens. Magnus quæstus est pietas cum sufficientia, id est, pietas cui sua parua sufficiunt, nec desiderat plus habere quā necesse est. Hanc autem sufficientiam non indeceter vult, quisquis eam vult, nec amplius vult. Alioquin non ipsam vult, & ideo nec decenter vult. Hanc optabat qui precabatur, dicens: Mē dicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria. Hæc necessaria debent nobis sufficere, quia incongruū est vt qui nihil huc attulimus, & nihil hinc portabimus,

multa hinc habere quæramus. [Nihil] videlicet [intulimus in hunc mundum] quando nati sumus: & [haud, id est, non est [dubium quia nec auferre] hinc aliquid [possumus,] quando morientes de mūdo eximus. Nudus enim egreditur de matris utero, & nudus migrat de mundo. Vnus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus. Cur itaque alius in hac vita querit fieri ditior alio? vel cur diues contra pauperem inflatur, cū vterque sine diuitiis venerit, & sine diuitiis abiturus sit? Non igitur diuitias multiplicare quæramus, quas hinc nobis cum portare non possumus: sed [habentes alimenta] quibus pascamur, [ & ] [indumenta] quibus tegamur, his contenti simus, ] nihil vitrā quærentes in hoc seculo, quia frigus & fames simplici vestitu & cibo expelli potest.

*Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorū est cupiditas. Quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem o homo dei hæc fuge. Sectare verò iustitiam, pietatē, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei. apprehende vitam æternam, in quam vocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus.*

Nobis apostolis quos cæteri debent imitari, sufficiunt alimenta & tegumenta, omnibusque Christianis sufficere debent. [Nam qui volūt diuites fieri, in tētationē incidūt.] Nō dico qui diuites sunt, sed qui volūt fieri diuites. Aliud enim est esse diuitē, aliud fieri velle diuitē. Hinc cupiditas accusatur, non aurum, non argentum non diuitiæ. Diuiti præcipitur vt erogat, pauperi, ne desideret. Nā qui volunt diuites fieri, etfi non fiant, ipsa tamen voluntate incidunt in tantationem, [ & in laqueū diaboli. i. in hoc vt cōsentiant suggestioni diaboli. amando diuitias quarum amorem ille suggerit, & illaqueantur ab eo per cōsensum iniquæ persuasionis, & per actionem prauitatis. & cadunt in [desideria multa inutilia & nociua, quia nihil profunt, sed valde nocent. quæ ita nocent, vt mergant [homines in interitum] corporum [ & perditionem, ] animarum. Et rectē dixi quia per cupiditatē diuitiarum cadunt in multa desideria: nam [cupiditas est radix omnium malorum, id est, non est aliqua species mali, quæ non ex aliqua cupiditate aliquando procedat. Hac enim & primus angelus cecidit, qui vtiq; non amant pecuniā, sed propriam potestatem. Hac & primi homines deiecti sunt, qui non aurū, sed inconcessam sibi diuinitatem superbe cupierunt. Plus enim volentes habere quā acceperant, & quod

**A** acceperant amiserunt. Nam cū initium omnis peccati sit superbia, recte malorum omnium radix esse dicitur cupiditas. Vel auaritia hoc loco generalis intelligitur, qua quisque appetit aliquid amplius quā oportet, propter excellentiam suam & quendam propriæ rei amorem. Talis enim peruersitas mentis, competenter vocatur superbia vel cupiditas. Cum sit ergo specialis quædam cupiditas, quæ vilitatis amor pecuniæ dici potest, Apostolus nunc cupiditatē nominans, per speciem genus significauit, & vniuersalem cupiditatem intelligi voluit, dicēs Radix omnium malorū est cupiditas. Ipsa quippe latenter oritur in mente, sed peccatorum omnium punctiones patenter producit in opere. Quas videlicet punctiones ab hac radice surgentes, statim prædicator egregius insinuauit, subdens: [Quæ quidam appetentes, errauerunt à fide & inseruerunt se doloribus multis. Qui enim multos dolores dixit, quasi nascentes ex hac radice punctiones vel spinas innotuit. Quidā per cupiditatē errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis sicut illi qui propter dona principū adorauerunt idola, & post etiam in hoc seculo viles omnibus effecti, multas miseras pertulerunt. Nunc quoque multi per cupiditatē errāt à fide, quoniam auaritia est idolorū seruitus & inserunt se doloribus multis, quoniam mens eorū assidue pūgitur spinis sollicitudinū pro acquisitione vel cōseruatione diuitiarū, & multiplici labore corpus illorū atteritur. Illi per cupiditatē irrationabilē in tot mala decidunt. Sed [tu o homo] ratione vtens, quia es [dei] nō cupiditatis] fuge hæc] mala, si quando per aliquā delectationē humanæ fragilitatis apprehēdere te voluerint. Hæc quidē fuge, sed [iustitiam sectare] vt nunquam obseruatio iustitiæ te possit effugere, sed semper per omnes vias actionum eius sequere. Sectare iustitiam: faciendo vnicuique quod ius exigit, non quod cupiditas. Et sectare [pietatem] vt egenti vel afflicto condescendas per compassionem, & ei clementer subuenias, prout necesse habuerit, & sine auaritia tribuas quod opus fuerit. Et sectare [fidē] vt credendo bona inuisibilia, contempnas visibilia, quia qui verā fidem de deo & futura beatitudine habet, nō curat hic cū impiis in exilio fieri diues, nec plurius est ei mundus quā Deus. Sectare [charitatem] erga Deum & proximum, qua penitus caret auarus: quia nec deum diligit cuius mandatum de dandis elemosynis contemnit: nec proximū diligere probatur, cui de suis operibus nihil impartitur. Tu verò vt charitatem sectari possis, adde, [patientiam,] qua perferas æquanimiter, quæ tibi à proximis inferretur, ne mordearis intrinsecus villo dolore indignationis aduersus eos qui tibi hæc inferēt, sed serenū & tranquillum cor erga eos serues. Multa enim oportet te æquanimiter à proximis tolerare, si charitatem nō vis frequenter amittere. Et erga eos præcipue, à quibus aduersa perferes, sectare [mansuetudinem] vt nihil asperitatis nihil amaritudinis illis rependas, sed mitis & tractabilis erga eos maneat. Cupidus autē neque patienter aduersa tolerat, neque mansuetudinē erga quempiam seruat. Certa quoque. i. pugna

pro anima tua in agone præsentis vitæ, vt corodnam percipias in fine. Certa non malum certamen, sicut auari, qui certant alios superare diuitiis: vel sicut hæretici, qui certant fideles à fide separare: sed certa [bonum certamen fidei] vt benignē contendas fide & bonitate alios superare, & infideles fidei subiicere. Vel certamē fidei, id est, quod fides exigit, certa vt vel in martyrio, vel in agone iustitiæ, vel cōtra hostes fidei vel cōtra quolibet vitia pugnes asidue. Et per victoriam huius certaminis [apprehende,] id est, vi quadam ad te prende [vitam æternam,] Quam debes viriliter apprehendere, quia [in] eam [vocatus es] à deo per euangelicam prædicationem, vel per propositum diuinæ voluntatis. & tu [confessus] es [bonam cōfessionem] fidei & iustitiæ [coram multis testibus] quādo baptizatus es, siue quādo in episcopum cōsecratus: ideoque fructū huius cōfessionis, id est, vitam æternam, nitere apprehendere.

*Præcipio tibi coram deo qui viuificat omnia, & Christo Iesu, qui testimoniū reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem: vt serues mandatum sine macula irreprehensibile, vsque in aduentū domini nostri Iesu Christi, quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens rex regum & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest, cui gloria, honor & imperium sempiternum, Amen.*

Vt vitam æternam possis apprehendere, & bonā confessionem tuā seruare, [præcipio tibi coram deo qui viuificat omnia] quæ viuificantur: & coram Christo, qui in passione sua bonam confessionem reddidit, vt serues mandatum. Non enim vitam consequeris æternā, nisi per eū qui viuificat omnia, & ideo nunc illum præceptionis meæ testem adhibeo, vt ipse tibi vitam tribuat, si obedieris: nec bonā confessionem tuam seruabis, nisi imitando Christū, qui sicut sub Pilato bonam confessionem dedit, ita & tu coram potestatibus huius seculi non timeas veritatem confiteri, & propterea coram Christo tibi præceptum trado. Deus pater viuificat omnia, non tamen sine filio: quia quæcūque ille facit, hæc & filius similiter facit. Et sic cū pater suscitaret mortuos & viuificat, sic & filius vult viuificat: Nec sine spiritu sancto agitur ista viuificatio, quia sicut idem filius ait, Spiritus est qui viuificat. Non solus pater, sed tota trinitas quæ vnus deus est, viuificat omnia. Quod autem sequitur [ & Christo Iesu, qui testimoniū reddidit sub Pontio Pilato bonam cōfessionem] de filio propriè intelligitur: quia sub Pilato in forma serui solum filium nouimus passum esse, non etiam patrem: vel spiritum sanctum. Tū enim ipse filius bonum reddidit

Iob. 1. Nota.

Eph. 5. Colo. 3.

Apo. 17. 19. Ioan. 1. 1. Ioan. 4.

Isaie. 14.

Gene. 3.

**G** testimonium, quia dixit se regem esse, quanuis sciret se inde moriturum esse: & illud testimonium fuit bona confessio veritatis. Hoc testimonium & hanc confessionem reddidit ipse, Ioan. 18. quando respondit Pilato: Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit meam vocem. Sic & tu nullo metu tyrannorum debes à confessione veritatis reticere. Itaq; præcipio tibi corâ deo qui est trinitas, & corâ Christo, qui est mediator dei & hominum homo Christus Iesus, Supra. 2. [vt mandatum] bene agendi & bene docendi, quod tibi trado, [serues sine macula] criminalis peccati, & serues illud [irreprehensibile, id est, vt non sit habile ad reprehendum propter aliquam similitudinē inhonestatis. Et ita serues illud [vsque in aduētū domini nostri Iesu Christi,] de quo ipse dicit: Vigilate, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit, id est, vsq; ad obitum tuū. Vel in Timotheo præcipitur vnicuiq; rectori ecclesiæ, quia successurus est alius post alium vsq; in nouissimum domini aduētū, vt seruet sine macula criminis, & sine reprehensione inhonestæ similitudinis hoc mandatum. [Quem] dominum Christum, vel quem aduentum domini, [suis, id est, congruis & dispositis tēporibus ostendet, id est, palam omnibus visibilem ponet deus trinitas, qui naturaliter in seipso, & ex seipso [beatus] est, quod nulli creaturæ cōgruit. Nulla enim creatura potest esse beata, nisi participatione beatitudinis sui creatoris. Qui [et solus potens] est, quia per seipsum naturaliter omnia potest. Creaturæ verò si quam habent potestatem, ab illo hanc occipiunt: Nō est enim potestas nisi à deo. Et ipse est [rex regū,] quia sub eius imperio regnant omnes quicunq; regnant: [et est dominus dominantium,] quia illi seruiunt aut volentes, aut inuiti, quicunq; aliis dominantur. Hæc (vt diximus) de tota trinitate dicuntur, quæ vnus est deus. [Qui solus habet immortalitatem,] quia solus est immutabilis. In omni enim mutabili natura, nonnulla mors est ipsa mutatio, quia facit aliquid in ea non esse quod erat. Proinde & ipsa anima humana, quæ propterea dicitur immortalis, quia qualitercunq; secundum modum suam nunquā desinit viuere, habet tamē pro ipso suo modo quandā mortem suam. Quia si iuste vivebat & peccat, moritur iustitiæ. Si peccatrix erat & iustificatur, moritur peccato. Vt alias eius mutationes taceam, de quibus longum est disputare, & creaturarū natura cælestium mori potuit, quia peccare potuit. Nam & angeli peccauerunt, atque dæmones facti sunt: & qui non peccauerunt, peccare potuerunt. Et cuiusq; rationali creaturæ præstat vt peccare non possit, non est creaturæ proprium, sed dei gratiæ. Ac per hoc solus deus habet immortalitatem, qui non alicuius gratiæ, sed natura sua nec potuit, nec potest aliqua cōuersione mutari: nec potuit, nec poterit aliqua mutatione peccare. Qui [et lucem habitat inaccessibilem.] Sed si inaccessible est lux, in qua ipse manet, quomodo nobis dicitur, Accedite ad eum & illuminamini? Sed inaccessible est viribus nostris, acceditur autē ad eum muneribus suis. Moyses enim accessit ad caliginem in qua erat deus. Illa enim caligo lux ista est, quæ hic dicitur inaccessibleis: quia & omnis etiā corporea lux, quæ præ nimietate charitatis nō potest aspici, rectē caligo & inaccessibleis potest appellari. De hac caligine ad quam Moyses accessit, Dionysius ita scripsit: Diuina caligo est inaccessible lumen, in quo habitare deus dicitur, & inuisibili eo existente propter supereminentē claritatē, & inaccessiblei eodem per superexcellentiā superessentialis luminum manifestationis. In hoc fit omnis scire deum & videre dignus, eum nō videndo neque cognoscēdo verē super visionē & cognitionē factus, hoc ipsum cognoscēs, quia post omnia est sensibilia & intelligibilia, & propheticē videns mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam. Inaccessibilis ergo dicitur lux ista, siue caligo quā deus inhabitat, propter superexcellentiā splendoris, in cuius visione caligat interior oculus rationalis creaturæ: quia sicut idem Dionysius alibi de eo loquitur, educit super & verbum & intellectum, in obscuritatem super omne & verbum & intellectum superessentialiter superessentialis superdiuinitatis, neque nomen eius, neq; verbum, sed super-exaltatur. Ista exaltatio est illa lucis inaccessibleis. [Quem nullus hominū vidit, sed nec videre potest] propter supereminentem claritatem quæ exuperat & reuerberat humanū visum. Videri enim diuinitas humano visu nullo modo potest, sed eo visu videtur, quo iam qui viderint, nō homines, sed vltra homines sunt. Scriptura quippē sacra omnes carnaliū sectatores, humanitatis nomine solet notare. Vnde Corinthiis dictū est: Cū sit inter vos zelus & contentio, nōne carnales estis, & secundū hominē ambulatis? Et paulō post: Nōne hoīes estis? More enim suo Apostolus & hīc & ibi hoīes vocauit, humana sapiētes: quia qui diuina sapiunt, supra homines sunt. Videbimus igitur deū, si per cælestem cōuersionē supra homines esse mereamur. [Cui sit gloria] in amplificatione fidelium, & [honor] in assiduitate bonæ cōuersionis, & [imperium] in plenaria humilitate cordis eorum. Imperium dico [sempiternum] vt ipse perenniter in bono corde eorū regnet. Vel sine initio & sine fine, & sine mutabilitate est ei permans in seipso naturaliter gloria & honor, nec nō & imperium sempiternū. quo voluntas eius æternaliter adimpletur. Non enim cœpit imperiū habere, quando cœpit creaturas facere, sed ab æterno possidet imperium sempiternum. [Amen,] id est, fideliter dicta sunt hæc omnia.

*Diuitibus huius seculi præcipe non sublimē sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in deo viuo qui præstat nobis omnia abundē ad fruendum, bene agere, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, comunicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam.*

Superius

**K** Superius ostendit pericula, quæ contingunt his qui volunt fieri diuites, & ideo ne Timotheus de salute diuitum desperaret, ipsoq; deuitaret, docet eum qualiter eis viam salutis ostēdat. [Diuitibus, inquit, huius seculi, id est, qui seculares habent diuitias,] [præcipe nō sublimē, id est, nō superbē] [sapere.] Vbi notādum valde est, quod humilitatis doctor memoriā diuitum faciens, nō ait, Roga, sed præcipe: quia etsi impendenda est charitas vel pietas infirmitati, honor tamen nō debetur elationi. Talibus ergo re & in rebus transitoriis altitudine cogitationis intumescunt. Nihil enim tam timendum in diuitiis quā superbia. Non enim diuitias expauit Apostolus, sed morbū diuitiarū. Morbus autē diuitiarū est superbia. Nā grandis est animus, qui inter diuitias isto morbo nō tentatur. Magnus ergo est diues, qui nō se ideo magnū putat, quia diues est. Qui autē ideo se magnū putat, superbus & egenus est. Præcipe, inquit, diuitibus huius seculi. Non adderet huius seculi, nisi essent & alij diuites, qui nō sunt huius seculi. Ipsi sunt enim, quorum princeps & caput est ille, de quo dictū est: Propter vos egenus factus est cū diues esset, vt illius inopia diuites essetis. Paupertas enim Christi nō pecuniā nobis attulit, sed iustitiam. Paupertas illius vnde? Quia mortalis effectus est. Ergo veræ diuitiæ immortalitas est. Ibi enim vera copia, vbi nulla indigētia. Qui ergo has habet diuitias, diues est, sed nō huius seculi. Nec tamen & diuites huius seculi contēpti sunt, sed eis ostenditur, quomodo veras possint habere diuitias. Præcipe, inquit, diuitibus huius seculi nō sublimē sapere, id est, vt sublimitas non sit eis sapida & dulcis: [neq; sperare in incerto diuitiarū, id est, vt non sperent in diuitiis, de quibus incertū habent quandiu illas possideant, & quid sibi pro illis venturum sit. Sicut poma vel arbores habēt suos vermes, ita diuitiæ suum vermen habent. Vermis diuitiarum est superbia. Ergo præcipitur diuitibus, non vt diuitias abiciant, sed vt superbe non sapiant. Vermis enim excluditur, vsus diuitiarum permittitur. Inde autem superbit diues, quia sperat in incerto diuitiarum. Nā si incerta diuitiarum prudenter attenderet, nunquam superbiret, sed semper timeret: & quātō esset ditior, tantō fieret sollicitior, etiā secundum hanc vitam. Multi enim pauperes in istis seculi perturbationibus securiores fuere. Multi autē propter suas diuitias quæsi & comprehensi, atque cruciati vel interfecti sunt. Multi erant heri diuites, & venientibus latronibus atque cuncta auferentibus, euigilant pauperes: ergo non est sperādum in incerto diuitiarum [sed in deo viuo.] Ne enim se spem perdidisse arbitrarentur, subiunctum est, sed in deo. In deo sperent, [qui præstat nobis abundē omnia ad fruendū] tēporalia & æterna. Sed magis ad fruendum æterna, ad vtendum temporalia. Temporalia tanquam viatoribus, æterna tanquam habitatoribus. Tēporalia, vnde bona faciamus: æterna, vnde boni efficiamur. Hoc ita debent facere diuites & [bene agere, id est, bonis operibus insudare, & [diuites fieri in bonis operibus,] vt repleantur

diuitiis bonorum operum. Sperent in domino qui dat omnia abundanter ad fruendum, id est, qui nobis erit omnia ad fruendum. Nā nō mihi videtur dictum, qui dat nobis abundē omnia ad fruendum, nisi seipsum. Videtur enim esse aliud vt, aliud frui. Vt mur enim pro necessitate, frui mur pro iucunditate. Ergo ista temporalia dat ad vtendum, se autem dat ad fruendum. Si igitur se, quare dictum est omnia, nisi iuxta illud quod dictum est, vt sit deus omnia in omnibus? Diuites, inquit, fieri in operibus bonis, [facile tribuere.] Hoc profint illis diuitiæ, ne sit ei difficultas tribuendi. Vult enim pauper, & nō potest. Vult diues, & potest. Ergo, quia facile potest, facile tribuat indigentibus. Diuites enim debent [communicare] id est, bona sua sanctis pauperibus communia secum facere, & [thesaurizare sibi fundamentum bonum] id est, firmitatem perpetuæ stabilitatis [in futurū] vbi sunt verē diuites, sed non huius seculi. Non enim, quia dico, vt facile tribuant & communicent, expoliare eos volo & inanes relinquere. Nam doceo lucrum, cū dico vt thesaurizent sibi. Non vt diuitias perdant, moneo: sed quō eas præmittant, doceo. Præmittant thesauros suos in locum vbi est vera vita, vt ipsi postmodum sequentes, apprehendant eam: ne si hīc thesaurizauerint, decipiantur à falsitate huius vitæ, sicut ille diues purpuratus, qui Lazaro micæ dare noluit: & ideo flammis postea traditus, impetrare guttam aquæ non potuit.

*O Timothee, depositum custodi, deuitans profanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ: quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.*

Cū plurima Timotheo Apostolus iniunxisset, post omnia iubet vt depositum, id est, cōmēdatum sibi thesaurum scientiæ, videlicet acceptum à domino talentum bene custodiat, vt multiplicatum illud reddat: & idcirco nomine proprio illū vocat, vt vigilantiorē & attentiorē reddat ad seruandū quod admonet. [O, inquit, Timothee, depositū, id est, thesaurum sapiētiæ] [custodi,] quem deus & ego tibi cōmendamus, ne quis illum tibi furetur per nouas inductiones verborum. Et ideo custodi illum, [deuitans nouitates vocum profanas, id est, quæ sunt extra religionē. Aliæ enim non sunt vitandæ, quæ congruunt doctrinæ religionis, sicut ipsum nomen Christianorum, quod post ascensionē domini cœpit, quādo primū in Antiochia discipuli sunt appellati Christiani, res tamen ipsa & ante nomē erat. Et aduersus impietate Arriano rum nouum nomen patres addiderunt, εὐουδοῖον, sed non rem nouam tali nomine signauerunt. Hoc enim vocatur εὐουδοῖον, quod est, Ego & pater vnus sumus, vnus videlicet eiusdemque substantiæ. Nam si omnis nouitas profana esset, nec à domino diceretur, Mandatum nouum do vobis, nec testamentum appellaretur nouum. Sed profanæ sunt vocū nouitates, quoties hæretici nouum quemlibet errorem inueniunt, & loqui

Nota.

Cor. 8.

Locus obscurus.

Cor. 3.

M

Cor. 15

Luc. 16.

F

Act. 11.

Iob. 10.

Iob. 13.

**G**loqui cæteris præsumunt. Et huiusmodi nouitates deuita, si depositum vis custodire. [ & oppositiones sciētie falsi nominis ] caue. i. oppositiones quæ Christianæ doctrinæ possunt obici ex scientia hæreticorum, qui se scientes esse iactāt, cum sint inscij, vel ex scientia seculari, quæ falso nomine vocatur scientia, cum nomē eius verū sit ignorātia, siue error vel imperitia. Ex qua prædicationi euāgelicæ multa opponuntur, sicuti est nō potuisse virginē parere, nec deum potuisse mori, nec mortuum resuscitare seipsum potuisse, & his similia, quæ nobis ab imprudētia physicorū vel hæreticorum opponuntur. Sed huiusmodi oppositiones deuita, quæ veniūt ex sciētia, quæ falso nominatur scientia: quia non est scientia, sed inscientia. [ quam scientiam quidā promittentes ] aliis se duros, [ exciderunt. i. ex toto ceciderunt in errores, eundo [ circa fidem ] semper & nūquam intus intrando. Nihil enim sic amant isti quæ scientiam promittere, & fidem rerum verarum quas credere paruuli præcipiuntur, velut imperitiam deridere. [ Gratia tecū. ] Ac si dicatur: Multa tibi per huius epistolæ textū iniāxi, sed vthæc omnia custodire valeas, gratia dei sit tecum. i. cum viribus arbitrij tui manens & cooperans. [ Amen. i. fideliter dicta sunt vniuersa quæ continentur in hac epistola. Nam sicut amen quod in fine orationis respondetur, totam confirmat orationē: sic amen quod in fine epistolæ scribitur confirmat epistolam, ]

Nota

Epistolæ primæ ad Timotheum finis.

**PRAEFATIO IN EPISTOLAM SECUNDAM AD TIMOTHEUM.**

**P**aulus Romæ vinculis tentus, & iam de mundo transcurus, scribit iterum Timotheo infirmitatibus & aduersis fatigato vt constanter laboraret in gratia Dei sibi credita, exhortans multis modis eū ad martyrium. Roborat eum cōtra falsos prædicatores, & instruit de regula omnis veritatis, & de his quæ futura sunt temporibus nouissimis, & de sua passione. Sicque incipit.

**EPISTOLAE PAULI SECUNDAE AD TIMOTHEUM, CAPVT I.**

**P**aulus apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, secundum promissionem vitæ quæ est in Christo Iesu, Timotheo charissimo filio: gratia misericordia & pax à Deo patre & Christo Iesu domino nostro.

Timotheo scribit [ Paulus qui est apostolus, id est, legatus [ Christi Iesu, ] quæ misit saluator rex prædicare viā salutis, & est apostolus nō per suā usurpationē, sed per Dei patris voluntatē. ] Est inquam apostolus. i. prædicare missus, [ secundum promissionem vitæ, quæ est in Christo Iesu. i. vt annunciet credentibus factam à Deo

promissionem illius incorruptionis, quæ iam in Christo à mortuis resuscitato, quod scilicet deus promisit mēbris eam vitā, quæ iā est in capite. Et ille qui taliter est apostolus, scribit [ Timotheo ] non vili, sed [ charissimo filio ] in sanctitate & sapientia genito. Et huic filio sit [ gratia. i. donū spiritus sancti, per quod sanctificetur quicquid gerit: & [ misericordia, ] qua misericorditer à peccatis & hostibus cunctisq; miseris liberetur: [ & pax, ] quā suis Christus reliquit in obseruatione fraternæ charitatis, quāmq; daturus est illis in requie beatæ perennitatis. Et hæc sint illi [ à deo patre, ] qui nos creauit, & in filios adoptauit, [ & à Christo Iesu domino nostro, ] qui est rex & saluator & dominator nostri.

*Gratias ago deo meo, cui seruo à progenitoribus meis in cōsciētia pura, quam sine intermissione habeam tui memoriā in orationibus meis nocte ac die desiderans te videre, memor lachrymarū tuarum, vt gaudio implear, recordationem accipiens eius fidei, quæ est in te nō ficta, quæ & habitauit primum in auia tua Loide & matre tua Eunice. Certus sum autem quod & in te. Propter quam causam admono te, vt resuscites gratiā dei, quæ est in te per impositionē manū mearum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis & dilectionis & sobrietatis.*

[ Gratias ago de te deo meo, cui ego in cōsciētia pura seruo à progenitoribus meis. i. ab Abraam, Isaac & Iacob, cæterisq; sanctis patribus Hebræis, à quibus exemplum accipio diuinæ seruitutis. vel si de carnali patre & matre hoc intelligitur, ex quo ab his processit & intelligente cœpi, semp deo seruiui in cōsciētia pura ab intentione mala. Nā etiam in persecutione quā zelo legis Christianos exercui, puram cōsciētiā habui, quia inde multum Deo me placere putauit, sicut ipse Christus eis prædixerat: Venit, inquit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequiū se præstare deo. Itaque semper cōsciētiæ puritatem. i. cordis mundam intentionē habens ab infamia, non cesso seruire deo. Cui nunc gratias ago quā. i. quantū [ habeam tui memoriā sine intermissione. ] Hoc est, perpendens assidue quantum sim tui memor, gratias deo refero qui te talē fecit, vt sis dignus semper in memoria meæ mētis permanere. Vel secundum alios codices facilius legitur ita: Gratias ago deo cui seruo à progenitoribus in cōsciētia pura, quod habeam sine intermissione memoriā tui, quod scilicet sis dignus propter meritum tuæ sanctitatis in corde meo semper esse. Hæc est sapiēs exhortatio ad meliora. Memoriā tui habeo sine intermissione [ in orationib; meis. i. nunquam intermitto tui memor esse, quoties cunque oro, vt pro te orem [ nocte ac die. ] Et

ideo

**A** ideo te sic precib; meis sic intermisceo, quia sum [ desiderans te videre, ] vt aliquid solatum habeam in conspectu præsentis tuæ, qui tot malis afficior in hoc carcere. Videre in quā te desidero, [ memor lachrymarum tuarum, ] quas haberes fudisti, cum te Ephesi reliquerē, quia nimis erat tibi durum non semper esse mecum. Et propterea te desidero videre, vt videns te quem tantum diligo [ implear gaudio. ] Magnū enim mihi gaudiū erit, si te adhuc videre poterō priusquam moriar. Dixi quia memor lachrymarum tuarum. Et sum memor earū, [ accipiens recordationem eius fidei, quæ est in te non ficta, ] nō simulata, nec fictitia, sed vera bonis operibus ornata, quæ te monet vt fortiter agas, cum etiā in sceminis firma fuerit, quoniam & [ habitauit primum in auia tua Loide, & in matre tua Eunice. ] pater enim tuus fuit gentilis. In illis habitauit fides. sed & ego [ certus sum, id est, pro certo noui [ quod & in te ] habitet eadem fides, cuius exemplum ab illis accepisti, & ideo serua diligēter eam. ] propter quam causam, id est, quia fidem à bonis parentibus velut hæreditario iure possides, & tam bonus hucusq; fuisti, vt non possis auferri de memoria cordis mei, [ admono te vt resuscites gratiā dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum, id est, prædicādo exerceas officium episcopale, quod accepisti quando tibi manus in ordinatione tua imposui, quod quasi mortuū est in te timore martyrij. Gratia enim episcopatus admono eū resuscitare, vt confidentius prædicet verbum dei, non timens terrenas potestates, nec erubescens se dicere seruum crucifixi & discipulum vincti. Aliquantulū enim in hoc negligens & timidus fuerat factus, quoniam aduersis, erat fatigatus. Sed auia & matris eius mētio præmittitur, quæ mulieres fuerunt, & fidē constanter tenuerunt, cum adhuc recētiore esset, pauciq; fideles essent, vt cogitet quia ipse qui vir est, & sub eis nutritus, multo magis nunc cum iam multitudo fidelium abundet, fidem & gratiam viriliter tenere & prædicare debet. Moneo, inquit, vt resuscites gratiam dei, quæ metu tribulationum quodammodo cecidit in te. Quod potes & debes agere, quia [ deus non dedit nobis spiritum timoris, sed spiritum virtutis, ] id est, non dedit nobis spiritum qui faciat nos timere aduersitates huius seculi, sed qui nos faciat fortes contra aduersa omnia, vt per virtutem constantiæ semper vincamus timoris aduersitatem. Non accepimus spiritum timoris illius, de quo dicit dominus: Nolite timere eos qui occidunt corpus, ne scilicet negemus eum illo timore, quo turbatus est Petrus: sed accepimus spiritū illius timoris de quo subiūgit: Timete eum qui habet potestatem & corpus & animā perdere in gehennā. Maior quippe libertas est necessaria aduersus tot & tantas tentationes, vt cum omnibus amoribus, terroribus, erroribus suis vincatur hic mundus. Hoc sanctorum martyria docuerunt, donante illo à quo perceperunt spiritum non timoris, quo persequētibus crederēt: sed virtutis [ & dilectionis & sobrietatis, ] quo cuncta minantia, cuncta mutātia, cruciantia cuncta superarent. Virtutis, vt contra aduersa for-

Actu. 16.

B

C

Matt. 10.

Ioan. 18.

Mat. 10.

tes essent: dilectionis vt Deum super omnia diligerēt: sobrietatis, vt seculi cupiditatibus inebriari fugerent.

*Noli itaque erubescere testimonium domini nostri, neque me vinctum eius, sed collabora euangelio secundum virtutem Dei, qui nos liberauit, & vocauit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia, manifestata est autem nūc per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam & incorruptionem per euangeliū in quo positus sum ego prædicator & apostolus & magister gentium. Ob quā causam etiam hæc patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum serua re in illum diem.*

Quoniam spiritū timoris non accepisti, sed virtutis & charitatis, [ itaq; noli erubescere testimonium domini nostri Iesu Christi. i. non solū timeas, sed etiā non erubescas prædicare Christum crucifixū, quia surrexit, & ideo gloria resurrectionis penitus excludit confusionem crucis. Cum ipse sit dominus noster, cui omnes seruire debemus, noli erubescere testimonium eius, id est, non sit tibi verecundia hunc prædicare deum immortalem, qui pro omnibus in assumpta carne dignatus est ad horam gustare mortē, ne incidas in illam comminationem qua dixit, Qui me erubuerit & meos sermones, hūc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua. [ neq; erubescas me vinctum eius, ] quia nō est rubor confusionis pro iustitia pati vincula. Nō est in hac re quicquam verecundiæ, & ideo noli propter insultationes infidelium erubescere me vinctū esse pro Christo, [ sed collabora, ] id est, mecum labora, [ euangelio, ] id est, profectui euāgelij [ secundum virtutem Dei, ] id est, à deo nobis datā, [ qui nos ] sanguine Christi [ liberauit ] à iugo diaboli, sicut antea sanguine agni filios Israël à potestate Pharaonis, & per euāgelicam prædicationem [ vocauit ] nos qui eramus auersi. Vocauit nos vocatione sua, [ id est, sibi soli cōgrua. vocatione dico, [ sancta, ] id est, ad hoc spectante, vt nos sanctos faciat. Vocationem Apostolus duplicat, vt insinuet nos à deo vocatos per filium & apostolos. Vocauit in quā nos, & hoc [ non secundum opera nostra, ] quia nō feceramus opera pro quibus digni essemus ab eo vocari, sed potius damnari, sed ipse sine præcedētib; bonis operibus nostris misericorditer vocauit nos [ secundum propositum suum. i. secundum quod proposuerat nos per misericordiam saluare

Luc. 9.





**G** buere. [Intellige, id est, discerne[quæ dico, et si videar contrarius esse, & contra in quod ipse facio, dicere. Tu enim infirmus es, ideo debes accipere: ego verò si acciperem, scandalum generarem. Et bene poteris hæc ita intelligere, quia [dominus tibi intellectum dabit] non solum in his, sed & in omnibus.

*Memor esto; Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine David secundum euangelium meum, in quo laboro vsque ad vincula quasi male operans, sed verbum dei non est alligatum.*

Vel legitime certado tēdas ad coronā, [memor esto Iesum Christū resurrexisse à mortuis, id est, sedula meditatione in animo tuo reuolue Christū per laborē passionis peruenisse ad gloriā resurrectionis, tēque similiter opportuno tēpore ad gloriā resurrexerit, si nunc pro eius nomine nō respueris amaritudines passionum. Fides resurrectionis Christi eos distinguet à paganis & Iudæis, quia illi credunt esse eū crucifixum, nos autē credimus eū die tertia resurrexisse. Libēter enim credunt crucis contumeliā, sed cōfiteri nolunt resurrectionis gloriā, idēoque perpetuā sustinebūt ignominia. Nos verò post crucē & sepulturā alacriter confitemur resurrectionis gloriā, vt eius exēplo per certamina spiritaliū bellorū accipere mereamur perennem victoriæ coronā. Qui est [ex semine David,] quia incorrupta eius genitrix verā de stirpe David duxit carnis originē. Nam filius dei, per quē facti sumus, & filius hominis per assumptionē carnis factus est, vt moreretur propter delicta nostra, & resurgeret propter iustificatiōnē nostrā. Et hoc [secundū euāgelium meum,] quia secundū authenticā veritatē meæ prædicationis asseritur Christus, & ex stirpe David incarnatus esse & post mortem resurrexisse, licet peruersi negent. [In quo euangelio laboro vsq; ad vincula,] & tu similiter agere debes. Laboro vsq; ad vincula in euangelio, quoniam vniuersos præcedentes labores & ad vltimum vincula patior in euāgelica prædicatione, habitus [quasi male operans.] Et ego quidem in corpore meo vincula, porto [sed verbum dei non est alligatum,] quoniam libere procedit ex ore meo: nec solum præsentibus sermonibus instruo, sed & absentes epistolis confirmo. Quia ego ligari possum ab eis qui veritati contradicunt, non ipsa veritas quam loquor. Sic & tu in illis pœnis nō debes à prædicatione veritatis cessare.

*Ideo omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum gloria cælesti. Fidelis sermo. Nam si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinemus, & conregnabimus: si negauerimus, & ille negabit nos: si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Hæc commune, testificans coram domino.*

*Ideo omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum gloria cælesti. Fidelis sermo. Nam si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinemus, & conregnabimus: si negauerimus, & ille negabit nos: si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Hæc commune, testificans coram domino.*

Dixi quia verbum dei non potest alligari. Et [ideo. i. quia cohiberi nō possum à prædicatione veritatis, [sustineo libēter omnia] mala, quæ mihi pro hac re inferūt, & hoc facio [propter electos,] quia his qui ad vitā prædestinati sunt, valde proficit quod nulla me pœnarū acerbitas ab instantia prædicationis frāgit. Vel quia sum memor resurrexisse, ideo sustineo patienter oīa propter electos exēplo mei informandos [vt & ipsi] quēadmodū ego sustinētes, [cōsequantur veram salutē, quæ est in Christo Iesu,] & cōsequatur eam [cum gloria cælesti,] vt simul accipiant & salutem æternā & cælestem gloriā. Et iste [sermo] de consequatione salutis & gloriæ eorū, quos deus in prædestinatione sua iam elegit, [fidelis est, id est, verax & nihil fallaciæ habens. Et verè fideliter iste sermo complebitur. [Nam si cōmortui sumus, id est, si cum Christo mortui sumus, hoc est, si imitatione mortis eius mortificati sumus in baptismo vitii, vt vltā iā nō viuamus in eis: [ & conuiuemus. i. etiā cum illo viuemus in æterna beatitudine. [Et si sustinemus] aduersa pro eius nomine, sicut ille sustinuit pro nostra salute, tunc [ & conregnabimus, id est, cū illo regnabimus participes regni eius. si verò [negauerimus] illum metu passionū, [ & ille negabit nos] in futuro iudicio, dicens: Nescio vos vnde sitis. recedite à me operarij iniquitatis. Hoc est enim quod ipse minatus est, dicens: *Matt. 7. Qui negauerit me corā hominibus, negabo & ego eum coram patre meo. Et [si nō credimus] de illo quæ credenda sunt, [ille permanet fidelis, id est, verax in his quæ de seipso locutus est, & [nō potest negare seipsum.] De qua re Dionysius Areopagita sic argumētatur: Suimet negatio, casus veritatis est. Veritas autem est, & veritas casus non est. verò interpretatur, existens, vel qui est. Si igitur veritas est, negatiōque veritatis non est, casus, ex onte cadere. Deus cadere nō potest, & nō esse non est. Tanquā si quis dixerit, nō posse nō potest, & nescire secundū priuationē nescit. Hæc ex dictis Dionysij. Si ergo deus nō potest negare se, & nō potest mentiri vel aliquid iniustum facere, quomodo est omnipotens, nisi quia hæc vel his similia posse, nō est potētia, sed impotentia? Nā qui talia potest, quod sibi nō expedit potest, & quod nō debet potest. Quæ quāto magis potest, tāto magis aduersitas & peruersitas possunt in illū, & ipse minus cōtra illas. Qui ergo sic potest, non potentia potest, sed impotentia. Sed deus inde vere est omnipotēs quia nihil potest per impotentia, & nihil potest cōtra eum aliquid. Recte itaq; de omnipotēte dictum est, quia negare seipsum nō potest. Nā & de Iudæis legitur quod propterea nō poterāt credere, quia dixit Isaias, *Ioan. 12. Excæcauit oculos eorū & indurauit cor eorū. Sic autē dictum est, non poterant, vbi intelligendum est quod nolebant, sicut & de deo nunc dicitur, quia negare seipsum nō potest. Sicut ergo quod dominus seipsum negare non potest, laus est voluntatis diuinæ, ita quod illi nō poterāt credere, culpa est voluntatis humanæ. [Hæc commune] attendere & seruare, [testificans, id est, vt idoneus testis affirmans ea] coram domino, id est, in oculis dei qui nos præsens aspicit.**

*Matt. 7. Qui negauerit me corā hominibus, negabo & ego eum coram patre meo. Et [si nō credimus] de illo quæ credenda sunt, [ille permanet fidelis, id est, verax in his quæ de seipso locutus est, & [nō potest negare seipsum.] De qua re Dionysius Areopagita sic argumētatur: Suimet negatio, casus veritatis est. Veritas autem est, & veritas casus non est. verò interpretatur, existens, vel qui est. Si igitur veritas est, negatiōque veritatis non est, casus, ex onte cadere. Deus cadere nō potest, & nō esse non est. Tanquā si quis dixerit, nō posse nō potest, & nescire secundū priuationē nescit. Hæc ex dictis Dionysij. Si ergo deus nō potest negare se, & nō potest mentiri vel aliquid iniustum facere, quomodo est omnipotens, nisi quia hæc vel his similia posse, nō est potētia, sed impotentia? Nā qui talia potest, quod sibi nō expedit potest, & quod nō debet potest. Quæ quāto magis potest, tāto magis aduersitas & peruersitas possunt in illū, & ipse minus cōtra illas. Qui ergo sic potest, non potentia potest, sed impotentia. Sed deus inde vere est omnipotēs quia nihil potest per impotentia, & nihil potest cōtra eum aliquid. Recte itaq; de omnipotēte dictum est, quia negare seipsum nō potest. Nā & de Iudæis legitur quod propterea nō poterāt credere, quia dixit Isaias, *Ioan. 12. Excæcauit oculos eorū & indurauit cor eorū. Sic autē dictum est, non poterant, vbi intelligendum est quod nolebant, sicut & de deo nunc dicitur, quia negare seipsum nō potest. Sicut ergo quod dominus seipsum negare non potest, laus est voluntatis diuinæ, ita quod illi nō poterāt credere, culpa est voluntatis humanæ. [Hæc commune] attendere & seruare, [testificans, id est, vt idoneus testis affirmans ea] coram domino, id est, in oculis dei qui nos præsens aspicit.**

*Noli*

**A** *Noli contendere verbis. Ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionem audientium. Sollicitè autem cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis.*

Hucusq; dedit rationes, cur esse debeat constans in prædicatione. Et ne ipse studio constanti vellet cōtentionibus more garrulorum deservire, [noli,] inquit, [verbis cōtendere.] Non ait, noli rationibus contendere, quia hoc bonū est: sed, noli contendere verbis, vbi procax garrulitas est. Ideo noli verbis cōtendere, quia [ad nihil est utile] sic cōtendere. i. ad nihil valet huiusmodi contentio, [nisi ad subuersionem audientium.] Auditores enim per hanc subuertuntur, putantes aduersarios habere aliquam rationabilem causam, dum sic eos clamantes attendunt. Litigiosa verba desere, & aduersarios tuos bonis operib; vince. Et hoc est: [Sollicitè cura teipsum exhibere deo probabilem,] id est, laudabilem, vt scilicet te talē dei oculis exhibeas, quatenus ipse te approbet. Et exhibe te [operariū inconfusibilem,] vel secundum alios codices irreprehensibilem, quod idē significat. Ex reprehensione enim nascitur confusio illi qui reprehenditur: & qui non potest reprehendi, nō confunditur. Exhibe te ergo operarium inconfusibilem. i. irreprehensibilem. i. talem te fac in cūctis operibus tuis, vt in nullo eorū sustineas cōfusionem verecundiæ, nec reprehendi possis in aliquo, nec quisquam impropere tibi valeat quid dignū confusione. Et exhibe te [recte tractantem verbum veritatis,] vt neque sanctum

**B** *des canibus, nec margaritas porcis, sed (prout oportuerit) secundum qualitatem vniuscuiusq; personæ verbum dei annuncies, & nihil prauæ intelligentiæ admisceas. Hæretici enim nō recte, sed peruersè tractant verbum veritatis, quia conātur illud ad prauitatem sui sensus inflectere, De quorum doctrinis subditur:*

*Profana autem & vaniloquia deuita. Multum enim proficiūt ad impietatem, & sermo eorum vt cancer serpit. Ex quibus est Hymenæus & Philetus, qui à veritate exciderunt, dicētes resurrectionem iam factam, & subuertunt quorundam fidem. Sed firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Cognouit dominus qui sunt eius, & discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini.*

Verbum veritatis (vt dixi) recte tracta. Sed [profana. i. verba hæreticorum aliena à pietatis religione, [ & vaniloquia] eorū. i. dicta ipsorum quæ vacua sunt ad omni vtilitate, [deuita.] Et quare? Quia si audita fuerint, [proficiēt multum ad impietatem] perfidię roborandā & au-

gmentandam, dum destruunt fidei pietatē. [ & D sermo eorum serpit vt cācer, id est, magis ac magis occupat & deuorat ac maculat mentes, in quibus radicare cœperit, sicut morbus qui dicitur cancer, latius semper occupat, & cœdat ac deuorat illam partem corporis in qua nascitur, vel sicut piscis qui dicitur cancer, non in antè, sed retrò tendit, sic sermo eorum nō auditores suos ad deū ducit, sed à deo retrahit, & apostatare facit. [Ex quibus] sic loquentibus [est Hymenæus & socius eius Philetus, qui à veritate] fidei in qua positi fuerant, [exciderunt,] imitantes diabolum, qui in veritate non stetit, [dicentes iam esse factam resurrectionē] in eorū cordibus, qui crediderunt, nec aliam amplius futuram. & talibus dictis [subuertunt quorundam fidem,] vt non credant corporum resurrectionem. Omnes enim sectæ, quæ se aliquam religionem huminibus inserere præsumperunt, non negauerunt istam mentium resurrectionē, ne diceretur eis: Si non resurgit anima, quare mihi loqueris? Quid in me facere vis? Si non facis ex deteriore meliorē, quare mihi loqueris? Si non facis ex iniquo iustum, quare mihi loqueris? Si autem facis ex iniquo iustum, ex impio pium, ex stulto sapientem, fateris resurgere animam meam, si tibi obtēperauero, si tibi credidero. Volentes ergo credi sibi omnes qui instituerunt alicuius etiam falsæ religionis sectam, negare istam resurrectionem mendacio nō potuerunt. Omnes de ista consenserunt, sed multi carnis resurrectionem negauerunt. Dixerūt in fide iam factam esse resurrectionem. Attendentes enim verba quæ assidue dicit Apostolus, quia & mortui sumus cum Christo, & resurreximus cū eo, nec intelligentes quare ista dicantur, arbitrati sunt iam factā esse resurrectionē, nec vllam vltius in fine temporū esse sperandam. Et talibus nunc resistit idē Apostolus. Ex quibus, inquit, est Hymenæus & Philetus, qui à veritate exciderunt, dicentes resurrectionem iam factam esse, & subuertunt quorundam fidē. Iam factam esse resurrectionem dicebant, sed eo modo, vt non speraretur alia: & reprehēdebant homines qui sperabant resurrectionem carnis, velut iam resurrectio quæ promissa erat, credēdo impleretur in mente. Subuertunt, inquit, fidem quorundam. Et quasi diceretur ei, & quis eis potest resistere, subiicit statim: [Sed firmum fundamentum Dei stat.] Fides quorundam infirmantium & ad electorum sortem non pertinentium subuertitur ab hæreticis, sed firmum fundamentum dei, id est, firma fides quam deus per spiritum sanctū in cordibus electorum suorum fundauit, stat. i. nullatenus subuerti vel inclinari potest, [habēs hoc signaculū. i. hæc velut sigilli impressionem, quia scilicet [cognouit dominus qui sunt eius, & discedat ab iniquitate quicumque nomen domini nominat,] Hoc signaculum cordi suo impressum bonus habet. i. hanc cogitationē suæ mēti firmiter infixam, vt apud se dicat: Quid mihi prodesset, si exterius simularē esse iustum vel fidelem, & interius nequam esse? Nihil. Quia qui corda omnium inspicit, ipse nouit qui sunt eius. Ideoque veraciter in oculis ei; studeo fidelis vel iust; apparere, vt possim

Ioan. 8.

al. solida-uit.

**G** vt possim ad eorum sortem qui sunt eius, pertinere. Talis cogitatio est diuini sigilli impressio. Per hoc etiam hæreses & omnia salutis contraria deuitat, quia scit debere discedere ab iniquitate omnes qui dominum inuocant. Hæc itaq; sigilli impressio, qua distinguuntur à cæteris qui subuertuntur, est in fundamento dei firmo, id est, in robusta fide electorum dei, quia nouit dominus qui ad eius hæreditatem pertineant: & aliis recedentibus à fide, illi qui prædestinati sunt, non possunt recedere: vel si recesserint, necesse est eos redire. Nec moueat quod sepe diabolus seducit etiã illos, qui regenerati, in Christiam vias ingrediuntur dei, quia nouit dominus qui sunt eius. Ex his in æternam damnationem neminem ille seducit. Sic eos nouit dominus vt, quem nihil latet etiam futurorum. Nam sunt etiam quidã ex eorum numero, qui adhuc nequiter viuunt, aut etiam in hæresibus vel in gètilium superstitionibus iacēt, & tamen etiam

**H** illic nouit dominus qui sunt eius. Nanque in illa ineffabili præscientia Dei, multi qui foris videtur intus sunt: & multi qui intus videntur foris sunt. Et ne quis diceret, non curo amplius quid faciam, quia securus sum quod si dominus me nouit esse suum non potero perire. & ecòtrario, si nouit me suum non esse, non potero ad salutem peruenire, subiungitur utilis admonitio, vt discedat ab iniquitate omnis qui nouit nomen domini. Liberum enim arbitrium dedit nobis dominus, vt arbitrio propriæ voluntatis recedamus ab iniquitate, & simus ex illis quos ipse nouit suos esse: vel permaneamus in iniquitate, & simus ex illis quos nouit ad se non pertinere. Nam & hoc est illud signaculum, quod fundamento nostræ fidei apparebit impressum, si propria spòte recesserimus ab iniquitate. Ab iniquis enim recedere nõ possumus, quia mixta est palea tritico donec area ventiletur. Mira comparatio. Nam ecce in ipsa area triticum recedit à palea cum expoliatur, & non recedit ab

Nota.

**I** area cum trituratur. Quando autè omnino separabitur? cum venerit ventilator. Ergo modò area in orbe terrarum est. Necessè est vt si proficis inter iniquos viuas: quia Abel esse non potest, quem Cain malitia nõ exercet. Ab iniquis recedere non potes, ab iniquitate potes. Satis enim fixu atque immobile velut sigilli impressione debet corde retineri. Ierusalè captam ab huius seculi Babylonia, decursis temporibus liberandã esse nullumq; ex illa fore periturum, quia peribit, nõ ex illa erat. Recedat ergo ab iniquitate omnis qui nominat nomè domini, quia nisi ab illa recesserit, nõ ei proficiet nominatio dominici nominis: quoniã non omnis qui dicit Christo, domine domine, intrabit in regnũ celorum, sed qui facit voluntatem patris eius.

Matt. 7.

*In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, & quedam quidè in honorem, quedam autè in contumeliam. Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorem, sanctificatum & vtile*

*domino ad omne opus bonum paratum.* **K**

Ab iniquitate recedat, qui nomen domini nominat. Sed ab iniquis (vt diximus) non potest recedere, quia [in magna domo. i. in ecclesia toto orbe dilatata, [non solum sunt aurea & argentea vasa. i. iusti sapientia & eloquentia præditi, [sed & ligna & fictilia, id est, peccatores comburendi & cõfringendi. Cum enim auro sapientia vel charitas, & argento eloquentia designari soleat, p aurũ quod preciosius est metallis omnibus, intelligitur nunc illi quos, charitas quæ cæteris virtutibus præfertur, vel sapientia decorat: per argentũ verò quod mira claritate micat, illi qui nitore acris eloquentiæ resplendent in eruditiõne multorũ. Hi enim merito vocantur aurea & argentea vasa ministerio summi regis apta in ei' domo magna. Lignea verò & fictilia vasa carnales designat. quos ignis vitiorum facile incendit, & impetus aduersitatis frãgit. Sed & in die domini lignea hæc vasa pœnalis ignis incendio concremabuntur: & fictilia ab eo cui data est ferrea virga, frangentur. Hæc tamè vasa sunt nũc cum vasis aureis & argenteis in domo magna, quia cum electis admixti sunt reprobis nũc in ecclesia. [Et quedam quidè] vasa sunt tibi [in honorem] æternum constituta, sicut aurea & argentea: [quedam autem in cõtumeliã] opprobrij sempiterni cõgrua, sicut lignea & fictilia. Et quandoquidè in hac domo sunt etiam vasa in honestis vñibus deputata, [ergo si quis se emundauerit ab istis] cõtumeliæ vasis, vt se reddat immunem à contaminatione eorum, [erit vas in honorem] deputatum & [sanctificatum, id est, locus sanctus domino in hac domo. Nam sicut in magna hominis domo non in qualcũque loco eius requiescit dominus eius, sed in aliquo vtique secretiori & honoratiori loco, sic dominus noster non in omnibus, qui in domo eius sunt habitat. Nõ enim habitat in vasis cõtumeliæ, id est, in illis qui turpitudini vitiorum deseruiunt, sed in vasis honoris. i. in illis qui honorabilem corã deo & homibus vitam ducunt. Qui emundauerit se ab his contumeliæ vasis, vt nõ sit particeps eorũ coinquinationis, erit vas in honore, sanctificatũ in honorabilem honeste actionis vñum, [ & vtile domino. i. vtilitatè cõferens domui domini, [paratum ad omne opus bonũ,] vt nõ respuat agere quicquid boni operis ei fuerit iniunctum vel quamlibet graue sacræ actionis vel verbo prædicationis idoneum: & hoc erit tam sibi q̃ aliis prodesse, seu quemlibet gradum sacrorum ordinum tenere.

al. quoll. bet genes re.

*Iuuenilia autem desideria fuge, sectare verò iustitiam, fidem, charitatem, pacem cum his qui inuocant dominum de corde puro. Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia generat lites. Seruum autem domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientè eos qui resistunt veritati, nequãdo*

*A nequando det illis deus pœnitentiam ad cognoscendum veritatem & respiciant à diaboli laqueis, à quo capti tenentur ad ipsius voluntatem.*

Dixi quia in domo dei sunt vasa honoris & vasa contumeliæ. Sed ne fias vas inhonesti vsus [fuge iuuenilia desideria,] quæ te iuuenè prosequuntur, ne ad cõsensum prauæ delectationis te possint apprehendere. Hæc (inquã) fuge, sed [iustitiam sectare,] ne te possit effugere. Sectare. i. frequenter sequere eam per vias iustarum actionum, in quibus te præcedit vt possis eam apprehendere. Similiter & fidem] sectare, ne te in aliqua parte regula fidei latere possit vel effugere. Sed quoniam operatio iustitiæ & veritas fidei non prodest sine charitate sectare & [charitatem,] vt per eam operetur tua fides opus iustitiæ. Illa enim fides salutifera, quæ p charitatem operatur. Et sectare pacè cum bonis, vt nõ quam discordes ab eis vel inquietes eos. Si ueritã: Sectare iustitiam, faciendo vniciquæ quod ius exigit: & fidem inuisibilibus bonorum, nõ inuisibiles honores, quos iuuentus desiderare solet: & charitatè, vt diligas deũ plusquam te & proximum tanquam te, quod iuuetus sæpe negligit, & pacè cui manifestè repugnat desideriu iuuentutis. Pacem (inquam) sectare non cū per ueris sed [cũ his qui inuocant dominũ de corde puro. i. qui cor suum purificauerunt & deũ in illud venire piis orationibus petũt. Hæc (vt dixi) sectare, sed [stultas & sine disciplina quæstiones] caue. Stultæ quæstiones sunt, insolubiles & secreta humano generi prohibita quæretes. Sine disciplina verò sunt quæstiones, quæ nõ humiliter ac modeste fiunt & quas qui facit non discere vult, sed litigare. Sed huiusmodi quæstiones deuita, vt nõ respõdeas eis sciens quia generat lites. Sed [seruũ domini nõ oportet litigare,] quia lis generat odiũ: sed oportet eũ esse mansuetũ. i. quasi manu assuetum, hoc est, cõtractabilem. i. mitem vel lenem [ad omnes,] vt nemini sit asper, id est, quasi ferus: & docibile, id est, habilem vt facile doceatur. Hoc enim distat inter docilem & docibilem, quod docilis est qui alios potest doceri. Vnde dicitur, Erunt oēs docibiles dei. i. facile docebũtur à deo. Nõ oportet seruum domini litigare, quia mudo & simplici oculo opus est, vt inueniatur via sapientiæ, cui tantæ malorum & peruerforum hominũ deceptiones & errores obstrepunt, quos omnes euadere conuenit, hoc est, venire ad certissimam pacè & immobilem stabilitatem sapientiæ. Vehementer enim metuendũ est, ne studio altercandi vel contendendi quisque non videat quod à paucis videri potest, vt paruus sit stepitus contradicentiũ, nisi & sibi ipsi obstrepant. Recte ergo dicitur, quia seruũ domini nõ oportet litigare, sed mitem esse ad omnes & docibilem atque [patientem.] Et ne quisquam ex eo putet cessandum esse à correptione erroris alterius, adiungitur quia oportet eum esse [cum modestia corripientem eos qui resistunt.] Ita nos nec deesse conuenit fratrum correptioni,

Mat. 6.

nec studere certamini. Quomodo cum modestia corripimus, nisi cum lenitatem cordis retinemus, & aliquã medicamenti acrimoniam vobis correctionis aspergimus? Pax igitur & dilectio in corde retinenda est, modus autem sermonis, siue acrius siue blandius proferatur, sicut salus eius quæ corripitur, postulare videtur, moderandus est, Modeste corripienti illi quæ adhuc procaciter resistunt, [nequando det illis deus pœnitentiam.] Nam correptionis vtilitas quæ nunc maior, nunc minor pro peccatorum diuersitate salubriter adhibetur, tunc est salubris, quando supernus medicus respicit. Non enim aliquid proficit, nisi cum facit vt peccati sui quemcunque pœniteat, & quis hoc dat, nisi qui respexit Petrum negantem, & fecit flentem. Ideo non solũ cum agatur pœnitentia, verũ & vt agatur necessaria est eius misericordia. Hic sermo quo dicitur, nequando: pro, si fortè, ponebatur antiquitus, sed modò inusitatus habetur. Corripientem, inquit, eos qui resistunt, nequando, id est, si quando vel si forte det illis deus pœnitentiam. Vel etiam ita potest hæc sententia concordare, Non desperemus de eorum salute qui adhuc resistunt, sed corripiamus eos, ne nobis eos non corripientibus, deus aliquando per seipsum det eis pœnitentiam, & erubescamus qui de salute eorũ desperabamus. Ob hoc enim studere debemus, vt eos ad pœnitentiam conuertamus, vt mercedem nobis inde conquiramus, nequando sine nobis per internam aspirationem det illis deus pœnitentiam, & nos mercedem inde non habeamus. Det illis pœnitentiam erroris sui [ad cognoscendam veritatem] [catholici dogmatis; quam ignorantes impugnabant: [ & respiciant à laqueis diaboli, à quo capti tenentur ad voluntatem ipsius] implendã. Respiscere est quasi resapere, cum quis ab eo quod [male sapuit reuertitur] ad illud, quod antea recte sapuit vel sapere debuit.

Luc. 22.

E.

CAPVT III.

*Oc autem scito, quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erũt homines seipfos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemii parentibus non obedientes, ingrati, sceleresti sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, voluptatum amatores magis quam dei, habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.*

Qui tenentur illaqueati à diabolo respiscet factis aliquando: sed tamen [hoc scito quod] tales abundabunt [in nouissimis diebus,] id est in nouissima ætate. Tunc enim [instabunt tempora periculosa,] in quibus multæ periclitantur animæ. & deinde periculosa, quia tunc [erunt homines seipfos amantes.] Nescio enim quo inexplicabili modo quisquis seipsum, non

Nota.

Ec deum



**G** deum amat, non se amat: & quisquis deum, non seipsum amat, ipse se amat. Qui enim non potest viuere de se moritur vtrique amando se. Nō ergo se amat, qui ne viuat, se amat. Cum autem ille diligitur de quo viuatur, non se diligendo magis diligit, qui propterea se non diligit, vt eū diligit de quo viuatur. Quia verò circa finē seculi maxime abundabunt, qui neglecto dei ac fratrum amore, seipsum male amabunt, & sic amando se peribunt, ideo tempora periculosa tunc instabunt. Erunt homines seipsum amantes, quia nō curabunt nisi de seipsum: nec querent nisi propria lucra, propria cōmoda, proprios honores proprias glorias. Et ab hoc velut fonte, quod scilicet erunt seipsum amantes, manabunt multi vitiōrum riuus. Nam quia secundum præsentem vitam seipsum male diligēt, ideo erunt [cupidi] pecuniæ, [elati corpore, superbi mente, blasphemii, id est, falsa & impia de deo loquentes: [parētibus, siue] carnalibus, siue spiritualibus, [non obediētes: ingrati] benefactoribus: [scelesti, id est, transcendentē modū peccati, & in atrociam grauiter delapsi: [sine affectione. i. sine viscēribus cōpāssionis: [sine pace, id est, discordes & inquieti: [criminatores. i. crimen bonis impingentes: [incontinentes, id est, libidinē non cohibentes: & immites. i. asperi & litigiosi: [sine benignitate, id est, immisericordes: [proditores, id est, secreta bonorum aduersariis eorū detegētes: proterui, id est, procaces: [tumidi. i. vento superbiæ inflati: [voluptatum] carnaliū [amatores magis quā dei,] sicut ipse dixit, quia lux venit in hunc mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quā lucem. habentes quidem in habitu & verbis, sicut falsi monachi [speciem pietatis. i. similitudinem religionis: sed [virtutem eius, id est, rem factis & moribus [abnegantes.]] Sed beatus Augustinus hæc à pastoribus ecclesiæ specialius remouere studēs loquitur: Non sint seipsum amantes, qui pascunt oues Christi, ne tanquam suas non tanquā ipsius pascant eas, & velint ex illis sua lucra querere, sicut amatores pecuniæ: vel eis dominari, sicut elati: vel gloriari de honoribus quos ab eis sumunt, sicut superbi: vel intantū progredi, vt etiam hæreses faciant, sicut blasphemii, nec cedant sanctis patribus, sicut parentibus non obediētes: & eis qui illos corrigere volunt, quia perire nolunt, mala pro bonis reddant, sicut ingrati: interficiant animas suas & alienas, sicut scelesti, materna ecclesiæ viscera dirumpant, sicut irreligiosi, nō cōpatiētur infirmis, sicut sine affectione: alios quiescere nō sināt sicut sine pace: famā sanctorū maculare conētur, sicut criminatores: cupiditates pessimas non refrenent sicut incōtinentes: exerceant lites, sicut immites: nesciant subuenire, sicut sine benignitate: indicent inimicis piorum quæ occultanda cognouerint, sicut proditores: humanam verecūdiam inuerecunda excogitatione perturbent, sicut procaces: superba sciētia inflentur, sicut tumidi: lætitiis carnales spiritualibus gaudiis anteponant, sicut voluptatū amatores magis quā dei: simulent religionem, sed hanc in veritate non teneant, sicut habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Hæc

enim atque huiusmodi vitia siue vni homini accidant omnia, siue his alia & aliis alia dominentur, ex illa radice quodammodo pullulant, cum sint homines seipsum amantes, quod vitium maxime cauendum est eis, qui pascunt oues Christi, ne sua querant, non quæ Iesu Christi, & in vsum cupiditatum suarum conferant, pro quibus sanguis fusus est Christi.

*Et hos deuota. Ex his enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis, semper discētes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes.*

In nouissimis diebus tales erunt homines, quales descripsi, [ & hos deuota, ] quia iam multi ex his apparuerunt. [ Ex his enim sunt, qui penetrant domos &c. Non ait, penetrabunt, tanquam futurū prænunciāns, sicut supra dixerat, instabunt tempora periculosa, sed ait, penetrant domos [ & captiuas ducunt mulierculas. ] Nō ait, ducunt vel ducturi sunt: sed, iam ducunt. Nec putādus est hoc loco pro temporis futuri verbis præsentis temporis verba posuisse, quando quidē illos ab eo cui scripsit euitari admonebat. Nec tamen frustra dixit, in nouissimis diebus instabunt tēpora periculosa: & hinc ea periculosa futura demōstrās, tales homines futuros esse præ dixit: quia tāto plures erūt & magis abundabunt, quanto magis appropinquabitur ad finē. Videmus ergo tales nunc abundare. Sed quid si abundantiores erunt post nos, & omnino abundantissimi, quando iam iamque ipse finis instabit? Ex his iam sunt hæretici, qui penetrant domos, id est, intrant vt secretē loquātur illis qui sunt intus. Vel domos, id est, conscientias audientium verbis seductoriis male penetrant. & captiuas ducunt mulierculas, id est, in captiuitatem errorum trahunt insipientes & infirmas ac viles & inconstantes, seu virorū, seu mulierum animas. Animas dico, [ peccatis oneratas, ] & ideo dignæ erant seduci: [ quæ ducuntur variis desideriis. i. nunc ista nūc illa cupiunt & ea quæ iā tenent fastidientes, alia semper appetunt ac nouis delectantur. Tales enim facile deferunt veritatem catholicam, & sermonibus nouorum errorum libenter aurem commodāt: [ semper discētes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. ] Semper discunt, & nūquam ad scientiam veritatis perueniunt, qui studium in discendo videntur habere, sed non veniunt ad hoc vt discernant inter veritatem & mendacium, inter bonum & malum. Tales sunt discipuli hæreticorū atque Iudæi. In hac enim vita semper sunt discētes, & ad notitiā veritatis non pertingunt. Cum verò de hac vita exierint, iam non erunt discētes, sed erroris sui mercedem recipientes. Sic enim dictū est, semper discētes, & ad veritatis scientiam non peruenientes: ac si diceretur, semper ambulantes & ad viam non peruenientes. Non solum enim illuc non perueniunt, quo ducit via, sed nec ad ipsam viam peruenientes. Nos autem semper

A per ambulemus in via, donec eo veniamus quo ducit via. Nunquam in illa remaneamus, donec perducatur vbi maneamus.

*Quemadmodum autem Iannes & Mambres resistunt Moyse, ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed vltra non proficiunt. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.*

Tales non perueniunt ad scientiam veritatis, sed potius resistunt veritati, quæ catholicis doctoribus prædicatur, sicut Iannes & Mambres resistunt Moyse veritatē prædicanti. Hi enim fuerunt magi Pharaonis: quorum nomina nūc dicit Apostolus, sed in Exodo non leguntur, Et hoc est: [ Quemadmodū autem Iannes & Mambres ] sub Pharaone [ resistunt Moyse, ] ne de Aegypto seruitute educeret populū dei [ ita & hi ] hæretici [ resistunt veritati ] prædicatorum, ne per eam fideles ab ignorantia tenebris & a seruitute peccati liberentur. Ipsi dico [ homines corrupti mente, ] quia mens eorū vitata est ab adultero diabolo, amissa castitate quæ est in Christo. Et sunt [ reprobi circa fidē, id est, retrō a probitate conuersi, circumeūtes exteriora fidei, sed intus non manentes. ] Ipsi taliter captiuant mulierculas, id est, misellas & hebetes animas, & resistunt veritati [ sed vltra nō proficiunt ] in seductione hominum. [ Nam insipientia eorum ] quæ nūc latet, dum ipsi putantur esse sapientes, [ erit omnibus manifesta ] per Ioannem apostolum, sicut & illorum fuit ] per Moysem, Per Ioannem enim in Asia detegetur & destruetur insipientia erroris eorum sicut per Moysem manifestata est illorum in Aegypto. Animositas hæreticorum semper inquieta est, quos magorum Pharaonis habere conatum declarat nunc Apostolus, dicens: Quemadmodū Iannes &c. vsque, sicut & illorum fuit. Quia enim per ipsam corruptionem mentis inquietissimi fuerunt, in tertio signo defecerunt, factentes aduersum se esse spiritum sanctum, qui erat in Moyse. Nam deficientes dixerunt, Digitus dei hic est. Sicut autem conciliatus spiritus sanctus, requiem præstat mitibus & humilibus corde: ita contrarius & aduersus malignus spiritus, immites & superbos inquietudine exagitat. Quam inquietudinē muscæ illæ breuissimæ significauerunt, sub quibus ipsi magi (sicut dictum est) defecerunt, dicentes: Digitus dei est. Quorum fit omnibus manifesta, cum ostenduntur palam omnibus esse insipientes, ne iam aliquos seducere valeant, qui primo tanquam per pollicitationem & ostentationem excellentis sapientiæ seducebant.

*Tu autem assequutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiā persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochia, Iconij, Listris: quales persecutiones sustinui, & ex omni-*

*bus eripuit me dominus. Et omnes qui volunt pie viuere in Christo Iesu, persecutionem patie ntur.*

Hæretici resistunt veritati & sunt circa fidē reprobi. Sed [ tu assequutus meam doctrinam, id est, quæ doceo didicisti, & scis aliis tradere, & assecutus es [ institutionem ] meam, id est, quomodo institui vitā ducere, vel alios instruere: & [ propositum ] meum assecutus es, quia proposuisti viuere sicut ego proposueram, vt scilicet eodem modo vel eodem tempore ieiunes & vigiles, quo ego, & cætera similiter facias: & [ fidem ] meam, quia similiter credis vt ego & [ longanimitatem, ] quia didicisti longanimitate (sicut ego) inter aduersa non murmurās, expectare diuina promissa: & [ dilectionē, ] quia didicisti & aduersarios sicut ego, diligere: & [ patientiam, ] qua tolere æquo animo aliena mala, sicut ego, nec aduersus eū doleas qui tibi hæc intulerit: [ & persecutiones ] meas de ciuitate in ciuitatem, quia tu mecum nonnunquā has sustinui: & [ passiones. i. afflictiones ] meas & tormēta, quia tu factus es earū particeps & nosti eas: & [ qualia mihi aduersa facta sunt Antiochiæ & Iconij, & Lystris, & quales persecutiones, vel ibi vel aliis locis [ sustinui, ] tu assecutus es. i. nosti & participasti: & in nulla relictus sum vt deficerem, sed [ ex omnibus me eripuit dominus, ] & te similiter non deseret, sed eripiet. Antiochia Pifidia excitauerunt Iudæi persecutiōnē in Paulum & Barnabā, & eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedū in eos venerunt Iconium. Vbi cum factus esset impetus gentiliū & Iudæorū cum principibus suis, vt cōtumeliis afficerent & lapidarent eos, intelligentes cōfugerunt ad ciuitates Lycaoniæ Lystriā & Derbē. Superuenerunt autē quidam ab Antiochia & Iconio Iudæi: & persuasis turbis lapidantes Paulū, traxerunt extra ciuitatē, estimantes eū mortuum esse. Et hoc nunc cōmemorat Antiochia & Iconij & Lystri se pertulisse. Et ne quis putaret se sine tribulationū tolerantia posse deo placere, adiungit: Et omnes qui volūt &c. Ego (inquit) sustinui persecutiones, [ & omnes qui volunt pie viuere in Christo Iesu. i. qui volūt religiose & deuote vitā ducere in Christi fide, ] [ patiētur persecutionem. ] Nunquā deest pie viuētibus persecutiō, quia & cū ab eis qui foris sunt, non sciantibus videtur esse tranquillitas, multi sunt intus qui corda pie viuētium suis perditis moribus cruciāt quoniā per eos blasphematur Christianum nomen. Quod quāto est charius eis qui volūt pie viuere in Christo, tāto magis dolent quod per malos intus positos fit, minus quā priorū mentes desiderant, diligatur. Hæretici quoque cum conantur habere nomen & sacramēta Christianorum & scripturas & professionem, magnum dolorem faciunt in cordibus piorum quia multi volentes esse Christiani, propter eorum diffensiones hæsitare coguntur: & multi maledici in his etiam inueniunt materiam blasphemadi nomen Christianorū, quia & ipsi quoquo modo Christiani appellantur. His & huiusmodi

**G** prauis moribus & erroribus hominum persecutione patietur, qui volunt in Christo pie viuere, etiam nullo infestante, nulloque vexante corpus illorum. Patiuntur quippe hanc persecutionem non in corporibus, sed in cordibus. Pia tristitia est, vitis alienis tribulari, non implicari: mœrere, non hærere: dolore cõtrahi: non amore attrahi. Hæc est illa persecutio, quam patiuntur omnes qui in Christo pie volunt viuere. Quid enim hic tam persequitur vitam bonorũ, quam vita iniquorum? Nec cogit pium imitari quod displicet, sed cogit dolore quod videt. Quoniã viuens impie etsi non obligat consentientem, cruciat sentientem. Sed & diabolus incessanter pios persequitur, & tanto periculosius quanto occultius. Persequitur inquam eos hostis, cui nomina sunt mille & mille nocedi artes. Persequitur eos & hic mundus illecebris suis, persequitur eos innumerabilium exercitus vitiorũ, persequitur eos caro ipsorum, persequitur eos illicitæ cogitationes suæ.

Virgilius

Nota.

**H** *Mali autem homines & seductores proficient in peius, errantes & in errorem mittentes. Tu verò permane in his quæ didicisti & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris, & quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem quæ est in Christo Iesu. Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendũ, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo dei, ad omne opus bonum instructus.*

Pij patientur persecutiones, [mali autem homines & seductores] habebunt prosperitates. Mali, quantum ad se: seductores, quantum ad alios. Seductores dicuntur, qui quasi sub specie dulcedinis infundunt virus pestiferæ persuasionis. Mali & seductores [proficient in peius, id est, successus habebunt in erroribus, & ad grauiora peruenient, [errâtes] ipsi & alios [in errorem mittentes.]] Non tamen diu proficient, quod à Paulo superius dictum est, sed vltra non proficient. Tales erabunt & succellum habebunt, aliõsque trahent post se. Sed tu noli post eos in errorem ire, sed [permane semper in his bonis quæ didicisti à me, & credita sunt, id est, commissa sunt [tibi à deo, sciens à quo] magistro [didiceris, id est, quàm verax & quætã autoritatis, & quantum te diligens sim ego, qui te docui. & ob hoc etiam in his permane, [quia sacras literas nosti, id est, sacris literis, legis videlicet & prophetarum scriptis, eruditus es [ab infantia,] quæ literæ [possunt te instruere, id est, sufficenter doctum reddere, ad æternam [salutem] cõsequendam, & hoc [per fidem quæ est in Christo Iesu:] quia veteris instrumẽti dicta nõ instruunt ad salutẽ, sed ad mortẽ, si Christus in eis nõ intelligitur & fides eius tenetur. Recte dixi quia sacre literæ te possunt instruere ad salutem, tibi

& aliis conquirendam. Nam [omnis scriptura diuinitus inspirata, id est, diuino spiritu facta, [utilis est] ad hoc. Ille enim scripturæ arcẽ autoritatis obtinent, quæ per spiritũ dei prolata sunt, quæ ad canonicæ nuncupantur. Omnis scriptura quam deus aspirauit, id est, quæ per diuinam aspirationem est cõposita, utilis est [ad docendum ignaros, & ad arguendum, id est, ad cõuincendũ eos qui resistunt: & [ad corripiendũ, id est, ad increpandũ, vel secundũ alios codices, ad corrigendũ, id est, emendandũ eos qui peccant: & [ad erudiendũ] rudes, vt ad perfectum sensum proficiant [in iustitia, id est, in obseruatione iustitiæ, vt homo dei] qui sic eruditur, [sit perfectus] in cõuersatione, [instructus] per scripturas [ad omne opus bonum] agendum, id est, diligẽter sciens qualiter agendũ sit vnũquodq; opus bonum. Talis enim vir merito homo dei dicitur, quia sequestratus à nequitia eorum qui vitis seruiunt, possessio factus est creatoris sui.

CAPVT III.

**T** *Estificor coram deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos & mortuos, & aduentũ ipsius & regnum eius, prædica verbum, instat oportune, importune, arguẽ, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina.*

Quoniã sacris literis es instructus, ideo [testificor, id est, adiuro te vt prædicare nõ cesses. Testificari enim est adiurare: quia qui adiurat, testem ponit in ipsa adiuratione. Testificor [coram deo] patre, id est, in presentia dei, qui vbiq; est & omnia videt, te adiuro & ipsum testẽ adhibeo & coram Christo Iesu, id est, corã media tore dei & hominum, qui sicut pater diuinitate cælum & terrã implet, te obtestor vt prædices. Cuius mediatoris testimoniũ spernere non debes, quia ipse [iudicaturus est] oēs. Neque enim pater iudicat quenquã, sed iudiciũ omne dedit filio, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrẽ. Ipse iudicaturus est [viuos, id est, eos qui in carne viui reperientur cum venerit: [ & mortuos, id est, illos quorum animæ iam à corporibus fuerunt egressæ: &] testificor, id est, testem facio & in testimoniũ huius meæ adiurationis erga te adhibeo [aduentũ ipsius,] in quo recipiet vnusquisque prout gessit, [ & regnum eius,] in quo iusti perpetualiter regnabunt. Et quid est quod sub tam magnis & timendis testibus tam fortiter testificor? Hoc scilicet, [prædica verbum] euangelij, & in hoc non sis horarius, sed [instat, id est, in prædicatione assiduus esto. Et hoc fac [oportune] volentibus, & [importune] nolentibus. Opportune, cum inuenieris auditores qui verba tua libenter excipiant: importune, cum inuenieris qui monita tua fastidiant. Vel opportune, importune, id est, opportune importunitatem exhibe, quia apud auditoris mentem ipsa sua vilitate destruit se, si habere importunitas opportunitatem nescit. [Argue] resistentes, vt rationibus conuicti cedant: [obsecra] bene agentes, vt in melius proficiant: [increpa] delinquentes, vt confusi se corrigant.

K

L

Ioan. 5.

M

1. Thess. 5.

2. Cor. 5.

Et

**A** Et hoc age [in omni patientia, id est, patienter expectando emendationẽ eorum, non mox ipsos repellendo, si fuerint inobedientes, & in omni [doctrina, id est, docendo eos attente, non irascendo illis vel indignando. Vel ita distingui potest: Instat oportune, vt alius sit sensus, Importune arguẽ, deinde cætera contendantur, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina, vt tunc opportunus sentiaris, cum instas ædificãdo: cũ autem destruis arguendo, non culperis, etsi importunus videaris. Ita duo quæ sequuntur, ad duo superiora possunt sigillatim referri: obsecra, cum opportune instas: increpa, cum importune arguis. Deinde cætera duo similiter, sed conuerso ordine referuntur: in omni patientia, ad sustinẽdas indignationes eorũ, quos destruis: & doctrina, ad instruenda eorum studia quos ædificas. Pensandũ nobis est qualiter loquamur: quia sæpe verba quæ hunc ad salutẽ reuocant, aliũ vulnerant. Vnde nunc Apostolus qui Titum admonet, dicens: Argue cum omni imperio. Timotheum exhortatur, dicens: Argue, obsecra, increpa cũ omni patientia. Quid est quod vni imperium, alij patientiam præcepit, nisi quod vnum lenioris, alterum verò feruentioris spiritus esse conspexit? Leni per auctoritatem imperij iniungenda erat seueritas verbi: is autem qui spiritu feruebat, per patientiã temperandus fuerat, ne plus iusto inferuiscẽs, non ad salutẽ vulnerata reduceret, sed sana vulneraret. Ob hæc ergo doctrinam suam Apostolus tanta arte dispensat, vt exhibendo hanc alteri imperiũ & alteri patientiã proponat: quia (vt dictum est) mansuetioris spiritus Titũ, & paulò feruentioris vidit esse Timotheum. Illũ per æmulationis studium inflãmat, hunc per lenitatẽ patientiæ temperat. illi quod deest iungit, huic quod superest subtrahit: illum stimulo impellere nititur, hunc freno moderatur. Magnus quippe susceptæ ecclesiæ colonus, alios palmites vt crescere debeant, rigat: alios, cũ plũ iusto crescere cõspicit, resecat: ne aut nõ crescendo fructus nõ ferant, aut immoderate crescendo quos protulerint, amittant. Sequitur,

Tit. 2.

**C** *Erit enim tempus, cum sanã doctrinã non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus. Et à veritate quidẽ auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.*

Ideo (inquit) tanta instantia debes prædicationi insistere, quia [erit tempus] in quo veritatis prædicatione nõ suscipietur, & idcirco festina tempus illud præuenire, dum tua prædicatione potest effectum habere. Nõ ante finietur tẽpus quã ea dico fiant: sed erit adhuc tempus [cũ sanam doctrinam, id est, ad sanitatẽ animæ pertinentem [non sustinebunt] homines, sed velut onus graue reiicient eam ab humeris suis. Hæc non sustinebunt, [sed ad sua desideria] cõplenda [coaceruabunt sibi magistros, id est, aceruũ sibi congregabunt magistrorũ, qui docent eos ea quæ desiderant, ipsi dico] prurientes auribus id est, prurimum habentes in auribuspiritualiter

fornicantibus, sicut quodam pruritu libidinis. Et etiam in carne corrumpitur integritas castitatis. Nam sicut caro quæ prurit, semper vult fricari: sic aures eorum semper cupient audire verba, quæ errores doceant & ad delectationes illicitant. [ & à veritate quidem auertent auditum id est, fugiunt audire sermonem veritatis quæ illis erit aspera, quia non mulcebit eos in nequitia suis, [ad fabulas autem conuertentur,] vt audiant eas, id est, allocutiones falsas & ociosas. Nec solum ad tales fabulas, quales in theatris recitantur, vel quales à vanis hominibus sæpe dicuntur: sed etiam ad tales, quales contra dominum hæresiarchẽ poterunt fingere. De his quos nunc Apostolus prænunciat, locutus est & Isaias: Populus enim ad iracundiam prouocatus est, & filij mendaces, filij nolentes audire legẽ dei. Qui dicunt videntibus, nolite videre: & aspicientibus, nolite aspicerere nobis ea quæ recta sunt. Loquimini nobis placentia, videte nobis errores, auerte à me viam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israël. Sic autem illi maximẽ loquentur: qui relinquent ecclesiam, & sequentur Antichristum cũ regnauerit. Et sanam Christianæ prædicationis doctrinã non sustinebunt. Sed auertent auditum ab ea, & cõuertentur ad Antichristi fabulas. Sed & olim temporibus hæreticorum ferè hæc omnia facta sunt. Nunc quoque multi sunt qui nolunt sustinere doctrinam sanæ moralitatis, & veritatem quæ in ecclesia prædicatur, audire fastidiunt, fabulas autem histriõnum libenter audiunt.

Isaie. 30.

E

*Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac euangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto. ego enim iam delibor & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruavi. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius.*

Illi respuent veritatẽ catholici dogmatis, & suscipient fabulas errorum: sed [tu vigila] prudenter attendendo veritatem & repellendo omnẽ errorem, [ & in omnibus] actibus [labora]. & [opus fac euangelistæ. i. euangelici prædicatoris. Opus enim euangelistæ est, bene viuere & bene docere, moribus & verbis subditos instruere. [ministerium tuum, id est, tui officij] [imple] vt non sit in aliquo vacuum à bona actione tua, sed quicquid in eo debes agere, plenarie perficias, & [sobrius esto, id est, non inebriet mentem tuam vllus error, aut seculi amor vel auaritia, seu quodlibet aliud vitium. Idcirco te moneo vigilare aduersus insidias dæmonum & hæreticorum & errorum atque vitiorũ, & bene laborare, & opus euangelistæ facere quia [ego] qui hucusq; vigilauit & opus euangelistæ impleui, [iam delibor.] vel secundũ alios codices, immolor, quod idem significat. Nam

Et iij delibatio

## II. AD TIMOTHEVM

**G**delibatio quæ est sacrificiorum degustatio, sacri-  
ficationem .i. immolationem proprii corporis  
hoc loco designat. Iam delibor, id est, iam im-  
molari cœpi, & hostia deo grata p. populo mihi  
cōmissio per passionem offerri, [ & tempus meæ re-  
solutionis instat, id est, iam vicinū imminet tē-  
pus, in quo resoluar à vinculis istius corporis,  
vt liber in cælum euolem. [ bonū certamē certa-  
ui. ] hoc secundum græcam locutionē dicitur,  
velut si diceretur, strenuā militiā militaui, fide-  
lem seruitutē seruui. Nam latinus sermo dice-  
ret, bono certamine certauī. Bonū (inquit) cer-  
tamē certauī. .i. bene pugnaui, bene cōtra impu-  
gnatores fidei & cōtra mala trāseuntia sine de-  
fectu certauī. [ cursum ] bonæ actionis meæ quo  
ad brauium cæleste festinabam, [ consummaui,  
fidem ] inuolabilē [ seruaui. ] Quomodo potuit  
hoc dicere, cui adhuc restabat ipsius passionis  
quā sibi impendere iam dixerat, tam magna cō-  
flictatio, tam molestum atq; grande certamē? an  
ad eius consummādum cursum parū adhuc de-  
erat, quando illud deerat, vbi erat futurus acrior  
& crudelior inimicus? Quod si ideo talibus ver-  
bis certus securusque gaudebat, quia de victo-  
ria futuri certaminis certum eum securumque  
iam fecerat, qui eandem passionē iam illi reue-  
lauerat imminere, non re plenissima, sed spe fir-  
missima hoc dicit: & quod futurum esse præ-  
sumpsit, tanquam factum fuerit indicauit. Cur-  
sum (inquit) peregi. Et [ in reliquo, id est, in eo  
spatio quod restat amodō & vsque in æternū,  
[ reposita est mihi corona iustitiæ, id est, secreto  
tutoque loco, seruatur mihi corona quam iustē  
merui, [ quam ] nō dabit, sed [ reddet mihi ] quasi  
debitam [ dominus ] Iesus [ in illa ] notabili [ die ]  
communis iudicij, de qua sedulē cogito: vel in  
illa optata die resolutionis meæ. & ideo reddet  
eam mihi, quia [ iustus iudex ] est, reddens vni-  
cuique secundū opus eius. Sed [ non solum mi-  
hi ] reddet coronam huiusmodi ipse, [ sed & his  
qui diligunt aduentum eius, id est, etiam omni-  
bus qui sibi de bona operatione sunt conscij. ]  
Aduentum enim iudicis non diligunt, nisi qui  
in causa sua habere se iustitiæ meritū sciunt. Et  
ideo quisquis non diligit, sed metuit aduentum  
eius, corrigat vitam suā, vt bonam habens cau-  
sam possit vt veniat desiderare: & coronam ab  
eo, non damnationem sperare.

*Festina ad me venire citō. Demas  
enim me dereliquit, diligēs hoc seculum,  
& abiit Thessalonicam. Crescens in  
Galatiam, Titus in Dalmatiam, Lu-  
cas est mecum solus. Marcum assume  
& adhuc tecum. est enim mihi utilis in  
ministerio. Tychicum autē misi Ephe-  
sum. Penulam quam reliqui Troade  
apud Carpum, veniens adfer tecum, &  
libros, maximē autem & membranas.*

Quia tempus meæ resolutionis instat, [ festi-  
na ad me venire citō, id est festinanter antequā  
morte resoluar, vt te plenius adhuc instruam,

vel vt sis mihi solatio, quoniam solus remansi. **K**  
Nam [ Demas ] qui interpretatur silens, quoniā  
à prædicatione vel confessione veritatis obmu-  
ruit formidine, [ dereliquit me ] in aduersis, [ di-  
ligens hoc seculum ] cum suis illecebris, [ & ] di-  
mittens Romā vbi timebat mori, [ abiit Thessa-  
lonicam ] vt ibi posset viuere. ] Crescens, id est,  
ille alius discipulus, abiit [ in Galatiam, ] nō me  
deferens, sed à me missus aliqua rationabili cau-  
sa exigente. Similiter & [ Titus ] à me missus est  
[ in Dalmatiam. ] Lucas euangelista [ est mecum  
solus, ] qui semper mihi adherere consuevit.  
Dixi vt cito venias ad me, & cum veneris, [ as-  
sume Marcum & adhuc tecum. ] Iste est Mar-  
cus euāgelij scriptor, vel sicut magis credimus,  
iste est Marcus consobrinus Barnabæ, quē nūc  
correctum iubet Apostolus adduci: quia quon-  
dam abiecerat eum, cum esset negligens actepi-  
dus. [ Est enim ] (inquit) [ mihi utilis in ministe-  
rio prædicationis, qui quondam ad hoc fuit in-  
utilis. Titus abiit (vt dictum est) in Dalmatiā,  
sed [ Tychicum misi Ephesum, ] fortasse cū epi-  
stola quæ ad Ephesios est directā. Penulā quo-  
que, id est, vestem illam quæ sic vocatur, [ quam  
reliqui Troade apud Carpū ] discipulum meū,  
qui ibi manet, [ veniens adfer tecum. ] Dicamus  
de hac penula, quæ ab aliis dicta reperimus. Pe-  
nula vestis erat consularis, qua induebantur Ro-  
mani consules in curiam intrantes. Sed fortasse  
quærit aliquis, vnde hoc genus vestimenti bea-  
to Paulo acciderit, cui respondendum est, Ro-  
manos ante incarnationē Christi hunc habuisse  
morem, quando sibi monarchiam totius or-  
bis acquirebant, vt quæcunque gens illis cum  
pace & coronis occurrisset, cuiusmodi liberta-  
tem eis concederent, vt fratres illorum diceren-  
tur, ciuesque Romani appellerentur, dabantque  
eis potestatem, vt curiam ædificarent & consu-  
les haberent, sicut illi habebant. Pater igitur  
beati Pauli de Giscali oppido Galilæe, vnde in-  
digena erat, migravit Tharsum Ciliciæ, cum  
Romani cepissent illud oppidum. Quodam ve-  
rō tempore venientibus Romanis per Ciliciam,  
occurrit eis cum aliis transeuntibus, vtpote qui  
nobilis inter illos habebatur, & excepit eos cū  
pace. Tunc Romani dedere eis supradictam lib-  
ertatem, scilicet potestatem vt curiam ædifi-  
carent & cōsules haberēt, sicut ipsi, vestesq; cō-  
sulares induerent, & penulati more Romanorū  
curiam intrarent. Ibiq; data est insigne penula à  
Romanis patri beati Pauli, quādo susceptus est  
in sociū & ciuem Romanū. Hæc ante nos scri-  
pta sunt, & fides veritatis horū apud eos sit qui  
scripserunt. Nō enim omnia quæ facta sunt, le-  
gimus in nostris historiis: multæque noscuntur  
esse historiæ quas nō nouimus. Nā & his quæ  
dicta sunt, valde consonat quod Paulus frequē-  
ter in apostolorū Actibus legitur se Romanum  
appellasse, & maximē vbi tribunus interrogauit  
eum, dic mihi si tu Romanus es, & ille dixit,  
etiam. Et respondit tribunus: Ego multa sum-  
ma ciuilitatem hanc consecutus sum, & Paulus  
ait, Ego autem & natus sum. Quomodo enim  
iuxta literā verū potest esse, quod Paulus ex ci-  
uitate Romana sit natus, nisi quia ex ciue Roma-  
no natus est? Absit autē vt putemus eum in hoc  
sermone

**A** sermone mendacem. Natus ergo est in ciuitate  
Romana. .i. in domo parentum, qui erant ciues  
Romani. Sed & iuxta spiritalem intelligentiā,  
in eo quod se dixit natus in vrbe Roma, pro-  
phético spiritu prenūciauit, natalitium suæ pas-  
sionis in illo ciuitate futurum, & verbū præteri-  
ti tēporis pro verbo futuro posuit. Si ergo vera  
sunt quæ de penula præmissimus, facilē est ani-  
maduertere quod Apostolus hanc idcirco afferri  
iusserit, vt per eā apud Romanos licet pauco tē-  
pore, libertatē sibi vendicaret, quatenus ad præ-  
dicandū libere quōd vellet, ire posset, & multos  
ad fidē per diuersa loca conuerteret. Ait itaque  
Penulā quam reliqui Troade apud Carpū, veni-  
ens adfer tecum. Hunc Carpum Dionysius  
multū in epistola ad Demophilum laudat, refe-  
rens quandā valde mirabilem eius visionē. Pe-  
nulam, inquit, adfer [ & libros ] quos ipse forsītā  
ibidem reliquerat, maximē autem & membra-  
nas, id est, pelles ad scribendum (quas tamen  
Hieronymus aliter interpretatur:) aptas.

**B** Alexander ararius multa mala mi-  
hi ostendit. reddet ei dominus secundum  
opera eius. Quem & tu deuota. valde  
enim resistit verbis nostris.

Scias quod [ Alexander ararius. .i. faber æris vel  
custos ararij, [ ostendit, id est, fecit [ mihi mul-  
ta mala ] sed non impune, quia [ dominus reddet  
ei secundū opera eius ] quæ in me operatus est.  
[ quem & tu deuota, ] ne tibi fiat impedimentū,  
quia [ valde resistit verbis nostris, & multo ma-  
gis poterit resistere tuis. Non ait, valde resistit  
nobis. sed, verbis nostris, id est, euangelicæ præ-  
dicationi qd multo grauius est: quia non homi-  
nis restitit, sed euangelio dei. Nec ait, reddat  
ei dominus secundū opera eius, sed reddet, quod  
verbum pronunciantis est, non imprecantis.

*In prima mea defensione nemo mihi ad-  
fuit, sed omnes me dereliquerunt, non  
illis imputetur. Dominus autē mihi asti-  
tuit & confortauit me, vt per me prædica-  
tio impletetur, & audirent omnes gen-  
tes. & liberatus sum de ore leonis. libera-  
bit me dominus ab omni opere malo, &  
saluum faciet in regnum suum cæleste,  
cui gloria in secula seculorum. Amen.*

Multoties, inquit, ductus sum ante Neronem  
pro defensione fidei, sed [ in prima mea defen-  
sione. .i. quando ante tyrannum illū prima vice  
defendi euāgelium, [ nemo, id est, nullus ex di-  
scipulis meis [ adfuit mihi, ] vt me adiuuaret co-  
ram Nerone ad defendendum dogma Christia-  
norū, [ sed omnes me dereliquerunt ] metu sup-  
pliciorū [ nō illis imputetur hoc à deo, sed igno-  
scatur. Non orabat pro Alexandro, qui inuidē-  
tia fraternitatem oppugnando peccauerat: pro  
his autem qui non abruperant amorem, sed ti-  
more succubuerūt, orat vt eis ignoscatur. Mul-  
tum enim interest, cum post agnitionē dei per  
gratiam domini nostri Iesu Christi quisquam

oppugnat fraternitatem & aduersus ipsam gra-  
tiam qua reconciliatus est deo, sicut intelligitur  
Alexander fuisse, inuidentiæ facibus agitur: &  
cū quis à fratre amorem nō alienauit, sed of-  
ficia fraternitati debita per aliquam infirmitatē  
animi non exhibet, sicut nunc discipuli timore  
Paulum deseruerunt in prima defensione, vel  
ipsi apostoli Christum in passione, quem tamē  
non destiterūt amare, quapropter non orat pro  
Alexandro, qui gratiæ dei ingratus existēs, ip-  
sam gratiam impugnando, & charitatem frater-  
nā persequendo peccabat ad mortem, quia Io-  
annes dicit, Est peccatum ad mortem, non pro  
illo dico vt roget quis, sed pro his qui non ma-  
litiā, sed timore ab eo recesserunt, orat: quia idē  
Ioannes ait, Qui scit fratrem suū peccare pec-  
catum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita  
peccanti non ad mortem. Omnes (inquit) me  
dereliquerūt [ dominus astitit mihi ] derelicto ab  
hominibus, consolando me per internam aspi-  
rationem suā, & loquendo per os meum, & mi-  
tigando furorem tyranni. [ & confortauit me,  
id est, constantem me fecit, vt non cessarē à dō-  
ctrina veritatis, sed rationibus tyrannū poterēt  
superare, vt me dimitteret, [ vt per me imple-  
retur [ euangelica ] prædicatione & audirent om-  
nes gētes ] nō solū in Italia, sed & vsque in His-  
paniā. Et ita per dominū qui mihi affuit, [ libe-  
ratus sum de ore leonis. .i. à rabie leonis, qui me  
deurare voluit, id est, à rabie Neronis, ne me  
mox interficeret. Et adhuc [ liberabit me domi-  
nus ab omni opere malo, ] vt nullius tormentis  
possim cōpelli ad perpetrationem mali operis:  
& sic martyrio cōsummatum [ saluum faciet ] me,  
perducens [ in regnum suum cæleste, cui ] domi-  
no pro his omnibus sit [ gloria in secula seculo-  
rum .i. in æterna secula. [ Amen. ] Eusebius in  
historia ecclesiastica scribit: Festus à Nerone in  
Indeā missus est succedere Felici, quem di-  
cta causa, Paulus cum Luca & Aristarcho, quem  
concaptiuum appellat, vincitū Romā mittitur.  
Vbi biennio positus, verbum dei prædicabat,  
nemine prohibente. Quem tamen affuisse ibi  
& defendisse se apud Neronem, & rursus pro-  
fectum esse ad prædicationis officium, sermo  
confirmat, & post hæc denuō redisse ad supra-  
dictam urbem, vbi & martyrio consumma-  
tus est: & tunc in vinculis positus, secundam  
ad Timotheum scribit epistolam, in qua & de  
prima sua defensione, & de præsentī simul in-  
dicat passione ita: In prima mea defensione ne-  
mo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt.  
non illis imputetur. Dominus autem mihi asti-  
tuit, & confortauit me, vt per me prædicatione im-  
pletetur, & audirent omnes gentes, & liberat⁹  
sum de ore leonis: manifestissimē per hæc desi-  
gnans, quia primo quidem vt per ipsum cœpta  
prædicatione cōpleretur, liberatus est de ore le-  
onis. Neronē scilicet in leone pro crudelitate si-  
gnificans. Præuidens autē in spiritu cōsumma-  
tionem suam, adiecit: Liberabit me dominus  
ab omni opere malo, & saluum faciet, in re-  
gnum suum cæleste: significans per hæc quod  
esset confestim martyrio coronandus. Non  
igitur eo tempore quo Pauli actus in vrbe Ro-  
ma conscripsit Lucas, martyrio perfunctus est  
Ec iij Pau-

Matt. 16.  
Roma. 2.

I

Colof. 4.

L

M

Actu. 16.  
22. & 23



**G** Paulus. potuit enim fieri, vt inimicus adhuc le-  
nior esset Nero, & defensionem Pauli pro no-  
stro dogmate nō aspernenter acciperet. Beda  
quoque in nouissimo versu A&uum apostolo-  
rum, quo dicitur quia Paulus biennio docebat  
sine prohibitione, subiicit: Non solum Romæ  
prohibitus est, sed necdū, Neronis imperio ro-  
borato, nec in tanta erumpente scelera, quanta  
de eo narrant historiæ, dimissus est vt euange-  
lium Christi in occidentis quoq; partibus præ-  
dicaret, sicut & ipse Romanis ait: Nunc igitur  
proficiscar Ierusalem ministrare sanctis. & pau-  
lō post: Hoc igitur cum consummauero, profi-  
ciscar per vos in Hispaniam. Postea verò, id est  
vltimo Neronis anno, retentus ab eo, marty-  
rio coronatus est. Quod vtrunq; in secunda ad  
Timotheum epistola, passurus de vinculis di-  
ctans, exponit: In prima, inquit, mea defen-  
sione & c. vsq;, de ore leonis manifestissimè pro-  
pter crudelitatem Neronem leonem esse signifi-  
cans. Et in cōsequentibus, & saluabit me, & sal-  
uum faciet in regnum suum cæleste, quod sci-  
licet præsens sibi sentiret imminere martyriū.

*Saluta Priscillam & Aquilam, &  
Onesiphori domum, Erastus remansit  
Corinthi. Trophimum autem reliqui in  
firmum Mileti. Festina ante hyemem  
venire. Salutant te Eubulus & Pudens  
& Linus, & Claudia & omnes fra-  
tres. Dominus Iesus Christus cum spi-  
ritu tuo, gratia vobiscum. Amen.*

Saluta (inquit) Priscillam & Aquilam] ami-  
cos meos, apud quos frequenter hospitari con-  
sueui. Priscilla & Aquila vxor & maritus erant:  
& tamen Priscilla sæpe nominatur prior. Vnde  
patet quod ipsa virum suum meritis optimis  
precesserit, licet vtræque apud deum magni me-  
riti fuerit. Saluta [ & Onesiphori domum, ] que  
mihi tantam exhibuit humanitatem. Quod si de  
Erasto scire volueris vbi sit, ipse [ remansit Co-  
rinthi. Trophimū reliqui ] egrotantem [ Mi-  
leti, ] qui postea factus est Arelatensium episco-  
pus. Dixi vt citò ad me venias, & nunc dico vt  
[ ante hyemem venire ] festines, ne rem difficul-  
tas hyemis retardet, quia forsitan me in corpo-  
re non inuenires. Romæ verò morantes te salu-  
tant Eubulus & Pudens & Linus (Iste Linus  
fuit primus Romanæ sedis episcopus) [ & Clau-  
dia: neque solum isti te salutant, sed [ & omnes  
fratres, Dominus Iesus Christus sit cum spiri-  
tu tuo, ] vt per præsentiam deitatis suæ custo-  
diat mentis tuæ cogitationes, & bonam volun-  
tatem tuam ad omne bonū opus admittat. [ Et  
gratia eiusdem domini sit [ sit vobiscum, [ vt ei  
auxilio mala cauere & bona facere valeatis, tam  
tu quam subditi.

EPISTOLAE PAULI  
secundæ ad Timotheum  
finis.

PRÆFATIO IN EPISTO-  
lam ad Titum.

Itum apud Cretenses episcopū reliquerat Apo-  
stolus, vt vniuersam Cretem regeret & doceret  
ideo nunc per epistolam instruit eum, quales  
episcopos debeat ordinare, & qualiter falsos prædicato-  
res repellere, qui legales ceremonias volebant inducere.  
Docet enim qualiter vnumquemque debeat admonere,  
& instruit de spiritali conuersatione, scribens ei à Nico-  
poli, quaesita est in A&tiaco littore.

EPISTOLAE PAULI  
AD TITVM,  
CAPVT I.

**P**aulus seruus Dei, aposto-  
lus autem Iesu Christi se-  
cundum fidem electorum  
dei & agnitionem verita-  
tis, quæ secundum pietate-  
m est, in spe vitæ æternæ, quam promi-  
sit qui non mentitur deus, ante tempora  
secularia, manifestauit autem tempori-  
bus suis verbum suum in prædicatione,  
quæ credita est mihi secundum præcep-  
tū saluatoris nostri dei, Tito dilecto filio  
secundum communem fidem gratia &  
pax à deo patre & Christo Iesu salua-  
tore nostro.

[Paulus seruus dei] scribit Tito, non tamen  
seruus ea seruitute quæ est ex seruili timore, sed  
illa poti⁹, quæ fit ex amore & casto timore. Ser-  
uus dei est, qui peccati seruus non est. Omnis  
enim qui facit peccatum, seruus est peccati, &  
Nemo potest duobus dominis seruire. Paulus  
igitur qui peccati seruus non erat recte dei ser-  
uus est dictus. Deus autem hoc loco pater in-  
telligitur, vel etiam tota trinitas. Paulus est qui  
dem seruus dei, sed [apostolus Iesu Christi, i. le-  
gatus & princeps mediatoris. Nā quod dicitur  
apostol⁹ Iesu Christi, tale est ac si diceretur, præ-  
fectus prætorij Augusti Cæsaris, magister exer-  
citus Tiberij imperatoris. Vt enim iudices se-  
culi huius, quo nobiliores esse videantur, ex re-  
gibus quibus seruiunt, & ex dignitate qua in-  
tumescent, vocabula fortiuntur: ita & Aposto-  
lus grandem inter Christianos sibi vendicans  
dignitatem, apostolum se Christi in titulo præ-  
notauit, vt ex ipsa nominis autoritate lecturos  
terreret, iudicans omnes qui in Christū crede-  
rēt debere sibi esse subiectos. apostol⁹ (inquit)  
sum [secundum fidem electorum dei, i. non dif-  
fensio in apostolatu meo à fide illorum qui sunt  
à deo non tantum vocati, sed electi. apostolus  
inquam, sum secundum fidem electorū dei, &  
secundum fidē quæ habet [agnitionē veritatis.  
Nam saluator ad Iudæos qui in eum crediderāt  
est loquutus: Si permanseritis in verbo meo, co-  
gnosceitis veritatem. Hi ergo fidem habebant,  
sed agnitionem veritatis consequuti non fue-  
rant. Agnitionem dico veritatis [quæ secundū  
quia

**A** quia est & aliqua veritatis, quæ non habet pie-  
tatem est, id est, secundum piam religionem,  
velut si quis grammaticam artem nouerit vel  
dialecticam, vt rationem rectè loquendi ha-  
beat, & inter falsa & vera diiudicet. Sed agnitio  
veritatis secundum pietatem, est nosse legem,  
intelligere prophetas, euangelio credere, apo-  
stolos nō ignorare. Et hæc veritas, cuius agni-  
tio secundum pietatem est, [in spe vitæ æternæ]  
posita est, quia statim ei qui se cognouerit spem  
tribuit immortalitatis. [Quæ promisit ante tē-  
pora secularia deus, qui non mentitur.] Quo-  
modo promisit, cū nominibus vtique promise-  
rit, qui nondum erant ante tempora secularia,  
nisi quia in eius æternitate atque in eius verbo  
sibi cōæterno, iam prædestinatione fixum erat,  
quod suo tempore futurum erat? vel cui promi-  
sit nisi sapientia suæ, promittens omnes qui in  
illam credituri essent, habituros esse vitā æter-  
nam? Et promisit ante tēpora secularia, vel se-  
cundum aliam translationem, ante tempora æter-  
na. Ex quo iuxta historiā Geneseos, factus est  
mundus, & per vices noctium & dierum, men-  
sium pariter & annorū, tempora cōstituta sunt,  
in hoc curriculo & rota labūtur secularia tem-  
pora quæ cum seculo cœperunt: & ante hæc, id  
est, antequam mūdus cœpisset, promisit vitam  
æternam electis quos nouerat futuros. Sed ante  
hæc mundi tempora æternitatem quandam tē-  
porum fuisse credendū est, quæ vocatur æuum  
quia non variabatur mutationibus. Nam inter  
æuum & tempus hoc distat, quod æuum quidē  
stabile est, tempus verò mutabile. Et ante æter-  
na tempora, id est, ante æuum promisit deus in-  
terminabilem vitam electis suis. Nam sicut le-  
gimus, omnis sapientia à domino deo est, & cū  
illo fuit semper & est ante æuum. In hac ergo sa-  
pientia quæ cum illo est ante æuum, id est, ante  
æterna tempora, promisit ipse electis vitam an-  
te æterna tempora. Promisit qui non mentitur,  
non quia possit mētiri, & nolit in falsitatis ver-  
ba prorumpere: sed quia qui pater sit veritatis,  
nullum in se mēdaciū habeat. & quia nunquā  
mentiri potest, ideo sine ambiguitate credamus  
vera esse quæ promisit: & tales nos studeamus  
præparare, vt digni simus ea percipere. Promi-  
sit quidem ante secularia vel æterna tempora vi-  
tam æternā, sed [temporibus suis,] id est, con-  
gruis manifestauit eam, scilicet [verbum suum  
in prædicatione.] Vitam quam promisit, mani-  
festauit verbum suum. Ergo vitam quam pro-  
misit, ipsa est verbū quod in principio erat apud  
patrem, & Deus erat verbum, & verbum caro  
factum est, & habitauit in nobis. dixitque, Ego  
sum resurrectio & vita. Ego sum via veritas &  
vita. Hanc vitam & hoc verbum manifestauit  
deus mundo temporibus congruis in prædica-  
tione euāgelij [quæ credita est mihi,] vt eam fi-  
deliter annunciam gētibus, [secundum præ-  
ceptum saluatoris nostri dei,] qui nos saluos es-  
se voluit, implēdo quod promiserat. Paulus qui  
taliter est apostolus, & tantæ salutis annuncia-  
tor, scribit [Tito dilecto, id est, ceteris meliori  
& germaniori filio.] Sermo quippè & sapien-  
tia & doctrina, qua Titus Christi ecclesias in-  
struebat, efficiebat eum egregium Apostoli fi-

lium, non secundum carnem, sed [secundum fi-  
dē] illi & Apostolo [cōmunē,] vel omnibus qui  
rectè credūt cōmunē, quæ græce dicitur catho-  
lica: quia sicut vnū baptisma sic & vna fides. Ab  
hac cōmuni. i. catholica fide separati sunt hære-  
tici, qui in varios errores declinauerunt. Titus  
verò non secundū priuatā sectā quorūlibet ta-  
lium sed secundū fidem cōmunem omnium ele-  
ctorum filius est Apostoli, quia rectè docet ca-  
tholicam veritatem, quam ab Apostolo didicit.  
Cui Tito sit [gratia] spiritus sancti, quæ conse-  
cret omnia opera sacerdotalis officij eius, [ &  
pax, ] quæ eū repressis hostibus & vitiis requie-  
scere faciat, semperque cum deo & sanctis an-  
gelis concordem permanere. & hoc [à deo pa-  
tre &] filio eius [Christo Iesu saluatore nostro.

*Huius rei gratia reliqui te Crete,  
vt ea quæ defunt corrigas, & constituas  
per ciuitates presbyteros, sicut & ego di-  
sposui tibi. Si quis sine crimine est, vnius  
vxoris vir, filios habens fideles, nō in ac-  
cusatione luxuriæ, aut non subditos. O-  
portet enim episcopum sine crimine esse,  
sicut Dei dispensatorem, nō superbum,  
non iracundum, non vinolentū: non per-  
cussorem, non turpis lucri cupidum: sed  
hospitalem, benignum, sobrium, iustum,  
castum, sanctum, continentem, & am-  
plectentē eum qui secundum doctrinam  
est, fidelem sermonem, vt potens sit ex-  
hortari in doctrina sana, & eos qui cō-  
tradiciunt, arguere.*

Postquam dura Cretensium corda Paulus ad  
Christi fidem mollerat, & tam fermone quāmi  
signis edomuerat eos non iam in Iouem, sed in  
Christū credere, reliquit Titū discipulū suum  
Crete, vt rudimenta nascentis ecclesiæ confir-  
maret: & si quid videretur deesse, corrigeret, ip-  
se perges ad alias nationes, vt & in eis fundamē-  
tū Christi poneret. Et hoc est quod dicit: [Gra-  
tia. i. causa [huius rei reliqui te Crete, vt ea quæ  
defunt corrigas. Cū enim dicit, vt ea quæ de-  
funt corrigas. ostendit necdum eos ad plenam  
venisse scientiam veritatis: & licet ab Apostolo  
correcti fuissent, tamen adhuc indigere corre-  
ctione. Omne enim quod corrigitur imperfe-  
ctū est. Vt ea (inquit) quæ defunt corrigas. i. vt  
ea quæ à me correctæ sunt, & necdum ad plenā  
veri lineā sunt redacta, à te corrigantur, & nor-  
mam æqualitatis recipiant. & quia solus nō suf-  
ficeres hoc facere, [constituas per ciuitates pres-  
byteros. i. episcopos,] sicut & ego tibi disposui  
.i. tales, quales tibi designaui, non quales forte  
animus carnaliter voluerit, aut homines tibi  
persuaserint. Vt constituas (inquit) presbyteros,  
& post pauca subiungit quod oporteat episco-  
pū sine crimine esse, ostendēs quia idē est pres-  
byter qui episcopus. Nam antequā diaboli in-  
stinctū

**G**stinctu studia in religionē fierēt, & diceretur in  
**i. Cor. 1.** populis, Ego sum Pauli, ego Apollō, ego autē  
 Cephæ, communi presbyterorum cōsilio gu-  
 bernabantur ecclesiæ. Postquam verò vnusquis  
 que eos quos baptizauerat, putabat suos esse nō  
 Christi, in toto orbe decretum est, vt vnus de  
 presbyteris electus superponeretur cæteris, ad  
 quem omnis cura ecclesiæ pertineret, & schis-  
 matum semina tollerentur. Nam & alibi scriptū  
**Philip. 1.** est: Paulus & Timotheus serui Iesu Christi, om-  
 nibus sanctis i Christo Iesu qui sunt Philippis,  
 cum episcopis & diaconibus. Philippi vna est  
 vrbs Macedoniæ, & certe in vna ciuitate plures  
 episcopi esse non poterant. Sed quia eosdē epi-  
 scopos illo in tēpore, quos presbyteros appel-  
 labāt, propterea indifferēter de episcopis quasi  
**Actu. 20** de presbyteris loquutus est. Et in Actibus apo-  
 stolorum ad vnus ecclesiæ sacerdotes ait: At-  
 tendite vobis & cuncto gregi, in quo vos spiri-  
 tus sanctus posuit episcopos. Hæc idcirco dixi-  
 mus, vt ostenderemus apud veteres eosdē fuisse  
**H** presbyteros quos episcopos: paulatim verò,  
 vt dissensionum plantaria euellerentur, ad vnū  
 omnem sollicitudinem esse delatam. Sicut ergo  
 presbyteri sciunt se ex ecclesiæ consuetudine ei  
 qui sibi prepositus fuerit, esse subiectos, ita epi-  
 scopi nouerint se magis consuetudine quàm di-  
 spositionis dominicæ veritate presbyteris esse  
 maiores, & in communi debere ecclesiam re-  
 gere imitates Moysen, qui cū haberet in pote-  
**Exod. 18.** state solus præesse populo Israël, septuaginta  
 elegit, cum quibus populum iudicaret. Videamus  
 igitur qualis presbyter vel episcopus ordi-  
 nādus sit. Constituas (inquit) per ciuitates pres-  
 byteros, sicut & ego tibi disposui. [Si quis sine  
 crimine est,] illum subaudi constituas. Non vt  
 eo tempore quo ordinādus est, sine vllō crimine  
 sit, & præteritas maculas noua couersatione  
 deleuerit, sed vt ex eo tempore quo in Christū  
 renatus est, nulla criminis conscientia mordeatur.  
 Crimen autem est graue peccatum, accusa-  
 tione & damnatione dignissimum. Et prima li-  
 bertas est carere criminibus. Multi quippe fide-  
 les sunt sine crimine, sine peccato autem nullus  
 est in hac vita. Et ideo Apostolus designās quis  
 sit ordinandus, non ait: Si quis sine peccato est.  
 hoc enim si diceret, omnis homo reprobaretur  
 nullus ordinaretur. sed ait, si quis sine crimine  
 est, sicuti est homicidius, adulterium, aliqua im-  
 munditia fornicationis, furtum, fraus, sacrile-  
 gium & cætera huiusmodi. Cū ea homo non  
 habet, debet autē omnis Christianus homo nō  
 habere, incipit caput eripere in libertatem. Et  
 idcirco qui ordinatur, careat omni crimine, vt  
 libera fronte possit aliorū crimina redarguere,  
 & nemo valeat illi sua obiicere. Et sit [vnus  
 vxoris vir,] quam habuerit, non habeat. Multi  
 superstitiosius magis quàm verius, etiā eos qui  
 cum gentiles fuerint, & vnam vxorem habue-  
 rint, qua amissa, post baptismum Christi alterā  
 duxerint, putant in sacerdotium nō eligendos:  
 cū vtique si hoc obseruandum sit, illi magis  
 ab episcopatu arceri debeant, qui vagā per me-  
 retrices prius exercentes libidinem, vnam re-  
 generari vxorem acceperint: & multo detesta-  
 bilius sit, fornicatum esse cum pluribus quàm

vnam vxorem habuisse. Hæc Hieronymus. **K**  
 Augustinus autē ait: Vnius vxoris virum acu-  
 tius intellexerunt, qui nec eum, qui catechu-  
 minus vel paganus habuerit alteram, ordinan-  
 dum esse censuerunt. De sacramento videlicet  
 agitur, non de peccato. Nam in baptismo dimit-  
 tuntur. Propter sacramenti autem sanctitatem,  
 sicut scemina (etiam si catechumena) vitata, nō  
 potest post baptismum inter Dei virgines con-  
 secrari, ita non absurde visum est, eum qui ex-  
 cessit vxorum numerum singularem, non pec-  
 catum aliquod commisisse, sed normam quan-  
 dam sacramenti remisisse, non ad vitæ bonæ  
 meritum, sed ad ordinationis ecclesiasticæ si-  
 gnaculum necessariam. Ac per hoc, sicut plures  
 antiquorum patrum vxores, significauerūt fu-  
 turas ex omnibus gentibus ecclesias vni viro  
 subditas Christo: ita noster antistes vnus vxor-  
 is vir, significat ex omnibus gentibus vnitatē,  
 vni viro subditam Christo. Sit etiam [filios ha-  
 bens fideles, non in accusatione luxuriæ aut nō  
 subditos, hoc est, non in patris potestate. Pona-  
 mus enim aliquā bene instituisse liberos suos,  
 & à parua etate semper dominicis erudisse præ-  
 ceptis, hi si postea se luxuriæ dederint, & supe-  
 rantibus vitiis, libidini frena remiserint, nun-  
 quid culpam eorum in patrem redundabit, &  
 sanctitatem patris filiorum nequitia maculabit. **Gene. 25.**  
 Nam & Isaac credendus bene instruxisse filiū **26. 27.**  
 suum Esau, qui tamen post fornicarius & pro- **1. Re. 8.**  
 fanus extitit. Samuel quoque filios habuit, qui  
 declinauerunt post auaritiam, & propter mu-  
 nera peruerterunt iudicium. Ergo si tunc ele-  
 ctio fieret sacerdotum, & Isaac propter Esau, &  
 Samuel propter filios suos indigni sacerdotio  
 putarentur. Sed sciendum quia tam sanctum est  
 nomē sacerdotij, vt nobis etiā quæ ea extra nos  
 sunt posita, reputētur, nō quo propter vitia no-  
 stra episcopi non fiamus, sed quo propter filio-  
 rum incontinentiā ab hoc gradu arguendi su-  
 mus. Qua enim libertate alienos filios corripere  
 & docere possumus quæ recta sunt, cū nobis  
 statim possit, qui fuerit correptus, ingerere. An-  
 te doce filios tuos? aut qua fronte extraneū cor-  
 ripio fornicantem, cū mihi cōscientia mea ipsa  
 respondeat, exhæreda ergo filium fornicatē,  
 abiice filios tuos vitiis seruietes? Cū autem ne-  
 quam filius in vna tecum domo maneat, tu au-  
 des de alterius oculo festucam detrahere, in tuo  
 trabem non videns? Non itaq; iustus pollutur **Mat. 7:**  
 ex vitiis filiorū, sed libertas ab Apostolo eccle-  
 siæ principi reseruatur, vt talis fiat, qui non ti-  
 meat propter vitia liberorū extraneos reprehē-  
 dere. Vnde & cōsiderandū aduersus eos qui de  
 episcopatu intumescunt, quia nō statim omni-  
 bus his meliores sunt, quicūq; episcopi nō fue-  
 rint ordinati, cū nōnulli idcirco ad sacerdo-  
 tiū nō peruenerint, quia eos liberorū vitia im-  
 pedierint. Si autē peccata filiorū ab episcopatu **Nota.**  
 iustū prohibēt, quanto magis se vnusquisq; cō-  
 siderans, debet retrahere ab hoc nō tam hono-  
 re quàm onere, & nō ambire alienum locū, quē  
 magis digni debent occupare? Solent & per fi-  
 lios opera designari, vt ille intelligatur debe-  
 re ordinari, qui in propria potestate habet ope-  
 ra sua, vt nulla subrepentium vitiorum labe  
 finat

**A** finat ea maculari. Ideo (inquit) dixi vt ordinetur, si quis sine crimine est, quia [oportet episcopum esse sine crimine, sicut dispensatorem dei,] qui est sine peccato, vt domini sui puritatem in aliquo imitetur, quoniam nō sua sunt quæ præstat, sed dei qui dispensat. Et oportet eum esse [non superbum, id est, non tumentē vel placentem sibi quod episcopus sit, sed quasi bonū villicum, id requirentē quod pluribus proficit. oportet esse & [non iracundum.] Iracundus est, qui semper irascitur, & ad leuem responsionis aurā quasi à vento folium mouetur. Et reuera nihil est foedius præceptore furioso, vt cū debeat esse mansuetus, patiens & sapiens, toruo vultu & trementibus labiis, rugata fronte, effrenatis conuitiis, facie inter pallorem & ruborē variata, clamore perstrepat: & errantes non tam ad bonū retrahat, quàm ad malum sua sæuitia precipitet. Neque verò qui aliquādo irascitur, iracundus est, sed qui crebro hac passione superatur. Oportet & [non vinolentum] esse. Quale enim est, episcopum videre vinolentum, vt sensu **B** occupato vel exaltet risum cōtra grauitatis decorem, vel labiis dissolutis cachinnet, vel paululum tristis quasi cuiusdam rei fuerit recordatus, inter pocula in singultus prorumpat, & lachrymas seu quid aliud amentius faciat? Vbicunque saturday & ebrietas fuerint, ibi libido dominatur. Specta ventrem & genitalia. nam iuxta ordinem membrorum est & ordo vitiorum. Dehinc additur, [non percussorem] oportere esse sacerdotē. Quod quidem & simpliciter intellectum, ædificat audientem, ne faciliē manū porrigat ad cædendum, ne in os alterius verberandū infans erumpat. Melius est autē, vt nō percussorem illum dicamus, qui mansuetus & patiens, scit in tēpore quid loquendum sit, quid tacendum, nec sermone inutili cōscientiam percutit infirmorum. Nō enim Apostolus ecclesiæ principē formans, vetat esse pugilem, & corporeis ictibus alios corporaliter lædētē, quod etiam in plebeo & quocunq; gentili si fuerit, reprehenditur. sed hæc, vt diximus, ne cōtumeliosus & garrulus perdat eum, quē potuit modestia & lenitate corrigere. Oportet etiam hunc esse [nō turpis lucri cupidum,] vt non cupiat aggregare pecuniā: sed habens victum atq; vestitum, his contentus sit. Hucusque, qualis non debeat esse episcopus? vel presbyter Apostoli sermo descripsit: & nunc ecōtrario, qualem oporteat eū esse ostendit. [Sed hospitalem, inquit, benignū, sobriū, iustum, castum, sanctum, continentē, & amplectentē &c. Ante omnia hospitalitas futuro episcopo denunciatur. Si enim omnis homo audire desiderat, Hospes fui & suscepistis me, quāto magis episcopus cuius domus omnium cōmune esse debet hospitium? Laicus enim vel duos aut paucos recipiens, impleuit hospitalitatis officium: episcopus verò nisi omnes receperit, inhumanus est. Sit etiam benignus, vt benigne diligit omnes: & quicquid boni potest tam corporaliter quàm spiritualiter, impendat. Sit & sobrius, vt corporalis ebrietas longē sit ab eo, nec sensum eius mundana cupiditas, vel ira, seu quodlibet aliud vitium inebriet, sed acuto sensu diiudicet omnia, sicut vir spiritualis. Iustus

quoq; sit, vt iustitiam in populis quibus præest **D** exerceat, reddens vniciq; quod meretur, nec accipiat personam in iudicio. Inter laici autem & episcopi iustitiam hoc interest, quod laicus potest apparere iustus in paucis: episcopus verò in tot debet exercere iustitiā, quot subditos habet. Sit etiam castus. Si enim laicis imperatur vt propter orationem abstineat ab vxorum coitu, quid de episcopo sentiendum est, qui pro suis populique peccatis illibatas deo oblaturus est victimas? Quomodo igitur hospitalitas & benignitas atque iustitia præcipua esse debet in episcopo, & inter cunctos laicos eminent, sic & castitas propria & (vt ita dixerim) pudicitia sacerdotalis, vt nō solum ab opere immundo se abstineat, sed etiā à iactu oculi & cogitationis errore, mens confectura Christi corpus, sit libera. Vnde & additur, vt sit sanctus. Sanctitas enī, quantū secundum nos, est dicenda ab omni iniquatione libera & perfectissima & incontaminatissima puritas. Sit etiā continens non solum ab vxoris amplexu, sed ab omnibus animi perturbationibus, ne ad iracundiam cōciteretur, ne illū tristitia deiiciat, ne terror agitet, ne lætitia immoderata subtollet. Cōtinentia enim nō solum in carnis opere & in animi concupiscentia, sed in omnibus rebus est necessaria, ne honores indebitos appetamus, ne accēdamur auaritia, ne vlla passione superemur. Ad extremū sit amplectens [eum qui secūdū doctrinam est, fidelem sermonem,] vt quomodo sermo dei fidelis est & omni acceptione dignus, sic & ille talem se præbeat, vt omne quod loquitur, fide dignum existimetur, & verba ipsius sint regula veritatis. ac desiderio charitatis amplectatur huiusmodi sermonem, quo possint audientes doceri, [vt potens sit in doctrina sana exhortari eos ad bene agendum. Sana doctrina dicitur, ad distinctionem languidæ infirmæque doctrinæ. potens sit [ & arguere eos qui contradicunt, id est, hereticos vel Iudæos & seculi istius sapientes, siue etiam malos catholicos, qui moribus contradicunt, id est, non loquendo, sed male viuendo. Nam præcipitur illis vt non fornicentur, & fornicantur: præcipitur illis vt non rapiant, & rapiunt: sicque cætera mala à quibus prohibentur, faciunt: & ita non lingua, sed vita semper doctrinæ sanctæ cōtradiciunt. Superiora quidem quæ in episcopi virtutibus posuit, ad vitam pertinent: hoc verò quod ait, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere, ad opus prædicationis refertur. Quia si episcopi tantum sancta sit vita, sibi potest prodesse sic viuens: porro si doctrina & sermone fuerit eruditus, potest cæteros quoque instruere: nec solum suos instruere, sed aduersarios repercutere: qui nisi refutati fuerint atque conuicti, faciliē quærunt simplicium corda peruertere. Hic locus aduersus eos facit, qui inertia se & ocio ac somno dantes, putant peccatum esse si scripturas legerint, vel negligunt eas legere: & eos qui in lege domini meditantur die ac nocte, quasi garrulos inutilēque contemnunt, non animaduertentes Apostolum post catalogum conuersationis episcopi, etiam doctrinam similiter præcepisse.

**G** Sunt enim multi & inobedientes, vaniloqui & seductores, maxime autem qui de circuncisione sunt, quos oportet redargui, qui vniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius eorum propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestia, ventres pigri. Testimonium hoc verum est. Quam ob causam increpa illos dure, vt sani sint in fide, non intedentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auersantium se à veritate.

Ideo qui ordinatur episcopus, debet esse potens arguere eos qui contradicunt: quia [sunt multi,] latam viam quæ ducit ad perditionem, ambulantes, [ & ] diuinis mandatis [ inobedientes. Qui ergo futurus est ecclesiæ princeps, habeat eloquentiam cum vitæ integritate sociatam, ne opera absque sermone sint tacita, vel dicta factis deficientibus erubescant, maxime quia sunt non pauci, sed multi, nec acquiescentes, sed inobedientes. [vaniloqui, id est, vanas factas prædicantes: [ & seductores, id est, alios à veritate in errorem post se trahentes. sed illi [maxime] sic agunt, [qui sunt de circuncisione, id est, qui ex Iudæis ad baptismum venerunt, nec carnales obseruantias legis deseruerunt. hi tunc temporis nascentem Christi ecclesiam subvertere nitentur, & iuducere legalia præcepta. Nam sine scripturæ autoritate garrulitas eorum non haberet fidem: vbi videntur peruersam doctrinam suam diuinis testimonijs corroborare, [quos oportet redargui, id est, tales homines doctores ecclesiæ debent ratione scripturarum superare, & silentium illis imponere pondere testimoniorum. [qui] non vnam vel paucas [domos,] sed [vniuersas] cum dominis familiaribus; [subuertunt, id est, à statu fidei subruunt, [docentes] ea [quæ non oportet] job gratiâ [turpis lucri, id est, quasi sub specie consulendi, agentes negocium decipiendi propter pecuniæ questum docent ea quæ non oportet, id est, ciborum differentias, & ocium sabbati iam dudum aboliti, atque circuncisionis iniuriam. & vtinã zelo fidei talia docerent. ex parte enim aliqua posset eis ignosci, atque dici quod æmulationem dei haberent, sed non secundum scientiam. Sed quia venter est deus ipsorum, turpis lucri gratia volunt proprios facere discipulos, vt quasi magistri à sectatoribus alantur siue pecunias accipiant. Possumus & aliter intelligere turpe lucrû, quia omnes hæretici dum peruersa docent, lucratores hominum se solent asserere, cum non lucrû, lucrum sit, sed perditio, animas interficere deceptorum. Contra qui errantem fratrem suum iuxta euangelium corripuerit, si fuerit ille conuersus lucratus est eum. Quod enim maius vel preciosius lucrum esse potest, quàm si humanam animam quis lucretur? Omnis igitur doctor ecclesiæ, qui ad Christi fidem recta ratione per-

suadet, honestus lucrator est. Et omnis hæreticus qui fraudulētis sermonibus homines fallit, loquitur quæ non oportet turpis lucri gratia. Sequitur: Dixit quidam ex illis. &c. Quantum ad textum sermonis & continentiam loci pertinet hoc, quod ait, Dixit quidam ex illis proprius eorum propheta, videtur ad eos referri, de quibus præmissum est, Maxime qui de circuncisione sunt, quos oportet redargui, qui vniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia: vt sequatur dixit quidam ex illis proprius eorum propheta, Cretenses semper mendaces &c. Sed quia in nullo prophetarum qui apud Iudæam vaticinati sunt, hic hexameter versus reperitur, *ἡ πῆρις αὐτῶν ἡ ἰουδαία, ἡ πῆρις αὐτῶν ἡ ἰουδαία*, referatur (si placet) ad superiora, vbi dictum est, Reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas, vt sequatur, dixit quidam ex illis proprius eorum propheta, id est, Cretensium. Quia verò multa in medio sunt, & hoc absurdum fortasse videtur, ideo cum his superioribus: quæ minora sunt, aliter aptandum est, vt legamus. Sunt enim multi & inobedientes, vaniloqui & seductores maxime autem qui de circuncisione sunt: quos, scilicet multos & inobedientes, vaniloquos & seductores, cum his qui de circuncisione sunt, oportet redargui, qui vniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia, [Dixit quidam ex illis proprius eorum propheta, Cretenses semper mendaces,] vt id quod dictum est, proprius eorum propheta, non specialiter ad Iudæos & eos qui de circuncisione sunt, referatur: sed ad multos & inobedientes, vaniloquos & seductores: qui utique quia in Creta erant, Cretenses fuisse credendi sunt. Qui quod vaniloqui sunt, quidam proprius eorum propheta sic prænuñciauit, Cretenses semper mendaces. Et quod sint seductores atque domos subuertant, ita subnexuit [malæ bestia.] Et quod temporalis lucri gratia doceant ea quæ non oportet, ita subiicit, [ventres pigri.] Mendaces quippe sunt & malæ bestia & ventres pigri, quia falsa persuadent, & ferarum ritu sanguinem sitiunt deceptorum, & non cum silentio operantes suum panem manducant, quorum deus venter est & gloria in confusione ipsorum. Dicitur autem iste versus in Epimenidis Cretensie poetæ oraculis reperiri, quem nunc Apostolus siue alludens prophetam vocat, quod scilicet tales Christiani tales merentur habere prophetas, quomodo prophetas Baal & quoscunque ociosos prophetas scriptura commemorat siue vere, quia de oraculis scripserat atque responsis, quæ & ipsa futura prænuñcient, & ea quæ ventura sunt, multo antè prædicant. Denique tempore ex illo extabat oraculorum titulo prænotatus liber quidam Epimenidis, quæ, quia videbatur diuinum aliquid repromittere, propterea Apostolum arbitror inspexisse, vt videret quid in eo promitteretur, & in tempore versus versiculo scribentem ad Titum, quia erat Cretæ, vt falsos doctores Cretensium proprio insulæ suæ authore contereret: Non tamen totum opus Epimenidis, quod de oraculis scripserat, per vnum versiculum confirmauit: sed Cretenses tantum mendaces vitio mentis incre-

**A** paut ob ingenitam mentiendi facilitatem, de propria gentis eos authore confutans. Nā nemo est tam sicarius, tam parricida, tam veneficus, qui non aliquid boni aliquando fecerit. Ergo si vnum bonum illius videntes laudauerimus, necesse erit vt & cætera quæ male agit, laudemus: absit. & si inimicus aduersum nos iurgitet & clamitet, nonne iter verba similitatis & rixæ aliquid loquitur veritatis, quod & à nobis quoque aduersum quos loquitur, non vsquequaque reprehenditur? Sic & Epimenides non ideo vera dixit omnia, quæ in carminibus eius continentur, quia cæteræ res fallaces sunt, sed in eo tantummodo verum loquutus esse probatur, quia ingenti Cretensium mendacij vitium expressit, & eos malas bestias pro crudelitate, & ventres pigros pro comestione & ociositate vocauit. Vnde Apostolus consideratè & circumspectè loquens, adiunxit: [Testimonium hoc verum est.] Non totum carmen de quo testimonium sumptum est, non vniuersum opus, sed tantum hoc testimonium, hic versiculus. Nam qui in vna tantum poematis parte contempsit, cætera confutasse credendus est. Verum est (inquit) testimonium hoc, quia tales sunt Cretenses, quales illos esse testatur, licet non omnes. [Quam ob causam, id est, quia tales sunt, [increpa illos] non molliter, vt soles, sed [dure, id est, dura eorum corda penetret increpatione dura, [vt sani sint in fide, id est, vt mens eorum non infirmetur in fide, sed conualecat & omnem languorem perfidiae procul repellat à sua fide. Sani inquam sint in fidei puritate, quæ nullo tabescit languore perfidiae, [non intendentes Iudaicis fabulis, quas magistri Iudæorum sine autoritate scripturarum, & sine vlla assertionem rationis docent, [ & mandatis] non dei, sed hominum, id est, Iudæorum, humana tantum & carnalia sapientium, [auersantium se à veritate] spiritualis intelligentiæ. Si quis post aduentum Christi conciditur, non circunciditur, sed Iudaicis seruit fabulis, & mandatis hominum auersantium se à veritate. Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne circuncisio, sed qui in occulto Iudæus est. & circuncisio cordis in spiritu, non litera. Si quis pascha agit, non in azymis sinceritatis & veritatis, vt exterminet ex anima sua omne vetus fermentum malitiæ & nequitiae, iste attendit fabulis & sequitur vmbras veritate neglecta. Si quis non resurgens cum Christo, nec quærens ea quæ sursum sunt, sed quæ super terram sunt, dicit, ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque attrectaueritis, quæ sunt omnia in interitu ipso vsu, secundum præcepta & doctrinas hominum, iste fabulis est intentus, & obseruat mandata hominum vmbram tenentium & veritati terga vertentium. Vnde & subditur.

*Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum & mens & conscientia. Confitentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominati & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.*

Quia superius dixerat, sunt enim multi & inobedientes, vaniloqui & seductores, maxime qui de circuncisione sunt, & de his qui ab eis ducti fuerant, consequenter addiderat, increpa illos dure, vt sani sint in fide, non intendentes iudaicis fabulis, & mandatis hominum auersantium se à veritate, & putabant inter cibos esse distantiam, vt aliqui mundi & aliqui essent immundi, propterea nunc subiungit: [Omnia munda mundis, id est, omnia ciborum genera secundum naturam sunt munda, & apud illos nihil habent immunditiæ, qui in Christum credunt, & sciunt omnem creaturam dei bonam esse, & nihil abiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur, Mundis quidem munda sunt omnia, sed [coinquinatis, id est, carnaliter legem intelligentibus [ & infidelibus, id est, tempus gratiæ à legis tempore non discernentibus, [nihil] ciborum [est mundum:] quia & his quæ respuunt, & his quæ sumunt, non sanctè nec iustè vtuntur: [sed inquinata sunt] fetore infidelitatis [ & mens, id est, ratio [eorum & conscientia, id est, cordis arcanum. Propterea etiam quæ munda sunt per naturam, eis immunda fiunt, quia pro qualitate vescentium & mundum mundis, & immundum contaminatis fit. In nobis itaq; est vel munda comedere vel immunda. Si enim mundi sumus, munda nobis est creatura. Si autem immundi & infideles, fiunt nobis vniuersa immunda, vel propter inhabitantem in mente nostra hæresim, vel propter conscientiam delictorum. Nihil est talibus mundum, qui tantum voce [confitentur se nosse deum,] sed [factis negant] eum, [cum sint abominati, id est, ab humanitate destituti bestialiter viuendo, [ & incredibiles, id est, indigni quibus debeat credi, quia toties sunt in mendacio deprehensi. Hi, quorum polluta est mens & conscientia, deum verbis confitentur, factis autem negant, iuxta illud Isaia, Populus hic labiis me honorat, cor eorum longè est à me. Quomodo enim quis labiis honorat & corde recedit, ita sermone deum quis confitens, operibus negat. Talis quisque merito dicitur abominatus. i. nulla veritatis ratione persuasus: & incredibilis. i. nolens credere diuinis præceptis, vt eis obediat: & ad omne opus bonum reprobis, quo scilicet etiam ea quæ naturali bonitate superatus fortè bona fecerit, non sint bona, dū mētis peruersitate sunt reproba. Tales enim aut praua sunt quæ faciunt, aut recta opera non recto corde sectantur. non enim de suis operibus retributiones perpetuas, sed transitorios fauores quærunt, vel hæretico sensu quæ operantur faciunt. Aestimant quidam in eo tantum negari deum, si in persecutione quis à gentilibus comprehensus, se negauerit esse Christianum. Ecce Apostolus omnibus factis quæ peruersa sunt, deum asserit denegari. Deus charitas est, & per odium negatur charitas. Christus sapientia est, iustitia, veritas, sanctitas, fortitudo, & his similia: per insipientiam negatur sapientia, per iniquitatem iustitia, per mendacium veritas, per turpitudinem sanctitas, per imbecillitatem animi fortitudo. Et quotiescunq; vincimur vitiis atque peccatis, toties deum negamus: sicut e contrario quoties boni quid agimus, toties deum confitemur. Nec arbitrandum est, in die iudicij illos

Rom. 15  
Philip. 3  
Matt. 18

Philip. 3  
Epimenides.  
Ier. 23

Isai. 29

1. Ioan. 2.



G illos tantum à dei filio denegandos, qui in martyrio Christum negauerunt, sed per omnia opera & sermones atq; cogitationes, Christus vel negatus negat, vel confessus confitetur.

## CAPVT II.

**V** autem loquere quæ decent sanam doctrinam. Senes vt sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino seruientes, bene docentes, vt prudentiam doceant adolescentulas, vt viros suos ament, filios suos diligant: prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, vt nō blasphemetur verbum dei. Iuuenes similiter exhortare, vt sobrii sint in omnibus. Te ipsum præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in castitate, in grauitate. verbum sanum, irreprehensibile, vt is qui ex aduerso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Seruos dominis suis subditos esse in omnibus, placentes, non contradicētes, nō fraudulentos, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, vt doctrinā saluatoris nostri dei ornent in omnibus.

Ephes. 6. Colos. 3. I. Petri. 2.

Illi docēt (vt supradictum est) quæ nō oportet, sed tu loquere ea quæ decet vt loquaris, id est, sanam doctrinam, quæ nullum erroris aut vitiorum in se languorem habeat, sicut hæreticorum vel philosophorum doctrina: quæ dum ab aliis vitiis retrahit, sæpe ad alia impellit. Sola enim Christiana doctrina ab omni languore vitiorū & errorum sanat. Generaliter Apostolus Tito præceperat, quid ipse deberet loqui ad cūctos, in eo quod ait, [Tu autem loquere quæ decent sanā doctrinam,] & nunc per singulas species quid vnāquaq; ætatē deceat, exponit. Primum senibus viris cōueniētia demonstrat, deinde anus quid deceat, tertio quæ adolescentibus apta sint, tam maioribus quàm fœminis, licet in præcepto mulierum vetularum de adolescentibus fœminis mandata subiecerit, vt nō tam ipse doceret adolescentulas, quàm quid à vetulis docerentur, exponeret, extremo de seruis præcipit. Et per singulas ætates atque cōditiones sic decenter præcepta constituit, vt sermo eius vitæ morūq; sit regula. Loquere, inquit, ea quæ decet vt tu loquaris, qui doctor ecclesiæ Christi constitutus es, videlicet [vt senes sint sobrii, id est, in cibo & potu temperati, vt ætatis grauitas morū grauitatē habeat, & modū seruare sciat, & sint [pudici,] ne in vltima ætate luxurient, ne iam frigidus ad libidinem sanguine exēplo sint

adolescentibus ad ruinam, & sint [prudentes] K in respuendis vel cauendis malis, & eligendis atque faciendis bonis, vt cum solerti discretionē faciant omnia. sint etiam [sani in fide] vt nullo infidelitatis vel perfidiæ languore infirmantur, sed sint valētes in fide, sicut iustus qui ex fide viuit, & sicut Abraham qui nō infirmat<sup>9</sup> est Habac. 2. fide, nec in repromissione hesitauit diffidentia, Rom. 1. sed confortatus est fide, dans gloriam deo, plenissimè sciens quia quæcunque promisit, potēs Rom. 4. est & facere. & sint sani [in dilectiōe.] Sanus est in dilectione, qui deum diligit ex toto corde, & Deut. 6. ex tota anima, & ex tota mēte, & proximū tanquam seipsum. Qui sanus est in dilectione, non æmulatur, non inflatur, non agit perperam, nō inhoneste, non ad iracundiam concitatur, non cogitat malum, nō gaudet super iniquitate: cōgaudet autē veritati, omnia sustinet, omnia credit, omnia sperat, omnia præstolatur. Languor autem dilectionis est, quando abundante iniquitate refrigescit charitas. Hoc frigore charitatis & Amnon in sorore sua Thamar obriguit. Timēdū ergo, ne fortē & nos hac infirmitate charitatis aliquando tabescamus. Nōnunquā enim euenit, vt primum à nobis in virginem aut in quemlibet fœminam sit sancta dilectio, & cum mollita mens fuerit in affectus, paulatim sanitas charitatis languore palleat & infirmari incipiat, & diligentem ad extremam mortem ferat. Vnde Timotheo cautē præcepit Apostolus, vt exhortetur adolescentulas in omni castitate. Ois enim castitas in carne & spiritu & anima est, ne scādalizetur oculus, ne in pulchritudine vultus fœminæ pendamus, ne blanda nos audire verba delectet, ne ad singulos sermones mēs prius dura marcescat. Caueant ergo nō solū iuuenes, sed & senes, ne per sanitatē dilectionis introeat morbus charitatis: & per amorē sanctū fiat non sancta dilectio, quæ illos pertrahat ad gehennā. Sint & sani [in paciētia,] vt nullo languore impatientiæ vel murmurationis infirmantur, cum pertulerint aduersa: sed gloriētur in tribulationibus, & omne gaudiū existiment cum in tribulationibus variis inciderint. [Anus similiter] doce. Quāuis apostolus Petrus moneat, vt viri vxoribus suis tanquā infirmiori vasculo honorē tribuant, nō tamen arbitrandū est, quod vxor quæ corporis vasculum habet infirmū, statim & anima infirmior sit. Vnde & nūc præcipitur eis, vt in ipsis quoq; illud Apostoli cōpleatur, Virtus in infirmitate perficitur. & dicitur vt & omnia habeat, quæ senibus viris sunt præcepta cōmuniter, in eo scilicet quod ait, anus similiter: hoc est, ita vt viri senes, in omnibus sobriæ sint & pudicæ atque prudentes & sanæ in fide & dilectione & paciētia. Et pro sexu suo hoc habeat propriū, vt sint [in habitu sancto,] vt ipse quoque earū habitus & vestitus & incessus atq; motus & vultus ac sermo & silentiū, quādam sacri decoris præferant dignitatē. Et quia hoc genus muliercularū solet esse garrulū, ideo subditur, [non sint criminatrices, id est, de aliis male loquētes, ne ipsæ quæ adolescentiā iam transgressæ sunt, de adolescentularū ætatibus disputent, & dicant, illa sic ornatur, illa sic comitur, sic procedit, amat illum, amatur ab illo, cum etfi hac

**A** hæc vera sint, non tam apud cæteros debent infamare, quàm ipsam secretē Christi charitate corripere: & magis docere ne faciat, quàm i publico accusare quod fecerit. Solent autē hæ ætates, quia corporis frixere luxuria, licet quædam nec pudicæ fiāt, vino sedare pro libidine, Vnde à nimio potu vini prohibentur, quia quod in adolescentibus libido, hoc in senibus ebrietas est. & expresse dicitur, [non vino multo seruientes.] Seruitus enim quædam est & extrema cōditio, vino sensus hominis occupari, & suum nō esse, sed vini. Quia igitur docuit quales primo anus esse deberēt, & post illas quæ cum senibus viris habent communia, & propria eorum exposuit, vt in habitu honesto & sancto sint, nec aliarum criminatrices nec vino proprios sensus occupantes, nunc consequenter doctrinæ eis frena permittit, vt cum tales fuerint, docendi habeāt libertatem, vt scilicet sint [bene docētes, id est, ea quæ bona sunt,] vt doceant prudentiam, id est, discretionem boni & mali, vt bonum fiat & malum caueatur. Et hanc prudentiam doceant [adolescentulas.] licet enim alio loco dixerit, docere autem mulieribus non permitto, sic intelligendum est, vt in viris sit illis doctrina subblata. Cæterum adolescentulas doceant quasi filias suas, [vt ament viros suos,] & [diligant filios suos.] Quæ doctrina est amare viros, cum hoc non in eloquio docentis, sed in corde amantis sit constitutum? Vult ergo eas amare viros suos castē, vult inter virum & mulierem esse pudicam dilectionem, vt cum pudore & verecundia & quasi necessitate sexus reddat potius debitum viro, quàm ipsa exigat ab eo, & operam liberorum ante oculos dei & angelorum perpetrare se credat. Filios autē ita diligunt, si eos in dei disciplina erudiāt. Cæterum nolle eos contristare docendo quæ bona sunt, & libertatē tribuere peccandi, non est amare filios, sed odisse. Doceant & vetulæ iuenculas esse [prudētes,] vt licet corpore sint adolescentes, mente tamen per prudentiā acumen sint bene callentes, & doceant eas esse [castas,] quia aduersus castitatē magis in ætate florenti pugnat inimicus, & virtus eius omnis contra fœminas in vmbilico vetricis est, [sobrias,] ne per immoderatam potationem magis incalescant ad libidinem. & [habentes curam domus,] & diligenter omnia procurent quæ sunt in domo: [ & benignas, id est, mites & clementes, quia poterat euenire vt diligentia domus austeritate regeretur, & per hoc apostoli præceptū seuerior matrona fieret in seruulos, ideo copulauit benignas, vt tunc se crederet mariti domū bene regere, si hoc benignitate impetraret à seruulis, non terrore. Doceant eas & [subditas esse viris suis,] ne fortē diuitijs & nobilitate tumentes, dei sententiæ nō meminerint, per quā subiectæ sunt viris, ait enī mulieri: Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. In quo consideranda est scripturæ sanctæ prudentia, quia non viro dominus ait, Dominaberis vxoris tuæ, sed ipsi mulieri dixit, quia vir dominabitur tui, vt illi præmium relinqueret obsequelæ, dum in potestate eius est, si dei velit obedire præcepto, vt seruiat viro & subdita sit marito, vt scilicet & quodammodo esset li

Nota

B  
1. Tim. 2.

Iob. 40.

Gene. 5.

bera seruitus & dilectionis plena, ideo seruiens D viro, quia metuit eum offendere. Cum verò caput mulieris vir sit, caput autem viri Christus, quæcunque vxor non subditur viro, id est, capiti suo, eiusdem criminis rea est, cuius & vir si non subijciatur Christo capiti suo. ideo sint subditæ viris, [vt non] propter eas [blasphemetur verbum dei.] Verbum enim dei blasphematur, vel dum contemnitur & pro nihilo ducitur prima dei sententia, vel dum infamatur Christi euangelium: qui [contra legem fidemque naturæ est, si ea quæ Christiana est & ex dei lege subiecta viro, imperare ei desiderat, cum & gentiles fœminæ viris suis seruiant cum cōmuni lege naturæ. [Iuuenes similiter exhortare.] Sicut in eo quod supra præceperat, dicēs: habitu sancto similitudinem anuum diximus ad senes esse referendam, ita nunc in eo quod dicit, iuuenes similiter exhortare, similitudinem iuuenum ad anus, & per anus ad senes arbitramur aptandā, vt senum habeant sobrietatem, & sint pudici vt illi, atque prudentes & sani in fide & dilectione & paciētia, anuum autem sanctitatem habeant, neque criminatores sint, nec vino multo seruientes, sed bene docentes. Proprium autē habeant, [vt sint in omnibus sobrii, id est, modum tenentes & nullam superfluitatem sectantes, sicut sæpe consueuerunt iuuenes. Vel secundum alios codices, pudici sint in omnibus, tam scilicet mente quàm corpore, tam opere quàm cogitatione, vt nulla sit in adolescentē suspicio turpitudinis. Hæc sicut hactenus degesta sunt, doce: & vt doctrina tua sit efficax, [præbe te ipsum exemplum bonorum operum, id est, ita viue, vt sis omnibus forma bene viuendi, & qui te viderint, legant in operibus tuis velut in libro quid agere debeant. Nihil enim prodest, aliquem exercitatum esse in dicendo & ad loquendum triuisse linguam, nisi plus doceat exemplo doctrinæ quàm verbo. Denique qui impudicus est, quanuis disertus sit, ad castitatem audientes cohortetur, sermo eius est infirmus ac authoritatem non habet cohortandi: sicut contrario, F quanuis sit rusticanus & tardus ad loquendum, si castus fuerit, exemplo suo homines potest ad vitæ similitudinem impellere. Præbe (inquit) te ipsum exēplum [in doctrina,] vt alij exemplo tuo quæ recta sunt doceant: & [in integritate,] vt integritas animi tui nec amore laudis hominis corrumpatur, nec acceptione pecuniarum, nec qualibet alia re, similiterque cæteri exemplo tuo seruent incorruptam mentis integritatem. Et [in castitate,] vt alij exēplo tuo castitatē custodiant. Vel in integritate intemerati corporis, vt & alij exēplo tuo virginitatis integritatem perpetuò seruent, & in castitate cæteri qui virgines non sunt, vt vel post amissionem integritatis, seruent munditiam castitatis. Ex hoc Titum estimo, priusquam carnis opere occuparetur euangelio credentem accepisse baptisma, & virginem permāsisse: & ideo nunc ab Apostolo, vt integritate formam sui præbeat, commoneri. Quam quidem integritatem in Timotheo non videmus. Nam cum ei diceret, Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione,

1. Tim. 4.

## AD TITVM

**G**ne, in charitate, in fide, in castitate, de integritate tacuit, & tantum posuit castitatem. Castitas autem & in cœlibatu absque virginitatis integritate potest intelligi. [ & in grauitate ] sis exemplum cæteris, vt grauitas maturitatis in sermone in incessu tuo atque in moribus semper tuis appareat. & [ verbum ] tuum præbe[ sanum, irreprehensibile, ] vt sermo tuæ prædicationis vel etiam communis loquutionis, nec vllum habeat in se languorē vitiorum, nec possit ab aliquo reprehendi. Non quo vllus tantæ faciendæ & prudentiæ sit, vt à nemine reprehendatur. reprehunduntur enim apostoli & euangelistæ ab hæreticis & gentilibus, sed quò nihil dignum reprehensione dicat vel faciat, licet aduersarij sint ad reprehendendum parati. Vel secundum alios codices, verbo sano & irreprehensibili præbe te exemplum fidelibus, & hoc ita fac, [ vt is qui ex aduerso est, id est, quilibet infidelis ac

**H** mali inueniens quod de nobis dicat, id est, vitæ & doctrinæ nostræ sanitate perterritus, nō audeat nos accusare: hoc est, nihil veri simile in accusatione confingere. & reuera vsque hodie quidam in nonnullis ecclesijs, quāquam rarius inueniantur, tantæ sunt grauitatis & continentiæ, vt & aduersarijs habeant testimonium. Nemo enim est tam immoderatæ impudentiæ, vt solis radios possit accusare tenebrosos, & clarum lumen caligine noctis offundere. Potest is qui ex aduerso est, & diabolus intelligi, qui est accusator fratrum nostrorum, vt in Apocalypsi

**Apo. 12.** Iohānis legimus. Qui cum nihil inuenerit mali quod obijciat nobis erubescet criminatorem, & non poterit criminari. Diabolus enim criminatorem interpretatur. [ Seruos etiam ] doce [ dominis suis subditos esse, ] ne occasione spiritualis libertatis quam in Christo consecuti sunt, erigantur contra carnales dominos suos, sed humiliter eis subijciantur [ in omnibus. ] Quoniam saluator qui ait, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, nullā conditionem vel ætatem aut sexum à beatitudinis accessu repellit, ideo nunc apostolus eis & seruis præcepta constituit, scilicet vt parti ecclesiæ membrisque Christi: & quomodo superius quid Titus senes & anus & adolescentulas ac iuuenes docere deberet, exposuit, ita nunc quæ præcepta seruis tradat, ostendit. Primum, vt subditi sint dominis suis in omnibus, in his videlicet quæ non sunt contraria, vt si carnalis dominus ea iubet quæ non sunt deo contraria, subijciatur seruus domino: si autē cōtraria præcipit, magis obediat spiritus quàm corporis domino. & sint [ placentes, ] quod ex græco significat vt complacent sibi, ne videlicet super cōditione sua videatur eis dei iniqua sententia. Sed quomodo pauper iuxta mensuram suam saluari potest, & mulier in sexus infirmitate à regno non excluditur, & omnis conditio secundū ordinem suum beatitudinem adipisci potest, ita & serui complacent sibi quòd serui sunt, & non idcirco putent se deo seruire nō posse, quia subiecti sunt hominibus: sed in eo placere se credāt voluntati dei, si & dominis suis subditi fuerint

**Matt. 11.** I

**Actu. 4.**

in omnibus, & complacuerint sibi in conditione sua. [ Et non ] sint [ contradicentes ] mandatis dominorum suorum, quia solct esse maximū seruorum vitium dominis contradicere, et cum aliquid iusserint, mulsitare. Sed à Christianis seruis auferenda est huiusmodi passio. Si enim quæ dominus imperat, necesse habet seruis implere. cur hoc ipsum non cum bonā faciat voluntate, sed & dominum offendat, & tamen faciat quod iubetur. Neque sint [ fraudates, ] quia & hoc vitium solet esse seruorum, vt dominis suis fraudes faciant, furādo res eorum & infideliter illis seruiendo. Non sint ergo fraudantes, id est, fraudulenter ex rebus dominorum aliquam inuenientes, [ sed in omnibus fidem bonam ostēdentes, ] vt appareat eos fideliter in omnibus agere. Et hoc ideo, [ vt doctrinam saluatoris nostri dei ornent in omnibus. ] Si enim apud carnales dominos in minimo fideles fuerint, incipient eis apud deum maiora committi. Ornat autem doctrinam dei, qui ea quæ cōditioni suæ apta sunt facit: ediuerso confundit eam, qui non est subiectus hominibus, cui conditio sua displicet, qui cōtradictor atque fraudator in nullo fidem bonam ostendit. Quomodo enim potest fidelis esse in substantia dei, id est, in doctrina eius, qui carnali domino fidem exhibere nō potuit? vel hoc quod additur, vt doctrinam dei ornent in omnibus, non solum ad seruos referendum est, sed & ad omnes superius nominatos, ab eo loco vbi dictū est, senes vt sobrii sint quatenus scilicet vt senes & anus & adolescentulæ & iuuenes atque serui, ornent quasi margaritis operibus bonis doctrinam dei nostri.

*Apparuit enim gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem & secularia desideria, sobriè & iustè & piè viuamus in hoc seculo, expectātes beatam spem & aduentum gloriæ magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.*

Post catalogum doctrinæ ad Titum, vbi descriperat, quid senes, quid anus, quid adolescentulas, quid iuuenes, quid ad extremū seruos admonere deberet rectè nūc addit quia [ apparuit ] vel illuxit] gratia dei saluatoris omnibus hominibus, [ Non est enim aliqua differentia liberi & serui, græci & barbari: circumcisi & præputium habentis, viri & mulieris: sed cuncti in Christo vnum sumus, vniuersi ad regnum dei vocamur, omnes post offensam patri nostro recōciliandi sumus non per merita nostra, sed per gratiā saluatoris, vel quod dei patris viuens & subsistens gratia ipse sit Christus, vel quod Christi dei saluatoris hæc sit gratia, & non nostro merito saluati sumus, secundum quod alibi dictū est, Pro nihilo saluos facies illos. Ideo serui bene viuē-

**A** do debēt ornare doctrinam dei, quia gratia dei per quam doctrina possit impleri, apparuit omnibus hominibus. Et cum omnibus, vtique seruis. Vel ideo debes omnis ætatis & sexus & cōditionis homines ad bene viuendum monere, quia gratia dei saluatoris, id est, gratis datus nobis filius patris humanum genus saluare volentis, apparuit per fidem omnibus hominibus senibus & iuuenibus, maribus & fœminis, liberis & seruis, nullumque à sua cognitione exclusit. Vel gratia dei saluatoris. i. gratia domini Iesu Christi, genus humanū gratis per baptismū saluare cupiens, apparuit per illuminationē euāgelij omnibus hominibus, nullū excipiens, nullū qui cordis oculos aperire velit, præteriens. Gratia dico [ erudiens nos. i. ex rudibus pro uetos faciens, & perfectè instruens nos, vt abnegemus impietatem, id est, infidelitatem paganorum & perfidiam hæreticorum, & secularia desideria. i. cupiditates voluptatum huius seculi, quæ decipiunt multos catholicorum. Impietas enim est, vbi fidei pietas non est, secularia verò desideria sunt, quæ à mundi istius principe suggeruntur: & cum sint seculi, cum seculi huius nube pertranseunt. Qui impius antea fuit si cōuersus ad Christū factus est pius, iste impietate abnegauit. Si luxuriosus quisque ad continentiam vitā mutauit abnegauit seculi desideria. Si avarus quisque ambire iam desuit, & largiri didicit propria qui aliena rapiebat, abnegauit desideria seculi. Nam qui esuriunt & sitiūt iustitiam qui gaudia patriæ cœlestis appetūt, isti videlicet illecebrosa desideria presentis seculi quæ assēquebantur, iam abnegauerunt. [ abnegantes ] ergo [ impietatem & secularia desideria, viuamus in hoc seculo ] tam fragili [ sobriè & iustè ] contra seculi desideria, [ & piè ] cōtra impietatem. Sobriè autem quantum ad nos, & iustè erga proximum, & piè erga deum, Sobriè. i. temperanter viuamus. vt modum seruemus & à vitiiis nos abstineamus: & iustè, vt opera iustitiæ per obseruatiam mādatorū dei faciamus: & piè, vt in fidei pietate perseueremus, siue pium cor erga cōpasio nem afflictionis proximorū habeamus. nos dico [ expectantes ] pro his [ beatam spem ] supernæ retributionis, id est, expectantes beatitudinem quam pro bonis speramus. Hanc abstinentiam in tempore presentis vitæ velut in quadra gesima debemus omnes obseruare. Ieiunium enim magnū & generale est, abstinere ab erroribus & illicitis seculi voluptatibus, vt abnegātes impietate & secularia desideria, sobriè iustè & piè viuamus in hoc seculo. Huic ieiunio subnectitur merces dū ait, simus expectātes beatā spem In hoc igitur seculo quasi quadragesimā abstinentiæ celebramus, cum ab impietate & illicitis voluptatibus abstinemus, & bene viuimus. Sed quia hic abstinentia sine mercede non erit expectamus illā spem beatitudinis. Non ergo in presenti vita retributionē queramus, sed toto corde simus expectantes beatā spem æternæ remunerationis, & aduentū gloriæ magni dei, ]

**B** quādo veniet in nubibus cū virtute magna & gloria, & cognoscetur magnus deus, qui in primo aduentu visus est paruus homo. Expectem⁹ aduentū huius magni dei [ & saluatoris nostri Ie-

**C** su Christi, ] quia qui magnus deus reprobis sentietur nobis saluator esse dignabitur. Est & ordo sensuum. Expectemus aduentū gloriæ Iesu Christi magni dei & saluatoris nostri. Quē idcirco debemus expectare & salutem ab eo sperare, quia non aliud precium [ dedit pro nobis ] qui tenebamur à diabolo capti, sed semetipsum qui tant⁹ est, vt precioso sanguine [ nos redimeret, ] quia eius eramus. Nā aliena dicimur emere, nostra verò redimere. Redimeret nos [ ab omni iniquitate, ] vt nulla iam iniquitas nobis dominaretur, id est, nullum peccatū, sicut Iohannes ait, Omnis qui facit peccatū, & iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas. & [ munda-

**Matt. 25.** ret sibi populū, ] id est, vt nō solum à iugo diaboli & iniquitatis nos redimeret, sed & mundaret nos, abluendo fordes peccatorum nostrorū in baptismo, & sic faceret nos populum sibi [ acceptabilem ] vel (sicut in græco habetur) peculiarem, populum dico, [ sectatorem ] siue vt græcus habet, amulatore [ bonorum operū. ] Redemit ergo nos sanguine suo, vt sibi Christianū populum peculiarem & acceptum faceret, & horum sectator esset, vt in his perseueraret.

**E** *Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te cōtemnat.*

[ Hæc ] quæ dicta sunt de apparitione gratiæ & abnegatione impietatis, & quòd dominus se ipsum dedit redemptionē pro nobis, vt nos liberaret ab iniquitate, & mundaret sibi populum peculiarem sectatorem bonorum operum [ loquere ] ignorantibus, [ & exhortare ] scientes vt ita viuant, [ & argue, id est, conuince contemptores vel resistentes. Et hæc age [ cum omni imperio. i. cum imperiosa autoritate. Imperij nomine non dominationem potentiæ, sed autoritatem suadet vitæ. Cum imperio quippe docetur, quod prius agitur quàm dicatur. Nā doctrinæ fiduciam subtrahit, quando conscientia præpedit linguam. Non ergo ei potestatem claræ loquutionis, sed fiduciā insinuat bonæ actionis. Vnde & de domino scriptū est: Erat enim docens sicut potestatis habens, & non sicut scribæ & pharisæi. Singulariter nanque ac principaliter solus ex potestate bona loquit⁹ est, quia ex infirmitate mala nulla commisit. Ex diuinitate quippe potentiā habuit, id quod nobis per humanitatis suæ innocentiam ministravit. Ob hoc & iubetur Titus & loqui, & exhortari, & arguere cū omni imperio, quia valde mitis erat & propter nimiam lenitatem poterat sermo eius inefficax esse, nisi per autoritatem imperij feruentius iuberetur. Quod autem imperij nomine (sicut præmissimus) autoritas vitæ principaliter designetur, ex eo declaratur, quod protinus additur: [ Nemo te cōtemnat, id est, nolo te talem exhibeas, vt merito possis ab aliquo contemni. Vel nemo te cōtemnat, id est, nemo eorum qui in ecclesia sunt, te segniter agere sic viuat, vt se putet esse meliorem, & te despiciat velut inferiorem. Qualis enim ædificatio erit discipuli, si intelligat magistro se esse maiorem Vnde non solum episcopi, presbyteri & diacones debēt magnopere prouidere, vt cunctū populum cui præsidet, cōuersatione & sermone

**Nota.** Cum imperio quippe docetur, quod prius agitur quàm dicatur. Nā doctrinæ fiduciam subtrahit, quando conscientia præpedit linguam. Non ergo ei potestatem claræ loquutionis, sed fiduciā insinuat bonæ actionis. Vnde & de domino scriptū est: Erat enim docens sicut potestatis habens, & non sicut scribæ & pharisæi. Singulariter nanque ac principaliter solus ex potestate bona loquit⁹ est, quia ex infirmitate mala nulla commisit. Ex diuinitate quippe potentiā habuit, id quod nobis per humanitatis suæ innocentiam ministravit. Ob hoc & iubetur Titus & loqui, & exhortari, & arguere cū omni imperio, quia valde mitis erat & propter nimiam lenitatem poterat sermo eius inefficax esse, nisi per autoritatem imperij feruentius iuberetur. Quod autem imperij nomine (sicut præmissimus) autoritas vitæ principaliter designetur, ex eo declaratur, quod protinus additur: [ Nemo te cōtemnat, id est, nolo te talem exhibeas, vt merito possis ab aliquo contemni. Vel nemo te cōtemnat, id est, nemo eorum qui in ecclesia sunt, te segniter agere sic viuat, vt se putet esse meliorem, & te despiciat velut inferiorem. Qualis enim ædificatio erit discipuli, si intelligat magistro se esse maiorem Vnde non solum episcopi, presbyteri & diacones debēt magnopere prouidere, vt cunctū populum cui præsidet, cōuersatione & sermone

**Mat. 7.**  
**Mar. 6. 1.**  
**F** ff præce-

**G** præcedant, sed & inferior gradus, exorcistæ, le-  
ctores, æditui, & omnes omnino qui domui dei  
seruiunt: quia vehementer ecclesiã dei destruit,  
meliores laicos esse quàm clericos.

Nota.

C A P V T III.

*DMone illos principibus & pote*

*A statibus subditos esse, dicto obedi*  
*re, ad omne opus bonum paratos*  
*esse, neminem blasphemare, non litigio-*  
*fos esse, sed modestos, omnem ostendentes*  
*mansuetudinem ad omnes homines.*

Quia superius dixerat, tantum seruos domi-  
nis suis subditos esse debere, putaret forsità ali-  
quis, quod illi qui non essent de seruili cõditio-  
ne, nemini deberent esse subditi, & ideo nunc  
dicit: [Admone illos,] licet à seruili conditione  
sint alieni, tamen [subditos esse. i. vt sint subditi  
principibus, id est, regibus, quia prima & maxi-  
ma sunt populi capita: [& potestatibus, id est,  
ducibus, consulibus, tribunis & similibus, qui  
potestatem super alios habet. Ob hoc etiã fortas-  
sis ista iubet, quia Iudæ Galilæi per illud tẽpus  
adhuc dogma vigeat, & habebat plurimos se-  
ctatores, cuius & in Actibus apostolorum fit  
mentio. Qui inter cætera hoc quasi probabile  
proferebat ex lege, nullum debere dominũ nisi  
solum deum vocari, & eos qui ad templũ deci-  
mas deferrent, Cæsari tributa nõ reddere. Quæ  
hæresis tantum creuerat, vt & Phariseorum &  
populi partem multã conturbaret, ita vt ad do-  
minum quoq; nostrum referretur hæc quæstio,  
licet tributum dare Cæsari an non? Quibus ip-  
se prudenter cautè que respondens, ait: Reddite  
quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo.

Actu. 5.

Matt. 22.

Mar. 12.

Luc. 22.

Cui responsioni nunc Apostolus congruẽs, do-  
cet principibus & potestatibus credẽtes debe-  
re esse subiectos, etsi sint infideles, quibus indig-  
num se subdere iudicabant, & dicto eorũ obe-  
dire, ne oporteat illos violẽtia cogi, & quia po-  
terat his qui tormenta formidant, occasio ad ne-  
gandum dari, dum iuxta Apostoli præcepta as-  
fererent se principibus & potestatibus esse sub-  
iectos & facere quod iuberent, propterea sub-  
iunxit, [ad omne opus bonum paratos esse.] Si  
bonum est (inquit) quod iubet imperator aut  
præses, paratus sit obedire iubenti. Si verò ma-  
lum est & contra deum, quod præcipit, respõde  
ei, quia obedire oportet deo magis quàm homi-  
nibus. Hoc ipsum & de seruis intelligam⁹ apud  
dominos, & de vxoribus apud viros, & filiis a-  
pud parẽtes, siue carnales, siue spirituales, quod  
in illis tantũ eis debeant subiici, quæ contra dei  
mãdata nõ fuerint. Potest & ita distingui, dicto  
obedire ad omne opus bonum, ac deinde alius  
sensus sit, paratos esse. Paratos autẽ esse, vt oĩa  
quæcunq; euenire possunt, sibi in animo præfi-  
gurent: & cum acciderint, nihil quasi nouũ su-  
stineant, sed præparati sint ad omnia. Admone  
illos [neminẽ blasphemare, quia plebs sæpe de-  
trahit rectori suo, & male loquitur de eo. Sed  
nec fideles peruersum principem blasphemare  
debent, ne premantur & affligantur ab illo. Nõ

Actu. 5.

tamen simpliciter accipitur, neminem blasphe-  
mare. Neque ait, neminẽ hominẽ blasphemare,  
sed absolute, neminem, id est, non hominẽ, non  
angelum, non aliquam creaturam dei. Omnia  
quippe à deo facta sunt bona valde, nec omni-  
no Christi discipulis conuenit, vt aliquem blas-  
phemant aut maledicant. [Non litigiosos esse,  
sed molestos.] Si enim sumus filij pacis, & vo-  
lumus super nos pacem requiescere, & accessi-  
mus ad Ierusalem cælestem, quæ ex pace nomẽ  
accepit, cum his qui oderunt pacem, habeamus  
pacem: & quantum in nobis est, cum omnibus  
hominibus pacati simus, nõ solum cum mode-  
stis, sed & cum rixosis, quia nulla virtus est ferre  
mansuetos, locũque demus iræ. Nõ ergo de-  
cet Christianos esse litigiosos, sed modestos, id  
est, temperatos, ne prorumpentes in iram, blas-  
phemant aliquem, vel infidelem appellent ean-  
em, vel diaboli filium, nec aliquid huiusmodi  
per iram dicant vel faciant. Et [ostendẽtes om-  
nem mansuetudinẽ,] vt nõ solum in corde sint  
mansueti, id est, mites & tractabiles, sed & foris  
aperte demonstrent omnem mãsuetudinem in  
inceflu suo atq; in verbis & operibus suis. Hæc  
ostendant nõ ad quosdam, sed [ad omnes ho-  
mines,] tam bonos quàm malos: ad bonos, vt  
perficiant: ad malos, vt resipiscãt. Non quò va-  
næ gloriæ desiderio nos esse mansuetos omni-  
bus hominibus ostendere debeamus, sed quia  
dum omnes ferimur, & iniuriæ vicem nõ repẽ-  
dimus, ipsa opera notiora fiant vniuersis. Potest  
aliquis ob iactantiam & opinionem vulgi au-  
rãmq; popularem, simulare apud quosdam mã-  
suetudinem & fingere bonitatem: sed vbi non est  
vera & germana & solida mãsuetudo, nescio an  
eum esse mansuetũ possit omnibus persuaderi.

K

Psal. 119.

Luce. 13.

Joan. 19.

Matt. 27.

L

Actu. 7.

Actu. 9.

*Eramus enim aliquando & nos in-*  
*spientes & increduli, errantes, seruien-*  
*tes desideriis & voluptatibus variis, in*  
*malitia & inuidia agentes, odibiles,*  
*odientes inuicem.*

Idcirco neminem blasphemare debent, nec  
contra quenquam litigare, sed modestiã serua-  
re & mansuetudinem omnibus ostendere, quia  
& hi qui nunc peruersẽ videntur agere, forsitan  
conuertẽtur à prauitatibus suis, sicut & nos cõ-  
uersi sumus. Nam [ & nos eramus aliquãdo,] id  
est, olim seu quandõque, [insipientes, id est, sa-  
pientiam diuinæ cognitionis non habẽtes: [&  
increduli, id est, non credẽtes quod de deo cre-  
dendum est: & errantes, id est, credentes quod  
de deo non est, putantes lucẽ tenebras, & tene-  
bras lucem, putantes falsum quod verum est, &  
verũ quod falsum est. Et eramus [seruientes, id  
est, obedientes [desideriis] nostris, quia post cõ-  
cupiscentias nostras ibamus, & illicita desideria  
sequebãmur, satisfaciẽdo illis prout poteram⁹:  
[ & voluptatibus variis] seruebãmur, id est, vo-  
luptatibus carnis & voluptatibus gulæ, ac volu-  
ptatibus mollium vestimentorũ & similiarum re-  
rum. Nos dico, [agentes in malitia,] quantũ ad  
alios, id est, actionẽ malam contra alios exercẽ-  
tes: [ & in inuidia,] id est, in maleuolẽtia: quia si  
malum

M

Isaie. 5.

**A** malum facere non poteramus, maleuoli saltem  
& inuidi quod poteramus, aliis eramus, malum  
eorum desiderantes & bonum ipsorum dete-  
stantes: quia ideo eramus] odibiles, id est, habi-  
les ad odiendum, hoc est, digni vt odiremur ab  
aliis: & [odientes inuicem, quia & nos odie-  
bamus alios, & alij odiebant nos. Tales non so-  
lum fuere gentiles ante fidem, sed & Iudæi nõ  
credẽtes post domini resurrectionem, postquã  
videlicet clamauere, Crucifige crucifige eũ. &  
Nõ habemus regem nisi Cæsarem. & Sanguis  
eius super nos & super filios nostros. Ex eo tẽ-  
pore fuere insipientes. i. sapientiã dei quẽ Chri-  
stus est, non habentes: & increduli. i. nolentes  
credere Christum in carne venisse: & errantes,  
id est, pro Christo Antichristum expectantes  
atque carnalibus desideriis ac voluptatibus ser-  
uientes, & cætera quæ describũtur agentes. An  
non insipiens erat Saulus & incredulus & er-  
rans, quando emulationem dei habebat, sed nõ  
secundum scientiam, & perfequebatur ecclesiã  
& lapidantiũ Stephanum vestimenta ser-  
uabat, cum in tantum odium contra saluatorẽ  
instigatus exarserat, vt literas à sacerdotibus ac-  
ciperet, pergens Damascum ad eos qui in Chri-  
stum crediderant, vincendos? an æstuan-  
tem flammam voluptatum restinguere pote-  
rat, cum non esset templum dei? Quæ autẽ ma-  
ior potest esse malitia & inuidia, quã cõtra ab-  
sentes epistolas sumere, & vbiq; Christi vastare  
discipulos. nolle seipsum saluũ fieri, & cæteris  
qui salui esse poterãt, inuidere, odisse Christia-  
nos, & cõsequẽter ab omnib⁹ odiũ promereri?

*Cũ autem benignitas & humanitas*  
*apparuit saluatoris nostri dei, nõ ex ope-*  
*ribus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secun-*  
*dũ suã misericordiã saluos nos fecit, per*  
*lauacrum regenerationis & renouationis*  
*spiritus sancti, quem effudit in nos a-*  
*bunde per Iesum Christum saluatorem*  
*nostrum, vt iustificati gratia ipsius, hære-*  
*des simus secundum spem vitæ æternæ.*

Tales fuimus ante Christi nõtitiã, quales de-  
scripsimus: ideo merueramus damnationẽ, sed  
per dei gratiã in Christi cognitione reperimus  
salutem. nam saluos nos fecit, cum apparuit. i.  
quando illuxit nobis, [benignitas, id est, largi-  
tas exhibitionis misericordiæ, & humanitas. i.  
affectus misericordiæ dei patris & [saluatoris  
nostri.] benignitatem videlicet vocat exhibitio-  
nem operum diuinæ misericordiæ: humanita-  
tem verò, ipsum bonũ affectum eiusdem mise-  
ricordiæ. Et dicitur humanitas in deo ad simili-  
tudinem nostri. Nam ille apud nos dicitur hu-  
man⁹, qui humanitus & misericorditer erga ho-  
mines afficitur: quia humanitas ipsa misericor-  
diæ est effectus. Secundum fidẽ & intellectũ no-  
bis apparuit humanitas & benignitas dei salua-  
toris, quãdo comperimus deũ patrem esse mise-  
ratorẽ & misericordẽ. Et tunc saluos nos fecit,  
qui nostris meritis eramus perditioẽ digni. Nõ  
enim [ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos,]

proceffit hæc salus, quia nulla opera iustitiæ se-  
ceramus, vnde saltem meruissẽmus. [sed ipse se-  
cundum misericordiam suã saluos nos fecit]  
non secundum merita nostra nobis hanc salutẽ  
dedit: [per lauacrum regenerationis & renoua-  
tionis spiritus sancti. i. per bap̃tismum in quo  
regenerati & renouati sumus adueniẽte in nos  
spiritu sancto, per quem data est nobis peccato-  
rum remissio. Spes quidem futuræ salutis, non  
ipsa salus quẽ promittitur, data est nobis in bap-  
tismo: & tamen quia certa spes est, tanquam iã  
data esset, eadem salus saluos, inquit, nos fecit.  
Alio videlicet loco dicit, quia spe salui facti su-  
m⁹. Nõ dũ ergo re, sed iã certã spe saluos nos fe-  
cit, id est, salutem æternã corporis & animæ no-  
bis dedit per lauacrum regenerationis & renoua-  
tionis spiritus sancti, id est, per ablutionem  
baptismi, in quo sumus à peccatorum sordibus  
loti & iterum post carnalem generationẽ spiri-  
tallyter generati, ac vetusto homine deposito re-  
nouati per spiritũ sanctum, vt nunc iterum per-  
ciperemus in baptismo nouitatẽ innocẽtiæ, quã  
perceperamus in primo parente priusquã pec-  
casset, ac deinceps ambularemus in nouitate vi-  
tæ. quẽ spiritum sanctum deus pater [effudit in  
nos. i. extra fudit in nos, qui adhuc foris à para-  
diso sumus exules, vt maior eius super nos cle-  
mentia monstraretur. Effudit, videlicet] abun-  
de, id est, sufficienter ad remissionem omnium  
peccatorum & ad dationem virtutum. Vel abũ-  
de, id est, abundantem spiritualibus donis suis &  
hoc fecit [per Iesum Christum saluatorem no-  
strum, id est, per operationem Iesu Christi, qui  
sanguine suo saluos fecit nos à peccatis nostris  
& saluos adhuc faciet ab omnibus malis. Ad  
hoc effudit pater in nos, id est, in interiora no-  
stra hunc spiritum, vt iustificaremur per eũ, &  
iustificati] non nostris meritis, sed] gratia ipsi-  
us,] patris, vel spiritus sancti, [simus iam secun-  
dum spem hæredes vitæ æternæ. ] etsi nõndum  
secundum rem, id est, hereditariõ iure iam nũc  
possideamus in spe certa vitam æternã.

Roma. 8.

E

*Fidelis sermo est. Et de his volo te con-*  
*firmare vt curent bonis opõribus præesse*  
*qui credunt deo. hæc sunt bona & vti-*  
*lia hominibus. Stultas autem quæstio-*  
*nes & genealogias & contentiones &*  
*pugnæ legis deuita. sunt enim inutiles*  
*& vanæ.*

[Fidelis est] iste sermo quem præmissi, vt  
iustificati ipsius gratia, hæredes efficiamur se-  
cundum spem vitæ æternæ. Dignus est vide-  
licet fide sermo de hereditate dei, & de spe vi-  
tæ æternæ. [Et de his volo te confirmare,]  
id est, de his supradictis volo te non dubium  
esse, sed certum, & vt credant cæteri, confir-  
mare te illos, id est, vt tu confirmes alios de  
his prædictis, de gratia, de iustificatione, de  
hereditate, de spe vitæ æternæ, & his similibus  
Vel volo te confirmare de his, id est, volo vt cõ-  
firmãdo loquaris de his, & vehementer hæc as-  
seras, ita vt qui te audierint, credant tibi, & cu-  
rent præesse, id est, studeant alios præire [bonis  
Ff ij operibus.



**G**operibus.] Qui videlicet hæc vera esse crediderint, necesse est vt curam habeant bonorum operū, per quam hæreditas dei & spes vitæ præparatur æternæ. Curent bonis operibus præse aliis. i. summa cura & maximo studio laborēt agere bona opera vnde præbeant aliis exemplū bene operandi, & hæc agere sic studeant [qui credunt deo,] vt fidem operibus adornēt. quia [hæc sunt bona, id est, iusta & sancta, & sunt vtilia. i. vtilitatem æternæ remunerationis tribuētia hominibus. De his (inquam) volo vt confirmes deo credentes, quia bona sunt & vtilia. stultas autē quæstiones] deuita quia econtra vanæ sunt & inutiles stultæ quæstiones sunt, vbi euidēter apparet stultitia, sicut in multis hæreticorū interrogationibus, quas de Christo vel de aliis rebus faciunt ad deprecationem catholicorum sed huiusmodi quæstiones deuita. [ & genealogias. i. computationes generationum, quas Iudæi faciunt, qui in eo se iactant & putant legis habere notitiam, si nomina teneant singulorum & ab Adam vsq; ad extremū Zorobabel omnium generationes memoriter velociterque percurrunt, atque in supputatione annorū & in referendis nepotibus, abnepotibus, auis, pro auis, doctores se credunt.] & contentiones, deuita eorum, qui per argumentationes artis dialecticæ non ratione, sed stomacho litigantium disputant, in hoc diebus ac noctibus vacantes. vt vel interrogent, vel respondeāt, vel dent propositionem, vel accipiant, assumant, confirmēt atque concludant. Si igitur illi hoc faciunt, quorum proprie ars contentio est, quid debet facere Christianus, nisi omnino fugere contentionem? [ & pugnas quoque legis deuita.] Frequēter enim accidit vt habeamus pugnas legis, nō ob desiderium veritatis, sed ob iactantiam gloriæ, dum apud eos qui audiunt, docti volumus æstimari, aut certe ex hoc rumuscule turpia festamur lucra. Quid enim prodest spumantibus labiis & latratu garrire canū, cū simplex & moderata responsio possit te placare, si vera est, aut si falsa, leniter à te & placabiliter emendari? Occasione legis oriebatur altercationes, dum alij dicerent à quibusdam cibis abstinentum esse, quoniam sic fuerat in lege præceptum: & alij responderent in euangelio esse concessum dicente domino. Non quod intrat in os, coinquinat hominē: & aliis contententibus totam ipsam legem oportere carnaliter, intelligi & seruari, aliis verò respondentibus & dicentibus non iam carnaliter, sed solummodo spiritaliter eam debere seruari & intelligi. Sed huiusmodi quæstiones & genealogiæ & contentiones & pugnae ideo sunt vitandæ, quia [sunt inutiles, id est, nec dicentibus nec audientibus profunt] & vanæ, id est, inanes, quia tantummodo speciem scientiæ habent.

*Hæreticum hominē post vnam & secundam correptionē deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit cū sit proprio iudicio condemnatus.*

Hæresis græcè ab electione dicitur, quod vnusquisq; scilicet id sibi eligat, quod ei melius

esse videatur. Vnde Stoici, Peripatetici, Academi & Epicurei, illius vel illius hæreseos appellabantur. Hæreticus ergo est, qui generalis ecclesiæ doctrinam deserens, errorē sibi peruersi dogmatis eligit, quem specialiter sequatur. Et ideo hæreticus, quia homo est humana tantum sapiens, & de deo secundum humanas rationes disputant. Sed iste debet corripī, & si in errore perdurauerit, caueri, sicut & dominus pessimos doctores arbitrio suo dimittentes præcipit, sciens eos difficulter ad veritatem posse trahi: Sinite, inquit, illos, cæci sunt & duces cæcorum. Inde est quod & Apostolus nunc hæreticorū iubet vitari. Non solum, inquit, prædictas quæstiones & genealogias caue, sed & [hæreticum hominem deuita post vnam & alterā correptionem] vel cōmonitionem. Quasi dicat: Si vides aliquem à fide errātem, commune illum rationabiliter, vt catholicam teneat fidem: & si distulit adhuc seuerius corripe illū de erroris sui prauitate. Non videlicet sufficit tantum semel eū corripī vel cōmoneri, sed & secunda est ei adhibenda correptio, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Si bina correptione vel cōmonitione noluerit respicere, vltimū iam illum deuita, non habens cum illo participationē aliquā vel societate, nec admonens eū, [sciens quia tubuersus est. Qui videlicet, semel bisque correptus, audito errore suo, non vult corrigi, errare æstimat corrigentem: & econtra rio se ad pugnas & iurgia verborum parans, eū vult lucrifacere à quo docetur. Qui ergo] huiusmodi est. i. tam peruersi erroris & tam prauæ obstinationis, subuersus est, id est, à contemplatione supernorum versus ad subteriora intenda, vt terrena semper intueatur, & nihil nisi terrenū & infernum sapiat. & delinquit, id est, derelinquit magis ac magis veritatem, [cum sit proprio iudicio condemnatus, id est, corpore simul & anima dāno sempiternæ damnationis deditus. Qui propterea suo iudicio dicitur esse cōdemnatus, quia fornicator, adulter, homicida & cæteri criminosi per sacerdotes de ecclesia propelluntur: hæretici autem in seipos sententiam ferunt, suo arbitrio de ecclesia recedentes. Quæ recessio, propriæ conscientie videtur esse damnatio. Inter hæresim autem & schisma hoc distat, quod hæresis peruersum dogma habeat, schisma verò propter episcopalem dissensionem ab ecclesia se separet. Nullum tamen schisma est, quod non sibi aliquā confingat hæresim, vt recte ab ecclesia recessisse videatur.

*Cum misero ad te Artemam aut Tychicum, festina venire ad me Nicopolim. Ibi enim statui hyemare. Zenam legis peritum & Apollō solícite præmitte vt nihil illis desit. Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios, vt non sint infructuosi.*

Hæc interim quæ scribo serua. & [cū misero ad te Artemam vel Tychicum, tunc festina venire ad me Nicopolim,] vt & alibi prædices quia [ibi statui, id est, firmiter proposui] hyemare, id est,

**A**re, id est, in hyeme morari, dictum est in exordio istius epistolæ, Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, vt quia Cretenses nuper crediderant, recedente Paulo & ad alias ecclesias proficiscente, non dimitterentur orphani sed haberent apostolicum virum, qui ea quæ videbatur deesse, corrigeret. Quia ergo post fundamentum aliarū ecclesiarum necessarius erat Titus, qui ædificium substrueret, scribit ei vt cum Artemam vel Tychicum, vnum scilicet è duobus qui secum fuerant Cretam misisset, qui impleret locum eius, ipse Nicopolim veniret, ibi se hyematurum contestās. Ex quo paternos affectus Pauli in cretenses, à quibus idololatriæ semina primū pullulauerāt, probamus. Necessarium habet Titum in euangelij ministerium, tamen non eum antè ad se vult venire, nisi in locum eius Artemas vel Tychicus successor aduenerit, cuius doctrina & solatio Cretenses cōfoueantur. Nicopolis ipsa est quæ ob victoriam Augusti, quod ibi Antonium Cleopatremque superauerit nomen accepit. *νικηπόλις* videlicet græcè, quasi victoriæ ciuitas dicitur latine. Dixi venias ad me & antea [præmitte Zenam legis peritum & Apollō ita solícite, vt nihil de sit illis, id est, vt nullis careant necessariis, sed se cum afferant quæcunque illis necessaria, quoniam non est mihi facultas procurandi eos. Hic innuit se pauperem esse, nec terrenis rebus colligendis inhiare, De hoc Apollō dictum est Corinthiis: Vnusquisque vestrum dicit, ego quidē sum Pauli, ego autem Apollō, ego verò Cephe Fuit autem vir Alexandrinus ex Iudæis, valde eloquens & doctus in lege, episcopus Corinthiorum, quæ propter dissensiones quæ in Corintho erant, ad vicinam insulam Cretam, cum Zena legis doctore putandum est transfretasse & Pauli epistola dissensionibus Corinthiorū temperatis, rursus Corinthum remeasse, Zenam verò legis peritum vel doctorem, de alio scripturæ loco, qui fuerit, non possumus dicere nisi hoc tantum quod ipse apostolicus vir fuerit, obtinens id operis quod Apollo habuerit Christi ecclesias extruendi. Præcipit itaque Titro, vt quoniam de Creta ad Græciam nauigaturi erāt, non eos faciat marsupii indigere, sed habere ea quæ ad viaticum necessaria sunt. Et quia poterat suboriri occulta responsio, vt non tam Titus quàm quicūque epistolæ lector hoc diceret, Et vnde Tito vt viaticum non habentibus largiretur, soluit hanc quæstionem, & quasi nihil sibi opponatur elidit, dicendo: [Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios, vt non sint infructuosi.] Nostros, suos vocat, qui in Christum crediderunt qui, quia Christi erant, recte & Pauli & Titi appellari merebantur, habentes videlicet victum & vestitum, his cōtenti erant. Et ne forsità vel epistolam Pauli vel præceptum Titi facile contemnant, infructuosos vocat, quicunque euangelistis non ministrauerint. Non sint, inquit, infructuosi. Omnis enim arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Qui ergo sanctis prædicatoribus necessaria non vult tribuere, arbor infructuosa est, &

ob suam sterilitatem combustione digna. Litera sic legitur: Illos præmitte. Sed & nostri, id est illi quos ego ad Christum conuerti, & tibi diutius instruēdos reliqui, discant te docente, præesse bonis operibus eorū ad vsus necessarios. i. parati esse semper ministrare, prædicatoribus eorū quæ necessaria sunt. Vel discāt præesse. i. cæteros præuenire in bonis operibus, factis ad necessarios vsus prædicatorum, vt non sint infructuosi, nō ministrādo eis necessarios sumptus

*Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia dei cum omnibus vobis Amen.*

[Salutant,] inquit te. i. salutem tibi imprecantur, [omnes qui sunt mecum.] Vel solita cōsuetudine vsus est vt Titum ab omnibus qui secū erant, diceret salutari, vel certe proprie in Titū quod talis esset vt amorem eorum qui cum Paulo erant, omnium mereretur. Magna videlicet est laus Titi, per paulum ab omnibus salutari. Illi, inquit, te salutant, & tu ex nostra parte, salutata eos qui] apud Cretā [nos amant in fide,] nō in carne. Neq; enim oīs qui amat, amat in fide, sed multi sunt qui amant absq; fide. amat quippe & matres filios, sed nō amāt in fide. & vxores maritos, sed amor ille non fidei est. Sola sanctorum dilectio in fide diligit intantum vt etiā si ille qui diligitur, in fide non sit, tamen sanctus in fide eum diligit. Ideo enim in fide diligit, quia credit in eum, qui pollicitus est se pro expletione mandati retributurum esse mercedem: & infidelem quæ diligit ea intentione diligit, vt efficiatur fidelis: Deinde Tito & cæteris qui cū eo erant, imprecatur gratiam dei, dicens: [Gratia dei cum oīs vobis sit. Amen.] Et quomodo Isaac patriarcha benedixit filium suum Iacob, & ipse Iacob duodecim patriarchas, Apostoli quoque ingredienti domum dicebant. Pax huic domui: & si digna erat domus, requiescebat pax domini super eam: si verò se exhibebat indignam, reuertebatur ad eos qui iam fuerant imprecati: & nunc in fine epistolæ suæ Apostolus gratiam credentibus imprecatur, quæ cum voto habebat effectum, & erat in potestate credentium, si talem se benedictus, qualem benedicens imprecabatur, præbere voluisset.

EPISTOLAE PAULI

AD TITVM  
finis.

PRAEFATIO IN EPISTOLAM

AD PHILEMONEM.

Hilemoni familiares literas mittit Apostolus à Romo in carcere, pro seruo eius Onesimo rogans quia rem ipsius furatus fuerat, & ab eo nē comprehenderetur Romam fugerat, sed ibi familiaritatem Apostoli consequutus, baptismum Christi perceperat, & intantum se correxerat ac doctrinam apostolicā didicerat, vt idoneus Christi prædicator efficeretur. Ideo que veniam à Philemone intendit illi Apostolus impetrare, remittens eum cum hac epistola.

G EPISTOLA PAULI AD PHILEMONEM. CAPVT I.



*Aulus vincetus Christi Iesu & Timotheus frater, Philemoni dilecto & adiutori nostro, & Appia sorori charissima, & Archippo comilitoni nostro, & ecclesie quae in domo tua est. Gratia vobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo.*

[Paulus vincetus Iesu Christi] scribit Philemoni. In eo quod nomen suum praemittit celeberrimum. innuit ei quod tanto viro denegare, non debeat quod expetit. Apostolum vero se non dicit, quia cum impetrare veniam intendat, verba tantum blandientia oportet eum ponere, non nomen autoritatis praeferre. Non imperat, sed orat. Maioris tamen videtur supercilij, vincitum Iesu Christi se dicere quam apostolum. Gloria bantur enim apostoli quod digni fuerant pro nomine Iesu Christi contumeliam pati. Sed necessaria est autoritas vinculum. Rogaturus enim pro Onesimo, talis rogare debuit, qui posset impetrare quod posceret, & mentione suorum cruciatuum Philemonem ad misericordiam flecteret, ne ei dolor super dolore adderet, si veniam, Onesimo denegaret. Non omnis autem qui vincetus est, Iesu Christi vincetus est: sed ille tantum, qui pro Christi nomine & pro eius confessione vincula patitur, sicut sanguis effusus ille tantummodo martyrem facit, qui pro Christi nomine funditur. Scribit igitur ad Philemonem Romae vincetus in carcere, quo tempore videntur ad Philippenses & Colossenses & Ephesios epistole esse dictae, ad Philippenses illa ex causa primum quod cum solo Timotheo scribit, quod in hac epistola facit. Dehinc quod vincula sua manifestata dicit facta pro Christo in omni praetorio. Quod sit autem praetorium in ipsius epistolae fine significat. Salutant vos omnes sancti, maxime autem qui de domo Caesaris sunt, a Caesare videlicet missus in carcerem, notior familiae eius factus, persecutoris domum Christi fecit ecclesiam Porro & ad Colossenses principium est simile, Paulus apostolus Iesu Christi per voluntatem dei & Timotheus frater. Et in fine dicit, memores estote vinculorum meorum: Et idem Onesimus qui nunc Philemoni commendatur, etiam perlator eiusdem epistolae fuit. Sic videlicet legimus: Quae circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister coleruus in domino, quem misi ad vos ad hoc ipsum, ut cognoscat quae circa vos sunt, & consoletur corda vestra, cum Onesimo charissimo & fideli fratre, qui est ex vobis. Hic autem Philemon, ad quem haec epistola scribitur, Onesimi dominus est, imo frater esse cepit in domino, & ad Colossenses: refertur quod Onesimus ex eis, sit, unde ratio nos ipsa & ordo deducit, quod & Philemon Colossensis sit, & eo tempore communem ad omnem ecclesiam Onesimus epistolam tu-

lerit quo priuatus & sui commendatrices ad dominum literas sumpserat. Est & aliud iudicium quod in hac eadem epistola & Archippus nominatur, cui hic cum Philemone scribitur. Dicitur inquit, Archippo: Vide ministerium quod accepisti in domino, ut illud impleas. Quod est ministerium quod Archippus accepit à domino? ad Philemonem legimus, & Archippo comilitoni nostro: ad Ephesios etiam scribit se vincitum in domino, & in fine dicit: Ut sciatis quae circa me sunt, omnia nota vobis faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister, quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quae circa me sunt, & consoletur corda vestra. Tychicus autem is est, qui & ad Colossenses cum Onesimo mittitur: & eo tempore Onesimus habuit comitem, quo Onesimus ad Philemonem literas perferrebat. In quarum principio Paulus sibi Timotheum adiungit, ut epistola maiorem haberet autoritatem, quae non ab uno scribatur, & Philemon non solum propter Apostolum, sed propter Timotheum qui sibi familiaris erat, faceret quod rogabatur. Paulus & Timotheus frater scribunt Philemoni dilecto, & quia dilectus est ab eis, debet eorum gratia concedere veniam Onesimo. In Graeco tamen non habetur dilecto, sed diligibili. Inter dilectum autem & diligibilem hoc distat, quod dilectus appellari potest & ille, qui dilectionem non meretur: diligibilis autem is tantum, qui merito diligitur, Denique & inimicos nostros diligere praecipimus, qui sunt dilecti, sed non diligibiles. Amamus quippe illos, non quia amari merentur, sed quia dominus hoc praecipit. Philemon vero & dilectus & diligibilis est quia & diligitur & diligitur. Philemoni, inquit, dilecto & adiutori nostro. id est, per suam praedicationem adiuuanti nos ad disseminandum Christi euangelium: & ideo dilectus est à nobis, quia in eodem sanctae praedicationis opere quo & nos laborat. & Appia sorori charissimae, non habenti in se falsam aliquid & fictam germanitatis. & Archippo comilitoni nostro, quem arbitror cum Paulo & Timotheo contra aduersarios pro Christi nomine dimicantem, extitisse victorem: & propterea nunc comilitonem dici, quod in eodem certamine belloque superauerat, vel quod adhuc commilitaret illis in praedicatione assidue & hostium repressione. Illud quod ad Galatas scribens Apostolus, ait in Christi fide nihil referre, gentilis sit aliquis an Iudaeus, vir an mulier, seruus an liber, etiam in hoc loco perspicuum fit. Inter duos quippe viros apostolicos, inter cooperatorem Pauli & commilitonem eius, medium Appia nomen inseritur, ut tali ex utroque latere sulca comitatur non videatur ordinem sexus habere, sed meriti. Sunt qui intelligant Appiam coniugem esse Philemonis & Archippum eius filium. Quod satis videtur congruum, ut scilicet Philemoni tanquam patri familias principaliter mittatur epistola, deinde Appiae uxori eius & Archippo filio eius, nec non & ecclesiae. id est, conuocationi fidelium [quae est in domo eius, id est, in familia ipsius, vel quam ipse pro Christi nomine pascit & tenet in domo sua. Vxorem & filium & domesticam ecclesiam ideo salutatur

A salutatur Apostolus, ut omnes pro Onesimo interueniant, & ei ex corde dimittant, quia & ipsi ab illo offensi fuerant. [Gratia, inquit, & pax sit vobis à Deo patre & domino Iesu Christo.] Gratia est, qua nullo merito nulloque opere saluamur: pax, qua reconciliati deo per Christum sumus. Sed quoniam à patre & à Christo gratia & pax rogatur, vna filij patrisque, natura esse vel potentia monstratur, cum id potest filius praestare quod pater, & id dicitur pater praestare quod filius. Hucusque Paulus & Timotheus Philemoni & ceteris, hinc iam solus Paulus soli Philemoni usque ad finem epistolae loquitur.

*Gratias ago de meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam & fidem, quam habes in domino Iesu & in omnes sanctos, ut communicatio fidei tuae evidens fiat in agnitionem omnis boni, quae in nobis est in Christo Iesu.*

Multipliciter laudat Philemonem, ut postmodum facilius eum flectat ad concedendum quod rogabit. Gratias, inquit, ago & caetera, quasi dicat: O Philemon, ignoscere debes Onesimo, nec iam vllum rancorem vel odium retinere contra eum in corde tuo, quoniam es egregiae charitatis & fidei, unde gratias ago deo meo. Quomodo enim tam charitatiuus vir charitatem suam non extendet usque ad seruum bene correptum? Aut quomodo tam fidelis non indulget illi, qui eandem fidem iam habet? [Gratias ago pro te deo.] deo dico, [meo, id est, quasi proprio, quoniam speciali quadam excellentia praeter ceteris illi seruo. Gratias illi ago, [semper memoriam tui faciens in orationibus meis.] Ambiguum est utrum gratias agat deo suo semper, an memoriam Philemonis faciat in orationibus suis semper. Et utrumque intelligi potest. Qui enim praecipit aliis ut in omnibus gratias agant deo, nullis angustiis poterat concitari, ut gratias semper deo ipse non referret. Si autem pro sanctis & melioribus quibusque semper orabat, credibile est eum pro Philemone semper orasse, ut fides eius & charitas, Christi misericordia seruarietur. Gratias, inquit, ago semper, vel semper sum memoriam tui faciens in orationibus meis, id est, quotiescunq; oro pro me, intermisceo & orationem pro te. Gratias ago, audiens, id est, quoniam frequenter audio [charitatem tuam & fidem, quam habes in domino Iesu, & in oes sanctos eius.] Ob hoc enim grates refero & orationes pro te facio, quoniam saepe narratur mihi te habere charitatem in domino Iesu, qua diligis eum super omnia: & in omnes sanctos eius, quos tanquam te ipsum diligis, ideoque debes & Onesimum diligere, quia iam sanctus eius est. Fidem quoque habes in domino Iesu & in sanctos eius, iuxta quod in Exodo legimus, quia credidit populus deo & Moyse seruo eius. Quicumque credit deo, aliter eius fidem recipere non valet, nisi credat & sanctis eius, id est, praedicatoribus & scripturarum sanctarum autoribus. Nec est in deum vera dilectio & fides, quae in ministros eius odio &

infidelitate tenetur. Talem habes charitatem & fidem, [ut communicatio fidei tuae fiat evidens] in bonis operibus. Vel ideo pro te oro, ut communicatio fidei tuae, id est, quod fides tua credit omnia quae habes, debere sanctis omnibus esse communia, fiat evidens, id est, exterius videatur in opere, ut quod intus credit, foris demonstraret in operis executione. Et hoc faciat, proficiens [in agnitionem omnis boni,] ut scilicet bene credendo & bene operando ad hoc perueniat, ut omne bonum prout in hac vita possibile est, agnoscat, id est, intelligat & à malo discernat, & quale sit sciat. Sunt enim plerique simplici, qui faciunt opera iustitiae, & non habent eorum quae ipsi operantur scientiam. Sed tu bona cuncta quae feceris intellige, ut communicatio fidei tuae fiat evidens in agnitionem omnis boni. boni dico, existentis [in Christo Iesu. Quantis gradibus, quantisque profectibus apostolicus in altiora sermo tendit? Habet quisquam charitatem & fidem in deum & in sanctos eius, sed forsitan non aequali eam in omnes lance communicat. Et communicat forsitan in omnes, sed opere non explet voluntatem. Implet aliquis & opere, sed gestorum suorum perfectam non valet habere notionem. Sit alius quoque qui & opus habeat & scientiam, sed non habet omnis boni. Multa enim iuste, mansuete, studioseque perpetrans, impar est suis in aliqua parte virtutibus. At non talis Philemon, habet quippe communicationem operatricis fidei & charitatis euidentem in deum & in omnes sanctos eius, in agnitionem omnis boni. Quae scilicet agnitio cum in apostolis sit, non eam putemus ob id tantum esse perfectam, quod similis sit: sed in eo totam esse, quia Christi est: ut quicquid boni & in Philemone laudatur & de apostolorum exemplo sumitur, inde bonum sit, quia de Christi fonte ducatur.

*Gaudium enim magnum habui & consolationem in charitate tua, quia viscera sanctorum requieverunt per te frater. Propter quod multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro, cum sis talis ut Paulus senex, nunc autem & vincetus Iesu Christi. Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi utilis, quem remisi tibi. Tu autem illum ut viscera mea suscipe.*

Plenius inculcat & docet quia dixerat, gratias ago deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis. Ideo, inquit, gratias ago, quoniam audita charitate tua, quam in sanctos exerces, [habui] in ea [gaudium,] non qualescunque, sed [magnum & consolationem.] Desolationem videlicet quandam & tristitiam habueram, dum vererer ne si ad te reuenteretur, Onesimus, aliquid mali à te pateretur. Sed audito quod in oes sanctos charitas tua redundaret,

H  
Actu. 5.

Philipp. 4.

Colo. 1.

Colof. 4.

Colof. 4.

Eph. 3. 6.

Matt. 6.  
Luc. 6.

Galat. 3.

Exod. 14.  
Nota.

G consolationem & gaudium habui, credēs quod & Onesimo qui iam vnus ex sanctis est, veniam daret. Ideo gaudium & cōsolationē [in tua charitate percepi, quia] tanta est, quod [viscera, id est, corda [sanctorum,] quos frequenter hospitio suscepisti,] requieverunt per te] o bone frater, id est, tanta illis beneficia foris exhibuisti, vt etiā internus eorū affectus in bonitate tuæ charitatis requiesceret. Requiescunt videlicet mēs & voluntas sanctorum per eos, qui pietatis opera sectantur, sicut & affligitur per illos, qui peruersē agunt. & dignum erat agere gratias deo pro charitate Philemonis, qui internum cordis affectum & profundos animi recessus sanctorū recipiendo refecerat. Hāc videlicet habet Apostolus consuetudinem, vt semper viscera vocet, volens plenam mentis ostendere charitatem.

Philip. 4. Vnde gaudens cum gaudētib; & cum his qui requieverant, refectum esse te credēs, habet lætitiā nō transitoriam & leuem, & quæ fortuito possit accidere, sed magnam & (prout erat in

H Philemone charitas) eminentem, quam augebat consolatio super eiusdem Philemonis charitate, descendens à patre misericordiarū & deo totius consolationis. Hinc ad rem venire paulatim incipit, subdēdo: Propter quod, id est, quia sæpe viscera sanctorum per te requieverūt, ego [habens in Christo Iesu,] pro quo tanta facis, [multam fidutiā imperandi tibi, id est, multā certitudinē quod (si voluero) possim imperare tibi illud,] [quod pertinet ad rem, id est, ad vtilitatem tuā & meam,] [propter charitatem] nolo imperare, id est, nolo te imperiosa auctoritate cogere, sed iūctissimo imperio [magis, id est, potius] [obsecro. i. per sacra te precor, scilicet per fidē, per charitatē tuam te rogo, vt facias quæ postulo. Obsecro inquam te,] [cum sis talis vt Paulus senex, id est, quia es talis qualis ego Paulus senex, id est, tam prouectus ætate corporis sicut ego:] & ideo nō impero tibi, sed te obsecro, quia senes non sunt imperio cogendi, sed obsecratione rogandi, sicut in alia epistola dictum est. Seniore ne increpaueris, sed obsecra vt patrem.

I In hoc ipso quod senē Apostolus se nominat, & illum in senectute sibi æquiparat, ne senē offendere negando quod possit debeat, cū & ipse sit senex, liquidō notat. Senex, inquit, sum, nec tātum senex, sed etiā [nunc vinctus] sum, id est, catenis in senectute constrictus, ideōque magis annuere debes petitiōi meæ, vt sic quodāmodo lenias vinculorū meorū aggrauationē. vinctus, inquit, sum & vinctus [Iesu Christi,] id est, pro eius euangelio vinculis mancipatus. Et propterea non me contristes, ne & illum offendas cuius vinctus sum. Multis in Philemonem laudibus antē præmissis, cum sit talis res pro qua rogaturus est, quæ & præstanti sit vtilis & roganti, poterat Paulus magis imperare quā petere. Et hoc ex fidutiā illa veniebat, quod qui tanta ob Christum opera perpetraverat, vtiq; impar sui in cæteris esse non poterat. Sed vult magis petere quā iubere, grandī petentis auctoritate proposita, per quam & apostolus supplicat, & senex, & vinctus Iesu Christi. Totum autē pro quo rogat, hoc est, sicut & in exordio prælibauimus: Onesimus seruus fugam furto

cumulans, quædam ex bonis domini sui tulit, & pergens ad Italiā, ne è proximo facilius posset apprehendi, pecuniam domini prodigē dissipauit. Hic igitur cum ob confessionem Christi Paulus esset in carcere, credidit in dominum Iesum, & ab eo baptizatus, digna pœnitentia maculas vitæ prioris absterfit, intātum vt is apostolus cōuersionis eius testis fieret, qui quōdam Petrū increpauerat non recto pede in euāgelij veritate gradientem. Quantum igitur ad peccatum & ad facinus pertinet, quo dominum læserat, veniam non meretur. Quantum verò ad Apostoli testimonium, qui scit eū plene esse conuersum, grandī pondere premitur qui rogatur, vt veniā non neget, qui è seruo fugituo atq; raptore minister Apostoli factus erat. Quod autem aliud habebat Apostolus ministerium, nisi euangelij Iesu Christi, vt non quasi à domino, sed quasi à conuerso & coeuangelista ignoscatur ei, qui seruus esset Christi, similiter & minister? hoc est itaque quod rogat, subdens: [Obsecro te pro meo filio,] & cætera. Quasi dicat: dixeram, propter charitatem magis obsecro & non manifestaueram pro quo, vel quid obsecrem te. Sed nūc scias, quia obsecro te pro filio meo, id est, proprio & quasi singulariter dilecto, [quem] spiritualiter [genui in vinculis] positus. Et quia ille vincula mea non abhorruit, sed animosius fidem suscepit, condonandum est ei quod prius errauit. Modō primum nominat ipsum filium, pro quo postulat, præmissis multiplicibus causis, cur debeat impetrare quod pro illo rogat, scilicet pro [Onesimo,] inquit, obsecro. Et cur pro illo sit obsecrandum, subiungit: [qui tibi aliquando inutilis fuit.] Ideo, inquit, pro illo obsecro, quia aliquando, id est, olim fuit tibi inutilis, id est, non quærens vtilitatem tuam, sed damnus, cum pecuniam tuā furaretur & fugeret. Sed [nunc est vtilis & tibi & mihi.] Ideōque debes illi ignoscere [quem remisisti tibi,] vt à te veniam peteret, & tibi satisfaceret, tuōque seruitio deditus esset. Domino tantum autē inutilis fuit. Neque enim seruus fur atque fugitiuus alteri nocuit nisi domino suo. Nunc e contrario vtilitatis compensatione, qua & ipsi domino & Paulo vtilis est, ceterisque per Paulum, plus charitatis meretur quā odij antē meruerat. Vnde ait: Qui tibi aliquando inutilis fuit. Tibi, inquit, sibi non cæteris. Nunc autem tibi & mihi vtilis. Vtilis domino suo, quia posset Paulo seruire pro domino suo. Paulo verò in eo vtilis, quia illo in carcere vinculisque detento, posset in euangelio ministrare, id est, euāgelium pro illo foris prædicare. Simul autem admirandum de magnanimitate Apostoli & in Christum mente feruenti. Tenetur carcere, vinculis stringitur, squalore corporis, charorum separatione, pœnalibus tenebris coartatur, & non sentit iniuriam, nō dolore cruciatur, nihil nouit aliud nisi de Christi euāgelio cogitare. Sciebat seruum, sciebat fugitiuum, sciebat aliquando raptorem ad Christi fidem esse cōuersum. Grandis laboris est, talem hominē in eo perseverare quod cœpit. Idcirco filium suum & filium vinculorum suorū & ministrum euangelij in vinculis constituti inculcat

A inculcat ac replicat, vt Philemon ille prudēter & dispensatorie tantum in præfatione laudatus, non auderet negare, ne suis laudibus videretur indignus. Remisi, inquit, illum tibi, id est, iterū misi ad te vnde discesserat, quoniā alieno seruo nolebam abuti. Sed tu non repellas eum vel affligas, sed [suscipe, id est, sursum accipe illū, hoc est, honorificē illum accipe, illum dico,] [viscera mea.] hoc est, quod supra diximus viscera significare internum cordis affectum, & plenam ex animo voluntatem, cum totum quicquid in nobis est, suscipitur à rogante. Alioqui autem omnes liberi viscera sunt parentum.

*Quem ego volueram tecum detinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis euangelij. Sine consilio autē tuo nihil volui facere, vt ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium.*

Remisi illum ad te, [quem primo volueram detinere tecum ego] tanti nominis & auctoritatis apostolus, qui satis auctoritate mea possem illum detinere. Ad hoc (iūquam) eum detinere volueram, [vt mihi necessaria ministraret pro te,] id est, loco tui qui mihi solebas ministrare, vt illud seruitium quod ipse mihi impenderet, tibi imputarem, & tu inde fructum æternæ remunerationis colligeres. Mihi dico, [in vinculis] posito, & ideo multum indigenti eius ministerio. in vinculis dico, [euangelij, id est, quæ pro euāgelio patior, non pro crimine meo. His de causis volueram eum detinere. Sed postea tecum retractās,] [nihil] de seruo tuo [volui facere sine tuo consilio, id est, sine tuo nutu & cōmuni voluntate,] [vti ne velut ex necessitate, id est, vt nō quasi ex necessitate] [esset bonū tuū, id est, vt nō esset inuitum bonū tuū,] [sed voluntariū, id est, ex tua voluntate procedens. Bonū Philemonis erat, ministerium quod seruus eius pro eo exhibebat Apostolo. Qui scilicet Apostolus poterat & absque volūtate Philemonis Onesimum sibi in ministerio retinere. Sed si hoc sine ipsius voluntate fecisset, bonum quidem erat, sed non voluntarium. Quod autem non erat voluntarium, alio genere arguebatur non esse bonum. Nihil quippe bonum dici potest, nisi quod vltro neque est. Ex quo apostoli consideranda prudentia, quid idcirco fugitiuum seruum remittit ad dominū, vt pro sit domino suo, qui prodesse non poterat, si domino teneretur absente & inuito. Potest etiam ex hoc loco solui, quod à plerisque frequenter quæritur, quare deus hominem faciens ad suam imaginem & similitudinem, facere eum ita noluit vt malus esse non posset. Si enim deus voluntarie, & non ex necessitate bonus est, debuit hominem faciens ad suam imaginem & similitudinem, facere vt ipse voluntarie & non ex necessitate bonus esset. Qui autem asserunt ita eum debuisse fieri, vt malum recipere non posset, hoc dicunt, Talis fieri debuit, qui necessitate bonus esset & non voluntate. Quod si talis factus esset, qui bonū non voluntate, sed necessitate perficeret, non esset deo similis, qui ideo bonus est, quia vult, nō

quia cogitur. Ex quo manifestum est, rem eos postulare contrariam. Nam ex eo quod dicunt, debuit homo similis deo fieri, illud petunt, vt liberi fieret arbitrij sicut ipse deus est. Ex eo autem quod addunt, talis debuit fieri, qui malum recipere nō posset, dum necessitatē ei boni important, illud, vt homo similis deo nō fieret, volunt. Soluitur ergo ista quæstio: Potuit deus sine voluntate eius hominem facere bonū, Porro si hoc fecisset, non erat bonum voluntariū, sed necessitatis. Quod autem necessitate bonū est, non est bonum, & alio genere malum arguitur esse, igitur proprio arbitrio nos relinquens, magis, ad suam imaginem & similitudinem fecit. Similem enim esse deo, absolute bonum est.

*Forfitan enim ideo discessit ad horā à te, vt in æternum illum reciperes, iam non vt seruum, sed pro seruo charissimū fratrem, maxime mihi. Quanto autem magis tibi & in carne & in domino?*

Nonnunquam malum occasio fit bonorū, & hominum praua consilia deus vertit ad rectū. Quod dico, manifestius exemplo fiet: Ioseph fratres sui stimulis inuidiæ concitati, vendiderunt Ismaelitis. hoc initium patri & fratribus & toti Aegypto bonorum omnium fuit. Denique ipse fratribus postea dixit. Vos cogitastis de me malum, & deo vertit illud in bonū. Simile quid & in Onesimo possumus intelligere, quod mala principia occasiones fuerint bonæ rei. Si videlicet dominum non fugisset, nunquam venisset Romam, vbi erat Paulus vinctus in carcere. Si paulum in vinculis non vidisset, fidē Christi non recepisset. Si Christi fidem non habuisset, nunquam Pauli effectus filius in opus euāgelij mitteretur, ex quo gradatim colligitur, quod ideo minister euāgelij factus est Onesimus, quia fugit à domino. Et hoc est quod dicitur: Debes illum honeste & libenter suscipere, quia [forfitan ideo ad horam, id est, ad breue tempus] [discessit à te, vt æternum, illum reciperes.] Pulchre autem addens forfitan, sententiam temperauit. Occulta quippe sunt iudicia dei, & temerarium est quasi de certo pronunciare quod dubium est. Forfitan, inquit, ideo discessit, caute, timide, trepidanter loquens, & non totum fixo gradu, ne si non posuisset forfitan, omnibus seruis fugiendum esset vt apostolici fierent. Forfitan idcirco discessit à tuo seruitio non diu, sed ad horam, id est, quasi ad vnus horæ spatium, vt pro tam breui recessione reciperes illū in æternum, id est, æternaliter tecum permanfurū, qui tantummodo temporaliter erat tecū mansurus nisi recessisset. hoc est, fortasse deus præuidit & eum à te ad horam, id est, ad breue tempus discedere secreto consilio voluit, vt tu qui non eras illum æternaliter tecum habiturus, si non discederet, vt ad me perueniens fidem acciperet, reciperes illum habiturus tecum non horarium sed æternum. Cum enim eandem fidem ac religionem teneat quam tu, hic & in futuro tecum semper erit, qui perenniter à te separandus erat & supplicis mancipandus, si non ad horam discessisset,



**G**scississet, vt infidelitatē exueret, licet hæc Apostolus quasi dubitatiuè dixerit, tamē ita veraciter cōpleta sunt vt pronunciauit. Nam Onesimus iste, sicut ex literis patris didicimus, factus est postea pontifex & martyr gloriosus. Reciperes (inquam) in æternum, [iam, id est, post acceptum libertatis spiritum in baptismo, [non vt seruum] sicut prius, [sed pro seruo fratrem,] quia cœpit eundem in cælo tecum habitare patrem. fratrem non qualemcunque, sed [charissimum] cunctis ecclesiæ filiis, qui sanctitatem quam nunc habet nouerunt, sed [maxime, id est, multo plusquam aliis est charissim⁹ [mihi,] qui magis noui quos chariores æstimare debeā & qui magis huius perfectam conuersionē scio quam alij. Et mihi quidem pro sola spiritali fraternitate tam excellenter charus est, sed [quanto magis, id est, valde amplius debet esse [tibi] charissimus, [ & in carne, id est, respectu carnis, quia tibi carnale seruitiū debet, vtpote seruus, [ & in domino,] id est, in respectu domini, quia eius per fidem factus est filius & regni eius particeps est tecum futurus. In eo quod ait, vt æternum illum reciperes, notandum est, quod nullus sit ætern⁹ dominus serui sui. Potestas quippe eius & vtriusq; cōditio morte finitur. Onesimus verò ex fide CHRISTI factus est æternus æterno Philemoni: & spiritu libertatis accepto, iam non seruus, sed frater cœpit esse de seruo: frater, pro sanctitate sua charissimus: frater æternus æterno & ipsi apostolo & domino suo, cui Onesimum vt carnis antè conditio, illum postea spiritus copulabat. Et tunc quidem quando erat ei subiectus in carne, non erat ei iunctus in domino. Nūc autem & in carne iunctus est, & in domino. Ex quo intelligimus, seruum qui crediderit in Christum, si domin⁹ eius fidelis est, duplici lege eidem domino suo constringi, vt ei & carnis necessitate iungatur ad tempus, & in æternum spiritu copuletur.

*Si ergo me habes socium, suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu, ego reddam, vt nō dicam tibi, quod & teipsum mihi debes. Ita frater, ego te fruor in domino, refice viscera mea in Christo.*

Quandoquidē tam bene emēdatus est Onesimus, & intantum factus est mihi charissimus, [ergo suscipe illum] reuerenter [sicut me, id est, quam accurate: quam studioso hospitio & animo tuo me susciperes, si venirē ad te, sic illum suscipe. ita dico, [si habes. i. si habere vis] me socium. i. confortem & amicum. Aliter videlicet nō ero tibi socius. Philemon Paulum sociū habere cupiebat, & in Christum credēs, tales utique volebat habere profectus, vt Paulo similis fieret, & ei communicaret in vinculis. Consideremus ergo quantum hic laudetur Onesimus, quantum profecisse monstretur, cū ita recipiendus sit vt apostolus, & sic dominus eius vt Pauli debeat desiderare confortiū. Breuiter quod dicit, tale est: Si me vis habere cōsortem, habeto

Onesimum, quem ego confortem & filium & viscera mea habeo. Quem si non susceperis, nec habere volueris, scias quod me habere nō possis. Suscipe, inquā illum sicut me. Sed [si nocuit tibi aliquid] destruendo ex rebus tuis, sicut vineam eradicando, vel domum incendendo, vel aliud aliquid tale cōmittendo, quod sæpe faciūt fugitiui, aut si debet tibi aliquid, id est, si quid pecuniæ tuæ secum tulit, quod debeat tibi restituere, hoc quod ille nocuit, vel debet, [imputa mihi. i. puta in me esse, non in illo nocumētum & debitum, vt ego reddam illud tibi pro Onesimo, sicut & Christus pro nobis i passione quæ non debebat, exoluit. [Ego Paulus,] qui tam famosi nominis sum, & tam probatus in veridica loquutione, [scripsi] nō per notarium, sed [mea propria manu] epistolam istam, in qua me rediturū promitto quod ille debet, [ego] videlicet [reddam.] Et hoc ita dico [vt non dicam tibi] aliud, quod iuste posse dicere, scilicet [quod debes mihi etiā teipsum,] id est, non solum tua, sed quod est maius, etiam teipsum mihi debes, vt si necesse fuerit, reddas mihi teipsum moriendo pro me: quoniam quicquid boni est in te, totum est per fidem quam didicisti a me: & ideo totum mihi debetur, quicquid bonorum est in te. Quod dicit, tale est: Quod Onesimus furto rapuit, ego me spondeo redditurū, huius sponsonis epistola hæc & manus testis est propria, quā non solito more dictaui, sed mea manu ipse cōscripsi. Crede igitur mihi, pro Onesimo pollicenti. Hoc autem dico quāsi ad extraneum loquens. Cæterum si ad ius meū redeam, propter sermonē Christi quē tibi euangelizauit & Christianus effectus es, teipsum mihi debes. Quod si tu meus es, & tua omnia sunt mea. Si autem tua omnia mea sunt, Onesimus quoq; qui tuus est, meus est. Poteram igitur eo vti vt meo, sed voluntati tuæ relinquo, vt mercedem habeas ignoscendo. Quod autem ait, ego reddam, nō de pecuniali, sed de spiritali redditiōe, id est, de cælesti remuneratione intelligendum est, scilicet quod suis interueniētibus impetraturus sit perpetuam à domino retributionē spiritalium bonorum pro temporali damno, quod pertulit ab Onesimo. Suscipe (inquā) illum sicut me: quia quod ille debet, ego spiritaliter reddam. [Ita frater] in illa cælesti retributione [ego te fruor, id est, in te delectabor [in domino, id est, in illa beatitudinis gloria, quæ est sanctis in domino. Et ideo nunc] refice viscera mea, id est, benigne refoue Onesimum, & hoc age [in Christo, id est in Christi charitate. Vel refice viscera mea, id est, recrea internum affectum meum, & cōple desiderium meum in Christo, dando veniā Onesimo, & honorifice iam illum habendo. Quod dicitur, Ita frater, in Græco est quasi aduerbium blandiētis, sed in latina lingua proprie non potest dici. Significat enim deprecātis affectum. Ego (inquam) te fruor in domino. Cū homine in deo fruatur, deo potius quam homine fruatur. illo enim fruatur, quo efficietur beatus, & ad deū se peruenisse lætabitur, in quo spē ponit vt veniat. Recte ergo dicit, ego te fruor in domino, quod si non addidisset, in domino, & tantum te fruor, dixisset, in eo constituisset, spem

A spem beatitudinis suæ. Quanquam etiam vicinissimè dicitur frui, cum delectatione uti. Cum videlicet adest quod diligitur, etiam delectationem secum gerat necesse est. Per quam si quis transferit eamque ad illum in quo permanendū est, retulerit, utitur ea: & abusiue, nō proprie dicitur frui. Si verò inhæserit atque permanerit, finem in ea ponens lætitiæ suæ, tunc veræ & proprie frui dicendus est. Quod non est faciendum, nisi in illa trinitate quæ est summum & incommutabile bonum. Apostolus itaque Philemone fruitur in domino, habens eum secum in illa contemplatione creatoris, in qua est perfecta consummatio delectationis & gaudium iustorum. Qui & viscera sua Onesimū, quæ & superius eodem nomine appellauerat, refici vult per Philemonē. Et ambigue dictum est, vtrum viscera Pauli in Christo Onesim⁹ sit, an viscera Pauli Onesimus per Philemonem in Christo reficiēda sint. Si superius accipere voluerimus, recte Pauli in Christo viscera dicentur Onesimus, quæ in Christi vinculis genuit: si posterius in Christo reficiendus est Onesimus à Philemone, vt eius in Christo sermonibus erudiatur.

*Confidens in obedientia tua scripsi tibi, sciens quoniam & super id quod dico, facies.*

Reficere debes viscera mea, nam ego [confidens in obedientia tua, id est, omnino fidutiam habens & certus existens, quia in hac re mihi obediens, sicut in cæteris semper obedire cōsueuisti, [scripsi tibi] de Onesimo, vt ignoscas ei & suscipias illū sicut me. Hæc, inquit, scripsi tibi, [sciens quoniam & facies super id quod dico,] vel plus dabis quam peto, & ultra id quod rogo facies, atque amplius quā postulo concedes. Qui præsumuit de eo quem rogaturus est, ipsa quodammodo præsumptione præiudicat quod rogat. Porro si scit ille qui postulat, plus quā rogauit, rogatū esse facturū, in deo maiora petit, vt habeat rogatus spontaneā voluntatē & maiore ex præstatione mercedē. Si autē Philemon hoc ob hominis præceptum facit, quanto magis faciet ob dilectionem dei? Vnde & merito Apostoli vocelaudatur, quod mandata eius opere præuenerit, & possit dicere, Volūtaria oris mei complacent tibi domine, vt plus faciens quā ei præceptum est, vincat eos qui tantummodo imperata faciunt. Nam & virginitas idcirco maiori præmio coronabitur, quia præceptum domini non habet, & ultra imperata se tendit.

*Simul autem & para mihi hospitium. nam spero per orationes vestras donari me vobis.*

Non solummodo suscipias Onesimum sicut me, sed [ & mihi para simul hospitium. ] Nā spero quod deus adhuc per orationes vestras dabit me vobis, vt liberatus ab hoc carcere, reuertar ad vos, & iterū vos aliosque doceam. Nō puto tam diuitem fuisse Apostolum & tantis sarcinis occupatum, vt preparato egeret hospitio: & nō vna contentus cellula, ædes amplissimas quæreret: sed vt dum eum expectat Philemon ad se

esse vēturum, magis faciat quod rogatus est, ne forte cum venerit erubescat. Si autem hic non dispensatorie, sed verè quis estimat imperatum, vt sibi hospitium præparet, apostolo magis quā Paulo hospitium præparandum est. Venturus enim ad nouam ciuitatem prædicaturus crucifixum, & inauditū dogma delaturus, sciebāt ad se plurimos concursuros. Et necesse erat primū vt domus in celebri esse vrbs loco ad quem facile conueniretur: deinde vt ab omni importunitate vacua esset ac ampla quæ plurimos caperet audientiū, nec proxima spectaculorū locis, ne turpis vicinia detestabilis, postremo vt in plano potius esset sita quā in cœnaculo. Quā ob causam eum æstimo & Romæ in conducto mansisse biennio, nec parua (vt reor) erat confluebant. Spero, inquit, [per orationes vestras] donari me vobis. [filium patri deus rogatus indulget, & frater sæpe oratione fratris seruatur. Apostolus verò totius ecclesiæ precibus conceditur, ob eorum qui eum auditori sunt vtilitatē: & hoc donum non tam in eum dicitur esse, qui differtur à martyrio, ad martyrium paratus, quā in eos ad quos Apostolus mittitur. Quod antè crebro Paulus in carcere fuerit, & de vinculis liberatus sit, ipse in alio loco dicit, In carceribus abūdātius. De quibus nōnunquā domini auxilio, crebro ipsi persecutoribus nihil dignum in eo morte inuenientibus, dimittebatur. Necdū enim super nomine Christiano senatus cōsultra processerant, necdum Christianum sanguinem Neronis gladius dedicauerat: sed pro nouitate prædicationis, siue à Iudæis inuidentibus, siue ab his qui sua videbāt idola destrui, ad furorem populis concitatis, missi in carcerem, rursus impetu & furore deposito, laxabantur. Et hæc ita esse vt dicimus, apostolorum Acta testantur, in quibus & Agrippa loquitur ad Festum, potuisse dimitti Paulum si non appellasset Cæsarem: & Festus ad Agrippam, quia nullam inuenit causam præter quæstiones quasdam de religione propria, & de quodam Iesu quem Paulus viuere prædicabat. Ex quo animaduertimus & à cæteris iudicibus similiter eos potuisse dimitti, id agente domino, vt in toto orbe noua prædicatione disseminaretur, ppter quod & nunc dicit Apostolus se sperare quod possit adhuc dari fidelibus per orationes eorum.

*Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas & Lucas, adiutores mei.*

Id quod principio dicebamus, quoniam ad Colossenses epistola eodem in tempore & per eundem esset scripta baiulum literarum, quo & ad Philemonem quoque scripta est, etiam eorū qui salutantes inducuntur, nomina docent. Nā & in ipsa subscribitur: Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, & Epaphras qui est de vobis seruus CHRISTI. & paulo inferius: Salutat vos Lucas medicus charissimus, & Demas. & dicit Archippo, Vide ministerium quod accepisti in domino, vt illud impleas. Et Memores estote vincu-

2. Cor. 11

Actu. 26.

Actu. 25

F

Colos. 4.

**G** vinculorum meorum. Si autem ex eo aliquis nō putat pariter scriptas, quod ad Colossenses pauca sint nomina quę hic non ferantur ad scripta, sciat non omnes omnibus aut amicos esse aut notos: & aliud esse, priuatam ad vnum hominē: aliud, publicam ad vniuersam ecclesiam epistolam fieri. [Salutat te] ergo, inquit, [Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu,] de hoc Epaphra dictum est Colossensibus: Cognouistis gratiam dei in veritate, sicut didicistis ab Epaphra charissimo & conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu, qui etiā manifestauit nobis dilectionē vestrā in spiritu. Quem & concaptiuum suum in Christo dicit nunc Apostolus: quia cum eo Romę tenebatur pro Christi euangelio captus ac vinculis astrictus. Marcū verō quem subiungit, crederemus illum esse qui scripsit euangeliū, nisi ad Colossenses diceretur consobrinus Barnabę: ideoque magis credimus hūc esse Marcum, pro quo inter Paulum & Barnabam fuerat olim dissensio, id est, Ioannē qui cognominatus est [Marcus:] & sic ex societate Barnabę melioratum, vt dignus esset Paulo adhærere, qui quondam ab eo fuerat reiectus. [Aristarchus] autem, quę & ad Colossenses concaptiuum suū Apostolus scribit, Thessalonicensis erat, & comitatus est eum Hierosolymis ascendentem, atque inde cum eo ipse & Lucas Romā sunt missi, sicut & ecclesiastica historia meminit. [Demas] verō ipse est, de quo ad Timotheū queritur Apostolus, Demas me dereliquit, diligens hoc seculū, & abiit Thessalonicam. Qui fortasse postmodum penitētia ductus, & in Christo confortatus, rediit ad Apostolum. aut si non est ad eum reuersus, tunc constat hanc epistolam prius esse scriptā, quā scriberetur ad Timotheum secūda. [Lucas] autem medicus charissimus, ipse est frater ille gloriosus, cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Qui in euangelium & Actus apostolorum ecclesijs derelinquens, quomodo apostoli de piscatoribus pisciū piscatores hominū facti sunt, ita de medico corporū, in medicū est versus animarū. Cuius scripta quotiescunq; leguntur in ecclesijs, toties epta medicina nō cessat. Huius autem epistolę talis est terminatio.

*Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, amen.*

Sicut à meliori parte hominis, id est, capite dinumeratur populus Israël, dicente scriptura, secundum capita eorum, ita in toto quidem homine & omni parte sanctorum gratia est domini nostri Iesu Christi, sed à maiori & meliori parte, id est, spiritu, per synecdochem de toto homine dicitur: [Gratia domini nostri Iesu Christi cū spiritu vestro. Amen.] Cum autē in spiritu gratia domini fuerit, totum facit hominem spirituale, vt & caro spiritui seruiat, & anima nō vincatur à carne: & redacta simul in substantiam spiritalem, adhærere domino: quoniā qui adhærere domino, vnus spiritus est.

EPISTOLAE PAVLI AD  
Philemonem, finis.

PRAEFATIO IN EPISTOLAM  
AD HEBRAEOS.

**P** Aulus in Italia positus, Hebręo sermone scripsit hanc epistolam & misit Iudæis ad fidē domini Iesu conuersis, & in Iudæa post veritatis agnitionē conuersantibus, intendens principaliter eos in puritate fidei Christianę cōfirmare, & à legalibus obseruatiis quibus adhuc detinebantur, profus auellere. Putabant enim fidem Christi solam sine admixtione legalium ceremoniarum ad beatitudinis consecutionem nullatenus esse sufficientem, sed vtrunque simul dicebant ad salutem esse necessarium. Nullū nanque in fide Christi sine legali obseruatione, vel in legis obseruantia sine fide, dignum vitę perpetuitate iudicabant. Et apostolus eorum beatus Petrus permisit eos adhuc in legalibus ceremoniis viuere: timens ne si carnales obseruantias illis omnino auferret, & ab operibus legis in quibus semper vixerant, remoueret, potius à fidē domini Iesu recederent, quā legerent. Considerauit enim quod si ad fidem saluatoris conuerterentur, atque post fidem & veritatis introitum inutilitas signorū & vmbraē manifestaretur eis, facilius ab errore isto reuocari possent, quā si primo aditu diceretur eis, vt à legis operibus omnino cessarent. Et quod tunc Petrus prauidit posse fieri, nunc Paulus aggreditur facere. Timebat enim ne fides eorum quę nimis imperfecta erat, & cōuersio ipsorum inanis fieret & superflua. Ideoque scribit eis per multas rationes de eminentia Christi & inutilitate legis, ad vltimum & de moribus instruit. Studet enim (vt dictum est) persuadere illis fidem saluatoris sine carnalibus obseruantijs ad vitā æternam sufficientem esse, & vt vltierius carnalibus obseruantijs non insistant, sed in fide Christi iustificationis & saluationis suę fiduciam ponant. Quod autem hęc epistola superscriptionem solitam non habet, id est, Paulus apostolus, ista ratio est, quia prauidit eorum Hebræis erat de Pauli nomine, ne dicta eius susciperent: & ideo prudenter declinavit, ne statim in principio Pauli nomine inspecto, eius lectio repudiaretur: & quia à domino omnipotente Paulus dicitur missus ad gentes præcipue, nō ad Hebræos. Pro humilitate ergo Paulus qui ad gentes fuerat destinatus, non scribit semetipsum Hebræis apostolū, vel ppter honorē domini, qui se missum dixerat ad oues domus Israël, vel quia genitiū videbatur apostolus, & nō Hebræorum. Nā neque fidē, neque aliud quicquam illis contulerat. Interpretantur autem Hebræi transiōres vel transeuntes. Et quicumque radicem cordis in amore præsentis mūdi nō plantauerit, sed assiduis desiderijs ad superna transeunt: qui peregrinationē terrę non diligunt pro habitatione patrię, sed verā patriam inquirunt. ipsi sunt verē Hebræi, & ad se scriptā esse credant hanc epistolā. In qua Apostolus primum proponit audienda esse verba Christi, conferendo eum prophetis, quia in eo locutus est deus vt in prophetis, & maior est eis. sic enim dicit.

EPISTOLAE PAVLI AD  
HEBRAEOS,  
CAPVT I.

**M**ultifariē multisque modis  
olim deus loquēs patribus in  
prophetis nouissime diebus  
istis locutus est nobis in filio.

[Multifariē, id est, multis loquutionum generibus aliquando manifestē, aliquādo obscure, aliquando proprie, aliquādo figurate, aliquādo per angelum, aliquando per occultā inspirationem, aliquando Hebraice, aliquādo Chaldaice, aliquādo bladiēs, aliquādo terrēs, loquutus est deus: & multis modis, id est, diuersis, & varijs actionum generibus: quia non solum dicta prophetarum, sed & omnia facta eorum prænuiciare ea, quę nostris temporibus erāt futura. Et quā varia sint & quā multa prophetarū gesta,

**A** gesta, quę referūtur in scripturis, quis facile nōicat? Et in omnibus illis patrū gestis loquutus est futura. Nam de verbis eorū quę multa sunt, atque diuerso & multiplici genere loquutionū prolata, non est dubium quin ipse ea loquutus sit. Ita ergo multifariē & multis modis & qualitatibus [olim,] id est, in antiquis temporibus, [loquens deus patribus,] qui nos carnaliter genuere, & fidem suam de Christo nobis reliquerunt. Et loquens eis [in prophetis,] quia ipse in cordibus eorum dixit, quicquid illi foras vel dictis vel factis loquuti sunt hominibus. Nec vacat quod dicit, loquens olim, & iungit præsens cum præterito. Nam ea quę loquutus est patribus in prophetis, omnia nobis vsque hodie loquitur in scripturis, vt sicut ipsi, ita & nos credendo ea & opere complendo vitam consequamur æternam. Potest & de solis verbis intelligi, quod ait, multifariē multisq; modis. Multifariē .i. multis loquutionibus, multisque modis, id est, multis loquutionū qualitatibus, olim Deus pater loquens patribus, qui in carne & in fide nos genuere: [nouissimē, id est, in fine temporum,] quādo iam alia non sequitur dei loquutio, quoniam in hac cōtinetur omnis perfectio sanctitatis & iustitię, [diebus istis,] id est, tempore istorum hominum qui adhuc in carne viuunt, [loquutus est nobis in filio] suo: quia quicquid foras Christus loquutus est hominib; , pater in eo loquebatur intus. In prophetis fuit deus secundum inhabitationem gratię & reuelationē volūtatis sapientię suę, in filio autem omnino totus manebat, scilicet vsquequaque mentē & rationem illius illuminans, vt nihil sibi deesset ad perfectionem animę, vt pote cui sapiētia dei personaliter erat vnita. Et qui loquebatur in prophetis, quod in eis loquebatur patribus nostris, hoc nobis ad vltimum loquutus est in filio suo: & ideo verba filij non minoris authoritatis sunt, quā prophetarum: imō maioris, quia illi sunt serui, iste filius, in quo pater loquutus est. nouissimē, quia post istam nulla alia futura est loquutio. Illa enim quę facta est Moysi, nō fuit nouissima: quia tantum posita fuit vsq; ad tempus correctionis. & ideo quandiu durabit hęc nouissima loquutio, id est, nouum testamentū, pro certo durabit fides nostra: quia in aliud nō poterit transmutari, quod nobis plus valeat ad acquisitionem vitę cęlestis. Et vt diligentius obseruantur ea quę loquutus est filius, transfert se Apostolus ad commendationem eius secundum vtranque naturam, dicens:

*Quę constituit heredem vniuersorū,  
per quę fecit & secula. Qui cum sit splendor gloria & figura substantię eius, portansque omnia verbo virtutis suę, purificationem peccatorum faciēs, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.*

Ostendit videlicet quantus sit filius, in quo pater loquutus est hominibus, vt cognita magnitudinis eius dignitate, fides de eo sufficiens esse ad salutem æternam cognoscatur. [Quę] ipse pater secundum humanitatem [constituit]

iam immutabilem [heredem vniuersorum,] id est, possessorem omnium creaturarum, atq; totius mundi dominum, vt iam non sit tantum Iacob funicul; hereditatis eius, sed fiat quod scriptum est, Dabo tibi gentes hereditatem tuam, [Psal. 2.] & possessionem tuam terminos terrę. Vnde patet quia omnes in eum debent credere. Et [per quem,] secundum quod verbum patris est, ipse pater [fecit] non solum æterna, quę minus sunt etiā nobis nota, sed [et secula, id est, omnia mutabilia,] quę variari cernimus per tempora. Seculum enim à sequendo dicitur, eod quod semper fit in motu: quia semper aliquid præcedit, & aliud sequitur. Et cum secula per filium facta sint, manifestum est eum esse creatorem hominis & omnium reliquorum, quę in seculis facta sunt. [Qui] filius post laborem militię & obedientię suę sedet, id est, requiescit, nihil vltrā laboris sustinens, ad dexteram paternę maiestatis. Et iure secundum humanitatem exaltatus est ad dexteram patris [cum sit] secundum diuinitatem eidem patri cōæternus & cōequalis. Est enim [splendor glorię & figura substantię eius. E] Splendor glorię quasi lumen de lumine. pater enim est gloria, sicut idem filius ei canit in [Psal. 3.] Gloria mea, & exaltans caput meum. Et huius glorię, id est, patris splendor est filius, quia à patre est, sicut splendor de sole. & cōæternus est patri, sicut splendor cōæuus soli. Nam sicut natura non patitur vt sit vnquam sol sine splendore, & ignis sine calore, ita pater nunquam potuit esse sine sapientia sua: & sicut sol non est à splendore, nec ignis à calore, ita pater non est à filio, sed filius à patre: & sicut splendor ostendit illud cuius est splendor, ita filius manifestat patrem cuius ipse est sapientia: & sicut substantialiter splendor in sole est, & sol in splendore, ita substantialiter filius in patre est & pater in filio. Et quia posset esse cōæternus, & tamē nō esset eadem substantia, addit, & figura substantię eius, per quod ostenditur consubstantialis patri. Quia est figura substantię eius .i. expressa similitudo eius, non secundum exteriora, sed secundum substantiam. Figura substantię eius est, id est, forma & imago substantię eius: quia quantus est pater, tantus & ipse: qualis est pater talis est ipse: cuius substantię est pater, eiusdem & ipse: quod est pater, hoc & ipse. filius enim qui est sapientia patris, per hoc quod ipsum reuelat & facit cognosci, figuram substantię eius exprimit, cū semetipsum primum describit eadem sapiētia, & sic patrem manifestat. Cū enim eternitas patris cernitur à nobis, prout infirmitatis nostrę possibilitas admittit, imago eius mentis nostrę oculis antefertur: quia cum vere in patrem tendimus, hunc quantum accipimus per suam imaginem, id est, per filium, videmus & per eam speciem, quę de ipso sine initio nata est eū aliquo modo cernere, qui nec cœpit, nec definit, conamur, & hęc est figura expressa substantię dei. Vnde idem filius dicit, Nemo venit ad patrem nisi per me. & Qui videt me, videt & patrem, Qui & portat [omnia, id est, sursum tenet ne decidant, & in nihilum reuertantur,] vnde creata ab ipso fuerant, & sustentat ea non labore, nec difficultate, sed [verbo virtutis suę,] id est,

Locus obscurus.

Ioan. 1.

**G**id est, imperio suæ potentia, hoc est, sola voluntate sua, quæ in eo virtus est & omnipotentia, per quod patet, quia patri compotentialis est. Et est purgationem peccatorum faciens, quia sanguine suo nos à peccatis mundat. Cõmonet Apostolus crucis eius & mox resurrectionis, & ascensionis. Nam postquam fudit in cruce sanguinẽ vt faceret peccatorum nostrorum purgationẽ, suscitatus est de sepulchro, & eleuatus est in cælum. Vbi sedet nũc, id est, quiescit & regnat & iudicat sublimatus [ad dexteram, id est, æqualitatem & honorificentiam [maiestatis, id est, patris, qui est maiestas, id est, maior potestas, quia omnibus potestatibus maior est, ad cuius dexteram filius est in eadẽ sede, sicut æqualis, ne si in alia parte sederet, minor esse videretur. & sedet [in excelsis,] id est, super omnem creaturam in eminentissimis spiritibus angelicis, qui vocantur thronus, id est, sedes dei.

**Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquando angelorũ, filius meus es tu, ego hodie genui te? & rursum: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium?**

Hic comparat eum angelis & præfert, vsque ad locũ, quo ait: Propterea abundantius oportet Sedet in excelsis, [effectus tanto melior, id est, dignior angelis secundum humanitatem, secundum quam minoratus fuerat paulominus ab angelis, [quãto hereditauit, id est, hereditario iure possedit nomen (quod est filius) differentius, id est, magis differens. Dum enim mortalis esset differens nomen habuit, quia angeli ministrabant ei, sed tamen confortasse eũ legitur angelus in passione. Postquam autem immortalis factus est, magis differens nomen habuit: quia ministrare adhuc ei possunt angeli, sed iam confortare eum non possunt. Et ante passionẽ licet nonnunquam vocaretur filius Dei, tamen fere semper vocatus est filius hominis, post resurrectionem verò filius Dei vocatur. Et secundum quod ipse differentius nomen habet est [præ illis, non post illos. Nam & si angeli aliquando vocantur filij Dei, hoc nomen significat illos à Deo creatos esse, non eandem substantiam habendo cum Deo, sed potius quod sunt sola Dei voluntate facti. In Christo autem significat illum esse naturaliter à patre genitũ, & eiusdem cum patre substantia, & humanitate eius personaliter vnitã eidem vnigenito Dei. Propter quod & ipsa humanitas appellationem filij dei meruit: & ita nomẽ istud quod est filius, est in Christo differentius & longe dissimilius quàm in angelis, & longè præ illis. Vel præ illis habet Christus nomen, quia honorificentior quàm illi factus est quando surrexit & ascendit. Et verè præ illis nomen habet. Nam [cui angelorum dixit] deus, quod Christo dixit: Nec maiori angelorum dixit hoc aliquando, id est, nec in creatione, nec postquam confirmati sunt in supernis. Scilicet nullus angelorum tam sublimis est, cui legatur deus aliquãdo dixisse quod

Christo dixit [filius melius es tu] consubstantia K. lis mihi, quia ego hodie. i. in die eternitatis, quæ caret principio & fine, semperque præfens habet sine præterito & futuro, [genui te] ex substantia mea. Genui te, dixit & nõ gigno te, ne imperfectus videretur esse filius, & ne cõtra prophetam deus recens esse putaretur idem vnigenitus: Si enim dixisset, hodie gigno te, posset existimari hæc genitura hodie principium habuisse. Sed cum dicit, genui, ostendit quod hodie fit, sed non hodie cõperit. Ac per hoc nullum principium habuisse declaratur. Tamen si in Actibus Apostolorum verba Pauli consideremus, videbimus eum hanc sententiam ad resurrectionem domini retulisse. dixit enim de patre, Resuscitans Iesum Christũ, sicut in psalmo secundo scriptum est, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Iuxta hoc igitur Apostoli testimonium dixit ei pater in die resurrectionis, filius meus es tu, ego hodie genui te, vt illa resurrectio eius quam pater operatus est, intelligatur quædam generatio. Nam & nostra resurrectio vocatur regeneratio, cum dicitur, In regeneratione cũ sederit filios hominis in in sede maiestati suæ L & iterum de electis dicitur, quia in futuro seculo sunt filij dei, cũ sint filij resurrectionis. Christus ergo secundum humanitatem, qui dũ esset mortalis, erat filius hominis, in resurrectione vestiens immortalitatem, factus est filius dei, sic tamen, vt non amitteret esse filius hominis, quia verus homo permansit: sed gloriã quam humanitas non habebat, accepit, & ita homo ille quẽ vnigenitus dei in sua persona susceperat, audiuit in resurrectione, Filius meus es tu, ego hodie genui te, quod nulli vnquam angelorum dictum est: quia nec propter aliquam promotionẽ quæ illis aliquando facta est, dignus fuit aliquis illorum hoc audire. [Et rursum,] cui angelorũ dictum est, quod de filio hominis verbo dei personaliter vnito dixit, Ego qui verbi mei semper sum pater, [ero illi in patrem. i. ero pater illi homini quem verbum meum assumer,] & ipse] homo [erit mihi in filiũ, id est, erit mihi filius? Nul li angelorum dictum est hoc, vel de nullo angelorum. Sed homo iste propter vnitatem personæ, verbi & carnis, factus est eiusdem patris filius cuius & verbum: quia & virgo, dei genitrix idcirco dicitur, quod non solum hominem sed & deum genuit. Caro enim communicat altioribus, sicut & diuinitas hmilioribus.

**Et cum iterum introducit primogenitũ in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli dei. & ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Ad filium autem, Tronus tuus deus in seculum seculi, virga æquitatis virga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vnxit te deus, deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Et tu in principio domine terram fundasti**

**Adasti, & opera manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt, tu autem permancbis, & omnes vt vestimentum veterascent: & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.**

Osteso per auctoritates quoniam differentius nomen præ angelis Christus hereditauit, ostendit per alias auctoritates eum esse meliorem & præstantiorem angelis. Quasi dicat: Antequã filius dei homo fieret, promisit Deus se eidem homini fore in patrem. [Et iterum cum introducit in orbem terræ, id est, in hunc mundum [primogenitũ] in multis fratribus, dicit de eo, vt adoretur ab omnibus sanctis angelis. Iterum introducit visibilem carne assumpta, qui antè inuisibilis in mundo erat. Quæ assumptio dicitur exitus à patre, & introductio in hereditatẽ. Vel introducit, id est, intus vsque ad corda hominum ducit eum, vt cognoscatur ab eis, pro quorum salute carnem induit. & in orbem terræ, id est, in reparationem humani generis vbi que terrarum existentis. Qui filius secundũ diuinitatem quidem, in qua fratres non habet, dicitur vnigenitus: sed secundum humanitatẽ, in qua fratres habere dignatus est, appellatur primogenitus. In qua humanitate eũ adorare monetur angeli, quia in diuinitate vt adorarent eũ, nõ indigebant admonitione. & quia homo vnitus deo, adoratur ab angelis, patet quia longe melior est ipse quàm angeli. Hoc autẽ testimonium in cantico Deuteronomij iuxta Septuaginta interpretes ita legitur: Lætamini celi simul cum eo, & adorent eum omnes angeli dei. Vbi notãdum quod translatio Septuaginta interpretum authentica erat Hebræis, quibus scribebat Apostolus, vt pote Græcam & Hebræam linguam scientibus. Quia ergo celi lætatur cũ homine quem dei filius assumpsit, & adorant eũ omnes angeli dei manifestum est ex hoc, quantum ipse prælatum sit angelis: & etiam ex hoc quod sequitur, quia ad angelos dicit, qui facit angelos &c. Illud enim quod supra dictum est, refertur ad filium, ostendendo illum esse meliorem angelis: & istud quod subditur, refertur ad angelos, ostendendo eos inferiores illo cui seruiunt & ministrant. Et hoc est quod dicit scriptura, quod ad angelos quidem pertinet: [Qui] scilicet filius [facit angelos, id est, nuncios & legatos suæ voluntatis ad homines, [suos spiritus] caelestes. angelus enim nomen est officij, nõ naturæ. Nomen verò naturæ spiritus est. Nã sancti illi spiritus supernæ patriæ semper quidem sunt spiritus, sed nõ semper angeli. Tunc enim solũmodo sunt angeli, cum nunciant. Eos ergo quos semper Christus habet spiritus, quando vult, angelos facit, mittendo eos nunciare quod iusserit. [& flammam ignis, id est, Seraphin, qui ardentes interpretantur, quia igne diuini amoris toti sunt inflãmati, & ante omnes alios sunt, facit [ministros suos,] vt ministrèt ei & seruiãt. scilicet primos caelestium spiritũ facit sibi ministrare. [&] hoc [quidẽ ad angelos dictum est,

id est, ad ostendendam subiectionem eorum: sed [ad filium] quod sequitur, id est, ad declarandã eius excellentiam: O deus] fili, [tuus thronus, id est, tua sedes regia permanet [in seculum seculi, id est, in æternum. Non enim posset deus habere sedem temporalem. Dominum vocat eũ, vt omnibus qui videbant eum esse hominẽ, diuinitas eius innotescat. Per thronum, id est, per sedẽ regiam designatur regnũ eius. Qui thronus perseverat in seculum seculi, quia regni eius non erit finis. & alibi dicitur, quia sedebit dominus rex in æternum. Per virgam quoque, id est, sceptrũ, insignem regnantis exprimitur. Quæ virga est æquitatis sicut & per prophetam de eo dictum est, Ecce in iustitia regnabit rex. Vel thronus intelligatur iudiciaria sedes, & per hæc ipsum iudicium. Qui thronus permanet in seculum seculi, quia nouissimum Christi iudiciũ semper stabit. Vnde ait, Ibunt hi in supplicium æternum, illi autem in vitam æternam. Per virgam autem æquitatis, intelligi potest rectitudo sententiæ iudicij eius, quia percutiet reprobos. Hæc virga, fortitudo est in vindicta & æquitas rectissima. Vel certè [virga regni tui, id est, disciplina & regnũ, qua bonos regis & malos flagellas, est [virga æquitatis, id est, regula directa & inflexibilis. Nec mirum, quia [dilexisti iustitiam, id est, omne bonum non coactus habuisti, sed ex amore: & econtra odisti iniquitatẽ, id est, omne malum. Nam sicut Ioannes in epistola dicit, Omnis qui facit peccatum, & iniquitatẽ facit, & peccatum est iniquitas. Non simul vtraque habuisti, id est, bonum & malum: sed vnum ex amore tenuisti, & alterũ ex odio detestatus es. & [propterea, id est, vt bonum diligeres & malum odires, [vnxit te deus] fili [deus tuus] pater per se, non per ministros. In eo enim quod dicitur, vnxit te deus, deus tuus, sicut & in Hebræo & Græco patet, primũ nomen dei vocatiuo casu intelligendum est, sequens nominatiuo. Vnxit te deus, deus tuus. Vnxit secundũ hominem, quia deitas nullo indigebat. Deus enim qui vnctus est, homo factus erat: & ideo vnctus est deus, quia homo erat deus. Vnctus est [oleo, id est, spiritus sancti dono. Sed [præ participibus suis] vnctus est, quia omnes nos prius in peccato existimus, & postmodum per vnctionẽ sancti spiritus sanctificamur. Ipse autẽ qui existens deus ante seculũ, per spiritum sanctum in vtero virginis homo conceptus est, in fine seculorum ibi ab eodem spiritu vnctus est, vbi conceptus. Nec antè conceptus & postmodum vnctus est, sed hoc ipsum de spiritu sancto & carne virginis concipi, à spiritu sancto vngi fuit. Non potuit apertius dici nomen Christi, quàm vt diceretur vnctus deo. Christus enim Græcè, vnctus dicitur latinè. & vnctus significat regem, vel sacerdotem. Vnctus est deus oleo, sed spirituali. Oleum enim visibile in signo est, oleum autem inuisibile in sacramento. [Oleo exultationis] vnctus est, id est, spiritus sancti gratia quæ conscientiam eius exhilarauit, faciens vt nullũ omnino peccatũ in ea vnquã esset, sed omnis omnino sanctitas. Et ideo præ participibus suis vnctus est, quia nullus sine peccato, nisi iste solus, nullusque tãtum sanctitatis habere potest. Nam neq;

Actu. 13. Psalm. 2. 2. Re. 7. 2. Par. 22

Mat. 4. Luc. 22.

Actu. 13.

Mat. 19.

Luc. 20.

2. Re. 7.

Psalm. 96.

Psalm. 103.

Psalm. 44.

Psalm. 101.

Psalm. 44

Luc. 1.

Psalm. 28.

Isaia. 32.

Matt. 25.

E

1. Ioan. 3.

F



**G** neque boni aliquid habere quisquam valet, nisi ab isto acceperit. Quia enim omnes sancti ab eo accipiunt quicquid habent, ideo participes eius dicuntur, sicut & in sequentibus epistolæ huius legimus, Participes enim Christi effecti sumus. Propter quod & ipse vocatur Christus, illi verò Christiani: in qua appellatione declaratur, quia ipse singulariter vnctus est maiori gratia præ omnibus. Non enim ad mensuram dedit ei spiritum deus, sed totum spiritum sanctum ei largitus est: nobis verò dedit ad mensuram. Hæc dicta sunt ad filium, in quibus humanitatis eius excellentia demonstratur. Et iterum propheta insinuans æternitatem diuinitatis eius, ait ei: O [domine] fili, [tu fundasti terram in principio] mundi, id est, nutu & dispositione tua immobilis subsistere fecisti. In principio fundasti eam, quia tu iam eras ante omne principium, & in principio dedisti esse creaturis. [Et cæli sunt opera manuum tuarum,] quia manibus tuis, id est, virtute iusionis tuæ operatus es cælos. [Ipsi] qui tam durabiles sunt, [peribunt in die iudicij. Nō tamē hoc intelligitur de superioribus cælis, sed de nouissimis, qui sunt propinqui terræ, & in quibus aues volitant. Qui secundum quantitatem & spatia aëris huius peribunt igne iudicij occupante tantam aëris capacitatem, quantam occupauit aqua diluuij. Ipsi peribunt ab ea quā habent specie, vt in meliori mutentur. [Tu autē permanebis,] quia sicut ante omnia permanebas incommutabilis in æternitate tua, sic & postquam illi perierint, permanebis semper, id est, æternaliter. [ & omnes] illi cæli aërij [veterascēt vt vestimētum, id est, longæuitate paulatim deteriores fiēt. Quod nos quotidie cernimus impleri ipsa iam aëris immutatione & terræ sterilitate. Nam & de terra similiter hoc intelligitur. [Et velut amictum mutabis eos.] Amictui comparatur cæli, quia terrā operiunt & circumdāt. Sicut amictum mutabis eos, id est, tam facile, sicut amictus extenditur & plicatur. Ita ergo peribunt cæli & terra, vt mutetur, non vt omnino definant esse: quia ab ea quam nunc habēt specie, tergentur per ignem, & tamē in sua semper natura manebunt. Creaturæ quidem [mutabuntur,] sed tu immutabilis permanes, iuxta quod alibi dixisti: Ego dominus & non mutor. & Ego sum qui sum. [Tu] semper [idem ipse es] æqualiter incommutabilis, [ & anni tui nō deficient, id est, æternitas tua. anni nostri quotidie deficient, quia semper stant: & quia stant, ipsi anni qui stant, vnus annus est, & ipse vnus annus qui stat, vnus dies est. Quia ipse vnus dies, nec ortum habet, nec occasum, sed semper stat & lucet. Hi sunt anni qui nō deficient, sed permanent. His itaq; dictis euidenter ostenditur dei filius æternaliter incommutabilis in sua deitate, sine initio & sine permanere, & omnium creator esse, ac per hoc fides eius ad æternā salutē optime sufficere. In psalmo possunt hæc prophetica verba mysticè tractari, sed in hoc loco iuxta literam melius intelliguntur: quia tunc in eis manifestius æternitas & potētia filij, quā nūc Apostolus studet ostendere, declaratur. Nam ad filij personam, non ad patris in hac epistola

dicitur: Tu in principio domine terram fundasti & c. licet in Psalmo & ad patrem conuenienter ista dicatur, vel potius ad totam trinitatem. Sed nunc Apostolus excellentiā solius filij prophetice testimoniis intēdit ostendere, qui Iudæis propter assumptionem carnis minor videbatur. Vnde & adhuc subiungit:

*Ad quem autē angelorum dixit aliquādo, Sede à dextris meis quoadusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nōne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capient salutis?*

Itē de gloria humanitatis eius loquitur, ostēdens eum angelis multo digniorem. Quasi dicat: Non solū per supradicta maior angelis esse declaratur, sed etiam per hoc, quia [ad quem angelorum] quantæcunq; excellentiæ fuisset, [aliquando, id est, in aliquo statu eorū vel ante ruinam superbiorum, vel post cōfirmationem humilium, [dixit] pater quod Christo dixisse legitur, scilicet, [Sede à dextris meis?] Nam de excellentissimis angelis scriptum est, quia Seraphin stabant in circuitu eius. Seraphin stant vt ministri, filius sedet vt dominus. Seraphin in circuitu, filius ad dexteram. Nam victori Christo pater in die ascensionis eius obtulit confessum suum, dicens: Sede à dextris meis, id est, quiesce & regna in potioribus meis, & hoc, donec [ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorū, id est, prorsus subiiciam tibi. Per pedes stabilitas æterna designatur, vbi quasi vestigiis positus virtute omnipotentis consistit, vel certē humanitas eius, & his pedibus ei⁹ quotidie subiicitur inimici. vel per spontaneam conuersionem, vel per iustam damnationē. Cum autem omnes subiecti fuerint, id est, in fine seculi, tunc patebit omnibus, quia ipse perēniter sedebit ad dexteram patris. & ideo nunc necesse fuit dicere, quod ipse ibi sessurus sit post diē iudicij, sed tantum vsque ad illum diē propter eos qui adhuc eum ibi sedere non credunt. hoc nulli angelorū dictum est, scilicet, Sede à dextris meis, quia nō est ministri sedere ad dexteram illius cuius minister est, sed filij est sedere ad dexteram patris. Nam omnes angeli sunt eius ministri, & hoc interrogatiue quasi per increpationem dicitur. [Nōne omnes] angeli tā magni quā parui, [sunt spiritus administratorij, id est, ad ministrandum apti, vt vnusquisque deo ministret ex officio suo? administratorij sunt, id est, ministrandi officium habent. & quia possent officium habere ministrandi, & non ministraret, vt dapifer regis dicitur eius minister, etiam si non ministraret, subditur: [missi in ministerium,] subaudi actualiter explendum, hoc est, & ministrandi officium habent, & ministrant, ministrando scilicet seruiunt, & id faciunt non propter se, sed propter homines, quibus licet minorib⁹ imperio Christi seruiunt, propter eos in bonis operibus adiuuādos & à malignis spiritibus defendēdos: [qui capient hereditatē salutis, id est, consequentur hereditatem patriæ cælestis, vbi perpetuam

petuam animæ corporisque salutem habebunt Mittuntur itaque propter nos huc angeli, vel à domino, vel à maiorib⁹ angelis. Ex minoribus enim angelorum agminibus foris ad exemplū ministerium immittuntur, id est, ad humana solatia vel angeli vel archangeli veniunt. Nā sublimiora agmina ab intimis nunquam recedūt quoniam ea quæ præminent, vltimū exterioris ministerij non habent. Vnde Daniel ait, Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia adfitebāt ei. Aliud enim est ministrare, aliud adfistere. Nā ministrat deo, qui ad nos nunciando exeunt: adfistunt verò qui sic cōtēplatione intima perfruuntur, vt ad explenda foras opera nō mittantur. De minoribus ergo intelligendum est, quod sint in ministeriū missi propter homines qui hereditatē salutis percipiunt. Nusquam enim legitimus dominationes vel tronos in ministeriū mitti. Qui tamen dici possunt administratorij spiritus, quia & intus ministrant deo, dū diuinas scientias ab eo susceptas inferioribus tradunt, & ad supernam eos cōtēplationem adducunt. Sed & illi qui foras exeūt, semper ei adfistunt: quia & cū ad nos veniunt, sic exterius implēt ministerium, vt tamē nunquam desint interius per cōtēplationem. Vnde saluator de paruulis. i. humilibus ait, quia angeli eorum in cælis semper vident faciē patris mei & mittūtur igitur, & adfistūt: quia etsi circūscriptus sit angelicus spiritus, summus tamē spiritus ipse qui deus est, circūscriptus nō est. Angeli itaq; & missi ante ipsum sunt, quia quolibet missi veniant, intra ipsum currunt.

CAPVT II.

*Propterea abundantius, oportet obseruare nos ea quæ audiuiimus, ne fortē pereffluamus. Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, sitantam neglexerimus salutem? Quæ cum initium accepisset enarrari per dominum, ab eis qui audiere, in nos confirmata est, contestante deo signis & portētis & variis virtutibus & spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem.*

Hucusq; multis autoritatibus demonstrauit filium esse meliorem angelis: & nunc consequenter asserit, quod verba eius magis sint obseruanda quā angelorū. Loquutus fuerat de⁹ in prophetis, loquutus fuerat & in angelis, sed nouissimē loquutus est nobis in filio. Et [propterea] quoniā ille tanto dignior est eis, [oportet nos ea quæ] ab ipso audiuiimus, [obseruare] & opere complere [abundantius,] quā illa quæ à prophetis vel ab angelis qui ministri legis fuerūt,

audieramus. Abundantius. i. largius & studiosius seruare debemus verba quæ loquutus est deus in Christo, quā seruauimus ea quæ loquutus est in angelis. i. præcepta euāgelij quā legis. Ea enim quæ deus refertur dixisse Moysi, certum est angelos esse loquutos. Sed dicit aliquis: Cur ergo scriptum est, Dixit dominus ad Moysen, & nō potius, Dixit angelus ad Moysen? Quia cū verba iudicis præco pronunciat non scribitur in gestis, ille præco dixit, sed ille iudex. Loquuti sunt itaque angeli verba legis. Sed magis obseruare nos oportet verba euāgelij quæ loquutus est Christus, [ne fortē pereffluamus. i. puniamur. fluimus enim, quia sicut fluuius in defluxu & mutabilitate sumus, de infantia ad pueritiam, de pueritia ad iuuentutem de iuuentute ad senectutem, & inde ad decrepitam ætatem. Effluimus verò, cum in morte anima & corpore dissoluimur. Effluimus. i. extra fluimus, cū animam exhalamus: pereffluimus⁹ si à vero deo esse perpetualiter separari vel varia tormenta sine fine deficiamus: & ne hoc nobis cōtingat, obseruemus verba Christi saltem timore pœne, si necdum regnat in nobis amor iustitiæ. Vel fluimus per pœnas mortalis naturæ, effluimus peccatum addendo, pereffluimus in æterna dānatione. Vel ita: Fluere, est mori, effluere pati pœnas siue in hoc seculo, siue in futuro: pereffluere aciora tormēta perpetualiter pati. & hæc cauēda nobis sunt. Sed & moraliter pereffluere est ab intima intentione appetitus interiorū & æternorū, penitus extra fluere, cogitando & appetendo sola exteriora & temporalia, quod eis accidit, quorum mentis gratia dei prorsus deserit: & qui custodire negligunt, merito suæ peruersitatis deseruntur à spiritu sancto, vt cōcupiscētias suas sequantur & pereant. Vnde mox de pœna futuræ damnationis eorū, cōparatione vindictarū, quæ præuaricatoribus legis quondam inferebantur, terribiliter subditur: [Si enim qui per angelos dictus est sermo & c. Nā si illi puniti sunt, qui verba angelorum cōtēpsere, quanto grauius punietur, qui verba Christi cōtēnunt? A minori probatur hoc. Vel secundum priorē sensum ita cōtinuatur: Reuera pereffluemus in tormētis, nisi ea quæ dicta sunt nobis à filio seruauerimus. Nā quomodo effugiemus pœnas æternæ vltionis, si tantam salutem nouæ gratiæ neglexerimus, cū nec illi effugerint, qui legē veterē neglexerunt? & hoc est: Si sermo dei qui dictus est Moysi per angelos. i. per officium angelorum, [factus est firmus. i. ratum & stabilis & in minis & in promissis,] quia & quicquid minata est lex & quicquid promissit, cōpletū est, [ & si omnis præuaricatio & inobedientia & c. Præuaricatio est vetita facere, inobedientia verò iussa non facere. Et non solū omnis præuaricator qui multorū reus erat, sed omnis præuaricator. i. omnis culpa transgressio nis, vt pro singulis vltio fieret, & omnis culpa inobedientiæ, quæ legis præcepta facere cōtēpsit, accepit] retributionem factorum suorum, retributionē dico [mercedis, id est, meriti] iustam, id est, parē, nō pro leui culpa magnā, nec pro magna, leuem, sed iuste modificatam, vt oculum pro oculo, dentē pro dente. Melius possum

Infra. 3.  
Ioan. 3.  
Psal. 101.  
al. subsistere.

Dani. 7.  
Mat. 18.

Actu. 7.  
E.  
F.  
Exod. 21.  
Leui. 34.

**Deu. 16.** G tum est prauaricatio & inobediencia, q̄ si poneretur, prauaricator & inobediens: quia per hoc (vt diximus) ostenditur pœna illata fuisse pro vnaquaque transgressione & inobediencia. Nam prauaricator non solum de vno, sed etiã de multis dicitur: & si hîc positus esset prauaricator posset intelligi quod nō pro vna, sed pro multis culpis quis puniretur. Si (inquã) sermo angelorum tam firmus factus est, vt tanta necessitate cogere nos nostri maiores illū operibus adimplere, quoniam si quis aliter fecisset, nō poterat euadere, [quomodo nos] debitã vltionem [effugiemus,] si nunc neglexerimus tanquã salutem .i. æternã beatitudinem, quã nobis offertur in obseruatione mandatorum noui testamēti? Nullo modo pœnas effugiemus, si hanc inestimabilem salutem paruipendamus. Nō enim tanta salus fuit in veteri testamento, quanta est hęc quã filius nobis attulit. Illa temporalis fuit hęc est perpetua. Illa terrenas diuitias, hęc cœlestes promissit. Illa victoriã de carnis hostib⁹ hęc cōcessit de spiritualibus. Illa temporalem feliciter vitam, hęc tribuit æternaliter beatam.

**H** Ideoque saltem non negligenda, quod est minus quã prauaricari. Grauior enim vindicta sumetur de his qui salutem istam neglexerint, quã sumpta est de illis, qui sermonē angelorum prauaricabatur. ibi enim sermo, hic autē salus: quia ibi tantū litera iubēs, hic verò spiritus adiuuēs. Quia verò iudæi possent respōdere, Nō sequitur, quod si illi puniti sunt qui legē per angelos datã prauaricabantur, nos quoque puniantur, si negligamus ea quã dicta sunt à filio dei: quia ipsi videre angelos & audire, nos verò filium nec vidimus, nec audiuim⁹, ideo subiūgit: Quã salus in nos cōfirmata est ab eis qui audire. ac si dicat: Nō idcirco pœnã euadētis, quod eum fortassē præsentē in carne non audistis quia audistis eos qui ab ipso audire. & hoc est: [Quæ salus & vita perennis electorum,] cū per dominū Iesum [accepisset initiū] non cōstitutionis quia ab æterno est, sed enarrationis, quia vni-genitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. [ab eis .i. ab apostolis, qui ab eius ore] audire, confirmata est, id est, valida affirmatione prædicata est, transiens in nos .i. ad sedem & intelligentiã animæ nostræ perueniens. Confirmata est in nos ab eis qui audire, non in fine tantū dominicę prædicationis, sed à principio cū illa salus cœpisset enarrari .i. euidenter & manifestè enarrari per dominū, non figuris inuolui, sicut antea per prophetas. Confirmata est (inquã) ab eis [deo cōtestante .i. cum eis testante quicquid illi dicebant, & quomodo cōtestabatur deus .i. testimoniū & certitudinem dabat prædicationi eorum,] [signis .i. minoribus miraculis, vt erectione claudī,] [ & portētis, id est, maioribus & stupendis mirabilibus, vt sanatione omnium infirmitatū per vmbra Petri, vel signa erant, quia aliud signabant, vt erectio eiusdē claudī erectionem claudicandis populi Iudæorum: & portēta, quia aliud portendebant, vt sanatio infirmitatum sub vmbra Petri, sanationem omnium spiritualium languorum animæ nostrę in præsentī ecclesia, quę per vmbra Petri figuratur, sicut superna Ierusalē per corpus eius. Talibus signis

& portētis cōtestabatur deus vera esse quã docebant apostoli, [ & variis virtutibus ] aliorū miraculorum, quã non ita erāt mystica. Vel variis animæ virtutibus .i. charitate, humilitate, castitate & cæteris huiusmodi: quas deus in eorum moribus relucere faciebat, vt eorum vita prædicationi concordaret, quatenus humilitatem docētes, humiles essent: largitatē prædicātes, largi essent, quibus nimirum virtutibus cōtestabatur deus veram esse doctrinam eorū. [ & ] etiam [spiritus sancti distributionibus, id est, donis spiritus sancti diuerso modo datis, vt ille haberet genera linguarum, iste interpretationem sermonū, alius propheticã & alij alia. Distributionibus dico, factis non secundum meritum, sed [secundum suam voluntatem .i. secundum placitum suã misericordiã. Secundum voluntatem eiusdem spiritus, quia ipse est diuidens singulis prout vult. Vel secundum voluntatem dei patris, quia vna voluntas est indiuiduã trinitatis.

*Non enim angelis subiecit deus orbem terra futurum, de quo loquimur. Testatus est autem in quodam loco quis, dicens Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam visitas eum? Minuisti eū paulo minus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecasti sub pedib⁹ eius. In eo enim quod ei omnia subiecit, nihil dimisit nō subiectum ei. Nunc autem necdum videmus omnia subiecta ei. Eum autem qui modico quàm angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum, vt gratia dei pro omnibus gustaret mortem.*

Dixit superius, quia oportet nos ea quã Christo audiuius, obseruare abundantius quã obseruauimus illa, quã audieramus ab angelis, .i. carnales ceremonias, & nunc declarat cur abundantius, quia videlicet nō angelis, sed Christo data est potestas iudicandi nos in futuro seculo & regnare super omnia, [Non enim angelis,] sed Christo [subiecit deus] pater [orbē terræ futurum .i. qui futurus est post diem iudicij,] quãdo erit cælum nouū & terra noua [de quo] orbe nunc futuro tunc [loquimur,] non de eo quem nunc cernimus. Iste enim ex parte recusat adhuc subiici Christo, illi autē omnino subiicietur ei. Non angelis tūc subiectus est orbis terræ, sed potius Christo: quia sic asseruit in psalmo propheta, cuius nomen vobis reticeo, non abscondentis affectu, sed quia vos memoriter psalmos retinetis, & a rege Dauid compositos scitis. Hoc [testatus est quis] prophetarū, qui per habita excellētia sine proprio nomine intelligitur, & ex sola autoritate cognoscitur, & testatus est [in loco] scripturę [quodam .i. egregio & no-

**A** & notabili, vt & per testem & per locū pateat sine ambiguitate verum esse quod dixit. Testatus est [dices,] quid est homo & c. Omnis filius hominis, homo est: sed non oīs homo filius hominis. Adã quippe hō, sed non filius hoīs. Homo igitur hoc loco, terrenus est: filius autē hominis, cælestis: & ille longē seiunctus deo, hic autē præfens deo: & propterea illius memor est tanquã longe positi, hunc verò visitat, quem præfens illustrat vultu suo, de quo propter infirmitatē carnis & humilitatē passionis rectē dicitur, Minuisti eū paulominus ab angelis: & propter clarificationē, qua refuscitatus est & in cælum eleuat⁹, gloria & honore coronasti eū & c. Quod ergo dicitur, Quid est homo, cū despectu legendū est. O (inquit) domine deus pater, [quid est homo,] quasi fragilis, despectus, peccator, [quod memor es eius,] quando peccata dimittis, [aut] quid est, id est, quantæ dignitatis & excellentiæ [filius hominis, id est, Christus, qui non ex duobus parentibus, sed ex sola virgine natus est,] [quonia visitas eum,] resuscitans de se pulchro? Ibi es memor, patriarchis de cælo miseratus: hic visitas, quia verbū caro factū est. Vel totus versus de Christo potest legi & admiratiuē dici: Quid, id est, quã magnū & q̄ mirabile est mediator dei & hominū homo Iesus Christus, quod memor es eius, id est, quia licet in terris conuerteretur, tu tamē nō obliuisceris eius aliquãdo vt peccet, sed semper es memor eius, faciēs vt semper sit immunis ab omni peccato, & plenus omni sanctitate: aut quid est .i. quã gloriosum est filius hominis .i. idē Christus, homo ex homine matre natus, quia per hoc quasi infirmum visitas eum resuscitãdo. Omnes enim alij sunt filij hominū, quia originē habent ex cōiunctione duorū: sed Christus filius est (vt dixim⁹) solius hominis, quia sine carnali patre natus est de virgine, & ideo magnū quid & incōparabile est ipse apud deū. Quia visitas (inquit) eū sicut medicus in infirmitate eius, & omne languorē mortalitatis & passibilitatis atq; corruptionis per resurrectionem expellis ab eo. Et indigebat visitatione, quia [minuisti eū.] Erat enim & est semper consubstantialis & cœternus tibi, sed minuisti eū, dum exinanitēs se ipsum, formã serui acciperet. Minus angelis, quia mortalis factus est: paulo, quia sine peccato. Nã minor angelis fuit propter humilitatem carnalis generationis atq; passionis, nō propter naturã humanitatis. Natura enim humanæ mentis, quã ad imaginē dei facta est, si peccato careat, par est angelis. Christus ergo corpore, nō mēte fuit minor angelis, & corpore mortali atq; passibili. Cū dicitur, [paulo minus ab angelis,] illud ab, notat nō esse intelligēdum ita minorem, vt angeli alio modo habeat illam naturã, quã dicitur minor: sed ex toto ab eis esse remotã innuit. Ista non valent ad hoc ostendēdum, quod ei subiecta sunt omnia: sed potius ostenduntur quidam gradus & merita, quibus ipse ad hoc peruenit, vt ei subderētur omnia, vt per hęc quã iam cōpleta sunt, credamus & illa fore complēda, quã necdum sunt completa. Minuisti (inquã) eū, id est, minus minuisti maiori, hoc est, hominem coniunxisti verbo in vnitatem personæ, [ & ] post

expletam passionis obedientiam [coronasti, id est, circumdedisti] eum ad modum coronæ, quæ totū caput circumdat, [gloria] quãtū ad animã, vt omnes internę vires eius glorificarentur: [ & honore,] quãtū ad corpus, vt esset immortale & lucidissimū. Tres enim sunt vires in anima, id est, ratio, sensificatio, vegetatio. Secundū rationem nihil recepit in resurrectione, quia neq; sapientiã amplioem, neq; dilectionem dei & proximi vehementiorem. Sed secundum vegetabilitatē & sensificationem recepit, quoniam anima suum corpus per resurrectionem ita vegetauit, vt subiici nō posset vlli corruptioni: & sic etiã sensificauit, sic omnes sensus corporis vigere fecit, vt nullo modo posset detineri vel aliquid molestiæ pati. Quod videlicet corpus ita tunc factum est pulchrum, vt pulchrius fieri nō posset & secundum decorem coloris, & secundum aptitudinem corporis ipsius. Vel in resurrectione & ascensione coronatus est gloria, in similitudine triumphatoris & honore in consessu patris. vel gloria, id est, claritate immortalitatis, & honore, quod sibi flectitur omne genu. [ & ] etiam [constituisti, id est, stabiliter] eū posuisti, vt ibi regnet perenniter [super opera manuum tuarum, id est, super angelos & homines, quos ambabus fecisse manib⁹ diceris, quia digniores sunt cæteris creaturis. Nec solum modo super angelos & homines eum posuisti, sed etiam super omnia: quoniam [omnia] quæ sunt in cælo & in terra & in inferno & in vniuersitate totius creaturæ, ita [subiecasti] ei, vt sint [sub pedibus eius, id est, vt nullo sibi modo possint æquiparari, sed infrã subiaceant vt adorent eum. Quia igitur omnia pater ei subiecit & non angelis, ideo abundantius oportet nos ea seruare, quã ab illo audiuius, quã seruauimus quã ab angelis audieram⁹ in lege. Per hoc omnia quã dicta sunt, ostendit ipse ad salutem sufficere sine carnalibus obseruantis. Et si nō amore præcepta eius seruamus, saltem terrore iudicij seruemus ea, quoniam omnia subiecta sunt ei, vel post modicum subiecta erūt. Præteritum enim pro futuro posuit propheta. Omnia subiecit ei pater. Dum dicit omnia, nec terrena excipit, nec cælestia. Nam [in eo quod ei subiecit omnia, nihil dimisit non subiectum ei] in vniuersitate creaturarum. hac enim intētionē protulit vates istam vniuersalem sententiam, vt nullam facere vellet exceptionem, sed vel voluntariam, vel necessariam subiectionem omnium demonstraret. Dixit propheta quod pater illi subiecerit omnia. Sed nos [nunc, id est, in hoc tempore] necdum videmus omnia subiecta ei, quia necdum completa est tota hęc prophetia, licet maior pars eius sit iam completa. hęc enim voluntariã tantum subiectionē credentiū in eū videmus, sed in futuro videbimus inuitã deiectionē superborū. Quotidie nãque subiiciuntur aliqui, sed nō omnes donec in iudicio: & quod omnia sint illi subiicienda, constat ex eo quod cætera prophetiæ verba iam sunt adimpleta. Nam adhuc nō videmus omnia illi subiecta, sed tamen iam videmus, id est, ita patēter intelligimus, ac si corporeis oculis videremus eū, videlicet magnū & denotabilē in diuinitatis natura,

**G** [qui minoratus est modico quàm angeli, id est, qui factus est parum minor angelis, [propter passionem mortis, quia pati & mori potuit quod beati angeli non possunt. Eū, inquam, qui talis factus est, scilicet Iesum, i. saluatorem qui sine carnalibus obseruatiis saluare potest, [videmus oculis fidei] coronatū gloria & honore [secundum animam & corpus, qui coronatus est propter passionem mortis, i. quia vsque ad mortē fuit obediens patri. Hic iam incipit Apostolus ostendere, non pro potētia tantum vel vltione verba Christi audiēda esse, sed potius pro dilectione, qua dilexit nos vt pro nobis moreretur. Dico quia minoratus est, & hoc ideo, [vt gustaret mortē, i. horariā & non longā, quasi aliquid gustando transfret pro omnibus ad vitā prædestinatis, vel pro omnib⁹, quia precii sanguinis eius sufficit omnibus. Et hoc factum est] gratia .i. gratuito munere [dei,] quia homo non meruit, vel ipse Christus est gratia dei, qui pro salute omnium mortem gustauit, quia non debebatur nobis, vt filius dei moreretur pro nobis.

**H** Qui mortuus est pro omnibus: quia etsi omnes non credunt, ipse tamen quod suum est fecit.

*Decebat enim eum, propter quē omnia & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem salutis eorum per passionem consummare. Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur, ex vno omnes, propter quā causam nō confunditur fratres eos vocare, dicens: Nūciabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesie laudabo te. & iterū, Ego ero fidens in eum. & iterū, Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi deus. Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini & ipse similiter participauit eisdem, vt per mortē destrueret eū, qui habebat mortis imperium, id est, diabolū vt liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti.*

Christus est gratia dei, id est, gratuita donatio eius, quia gratis eum dedit nobis, nullo id promerente. Dedit eū nobis, vt breui haustu mortem gustaret pro nobis. Nam hoc facere decebat deū patrem, quia nihil in hoc fecit quod esset contra honorē suum, sed potius hoc illum decuit, vt per filium suū maiorē subueniret minoribus. Et hoc est, quia [decebat eum, i. patrē propter quē] glorificandū sunt [omnia,] & propter cuius summum esse, habet omnia inferius esse, [ & per quem] sunt [omnia,] quoniam per ipsum constructio & perseverantia est omnibus impertita: [qui] iam prædestinatione, quanuis nondū re, [adduxerat in gloriā] supernæ beatitudinis [multos filios] adoptiuos: eum (inquā) decebat [consummare, i. simul omnium summū] facere, id est, super omnia sublimare [per passio-

nem] & resurrectionem [authorem salutis eorum .i. filium suū, qui est author salutis omnium adoptiuorū, quia nemo salutem habet nisi per ipsum. Et ideo conueniens fuit, vt pater eum morti traderet pro salute omnium. Vel secundū alios codices, dicamus quia decebat per passionem consummari eum, i. Christum, propter quem laudandum & per quem createm sunt omnia, qui multos filios .i. sibi fratres adoptatos iam prædestinando, adduxerat in gloriā: qui fecit quæ futura sunt, vt propheta testatur, eū dico, authore salutis eorum, qui nisi pateretur, non esset eis author salutis: & ita falsa esset prædestinatio de adducendis ipsis, nec in his quæ propter eum glorificandum facta sunt, glorificaretur, sed frustra essent facta omnia, cū homo cui cætera seruiunt, perditus esset. Decuit ergo eū passione cōsummari. Videretur enim indecens quod author salutis pateretur. Sed non deceat, quia ex deo pendet: & ei est subditus, vt alij homines, & ideo conuenit pati. [Nā] ipse Christus, [qui] sanguine suo [sanctificat] prædestinatos, [ & ] illi [qui] per eū [sanctificantur,] omnes] sunt [ex vno] patre deo, qui est vnus & singularis, cui nemo adæquatur, id est, ex eo omnes pendent, & omne bonum suū ab eo habent. Sed Christus ex eo vt proprius filius, cæteri vt adoptiuus, & quia ille tantus & tantæ potētiæ est, vt possit alios sanctificare, & alij aded sunt infirmi, vt indigeant sanctificatione. ideo potius illū quā aliū fratrem oportuit subire passionē. Omnes sunt ex vno, [propter quā causam,] scilicet quia vtrique eundē patrē habent, [non confunditur, i. non erubescit] [vocare eos fratres,] Cōfundi enim accipitur pro erubescere, quia cū quis erubescit, simul funduntur humores in facie. Cū dicit, non confunditur fratres vocare, ostendit nō eius naturæ esse fraternitatem nostram, sed misericordiæ secundū eius diuinitatē: & quod nos fratres vocet, probat authoritate prophetica, ne putetur nouum, dicens Nūciabo post resurrectionem meā in toto orbe [fratribus meis,] quos mihi adoptabis, [nomē tuū] quod est pater, vt cognoscant te patrē, qui eos paterno affectu ad hæreditatē supernæ beatitudinis vt filios vocas. Vel nomē tuum, quod est deus, i. famā & gloriā deitatis tuæ, vt cognoscant omnipotentiā tuā, & te creatorē suū esse sciant. Et etiā ego existens] in medio ecclesie,] quasi colūna, vt super me oēs cōuocati ad fidē vndiq; incitantur, & me sustentatorē habeant] laudabo te .i. faciā te laudari, accendens omnes de circuitu ad tuā laudationem. vel in medio ecclesie, vt in omnibus cōmuniter ad sim & cōsulam atque subueniam. Siue in medio .i. in corde fidelium laudabo te. [ & iterum, i. si hæc non sufficit vobis autoritas, iterum alibi (hoc est, in Isaiā) dicit, quod ad idem confirmandum valet videlicet quia ipse & qui sanctificantur, ex vno sunt: [Ego, inquit, ero] vt homo [fidens in eū] scilicet in patrem. Id est, homo fiam, & non in meis viribus confidam, sed ero fidens in eum, id est, non in me remanebit fiducia mea, sed tota transibit in eum, quia ex ipso mihi omne bonum, sicut & aliis hominibus. Dum dicit quod confidat in eum, manifestē declarat quia ex eo est

**A** ex eo est, & eius auxilio indiget. Et cū se ex eo esse & pēdere manifestet, ipse qui maior est, apertē docet illos longē inferiores se, & non in hominibus, sed in deo fidutiam debere ponere. [ & iterum, id est, iterato dicit ipse apud Isaiam, quod ostendit eū & cæteros fideles ex vno esse. [Ecce, inquit, id est, in aperto fumus ad præbendum exempla bene agendi cæteris hominibus, [ego] qui me dignat⁹ sum sic humiliare, [ & pueri mei, id est, qui per me puri facti sunt à criminibus, quos ex me tamen non habeo, sed deus pater eos mihi gratuita sua voluntate dedit, vnde patet quod ex eo fumus ego & illi: & ideo iure recipitur & honoratur à nobis iste, qui cū sit author salutis nostræ, sic se humiliat, vt fratrem nostrum se tam in prophetis quàm in euāgelio vocet. Nam & ipse iuxta humanitatem & omnes sancti ex vno genere sunt, & ex vno deo. [Ergo quia pueri, id est, quos humiles & à vitiis puros facere volebat, [cōmunicauerunt carni & sanguini, id est, communiter habuere omnes carnem & sanguinem, id est, erant homines corruptibiles ex corpore & anima, quæ nunc per sanguinem intelligitur, propter hanc rationabilem causam [ & ipse] quoque qui tātus erat in diuinitate, [participauit eisde, id est, carne & sanguine. & hoc similiter vt pueri eius qui sanctificandi erant, quia similiter mortalem & passibilem naturā humanitatis accepit. Ecce quomodo veraciter nobis frater dignatus est fieri. Sanguis hoc loco pro anima positus est, quia sedes anime, sanguis dicitur esse, testāte Moyse, quoniam anima carnis in sanguine est. & quia sanguis domini redēptio est humani generis, & ipse carnē suā obtulit pro nobis in ara crucis atq; sanguinē fudit, designat⁹ est quod integrū hominē redemerit, id est, corpus & animā fidelium suorum ab originali culpa liberauerit. Quod etiam in sacramento corporis & sanguinis sui designare voluit, qui sine carnalibus obseruatiis hoc solū sacrificiū nostrę redēptioni prorsus suffecit. Et ideo dicitur, communicauerunt, id est, communem naturalem habuere ipse & pueri eius, quoniam illam naturam quæ cōmunis in hominibus fuit, assumpsit, vt omnes cōmuniter redimeret, quorum naturæ ipse cōmunicare dignatus est. Quæ tamen redemptio solis pueris eius ad vitam prædestinatis proficit, qui puritatē mundæ conuersationis custodiunt, & quia ipse & pueri eius ex vno genere sunt, vel ex vno deo, atque pueri omnes cōmuniter habuere carnem & sanguinem, ergo & ipse carnis & sanguinis participes factus est similiter, quia eodem modo fragilem naturā habuit vt illi. præter peccatum: & ideo talem assumpsit naturam, vt eam morti daret pro illis, & moriens diabolū occideret. Nisi enim homo esset qui diabolū vinceret, non iustē, sed violenter ei tollerētur homines. Ideo mori voluit, [vt per mortē] sui innocentis [destrueret] principem mortis. Non quæsiuit alia arma quibus pugnaret cōtra mortis authorem, nisi ipsam mortem. Et per eam destruxit [eum, id est, deorsum struxit atque subuertit velut aliquod ædificium altitudinem superbiæ eius & fortitudinē potētiæ ipsius, [qui habebat mortis imperiū:] quia ex quo sibi per Adam capti-

uauerat humani generis liberum arbitriū, iam **D** quadam potentia imperabat, id est, suadebat hominibus ea quæ ad mortem ducunt, id est, peccata, & nemo illi resistere poterat, quia nemo peccatum omnino respuere valebat. Non enim ob aliud dicitur imperium & potestatem mortis habuisse, nisi quia peccatū persuasit, ex quo mors accidit. Vnde ille qui sine vllō peccato vel originali vel proprio mori dignatus est, innocenti morte sua hunc principem iniquitatis & mortis destruxit, & potestate priuauit, [id est, diabolū,] qui interpretatur deorsum fluens: quia & ipse semper ad ima per nequitiam defluit, & eos qui sibi consentiūt, defluere facit, donec in infernum decidant. Sic enim habet super eos mortis imperium. Sed nos econtra sursum tendam⁹, quo Christus nos vocat, qui & morte sua liberauit à principe mortis. Nec tantum ideo mori voluit, vt hunc hostem destrueret, sed etiā [vt liberaret] à iugo timoris & à seruitute legis [eos,] videlicet Iudæos, [qui erant obnoxij seruituti, id est, vt timorem pœnæ eis auferret, & amorem iustitiæ per spiritum sanctum infunderet, vt in libertate deo seruirent. Qui nō ad horam, sed per totam vitam præsentem quandiu-  
**E** cunque duraret, erant obnoxij seruituti legis, seruiliter adimplendo carnales eius obseruantias [timore mortis] corporis & animæ, quia timebant corporaliter occidi, si legem violarent, & post obitum in inferno cruciari, quoniam & in lege didicerant Abiron & Dathan cum suis **Nume. 16** viuos in infernū cecidisse, & in prophetis aterna reprobatorum supplicia manifestius audierāt. Sed **C H R I S T V S** moriens, liberauit eos & à iugo legis, & ab inferno: & nunc electi eius mortem desiderant, vt ad regnum transeant. Ecce quanta bona operatur mors per Christi gratiā. Qui vti que poterat etiam hoc donare creditibus, vt nec istius experientur corporis mortē. Sed si hoc fecisset, carnis quædam felicitas adderetur, minueretur autem fidei fortitudo. Sic enim homines mortem istam timent, vt non ob aliud felices dicerēt Christianos, nisi quod mori omnino non possent. Ac per hoc nemo propter illam vitam, quæ post mortem beata futura est, per virtutem etiam contemnendæ ipsius mortis ad **C H R I S T I** gratiā festinaret: sed propter remouendam mortis molestiam delictius crederetur in Christum. plus ergo gratiæ præstitit fidelibus suis. Quid enim magnum erat, videndo non mori eos qui crederent, credere se non moriturum? Quanto maius est ita credere, vt se speret moritur⁹ sine fine victur⁹? Eneruis enim & debilis est fides, nec fides omnino dicenda, si homines credendo præmia visibilia consequantur, id est, si fidelibus immortalitas in hoc seculo reddatur. Hinc & ipse dominus mori voluit, vt (sicut dictū est) per mortem euacuaret eum qui potestatem mortis habebat, & Iudæos à seruitute legis eriperet.

*Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abraæ apprehendit. Vnde debuit per oīa fratribus similari, vt misericors fieret & fidelis pōtifex ad deum,*



**G** vt repropiciaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentatur, auxiliari.

Dicitur est quia participauit carni & sanguini vt moreretur, & ita principem mortis angelum destrueret, & merito sic dictum est: quia [nufquam, in nullo scripturarum sacrarum loco [apprehendit] ipse [angelos,] qui ab eo recesserant Nufquam in scripturis inuenitur quod voluisset apprehendere. i. ad se prendere & reducere angelicam naturam quae perierat, cum omnes scripturae de hominum reparatione concorditer loquantur. Duas enim ad intelligendum se creaturas fecerat, angelicam scilicet & humanam. Vtranque verò superbia percussit, & à statu ingentiae rectitudinis fregit. Sed vna regimen carnis habuit, alia verò nihil infirmum de carne gestauit, angelus nanque solummodo spiritus homo verò spiritus & caro. Misertus ergo creator vt redimeret, illam ad se debuit reducere quam in perpetratoe culpae ex infirmitate aliquid constat habuisse, & eo altius apostatam angelum debuit repellere, quo cum à persistendi fortitudine corrui, nil infirmum ex carne gestauit. Est adhuc aliud, quo & perditus homo reparari debuit, & superbians spiritus reparari non possit quia nimirum angelus sua malitia cecidit, hominem verò aliena prostrauit. Propterea nufquam id est, in nullo (sicut diximus) scripturarum loco vel nusquam. i. nec in caelo, nec in aere, nec in terra, nec in abyfso apprehendit angelos apostatas, imò penitus deseruit eos. [sed semen Abrae apprehendit, quia nos quasi recedentes ab eo & longè fugientes insequutus misericorditer apprehendit, & in vnam personam nostrae fragilitatis naturam sibi contemperauit. Semen, id est, filios Abrae apprehendit. Melius posuit Apostolus semen, quam si posuisset filios: quia semen tam de longinquis quam de propinquis parentibus dicitur, filij verò magis dicitur propinqui. Gentes ideo omittit: quia Iudaeis loquitur: & quod posuit semen Abrae, sufficit suae intentioni. Et etiam per hoc reddit eos magis obnoxios Christo, qui non ad gentes, sed ad Iudaeos missus est, sicut ait, Nō sum missus nisi ad oues, quae periere, domus Israel. Vel etiam gentes ad fidem conuersae, sunt semen Abrae: quia dum in Abrae semen. i. in Christum crediderunt, eius filij facti sunt, cuius semini sunt vniti. Vnde eis dicitur: Si autem vos Christi, ergo Abrae semet estis. Siue igitur de Iudaeis, siue de gentibus fideles, semen Abrae sunt quod Christus apprehendit. [Vnde. i. propter hanc causam, quia non angelos, sed homines apprehendit, [debut fratribus similari,] vt homo fieret quod illi erat. Ipsa enim natura suscipienda erat quae liberanda. Idcirco nanque redemptor noster non angelus sed homo factus est, quia hoc proculdubio fieri debuit quod redemit, vt & perditum angelum non apprehendendo desereret, & hominem in semet ipso apprehendendo repararet. Semen Abrae apprehendit, id est, carnem de Abraam, vt filios eius saluaret. Ideoque fratribus [per omnia] propter peccatum similari debuit, vt similiter esset

homo mortalis & passibilis, & habens omnia cetera quae sunt naturaliter hominis. Per omnia similatus est eis, quia natus, educatus, creuit, passus est, mortuus. Qui si aliter appareret, quomodo non homines coactos, sed volentes ad salutem reduceret? Non enim haberent quem imitando sequerentur, nisi hominem viderent sibi per omnia similem quem imitari possent. Ob hoc praecipue nobis similari debuit, [vt misericors fieret. i. vt ille deus qui semper misericors extitit, & affectum pietatis erga creaturam suam habuit, humanum corpus haberet, & in corde concungeretur nostra miseria & infirmitate, sicut euangelium narrat eum frequenter pro nobis gemuisse & fleuisse, vt veraciter compatientem nobis & condolentem miseriis nostris. & quia posset nobis compati per consortium eiusdem naturae mortalis, nec tamen à miseriis eripere, fudditur: [ & fidelis pontifex ad deum. ] fidelis enim pontifex factus est, vt fideliter nobis ex trueret pontem super fluctus seculi huius ad terram viuentium. Nullum enim fallit, sed omnes per pontem quem ipse fecit, gradientes fideliter ducit ad deum. Pontem quippe fecit, qui facultatem dedit nobis calcandi & superandi mundanos fluctus, atque transeundi super eos ad patriam vitae, & perueniendi ad creatorem nostrum per hoc quod ad liberum arbitrium nobis restituit, & auxilium suae gratiae nobis concessit, ac se mediatorem dedit, [vt repropiciaret delicta populi, id est, remoueret negligetias & culpas, quibus deum populus derelinquebat. Repropiciare componitur ex re, & prope, & cieo cieo Et, culpae quibus delinquimus, id est, derelinquimus deum & elongamur ab eo, quasi propinquante deo, dum importunè crescunt in oculis eius & iram eius irritant. Sed benignus pontifex & mediator noster repropiciat eas. i. retro ciet eas de eo quod fuerant prope, & est remouet eas à facie dei, misericorditer interpellat pro nobis, & delēs eas. & bene potest delicta nostra repropiciare, quia & à peccato nos potest in tentationibus custodire. Nam [in eo in quo passus est, id est, in inferiori substantia, in humanitate scilicet, de qua minus videretur, potens est nobis in tentationibus subuenire. In eo, id est, in homine, in quo passus est à Pilato qui in diuinitate semper mansit impassibilis, [ipse] idem antea tripliciter [ & tentatus ] à diabolo, potens est & eis qui tentantur, auxiliari, id est, eis qui post baptismum vel à diabolo vel recursum prauae consuetudinis tentantur, subuenire potest, ne corruant, ne ad ipsum, vnde per gratiam dei liberati sunt peccato ducente recurrant. Nam idcirco ipse prior tentari dignatus est, vt sic tentationes nostras suis tentationibus vinceret, sicut mortem nostram venerat sua morte superare. Notandum quod tentatus in propria significatione de ipso etiam domino potest dici, quia multum contenebat eum diabolus, cum impotentem hunc ad panem ex lapide faciendum arbitraretur, & avaritiā ei persuadere conaretur. Hucusque immoratus est Apostolus in hoc, quod abundantius oportet nos obseruare ea quae à Christo & eius discipulis audiuius, quae quae ab angelis: quoniam omnia illi subiecta sunt, sicut auctoritate prophetae

A prophetica probatum est. Nunc autem ingreditur facere comparationem inter Christum & Moysen, vt ostendat quia verba Christi magis quam Moysi sunt obseruanda, vt sic magis ac magis, persuadeat illis ea quae Christus praedicauit, esse tenenda omnia: & nihil eum fecisse vel docuisse, quod non fuisset illi iniunctum à patre. & hoc est quod sequitur:

C A P V T III.

*N* de fratres sancti, vocationis caelestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostrae Iesum, qui fidelis est ei, qui fecit illum sicut Moyses fidelis in omni domo illius. Amplioris enim gloriae iste praeter Moysen dignus habitus est, quanto ampliore honorem habet domus qui fabricauit illam. Omnis namque domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia creauit, deus est. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus in testimonium eorum quae dicenda erant, Christus verò tanquam filius in domo sua. Quae domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei usque ad fidem firmam retineamus.

Dicitur est spiritus quia Christus est pontifex noster ad deum, & quia pro nobis passus est, & potest etiam secundum quod homo est, auxiliari nobis in tentationibus. Vnde. i. ex omnibus his praemissis, vel propter omnia haec supra dicta o fratres. i. ex fide matris geniti, & per eandem sancti, id est, à peccatis mundati, ac bonis operibus instituti, & participes quoque caelestis vocationis, quia sicut & nos vocati estis ad caelestia, vt aeternam ibi cum Christo possideatis hereditatem, propter quod & ei multum debetis esse obnoxij. & obediētes, qui vos ad caelestia vocauit per gratiam suam, & animos vestros ad excellentiam nouarum eius promissionum erigere. Vos (inquam) o fratres filij vnici caelestis patris & vnicę ecclesiae matris, propter haec omnia considerate, .i. oculis cordium attenti conspiciate apostolum quem vobis deus misit, scilicet vnigenitum suum Merito Paulus istis se non scripsit apostolum, quibus nunc Iesum nominat apostolum, quoniam prerogatiue est eorum apostolus, sicut ait, Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel, Et si carnales obseruantiae ad caelestem habitationem & vocationem sufficere possent, nunquam tantus, tam dignus esset eis missus & apostolus enim missus interpretatur. Considerate igitur hunc apostolum, diligendo & imitando eum & faciendo voluntatem eius: & considerate hunc eundem pontificem, id est, intercessorem & viam nobis sternentem ad terram viuentium: quia & pro nobis interpellat, & fa-

cultatem nobis parat, vt super fluctus seculi ac de super cuncta labentia transeamus ad caelestem patriam, pontificem dico [confessionis nostrae id est, quem omnes Christiani confitemur, & quem Iesum, id est, saluatorem agnoscimus. Omnes videlicet confitemur, quia hunc salutis largitorem habemus, & alio non indigemus, quia ipse omnino sufficit ad salutem. [Qui fidelis est ei qui fecit illum. i. qui patri, secundum humanitatem creauit illum, quia quicquid ei pater iniunxit, totum ipse fideliter adimpleuit: quia non suam, sed patris gloriam quaesuit, nec eius mandata abscondit: neque suam sed patris voluntatem facere venit, & ideo si carnales ceremonias euacuauit, in hoc aeternae voluntati non contradixit, sed potius fideliter obediuit. fidelis est patri, [sicut fidelis fuerat Moyses in omni domo illius. i. in omni plebe Iudaeorum. In domo illius. i. Iesu vel patris, fuit fidelis Moyses, quia minister erat, non dominus. Et quaecumque dominus praecipit vt Moyses puniret, punit: quicquid illi dominus iniunxit, totum ille fecit vel docuit, & ad opera voluntatis domini per agenda Iudaeos coegit. Sic & Christus fidelis est patri, faciens omnes voluntates eius in omni domo, id est, in omni ecclesia eius tam Iudaeorum quam gentium. Et ideo fidelis est in hac domo, non solum idololatriam de gentibus euacuans sed & carnales ritus de Iudaeis ad nihilans. Dixi vt consideretis hunc apostolum, quod facere debetis: quia [iste est praeter Moysen. i. maior Moysen, & hoc considerate. Nam si Moyses vobis sufficere posset ad iustitiam & salutem, nunquam iste tantus mitteretur vobis. Nam iste [habitus est à patre [dignus ampliori gloria] praeter Moysen id est, maioris honorificentiae & coronae quam Moyses. Secundum vsum latinae loquutionis dicere debuisset, dignus ampliori gloria: sed secundum graecos dicit, dignus amplioris gloriae. Vel amplioris gloriae habitus & reputatus est iste praeter Moysen, quia dignus est per meritum vt maioris gloriae habeatur. Non enim per solam gratiam vel naturam hoc habet, sed & per iustitiae meritum. Praeter Moysen est & in gloria & in merito Nam iste est, filius, Moyses verò famulus: iste sanctificans, Moyses verò sanctificatus: iste immunis ab omni peccato, vsquequaque consummatus in omni bono. Moyses autem non sine peccato, qui semper crescere potuit in aliquo bono, & intantum iudicatus est à patre dignus habere maiorem gloriam & exaltationem post hanc vitam, in quantum habuit in hac vita maiorem venerationem apud fideles & sibi subditos, quam Moyses habuerat apud suos. Moyses enim reputatus est dei famulus, dei minister bonus dei dispensator fidelis, quem subditi venerantur non sicut deum, sed sicut magistrum. Christum autem venerantur subditi sicut deum, creatorem suum, verum deum, sufficientem ad gregem suum custodiendum, quod de Moysen non est putandum. Alias domo & sic amplioris gloriae est iste praeter Moysen, [quam molegitur] ro ampliore honorem habet domus, id est, de domo vel in domo, [qui fabricauit illam] quam qui despexit in ea. Quod de spirituali domo intelligendum est, videlicet de plebe dei, cuius Moyses dispensator agnoscitur, sed Christus fabricator

Mat. 15.

Galat. 3.

Mar. 7.8.

Luc. 16.

Ioan. 11.

L.

M

Ioan. 10.

Matt. 27.

Marc. 15.

Iuc. 4.

Mat. 4.

B

Num. 12.

C

Matt. 25

Alias domo & sic amplioris gloriae est iste praeter Moysen, [quam molegitur]

**G** ipse enim fabricauit, id est, in fide fundauit & in bonis operibus ædificauit domum dei, quæ est ecclesia, in antiquis & nouis sanctis, & ideo longe sublimis honoratur in ea, quàm moyses. Dico quia fabricauit domum dei. Nam [omnis domus, id est, omnis anima quæ fit templum dei, fabricatur ab aliquo] alio. quia per se ipsam non potest construi, nisi ab alio superiore construat. Nihil enim boni valet habere à se sola. Sed [ille qui creauit omnia] virtutù bona in electis, [deus est,] & hoc agere Christus potentia diuinitatis suæ semper consueuit. Non solum enim creauit nos vt essemus, sed etiam vt boni essemus, si iam boni sumus. Quod si necdum boni sumus, rogãdus est, vt qui nos fecit homines faciat nos bonos. Ipse est ergo fabricator huius sanctæ domus. ac per hoc aliter in ea quàm Moyses honorandus. Et vterque quidem (sicut dictum est) fidelis fuit, quia officium iniunctum bene impleuit: sed tamen inter eos differentia fuit, quia

**H** Moyses quidem fidelis erat sicut famulus. Christus verò sicut filius in domo patris & dominus. Et hoc est: [Et Moyses quidem fidelis erat, id est, fideliter adimplens quæcunque sibi diuinitus imperabantur. fidelis erat in domo] non sua, sed [eius, id est, patris vel Christi: & in] tota domo illa, id est, in vniuersa plebe Iudaica, malos arguens atque puniens, bonos autem exhortans & semper ad meliora promouens, non vt dominus, sed [tanquam famulus:] quia non se dicebat deum, sed famulante ei qui se miserat: nec à deo diligebatur vt dominus, cuius erat propria domus, Moyses inquam fidelis erat, & hoc in testimonium eorum quæ dicenda erant, id est: vt testaretur & confirmaret ea quæ conueniebant dici carnalibus, qui nondum spiritalia capere poterant, non vt gratiam daret. Dicebat enim fideliter populo quæ deus præceperat. Quibus dictis dabat testimonium multis rationibus & miraculorum signis & variis assertionibus. Dico quia Moyses erat vt famulus in domo domini, [Christus verò] non sicut famulus, sed [tanquam filius] qui iure est hæres, & tanquam dominus [in domo] non aliena, sed [sua:] quia propria erat eius, sicut & patris. ac si dicatur: Et si vterque prælatus est domui dei, & in sua loquutione fidelis extitit, magna tamen differentia est, quia Moyses erat in domo domini tanquam famulus, Christus verò tanquam filius in domo patris & hæres & dominus. Et cum tanto sit maior Christus, debet omnino recipi. Moyses verò minor, in carnalibus obseruantis postponi. Moyses enim sine Christo non proderit. Christus autem solus ad omnia sufficit. Diceret nunc aliquis: Quid ad nos si Moyses vel Christus est in domo? Nescimus enim quæ sit illa domus, nec per hoc nobis Christus commèdatur: quia etsi homines fuerunt illa domus, illi potius credendi sunt hoc extitisse, qui fuerunt temporibus Moyse vel Christi, non autem nos qui modò sumus, cui videtur respondere Apostolus, [Quæ domus sumus nos.] Quasi dicat: Ne diffidatis de domo, quia nos sumus domus dei.

**I** Nos fideles & in hoc tempore, sicut antea patres nostri, sumus illa domus quæ Christus sua morte fabricauit. Hac tamè conditione dico nos

esse domum diuinæ habitationis, [si retineamus] fiduciam, id est, si spem certissimam quæ dedit nobis, non amittamus, sed indubiam fortiter retineamus: hoc est, si certissimè salutem in Christo speramus sine carnalibus obseruantis, tunc sumus domus in qua per fidem habitat. fiducia nanque pro spe hic accipitur. Et quia nemo potest sperare, nisi spes ex bona conscientia surgat, addit [et gloriã spei, id est, si retineamus & bonam conscientiam, quæ est causa spei, & decus & gloria mentis, per quam in spem erigimur: quia sicut idem Apostolus dicit, Gloria nostra est testimonium conscientie nostræ. & quia nonnulli conscientiam boni operis habent, per quæ gloriari in deo possunt & sperare, sed tamen vacillantem, ponit [firmam.] Et quia firmam per mensum vel annum possent habere, subdit [vique in finem, id est, vsque ad obitum: quia qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Vel fiduciam retineamus, ne subrepente aliqua infidelitate, diffidamus nos per Christum posse saluari, quærentes salutis auxilium in carnalibus obseruantis, sed sine his solum Christum ad omnia sufficere indubitanter confidamus. Idcirco enim ostensus est Christus longe nobilior Moyse, vt solum Christum teneamus, in quo habebimus omnia, & gloriã spei, id est, gloriosam spem quia est de iucunditate cælesti: firmam, id est, perdurantem vsque in finem vitæ, quando accipietur quod nunc speratur.

*Quapropter, sicut dicit spiritus sanctus, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri probauerunt & viderunt opera mea quadraginta annis. Propter quod insensus fui generationi huic, & dixi semper hi errant corde. Ipsi autem non cognouerunt vias meas, quibus iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.*

Nunc iterum inuitat eos terrendo ad fidem, ne propter incredulitatem perdant æternam requiem, sicut patres eorum in deserto: qui, quia increduli fuerunt, terram promissionis & significatam amiserunt. Domus dei sumus, si non per incredulitatem diffidamus, sed certa fide fiduciam teneamus. [Quapropter] nolite per infidelitatem obdurare corda vestra, & hoc ita moneo, [sicut dicit spiritus sanctus, id est, eandem intentionem ego nunc in vestra correctione habeo, quam habuit spiritus sanctus, quando dixit istud ore Dauidico. Nec solus ego hoc suadeo, sed spiritus sanctus hoc idem similiter suadet. Et idem bonum ego vobis promitto, si obedieritis: vel malum, si cor obduraueritis, quod spiritus sanctus promisit. cum ad vos & alios in tempore gratiæ futuros vocem dirigeret, dicens: Hodie si vocem & cætera. Sanctus enim spiritus præuidens duritiam cordis Iudæorum, quia contra vocem domini Iesu obduraturi erant

**A** erant infideliter cor suum, & ideo autoritate sua volens eos à duritia cordis reuocare, & ad integritatem fidei Christi inuitare, scilicet vt nihil salutis putarent esse in carnalibus obseruantis post aduentum veritatis, dixit: Hodie &c. Et per hoc multum reuocat Apostolus Iudæos hanc prophetiam habentes, quoniam ostendit spiritum sanctum hoc idem tanto tempore antea prædixisse, quod nunc dicitur eis in tempore gratiæ. [Hodie, id est, hac egregia & nobili die, scilicet in hoc tempore gratiæ notabili & præclaro inter omnes alias ætates, in quo deus maiorem pietatis affectum hominibus exhibuit, quàm in aliis temporibus: [si vocem eius, id est, nouam Christi prædicationem] audieritis,] nullum incredulitatis signum remaneat in vobis. Modo per se loquitur, qui prius per præcones loquebatur: si tunc duri fuistis, vel nunc estote molles. Quod ait, si vocem eius audieritis, non dubitat illos eam audituros, sed per hoc magis attentos facit ad audiendum, dum quasi incertos reddit & suspensos, ne forte contingat vt non audiant. [Nolite obdurare, id est, contra eum dura facere] corda quæ sunt [vestra, id est, in vestra voluntatis arbitrio, [sicut] obdurauerunt patres vestri carnaliter [in exacerbatione, id est, in acerrima offensione, qua sibi deum reddiderunt acerbum, quum non crediderunt quod deus esset illis traditurus terram repromissionis, sicut pollicitus fuerat, nec cælestem requiem, quæ per eam significabatur. Nolite (inquã) nunc obdurare corda [secundum diem tentationis in deserto,] id est, sequentes & imitantes diem & tempus, in quo patres vestri me tentauerunt, & ex diffidètia panem petierunt, atque cum hæsitacione dixerunt: Numquid poterit deus parere mensam in deserto? & alia huiusmodi, & hoc fecerunt in deserto, postquam de Aegypto educti fuerant, vbi deum tentare non debuissent, cuius tot & tanta iam viderant opera, scilicet seipos in manu valida de Aegypto per mare rubrum sicco pede eductos, & hostes eorum in mari submersos, & alia multa magnalia. Quare postmodum non debuissent de protectione gratiæ ipsius propter aliquos hostes diffidere. Cui enim audissent ab exploratoribus, habitatores promissæ terræ fortes ad prælium, oblitum sunt virtutis dei toties probatæ, nec crediderunt illum esse potètem ad terram illam populo suo subiugandam propter quod & indigni fuerunt intrare in illam. Vos autem caute ne similiter facientes, à vera sanctorum patria excludamini. Nam & vos spiritualiter ab Aegypto educti estis, id est, à tenebris ignorantie, & ab afflictione vitiorum liberati, submersis in baptismo vestris hostibus diabolo cum omni pompa eius & exercitu vitiorum: & ducente domino ad hoc promoti estis, vt mundum istum & præsentis seculi habitationem desertum & locum horroris atque peregrinationem & exilium esse intelligatis. Et ideo non debetis amplius deum tentare per aliquam diffidentiam. vt putetis vos sine carnalibus obseruantis per Christum non posse saluari, quia tunc non intrabitis in electorum patriam, sed certissima fide credentes vos per eum esse saluandos, sola eius precepta seruate. Quia verò dixit diem tentationis, & à quibus esset illa tenta-

Exod. 16. 17. 32.

Num. 11. 12. 13. 14. 16. 20. 21. 25.

Psal. 77.

Exod. 17.

Num. 14.

tio facta, non dixit, ideo nunc exponit qui deum in deserto tentauerunt. Vbi, id est, in quo deserto [tentauerunt me patres vestri,] quorum tentationis & exacerbationis filij & imitatores estis, dum in fide dubitatis. & ideo timendum est vobis ne quos habetis patres in culpa, imitemini in eadem poena. Iam ergo tales, non sint patres vestri, nolite eos imitari. Patres vestri erant, sed si non imitati fueritis, patres vestri non erunt. [probauerunt me, id est, curiositatis causa exquisierunt, an possem facere quæ petebant] & viderunt opera mea quadraginta annis: [quia tam longo annorum spatio feci coram eis in manu Moyse miracula, & ipsi magis ac magis obdurauerunt corda, ad hoc cum illis fui per quadraginta annos, vt ostenderetale genus hominum quod me semper exacerbaret, vsque in finem seculi fore, quia per illos quadraginta annos totum huius seculi tempus significatum est. Ipsi me tentauerunt per infidelitatem suam. Propter quod ego fui insensus, id est, contra iratus] generationi huic] tam peruersa, quæ & genus huiusmodi rebellium hominum in ecclesia vsque ad finem mundi semper futurorum designauit. Et licet me offenderent, tamen ego, [dixi semper] de illis, hi errant corde, id est, per Moysen & Aaron misericorditer annunciaui & corrigere studui errorem quem corde etiam habebant & scienter & voluntarie, dicens: Hi errant corde, id est, ex propria deliberatione, quia serio peccant: & cum sciant se male agere, non desistunt. Ego quidem paterna benignitate reuocabam eos, sed [ipsi non cognouerunt vias meas quibus] incedebam, id est, misericordiam, qua eos corrigere studebam: & veritatem, qua eos si in malo perseverarent, damnare disponebam: quia vniuersa via domini misericordia & veritas. Vel non cognouerunt vias meas, id est, non intellexerunt precepta mea, per quæ venitur ad me, quia ego spiritualiter loquutus sum, scimus enim quoniam lex spiritalis est, ipsi autem carnaliter intellexerunt. Ita non cognouerunt vias meas, sicut illis merentibus ego [iuravi, id est, immutabiliter confirmavi, & hoc feci] in ira mea, id est, in dispositione ultionis sumende, [si introibunt in requiem meam, id est, non introibunt in terram promissionis, in qua eos quiescere facturus eram: nec in regnum cælorum, quod per hanc significatur, vbi perennis est requies. Duo notat, & quod poenas eis dedit, & quod requiem negauit. Nam in ira qua negauit requiem, sumpsit ultionem. Defectus quoque dictionis, vehemètia iræ designat, cum dicitur, Si introibunt in requiem meam, quauis ira dei non fit vt hominis, id est, perturbatio concitati animi, sed tranquilla dispositio iusti simpliciter constituti. Vehementer enim minatur, cum quasi prænimia ira imperfectam relinquit sententiam, dicens: Si introibunt in requiem meam. Et cum iuramento minatur istud. Multum ergo timenda est hæc comminatio. Nam loqui deum, magnus est: quanto magis, iurare deum. Iurantem hominem debes timere, ne propter iurationem faciat quod contra voluntatem eius est. Quanto magis deum qui nihil temere iurare potest? Historialiter hoc loco reducit ad memoriã, quod miserunt videre terram: & cum audierunt ibi esse in-

E

Psal. 24.

Rom. 7.

F

Num. 13.

14.

inex-

**G** inexpugnabiles viros, oblitum virtutis deitoties probata, dixerunt: Reuertamur in Aegyptum. Vnde iurauit dominus quod non intrarent in terram illam, quae est requies laborum, & sic omnes in solitudine mortui sunt praeter duos. & sicut illi per incredulitatem & diffidentiam terram amiserunt quae illis parata erat ut requiescerent in ea, ita vos si in fide Christi dubitaueritis, vel inobedientes illi fueritis, veram iustorum patriam non ingrediemini. Hucusque terredum loquutus est, ne sint increduli Christo, sicut patres illorum Moyse, ne veram perpetuam beatitudinis quietem amittant, sicut patres illorum requiem sibi promissam terram. Hinc blandiendo monere incipit, ne requiem illam amittant: & per temporis opportunitatem suadet, ut ad eam festinetur, subiungens:

*Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi a deo viuo, sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec Hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim Christi effecti sumus, si tamen initium substantiae eius usque ad finem firmum retineamus, dum dicitur, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, quemadmodum in illa exacerbatione. Quidam enim audientes, exacerbauerunt, sed non vniuersi qui profecti sunt ab Aegypto per Moysen. Quibus autem insensus est quadraginta annis? Nonne illis qui peccauerunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt? Et videmus quia non potuerunt introire propter incredulitatem.*

Leniter incipit admonere, ut libentius admonitionem suscipiant. [Videte, inquit, o fratres.] quasi dicat: Mihi debetis acquiescere, quia vos fraterna dilectione admono. Videte, id est, rationabili consideratione caute, ne quis vestrum habeat cor incredulum, & excludatur ab aeterna requie fidelium. Sed illud, quapropter, quod supradictum est, nonnulli volunt huic monitioni iungere, ita: Domus dei sumus, si fiduciam & gloriam spei retineamus. Quapropter videte fratres ne diffidatis. Videte [ne forte,] quia in vestro est arbitrio, & ad vtrumque se habet [sit in in aliquo vestrum,] quia de multis non dubito qui profecti sunt, [cor incredulitatis,] ut non credat Christum ad salutem sufficere, quia [malum] est tale cor, quoniam sic ruit in multam peccatorum voraginem & post in mortem. Nam huiusmodi cor est cor. i. voluntas [discedendi. i. diuersis viis cedendi & fugiendi] a deo viuo. i.

Christo qui (sicut legimus) est deus verus & vita aeterna. Qui enim ab eo diuersam viam incedit, a vita discedens ad mortem tendit. Quod inter istos nonnulli faciebant, dum in fide Christi dubitantes, eum sine carnalibus obseruantibus ad iustitiam & salutem sufficere posse non crederent: & ita iam pro exiguo fidem eius ducentes, facile ab ea recedere vellent. Et minus est per aliam culpam a deo discedere, quam per incredulitatem eum omnino postponere. Qui enim fidem abiicit, omnino a Deo recedit. Qui vero per aliam ab eo culpam discedit, sperat adhuc reuerti. Per hoc quod dixit, cor incredulitatis, intelligi poterat cor malum, & cor discedendi a deo viuo. Sed ideo posuit, quia istae voces magis valent ad absterrendum eos. Non habeatis cor incredulitatis, [sed potius adhortamini] non diuersos, non alterius homines, sed [vosmetipsos] adinuicem. Quod enim dixit, vosmetipsos, ostendit hortationem eorum ad eam necessariam inter eos esse, ut non oporteat extendi ad alios. Adhortamini vos inuicem, ut sincere credatis, & pie ac sancte viuatis. & hoc [per singulos dies, id est, quotidie, & non per vnum annum vel duos tantum, sed] donec cognominatur Hodie, id est, quoad diu in simul dies hodie cognominantur. Nam quod dixit, hodie cognominatur, voluit notare multitudinem dierum esse in tempore gratiae. Quod tempus est hodie, id est, magnum & demonstrabile: & est dies, id est, clarum post tenebras erroris & ignorantiae donec hodie cognominatur, id est, quoad diu tempus gratiae durat, adhortamini vos ipsos de incremento fidei ceterarumque virtutum: quia non minus modo potestis proficere: quam presente Christo, vel donec hodie cognominatur, id est, quoad diu vita praesens vnicuique manet, in qua semper dicitur, hodie adhortamini vos ipsos semper ad meliora. Si quis enim peccauit, usquequo est hodie, potest reuerti. Nemo igitur desperet dum viuat. Sed neque securus incaute fiat, quia nescit quando sibi istud hodie determinetur, ideo vos adhortamini, [ut non obduretur quis ex vobis, id est, non fiat durus & incredulus contra monitionem spiritus sancti, qui cor eius molle vult facere, ut possit in eo verba sua velut in cera scribere. Non obduretur quis, neque enim de multis metuo. Nam obduratur contra fidem] fallacia peccati, id est, errore peccati se fallente sub virtutis specie, si cum fide Christi legem, quoniam a deo data est, putauerit salutem necessariam. Sic enim fallitur peccato, id est, male faciet, dum se putauerit benefacere: quia ex obseruatione legis deum offendet, cui se per eandem legis obseruantiam placere credit. Nam qui legem adhuc obseruat, Christum venisse negat. Et ideo non debet quisquam nostrum obdurari tali fallacia, ut sub occasione legalis obseruantiae discedat a Christo euacuans fidem eius. Nam [participes Christi sumus effecti. Non enim potest fieri discessio, ubi primum non fuit coniunctio. Sed nos iam Christo sumus coniuncti, & ideo non discedamus ab illo. Effecti sumus participes Christi in nomine & gratia, quia & Christiani vocamur, & gratiam eius percipimus: per quem quicquid boni habemus, assequuti sumus, scilicet fidem, peccatorum remissionem, innocentiam

**A** centiam & iustitiam &c. Vel participes Christi sumus effecti, id est, spe sumus iam participes eiusdem corruptionis & gloriae quam Christus habet. Ac si dicatur: Debetis adhortari & non esse duri: quia quod non eramus, facti sumus per gratiam, habentes partem cum Christo in hereditate. [Tamen] hac conditione dico, [si retineamus initium substantiae eius, id est, fidem quae est initium bonorum, per quam deus existit in nobis & per quam deificamur & diuinam substantiam participamus. Fides enim est substantiae initium, id est, incorporationis eius, quia fundamentum est & origo virtutum, per quas ipse constat in nobis, & nos membra eius efficiamur. Et hoc initium oportet ut retineamus non titubans, sed] firmum & inconcussum: nec per mensem vel annum, sed [usque ad finem] vitae praesentis, ut scilicet nunquam deseramus fidem. Et ne dicerent, vobis apostolis tantum & Christi contemporaneis iussum est ut fidem teneant, subiungit, [dum dicitur,] hodie &c. Ac si dicatur: Non tantum his qui Christum audire loquentem, praecipuum est tenere fidem, & non obdurare corda, sed etiam vobis hoc idem est iniunctum & ceteris omnibus dum dicitur, id est, quoad diu dicitur, [hodie si vocem eius audieritis,] hoc est, per totum tempus gratiae vel praesentis vitae. Vel ita: Non solum auditores Christi, fidem debuerunt adhibere dictis eius, sed & vos, quandoquidem dicitur hodie si vocem eius audieritis, id est, quandoquidem diuinam praedicationem in hoc seculo potestis audire, [nolite] infideliter [obdurare corda vestra] contra vocem dominicae admonitionis, [quemadmodum] obdurauerunt patres vestri [in illa] notabili & magna [exacerbatione.] Nolite prauorum exempla sequi, sed bonorum. Nam [quidam] illorum [audientes] in deserto vocem dei, pollicentis quod induceret illos in terram promissionis, in qua & requies aeterna figurabatur, dubitauerunt deum hanc agere posse, & sic haesitatione sua [exacerbauerunt] eum, id est, acerbum sibi & asperum reddiderunt. Qua sententia demonstratur non satis esse audire de illa requie, quia illi omnes audierunt, sed non omnes peruenerunt. Nam & vos nunc auditis, quod Christus vobis credentibus requiem illam promittat. Si dubitaueritis eum sine carnalibus obseruantibus vos in illam inducere posse, exacerbabitis eum sicut patres vestri, nec intrabitis in illam. Peius est enim exacerbare quam tentare. Quidam exacerbauerunt, [sed non vniuersi qui profecti sunt ab Aegypto per Moysen: id est, per ducatum Moyse. Nam inter eos erant Caleb & Iosue, qui non offenderunt, & hos debetis imitari. Nam & vos ducatu veri Moyse, id est, Christi, educti estis a tenebris ignorantiae & erroris: Ideoque non debetis amplius deum incredulitate & prauis moribus exacerbare, sed fide & bonis operibus ad terram perpetuae beatitudinis vobis promissam festinare. Per hoc quod dicit quosdam exacerbasse, sed non vniuersos, innuit quod intelligebat inter istos quosdam dubitantes, & quosdam non dubitantes. Dico quod quidam exacerbauerunt, sed non omnes. Sed [quibus horum insensus est quadraginta annis? id est, vtrum illis qui exa-

cerbauerunt, an illis qui non exacerbauerunt? Nonne illis qui peccauerunt? [Vtique illis. Quod ex affectu apparuit, quia] prostrata sunt, id est, procul a castris, & ab omni vicino strata sunt in deserto, & praeter multitudinem iacuerunt in sepulta [cadauera] eorum, exposita bestiis & auibus, id est, corpora eorum, sicut brutorum animalium cadauera, relicta sunt [in deserto,] nec sepulturae tradita, & in hoc apparuit ira dei. Significat autem (ut supradictum est) quadraginta anni totam praesentem vitam vel spatium temporis usque ad finem seculi. In quo quicumque post baptismum, vel infidelitate vel criminofo conuersatione deum irritant, non sunt digni peruenire ad terram viuentium, sed in huius mundi solitudine laniantur more cadauerum a feris & auibus, id est, a malignis spiritibus, & ad aeterna supplicia rapiuntur. Hieronymus in libro sexto super Iezechiel: Pepercit, ait, oculus meus ne interficerem eos atque delerem: nec omnino consumerem. In quo quaeritur, quomodo eis pepercit, quorum cadauera in solitudine corruerunt, & excepto Iesu Naue & Caleb filio Iephone, terram repromissionis nullus ingressus est? Ex quo intelligimus viuere eos, nec aeternis supplicis reseruatos, nec deletos esse de libro vel de terra viuentium, nec consumptos ante faciem domini. Si enim ex eo quod non sunt introducti in terram promissionis periisse credendi sunt, ergo Moyses periit, qui vidit tantum terram promissionis, & non est ingressus in eam. Peccantes quidem profrauit in mortem corporis, sed incredulis negauit requiem animae post mortem. Et hoc est quod interrogatiue dicitur ad increpationem istorum, qui adhuc in fide dubitabant Sed [quibus iurauit non introire in requiem ipsius] aeternam, quae significabatur per terram promissionis, vel in ipsam terram promissionis, [nisi illis qui increduli fuerunt] ad vocem promissionis eiusdem requiei? Quasi dicat: Non aliis hoc iurauit, sed illis. [Et videmus] aperta ratione, [quia non potuerunt] introire in illam requiem perpetuam, sicut nec in terram promissionis, [propter incredulitatem] suam. Compleuit enim deus comminationem iuramenti sui, quia dixit incredulos in requiem suam non intraturos, & similiter faciet omnibus incredulis.

## C A P V T III.

*Imeamus ergo, ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex nobis deesse. Etenim & nobis nunciatum est, quemadmodum & illis. Sed non profuit illis sermo auditus, non admixtus fidei ex his quae audierunt. Ingrediemur enim in requiem qui credimus, quemadmodum dixit, Sicut iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam, & quidem operibus ab institutione mundi perfectis. Dixit enim in quodam loco de die septimo*



**G** *Septimo sic: Et requieuit Deus die septimo ab omnibus operibus suis, & in isto rursus, Si introibunt in meam requiem.*

*Quoniam ergo superest introire quosdam in illa, & hi quibus prioribus annunciatum est, non introierunt propter incredulitatem, iterum terminat diem quendam hodie, in David dicendo post tantum temporis, sicut supra dictum est: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Nam si eis Iesus requiem prestisset, nunquam de alia loqueretur posthac die. Itaque relinquitur*

**H** *sabbatismus populo dei. Qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & a suis deus. Festinemus ergo ingredi in illam requiem, ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum.*

Et quia propter incredulitatem illi perdidit requiem, [ergo timeamus, id est, solliciti sumus, ne & nos similiter eam perdamus ob infidelitatem, ut si non amore, saltem timore fugiamus incredulitatem. Timeamus, quia timendum est, [ne forte] (forte dico, quia in arbitrio vestro est, & ad vtrumlibet se habet) [relicta pollicitatione, id est, ne contempta & neglecta atque deserta frequenti promissione, quam nobis deus fecit, vel quam nos in baptisinate fecimus deo, [introeundi] per fidem & operationem [in requiem] quae est [eius, id est, potestatis illius, quia potest eam dare cui vult, [existimetur aliquis] nostrum [deesse.] Requie illa nobis deus promisit credentibus, non relinquamus promissionem eius, sed certa fide teneamus eam, credentes quod sine carnalibus obseruantis sola Christi promissione percipiemus illam. Timeamus ne quis [ex nobis, id est, ex nostro collegio tam religioso, relinquens istam pollicitationem, & haeritans in corde suo, atque titubans in fide, det malam de sua salute caeteris opinionem, ut existimetur deesse ab illa requie propter incredulitatem suam, sicut antiqui patres. Nam vnusquisque debet studere tam firmus esse in fide & bona operatione, ut cum obierit, non sit dubium ad requiem illam hunc peruenire. Caeterum quidum quoad viueret, in fide nutauit & in opere negligens fuit, existimatur post mortem ab illa deesse. Et hoc timendum est, ne cui nostrum contingat. Nam & ad nos pertinet de illa requie sollicitos esse, sicut pertinuit ad patres nostros. [Etenim & nobis] tempore gratiae [nunciatum] de illa est per filium, [quemadmodum] per figuram terrae promissionis nunciatum est [ & illis] de ea per famulum: & ideo non possumus excusationem de ea praetendere, quasi de ignorantia, quia non solum illis patribus, sed etiam nobis

praedicata est illa requies. Nec solum in euangelio, sed & ante legem, & sub lege docti sumus de illa. Nobis nunciatum est sicut & illis. [Sed illis non profuit.] profuit vel nobis. non profuit illis [sermo, id est, illa quietis praenunciatio, quia sermo tantum visa est eis: & ideo non profuit sermo, quia [auditus tantummodo est, & non completus. Et vere tantum auditus, non factus vel creditus. Nam [non admixtus fidei,] ut & sermo & fides simul iungerentur atque miscerentur fidei dico quae esset [ex his quae audierunt] ab exploratoribus suis. Non enim fidem ex verbis eorum sumpserunt, sed magis amiserunt. Vel ex his quae audierunt ab exploratoribus, factum est ut sermo quem prius audierant de illa requie, non admisceretur fidei illorum, sed falsus putaretur. Nam cum audiret terram promissionis circumdatam montibus, vrbes habere munitissimas & habitatores fortissimos, desperauerunt intrare in requiem illam, quae & futuram significat requiem: & sic praesentis quietis spe perditam, dubitauerunt de illa quae in hac erat praefigurata. Dixi quia & nobis nunciatum est de illa requie, quod effectus probat, quoniam ingredimur in illam. Non enim viam ingrediendi sciuissemus, nisi nobis esset nunciata. Vel ita: Illis qui non crediderunt, non profuit: quia nobis qui credimus, proderit. Nam [ingrediemur in illam requiem nos qui credimus,] quemadmodum ex proposito dicit de incredulis, si introibunt in requiem meam. Per quod patet, quia qui credunt, intrabunt. Ingridiemur enim credendo, sicut illi perdididerunt non credendo. Non cognouerunt [inquit] vias meas, sicut illis merentibus iram meam exhibui. Ita caeci fuerunt ad cognoscendum vias meas, sicut ego firmiter illis minatus sum quod non essent intraturi in requiem meam Palaestinae regionis vel caelestis habitationis. & sicut ablata est illis quia non crediderunt, sic nobis promissa si crediderim. Quia vero dixerat nunciatum esse de illa requie, ostendit quando & quomodo sit nunciatum, scilicet ante legem post perfectionem operum, & sub lege, quando per terram promissionis designabatur, & tempore gratiae in David. Tres enim requies memorat, vna sabbati, secundam in Palaestina, tertiam in caelo. Nunciatum est de requie, [ & quidem] primo factis, deinde verbis. Nam [operibus dei perfectis,] quae fecerat per singulos dies [ab institutione mundi, id est, ex quo mundum coeperat instituire, subaudi, nunciata est illa requies quando deus requieuisse dicitur. Augustinus in sermone de decem chordis ait. In spiritu sancto, hoc est, in domo dei requies nobis sempiterna promittitur. Nam quia spiritus sanctus dicitur, propterea septimum diem sanctificauit deus, quando fecit omnia opera sua, sicut in Genesi scriptum legitur, non ibi habes sanctificationem nominatam, nisi illo die in quo dicitur, requieuit deus ab operibus suis. Non enim fatigatus erat deus, ut diceretur, requieuit deus ab operibus suis, sed in illo verbo tibi laboranti requiem promisit. Ut quia fecit omnia bona valde, & sic dicitur, requieuit deus, intelligas etiam te post bona opera requieturum, & sine fine requieturum. Nam omnia opera superiora quae dicta sunt, id est, dies

**A** dies superiores, habet vesperam. Septimus iste dies non habet vesperam. Vbi deus sanctificauit requiem, ibi dicitur, factum est mane, ut inciperet ipse dies. Non dictum est, facta est vespere ut finiretur dies: Sed dictum est, factum est mane ut fieret dies sine fine. Sic ergo incipit requies nostra quasi mane, sed non finitur, quia in aeternum viuemus. Ad hanc spem quicquid facimus si facimus, sabbatum obseruamus. Nunquam ab opere nouo cessauit deus donec homo factus est: sed eo facto, requieuit ab omni opere. per quod designauit, quia nullam aliam creaturam post hominem facturum erat, cui homo subderetur, & ad cuius seruitium homo crearetur. Nam quia ipse requieuit homine facto, intelligimus quod propter hominem fecerat omnia. Ideo promissa est homini requies operibus perfectis & quod requies ac beatitudo sit ei promissa, ostendit scriptura. Nam [in quodam] notabili & egregio [loco dixit] spiritus sanctus [de die septima,] per quam significata est requies aeterna, quia non describitur habuisse vesperam, sic, id est, talibus verbis dixit: [Et requieuit Deus die septimo.] Cur enim diceret post illam diem, in qua homo creatus est, sequenti die requieuit & ab opere cessauit, nisi per hoc vellet innuere, quoniam illum, post cuius creationem requieuit, ad requiem & beatitudinem fecit? Per sex dies ab illa creatione non requieuit, quoniam nihil perfectum vidit, donec homo dominus & possessor omnium creatus fuit. Sed eo perfecto, perfecta sunt omnia. & tunc tandem cessauit ab omni opere, quia tunc omnia perfecta fuerunt, quoniam hominem propter quem facta erant, habuerunt. Requieuit deus [ab omnibus operibus suis, id est, cessauit a noua operatione, ut nihil amplius faceret, nisi de materia ibi facta, vel ad similitudinem eorum quae iam ibi fecerat. Sex diebus operatus est, septima quieuit. Sic & sexta aetate homo natus est mundo ad laborem. Sexta die & sexta diei hora passus, septima quieuit in sepulchro. Per quod nos docuit post opera nostra, quae sex aetatibus, id est, infantia, pueritia, adolescentia, iuuentute, senectute & senio fiunt, debere quiescere in septima aetate quasi septima die. Prima enim aetas, ut dixi, infantia est lactis habere nutrienda. Secunda, pueritia solido cibo iam apta. Tertia est adolescentia, sufficiens ad generandam sobolem. Quarta, iuuentus robusta & honoribus apta. Quinta est senectus, quando iuuentutis ardor refrigeratus & extinctus est: quoniam seruire carnis mitigato, vita ducitur in tranquillitate. Sexta est decrepita aetas, quando petit homo qui fuerat, quando viribus amissis, iam positus est introitu mortis. Post harum finem aetatum sequitur mors. Eodem modo & in spiritali vita sex possunt aetates notari. Infantes enim sunt, qui sensu imbecilles, sola auctoritate se defendunt, qui de sua fide sine aliqua ratione auctoritatibus patrum humiliter acquiescunt. Pueri sunt quorum sensus iam aliquantulum sunt exercitati, qui non manent contenti sola auctoritate, sed quibusdam rationibus & inuestigationibus iam promouentur ad rationem fidei. Adolescentes sunt, quorum sensualitas iam subdita est rationi, ut iam sufficiant ad genera-

tionem bonorum operum, ut iam laborent & moueantur ad bene operandum. Iuuentus est, quando non solum generat mens per bonam operationem, sed etiam virtus eius tantum induruit & roborata est, ut neque morte, nec vita separari valeat a charitate dei, sed martyrimum (si opus fuerit) subire non vereatur. Senectus est, quando mens ita praeualet sensualitati, ut non solum non superetur, sed etiam non impugnetur ab ea, ut caro iam spiritui (prout est in hac vita possibile) consentiat, & eandem quietem & animae puritatem concupiscat. Decrepita aetas est illorum, qui iam (prout fas est) contemplatione domini fruuntur, ad instar angelorum viuunt, iam filij huius mundi non dicendi, iam in caelestibus conuersantes, ut vestigia humanae conuersationis in operibus illorum iam nulla videri possint. Post has sex morum aetates sequitur dies septima, aeterna omnibus sic viuentibus promissa, in qua dabitur eis vera requies & perennis laetitia, ut non amplius futuri sunt in aliquo labore vel miseria. Haec nobis deus significauit, quando post operationem sex dierum, septima quiescere voluit. In illo scripturae loco demonstratum est, homini requiem esse promissam, atque nunciatum est ibi ante legem de illo: [ & rursus eadem requies sub lege per figuram terrae promissionis [in isto] loco nunciata est & promissa dicente spiritu sancto de incredulis, [Si introibunt in requiem meam, id est, in terram quam Moyses promittebat, quae significabat veram requiem, quam spiritus sanctus paraerat, ac per hoc nec in illam veram intrare poterunt. Vbi enim incredulis facta est comminatio quod in eam non introibunt, ibi declaratum est quoniam promissa fuit aliquibus hominibus. Si enim nulli promissa esset, nec aliquem intraturum praedictum fuisset. Et non esset causa comminationis quod non essent intraturi, si nullus esset intraturus. Nec multum eos laederet, si minaretur illud auferre, cuius spem & certitudinem aliquam nequiuissent habere. Ecce bis signata & promissa est requies per diem sabbati & per terram promissionis. Et quia spiritus sanctus qui nec falli nec mentiri potest, eam signauit, nunciavit & promisit, & illam aliquibus praeparauit, quia superflue non fecisset eam, [ergo superest. i. restat post promissionem] quosdam. i. egregios & electos [introire in illam] perennem promissionem & veram. Et quoniam superest quosdam introire, [ & hi quibus prioribus annunciatum est] ut intrarent, [non introierunt propter incredulitatem] in veram requiem, quam terra promissionis figurabat, ad quam non peruenierunt, ergo [iterum] .i. sub eiusdem requiei designatione [terminat] & distinguit spiritus sanctus [die quendam,] quo nunciata impleantur, id est, egregium tempus gratiae in aduentu Christi, [dicendo hodie in David, loquens. i. loquens per David: quia non ipse David loquebatur, sed spiritus sanctus in eo. & hoc [post tantum temporis] ab introitu filiorum Israel in terra promissionis. Vnde patet non de illa terra tunc eum dixisse, quae iam dudum habebatur: sed de vera requie, quae adhuc expectabatur. Introit enim terrae promissionis iam tunc non poterat illis aufer-

Gene. 2.

Psal. 94.

F.

Gene. 1.

**G**auferrī. Ex quo autem fuit in deserto facta cōminatio, quæ dicit, Si introibūt in requiē meā, processit magnum spatium vsq; ad tēpus Dauid. Sed à tempore cōminationis huius vsq; ad introitum terræ promissionis, modicum tēpus fuit. Et per hoc constat esse dictum de promissione veræ requiē, quam post tantum tempus Dauid fecit his, qui futuri erāt in nouo testamēto, quia contēporanei sui iam intrauerant. Ideo terminat diē quo possimus in veram requiē intrare. Nunquā enim aliqui intrarent, nisi tēpus gratiæ distinctum fuisset, in quo regna cælōrū paterent fidelibus. Ideo terminat diē intrationis, quoniā superest aliquos intrare. Et nisi videret intraturos, nō terminaret. Qui licet sub lege viuens, corde tamē positus in tēpore gratiæ, dicens hodie, tertio nunciat requiē illo tēpore consummadam, diē terminat, hodie dicendo in Dauid, quod hodie est intelligēdum, [sicut supradictum est, Hodie si vocem eius audieritis.] Diuersis enim significationibus posuerat, hodie, quando dixit, Hodie genui te: & quādo rursus ait, Hodie si vocem eius audieritis. Et ideo debuit terminare, quam significationē haberet nunc Hodie, ne aliter intelligeretur. Hodie, id est, in hoc luminoso tēpore gratiæ, de quo Ioānes scribit, quoniam tenebræ transierunt, & lumen verum iam lucet, si vocem prædicationis eius audieritis, quia non omnes audiunt illā qui sunt in tempore gratiæ, sicut nunc quoq; multi paganorum, ad quos euangelica prædicatione non peruenit. [nolite] contra vocem eius [obdurare corda vestra,] ne tēpus gratiæ vobis in vacuum transeat, quia post nō erit tēpus in quo possitis intrare in requiē. Diceret aliquis, Tu dicis quoniā hi quibus priorib⁹ annūciatū est, nō introierūt, & nos videmus quia introierūt, quoniā p̄ Iesum Naue eā consequuti sunt. Cui spondetur: Non introierunt propter incredulitatem suam requiē homini promissam. [Nā si Iesus] filius Naue, id est, Iosue filius Nun, [præstitisset eis illam requiē] in distributione terræ promissionis, non vltra fieret sermo de alia die, qua pateret in requiē ingressus. Vel ita cōtinuari potest: Superest quosdam intrare sicut Dauid terminat. Nam si Iesus, id est, Iosue qui duxit in terrā promissionis, præstitisset eis requiē, id est, omnimodā quietē, vt nulla alia esset speranda, [nunquā, id est, nullo tempore Dauid vel spirit⁹ sanctus,] [posthac, id est, deinceps] loqueretur de alia die, id est, de alio tēpore, i quo requies esset danda. Sed quia post loquutus est, patēter ostēdit quia alia est requies de qua dixit hodie, q̄ illa ad quā duxerat Iosue. Certū est igitur aliā esse ad quā ducit Christus, q̄ per illā sub Iosue figurabatur. Itaq; relinquatur electis sabbatism⁹. Quādoquidē nō fuit illa requies vera, sed aliā post p̄misit spirit⁹ sanctus, [itaq; relinquatur .i. futuris seruator à Deo, quia increduli patres nequiuērūt, ad illū pertingere. Relinquatur, nō dico tm̄ requies, sed (vt magis exprimā) dico] sabbatismus .i. feriatio & iucūditas sabbati. Sabbatism⁹ quippe vocabatur, apparatus & gaudiū atq; festiuitas sabbati, & sabbatū requies interpretatur. Sabbatismus ergo nō solum verā & omnimodam requiē designat, sed inenarra-

bile gaudiū atq; spiritualiū diuitiarū affluentia. **K** Qui sabbatismus nō paucis reseruator, sed [populo .i. magnæ multitudini: nec tamen cuiuslibet populo, sed tantū populo [dei.] Et ideo si quis vult sabbatizare, fit de populo dei.] Et iste sabbatismus longe diuersus erit ab illa requiē quam Iosue præstitit. Nā [qui ingressus est in requiē dei .i. in cælestis regni trāquillā habitationē, sicut seruus ille, cui dictū est, Intra in gaudiū domini tui, verā & perfectā adept⁹ est requiē: quia [requiēuit etiam ipse] perpetualiter & perfecte [ab operibus suis,] quibus hīc laborauit, [sicut & deus à suis,] quæ tamē sine labore fecit. Sicut enim sabbatū in quo deus requiēuit, nō legitur habuisse vesperā, sic requies iustorū nō habebit finē. Quia sicut deus cessauit ab operibus, sic illi cessabunt perpetualiter ab omni opere, liberi penitus ab omni laboris anxietate. At illi quibus Iosue terrā diuisit, parū quieuerūt, multōsque labores & multas afflictiones pertulerunt. Et quandoquidē tanta est illa requies, atque est nobis promissa, & nunc tēpore gratiæ superest quosdā introire, [ergo festinem⁹ ingredi,] nec i his terrenis quæ nos impediūt, immoremur. Festinemus fide & bonis operibus, quod illi non faciūt, qui carnaliter adhuc legē obseruāt, & erga fidē & spiritualem cōuersationē negligentes existunt. Festinemus (inquā) ingredi [in illā requiē] tantā, tam nobilem, & tam gloriosam, atque toties nobis promissam. Ideo quoq; festinemus ad illam requiē, vt pœnas euadamus perpetuas. Et hoc est: [Vt ne incidat .i. vt nō intus cadat in corde, vbi grauior casus est, [quis, id est, aliquis in infidelitate notabilis, [in id] in quod ceciderūt patres, & ita in id, vt in [ipsum, id est, non dissimiliter, sed per omnia eodē modo cadat in id, in quod patres ceciderūt, scilicet, exemplum incredulitatis, id est, ne cadat ad exēplum eorum in incredulitatē, & excludatur à diuina requiē. illi enim non crediderunt deum sufficere ad dandam etiam requiē terræ promissionis, & isti similiter Christum ad dādā requiē perpetuam sufficere non credebant sine carnalibus obseruantis. Ideoq; sibi quietis aditum eadem ratione obstruebant, qua patres antea fecerant. Vel ne incidat aliquis in id ipsum exēplum incredulitatis, id est, in hanc eādē damnationē, quam patres vestri propter suam incredulitatē subierunt: quæ dānatio vel pœna vobis est exēplum, quia si increduli fueritis, similiter vobis contingeret. Exemplum enim incredulitatis conuenienter dicitur vindicta dei, quæ tanta est illara eis, vt exemplo esse aliis possit, ne increduli esse præsumant. Vel incredulitas patrum (vt præmissimus) est vobis exemplum ne sitis increduli, & ideo peius quā patres vestri peccabitis, nisi incredulitatem caueatis. Propter hæc omnia ruptis omnibus impedimentis infidelitatis & secularium illecebrarum, festinemus quā maxime ad illam requiē, in qua perenniter quiescamus.

*Viuus est enim sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac*

*ma ac spiritus, compagū quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, & nō est vlla creatura inuisibilis in cōspectu eius. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Ad quem nobis sermo.*

Festinemus (vt dixi) ad illam requiē: nam [sermo dei,] id est, Christus verbum patris, qui nos festinantes adiuuet, & peruenientes coronet, viuus est, id est vera vita in semetipso, & sufficiens ad aliorum viuificationē, & ita viuemus in eo. Sermo dei qui prædicauit illam requiē, est viuus vita propria .i. vita est, viuificans alios. Sicut enim pater habet vitā i semetipso, sic dedit & filio habere vitā i semetipso. Vel in assumpta humanitate, in qua mori voluit, iam viuus est .i. vitā aternā consequutus & sequaces suos viuere similiter faciens, quia immortalis factus est, & vos immortales faciet. & est [efficax, id est, omnino faciens quicquid vult, siue saluādo credentes, siue dānando incredulos. Vel ita potest cōtinuari: Cauete ne quis vestrum incidat in exemplū incredulitatis patrū .i. in similitē pœnam, qualē illi per incredulitatē meruerunt, quia viuus est sermo dei .i. filius, qui illos iudicauit, & vos iudicatur⁹ est: & sicut ille viuus in aeternum, sic iudicium eius manet in aeternū. Nā & illos quos ipse damnat, cruciabit pœna viuax in aeternū, & eos quos ipse saluat, viuere faciet in aeternum. Nam ad vtrumque est ipse efficax. Nec solū est efficax in vtroq; .i. potenter faciēs quodcunque voluerit, sed [ & penetrabilior omni gladio ancipiti, quia penetrat omnia: nec putetis eum latere cordium occulta, & per hoc minus iuste iudicare. Nā si nō penetraret hominū conscientias, nō posset veraciter iudicare quis esset fidelis, vel quis infidelis, siue quis bonam vel quis malā haberet cōscientiam: & tunc non valeret dignā singulis rependere vicē, quia potentiam ei auferret, q̄ occulta hominum videre non posset. Sed vt potenter in omnibus sit efficax, omnia visu suo penetrat, & acutior ac perspicacior est omni gladio ancipiti, omni subtilitate sermonis diuinæ prædicationis. Iste sermo qui deus est, quia deus erat verbum, est penetrabilior omni gladio ancipiti: quia magis penetrat hominū cōscientias, q̄ vllus sermo prædicationis. Sermo enim doctrinā est gladius anceps .i. vtraque parte acutus, quia dicit de temporalibus, & dicit de æternis. In vtroq; probat quod dicit acute ac subtiliter, & eum quem ferit, separat à mundo. Quod nō faceret nisi mentē eius penetraret. Sed multo penetrabilior est iste sermo qui deus est, & etiam [pertingens .i. cōsideratione perueniens [vsque ad diuisionē animæ ac spiritus.] Spiritus noster nō est vniuersa anima, sed aliquid eius .i. illud quo ratiocinamur, intelligimus, sapimus: per quod & præponimur pecoribus, quia illa sunt rationis expertia. Non habent enim spiritum .i. intellectū & rationis ac sapientiē sensum, sed animam tantū. Nam & de illis dictum est, Producant aquæ repentina animarum viuētium. &, Producat terra animā vi-

uentem. Itaq; spiritu intelligimus cum angelis, **D** anima viuimus cum bestiis. Sed dei sermo pertingit .i. perfecte tangit, quia per omnia tangit, nihil intactum sua cognitione relinquens, vsq; ad diuisionem animæ ac spiritus, id est, vsque ad discretionem sensualitatis & rationalitatis, quia ipse insuperabili cognitione nouit quomodo diuidatur sensualitas à ratione, & quantū altera differat ab altera. Vel pertingit vsq; ad diuisionem animæ, quia videt quomodo anima, id est, sensualitas à seip̄sa differat, dum plus dedita infimis rebus, inferior est: vel ab his reuocata dignior. Et pertingit vsq; ad diuisionem spiritus, quia ituetur quomodo rationalitas à seip̄sa diuidatur, dum vel in Deum inhiat, vel inferius cælestia considerat, siue rursus inferius de mundanis recte agendis pertractat. Anima enim tantum de mundanis vel de his quæ ad corpus pertinent, cogitat, in quo vix à beluis distat. Quoddam inferius est in ea, vt cogitatus de cibo vel potu & similibus. Quoddam autem quasi superius est in ea, vt cū de honestis, sicut de gloria, celebritate, potentia & huiusmodi cogitat. Et hanc eius diuisionē bene nouit sermo Dei, nec eum latet quando ipsa hoc vel illud agit. Spiritus verò rationalis est in suo superiori, cū creatorē suum cogitat, & ad eum per solā dilectionē peruenire flagrat. In suo autē inferiori versatur, cū relicta sublīmi cōtemplatione, inferiores virtutes quæ ad bonam operationē pertinent, meditat. Cuius diuisionem sermo dei considerat, prouidens quid in eo superius sit & quid inferius. Inter se autem diuiduntur anima & spiritus, quia (sicut dictum est) anima quidē de mundanis & corporalibus agit, spiritus autē de supernis & spiritualibus. Ideoq; quod est inferius in spiritu, superat illud quod est altius in anima. Et hanc diuisionem animæ ac spiritus tangit & scrutatur sermo dei viuus. [compagū quoque ac medullarum] diuisionē nouit, id est, iūcturā animæ ac spiritus, quia videt quomodo iūcturā animæ, vel quo tempore diuidantur, & quando de vna iūctura in aliam trāseat, sic & de spiritu. Iūcturæ animæ sunt augmēta quæ recipit secundum vnamquamque ætatem. **F** Nam sapientior est in adolescentia quā in pueritia, & rursus sapientior in iuuentute q̄ in adolescentia, itēque maturior in virili ætate, quā in iuuetute. Similiter spiritus per incrementa proficit. Quæ scilicet incrementa vocamus compages, eo q̄ vnū alij videatur apponi quadā coniectura sine temporis discretionē: & harum compagum diuisiones, sunt mutationes secundū diuersas ætates. Medulla verò quæ interior est, appellatur quicquid interiorius vel subtili⁹ est in anima vel spiritu. Sicut enim in corporibus medulla est subtilior, & in secretis partibus atque in ipsis intimis recondita, sic quod subtilius est in anima vel spiritu & magis reconditū vocatur nunc medulla. Medullarū quoque talium animi diuisionem nouit sermo dei, quia illa quæ sunt in nobis subtilissima, discernit inter se. Vnde & subditur, quia est [discretor cogitationum & intentionum cordis.] Discernit enim cogitationes & ab inuicem separat, id est, bonas à malis, siue in eodē homine, siue in di-

Psal. 2.  
Psal. 94.

1. Ioan. 2.

I

Matth. 25.

M

I

10. 5.

C

Gene. 1.

**G**uerfis. Discernit & intentiones earū, id est, quō singulā tēdant, ad bonū, an ad malum. Et quia sunt nonnullae intentiones coactae, velut si quis timore compullus foderet agrum & intenderet perficere, non tamē ex corde, additur cordis, vt per hoc excludantur intēctiones coactae, quae faciles sunt ad cognoscendum. Hoc est, nouit discernere quam intentionē quis habeat in cogitatione, quae est cordis, id est, voluntaria & adhuc exterius non ostensa, sed latens intra cordis secreta. Vel in eo quod ait, quia est pertingens vsque ad diuisionem compagū quoque ac medullarum intelligi potest, compages dixisse cōiunctiones cogitationum, medullas verō intēctiones earum. Per cōpages quippe ossibus ossa iungūtur. Et saepe dum aliquid recta cogitatione agimus, sed subito in laudis amorem declinamus, atque hoc pro laude facimus, quod prius facere pro veritate coeperamus, quia cogitationes cogitationibus adiunguntur, quasi quaedā in spiritu compages fiunt. Sed habent ossa quae in compagibus iuncta sunt, & medullas .i. subtiles intentiones. Quod Apostolus apertius intulit, dicens, discretor cogitationū & intentionum cordis. Compages enim nostrae, sunt cogitationes quae sibi iunguntur, quādo altera alterā sequitur, medullae autē intentiones. & sermo dei discretor est compagū & medullarum, id est, cogitationum & intentionum: quia si cogitatio cogitationi iungitur, ipse nouit quae sit secundum deum, & quae secundū seculū, nouit quoque quō vergat intentio earum. Saepē enim aliud cogitamus, atque aliud per cogitationem intendimus. Nam si quis proposito munerum praemio, pupilli vel viduae causam defendat, & fortasse ecclesiam ingrediens in suis praecibus deo dicat, tu vides quia causam pupilli & viduae defendo, iste proculdubio quid cogitet scit, sed quō intēdat ei cogitatio, ignorat. Aliud quippe cogitat, & aliud intendit. Non enim defensionem pupilli & viduae, sed mercedem munerum quaerit. Nam tolle temporale praemium, & pupillum & viduam non defendit. Sermo itaque dei discretor cogitationum & intentionū cordis est, quia non tantū aspicit quid apud temetipsum cogites, sed magis per medullam compagis .i. per intentionem cogitationis, quid apud temetipsum accipere requiras. Et vt plus dicā, breuiterque concludam, [nō est vlla creatura] terrena vel caelestis, corporea vel incorporea, [inuisibilis, id est, non habilis ad videndum [in conspectu] tātae sapientiae. Nihil est ei inuisibile, sed [omnia sunt nuda, id est, discooperata] & aperta, id est, patentia [oculis eius,] qui & foris intus omnia videt. Si quis habet librum aliquo velamine tectum, dicitur quidem visibilis, sed non nudus. Rursum, si velamen auferretur, nudus posset dici, sed non apertus. Iterum, si aperiretur & omnia eius interiora demonstrarētur, iam omnino quicquid in eo latuerat videretur, Ita verbo dei cuncta sunt visibilia & nuda & aperta, quia & foris & intus (vt dictum est) omnia plenarie videt. Per oculos eius intelligitur potentia videndi. [Ad quē nobis sermo] est habendus in iudicio, quia oportet nos illi rationē de actibus nostris reddere. Ad sermonem Dei

viuum & efficacem & omnia peruidentem est **R** nobis habendus sermo, quia sermocinaturū sumus ad eum, & rationem reddituri de cunctis quae gessimus vel cogitauimus. Ideoque semper nobis sollicitudine praecauendū est, ne hunc vel dictis vel operibus vel cogitationibus offendamus. Haecenus terrēdo loquutus est Apostolus, reuocans ab infidelitate Iudaeos exēplo patrū suorū, quibus ob incredulitatem negata est aeterna requies: & asserens filium Dei viuū atque potentem, vt remuneret eos si respuerint: & efficacem vt puniat, si neglexerint. Hinc iterū blādis rationibus vult eos reuocare, cōmendando Christi pōtificium, vt eo cōmendato, sufficere ad salutē ostendat, & carnales obseruantias cōprobet esse superfluas. Sic enim subinfert:

*Habētes ergo pontificem magnum, qui penetravit caelos, Iesum filium Dei, teneamus confessionem. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tetatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.*

Incipit (vt dictū est) agere de pontifice Christo, quomodo sufficiens, quomodo dignior veteri, quem & immutat & legē quae sub illo est, per meliorem legem suam, & quomodo necessarius. Quia sermo dei viuus & efficax est, atque talis qualem descripsimus, ergo teneamus confessionem, vt nec terror, nec cruciatus auferat de ore nostro cōfessionem fidei eius quam corde gestamus. Et est iustū vt eam teneamus, [habentes pontificē .i. quia habemus pontificē magnum.] Nam idem sermo dei, secundum quod homo est, noster est pōtifex, qui sacrificium sui corporis obtulit pro nobis, & non cessat interpellare pro nobis. Vnde & pontem accessumque nobis ad patrem facit, vt temporalia (quae sicut fluiui currunt & labūtur & transeunt) sub nostris pedibus relinquētes festinemus ad terram viuentium, habentes pontificem magnū super omnes pontifices, qui non in sancta sanctorum templi Salomonis intrauit, sed [caelos] ascendēdo [penetravit,] vt & nos sequi possim⁹. Moyses verō tunc terram promissionis non intrare valuit, hic autē caelos penetravit. .i. ingressu suo patefecit. Pontificē habemus, & quem? Iesum, id est saluatorem, qui nos absque carnalibus obseruatiis saluare potest. Iesum dico [filium dei,] non adoptiuum, sed consubstantialem: nec minorem, sed aequalem. Alij verō pontifices neque caelos penetrāt, neque saluare possunt, neque filij Dei naturaliter sunt. Vnde iste omnibus illis iure praefertur, sicut multis & longis disputationibus probare nunc exorsus est Apostolus. [Teneamus, inquit, confessionem,] vt fidem eius ore proferamus, vel etiam peccata nostra confiteri studeamus: quia non habemus pontificem

**A** pontificem immisericordem. hoc contra illos dicitur, qui propter lapsum suum desperabant, & irā eius se posse placare diffidebant, & quasi dicebant quia non valet nobis confessio: quoniam iste pontifex, qui tam altus est, vt pote super caelos exaltatus ac dei filius, nō recipiet eā, nec condescendet fragilitati nostrae. Quibus velut respondetur: Vobis lapsis non est desperandum nec confessio dimittenda, quia nō habemus pontificem austerum vel dedignantem, sed misericordem: non a nobis remotum, sed naturae nostrae participē. [Non enim habemus pōtificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, id est, condescendere fragilitati nostrae, & misereri humana fragilitate peccatibus: quia etsi ita altus est, non ideo nos abiecit, sed clementer condescendit imbecillitati nostrae, & condolet etiam illi qui per infirmitatem carnis labitur. Non tamen aliquid iam doloris sentire potest: sed quod ei displicet miseria nostra & lapsus noster, atque praestat auxilium vt surgamus, & interpellat pro nobis, vocatur erga nos eius compassio. Non potest nobis non cōpati, sed potentiam huius compassiois habet, quia ipse fragilitatē nostram expertus est, quoniam per omnia sustinuit tentationem sine peccati cognitione. Tetatus est enim in nostra carne expertus est miseria nostras praeter peccatum: tentatus est [per omnia] tentationis genera, quia in tribus illis tentationibus, quas a diabolo pertulit, omnia tentamenta continentur. Vel in sola tentatione, qua diabolus ostendit omnia regna mundi & gloriā eorum, in quibus omnia continentur, de quibus humana corda tentantur, potest dici per omnia genera peccandi tentatus. Vel quia omnes tentationes sustinuit, irrisus, crucifixus, & caetera omnia perpeffus. Tentatus est [pro similitudine] quam a nobis traxit, id est, secundum illam naturam, qua nobis erat similis, mortalis & passibilis, tamen [absque peccato] fuit, licet similis esset aliis hominibus. Vel tentatus est per omnia sine peccato, quia licet omnia tentamentorum genera pertulerit, non tamen succubuit, nec delectatus est in aliqua persuasionē mali, & ideo bene potest a peccato & tentatione liberare. Nam cum Apostolus cum dicit [tentatū] per omnia, & non superatum, ostendit quoniam in eo ponenda est fiducia subueniendi: & hoc ideo, quia nobis similis factus est. Non est enim remotus a nobis, sed in illa sui natura tetatus fuit, in qua nobis est similis. Et ideo credendum est, quia vult & potest subuenire tentationibus nostris. Et quoniam habemus tantum pontificem sic nobis compati volentem, & nostrae imbecillitati subuenire potentem ergo omni spe & fiducia adeamus ad thronum gratiae eius .i. volūate & orationibus & correctione vitae ac bonis operibus accedamus ad eum throno iudiciali praesidentē. Thronus enim iudicialis sedes est. Sed thronus Christi est thronus gratiae his, qui dum in praesenti vita sunt, humiliter respiciētes veniunt ad eū, vt poenitentiae iudicium accipiant: caeteris verō post hanc vitam est thronus iustitiae. Licet [ergo] simus peccatores, non tamen desperemus de venia, sed [cū fiducia] impetrādi

miseri cordiā [adeamus ad thronū gratiae eius,] **D** id est, ad iudicem nō seueritatis & districtae iustitiae, sed pietatis & indulgentiae: quia non est iudex qui pro confessione puniat, sed qui pro humilitate remuneret. Accedamus [inquam] ad eum, [vt misericordiam] apud eum [consequamur, id est, remissionem praecedentium peccatorum, & de reliquo] inueniamus [apud eū] gratiam, id est, facultatem ad cōuersionem innocentiae & ad promotionem in bono, [in auxilio, id est, vt auxilietur nobis contra tentationū impugnationes, & cooperetur ad completionem bonorum operum. Auxilio dico,] opportuno, id est, cōgruo & necessario: quia nō nunquā fit auxilium, quod non est opportunū, nec congruum. Sed auxilium Christi nobis est opportunum, id est, competens & necessariū, quia sine illo nihil boni possumus facere, & aeterna vita non potest haberi sine bona operatione. Nunc enim est tempus auxilij, dum tempus est operandi. Vel thronus eius sedes est pontificalis, & ideo gratiae, quia compatitur nobis & interpellat pro nobis. Ac propterea nos peccatores accedamus ad thronum nostri pontificis cum fiducia veniē, procidamus ad pedes eius in precibus, vt per eum apud patrem consequamur misericordiam, id est, peccatorum indulgentiam & bonae conuersationis gratiam.

## CAPVT V.

*Mnis nanque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quae sunt ad deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis, qui condolere possit his qui ignorant & errant, quoniam & ipse circumdatus est infirmitate. Et propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiā pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorē, sed qui vocatur a deo tanquam Aaron. Sic & Christus*

**O** nibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quae sunt ad deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis, qui condolere possit his qui ignorant & errant, quoniam & ipse circumdatus est infirmitate. Et propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiā pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorē, sed qui vocatur a deo tanquam Aaron. Sic & Christus 2. Par. 23 nō semetipsum clarificauit vt pōtifex fieret, sed qui loquutus est ad eū, *Filius me?* Psal. 2. *es tu, ego hodie genui te, quemadmodum & in alio loco dicit. Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinē Melchisedec.* Psal. 109

Probat enim a minori, quod iste noster pontifex possit nobis impetrare misericordiam & gratiam, cum pontifices veteris testamēti quodammodo sacrificiis & orationibus impetrarent misericordiam, qui puri homines erant & peccatores. Quasi dicat: Per eum possumus cōsequi misericordiam, quia hoc fit etiā per omnem alium pōtificem. Nam [omnis pontifex,] tam maior quam minor in ordine Aaron, [ex hominibus assumptus, id est, ex numero hominum ad aliquid dignius sumptus, vt praestit aliis,] constituitur, id est, communi omnium sententia



Statuitur, [pro hominibus, id est, pro salute hominum, vt per eum impetrent à deo beneficia. Constituitur [in his quæ sunt ad deū] pertinētia & subiectos ducētia. i. in muneribus & hostiis offerendis ac precibus, quæ ducunt ad deū [vt offerat. i. obuiā deo ferat, & quasi contra impetū, indignatiōis eius obiciat, vt eam retineat & placet, vel quia deus pie cōdescendit dū ei syncero corde offertur aliquid, ferat obuiam eius pietati [dona,] vt primitias frugum & huiusmodi, [ & sacrificia] de animalibus, vt de bobus & aubus [pro peccatis] hominū delendis. Et si ille qui est ex hominibus tantum. i. in nullo dissimilis ab hominibus, & ita assumptus ex eis, subditos suos donis & sacrificiis purgat & dirigit ad deū, tunc multo magis eundū est nobis ad thronū gratiæ nostri pōtificis, qui nō ex hominibus tātū, sed deus & homo est qui peccatū non habet, nec indiget offerre pro se, qui in seipso sufficiens est illud facere, in quo alij detinētur humana infirmitate. Ex hominibus assumptus pōtifex est talis, qui pius & misericors sit: qui pro cōsuetā bonitate [cōdolere possit. i. affectū compassiōis habeat erga subditorum infirmitatem]. [his qui ignorant. i. ignoranter peccant,] & qui [errant, id est, post monstratā veritatis viam errore suo quasi scienter peccāt. & debet illis pie compati. [quoniam] non solum illi, sed [ & ipse] qui maior est fortior esse videtur, [circūdāt] est in infirmitate] carnis, per quam & peccare necesse habet. Christus verō iam infirmitate circūdātus nō est, & ideo potest iuuare magis quàm ille. Et quia infirmitate circūseptus est, [propterea debet, id est, debito iure cōpellitur] offerre sacrificiū [pro peccatis, id est, pro expiatione peccatorum] quemadmodum & pro populo, id est, cum quāta necessitate & supplicatione offert pro populo, [ita etiam] & non dissimiliter offerat [pro semetipso,] vt condonentur ei peccata propria. Christ⁹ verō nō pro seipso necesse habet offerre, sed tantū pro suis fidelib⁹. Omnia verō quæ

**I**nunc de pontifice veteris testamenti dicuntur, obseruanda sunt in electione pōtificum ecclesiæ, & in eorū moribus & actionibus, licet alia sint sacrificia quæ offeruntur à nostris. Dixi quia pontifex constituitur pro hominibus, & p̄fertur cæteris: [nec quisquam,] licet valde nobilis aut sapiēs, [sumit sibi honorem,] vt adscribat sibi & se quærat honorari. Nō sibi imputat honorē, sed deo qui vocat: nec se ingerit ad accipiendum honorem, sed diuino nutu eligitur. Percutiuntur hac sententia, qui honores ecclesiasticos, ad quos diuinitus non vocantur, arripere cupiunt. Qui enim se ingerit & propriam gloriam quærit, non sumit honorem, si pontifex aut p̄latus in ecclesia factus fuerit: sed gratiæ dei rapinā faciēs, ius alienū vsurpat. Et ideo non accepit benedictionē, sed maledictionē. Nemo per semetipsum sumit illum honorē, [sed ille qui vocatur à deo.] Qui enim recte & canonicè eligitur, à deo vocatur. Ille sumit honorē apud deū & homines, qui per ecclesiæ p̄curatores & viros fideles à deo vocatur ad hanc p̄lacionē, ita digne & syncere, tanquā Aarō, [qui nō sibi imputauit, nec aliquo modo

ingessit, sed iubente deo p̄ Moysen electus est. K

Chore autē voluit sibi sumere honorē, & ideo diuinam sensit vltionem. Sed Aaron sublimat⁹ est in sacerdotem, quia deus eum vocauit. [Sic & Christ⁹ nō clarificauit] per suas virtutes [semetipsum,] vt sibi sumeret honorē, ita [vt pōtifex fieret.] Non se clarificauit, sed patrē, quia non suam, sed patris gloriam in omnibus quæsiuit. Non semetipsum quasi discretum à cæteris clarificauit, id est, clarū fecit sublimando in honorem pontificatus: sed pater eum clarificauit, vt pontificem constitueret, & totius mundi magistrum ostenderet, quādo dixit, Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui, ipsum audite. Quasi diceret: Hactenus audistis legis doctores & alios pōtifices, sed amodo ipsum verū pontificē audite. Nā dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui nobiliter clarificauit eum. Quem se ideo clarificare vt pontificem cōstitueret, demonstrauit, cum subiecit. Ipsum audite. Sed hanc sententiā clarificationis noluit Apostolus contra Iudæos proferre, quia vel non habebant euangeliū, vel minoris autoritatis esse putabāt, ideoq; de suis libris protulit illis testimonia. Nam hæc clarificatio longe antè per prophetā prædicta est [filius meus es tu.] Nō clarificauit seipsum sed potius eum pater clarificauit, & testimonio propriæ vocis & multis miraculis, qui & in Psalmo [loquutus est ad eum:] Tu es filius meus naturalis & cōternus, quia [ego hodie, id est, in luce semper manētis] eternitatis meæ [genuite] ex substantia mea. His verbis clarificauit eū pater, vt pontificem constitueret, [quemadmodum. i. sicut] & in alio loco dicit ei, Tu es sacerdos. i. sacra dās per te & per tuos [in æternū. i. quādiu durabit hoc seculum, quia nō trāsibit] sacerdotiū Christi, vt aliud succedat, sicut trāsibit Leuiticum. Sacerdos, es, & hoc [secūdū ordinem Melchisedec:] quia sicut ille panē & vinum obtulit Abrahæ reuertenti à cæde regum sic tu in figura panis & vini dabis corp⁹ & sanguinē tuū victoribus vitiorum. Vel in æternū es sacerdos, quoniā vna oblatione cōsumasti in sempiternū sanctificatos: siue quia sine fine interpellas pro eis eadē hostia quā semel obtulisti. hac autoritate manifestatur, quod eū deus pater sacerdotē & pōtificem constituit. Si ergo ceteri pōtifices quibus necesse est pro se offerre, possunt aliis subuenire, quoniā à deo vocantur, tunc iste multo magis potest nobis subuenire, & omnia bona nobis obtinere qui pro se nunquam eguit oblatione, qui seipsum non clarificauit, nec ingessit, sed à patre clarificatus est, & ad pontificatum electus.

*Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad deum, qui posset illū saluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerēs, exauditus est pro sui reuerentia. & quidem cū esset filius dei didicit ex his quæ passus est, obedientiā: & consummatus, factus est omnibus*

*A omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ, appellatus à deo pontifex iuxta ordinem Melchisedec.*

Dixit quod non per se, sed per voluntatem patris factus est pontifex. Nunc autem ingreditur ostendere, quoniā pōtificis obsequium executus est, quia totum fecit quod pontificē decet. Qui in diebus carnis suæ & cætera. Ostenditur etiam adhuc in his verbis, quod per eum possumus cōsequi misericordiā cum iā sedeat ad dexterā patris, nec esset interpellare pro nobis, si ita est exauditus, cum adhuc in terra cōuersaretur & esset mortalis. [Qui in diebus suæ carnis. i. mortalitatis & passiōis suæ quando natura carnis apparuit, quia famem, sitim, lassitudinem & dolorem sustinuit, sicut verus pontifex obtulit preces. Nam in euāgelio sæpe legitur orasse & maxime apud Lucā, qui sacerdotis in eo descripsit personam. Sed & quicquid ipse egit in carne, preces & supplicationes fuerunt pro hominibus. Tota vita sua patrem orauit de resurrectione carnis suæ ac de nostra salute, & instāte iā passiōe obtulit supplicationes. i. humilimas & intentissimas orationes, cū summa deuotione cordis & affectione quando factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et has preces supplicationesq; obtulit id est, obuiam tulit patri per exauditionem sibi obuianti. Obtulit eas [ad eum qui posset illum à morte saluum facere. i. resuscitare, ad eum quē sciuit esse sufficientem, vt saluaret eū, id est, immortalem & impasibilem faceret eripiendo à morte, vt nec anima remaneret in inferno, nec caro putresceret in sepulchro. Et obtulit has] cum clamore valido, id est, cum intentione piæ deuotionis vehementissima, & efficacissima, vt quando prolixius orabat, & etiam cū [lachrymis,] quia in illa prolixa oratione credēdus est lachrymas effudisse, cum & guttæ sanguinis p̄ sudore decurrerent ab eius corpore. & exauditus est,] quia quod quæsierat, accepit in resurrectione. Exauditus est, id est, extra numerū aliorum omnium auditus est, quoniam super omnē creaturā post laboris sui militiam à patre sublimatus est, & hoc [pro sui reuerentia. i. secundū hoc quod ipse sicut dei filius, dignus est reuerentia & veneratione. Vel pro sua reuerentia in deū. i. propter quod ipse super omnia patrem reuerit⁹ est & honorauit. Siue pro sua reuerentia. i. sicut sua religio meruit. Sanguinis quoque eius effusio, potest intelligi clamor validus, in quo exauditus est pro reuerentia eiusdem passiōis Reuerentia est, quod sine peccato passus est pro sola charitate. Et ideo melior fiducia in eo habenda est, quia fecit quod nullus pontifex alius dū seipsum pro nobis hostiā offerret. [ & quidem] tempore minoritatis [cum esset. i. quāuis esset secundum diuinitatem [filius dei, didicit obedientiam] secundum quod homo est, id est, non solū preces & supplicationes obtulit, sed & obedire didicit in passiōe, id est, expertus est in seipso laborem obedientiæ. Non enim scire potest afflictorū labores, qui afflictōis ex

perimētum non habuit. Sed Christus secundū D quod homo est, didicit obedientiam, quia omnes labores obedientiæ sustinuit & sensibilibiter pertulit, [ex his quæ passus est, id est, ex acerbitate tormentorū quæ pertulit, didicit obedientiam, id est, experimento cognouit laborem obedientiæ. [ & consummatus, id est, passione finitus, vel consummatus, id est, ad summum duq; quoniam ad dexteram patris eleuatus, [ factus est causa salutis æternæ, id est, perennis vitæ] omnibus obtemperantibus sibi, id est, obedientibus suæ voluntati, quia omnibus sufficit ad salutem sine vllis carnalibus obseruatiis. Per exauditionem eius designatur resurrectio, per cōsummationem exaltatio. Vel consummatus est in omni operatione sanctitatis, quando cōpletis omnibus obedientiæ suæ actionibus, dixit: Consummatum est. & emisit spiritum. Sicque factus est causa salutis non cuiuslibet, sed æternæ: nec paucis, sed omnibus: hac tamen conditione, vt obtemperent ei. Nō enim aliter salutē cōsequi poterunt. & bene potest ipse causa salutis esse cæteris, quoniam [appellatus est à deo pontifex,] sicut & ipse suis operibus realiter ostendit se hoc esse. Nam quia pontificis officium impleuit, atque patri fuit in omnibus obediēs, & in seipso peruenit ad tantum bonorum omnium consummationem, vt sufficeret etiam ad aliorum salutē, idcirco appellatus à deo est pōtifex, & hoc [iuxta ordinē Melchisedec.] scilicet vt omnis ordo dignitatis in eo consideretur qui considerari potuit in Melchisedec.

*De quo nobis grandis sermo & interpretabilis ad dicendum, quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Et enim cum deberetis magistri esse propter tempus, rursus indigetis vt vos doceamini, quæ sint elementa exordiū sermonum dei & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ. Paruulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discernitionem boni ac mali.*

[De quo, id est, de qua re, quomodo scilicet ipse sit pontifex iuxta ordinem Melchisedec,] est nobis grandis sermo, id est, restat sermo alius subtilis, & profunda mysteria continens atque prolixus & magnus, [ & interpretabilis, id est, multas habens expositiones sacramentorum & allegoriarum] ad dicendum, id est, ad exponendum vobis qui parua capacitatis estis, nec aliter intelligeretis nisi interpretaretur. Grandis est; & interpretatione indigens, non quantum ad me, sed quantum ad vos, qui sensu debiles estis ad intelligendum profunda mysteria [quoniam facti estis imbecilles, id est, sine spiritali baculo, quo sustentetur interior homo vester, ne nutet aut corruat. Imbecilles estis ad au

**G** diendū, id est, ad intelligendū, quia pondus sententiarum vos facile potest precipitare, qui robore virilis sensus nō fulcimini. Interferit increpationē de infirmitate, vt alta de Christo laborent intelligere. Verē estis imbecilles ad audiendū. Nā [cum deberetis esse magistri] aliorū & sufficere ad instructionē eorū, & hoc [propter tempus .i. diuturnitatē tēporis quod iam trāfactum est, ex quo fidē recepistis, & vobis priusquam cāteris prādicatum est, [rursum] sicut in primis quando ad fidem venistis, [indigetis vt vos doceamini,] sicut pueri quibus prima elementa literarum dantur ad intelligendum. Vel propter tēpus debuissetis esse cāterorum magistrī, quia semper exercitati estis ī lege & prophetis de Christo. Sed iterum sicut ā principio indigetis ab aliis doceri [quā sint elementa exordij sermonū dei, id est, vt vobis ostendantur opera quā primū discuntur, quando aliquis sermones dei exorditur. Elementa enim vocantur illā partes, de quibus sermo dei prius contextitur, scilicet incarnatio, passio, resurrectio, cōmune iudicium, dānatio malorū, corona iustorū, & cātera, quā primum annūciātur eis qui cōuertuntur. Exordiū enim sermonū, est symbolum Christianā fidei: quod isti nō solum nō intelligebāt, sed nec ipsam literaturā, qua profertur memoriter, sciebant. Exordiū sermonū est simplex doctrina. Elementa eius prima materia fidei, vt natiuitas Christi, passio &c. [Et facti estis] etiā negligentia vestrales, [quibus] more in fantium [sit opus lacte, id est, humili & parua eruditione, & nō solido cibo, id est, perfecta doctrina. Lac quippe est breuis insinuatō fidei & facilis obseruatia morum. Solidus autem cibus est ratio ipsius fidei & perfecta institutio vitā. Solidus cibus sapientia est, In principio erat verbum: lac verō est, Verbum caro factum est. Verē non est vobis opus solido cibo sapientia, cum sitis lactentes. nam nulli lactenti est opus. [Omnis enim qui particeps est lactis, [sicut vos estis, id est, cuius pars est lac, & qui ita tener, vt nec etiā totum lac simplicis doctrinā possit capere, sed partem [expers, id est, sine parte [est sermonis iustitia,] qui iustis & perfectis cōuenit, id est, doctrinā quā pertinet ad eos, qui bene prouesti sunt in intelligentia magnā capacitatis & iustitia religiosā conuersationis. Expers est .i. sine parte huius sermonis, quia nec partem eius capere valet intelligēdo vel operando. Ideo lactens nō capit sermonē iustitia, quia [paruulus est] in sensu sicut & vos in fide pusilli, & vt ille qui aetate paruulus est non discernit cibos atque perit sumēdo noxios, sic animo paruulus, id est, indoctus nō discernit bonū ā malo, & peccat faciēdo malum. Vos quidē lacte opus habetis, vt dictum est, nō solido cibo. Sed [perfectorū] sensu & opere [est solido cibus .i. firma fidei & morū instructio. Ideo & vos post lactis potum debetis ad robustam sapientia escam proficere. [eorum,] scilicet est iste cibus, [qui habent sensus, id est, intellectus] exercitatos pro consuetudine [legēdi & in multis scripturis studendi. Sensus habent exercitatos [ad discretionem boni ac mali. i. vt discretionē habeāt inter bonū & malū, & inter

bonum & aliud bonū, & inter malum & aliud malum, aliud maius & aliud minus iudicantes.

CAPVT VI.

**Q**uapropter intermittētes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur, non rursus iacientes fundamentum pēnitentiā ab operibus mortuis, & fidei ad deum, baptismatum, doctrinā, impositionis quoque manuum ac resurrectionis mortuorum & iudicij aeterni. Et hoc faciemus, siquidem permiserit deus.

Dixi quia perfectorū est solido cibus. [Quapropter] ad perfectionē feramur, vt solido cibo pascamur, nos dico [intermittētes sermonem inchoationis Christi, id est, de initio fidei. Nā quia exercitatos sensus ī lege domini nos oportet habere, ideo prātermittamus sermonē inchoationis & ad vltiora promoueam⁹ sensus nostros. Sermo inchoationis Christi, est initiū fidei, quo Christus inchoat esse in nobis secundum intelligentiam & operationem. Sicut enim eum qui adducitur in doctrinam literarū, elementa primum oportet audire, sic Christianus primum omniū de fide catholica erudiri debet, quā est fundamentum nostrē salutis. Sed huius in itij sermonem dimittentes, [feramur ad perfectionem,] nos docendo, vos audiendo. Ita scilicet feramur, non rursus iacientes fundamentum pēnitentiā, id est, non negligenter & inconsultē, sicut olim, faciamus pēnitentiā, quā debet esse fundamentum, super quod extruatur & in altum surgat actio bona & perfectio. ille enim iacit fundamentum pēnitentiā, id est, nō firmiter & ordinatē ponit, sed quasi rem nō bene prouisam negligenter ponit, qui ita dolet ac pēnitet, vt iterū redeat ad hoc quod non bene desieuit cōmissum. Et nos iam taliter iecimus fundamentum, ideoque destructum est, id est, prior pēnitentiā nostra periit & in irritum deducta est, redeuntibus peccatis, de quibus pēnitentiā egeramus. Sed modo sic perfecte nos pēniteat tēdentes ad perfectionem, vt non sumus iterum iacientes, id est, negligenter & incuriosē ponentes fundamentum, quod sicut antea dissipetur, sed firmū & stabile maneat, nec vltra sit opus ponere aliud. Fundamentum dico pēnitentiā [ab operibus mortuis. i. quia pēniteat nos ex eo quod opera bona, quē prius viuebant in nobis, mortua sunt admixtione peccati. Eius enim qui in criminale peccatum cadit, bona opera priora mortificatur & pereunt. Vnde minatur dominus: Etiam si dixero iusto quod vita viuat, & confusus in iustitia sua fecerit iniquitatem, omnes iustitia eius obliuioni tradentur. Vel peccata sunt opera mortua, id est, nihil vitale habentia, sed iustitia vita prorsus carentia, & authores suos occidētia. & de his omnibus agenda est rata pēnitentiā, id est, & de bonis amissis & de malis commissis. [&] nō rursus iacientes fundamentum [fidei] ducentis [ad deum,

Iezec. 33

**A** deum, id est, nō iterum negligenter fidem sitis ponētes in cordibus vestris, sicut antea, sed firmiter vt amplius non vacillet aut corruat sicut prius, dum eam nō putaretis ad iustitiam & salutē sufficere sine carnalibus obseruatīs. Nec rursus iacientes fundamentum [baptismatum vt queratis iterū baptismatis vnda lauari, quod impossibile est: sed purgationem peccatorum, quam semel in eo percepistis, conseruate, non vltra querentes eam per carnales obseruatias. Male enim tenet baptisma, qui non credit omnia in eo peccata abluī, nisi superadditis carnalibus obseruatīs. Baptisma dixit pluraliter qui est baptisma in aqua, est & in lachrymis pēnitentiā, & est in sanguine martyrij. Nec rursus iacientes fundamentū [doctrinā,] quā in exordio tradita est vobis per symbolum & orationem dominicā, vt hac iterum incipiatis imbui. Nec iterum iacientes fundamentum [impositionis manuum] episcoporum in confirmatio ne neophytorum, sed firmiter illud retinentes. Qui enim nō credit quod per manuum impositionem detur spiritus sanctus ad remissionem & corroborationem, nō est fundatus. Talis est, quicumque putat carnales obseruatias iuuare ad acceptionem spiritus sancti, qui per manū impositionem accipitur. Nec fundamentū [resurrectionis mortuorum] iterum iacientes, sed quod semel inde etiam credidimus retinētes. i. per Christi resurrectionem mortuos esse resurrecturos. Qui enim non credit quod resurrectio Christi resurrectionem mortuorum faciat, non habet fundamentum super quod aedificet. Si sciretis in baptismo oīa peccata dimitti, & p manuum impositionem spiritum sanctum dari, lex vobis superflua videretur: nec prāter Christum aliud quāreretis, si sciretis per eū resurrecturos mortuos & iudicandos. Nam neq; [iudicij aeterni] fundamentum rursus iacere debemus, sed semel positū in corde nostro firmiter tenere, vt tantum de fide Christi & de virtutibus sine legis ceremoniis iudiciū expectemus, quod erit aeternum: quia quicquid ibi statuatur in aeternū durabit. Quod iudiciū qui non credit, absq; fundamentō est, nec aedificare quicquā potest. Hęc enim omnia nisi in fundamentō precesserint, nemo potest bene operari. Nā quicūque aliquos ad fidē conuertit, plus facit pēnitere & in deū credere, ac baptizari in remissionem peccatorum, & doceri quid credere debeant, atque confirmari per manuum impositionem, & resurrectionē ac diem iudicij prestolari vt super hęc valeant aedificium bonē conuersationis cōstruere. Idcirco de his dicitur, iacētēs hęc omnia, scilicet sicut lapis fundamento iacitur, nō rursus, id est, nō vt olim, nec sicut prius cecidere iterū cadant, vel nō rursus iacētēs. i. ita modo iacientes, vt amplius iacere nō sit op⁹ & hęc omnia super⁹ lactis nomine sunt appellata, quia his potatur fidelium infantia. Sic autē deus vult eos lacte nutrirī, vt nō ibi remaneāt: sed crescendo per lac ad solidū cibū perueniāt. Nam si lacte nutrietis, sic nutrire vt crescas, sic cresce vt panem māduces. Dixi, feramur ad perfectionem & intelligendo scilicet, & in minoribus proficiendo: [hoc faciemus, si deus quidē

Nota.

B

C

permiserit .i. si nutu suā voluntatis & fauore suā gratiā cōcesserit, quia nullus ex libero tātū arbitrio valet ad hęc perfectionem promoueri, nisi auxiliante gratia dei. Feramur ad perfectionem intelligentiā & morum, non rursus iacientes fundamentum pēnitentiā, quia impossibile est perfectos, si grauitur prolapsi fuerint, renouari ad pēnitentiā. Nemo nunc verbis nostris obuiet, sed modicum vt hęc declaremus patienter expectet. Nam sequitur:

*Impossibile est enim, eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiā donū celeste, & participes sunt facti spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonū Dei verbum virtutesque seculi venturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pēnitentiā, rursus crucifigentes sibi metipsi filiū dei, & ostentui habentes. Terra enim sapē venientem super se bibens imbre, & generans herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à deo: proferens autem spinas & tribulos reprobata est & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem.*

Feramur (inquit) ad perfectionem, non iterātes fundamentū deinceps pēnitentiā, quia perfecti post lapsum renouari nequeunt ad pēnitentiā. Nam [qui semel sunt illuminati per fidem, id est, qui in suo interiori acceperūt lumē fidei quod semel datur credentibus, & gustauerunt etiam donum cōeleste. i. quodam interno gustu prāsenferunt lumen fidei quod est donum cōeleste, vel per ipsam fidem quasi suauē & sapidum gustū in cordis palato sentire remissionem peccatorū in baptismo cālitus datam, [& facti sunt participes spiritus sancti, id est, partē cupientes spiritualis gratiā per impositionē manuum, siue participes spiritualium charisma tū, vt sunt genera linguarum & prophetia, & gustauerunt, id est, sapidum in ore cordis prāsenferere, nihilominus quā nos, vel [nihilominus] quā spiritualē gratiam [bonum Dei verbum] de quo ipse loquimur, Eructauit cor meum verbum bonum, non dico secundum quod hoc verbum caro factum est, sed secundū quod summum bonum incommutabile est, cuius participatione cātera sunt bona, & hoc tale verbū gustauere, id est, gustu cordis attigere, vt dulce saperet eis, seu verbum euangelicā prādicatio nis saporum & delectabile sentire, [virtutesq; seculi venturi: id est resurrectionem & immortalitatem ac impassibilitatem gustu mētis quasi prālibauere, intelligendo illas vires corporis & illam pulchritudinem atque charitatē & leuitatem carnis atque virtutes in corpore & anima futuras, & beatā cum angelis vitam aeternaliter, qui ad tantam perfectionem peruenere, ac deinde neglectis omnibus his, adamantes iniquitatē, [prolapsi sunt, id est, spōte sua deuoluti sunt in grauiā peccata, & in eis delectabiliter

Hh iij iacent,

**G** iacent, [impossibile est eos] recuperatis omnibus his, quæ perdidere, bonis, [renouari rursus ad pœnitentiam] reuertentes, id est, exuere iam per pœnitentiam vetustatem, quã iterum cõtrahere, & reinduere nouum hominem. Non quia Mõtani vel Nouati hæresim hîc approbemus, qui contendunt non posse renouari per pœnitentiam eos, qui crucifixere sibi met filium dei. Sed ideo impossibile esse dicimus vt tales renouetur, quia nolunt renouari. Nam si vellent, esset vti que possibile. Quod ergo renouari nequeunt, non est excusatio infirmitatis eorũ, sed culpa voluntatis ipsorum, qui malunt veteres perdurare quàm renouari. Sic enim tepuit mēs eorum erga dilectionem virtutum, & exarsit in amorem vitiorum, vt nulla ratione consentiant peccata relinquere, quibus pertinaciter adhæserere. Propter quod & in prauitatibus suis iusto valde iudicio relinquitur ab eo, qui dixit, quia sine me nihil potestis facere, nec iuuatur ab eo, sed assumuntur à diabolo, vt magis adhuc alligentur & aggraentur ab illo. Sicque fit vt ad pœnitentiam redire non valeant. Non quia mutari homines dum in hoc seculo sunt, in melius non possint, sed quia dum ex intimo corde vitia diligunt & virtutes negligunt, nec diuinitus adiuuantur, sed ab antiquo deceptore premuntur, conuerti nullo modo possunt. Tales sunt, qui prius ad summa virtutum profecere, & post ad ima vitiorum prolapsi sunt, id est, prorsus lapsi, vel procul lapsi, vel longè lapsi à priore statu, ita vt longo tempore iaceat in ipsis vitiis ad quæ lapsi sunt. Non enim prolapsos intelligere nunc debemus religiosos, qui in aliqua grauiâ subito cecidere, & cito surrexerunt: sed qui longa deliberatione & longo vsu vitiis adhæserunt, & à puritate virtutũ recesserunt: quia raro quisquã tallum inuenitur egisse pœnitentiã, si tamẽ vsipiã inuenitur. Nõ ergo prolapsus intelligitur Dauid in perpetrato adulterij & homicidij, de qua cito pœnitentiã egit: sed Salomon in amore alienigenarum mulierũ, per quas & à fide separatus est, nec respicere voluit, cum semel & iterum diuinitus admoneretur. Sic nec Aaron prolapsus intelligitur, dum metu populi seu volens ei placere, fecit vitulum, qui ad primã Moyfi vocem fecit pœnitentiã, sed prolapsus est Balaam per auaritiã, qui mercedem iniquitatis amauit, dans cõsiliũ quomodo populus Israël creatorẽ offenderet, oblitus quæ antea prophetauerat & quæ diuinitus audierat. Pro nihilo enim duxit omnia, vt auaritiæ suæ satisfaceret. **Matt. 26.** Petrus quoque non est prolapsus in illa negatione, quia mox fleuit amarè, sed Iudas & ipse per auaritiã in illa prodicione quam diutius excogitauit, & post adimpleuit, nec congruam inde pœnitentiam egit. Religiosos itaque, qui excogitato diu cõsilio nequitias se sponte subiiciunt, & in eis diutius permenet, intelligimus prolapsos. Quales & in monasteriis hodie sunt nonnulli, habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. & ideo pœnitentiã agere non possunt, quia de solo exteriori habitu gloriantur: & sanctos se esse putant, quia sanctitatis indumentum portant. Rectè itaque de talibus dicitur, quia impossibile est eos renouari

ri ad pœnitentiam, quia vel nunquam, vel raro quisquam eorum renouatur. Et Apostolus ita terribilem protulit sententiã, vt per terrorẽ excitaret ad studia virtutũ duras mentes Hebræorũ, qui post illuminationẽ & spiritus sancti perceptionẽ relapsi fuerant ad pristina vitia. Non possunt (inquit) renouari, sed sunt [rursus crucifigentes sibi met ipsos filium dei, & ostentui, i. irrisioni] habentes, quia Christianitatem in seipsis extinguunt & irrident, in se enim crucifigunt filium dei & contumeliã habent, dum gratiam eius vilipendentes, in peccato iacent. & tales (sicut exposuimus) nequeunt ad pœnitentiã redire, sed in sua prauitate perdurantes, ad æternam mortẽ festinant. Nam econtrariõ bona terra quæ fructum bonum facit, æternam meretur benedictionem. & hoc est, [Terra, id est, mens vel ecclesia fidelium subiectorum, quæ velut terra excolitur vomere doctrinæ, [bibens imbrem] prædicationis & gratiæ cælestis, id est, quadam auuiditate hauriens [uenientẽ] cælitus [super se] per ora prædicatorũ: & hoc [sæpe,] quia si raro veniret, non sufficeret: si semper descenderet, vilesceret. Terra, inquit, quæ sic excipit hunc imbrem [&] generat [herbam, id est, profert bonã operationem [opportunam, id est, congruã] illis à quibus colitur, id est, prædicatorib⁹, à quibus aratro doctrinæ scinditur & innouatur, scilicet vt operatio subiectorum congruat verbis magistrorum. hæc terra [accipit à deo benedictionem, id est, augmentum virtutum in hoc seculo, & perpetuam remunerationem in futuro, cum audit: Venite benedicti & c. Hæc quidem terra benedicitur, sed illa quæ malas herbas gignit, maledicitur. [Proferens autem] vt videatur [spinas, id est, grauiora peccata, [& tribulos, id est, minora sed multipliciora & acutius pungentia, tribus enim acuminibus lædit tribulus, [reproba est] à deo, cum & ipsa pluuiã doctrinæ suscipiat, & pro bonis herbis tribulos & spinas germinet. Reproba est, id est, retrõ habes probitatẽ, vt ille cui deus ait, Proieci sermones meos retrorsum, [& proxima maledicto, id est, æternæ damnationi, vt audiat, Discedite à me maledicti & c. Nondum est in maledicto, sed proxima est illi, quia adhuc licet reuertit: & nisi sibi caueat, propẽ est vt dānetur. [Cuius consummatio, id est, finis, si in malo perseuerauerit, ducet [in combustionem,] vt sine fine comburatur, id est, simul vrantur corpus & anima. Hactenus terribiliter & asperè loquit⁹ est Apostolus, vt duras & torpentes Hebræorum mentes ad pœnitentiam & ad studia virtutum prouocaret. Sed ne in desperationem terrendo præcipitaret eos, & sic in malo potius remanere faceret, demulcet eos cõsequenter blandis sermonibus, & ad bene agendum hortatur, dicens:

*Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora & viciniora saluti, tamen si ita loquimur. Nõ enim iniustus est deus, vt obliuiscatur operis vestri & dilectionis, quem ostendistis in nomine ipsius, quia ministrastis sanctis & ministrastis.*

Cupimus

**A** Cupimus autem vnumquẽque vestrum eandem ostentare sollicitudinem ad expletionem spei vsque in finem, vt non segnes efficiamini, verum imitatores eorum, qui fide & patientia hæreditabunt promissiones.

Fortè legẽ dum damnationis.

Nota.

Matt. 6.

Matt. 5.

Matt. 4.

Loquutus sum, inquit, vt vos à peccatis retraherẽ, & desperationis metu facerem cautiore. Cæterum confido de vobis meliora. Non hoc dico putando vos esse tales, sed timendo ne sitis tales, terreo verbis ne ipsa re impleatis. Durè locuti sumus, sed [confidimus de vobis õ dilectissimi,] quos ex nimia dilectione monemus nõ ex aliquo prælationis debito. cõfidimus inquit [meliora,] quã vt sitis prolapsi, proferetes spinas & tribulos, [& viciniora saluti,] quàm sunt illi qui nequeunt ad pœnitentiã renouari & maledicto sunt proximi. Meliorem de vobis cõfidentiã habemus, [tamen si ita] durè [loquimur] terredõ & increpando. Deo de vobis cõfidimus, quia olim multa operati estis, pro quibus, si de malis pœnitentiã egeritis, benefaciet vobis deus. [Nõ enim iniustus est deus, vt obliuiscatur operis vestri.] Reuera enim grãdis esset iniustitia dei, si tantũ peccata puniret, & bona opera non susciperet. Nõ obliuiscetur operis vestri, vt irremuneratũ relinquat, quod vestra bona fecistis cõmunia sanctis. & dilectionis] vestra, quã opus illud implestis, quoniam vestra, sanctorum charitas incitauit cor vestrum, vt eis ministraretis. [quam] dilectionẽ non infructuosam intus occultatis, sed per opera bona foris [ostendistis] ad exẽplum aliis: nec hæc fecistis propter humanos fauores sicut hypocritæ, sed [in nomine ipsius. i. ad honorẽ dei: scilicet] ideo foras in operatione cæteris ostendistis dilectionẽ quam in corde retinebatis, vt lucret lux vestra coram hominibus, quatenus videntes opera vestra bona, glorificarent non vos, sed patrẽ vestrum qui est in cælis. Dilectionem opere demonstratis, [quia ministrastis. i. humiliter vt subditi & serui quæ necessaria erant, de vestris facultatibus] impendistis [sanctis] qui sua posuerat ad pedes apostolorũ [et] adhuc [ministrastis] illis, perseuerates in eodẽ opere bono. Vnde sciatis quia deus hoc nõ obliuiscetur, sed remunerabit. His verbis patet, quia superior increpatione & præsens consolatio non ad perfectos diriguntur, qui reliquerant omnia & habebat cor vnũ & animam vnã, sed ad ceteros, qui secularia relinquere noluerunt, & negligenter ac remissè vixere. Quos Apostolus per pauca bona quæ fecerunt, allicit, & recreat animos eorũ atque confortat. Vos quidẽ ministrastis & ministrastis, sed tamẽ nolimus vt ab hac adhuc ministracione cessetis, quasi iam sufficiat quod hactenus egistis, sed cupimus vt vsq; in finẽ in hac actione perseueretis. Cupimus autem, id est, magno charitatis affectu desideramus [vnũquenque vestrũ,] [vt nec vnus desit, sed omnes cõmuniter studeatis] ostentare, id est, frequẽter ostendere aliis exemplum, [eandem sollicitudinem] ministrandi sanctis, id est, solertem citationem, vt soler-

ter & citò agatis: & non ad horã, sed [vsque in finem] vitæ vestræ. & hoc [ad expletionẽ spei, id est, vt quod speratis ex toto impleatur in vobis in receptione beatitudinis æternæ, & ita cupimus vos vsque in finem perseueranter ministrare sanctis, [vt non senes, id est, sine igne] efficiamini,] in hac sollicitudine, hoc est, non sitis torpentes, & igne sancti feruoris carentes, vel sine igne charitatis non sitis, id est, sanctos quibus corporalia beneficia tribuistis, diligere ardentè non omittatis, [verum] sitis [imitatores eorum,] quibus ministrastis, cæterorumq; sanctorum, [qui hæreditabunt, id est, hæditario iure possidebunt] [promissiones, id est, multiplicia dona sempiternæ beatitudinis sæpe promissa, & has obtinebunt non nobilitate generis, sed] [fide & patientia:] quia & fidẽ ipsis promissionibus adhibuere, & patienter eas expectantes, multa interim aduersa passi sunt.

*Abraa nanque promittens deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem, iurauit per semetipsum, dicens: Nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te. Et sic longanimitè ferens, adeptus est repromissionem. Homines enim per maiorem sui iurant & omnis controuersia eorum finis ad cõfirmationem est iuramentum. In quo abundantius volens deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem cõsiliũ sui, interposuit iusurandum, vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendã propositam spem, quem sicut anchoram habemus animã tutam ac firmam & incedentem vsque ad interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis introiuit Iesus, secundum ordinem Melchisedec pontifex factus in æternum.*

Exponit promissiones quas hæreditabunt qui fidem & patientiam seruant, illas scilicet, quas deus fecit Abraa. In quibus non relinquitur nobis locus dubitationis, quando eas Abraa promisit & iurauit, & etiam omnibus imitatoribus eius in fide & patientia. Quasi dicat: Inde potestis videre quoniam qui fidem & patientiam habent promissiones hæreditabunt: quia Abraam qui primus eas audire cõcepit, sic adeptus est eas. Nanque deus promittens Abraa, id est, promissionem futuræ gloriæ faciens, [iurauit, id est, firmiter & immutabiliter] stabiliuit,] per semetipsum, id est, per imcommutabilitatem suam. Ideo iurauit per semetipsum, [quoniam neminem] habuit sese [maioem per quẽ iuraret:] quia si esset aliquid maius, per illud



**G** suæ promissionis immobilitatē ostendisset. Iuravit, in quā, [dicens:] O Abraam, nisi benedicens te assidue in spiritualibus filiis, qui erunt sicut stellæ, [benedicam te] incremento virtutū [ & ] semper [multiplicans] te in carnalibus, qui erūt sicut arena, [multiplicabo te] in futura beatitudine. Ac si dicat: Nisi hoc fecero, nemo mihi amplius credat. Defectus enim sermonis, ve hementiā indicat assertionis. Vel nisi benedicēs te, id est, ditans virtutibus, benedicam te. i. promouebo vt opereris iuxta eas: & nisi multiplicans, id est, adhuc copiosiore virtutum abundantia te dilatans, multiplicabo te. i. in cælesti patria te multiplici remuneratione beabo. De<sup>o</sup> ita iure iurando promisit, [ & sic, id est, quia de<sup>o</sup> tam firmiter promisit, Abraam certus de promissione nō statim eam quæsiuit accipere, nec contra deum murmurauit de dilatione, sed [longanimitate ferens] inter multa aduersa, & fideliter expectans, tandem [adeptus est] repromissionē, id est, illud quod sibi promissum fuit. Vel repromissionē, quia in vna promissione multa sibi promissa sunt. Similiter ergo qui fidem & patientiam vsque in finem custodiunt, hæreditabunt promissiones, vt dictū est. Post hæc causa redditur, quare deus i promissione iurauerit cū dicitur: [Homines enim per maiorem sui iurant.] Idcirco enim iuravit deus quia hominib<sup>9</sup> loquebatur & homines iurant. In deo enim ita firmū est solum promittere, sicut & iurare. Sed hominum incredulitatē voluit iuramento certam reddere. Ob hoc autē per se iuravit, cū maiorem nō haberet, quæ homines per maiorem sui. i. per maiorem se iurant. Iuravit enim per illud, quod inuenire maius potuit. Homines iurant, [ & iuramentū est finis omnis controuersie eorum, id est, altercationis & litigationis, quando vnus affirmat & alter negat, quia in iuramento finitur altercatio. & est finis, valēs [ad confirmationem] alterius partis, id est, ad omnimodam certitudinem faciendam: quia postquā iuratum est tunc vtrique parti certū & ratū est. Et si homini qui mendax est, creditur per iuramentum, quanto magis Deo qui mentiri non potest? in quo. i. in cuius rei cōsideratione, hoc est, quia considerabat iuramento finiri omnem cōtrouersiam & fieri cōfirmationem, [interposuit, id est, inter se & homines medium, cui crederent, posuit iusiurandum deus,] vel inter promissionē & ipsius promissionis adimpletionē posuit iuramentū. Ipse dico, [volēs] ex propria bonitate [abundantius ostendere] per iurationem, quoniā abundanter per promissionē, abundantius verō per iuramentum ostendit. volens (inquam) ostendere [immobilitatem sui consilij, id est, suæ secretæ rationabilis dispositionis, quæ paucis est nota, quia vix aliquis nouit per fidem Christi saluari homines, & cui vel quibus volens ostendere [hæredibus pollicitationis. i. illis qui hæreditario iure & firmiter habituri sunt pollicitationem, id est, promissionem frequenter factam. Illis volens ostendere firmitudinem sui consilij, adhuc abundantius per iuramentum, quàm sine iuramento ostenderat, interposuit. i. inter promissiones posuit iusiurandum, condescendens cōsuetudini hominū, vt

perfectius & certius crederent illud, quod ipse de eis immutabiliter ordinauit. Ideo iuravit in promissione, [vt per duas res immobiles. i. per promissionem & iuramentum, quæ mutari nō possunt, [quibus] ipse qui deus est, cogitur vt immobile fiat consilium eius, quia impossibile est [mentiri deū, id est, vt ipse in his duabus rebus mentiatur, cū nec in aliqua re mentiri possit, [habeamus] in omni tribulatione [fortissimū solatium doloris & anxietatis. Vel per duas res immobiles, id est, per hoc quod de<sup>o</sup> iuravit & hoc quod per semetipsum, in quibus duabus ipse nō potest mentiri, cū nunquā mentiatur. Habeamus solatiū fortissimū. i. quod nos in omni aduersitate fortes faciat volentes ad horā pati, vt in æternum regnemus. Cū enim tribulationem patimur, si ad futurā gloriam nobis promissam respicimus, refrigeriū mentis & angustie mitigationē in camino tribulationis habemus. Nos dico, [qui] dū nos tribulationes insequuntur, & omni genere impugnationem appetunt, confugimus, id est, ex toto fugimus, [ad spem] futuræ quietis ac beatitudinis & gloriæ nobis promissæ [tenendam, id est, nō pro aduersis deserendam, sed totis animi viribus firmiter tenendam. Spem dico [propositam, id est, omnibus oblata, vel propositam. i. ab antiquis temporibus in Abraam & cæteris patribus ad exemplum nobis in propatulo positam. Ad quā spem cōfugit, quisquis spe beatitudinis omnes tribulationes spernit. & vtile nobis est ad eam confugere, ipsamque tenere, [quam habemus sicut anchoram. i. retinaculum & firmamentū [animæ] nostræ ne in mari huius seculi frangatur scopulis aduersitatum. Sicut enim anchora nauē retinet & firmat, ne ventorum rabie & tēpestate maris insurgente submergatur, & ludibrium maris & fluctuum fiat, sic spes nostra cælestibus infixā, irreuocabiliter adhærēs gloriæ quam desiderat, animam fidelem tenet, & cōsolidat contra omnes huiusmodi impugnationes velut contra maris tempestates, & confortat in suo proposito, ne deficiat velut scopulis aduersitātū & tribulationum fracta, & retinet ne mergatur cōsentiendo iniquitati. Spem dico, [tutam, id est, nihil timentem [ac firmam, id est, in concussam,] ne saltem titubet. Spes enim cælestium mentem solidat, ne concuciat fluctibus tumultuum terrenorum. Quod est dicere: Spes in nobis similitudinem exercet anchoræ, quæ nauē ne ad scopulos frangatur, retinet & tutam facit vt non timeat submergi: atque firmam, ne vel titubare possit. [ & incedentem] dico hanc spem, id est, nos sperando introductentem vsq; ad interiora velaminis. i. vsque ad ipsa cælestia & arcana, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ nobis adhuc in carne viuentibus sunt velata. i. ignorantie nostræ velo tecta: & tamen nostra spes penetrat vsque ad illa. Nautis arenę quibus anchora figuratur & hæret: sunt tecta, nec videri possunt & tamen nautæ sunt in securitate, licet illa videre nō possint, quibus anchoræ brachia firmiter adhærere. Sic & nos in huius seculi fluctibus positi cælestia nō videmus: & tamē illis ita per spē coniuncti sumus, vt nullo timoris incursumoueri

**A** moueri possimus. Sed & hoc notandū, quia cū dicit, incedentē [vsq; ad interiora velaminis,] alludit historiæ, quæ inter duo tabernacula velum fuisse narrat: quod interioris tabernaculi secreta velabat, in quo pontifex semel in anno intrabat, & secretum internæ beatitudinis præfigurabat. [Vbi, id est, in quæ interiora & æternæ patrię secreta [introiuit] secūdū humanitatē [Iesus. i. saluator noster, qui secūdū diuinitatē vbiq; semper est. introiuit] pro nobis. i. pro nostra salute, vt interpellaret pro nobis sicut pontifex sancta sanctorū ingrediebatur, vt rogaret pro populo. Et introiuit [præcursor] pro nobis vt & nos post eum illuc curramus. Cursor, quia nulla culpa eum impediuit. Præcursor, & tempore & dignitate. Pro nobis, introducendis. Ipse dico, [factus à Deo pontifex,] id est, faciens nobis pontem & accessum ad patrem per hoc, quod interpellat pro nobis, offerens obedientiā suæ passionis, ac representans patri pro salute humani generis. Et hoc [in æternū,] quia nō solū quādiu præfens seculū manet, aut quādiu viuimus, sed etiam in futuro pontificis agit opus: nō tunc pro peccatis nostris offerens quæ nulla erūt, sed vt bonū quod in nobis operatus est, indeficiens & stabile permaneat. Pontifex est, non secūdū ordinem Aaron, sed [secūdū ordinem Melchisedec,] qui solus rex & sacerdos fuit, & ante circumcisionē functus officio, vt non gentes à Iudæis, sed Iudei à gentibus sacerdotiū acciperent. Nec vnctus oleo vt Moyses instituit, sed oleo exultationis & puritate fidei. Nec animalia immolauit, sed pane & vino sacerdotiū Christi dedicauit. Patet ergo Christianos superiores esse Iudæis, sacrificium melius pecudibus habere, scilicet rationabile obsequium quod ducit in cælum.

C A P V T VII.

*Ec enim Melchisedec rex Salem, H sacerdos dei summi, qui obuiavit Abraæ regresso à cede regum, & benedixit ei, cui & decimas omnium diuisit Abraam, primum quidem qui interpretatur rex iustitie, deinde autem & rex Salem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neq; initium dierum, neque finem vitæ habens, assimilatus autem filio dei, manet sacerdos in perpetuum.*

Postquā illos Apostolus vt monuit ad perfectionē promouerentur, quatenus illius grandis & interpretabilis sermonis capaces effici possent, & ad hoc multis verbis eos sollicitauit, iterum redit ad propositum, & ad illum grandem sermonē de pontificio Christi, vt scilicet præferre ipsum possit omnibus pontificibus veteris testamēti, & ita paulatim accedat hoc ad ostendendum, quod carnales obseruationes cessare debeāt per trāllationē sacerdotij. Et prius

exponit quis ordo præcesserit in Melchisedec, & quomodo iuxta ordinem eius Christus sit factus pontifex in æternum: vt exposito & commendato ordine Melchisedec, appareat quàm dignum sit sacerdotium Christi, quod tam magnum est, vt sacerdotiū Melchisedec illud præmonstrauerit nō sicut æquale, sed sicut umbra. dum enim magna umbra præcessisse ostēditur, patet satis quod magna veritas corporis sequatur. Quasi dicat: Rectē pontificium Christi cōparo ordini Melchisedec, quia [hic Melchisedec] fuit [rex Salem.] Salem autem nō (vt Iosephus & plurimi nostrorum arbitrantur) credamus esse Ierusalem, sed oppidū iuxta Scythopolim, quod vsque hodie appellatur Salem, & ostēditur ibi palatium Melchisedec, ex magnitudine ruinarū veterem ostendens magnificentiam, de quo & posterius in Genesi dicitur: Venit Iacob in Socoth, & transiit in Salem ciuitatem regionis Sichem. Nam & Abraæ reuerenti à cæde hostium, quos persequutus est vsq; Dan, quæ nunc Paneas appellatur, non Ierusalem, sed oppidū metropoleos Sichem in itinere fuit, de quo & in euangelio legimus: Erat autē Ioannes baptizans in Ennon iuxta Salem. Cuius vrbs rex fuit Melchisedec, fuit [ & sacerdos,] vt regnum & sacerdotium Christi præfiguraret, qui & nos fecit esse genus regale & sacerdotale. Sacerdos fuit, non idolorum, sed dei: quia licet esset gentilis, & nō de genere Iudæorum, tamē erat sacerdos Dei, non Iouis aut Apollinis, sed potius [summi Dei] omnium creatoris, qui est super omnia. & Christus est sacerdos Dei patris, qui hostiam sui corporis & sanguinis semel obtulit in cruce, sicut & Melchisedec panem & vinum legitur obtulisse. Ille dico, [qui obuiavit,] id est, obuius processit [Abraæ regresso à cede regum,] quando fuit maioris dignitatis habitus apud homines, id est, in ipso triumpho, cū regrederetur non à fuga, sed à cæde, non vnus, sed multorum regum. hinc enim magna dignitas Melchisedec ostenditur quem Abraam, peregrinus in illa terra tantæ dignitatis intellexit, vt dignum iudicaret ad illū F qui rex & sacerdos erat accedere, & de omnib<sup>9</sup> Locis obspoliis decimas illi dare, ac prius ad illum à quo scurus. benedictionem accepturus erat, quàm ad domū suam declinaret. Cui triumphatori non solum obuiavit Melchisedec, sed & benedictionē dedit. [Abraam] verò accepta benedictione, [diuisit] illi [decimas omnium] quæ secum adduxerat à cæde regum. Per Lot, qui amissis bonis in captiuitatē ductus est, designatur anima vitiorum pondere per quinque sensus corporis incuruata, & dominio aduersarię potestatis mancipata. Cuius vincula nititur Abraam soluere, cū ratio captiuitatem animæ recognoscens, armat se scuto fidei & galea spei ac gladio verbi Dei: & assumpta virtutum quasi vernaculorum caterua, cuneos vitiorū viriliter aggreditur: & tam diu pugnat, donec superatis hostibus animā liberet. Peremptis regibus, Abraam reducens Lot, gaudens redit ad propria, inueniens Melchisedec in itinere sibi obuiatē, & sacros cibos offerentē ac benedicientem: quoniam extinctis vitiis, rationalis vigor animā liberatam reducere

## AD HEBRÆOS

**G**redere festinat ad paradisi gaudia & ad domū cælestis patrie: sed priusquā illuc perueniat verū regem & sacerdotē Christū reperit obuiū & offerentē sibi cibū & potū corporis & sanguinis sui, sac benedictionē cælestis gratiæ. i. incrementū virtutū tribuentē. Occurrit enim lætus victoribus vitiorū, vt excipiat eos & sacris alimentis reficiat: & benedicit eos. i. promouet & multiplicat in virtutibus, & augmētat donis spiritalibus. Nec nisi victor quisquam cibos eius debet accipere, quia nullus vt ad eucharistiā accedat, debet præsumere, nisi prius reges contra quos pugnat, deuicerit. i. vitia quæ pugnaverūt in se, domino adiuuante, superauerit. alioquin iudiciū sibi māducat & bibit. Abraam autē decimas omniū quæ hostibus abstulerat, dedit sacerdoti Melchisedec. Sic & vnusquisq; fidelis post victoriā suā pugnæ gaudēs Christo decimas offert. i. omniū bonorū operū suorū perfectionē & virtutū consummationē diuinæ gratiæ adscribit. Si quid autē imperfectū & minus idoneum in se viderit, hoc sibi retinet. i. sibi deputat. Denarius enim vltra quē nō progreditur numerus, sed replicatur, perfectionē designat, sicut & nouē partes quas Abraam sibi retinuit, imperfectionē demonstrat. Quicquid enim primum & optimū est ac perfectū, designatur per denarium, in quo prius cōsummatur numerus. Et omne quod præcipuū est in nobis atq; perfectum, deo attribuendū est: quicquid verō imperfectum, nobis est adscribendum. Primū quidem, & c. Notat Apostolus ipsa verba, vt ostēdat omnia ista in Christo esse eo ordine, quo præcessere in Melchisedec. [Qui primū quidē interpretatur rex iustitiæ,] sed [deinde] etiam [rex Salem, quod est rex pacis. Quod Christo bene cōgruit, qui pacificat quæ in cælis & quæ in terra sunt, qui suos per iustitiam regit inter procellas seculi, ac in eorū iustis cōuersationibus regnat, & post in æterna pace non desistit eos regere & in ipsis regnare. Primū enim Melchisedec nobis est, deinde rex Salē: quia prius regit nos in iustitia, post reget in pace. Primō regnū iustitiæ nunc in nobis assequitur, & deinde post hanc vitā regnū pacis in nobis æternaliter quietum possidebit. Melchisedec dico, [sine patre, sine matre.] Non quod absque patre & matre fuerit, cū Christus quoq; secundū vtranque naturā & patrē habuerit & matrē, sed quod subito introducatur in Genesi occurrisse Abraæ reuertenti à cæde hostiū, & nec antē nec postea nomē eius feratur adscriptum. Vnde & [sine genealogia] dicitur esse, cū fortassis vxorē & filios habuerit, & nec initium, nec finem habuisse, cū sine dubio & initium per natiuitatē habuerit, & per obitū finem. His enim omnibus carere dicitur, quia nihil horum in eo scriptura loquitur. Vel genealogia est præcedentiū patrū narratio, qua iste caret, quia ex quibus patribus discēdat, nō inuenitur: quoniā spiritus sanctus altiori cōsilio voluit hoc de eo reticere, vt figurā domini per omnia gereret. Christus enim sine patre secundū carnē est, quia sine virili admixtione natus est ex virgine: & sine matre est secundū diuinitatem, quoniā illa ineffabilis genitura manet in æternitate. & est sine genealogia. i. si-

ne generatione filiorū: quia filios carnis non habuit, sed sine sobole, sine aliqua successione carnali permanet. Siue quia patres aliquos in diuinitate nō habuit præcedentes, [neq; initiū dierū, neq; finem vitæ habēs,] sed cōæternus patri existēs secundū diuinitatē. Hic quoq; notandum est, quia dū Melchisedec sine patre & sine matre dicitur esse, sacerdotes noui testamenti non pro parētū nobilitate, sed pro vitæ suæ merito sunt eligēdi: nec attendendū quos parētes habuerint, sed cui⁹ meriti sint. Sed & sine genealogia est Melchisedec, quia noui testamētī sacerdotes & ministri altaris vxores habere non possunt. Quas si habere voluerit, p̄fiteatur se esse sacerdotes Iudaicę institutionis, nō Christianę. Nec initiū dierū, nec finē vitæ habet Melchisedec: quia sacerdotiū ei⁹. i. sacerdotiū Christi & ecclesiæ est eternū, & i. præteritū, & in futurū. Sacerdotiū autē Aarō. i. populi Iudeorū & principiū habuit, & finē. Sed sacerdotiū Christi p̄cipio caret & fine, quia electi sum⁹ in ipso ante mūdi cōstitutionē, & sine fine pro nobis interpellat. Talis & tātus est Melchisedec, sed in omnibus his quę dicta sunt, [assimilat⁹ est filio dei:] quoniam in omnibus gessit vmbra veritatis, quæ in Christo lucet, & [manet sacerdos in perpetuū,] nō quod adhuc viuēs sacerdotio fugatur, sed quoniā scriptura finē sacerdotij eius nō narrat. Nā de aliis sacerdotibus legitur quādo mortui sunt, & quod alij loco eorū succedere, sicut de Aarō iuenitur qualiter obierit, & quis ei p̄tiffex successerit. Sed de Melchisedec nō legitur quod aliquādo mortuus sit vel sacerdotiū perdidit. Moyses enim sicut mortē ei⁹ tacuit, ita eū aliquādo fuisse vel amisisse sacerdotiū suum minimē retulit. Manet ergo sacerdos in p̄petuū quia sacerdotio ei⁹ nullū aliud sacerdotiū succedit, vt Leuitico: sed eius institutio quādiu mūd⁹ steterit, p̄manebit. Nā ipse panē & vinū obtulit deo pro Abraam, & quotidie panē & vinū deo sacerdotes offerūt pro salute fidelī: atq; panis ipse & vinū fiunt corpus & sanguis Christi, ac permanent in æternū, ita vt vitā æternā dignē accipientibus conferāt. Propter ista rectē dicitur Melchisedec manere sacerdos in perpetuū, quia nullus alius ritus instituetur, per quē eius oblatio mutetur, & quia Christū designat perpetualiter interpellantem pro nobis.

*Intuemini autem quantus sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis. Abraā patriarcha. Et quidem de filiis Leui sacerdotium accipientes, mandatū habent decimas sumere à populo secundum legē id est, à fratribus suis, quanquam & ipsi exierint de lumbis Abraæ. Cuius autē generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraam: & hunc qui habebat repromissiones, benedixit: Sine vlla autem contradictione, quod minus est, à meliore benedicunt.*

Immoratur

**A** Immoratur Apostolus in cōmendatione dignitatis Melchisedec, præferens eum Abraæ, quem Iudæi extollunt & de quo gloriātur, quē Christo præponere volunt, dicentes: Nunquid tu maior es patre nostro Abraam? Quasi dicat: Ex supradictis vidistis qualis fuerit Melchisedec. Sed nunc [intuemini, id est, interius considerate quātus sit hic. Intuemini, id est, interiori visu cum magna diligentia, vtpote magnū quid inspicite, [quantus, id est, quantæ dignitatis & sanctitatis ac perfectionis [sit hic] intelligēdus, [cui] non solum multas alias venerationes, sed [ & decimas dedit Abraam] qui est [patriarcha, id est, princeps patrum, cuius sanctitatē patres imitati sunt. Et non de viliioribus, sed [de præcipuis] ac melioribus dedit ei decimas, velut de equis, vestibus, loriceis & aliis, quæ præcipua videri poterant inter cætera. Vnde maximus apparet & inestimabilis magnitudinis esse, cui pater aliorum patrū decimas dedit, in quo se longe inferiorem illo esse reputauit, & illum meliorem, cui meliora & præcipua offerebat. Melchisedec (vt dixi) decimas ab Abraam accepit, in quo præfertur Abraæ, & ita cunctis filiis Leui, id est, sacerdotibus veteris legis. Et quidem taliter apparet quantum ipse præmineat cunctis illis sacerdotibus, quia non omnes filij Leui, sed [quidam de filiis] eius [accipientes sacerdotiū] per electionem & cōsecrationem aliorum, [habent mandatū sumere decimas.] non enim aliter auderent. Mandatū istud habent [secundū legem, id est, secundum legis institutionem, sine cuius autoritate nunquā præsumerent. Vnde secundum legem, id est, non aliter quā præcipit lex. .i. vt nec plus, nec minus, nec alio modo accipiet, quā in lege decretum est. Accipiant [à populo] Hebræorū, id est, à fratribus suis: hoc est, ab hominibus eiusdem dignitatis, quos nullo modo poterant dignitate superare, nisi quia erant sacerdotes cōstituti in lege. Tāta est enim excellentia sacerdotij, vt etiam similes genere, multo amplius digniores sint fratribus suis. Decimas inquam sumebant à populo, non tamen minori, vt erant profelyti, sed à fratribus suis secundū carnem non inferioribus: [quāmq; & ipsi] fratres qui eas dabant, [exierint de lumbis Abraæ. i. descēderint de propagine Abraæ: hoc est, quāuis & sacerdotes & populus eiusdem dignitatis essent in origine generis, tamen præceptione legis & autoritate populus cogebatur vt eis decimas persolueret, sed Melchisedec à nullo homine accepit officium sacerdotale vel consecrationem, neque præceptū habuit vt decimas sumeret, vel ab aliquibus exigeret. & cum filij Leui, non à minoribus, sed à cōparibus, vtpote à fratribus decimas accipiant, iste ab Abraam accepit, nō vt à compari vel fratre, sed vt à minori, quia non fuit ex illa progenie. Non enim Abraam incircūciso alienigenæ decimas dedisset, nisi excellentiorem esse sciret, in quo & Leuitici sacerdotes decimas ei persoluerunt. Filij Leui sumebāt à fratrib⁹, sed ille [cuius generatio. i. posteritas filiorum, quia nulla est, vel etiam si esset, [nō annumeratur in eis, id est, in filiis Leui, nec aliquam cōsanguinitatem habere cum eis refertur, [decimas sumpsit ab

Abraam.] Quē sic per omnia superauit, vt nulla vis esse facta possit intelligi, quādo illi Abraæ decimas ex omnib⁹ persoluit, sicut populus Iudæorum quadam vi & necessitate compellebatur dare suis decimas sacerdotibus. Horū sensus ita breuiter panditur: Tali modo patet Melchisedec digniorem & maiore esse filiis Leui, quia ipse ab Abraam maiore omnibus illis decimas sumpsit vt à minori, Leuiticus autem ordo non à minori se, sed à fratribus accepit. Nam si Leuitici sacerdotes etiā paribus genere, id est, fratribus suis præstantiores erant sacerdotij consecratione & legis institutione, quoniā decimas ab eis accipiebant, tunc Melchisedec dignius præfertur Abraæ, à quo decimas accepit quasi sacerdos à laico, & filius Leui quos in eius lumbis decimauit. Nō enim Melchisedec & Abraā eiusdem generis esse leguntur, vt vel in genere pares esse possint. Et si Melchisedec qui fuit signum & vmbra, præfertur Abraæ & omnibus Leuiticis sacerdotibus, quanto magis Christus qui est veritas & corpus? Dixit quia decimas sumpsit ab Abraam, [ & ] etiam benedixit eum, per quod magna eius excellentia declaratur, qui tam magnum patriarcham, [qui habebat,] hoc est, qui tam firmiter credebat ac si iam haberet [repromissiones, id est, iteratas ad se diuinitus promissiones, [benedixit, id est, sacrauit, hoc est, illum benedixit, cui deus benedictionē repromiserat. Cuius benedictione Abraam factus est sacrator, & non benedixit eum, sed decimas ei dedit, vt minor maiori. Abraam ab eo percepit benedictionem, sed [sine vlla contradictione] verum est, quia illud [quod minus est, benedicitur] à maiore vel [à meliore.] Nemo enim cōtradecere potest huic rationi, sed omnes hoc constare nouere, quia omne quod benedicitur, minus est benedicente. Omnis enim qui benedictionem ab aliquo suscipit, in ipsa susceptione probatur esse minor. Sed Abraam (vt sæpe dictum est) benedictionem suscepit à Melchisedec in tempore maioris suæ dignitatis, dum cum triumpho rediret de prælio. Ergo minor esse non potest negari: & si tipus Christi, id est, Melchisedec maior est promissiones habente, quā est ipse Christus.

*Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt, ibi autē cōtestatur quia viuit. & vt ita dictum sit, per Abraam & Leui qui decimas accepit, decimatus est. adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiauit ei Melchisedec.*

Et adhuc alia ratione intuemini dignitatem Melchisedec, quia [hic quidem, id est, in hoc loco scripturæ, vbi agitur de Leuiticis sacerdotibus, [accipiunt decimas homines moriētes, id est, ad mortē quotidie per multas miseras vergentes: hoc est, de illis loquitur scriptura sicut de hominibus, quorū alij moriuntur & alij succedunt: sed [ibi, id est, vbi sermo est de Melchisedec, [cōtestatur] scriptura [quia] ipse [viuit,] dum de vita eius loquitur, & de morte nihil dicit. Per quod dignior omnibus aliis sacerdotibus

**G**bus sufficienter ostēditur. Contestatur enim. i. simul tota illa scriptura quæ de eo est, testatur, quia uiuit. Et cū filij Leui sint morientes, & iste uiuens, apparet quis sit præferendus. Et alio adhuc modo patet eum esse maiorem filiis Leui, quoniã Leui qui decimas accepit, ipsi Melchisedec decimas persoluit, & hoc est. Quia [ & Leui. i. illa tribus Leuitica, vnde sacerdotes Deus elegit, & ille quoq; electus ordo, [qui decimas] ab omnibus aliis [accepit, decimatus est] à Melchisedec. i. decimas ei persoluit, & hoc [per Abraam.] non enim proprie in sua persona Leui decimas dedit circuncisus sacerdos incircunciso. Sed vt ita dictū sit cōstans, nō per se decimatus est, sed per mediū. i. per Abraam patrē suū. [Adhuc enim erat in lūbis patris] ipse Leui pater sacerdotalis profapia. i. nondum exierat inde secūdū geniturā, quādo Melchisedec obuiauit Abraæ. Et ideo totus ordo Leuiticus ipsi Melchisedec astrictus est in eodē debito & eadē subiectione in qua Abraam pater eius. Adhuc enim vnū quid erat Leui cū illo, quoniam post genitus est ab ipso. Et ideo necesse est vt eidem **H** subiiciatur, cui subiectus est pater eius antequā illū genuisset. Vnde patet sacerdotiū Iudæorū esse subiectū sacerdotio Christianorū. Decimatus est enim Leui per Abraam à Melchisedec, quoniã adhuc in lūbis patris erat decimas dantis. Nā sicut Adā peccāte, qui ī lūbis eius erāt, peccauere: sic Abraā decimas dāte, qui in lūbis eius erāt, decimati sunt. Sed hoc nō sequitur in Christo, quāuis esset in lūbis Adæ & Abraæ, quia nō secundum cōcupiscentiam carnis inde processit. Nō enim & ille ibi decimat⁹ est, cuius caro inde nō feruorē vulneris, sed materiā medicaminis traxit. Nā cū ipsa decimatio ad præfigurandā medicinā pertinuerit, illud in Abraæ carne decimabatur qđ curabatur, nō illud vnde curabatur. Et ita Christ⁹ nō est inferior Melchisedec, quia nō est decimatus ab eo, sicut Leuiticus ordo, qui ei per Abraam decimas soluit. Eadē nanq; caro non Abraæ tantum, sed ipsius primi hominis, simul habebat & vulnus præuaricationis & medicamentum vulneris. Vulnus præuaricationis in lege membrorū repugnante **Roma. 7.** legi mentis, quæ per omnem inde propagatam carnē seminali ratione quasi transcribitur: medicamentum autem vulneris in eo, quod inde sine opere cōcupiscentiæ in sola materia corporali per diuinam conceptionis formationisque rationem de virgine sumptum est, propter mortis sine iniquitate consortium, & resurrectionis sine falsitate exemplum.

*Si ergo consummatio per sacerdotiū Leuiticum erat, populus enim sub ipso legem accepit, quid adhuc necessariū fuit secundum ordinē Melchisedec aliū surgere sacerdotem, & nō secundū ordinem Aaron dici? Translato enim sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat.*

Prætulit hætenus sacerdotium Christi, quod est secundum ordinem Melchisedec, Leuitico

& nunc addit qđ sacerdotium Christi Leuiticū **K** destruat, quo destructo, necesse sit & legem destrui secundū carnales obseruātiās. Ac si dicat: Quoniam superius dictum est Christum esse sacerdotē secundum ordinē Melchisedec, & omnes legem habentes nouere hoc esse futurū, ergo quid necessitatis extitit, vt nō iuxta Aaron, sed iuxta Melchisedec surgeret iste nou⁹ sacerdos, sub quo perfecta daretur iustitia? [Si consummatio, id est, perfectio iustitiæ [erat,] id est, dabatur vel fiebat, [per sacerdotium Leuiticū,] cur alio ordine nouus adhuc sacerdos prophetatus est surrecturus? Nam si Leuiticum sacerdotium (vt Iudæi putabant) cōsummabat, frustra surgeret alius secundum Melchisedec. Sed surgit alius, & nō frustra, cum diuino sit prænūciatus oraculo. Ergo illud nō cōsummabat. Sed cur consummare videretur, interponitur causa [populus enim sub ipso legem accepit.] Nam quia sub illo sacerdotio data fuit lex, in cui⁹ obseruantia consummatio putabatur esse, ideo putabatur consummatio per sacerdotium, quoniã lex & data est sub illo, & administrabatur per ipsum, sed non erat per ipsum cōsummatio. Nā **L** si hoc esset, nūquam alius sacerdos quæreretur, qui alio ordine consummationem daret. & hoc est: Si consummatio iustitiæ sicut Iudæi putabant, erat per sacerdotium Leuiticum, [ergo] postquam illud vetus daret consummationem, [quid adhuc necessariū fuit,] id est, quid causæ, quid vtilitatis extitit dici à deo per Dauid [surgere alium sacerdotem,] dum caneret, Tu es sacerdos in æternum [secundum ordinem Melchisedec, & non] diceret [secundum ordinem Aaron?] Hic est enim verus sacerdos, quia & à peccato liberat, & omnem iustitiæ consummationem præstat, quod illi facere nullatenus valebāt. Ideo necesse fuit, vt post illos adhuc alius surgeret, & secundum ritum & secundum tribū & secundum mores. Populus sub sacerdotio legē accepit & tenuit, & illud vetus nouo sacerdotio veniente mutatur. Vnde & legem similiter oportet mutari. Nam [translato sacerdotio] in nouum sacerdotiū, [necesse est, vt legis translatio fiat] in nouam obseruationem. Quia enim simul vtraque & ab eodem & sub eadem spon- **M** sione data sunt, necesse est vt quod de vno dicitur, de altero intelligatur. Neque enim lex sine sacerdotibus qui eam faciāt, potest manere: sed destructo sacerdotio, destruitur & lex, quæ non nisi sub eo stare valet. Sed destructum siue translatum est sacerdotium.

*In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu est, de qua nullus altario præsto fuit. Manifestum est enim, quod ex Iuda ortus sit dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses loquutus est. Et amplius adhuc manifestum est, si secundum similitudinem Melchisedec exurrexerit alius sacerdos, qui non secundum legem mādari carnalis factus est, sed secundum*

*A cundum virtutem vitæ insolubilis. Cōtestatur enim, quoniam tu es sacerdos in æternum secundum ordinē Melchisedec.*

Ostendit translātū esse sacerdotiū, vt sic sequatur & legis translationē esse factā. Verē sacerdotiū est translātum, quoniã & in aliā tribū, & in aliū ritū. Nam ille [in quo. i. in cuius cōsideratione] hæc dicuntur, [scilicet dominus Iesus propter quē cōmēdandū has disputationes facimus, nō ex tribu Leui, sed [de alia tribu est, de qua nullus præsto fuit] vnquā [altario, id est, nec minor, nec maior quisquā ex illa tribu secūdū legē ad altariū accessit, vt ministraret sacerdotali iure. Verē nouus iste sacerdos, qui æternum habet sacerdotiū, de alia tribu est, nam de Iuda. Et oportebat vt euacuatur⁹ sacrificia, quæ secundū ordinem Aaron in sacerdotio Leuitico fiebant, de alia tribu esset, nō de Leuitica, ne ad ipsum sacerdotium quod tēporaliter vmbra **B** erat futuri, pertinere videretur mundatio peccatorū, quam ipse oblatione sui veri sacrificij fecit. De alia tribu est. Nā [manifestum est quod idē dominus noster ortus sit ex Iuda, id est, ex tribu Iuda, vt eadē sit sacerdotalis & regalis, vt fuit Melchisedec rex & sacerdos.] [In qua tribu Moyses nihil de sacerdotib⁹ est loquutus. i. nō dixit vt aliquis de ea sacerdos esset, vel aliquid sacerdotale haberet. Quia ergo dominus Iesus qui de alia tribu est, sacerdotium accepit, patet quia translātū est sacerdotiū, nec in tribu Leui amplius manere potest: & ita carnales obseruātiæ sub illo datæ, statū vltius habere nequeūt post hoc. Dedit, iquit, superius rationē satis manifestā & cōuenientē, & adhuc præter istā dico aliā, ex qua amplius erit manifestum & euidentius omnibus, quia translātū est sacerdotiū. Manifestū enim est per tribum esse translātū, [ & amplius adhuc manifestū est] per ritū, quia hæc est manifestior & firmior probatio, amplius. i. largius & euidentius manifestū est, sacerdotiū esse translātū, si alio ritu obseruatur, videlicet [si secūdū similitudinē Melchisedec exurrexit alius sacerdos. i. si dominus Iesus extra oēs alios surrexit, vt oblatione sua mundaret populū suum ab omnibus peccatis, quod nullus alius facere potuit: & quēadmodū Melchisedec Abraæ panē & vinū sacratum dedit, ita & hic discipulis suis in eisdē speciebus corpus & sanguinē suū dedit. [Qui nō est factus] sacerdos [secundū legē mādari carnalis. i. secundū quod lex carnaliter mādatur: quia nō est vnctus in sacerdotē oleo materiali, nec carnalia pro eius ordinatiōe sunt oblata sacrificia, [sed secundū virtutē vitæ insolubilis, id est, æternæ, quæ nec solui, nec corrūpi vel destrui potest, quæ per spiritum sanctum datur, quo Christus inuisibiliter est vnctus in sacerdotē. Et verē secundum virtutē vitæ insolubilis est vnctus sacerdos, quia in æternū manet. Nam [cōtestatur, id est, simul propheta vel deus pater mecum testatur, [quoniã tu es sacerdos in æternum secundū ordinē Melchisedec.

*Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius &*

*inutilitatē. nihil enim ad perfectum adduxit lex. introductio verò melioris spei, per quā proximamus ad deum & quātum est, non sine iureiurando.*

Dederat rationes cur sacerdotiū sit translātum, & nunc similiter (vt cōsequens erat) profert causam & rationē translationis legis, dicens, [Reprobatio quidē fit præcedentis mandati. i. prisca legis [propter infirmitatē. i. debilitatē & imbecillitatem [eius.] Ostendendum enim erat, cur vetus mandatum quod carnales ceremonias obseruari præcepit, reprobaretur, cum deus illud dedisset, & nouum substitueretur. Ideo scilicet fit reprobatio. i. repudiatio præcedentis mandati, quia infirmum erat & inuolidum. Nam vt sit locus gratiæ sequenti, reprobratur mandatum præcedens. Quod ideo præcedens dicitur, quia aliud erat sequiturum. Vetus enim præcessit nouū, sicut vmbra corpus. Sed sicut veniēte corpore, vmbra præterit & in nihilū vertitur, ita vetus mādātū veniente nouo. Nā infirmum erat illud mādātū carnalium obseruatiarū. i. nō sufficiens per seipsum iustificationē dare. hoc enim quod per se solum quod vult adimplere nō potest, infirmum iudicatur. Et talis erat lex, quæ sine auxilio gratiæ nemine iustificare potuit. Et erat inutilis. i. verā vtilitatē cōferre nō valens, quia regnū cælōrū suis cultoribus dare non potuit, & nunc est inutilis omnino, i. nihil prorsus vtilitatis cōferens, imō perniciofa, si post aduētū Christi seruetur. Vere propter infirmitatē reprobatur, quia [nihil. i. nullum hominē] adduxit lex ad perfectum. i. ad perfectionē. Nā etsi aliqui perfecti sub ea fuerē, nō tamē ex ea perfectionē habuere, sed ex gratia. Lex enim etsi aliquid fecit, nō tamē plene iustificauit. Nā neq; regnū peccati ex toto potuit evertēre, nec perfectā innocentia aut perfectā iustitiā dare, nec vitā æternā acquirere, sed tātum bona tēporalia promittere. Nā timorē mortis incussit, nō amorē iustitiæ dedit: **P** nec in intimo cordis regnavit, licet in operib⁹ foris custodita sit. Et ideo iure reprobata est. Illa quidē reprobata est, sed loco ei⁹ fit [introductio melioris spei. i. cor nostrū penetrat & in illud introducit, vt in eo regnet gratia nouæ legis, quæ nobis spem vitæ æternæ tribuit, quā lex antiqua dare nō potuit, Illa enim pmittebat tēporalia, hæc pollicetur æternā. Et hæc virtutū cōsummationē largitur, quæ facit hominē sperare nō sospitatē, quæ citō transeat: nō copiā tēporaliū diuitiarū, nō multitudinē filiorū, sed potius vitā æternā, salutē indeficientē, deū omnia in omnibus existentem. [per quā] spem [proximamus ad deū,] quia dū terrena despiciamus & cælestia appetimus, mente deo propinquamus, & eius imaginē in nobis reformamus, atq; illi inhærere cupimus, vt vnus cum eo spiritus efficiamur. Introductio fit melioris spei, [ & quātū est. i. quām magnū & quām mirabile est, quod [nō sine iureiurādo] fit, sed cū iureiurādo. Dū enim deus iurat Christū esse sacerdotē in æternū, qui sine fine pro nobis interpellat, cum iureiurādo spem nobis dat meliorem. Alij



## AD HEBRÆOS

**G** Alij quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt, hic autē cū iureiurando per eum qui dixit ad illum, Iurauit dominus & nō pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum. Intantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus.

Magnum est quod talem spem nobis deus in sacerdotio Christi cum iuramento dedit. Nam [alij quidem, id est, Leuitici sacerdotes lōge ab eo discreti, facti sunt sine iureiurando, quasi quādoque mutādi. sed [hic, id est, qui nunquam mutandus erat, factus est [cum iureiurando per eū qui] omnia potest, id est, per deum patrem, qui iurando [dixit ad illum, Tu es sacerdos in æternum.] hæc est sententia. Sed vt magis ostendat deū iurasse, interponit ipsa verba prophete hoc afferentis, [Iurauit dominus. i. inconculsa veritate firmavit, [ & nō pœnitebit eū. i. hoc sacerdotium nulla ratione mutabit. Neq; enim sicut hominē pœnitent deum. Sed Dei dicitur pœnitentia, quæuis ab illo instituta rei cuiusq; mutatio, quæ credebatur esse mansura. Proinde cū dicit, nō pœnitebit eum, tu es sa. & c. satis ostendit eū pœnituisse de institutione prioris sacerdotij, hoc est, mutare voluisse sacerdotiū quod constituerat secundum ordinē Aaron. Vnde satis apparet quātū iste sacerdos omnibus illis sacerdotibus sit dignior. De isto iurauit dominus quod in æternum maneat. [intantum factus est] ipse [Iesus sponsor melioris testamenti]. i. promissor melioris hæreditatis quā illi. Illi enim per vetus testamentū, spondebant terrenam & tēporalem hæreditatē, hic autē per nouū spondet cælestem & æternam. Testamentum quippe vocabatur chirographum hæreditatis, quod ille qui moriebarur, relinquebat ei quem post se constituebat hæredem. Et Iesus dominus moriens nouum testamentū nobis reliquit, in quo nos regni cælestis hæredes fore spondit, & ipse sacerdos ac mediator eiusdē testamēti esse voluit. Vetus autem testamētum morte brutorum animalium est dedicatum, & ideo vetustis hominibus terrenā spondit hæreditatē. Lōge itaq; melior illis priorib⁹ est sacerdos Iesus, melius testamentum eius, melior promissio.

**H**entia, quæuis ab illo instituta rei cuiusq; mutatio, quæ credebatur esse mansura. Proinde cū dicit, nō pœnitebit eum, tu es sa. & c. satis ostendit eū pœnituisse de institutione prioris sacerdotij, hoc est, mutare voluisse sacerdotiū quod constituerat secundum ordinē Aaron. Vnde satis apparet quātū iste sacerdos omnibus illis sacerdotibus sit dignior. De isto iurauit dominus quod in æternum maneat. [intantum factus est] ipse [Iesus sponsor melioris testamenti]. i. promissor melioris hæreditatis quā illi. Illi enim per vetus testamentū, spondebant terrenam & tēporalem hæreditatē, hic autē per nouū spondet cælestem & æternam. Testamentum quippe vocabatur chirographum hæreditatis, quod ille qui moriebarur, relinquebat ei quem post se constituebat hæredem. Et Iesus dominus moriens nouum testamentū nobis reliquit, in quo nos regni cælestis hæredes fore spondit, & ipse sacerdos ac mediator eiusdē testamēti esse voluit. Vetus autem testamētum morte brutorum animalium est dedicatum, & ideo vetustis hominibus terrenā spondit hæreditatē. Lōge itaq; melior illis priorib⁹ est sacerdos Iesus, melius testamentum eius, melior promissio.

**I** Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere. Hic autem eō quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium. Vnde & saluare in perpetuū potest, accedens per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis.

In eo quod alij sine iuramēto, hic autem cum iuramento factus est sacerdos, apparet (vt dictū est) eius excellentia: & in hoc etiam, quod alij sunt plures, quia morientes: hic autē vnus, quia semper viuens. Nam [alij quidem, id est, Leuitici longe ab eo dissimiles [facti sunt sacerdotes]

non vnus, sed [plures] per multas successiones, K dum alij morerentur & alij succederent, [idcirco quod à morte prohiberentur, id est, eō quod mors prohiberet eos in hac vita [permanere.] Idcirco enim plures constituti sunt, alij post alios, quoniā necessitate mortis interueniente, prohibiti sunt in sua dignitate permānere, id est, ex toto manere. Mansit quidē ad tempus vnusquisque illorum, sed nullus permansit. [hic autem] de quo loquimur, permanet: hic quem magnificare intendimus, [habet sempiternum,] id est, semper æternū [sacerdotium, id est, officium dandi sacra populo, & interpellādi pro eo. Nō enim quisquā iam ei succedit in sacerdotio, nec finem habet eius sacerdotium, [eo quod] ipse [maneat in æternum.] Nam resurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi vltra nō dominabitur. [Vnde] quia manet, & habet manens sacerdotium, [potest & saluare in perpetuum.] Ostendit Apostolus quia sacerdotium eius destruit vetus sacerdotium & veterē legē, & nunc commendat actum ipsius. Vnde, inquit. i. quia sempiternum habet sacerdotium, quod non habet omnis turba sacerdotum, non solum potest pro nobis intercedere, sed etiam saluare. i. salutem illis quorum est pontifex, dare, non ad tempus, sed in perpetuū. Hic euidenter apparet insipientia eorū, qui putabant Christum sine carnalibus obseruatiis ad salutē nō posse sufficere. Potest in æternū saluare, quia & hoc indicat nomen eius, quod est Iesus. i. saluator. Ipse dico, [accedens ad deū] nō per aliquod medium, nō per angelū, non per aliam creaturam se digniorem, sed [per semetipsum ad secretorum participationē accessit, vt voluntatē patris cognosceret, & eū peccatorib⁹ placidū ac propiciū faceret. Ad similitudinē alicuius sapientis & potētis dictū est, qui ad regē vel aliam magnā personam, nō per aliū admittitur, sed per semetipsum intrat, & quicquid ipse vult operatur. Meritō enim per seipsum accessit, per quem & omnes alij accedūt, sicut ipse loquitur, Nemo venit ad patrem nisi per me. Vel non per alienas hostias accessit ad deum nobis placandum, sed per semetipsum, offerens se in ara crucis. Ipse dico, post resurrectionē [semper viuēs ad interpellandū pro nobis,] quia ad hoc ei data est vita perennis, vt semper deum patrē interpellat vt bonus mediator pro vita & gloria nostra. licet enim propter gloriā suā viuat & propter obedientiæ suæ remunerationē, tamē ad hoc etiam viuat, vt semper seipsum offerat. i. patri ostendat ad nostram gloriā & exaltationē. Ex ea enim natura qua pontifex est. i. humana, quam cælis intulit, interpellat ipse & intercedit p nobis. Quia ergo per semetipsum accedit ad deum, & semper viuat ad interpellandum pro nobis, viuūq; semper habet sacerdotium, patet quod saluare nos in perpetuum potest. Alij verō sacerdotes nec semper viuunt, nec saluare possunt.

**M** Talis enim decebat vt nobis esset pōtifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus & excelsior cælis factus.

Dixi

**A** Dixi quia per semetipsum accedit ad deū, & semper viuat ad interpellandū. Nam hoc decebat. i. cōgruū erat, [vt nobis] filiis [esset talis pōtifex.] Serui verō alios habuere. Noster debuit esse sanctus. i. omni perfectione virtutum, in se ipso cōsummat, & [innocēs,] quantū ad proximum, nemini vnquam faciens quod noceret: & [impollutus. i. cuius sanctitas & mūditiā per alicuius peccati consensum & delectationē nūquam esset polluta: & [segregatus à peccatoribus. i. seorsum factus à grege peccatorū, vt nullo peccati neuo teneretur in grege eorū, vt pote sine carnali cōcupiscentia per spiritū sanctū conceptus & natus. Vel sanctus interior, innocens manibus, impollutus corpore, segregatus à peccatoribus, id est, ab omni peccato immunis, & à grege cæterorū sacerdotū separatus, inter quos nullus sine peccato. [ & fact⁹ excelsior cælis,] vt ibi ministret in superno altari. Vel segregatus à peccatoribus, vt iam cōuersatio eius nō sit inter mortales, qui quādiu sint in hac vita, peccato carere nō possunt: & excelsior cælis factus. i. super omnes cælestes creaturas eleuatus, ita vt eius magnitudo vel sublimitas magnitudinem primorū sic transcendat angelorū, vt inter ipsum & angelos nulla possit fieri cōparatio secundum magnitudinem & excellentiam.

**B** Qui non habet necessitatē quotidie, quemadmodū sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. hoc enim fecit semel seipsum offerendo. Lex enim homines constituit sacerdotes, infirmitatem habentes: sermo autem iurifurandi, qui post legem est, filium in æternum perfectum.

**C** Adhuc ostendit eum digniorē Leuiticis sacerdotibus & potētē saluare. [Qui] cū talis sit, qualē descripsit, [nō habet necessitatē quotidie offerre hostias prius pro suis delictis, quēadmodum sacerdotes] illi habebāt, quia quotidie delinquebant, & quotidiana mundatione indigebant. Dicit eum non habere necessitatē offerre quotidie non quod aliquando hunc habere huiusmodi necessitatē velit intelligi, sed vt ab eo remoueat, quod illis conueniebat. Nō indiget, vt illi per singulos dies offerre prius pro suis delictis, ac [deinde pro] delictis [populi.] Nō indiget quotidie offerre, quia [hoc semel,] nō tamē pro suis, sed pro populi delictis [fecit.] Nec fecit hoc, [offerendo taurum] vel hircum, sed [seipsum:] quia non inueniebatur alia hostia, quæ digne posset offerri pro expiatione populi: nec alius sacerdos, qui dign⁹ esset illā offerre. Quis enim tam iustus & sanctus sacerdos, quā vnicus dei filius, qui non opus haberet per sacrificium sua purgare peccata, nec originalia, nec actualia? Et quid tam congruenter pro hominibus offertur, quā humana caro? Et quid tam aptū immolationi, quā caro mortalis? & quid tam mundum pro mundanis vitiis mortalium, quā sine vlla contagione carnalis concupiscentiæ caro nata in vtero & ex vtero virginali?

& quid tam gratē offerri ac suscipi posset, quā caro sacrificij nostri corpus effectum sacerdotis nostri? Vt quoniam quatuor considerantur in omni sacrificio, quid offeratur, cui offeratur, à quo offeratur, pro quibus offeratur idē ipse vn⁹ verusque mediator per sacrificium pacis reconcilians nos deo, vnus cum illo maneret cui offererebat, vnus in se faceret pro quibus offerebat, vnus ipse esset qui offerebat & quod offerebat. Semel hoc obtulit, quia nō fuit opus repetitione. Sufficit enim omnibus, & ideo non est necesse iterari. Nam adeo magnum est hoc sacrificium, vt quāuis vnus sit & semel oblatum sufficiat ad æternitatē. Dixi quia sacerdotes indigebant quotidie offerre non solum pro populi delictis, sed & pro suis: & hoc ideo fuit, quia [lex homines constituit sacerdotes,] non immortales iam, sed adhuc [habentes infirmitatē, id est, fragiles ad peccādū, & ex ipsa corruptione naturæ mortalis procliuēs, vt pote homines puros, & conditionem humanæ fragilitatis vitare non valentes. Ideoq; (sicut dictum est) necessariū fuit illis ita offerre pro suis delictis, si cut pro populi. Hoc remedio idiguit Phinees, hoc Ioiada, hoc Zacharias, hoc ipse Aaron, & quicunq; alij in illo sacerdotio laudabiliter iustitiamque vixere. Solus noster sacerdos ab hac necessitate liber fuit. Lex quidem constituit tales, sed [sermo iurifurandi qui post legem est] dictus à propheta David. i. promissio patris facta cum iureiurando, constituit sacerdotem nō hominē infirmum & procliuem ad peccandum, sed [filium] sibi comparem, & in omni sanctitate [perfectum,] ita vt perfectio illa nunquam defectū vel finem habeat, sed [in æternum] maneat. Perfectus quippe erat, quem nec fragilitas peccare faciebat. Et in æternum perfectus manet, quia eius perfectio nunquam potest minui. vel in æternum sacerdos est constitutus, non ad tēpus, vt alij sacerdotes. Sermo iurifurandi est post legem, ne si fuisset in lege, dicerent Iudæi illud iuramentum esse completum in lege per suum sacerdotium. Post legem ergo est, vt per hoc lex insufficiens esse demonstraretur. Si enim sufficiens esset, nō post eam aliud per quod impleretur, fuisset pronunciatum. Per hoc etiam ostenditur, hunc esse sacerdotem alio ritu & sacerdotio, quā secundum legem. Ex quibus omnibus apparet, hunc per se posse ad deum accedere & perpetualiter saluare, atque carnales obseruantias legis superfluere.

## CAPVT VIII.

**C** Apitulum autem super ea quæ dicuntur. Talem habemus pontificem, qui concedet in dextera sedis magnitudinis in calis, sanctorum minister & tabernaculi veri quod fixit deus, & non homo.

Ab eo loco quod dixit, vnde & saluare in perpetuum potest, ostendit multis rationibus, quod potens sit saluare. Nunc quoque quadam breui & ca-

**G** & capitulari ratione vult illud idem comprobare, & quoddam certius apponere. Quasi dicat: De eo multa dixi, sed nunc de his facio capitulum, id est, quandam breuem comprehensionē. Capitulum enim brevis multorum complexio est, sic dicta, quia breuiter capiat totā summā. Nā per hoc quod diminutiū est capitulum, designatur breuitas: & per hoc quod venit à capite vel à capio, intelligitur quod magnū sensum capiat, & sit breue caput multorum, quæ late differuntur. Loquor (inquit) multifariē de pōtīficatu Christi, sed quod nunc appono, est capitulum super ea quæ dicuntur] hactenus à me de illo .i. hoc breue quod nunc dicturus sum, superat illa multa superius dicta, quia dignius laudē Christi cōtinet quā illa, & firmiter ac certius declarat hunc esse potētē saluare in perpetuū. Quia licet superius dictum sit, eū esse factū excellētiōrē cælis, nō tamē ex necessitate vocum ita probatus est sublimatus esse super cælos, vt nō possit sublimius exaltari. Quod nunc in capitulo manifestē ponitur, vt intelligi oporteat illum intātū esse sublimatū, vt nō possit ascendere altius, vt maior fieri nequeat, vt in sede maiestatis cum patre sedeat, cum dicitur, Talē habemus &c. Hinc enim incipit capitulum. [Talē,] id est, tam gloriosum, tā celsum, tam potentem [habemus pontificē, qui confedet. i. cum patre sedet in regali solio maiestatis, hoc est cū patre regnat & iudicat & quiescit: & hoc [in dextera sedis magnitudinis in cælis. i. sic sedet cum patre, vt maneat in æqualitate regni patris: hoc est, æqualis sit patri in regno & magnitudinem gloriæ regni possideat, vt pater in cælis .i. in cælesti patria, vt omnes cælōrū virtutes glorificent eū, sicut & patrē. Ille ergo quē in regno & omniū creaturarū gubernatione cōstat esse deo æqualem, bene potest in perpetuū saluare suos, & ad vitā æternā perducere. Vel confedet. i. secundū animā & secundū corpus sedet, hoc est, quiescit & permanet, in dextera sedis magnitudinis in cælis. i. potiori parte quietis dei, qui est magnitudo in cælis. i. in sanctis angelis, quia magis eos facit, manēs in eis. & ipse pater qui est magnitudo cælōrū, nō potuit eū magis magnificare, quā vt super omnia eum exaltaret in æterna beatitudine. Quia verō iste pōtīfex tam dignus & tam potens nostram salutem semper operatur, congruē subditur: [sanctorum minister. [Nam æternā beatitudinē per sancta sanctorum designatā, & in præsenti incipit nobis ministrare, dans charitatem ac perseverantiam, etiam in futuro perfectius ministrabit. Nā præcinget se & transiens ministrabit illis, quos in regno discumbere fecerit. Quod cæleste regnū dicitur sancta sanctorum .i. dignissimū omniū aliorum sanctorum: quia ibi perfectē viuitur in sanctitate, vbi est vita in bonis sine peccati cognitione. Ibi videlicet nihil fit quod deo displiceat, quod oculos maiestatis offendat. Et hæc sancta sanctorū Christus nobis ministrat, dum religiosam interim præstat vitā, vt dicere possimus, Nostra cōuersatio in cælis est. & postmodum nos introducit in ipsum æternæ felicitatis secretū, dicens: Intra in gaudiū domini tui. Vel minister sanctorū & sacerdos à patre est istitu-

tus, vt omne bonū ministrat eis, qui iam sunt in sanctis sanctorū .i. in sanctuario perpetuæ beatitudinis. Vel potius deo sicut verē summus pōtīfex pro nobis ministrat in sanctis sanctorum, dum patri carnē pro nobis assumptam semper ostēdit, & memoriā suæ passionis repræsēntat, vt eum erga nos ad pietatē flectat. Sic est minister sanctorum [ & tabernaculi, ] nō vmbatilis, nō præfigurātis, sed [ veri. i. significati tabernaculi hoc est æterni sanctuarij, quod significatū est per tabernaculum Moyfi. Sed quia & illud prius tabernaculum fuit quodāmodo verum. i. de veris pellibus & cortinis instructū, ideo additur: [Quod deus fixit, id est, firmum & inuolabile posuit atq; fundauit, [ & nō homo, id est, ita fuit, vt ibi nō esset admixta hominis operatio. Cū enim Moyfes iuuatē deo vetus tabernaculum figeret, ibi figebat deus cum homine. Sed hoc verum tabernaculum, id est, hanc beatam & serenam æterni sanctuarij mansionem & gloriam deus solus fixit, deus ab initio parauit electis suis. Et ibi iam pontifex est, qui sine intermissione pro eis interpellat, sicut olim in sancta sanctorum veteris tabernaculi semel in anno solus pontifex intrabat, vt oraret pro populo. Et ille pontifex erat minister sanctorum, præfigurans hunc redemptorē nostrum æternæ beatitudinis ministrum, in quam ipse cum carne quam pro nobis fecit sacrificium ingressus est, vt ibi pro salute populi roget. Hoc de capitulo diximus. Post cuius finem subditur:

*Omnis enim pontifex ad offerenda munera & hostias constituitur. Vnde necesse est & hunc habere aliquid quod offerat. Si ergo esset super terram, nec esset sacerdos, cum essent qui offerrent secundum legem munera, qui exemplari & vmbra deseruiunt cælestium, sicut responsum est Moyfi, cum consummaret tabernaculum: Vide, inquit, omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte.*

Dixi quia Christus est minister. Nā omnis pontifex constituitur ad ministrandū: [Omnis pontifex,] tam maior quā minor, [constituitur] secundū legē [ad offerēda munera,] vt primitias frugū, panes propositionū [ & hostias, ] vt immolationes taurorum & hircorū: hoc est, omnis pontifex ad hoc cōstituebatur, vt offerret: & per oblationē pro populo quod poscebat, impetraret. [Vnde,] quia omnis ad offerēdum cōstitui solet, [necesse est & hunc] nostrū pōtīficē [habere aliquid] secum in cælis, [quod offerat] assidue pro nobis. Hoc est dicere. Quia omnis pontifex est minister, igitur necesse est (nisi falsa fuerit vnīuersalis affirmatio) quod & hic sit minister. dū enim dicimus quod omnis offert, intelligimus quod omnis ministrat. hoc est enim eius officiū, vt offerat & ministrat domino. Et quia necesse est & hunc habere aliquid, quod pro salute mundi offerat, [ergo] si illud

**A** illud aliquid [esset super terram, id est, si in hoc mundo potuisset inueniri, quod digne pro totius mundi peccato quiuisset offerri, etiam sacerdos aliquis non esset dignus illud sacrificiū offerre, quauis essent qui iuxta ritum legis offerrent, & ideo Christus sacerdos mundus, se ipsum obtulit mūdum sacrificium. Vel ita melius: Quoniam ipse confidet in dextera sedis in cælo, & est ibi minister ac more pontificis offert, ergo si esset adhuc super terrā, id est, si nōdum introisset in sancta sanctorum, hoc est, in interiora cæli, non dicam quod esset pontifex, sed [nec etiam sacerdos,] vt ex necessitate cōprobetur, quia si pontifex qui in perpetuū saluare potest, in cælo pro nobis offert & intercedit, tunc sacrificium Iudæorū non vtrā est nobis necessarium. Quoniam sacrificiū in ara crucis semel oblatum, sufficit ad ablutionē peccatorum & ad omnia, ideoq; tam superflua sunt vmbra carnales, cum pro nobis veritas agat in veritate. Quandoquidem ipse est pōtīfex & minister in vero tabernaculo, & per suum sanguinē introiuit in vera sancta sanctorū, ergo si post resurrectionē suam remansisset in terra, & sacerdotium peragere vellet in vmbra, non esset dicendus sacerdos, qui superflue fungeretur sacerdotali officio, nec etiam posset esse vt ille de alia tribu fieret sacerdos in lege. Non esset (inquam) sacerdos, cum adhuc essent multi alij sacerdotes de tribu Leui, sacerdotiū suū iuxta legis mandatum exequentes. Tandiu enim debuit vmbra manere, & sacerdotium legis existere, quousque verus sacerdos, verum sacrificium offerret in significato tabernaculo & veritate. Qui verum sacerdotium super terram exequi non posset, neque sacerdotiū legis adipisci, cū essent multi alij qui hostias & [munera secundum legem offerrent.] Nam ex alia tribu natus nō admitteretur secundum legem ad sacerdotium, & superflue carnalia offerret, cum essent ex tribu Leui qui sufficerent offerre talia. Nec super terram, id est, in carnalibus vlla ratione poterat sacerdos existere, ne forte retur eadem dignius offerre. Propter quod & de illis sacerdotibus additur, [qui deseruiunt exemplari & vmbra cælestium, id est, valde & studiose seruiunt ac plene omnia implent, & ita frustra hoc sacerdotiū assumeret ipse. Quia adhuc hodie deseruiunt exemplari & vmbra, non quod maneat exemplar & vmbra in veritate, sed quantū ad representationē scripture, quæ sic agit adhuc de ordine sacerdotū, ac si repræsēntetur sub oculis nostris officiū illorū. Qui deseruiunt & subditi sunt legi, sacrificantes & carnales obseruantias secundū quod lex præcipiebat, consummantes, quæ fuere exemplar, & quædam figura cælestium. Et quia est aliquod exemplar, vbi maior est veritas quā in illa re, cuius est exemplar, sicut Christus est exemplar omniū fidelium & etiam cælestia terrenorum, deo supponit vmbra, vt ostendat minus esse dignum exemplar. Vetus enim tabernaculum dicitur exemplar cælestium. i. ecclesiæ, cuius pars est in cælis, & pars sequutura peregrinatur in terris, quia ad similitudinē illi facta est spiritualis ecclesia. Et sicut vmbra deterior est corpo-

re, sic illud tabernaculum vmbra erat & inane **D** ad cōparationem ecclesiæ. Deseruiunt, inquit, exemplari. i. figuris & quia exemplar aliquādo est veritas nō figura, sicut liber ad cuius similitudinē fit alius liber, addit, & vmbra. Quia oīa quæ in illo tabernaculo facta sunt, nō erant nisi vmbra veritatis leuiter abitura veniente Christo. Exemplari deseruiunt. i. tabernaculo veteri, quod est exemplar cælestium, [sicut responsum est Moyfi,] non cum inciperet, quia iam multa figuris expresserat, sed cum cōsummaret tabernaculum: quia quū per se non posset illud cōsummare, consuluit dominum, qui & de figuris eum, sicut & de veritate, docuit. [Vide] inquit dominus. i. diligenter considera, & [omnia] tabernaculi necessaria [facito] ita, vt sequaris in omnibus [exemplar] cælestium, [quod tibi ostensum est in monte] Sina. Exemplar est, ad cuius similitudinē aliquid fit. Exemplum, similitudo quæ inde trahitur. Et dominus in mōte Moyfi veritatem ostendit, sed cū carnalis populus capere non posset, præcipit vt eā figuris imaginaretur, in quibus puerilis ille populus enutritus, quandoque veniet ad veritatē. Sicq; res prius ostensa, dicitur exemplar figurarū iuxta se factarum. Item figuræ dicuntur exemplar veritatis, quæ post impleta est in ecclesia, sicut illæ præsignauere: quia quicquid ibi fuit, vel cælestē vel præsentē ecclesiam vel sanctorum virtutes quæ modo sunt, significauit. & huic exemplari cælestium. i. figuris verorū, deseruiere vmbatici sacerdotes Iudæorū. Quia verō illa fuere exemplar cælestium atque spiritualium, quæ nunc in ecclesia per Christum facta sunt & fiunt, ideo nō iā exemplar & vmbra sunt necessaria. Sed nō negligenter prætereundū, quod Moyfi dicitur ostēsum esse in monte exemplar cælestium. Nam quadraginta diebus in mōte Sina perseverans cū domino, vidit sublimen angelicæ puritatis & immortalitatis vitam ad cuius instar humanā in terra cōuersationem in quātum mortalibus imitari possibile fuit instituere iubebatur, vt cum exemplo eorū mutæ dilectioni in deum, diuinę laudationi, vnanimi paci, synceræ castitati, cæterisq; huiusmodi virtutibus in terra vacaremus, mereremur & in cælis esse cōsortes eorū. Exemplar ergo nobis Moyfes angelicæ conuersationis, quam in mōte cōtēplationis vidit, præceptis legalibus ostēdit, per quorū obseruantiam & ipsi de terra editi, ad cōfortium angelorum in cælis peruenire possimus. Exemplar idē nobis vitæ perfectioris & beatæ retributionis in figura tabernaculi & ministerij sacerdotalis & Leuitici præbuit. Vnde (sicut dictū est) angelica puritas ostēsa Moyfi, fuit exemplar figurarū, quas ipse in tabernaculo cōstructione formauit, & rursum illę figuræ fuerūt exemplar ecclesiasticę religionis ac saluationis. Et ideo Christus qui veritas est, in figuris & vmbra sacerdotiū habere nō potuit

*Nunc autem melius sortitus est ministerium, quanto & melioris testamenti mediator est, quod in melioribus reprobationibus sancitum est.*

Exod. 25.  
Actu. 7.

E

F

Luc. 11.

Philip. 3.

Matt. 25.

Exod. 25.

**G** Superius dixit, quia Iesus in terra, id est, in terrenis ac legalibus victimis sacerdos esse non poterat. Et ita hoc esse res ipsa declarat, quia dominus Iesus nunquam sub lege sacerdotum habuit. Sed [nunc, id est, tempore gratiae, in hac nouissima aetate, [sortitus est, id est, non usurpatione praesumpsit, sed electione diuinæ gratiae accepit gratis à deo patre [melius ministeriū] sacerdotij, quāto & lex eius est melior veteri lege. Iam à sacerdotio & sacrificio transit Apostolus ad differentiā testamentorū, vt ostendat quantum veteri præcellat nouum. Ministerium quod nunc in fine legis sortitus Iesus est, tanto est melius & vtilius ministerio veterum sacerdotum, [quāto ipse est mediator melioris testamēti, id est, nouæ legis, hoc est, sicut vides testamētum, in quo ipse est mediator, ad vitam æternam efficacius esse quāam vetus, ita videre potes ministeriū eius melius quāam veterum sacerdotum, qui parum subditis suis proficiebāt. Moyses fuit mediator veteris testamenti quod à deo accipiens hominibus tradidit, sicut ipse dixit: Ego sequester & medius interfui. Sed dominus Iesus noui testamenti mediator est, quia dedit illud medius inter deum & homines, reconciliando nos patri. Quod testamētum melius veteri est, quoniam meliora præcepta dat, & auxilium gratiæ qua compleantur, ministrat. Nam in veteri concessum fuit propter Iudæorum imbecillitatem vt vir vxorem suam dimitteret, si displiceret illi, & inimicum suum odio haberet: in nouo autem nulla causa nisi propter fornicationem permittitur vxor dimitti, & inimicos nostros præcipimur diligere, & his qui nos oderūt, benefacere. Vnde patet, quia Christus dedit testamentum melius ac perfectius, & ad æternam beatitudinem efficacius. [Quod] testamentum est sanctum, id est, sancitum & confirmatum vt duret, & in quo [est sancitum? in melioribus repromissionibus.] Ideo enim ratū & firmum est magis quāam vetus, quia meliora repromittit complentibus se. Nam in illo terrena promittuntur, in isto cælestia. Præcepta quidem vtriusque testamēti omnia fere eadem inueniuntur. Nam non occides, non mœchaberis, non furaberis, honora patrem & matrem, & cætera huiusmodi, & nobis præceptum est. Sacramenta verò non sunt eadem, nec promissa eadem. Præcepta idcirco sunt eadem, quia secundum hæc deo seruire debemus. Sacramenta ideo non eadem, quia alia sacramenta dant salutem, alia salutem promittunt. Sacramēta noui testamenti dant salutem. Sacramenta veteris promiserunt salutem. Promissa quoque non sunt eadem quia ibi terrena promittuntur, hic cælestia. Denique omnia quæ Iudæis promissa sunt, ablata fuerunt. Vbi est enim regnum eorum? vbi templum? vbi vnctio? vbi sacerdos? vbi iam apud illos propheta, ex quo venit qui per prophetas prædicabatur? In illa gente iam nihil horum est. Vnde patet quia vetus testamētum secundum carnales obseruantias & terrenas promissiones iam nihil est.

*Nam si illud prius à culpa vacasset, non vtiq; secundi locus inquireretur.*

*Vituperans enim eos, dicit: Ecce dies venient, dicit dominus, & consummabo super domū Israel & super domū Iuda testamentum nouum, non secundum testamētum quod feci patribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem illos de terra Aegypti, quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit dominus: quia hoc est testamentum quod disponam domui Israel post dies illos, dicit dominus, dādo leges meas in mentē eorum, & in corde eorum superscribā eas. Et ero eis in deū, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit vnusquisq; proximum suum, & vnusquisque fratrem suum, dicens: Cognosce dominum, quoniam omnes scient me à minore vsq; ad maiore eorū, quia propicius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam non memorabor.*

Probat quod testamētū Christi melius est veteri. [Nā illud prius] non vacat à culpa, hoc vacat. Si enim [vacasset à culpa] nō daretur secundū. Sed datur. Et ita apparet illud fuisse imperfectum, hoc perfectum. Illud non vacat à culpa, id est, nō fuit vacuum à peccato, quia nō perfecte mundauit obseruatores suos. Nā quasi ipsam culpam habuit, dum præciperet sine gratia, & præuaricatores faceret. Et dum timore poenæ, nō amore iustitiæ custodiretur, mentes eorū nō iustificauit. Sed & in opere quædā criminalia concessit illis propter infirmitatē ipsorum venialia, velut vxorem dimittere cū displiceret, & si quis seruum suum vel ancillā suā vsque ad mortem verberaret, sic tamē, vt duobus aut tribus diebus superuiueret, innocēs iudicabatur. Nō ergo vacauit à culpa, id est, non reddidit inculpabiles obseruatores suos, nedū plene iustificaret eos. Nā si omnino vacasset à culpa, vt nulla suis cultoribus culpa inesset, sed plene iustificati essent, [nō inquireretur locus, id est, oportunitas [secundi] testamēti. Et hoc dico, [vtriusq;] id est, in rei veritate. Iudæis graue erat, vt ad destructionem veteris inquireretur nouum, ideo posuit Apostolus hanc affirmationem ad comprimendam eorū incredulitatem. Inquisiuit autē deus locum & tēpus opportunum quo deberet dare secundū, quia sapienter omnia disponens antea paulatim per prius instruxit & educauit atque promouit, vt postea perfectum daret testamētū. secundi locus non inquireretur, id est, nō in omnibus quæ præcesserunt quæreretur. quādo posset cōpetēter dari, nisi esset melius. Sed inquiritur. Nā deº per Ieremiā [vituperans eos] qui legi deseruiebāt, id est, vitiiū improprias eis, [dicit: Ecce, id est, in ma-

**A** in manifesto est, [dies] veniunt, id est, paulatim propinquat tēpus gratiæ, in quo fideles illustrabuntur multiplici claritate. Et hoc (inquit propheta) non dico ex mea autoritate, sed hoc [dicit dominus,] cui nō audetis cōtradecere. Ideo præmisit autoritatem domini, quia dicturus est de mutatione veteris testamenti, quod audire nolebant Iudæi. Dominus dicit, quia dies veniunt, id est, luminosum tēpus gratiæ, & in diebus illis ego [consummabo, id est, consummās ac perfectum faciens, dabo] [testamētū nouū.] Ita enim cōsummatū & perfectum erit in omnibus præceptis & institutionibus suis, vt nihil reprehensionis habeat & omnē iustitiæ perfectionem contineat. Vnde & summū erit, id est, super omnes alias scripturas, quia suos obseruatores ad culmē summæ perfectionis prouehet. & hoc appellatur nouū, aliud autē vetus. Nam propter veteris hominis noxam, quæ per literam iubētem & minantem minime sanabatur, dicitur illud testamētū vetus: hoc autē nouū, **B** propter nouitātē spiritus quæ hominē nouum sanat à vitio vetustatis. Et hoc testamētū consummabo [super domum Israel & super domū Iuda, id est, super Iudæos qui post Salomonem diuisi sunt in duo regna. Nam decē tribus quæ habitauerunt in Samaria, dicebātur domus Israel, tribus autē Iuda & Beniamin, domus Iuda. Et super istos cōsummabo testamētū nouū, vt dominetur eis & subditos habeat. Vel domus Israel & Iuda, filij Abrahæ sunt, de quibus ei dictum est, quia in Isaac vocabitur tibi semē. Non enim qui filij carnis, hi filij Dei, sed filij promissionis deputantur in semē. Hæc est domus Israel & domus Iuda, propter Christum qui venit ex tribu Iuda, domus filiorū promissionis, id est, nō operū priorum, sed beneficij dei. Sed & nominum interpretatio cōgruit, quia Israel dicitur rectissimus dei, vel vir vidēs deum, Iuda verò confessio. & domus Israel est familia perfectorum, qui sunt domus & habitaculum dei, quia summam rectitudinē in operatione tenent, & deum aliquatenus in cōtemplatione vident. Domus autē Iuda, eorum est, qui cōsistendo peccata sua domū sui pectoris emendant, vt dei fiat habitaculum. Et super omnes istos consummatum est nouum testamētū, vt eos omnino subiectos haberet, & sensum ac perfectionē eorum transenderet. Nullus enim tā perfectus est, qui in hoc testamento non inueniat vnde semper proficere possit quandiu viuit. Nouum, inquit, testamētum illis dabo, & hoc faciā [nō secundum illud testamētū quod feci cum patribus eorum,] quia nō sequar in eorum veteris, vt carnalia præcipiam & terrena promittam. Ecce, quia prophetizatum est non perseueraturum illud testamētum, sed futurum aliud nouum. Nō tamē secundum spiritale sensum, sed secundū carnalem prædicatur destrūdum. Quia verò deus spiritale testamētū fecerat Abrahæ & Isaac & Iacob, ideo determinat: Quod feci, inquit, [in die qua apprehendi manum eorū, vt educerem eos de terra Aegypti, id est, in tempore quo eis lucē meę cognitionis ostendens, apprehendi manum eorum de luto, per se surgere non valentiū, sicut nutrix appre-

hendit manum paruuli, vel qui de fouea per manum attrahit aliquem siue secum ducit. Ideo sic apprehēdi, vt educerem eos de terra Aegypti, id est, de loco seruitutis & afflictionis, vnde per se exire nequibant. Totum illud tempus vocat vnum diem, ex quo cōepit illis in Aegypto per Moysen prouidere & saluti eorum consulere, quousque in terram promissionis eos introduxit. Iure enim totū illud tēporis spatium nomine vnus diei significat, quia semper illis apparuit, semper cum illis misericorditer egit. Et in parte illius diei legem illis inter cætera beneficia cōtulit, postquam de manu Pharaonis potēter eos liberauerat. Ideo, inquit, nouum testamētum dabo, non iuxta illud quod tunc dedi patribus eorū, [quoniam ipsi non permanserunt, id est, nō per omnia manserunt [in testamento meo] veteri, quia etsi carnaliter illud obseruauerunt timore poenæ, non tamen spiritualiter intellexerunt, nec ex amore iustitiæ cōpleuerūt. Vel non permanserunt, id est, non perseuerauerunt, quia fecerunt vitulū in Oreb, & post adoraauerunt Beelphegor, ac deinde multis idolis seruierunt. Et quia studiosē legē meam nō seruauerunt, ego quoque vicem eis reddens, [neglexi eos, id est, protectionem & salutē eorū nō curavi, sed pro nihilo vel minimo duxi. Nec indignemini, inquit, si dico neglectos, quia] [dominus dicit.] Dum dicit, quia nō permanserūt in testamento & c. vituperat eos, sicut Apostolus præmiserat, & ostendit quomodo prius testamētū non vacauit à culpa. Vitio enim eorū deputat, quod nō permāserunt, ne lex culpāda videatur. Verē nunc dabo testamētū nō iuxta illud quod dedi patribus eorū, [quia hoc est testamētum quod disponam, id est, diuersis gradibus ordinabo, vt alij in eo relinquant omnia & sequantur me, alij licitē mundanis rebus vtantur, alij continentes sint, alij coniugati, & vnusquisque sui ordinis formam teneat. hoc disponam] [domui Israel, id est, semini Abrahæ, scilicet filiis promissionis,] [post dies illos, id est, non nunc in tempore perfectionis horum hominū, sed post expletionē dierum illorum, qui apud me præscripti & præordinati sunt. Et hoc] [dicit dominus, id est, ille qui omnipotēs est, cuius voluntati nihil est impossibile, & cui omnia seruiunt. Ita disponam hoc testamētum, scilicet] [dando leges meas,] vel dabo leges meas, nō in tabulis lapideis sicut prius, sed [in mēte eorū,] vt ibi scribantur non atramento, sed spiritu sancto, quatenus in intelligentia & in bona voluntate animi depingantur. Quoniam illi ex amore iustitiæ & ex virtutum delectatione testamētū meum cōplebunt, & voluntatem meā in omnibus intelligent, nec velamē habebunt super faciem cordis. Iudæi verò ignorauerunt quæ sibi iniuncta fuerant, atque timore poenæ & inuiti semper legē seruauerunt, [ & superscribam eas] (scilicet leges) [in corde eorum, id est, ita ponam, vt quasi scriptæ maneant ibi, nec possint inde auferri, sed in intelligentia & voluntate eorū pdurēt, & quasi supersint & dominētur eis. Sed quæ sunt istæ leges ab ipso deo scriptæ in cordibus, nisi ipsa præsentia spūs sancti, qui est digitº dei, quo præsentē diffunditur charitas in



**G**cordib<sup>9</sup> nostris, quæ plenitudo legis & est finis præcepti. Nam quia veteris testamenti promissa terrena sunt & exteriora, nunc ipsius cordis bonum promittitur, mentis bonum, spiritus bonum .i. intelligibile bonum, cum dicitur, dabo leges in mente &c. Vnde significauit eos non forinsecus terrentem legem formidaturos, sed intrinsec<sup>9</sup> habentes, ipsâ legis iustitiâ dilecturos. Deinde addidit & mercedē. [Et ero eis in deū & ipsi erunt mihi in populum.] hoc est, quod alius propheta dicit, Mihi autem adhærere deo bonum est. Quid hoc bono melius, quid hac felicitate felicius, viuere deo, viuere de Deo apud quē est fons, & in cui<sup>9</sup> lumine videbimus lumē, ut i eo sit merces, i eo finis in eo pfectio felicitatis? Vnde continuo subiicit: [Et non docebit vnusquisque proximum] &c. Ibi enim non erit necesse vt alter doceat alterum, quia nullus ibi erit ignorans, sed omnes ipsum fontē scientiæ deū videbūt. Tūc enim nō per speculū in ænigmate, sed facie ad faciem videbunt eum, sicuti est in ipsâ pulchra specie substantiæ suæ, & in ipso omne bonū omnemq; iucunditatem possidebunt. Ita ergo perfecte sapientes erunt tūc omnes, quod iā non docebit vnusquisque proximum suum quem amat, [ & vnusquisque fratrem suum, ] quem plus diligit, [dicens ei: Cognosce dominū.] Quare nō dicet alter alteri vt cognoscat dominum? Quia nullus ignorabit eum, nec opus erit doctore. [quoniam omnes scient me à minore vsque ad maiorem eorum, id est, nec maior nec minor eorū ignorabit me. Minores & maiores dicit, quia ibi vnusquisque sanctorum iuxta mensuram meriti sui maior aut minor æstimabitur. stella enim à stella differt in claritate. Siue minores, tēpore posteriores: maiores autem, tempore priores intelligi voluit. Simul enim promissam dei contemplationē accepturi sunt omnes, & ideo velut priores reperiuntur minores, quia minus dilati sunt, sicut in euangelico denario per similitudinem declaratur, quem prius acceperūt, qui posterius venerunt ad vineam. Vnde nunc nequaquam dicitur à maiore vsque ad minorem: sed à minore vsque ad maiore omnes scient me. Hæc itaque differentia est veteris ac noui testamenti, quod illud in lapide, hoc in corde scribitur: ibi merces terra est, hîc visio dei. Inter quem & homines nulla nisi peccata separant, quæ non nisi per eandem gratiam dimittuntur. Vnde cū dixisset, quia omnes scient me à minore vsque ad maiorem eorum, mox addidit, [quia propicius ero iniquitatibus eorum, & peccatorū eorū iā nō memorabor.] Quasi diceret: Verè cognoscent me manifesta visione, quia remouebo parietem qui inter me & ipsos erat, & eos à facie mea separabat. Quia propicius ero iniquitatibus eorum, id est, per donū gratiæ meæ misericorditer dimittam eis omnia, quæ inique. i. non æque egerunt contra proximos, & peccatorum quæ in seipsis sine proximorum offensione commiserunt, iam amplius memor non erō: quia nec impropere hæc illis, nec propter hæc puniā illos, nec viliores habebō. Potest & in hac vita intelligi propiciatio ista, velut si dicat: Ideo ad tantam gloriam in futuro læ-

culo peruenient. & regna cælorū intrantes ad K conspectum meæ maiestatis eleuabunt, quia dū hîc adhuc vixerint, propicius ero iniquitatibus eorum, per noui testamenti gratiam delens illas: & peccatorum eorum, iam tunc post expiationes non memorabor.

*Dicendo autem nouum, veterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est.*

Deus dixit quia consummabo super domum Israël testamentum nouum. Sed [dicendo nouum, id est, in eo quod dixit nouum, [veterauit prius, id est, vetus esse docuit sic finiedum. Nō enim dixit nouum, nisi respectu veteris. Vel veterauit prius, id est, vetus factum est, & quadam senectute debilitatum. & hoc à tempore Ieremiæ, quo spiritus sanctus dixit nouum se daturū, prius veterauit. Sed [quod antiquatur, id est quicquid antiquum iā incipit fieri in rebus inanimatis, & [nescit. i. senectutem habere incipit in rebus animatis, [prope interitum, id est, modicum iam distat à morte. Antiquitas enim & senectus prænunciant mortē. Quod videri potest in omnibus animatis & inanimatis. Nā cū antiquantur & senescūt, vicina sunt morti. Sed prius testamentum iam antiquabatur, dum Ieremias in promissione gratiæ nominaret aliud nouum, sicque iam prope interitum erat. Cum ergo Christus longo post tempore veniret, necesse fuit vt illud iuxta carnales obseruatias interiret, quod tanto antè morti propinquabat.

C A P V T IX.

*Abuit quidem & prius iustificationes culturae, & sanctū seculare. Tabernaculū enim factū est primū, in quo erant candelabra & mensa & ppositio panū, quæ dicitur sancta. Post velamentum autem secundum tabernaculū, quod dicitur Sancta sanctorū, aureum habens thuribulum & arcā testamenti, circūtectā ex omni parte auro, in qua vrna aurea habens manna, & virga Aarō quæ fronduerat, & tabula testamenti, superq; eam erant Cherubin gloriæ, obunbrātia propiciatoriū, de quibus non est modo dicendum per singula. His verò ita cōpositis in priori quidē tabernaculo semper introiebant sacerdotes sacrificiorū officia consummantes. In secundo autē se mel in anno solus pontifex non sine sanguine, quem offerret pro sua & populi ignorātia: hoc significante spiritū sancto, nondū propalatam esse san-*

*Etorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum. Quæ parabola est temporis instantis, iuxta quam munera & hostiæ afferuntur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem solummodo in cibis, & in potibus, & in variis baptismatib<sup>9</sup> & iustitiis carnis, vsque ad tēpus correctionis impositis.*

Diximus quia prius testamentum veterauit & vetustate defecit, vt nouum surgeret, in quo daretur perfecta iustitia, quod & res ipsa indicat, nec potest negari. Nam [ & ] illud [ prius habuit quidem ] olim [ iustificationes culturae, ] sed modò non habet: habuit & sanctum seculare. i. tabernaculū vel templum quo nunc caret. Vnde manifestū est, ipsum testamentum senio defecisse. Vel ita potest cōtinuari. Nouū testamētum quod in corde scribitur, perfecte iustificat Sed & prius testamētū aliquam dedit iustitiā, quia quondam habuit quidem & ipsum iustificationes culturae, id est, iustificauit in aliquibus cultores suos, dum manus eorum à perpetratio ne peccati retraheret, & aliqua bona operari faceret, sed cōscientiam intrinsecus nunquā iustificare potuit. Et habuit sanctum .i. sanctuarium. Quod ideo sanctū dicebatur, quia ad honorem dei consecratum erat. Sed fuit seculare, id est, de rebus secularibus & transitoriis. Aurum enim & argentū, lapides preciosi & ligna & cætera, de quibus factum est illud sanctuariū res sunt ad seculum pertinentes, & cum seculo transeunt: nullamq; stabilitatem in se continent. & hæc omnia vetus testamētū habuit: sed nūc (sicut diximus) nihil horum habet. Nā dū dicitur, habuit quidem, subintelligitur, sed nunc non habet. hoc enim innuit, illud quidem Nam & tabernaculo & templo caret, & iustificare iam suos cultores non valet, sed magis à iustitia repellere & peccatores facere. [Tabernaculum enim factum est primū, in quo erāt candelabra & mensa, propositio panum quæ dicitur sancta.] Nunc exponit illud sanctum seculare. Verè prius testamentum habuit sanctum seculare. Nam tabernaculum factum est primū & c. Primum tabernaculum dicitur respectu secundi. Nam primum & secundum fecit Moyses, iubente & describente domino, sed tamen vtrunq; fuit vnum tabernaculum sed diuidebatur velo quodam medio. habebat enim hoc tabernaculum triginta cubitos longitudinis, decem latitudinis, & decem altitudinis, tectum habens æquale per totum, sicut in Aegypto & Palæstina mos est ædificare domos. Sed in medio dependebat velum, quo sanctuarium & sanctuarij sanctuaria diuidebantur, ita positū, vt viginti quidem cubiti longitudinis ad priorē domū, decem verò pertinerent ad secundā. Et ita quod nunc dicit Apostolus primū tabernaculū habebat viginti cubitos longitudinis & decem latitudinis, secundum verò decem cubitos longitudinis & decem latitudinis. In primo tabernaculo erat in parte australi candelabrum habēs

septem ramos, qui nunc ab Apostolo candelabra vocantur, & in parte septentrionali stabat mensa, super quam erant duodecim panes propositionis, & ante fores ipsius tabernaculi positū erat foris altare holocausti. Quod tabernaculū cum his quæ in ipso erant, dicitur sancta. i. tabernaculū illud & quæ in eo erant, dicebantur sancta, quia ad orationē & ad cultum dei & laudem consecrata erant. Sed post velamentum .i. post velum quod in medio pendebat, erat [ secundum tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum, id est, ipsum tabernaculum cum his quæ in illo erant, vocabatur sancta sanctorum, id est, à deo sancta, vt quæ in primo tabernaculo erant, respectu eorum non viderentur sancta. Et illud secundum tabernaculum habebat [ aureū thuribulum, in quo summus pontifex adolebat incensum pro salute populi. habebat [ & arcam testamenti, id est, quæ continebat testamentum, id est, decem præcepta legis, [ circūtectam auro, ] & ita quod [ ex omni parte, id est, ab exteriori & interiori parte: quia non solum exterius sed & interius deaurata erat per omnia [ In qua ] scilicet arca erat [ vrna aurea habēs māna, ] quoniā Aaron in tabernaculo posuisse legitur vas plenū manna, vt qui nascituri erant, possent nosse cibum, quo patres eorum quadraginta annis in deserto pasti fuerant. & in eadē arca erat [ virga Aaron quæ fronduerat. ] Cū enim Aarō minus æstimaretur dignus sacerdotio, & nōnulli de alijs tribubus viderentur digniores, suscepit Moyses iubente deo duodecim virgas à singulis tribubus, & posuit in tabernaculo. Et altero die regressus, inuenit virgā Aaron in tribu Leui floruisse & fructū fecisse. Quo miraculo pbat<sup>9</sup> est Aarō dign<sup>9</sup> sacerdotio, & referuata est diligenter illa virga in tabernaculo. Sed [ & duæ tabule testamētī, ] in quibus decem præcepta legis digito dei scripta erant, continebantur in illa arca, quoniam ipse Moyses eas ibi posuerat. Et [ super eā ] erāt duo [ Cherubim [ gloriæ, id est, gloriose decorata, ] obumbrantia, suis alis expansis [ propiciatoriū ] quod erat super eandem arcam, id est, quandam auream tabulam tantæ longitudinis ac latitudinis, quantæ erat & arca. Super quam tabulam quæ propiciatorium vocabatur, hinc & inde stabant illa duo Cherubim ad ipsum propiciatorium inclinata, & sese inuicē aspicientia. Quæ tabula ideo propiciatoriū dicebatur, quia desuper eam deus loquebatur Moyfi vel pontifici, propicius & annuncians bonitatem suæ voluntatis. De quibus omnibus nō est modo] in hac epistola [dicendum per singula,] quia prolixū esset disserere de singulis: & hæc quæ dixim<sup>9</sup>, in tentioni nostræ sufficiunt, quoniam per ista patebit quod & alia sint ad allegoriam accipiēda nec in hoc tempore tenenda. Nonnullis autem visum est pro magnitudine sacramentorū, quod omne tēpus vitæ præsentis ad hæc explananda idoneum neget Apostolus. Quod si verum est quomodo nos tantilli hæc exponere valebim<sup>9</sup>. Aliqua tamen de his breuiter dicere tentemus. Primum tabernaculum atque secundum, ecclesiam præsentem atque futuram signauit. Ipsa enim ecclesia partim adhuc peregrinatur in

**G** terris partim iam regnat in cælis. Pars eius quæ peregrinatur, figurata est (vt diximus) per primum tabernaculum: pars autem quæ regnat, per secundum. Velum quod interpositum diuidebat primū tabernaculum à secūdo, cælū designauit, quod nos in terris laborātes adhuc sua interpositione separat à regno quiescentiū sanctorum. Primū tabernaculū habebat (vt diximus) viginti cubitos longitudinis & decem latitudinis, rursumque decē altitudinis. Decē cubiti latitudinis, significant dilatationem operationis fidelū in præceptis dei, quæ per decalogū legis designari solent. Viginti cubiti longitudinis, perseverantiam eiusdem bonæ operationis per auxilium geminæ dilectionis. nam propter ipsam viuā dilectionem, quæ sola bene operari facit, dupliciter denarius numerus, vt ad vigesimum perueniat: quia nemo sine charitate valet in obseruātia mandatorū dei perseuerare. Decem verò cubiti altitudinis, signauerūt expectationem supernæ beatitudinis. i. denarij quem accepisse leguntur, qui in vinea laborauerunt. In hoc tabernaculo erant candelabra aurea. Candelabra pluraliter, quia licet vnum esset, habebat tamē brachia septem. Erat enim in medio eius hastile, à quo procedebant brachia tria à dextera parte, & tria à sinistra. Primum tabernaculū (vt diximus) præfens est ecclesia, in qua militatur deo, & sacrificium bonæ actionis offertur, antequam veniatur ad cælum. In qua est candelabrum, id est, Christus, fulgēs lumine diuinitatis in medio fidelū, qui & ipsi candelabra aurea sunt, quia sapientia lucent, quæ per aurum designatur, & claritate bonorum operū. Ipse Christus est medius stipes, qui portat tria brachia à dextris & tria à sinistris: quia ipse est vera vitis, ex qua procedūt fructuosi palmitēs. Ipse est origo & concordia & caput omnīū iustorū, qui sibi sanctos veteris ac noui testamēti hinc & inde facit adhærere. Omnes enim ab hoc fundamēto cōsurgunt, & à tanto principe ac medio bono & cōmuni omnīū lumine gubernātur. Nā tria brachia de sinistra parte tres viri sunt Noë, Daniel & Iob. i. tres ordines fidelium in veteri testamento, scilicet rectorum: cōtinentium & coniugatorum. Nam per Noë qui rexit in vndis arcam, figurati sunt rectores per Daniele, cuius mira legitur abstinentia, abstinentes & continentēs: per Iob, qui vxorē & filios habuit, coniugati. Similiter & alia tria de parte dextera, sunt tres electi discipuli Petrus & Ioānes & Iacobus, qui viderunt gloriā trāfigurati in mōte, id est, tres ordines sanctorum, qui gloriā eius in cælesti regno visuri sunt: hoc est, rectorum, cōtinentium & cōiugatorū. Qui dextri, id est, digniores sunt tēpore gratiæ, quā illi qui ante gratiam fuerunt, & ideo sinistri, id est minus digni sunt. Petrus enim rector ecclesiæ signauit, Ioannes autem cælibes, & Iacobus reliquos, id est, coniugijs vtentes. Et hi omnes vel doctrina vel exemplis bonorū operum lucent, & ceteris lumen suū spargunt. Impars brachiorum de hastili procedentium, erat quasi calami aurei, post scyphi, inde spherulæ, tandē in summitate quasi lilia. Calami sunt sancti, qui in humido fontis sapientiæ diuinæ nu-

triti sunt, & concaui ad emittēdum dulcem sonum in aures plurimorum, & resonantes laudē dei, ac dicentes: Immisit in os meum canticum nouum, carmē deo nostro. Ipsi sunt scyphi, dū aliis vinum scientiæ quo pleni sunt propinant vt eos spiritaliter inebrient, & desiderio supernæ beatitudinis calefaciāt. inde spherulæ, id est rotundi & perfecti ac volubiles. Sphæra enim ex omni parte voluitur, quia mentes electorum nec vllis aduersitatib⁹ seculi retineri, nec prosperitatibus possunt corrumpi, quin in omnibus quæ occurrunt, ad deū per sancta desideria proficiantur. Sicq; tādē perueniunt ad lilia id est, ad supernā patriam, quæ floribus vernat æternis, hoc est, animabus sanctis & omnī amœnitatē. Hæc & huiusmodi sunt candelabra, quæ nūc Apostolus in nostro tabernaculo designat esse. Erat & mensa de lignis Sethim facta, & auro purissimo inaurata, & super eā duodecim panes deo ppositi, qui erāt de simila: & habebāt super se thus lucidissimum, ac per singula sabbata mutabantur, & erant Aaron & filiorū eius vt comederent eos in loco sancto. Mensa de lignis Sethim facta scriptura est diuina, de fortibus sanctorum patrū verbis actibusq; compacta. Quæ dum nobis quæ sint æternæ beatitudinis gaudia, & quomodo ad hæc perueniatur ostendit, cibum profecto nobis salutis ac vitæ suggerit. Quæ & inaurata est auro purissimo, quia sapientiæ cælestis sensu clara refulget. Duo decim panes in ea, sunt duodecim apostoli & eorum vicarij. Qui recte vocantur panes propositionis, quia vt mentes fidelium alimonia verbi cælestis reficiant, in propatulo semper sunt parati. Et bene iidem panes non de qualibet farina, sed de simila fiebant: quia quicumq; aliis verbū vitæ ministrant, primò ipsos necesse virtutum frugibus operam dare, quatenus eā quæ prædicando admonent, etiam faciendū commendant. Quod autem super eos thus lucidissimum ponatur virtutem puræ orationis designat, qua idem doctores ministerium suæ prædicationis, simul & deuotionum operis domino commendant. Qui bene per singula sabbata mutabantur. Panes enim qui per sex dies operandi in mensa dei manserant, sabbato nobis mutantur, cum doctores quique sanctæ ecclesiæ completo tempore sui sancti laboris, æterna in cælis quiete remunerantur, & alios post se in idem opus laborandi in verbo, sub eiusdem spe retributionis relinquunt. Sicque fit vt mensa dei, nunquam panis inops remaneat: sed veteribus sublatis, mox noui panes substituuntur. Comedebat autem Aaron cū filiis suis panes qui de illa mensa fuerant sublatis, quia summus pontifex noster CHRISTVS raptos de hac vita, suos electos in augmentum corporis sui, quod est in cælis, id est, summæ illius electorum multitudinis introducit. Mensa stabat in parte aquilonis, candelabrū autem in parte australi. Et per aquilonem frigus infidelitatis vel malitiæ potest intelligi, per austrum verò feruor charitatis & sanctæ deuotionis. Congruum ergo fuit vt à parte aquilonis mensa staret: quia ne malitia tentationum à sinistra parte veniēs nos imbecilles inueniat ac

**A** superet, necesse est vt pane cælestis doctrinæ pascamur & confortemur. Si autem charitatis studio feruentes ad dexteram partem. i. ad virtutum exercitia transferimus, tunc candelabri luminibus illustrabimur. i. lucidissimis sanctorum exēplis & dictis illuminabimur, vt omnia quæ recte agenda sunt videamus. Hæc de primo tabernaculo breuiter attigimus. Secundum verò tabernaculum supernam Ierusalem designans, habebat decem cubitos longitudinis, & decem latitudinis, & similiter decem altitudinis. Vnde & Ioannes in Apocalypsi de eadem cælesti Ierusalem dicit: Ciuitas in quadroposita est. Longitudo eius tanta est, quanta est latitudo. habet enim tam in longum quàm in latū, vel etiam in altum decem cubitos, id est, euangelicum denarium perfectæ beatitudinis: quia & in latitudine fraternæ charitatis, & in longitudine vitæ perennis, & in altitudine diuinæ contemplationis beatitudinem possidet. Et illa cælestis inhabitatio recte dicitur Sancta sanctorū, quia nihil ibi fit aut cogitatur, vnde deus offendatur: sed sola ibi quæ deo placent, aguntur. Tanta est enim illa beatitudo, vt nec possit nec velit ibi quisquam peccare. Inter duo tabernacula positum erat velum, quo sanctuarium & sanctuarij sanctuarium diuidebantur: quoniam sancta ecclesia quæ ex angelis & hominibus constat partim adhuc peregrinatur in infimis, partim iam in æterna patria regnat in supernis adhuc ciues suos, dirimente velo cæli, habet adinuicem segregatos. In his Sanctis sanctorū est aureum thuribulum, id est, preciosa humanitas Christi, immunis ab omni peccato, & perfectissimam sanctitatem habens: quæ igne passionis impleta, suauissimum de se pro nobis emisit odorem deo, & nunc eiusdem passionis asidua rememoratio semper interpellat pro nobis, & tale incensum offerre non cessat, quasi dicens: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Idem mediator Dei & hominum, qui solus paternorū est conscius arcanorum, per arcam testamenti designatur. Nam & nouum testamentum ipse per se ipsum dedit, & vetus quandiu voluit, clausum tenuit: & quando sibi placuit, intelligentiam eius de arcano secretorum suorum edidit. Et hæc arca est in sanctis sanctorū, quia ipse saluator in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, post resurrectionem suam ascēdit super omnes cælos, & sedet ad dexteram patris. De constructione huius arcæ dictum est Moyfi: Arcā de lignis sethim compingito, cuius longitudo habeat duos & semis cubitos, latitudo cubitū & dimidium, altitudo cubitum similiter ac semissem, & deaurabis eam auro mūdissimo intus & foris. Ligna sethim dicuntur esse leuis & imputribilis natura, nō multum à qualitate albæ spinæ distantia. Arca ergo de lignis sethim facta est, quia corpus dominicū ex mēbris constabat omni vitiorum labe carentibus. Et hæc ligna sunt spinis similia, quia etsi non in carne peccati, tamen in similitudine carnis peccati venit. Longitudo arcæ, longanimis patientia eiusdem redeptoris est, qua inter homines conuersatus est. Quæ duorum cubitorū fuit, pro-

pter doctrinam & operationem quibus ipse refulgebat. Semis, id est, dimidius cubit⁹, qui superadditur, tarditatem humanæ fragilitatis discipulorū insinuat, quæ sublimia eius dicta vel opera necdum (prout dignum erat) capere valebat, quā & ipse longanimiter ferebat. Latitudo arcæ, amplitudo charitatis est, qua nos Christus dilexit. Quæ in ipso capite nostro cubitum integrum habuit, quia perfecta fuit, & electos suos viuificare studuit, dicens: Vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me & ego in te, vt & ipsi in nobis vnū sint. Dimidius verò cubitus imperfectionē nostram designat, qui necdū in hac vita positi perfectē diligere deū sufficimus, vel dilectionē quam erga nos habet cōprehendere. Altitudo spes erat futuræ sublimitatis, qua ipse vel seipsum post passionē glorificandū vel suos se glorificaturum esse præuidit. Habebat arca plenū cubitū in altitudine, quia dominus etiā corruptibili adhuc cōuersans in carne, plenissime nouerat quanta vel sibimetipsi, vel membris suis (quæ nos sumus) esset gloria conseruata in futuro. Habebat & dimidium cubitum altitudinis, quia nostræ quoq; paruitatis deuotionē libenter in suo corpore suscipit, qui pia quidem intentione futurā vitā diligimus: sed necdum perfectē quæ sit eius felicitas, capere valemus. Arca intus & foris auro mundissimo deaurata est, quia assumpta à filio humana natura & intus virtute spiritus sancti plena erat, & foris hominibus apertē spiritus sancti opera præmonstrabat. Hoc est quod Apostolus eam asserit circumtectam ex omni parte auro, quia in cogitatione & sermone & opere eiusdem redeptoris nostri, non nisi pura veritas & sapientia apparuit. Vna verò aurea in arca habēs māna, anima est sancta in Christo, habens in se omnē plenitudinem diuinitatis, qua pascuntur angeli, quæ & patres vixerunt in deserto, sicut scriptum est: Panem angelorū manducauit homo. Virga Aaron quæ excisa fronderat, potestas est inuicta sacerdotij illius, de qua dicit propheta: Virga æquitatis, virga regni tui. Quæ postquam ad tempus per mortem visa est, esse succisa, illucescente mane resurrectionis, viuacius resloruisse inuenta est, ac perpetuò inuiolabilis atq; immarcescibilis permansura esse innotuit. Nam sicut supra diximus, cum Aaron sacerdotium qui de tribu Leui fuerat despiceretur, nec digna tribus quæ offerret holocausta, crederetur, duodecim virgæ iuxta duodecim tribus in tabernaculo poni præcepta sunt. Et ecce virga Leui viruit, & quid virtutis munere Aaron haberet, ostēdit. Quo videlicet signo quid innuitur, nisi quod omnes qui vsq; ad finē mundi iacemus in morte, quasi virgæ reliquæ in ariditate remaneamus? Sed cunctis virgis in ariditate remanētibus, virga Leui ad florē rediit: quia corpus dñi, veri scilicet sacerdotis nostri, in mortis ariditate positum, in florem resurrectionis erupit. Quo flore Aaron recte sacerdos esse cognoscitur, quia hac resurrectionis gloria redeptor noster, qui de tribu Leui ac Iuda ort⁹ est, intercessor pro nobis esse monstratur. Itaque virga Aarō, vt præmissim⁹, sacerdotalis potestas Christi est. Tabulæ verò testamenti in arca omnem

Matt. 20.

Ioan. 15.

Gene. 27.

Danie. 1.

Iob. 1. 42.

Mat. 17.

Exod. 25.

Psal. 36.

Apo. 21.

Colof. 2.

Exod. 25.

Colof. 2.

Ioan. 17.

Psal. 77.

Psal. 44.

Num. 17.

**G**in Christo & scientiam paternorum secretorū & potentiā iudiciorum designat. In tabulis nā que testamenti & fides erat scripta æternæ diuinitatis, quæ mundū creasset ac regeret, & mandata quibus deo seruire oporteret, & discretio iudicij qua ipse odientes se iure cōdemnaret, & diligentes se misericordia digna remuneraret. Sed cū alia scripturæ diuinæ sentētia nobis ad mentem reducit, ex his Apostoli verbis quæ stio valde grauis oritur. In tertio nanque regū volumine, dū Salomon templum dedicaret, refertur quod in arca non erat aliud nisi duæ tabulæ lapideæ, quos posuerat in ea Moyses. Quo modo ergo verum est, esse vel fuisse in ea non solū tabulas, sed & vrnā cum manna & virgam Aarō? Cū ego de hac re quosdā interrogassem qui videbātur periti, responderunt mihi post illa dedicationis tempora, virgam & vrnā in arca fuisse positas, sed tamen nec scripturarū sanctarum autoritate, nec vllius historiæ narratione valuerūt hoc astruere. Videtur tamen huic intellectui nō icōueniēter opitulari, quod rex Iosias in Paralipomenum reperitur dixisse Leuitis: Ponite arcā in sanctuario templi quod ædificauit Salomon filius Dauid, rex Israël. nequam enim eā vltra portabitis. Manifeste enim in his verbis significat, quod post templi dedicationem educta sit arca de sanctuario, & à Leuitis & à sacerdotibus portata. Et tunc fortassis in eam sunt missæ virga & vrnā. Nam in libris Moysei legimus eas in tabernaculo fuisse positas, non tamen in arca sicut tabulas. Ait enim Moyses in Deuteronomio. Posui tabulas in arca quam feceram, quæ hucusque ibi sunt, sicut præcepit mihi dominus. Et in Exodo ad Aaron: Sume vas vnū, & mitte ibi manna quantum potest capere gomor, & repone corā domino ad seruandum in generationes vestras. Et dominus ad Moysem in libro Numerorum: Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij, vt seruetur ibi. Et fortasse quia iuxta arcam in sanctuario positæ erāt virga & vrnā, idcirco dicit eas Apostolus in arca fuisse, locum pro loco ponens, sicut Euangelista cum dicit, Ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. Quod enim dixerat in tēplo, exposuit addendo, in porticu Salomonis, ostēdens se porticū illum vocasse templum, quoniam adhærebat templo. Sic & Apostolus locū qui erat arcæ cōtiguus, habens vrnā & virgam, potuit eodem modo locutionis arcam nominare. Rursus, ordo beatorum spirituum, in quo deus specialiter sedet, thonus appellatur, & tamen Psalmita præcatur, Qui sedes super cherubim, manifestare corā Ephraim, Benjamin & Manasse. Dum enim in agminum distinctionibus ordo sanctorum Cherubim iungitur thronis, sedere etiam super Cherubim deus ex vicini agminis æqualitate perhibetur. Sic & in arca potest dici fuisse propter loci viciniratē, quod erat iuxta arcam. Nā & nos frequēter huiusmodi loquutionibus vtimur, vt rē pro alia re vicina, vel locū pro loco nominemus. Ita Apostolus locum arcæ proximum, pro arca nunc posuisse nō inconuenienter accipitur: quia & ad spiritalem sensum magis aspiciēbat, intelligens per arcam

Christum, in quo spiritaliter sunt (vt dictū est) K tabulæ testamenti & virga Aaron & vna cum manna. Hanc quæstionem qui melius poterit, soluat: qui verò melius eam soluere nequiverit, solutionem quæ ex nostris duabus præmissis probabilior fuerit tenere non dedignetur. Super arcam autem erat propiciatorium, quod & oraculū vocatur. Quod videlicet propiciatoriū non aliud quam eūdem saluator, sed specialiter in eo viscera pietatis designat, de quo dicit Apostolus: Quæ proposuit deus propiciationem per fidem in sanguine ipsius. Nam & ideo superponitur, quia superexaltat misericordia iudicium. Vnde & Psalmita: Suavis, inquit, dominus vniuersis & miserationes eius super omnia opera eius. De Cherubī verò propiciatoriū abūbrantibus dictum est Moyfi: Duos quoque Cherubim aurios & productiles facies ex vtraque parte oraculi. Cherub vnus sit in latere vno & alter in altero, vtrunque latus propiciatorij tegant, expandantes alas & operientes oraculū respiciantque se mutuo versis vultibus in propiciatorium, quo operienda est arca, in qua ponēs testimonium quod dabo tibi. Inde præcipiam & loquar ad te, supra propiciatorium scilicet, ac de medio duorū Cherubin qui erūt super arcā testimonij, cuncta quæ mandabo per te filiis Israel. Cherubim specialis ordo est angelicarum virtutum, sed tamen generaliter omnes sancti angeli nonnunquam, sicut & nunc designantur hoc nomine. Et quidē numero singulari Cherub, plurali autē Cherubim dicitur, & est nomen generis masculini. Sed Græca cōsuetudo neutri generis Cherubin facit, m littera in n mutata. Vnde nūc Apostolus dicit iuxta Græcos, Cherubin gloriæ obumbrātia propiciatoriū, nō obumbrantes, cum apud Moysem legamus, duos Cherubim aureos, non duo Cherubin aurea. Interpretatur autem Cherubim vel Cherubin sciētiæ multitudo, quia spiritus angelici tāto multipliciore scientia replētur, quanto purioribus radiis diuinarū illustrationum assidue illuminantur. Qui sunt duo, vt consortiū angelicæ charitatis significant, quia charitas maxime inter duos habetur: aurei, quia virtutes angelorū summæ claritatis gratia fulgent: productiles, quia beatitudo eorum in æternum producit, id est, prolongatur, iuxta quem productionis sensum & de regno Christi dicitur: Illic producam cornu Dauid. Qui stant in vtroque, quia per illorū ministeria prophetæ præscierūt, quæ pastores postea per eosdem angelos facta cognouerunt: & vt vtrūque latus propiciatorij tegunt. quia in vtroque testamento multa secretorū cælestiū mortalibus occultantur, quæ illi intelligunt. Quos cū aliis figurauit Moyses, vt in alto sedem habere angeli & quasi leui voluta vbique discurrere posse signētur, neque vllam habere tarditatē, quin confestim vbicunque voluerint adsint. Expandunt ergo alas & propiciatorium tegunt, quoniam angeli omnem suæ naturæ potētiam, qua in altis habitare, & cuncta supernæ illius patriæ loca leui ac læto itinere penetrare meruerunt, in obsequium sui conditoris afferunt. Ac velut, propiciatorium contuentes obumbrant, id est,

**A** id est, honorant velando: quia totū quem habēt statū perpetuæ felicitatis, eius gratiæ deputāt, a quo, vt nihil mali velle possent, acceperūt. Respiciuntque se mutuo versis vultibus in propiciatoriū, quia in glorificatione diuinæ visionis sibimet alterutrum consonant. Sic autem sunt Cherubim supra propiciatorium positi, quomodo ciuitas Christi. i. sancta ecclesia super mōtem, id est, super Iesum Christū esse constitutā dicitur: non quod altior illo esse possit ciuitas sua, sed quod eius subsidio sustentata proficiat. Supra propiciatorium ac de medio duorū Cherubim deus loqui consuevit: quia per Christū, qui est propiciatio pro peccatis nostris, & cui ante aduentū & post aduentum suum quasi hinc & inde semper assistūt angeli ad obsequium parati, deus pater humano generi voluntatem suā clementer manifestare dignatus est. Nam secundum humanitatē Christi deus pater super eum est, non secundum diuinitatem eius, in qua ipse est æqualis patri. Ob hoc autem propiciatoriū illud vocabatur oraculum, quia deus ibi loquebatur. Hæc erant intra Sācta sanctorum post illa quæ in priori sanctuario erant, de quibus, inquit, non est modo dicēdum ita prolixè, vt per singula quæque noster sermo transeat differendo. Vel in præsentī vita non est dicendum. i. nō potest profunditas istorum mysteriorum aperiri per singula. De singulis quæ ibi erant vel fiebant, non est nunc dicendū. [His verò] duobus tabernaculis [ita] (vt breuiter indicauim⁹) [compositis. i. copulatis, dicēdum est quod [in priori quidē tabernaculo semper. i. quotidie vel assidue] introibant sacerdotes, consummantes, id est, complentes [officia sacrificiorum.] Istæ erant iustificationes culturæ, quas supradixi habuisse vetus testamentum. In priori quidem omnes sacerdotes intrabant, quotiescunque volebant. [In secundo autem solus pōtifex] intrabat, & hoc [semel in anno.] & [nō] intrabat [sine sanguine,] sed secū portabat sanguinē, [quē offerret pro sua & populi ignorantia. i. pro peccatis quæ ignoranter egerunt tam ipse q̄ populus. Quod autem in proprie tabernaculo quotidie per annum introibant cum sacrificiis sacerdotes, significat quia in præsentī ecclesia sancti domino sine intermissione famulantes, quotidianos suæ fragilitatis erratus, sine quibus esse in hac vita nullatenus possunt, quotidianis bonorum operum vicimis, quotidianis lachrymarum suarum libaminibus, quasi veri sacerdotes expiant. Summus verò pōtifex qui semel in anno sancta sanctorum cum sanguine victimarum ingrediebatur, Christum designauit, qui semel in plenitudine tēporis oblatus pro peccatis nostris, ipse sacerdos & hostia per proprium sanguinem in ipsū cælum intravit. i. in vera sancta sanctorum, vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Et pro sua. i. pro suorū prælatorum & vniuersi populi sui ignorantia offert intus sanguinē, qui foris effusus est. i. representat in cælo patri memoriam passionis, quam in hoc seculo pertulit. Annus verò figuraliter indicare potest omne tempus ab incarnatione eiusdem saluatoris vsq; ad finem seculi. De quo anno ipse per Isaiam dixit: Vt prædicarem annum placabilem domino. Ignorātia autem quodlibet peccatum vocari potest, quia execat cor & errare facit hominem, dū peccati delectationē placere suadet. Quod verò singulis annis iterabatur ingressus pontificis in sancta, significabat non venisse adhuc perfectionem. Solus intrabat pōtifex, [spiritu sancto] qui ita fieri iustituit in [hoc significante, nondum esse tunc propalatum] & apertam [viam sanctorum, id est, nondū esse patefactum hominibus iter, quo possent peruenire vsque ad Sancta sanctorum, id est, intrare secreta cælorum: quia nondum venerat Christus, qui viam istam credentibus propalaret, [adhuc priore, (id est, vmbra) tabernaculo habēte statum] in carnalibus obseruantis, id est, ideo nondum erat patens hominibus ingressus æternæ beatitudinis, quoniam adhuc vmbra veteris tabernaculi non cedebat, sed stabat & perdurabat: nec poterat veritas palām cūctis effulgere, nisi vmbra remoueretur. Christus enim prior ascendens aperuit nobis ingressum cæli, vt animæ corporibus exuta, possint illuc intrare. Prius tabernaculum nō dicitur hoc loco respectu secūdi, sicut supra: sed vtrunq; dicitur prius respectu ecclesiæ nouæ & Ierusalem supercælestis. vel sicut pōtifex Sācta sanctorū introeunte, populus simul ingredi nō poterat, ita nos in cælū mortales Christū sequi nō possumus, spū sancto significāte in hoc solus pōtifex veteris ingressu nōdum esse nostro tēpore propalātā. i. in propatulo carne vestitis factam viam sanctorum, id est, aditum regni cælestis, adhuc priore tabernaculo, id est, præsentī, ecclesia habente statum. Prius enim tabernaculū destruetur, & secundum permanebit: quia præsens ecclesia secundum eam quam nunc habet conuersationem, dissipabitur, sed superna Ierusalem in illa conuersatione quam in angelis habet, sine fine permanebit. Quandiu enim præsens ecclesia quæ prius tabernaculum est, statum habet, cælū est inacessibile corporibus nostris, sicut ante saluatoris ascensionem fuit inacessibile iustorum animabus. Sed patienter expectanda est nobis generalis resurrectio, qua cū corpore & anima licebit nobis intrare regni cælestis habitationem post præsentis ecclesiæ dissipationē, sicut animabus perfectorū licet post redēptoris ascensionē. [Quæ parabola, id est, quæ mystica similitudo de duobus tabernaculis, & de his quæ continebantur vel fiebant in illis, [est tēporis instātis, id est, præsentis temporis gratiæ: hoc est, omnia illa quæ ibi facta sunt præsignauerunt ista quæ in hoc tēpore gratiæ palām geruntur. Parabola enim dicitur representatio rei gestæ ad aliud significandum. Sicut omnia illa quæ tunc fiebant representātur nobis per scripturam ad significationem eorum quæ nostro tempore fiunt. Ex quibus patet, quia quod tūc pontificem in sancta sanctorum populus sequi non poterat, signum fuit quod nos adhuc corporaliter in cælum sequi Christum non possumus. [Iuxta quam] parabolam [offerūtur, id est, offerri iussa sunt [munera,] vt de frugibus: [ & hostiæ,] vt de animalibus: quæ non possunt seruientem facere perfectum iuxta cōscientiam:] quia etsi quis omnia exterius quæ iussa fuerant, adimplet

**B** est, non secundum diuinitatem eius, in qua ipse est æqualis patri. Ob hoc autem propiciatoriū illud vocabatur oraculum, quia deus ibi loquebatur. Hæc erant intra Sācta sanctorum post illa quæ in priori sanctuario erant, de quibus, inquit, non est modo dicēdum ita prolixè, vt per singula quæque noster sermo transeat differendo. Vel in præsentī vita non est dicendum. i. nō potest profunditas istorum mysteriorum aperiri per singula. De singulis quæ ibi erant vel fiebant, non est nunc dicendū. [His verò] duobus tabernaculis [ita] (vt breuiter indicauim⁹) [compositis. i. copulatis, dicēdum est quod [in priori quidē tabernaculo semper. i. quotidie vel assidue] introibant sacerdotes, consummantes, id est, complentes [officia sacrificiorum.] Istæ erant iustificationes culturæ, quas supradixi habuisse vetus testamentum. In priori quidem omnes sacerdotes intrabant, quotiescunque volebant. [In secundo autem solus pōtifex] intrabat, & hoc [semel in anno.] & [nō] intrabat [sine sanguine,] sed secū portabat sanguinē, [quē offerret pro sua & populi ignorantia. i. pro peccatis quæ ignoranter egerunt tam ipse q̄ populus. Quod autem in proprie tabernaculo quotidie per annum introibant cum sacrificiis sacerdotes, significat quia in præsentī ecclesia sancti domino sine intermissione famulantes, quotidianos suæ fragilitatis erratus, sine quibus esse in hac vita nullatenus possunt, quotidianis bonorum operum vicimis, quotidianis lachrymarum suarum libaminibus, quasi veri sacerdotes expiant. Summus verò pōtifex qui semel in anno sancta sanctorum cum sanguine victimarum ingrediebatur, Christum designauit, qui semel in plenitudine tēporis oblatus pro peccatis nostris, ipse sacerdos & hostia per proprium sanguinem in ipsū cælum intravit. i. in vera sancta sanctorum, vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Et pro sua. i. pro suorū prælatorum & vniuersi populi sui ignorantia offert intus sanguinē, qui foris effusus est. i. representat in cælo patri memoriam passionis, quam in hoc seculo pertulit. Annus verò figuraliter indicare potest omne tempus ab incarnatione eiusdem saluatoris vsq; ad finem seculi. De quo anno ipse per Isaiam dixit: Vt prædicarem annum placabilem domino. Ignorātia autem quodlibet peccatum vocari potest, quia execat cor & errare facit hominem, dū peccati delectationē placere suadet. Quod verò singulis annis iterabatur ingressus pontificis in sancta, significabat non venisse adhuc perfectionem. Solus intrabat pōtifex, [spiritu sancto] qui ita fieri iustituit in [hoc significante, nondum esse tunc propalatum] & apertam [viam sanctorum, id est, nondū esse patefactum hominibus iter, quo possent peruenire vsque ad Sancta sanctorum, id est, intrare secreta cælorum: quia nondum venerat Christus, qui viam istam credentibus propalaret, [adhuc priore, (id est, vmbra) tabernaculo habēte statum] in carnalibus obseruantis, id est, ideo nondum erat patens hominibus ingressus æternæ beatitudinis, quoniam adhuc vmbra veteris tabernaculi non cedebat, sed stabat & perdurabat: nec poterat veritas palām cūctis effulgere, nisi vmbra remoueretur. Christus enim prior ascendens aperuit nobis ingressum cæli, vt animæ corporibus exuta, possint illuc intrare. Prius tabernaculum nō dicitur hoc loco respectu secūdi, sicut supra: sed vtrunq; dicitur prius respectu ecclesiæ nouæ & Ierusalem supercælestis. vel sicut pōtifex Sācta sanctorū introeunte, populus simul ingredi nō poterat, ita nos in cælū mortales Christū sequi nō possumus, spū sancto significāte in hoc solus pōtifex veteris ingressu nōdum esse nostro tēpore propalātā. i. in propatulo carne vestitis factam viam sanctorum, id est, aditum regni cælestis, adhuc priore tabernaculo, id est, præsentī, ecclesia habente statum. Prius enim tabernaculū destruetur, & secundum permanebit: quia præsens ecclesia secundum eam quam nunc habet conuersationem, dissipabitur, sed superna Ierusalem in illa conuersatione quam in angelis habet, sine fine permanebit. Quandiu enim præsens ecclesia quæ prius tabernaculum est, statum habet, cælū est inacessibile corporibus nostris, sicut ante saluatoris ascensionem fuit inacessibile iustorum animabus. Sed patienter expectanda est nobis generalis resurrectio, qua cū corpore & anima licebit nobis intrare regni cælestis habitationem post præsentis ecclesiæ dissipationē, sicut animabus perfectorū licet post redēptoris ascensionē. [Quæ parabola, id est, quæ mystica similitudo de duobus tabernaculis, & de his quæ continebantur vel fiebant in illis, [est tēporis instātis, id est, præsentis temporis gratiæ: hoc est, omnia illa quæ ibi facta sunt præsignauerunt ista quæ in hoc tēpore gratiæ palām geruntur. Parabola enim dicitur representatio rei gestæ ad aliud significandum. Sicut omnia illa quæ tunc fiebant representātur nobis per scripturam ad significationem eorum quæ nostro tempore fiunt. Ex quibus patet, quia quod tūc pontificem in sancta sanctorum populus sequi non poterat, signum fuit quod nos adhuc corporaliter in cælum sequi Christum non possumus. [Iuxta quam] parabolam [offerūtur, id est, offerri iussa sunt [munera,] vt de frugibus: [ & hostiæ,] vt de animalibus: quæ non possunt seruientem facere perfectum iuxta cōscientiam:] quia etsi quis omnia exterius quæ iussa fuerant, adimplet

Rom. 3.

Mat. 5.  
Apo. 2.1

Iacob. 2.

Psal. 144

Exod. 25.

L.

2. Par. 35.

Exod. 16.

Num. 17.

Ioan. 10.

Exod. 13.

M.

Psal. 134.

Luce. 2.

Isai. 61.



G adimplet, interius tamen perfecte legem ad-  
Exod. 20 implere non poterat. Quauis enim lex dice-  
Rom. 7. ret, Non concupisces, concupiscentiam tamen  
nō abstulit, sed potius ipsa prohibitione homi-  
nes ad cōcupiscentiā animauit. Et licet quis se-  
cundum carnē per illas hostias à peccato mū-  
dari videretur, in cōscientia tamen per eas ple-  
ne mundari nō poterat. Multi tamen spirituales  
viri fuerūt etiam tunc, qui ex fide iustificati, &  
auxilium gratiæ habentes, spiritualis legis adim-  
pletionem deo placuerunt. Scimus enim quoniā  
lex spiritalis est. Sed quia carnaliter custodieba-  
tur, non potuit perfectum in conscientia facere  
seruicētem [solummodo in cibis & in potibus,  
& in variis baptismatibus, & iustitiis carnis, vs-  
que ad tēpus correctionis impositis, id est, eum  
qui nihil spiritaliter ibi faciebat, sed solummodo  
secundū literæ superficiem in hoc seruiebat legi,  
vt quosdam cibos vel potus velut immun-  
dos respueret, quosdam autē velut mundos eli-  
geret. & varia baptismata, id est, ablutiones di-  
uersas obseruaret, & iustitias varias non spiri-  
tus, sed carnis: quia non animam, sed carnē iu-  
stificabant, dū manus à peruerso opere, linguā  
à blasphemia timore pœnæ cōprimerent, non  
cor à mala voluntate mundarēt. Et hæc omnia,  
id est, obseruatio differentiæ ciborum & potuū,  
& frequentes corporū seu vestium ablutiones,  
& vmbrales carnis iustificationes, & cætera  
huiusmodi fuerunt eis velut onus imposita, ad  
refrenandū transgressores, nō vt semper existe-  
rent, sed vsq; ad tēpus correctionis durarent. i.  
vsque ad tempus gratiæ, qua in melius corrige-  
rentur & cessarent. Quoniam quod lex illa mi-  
nus fecit, & in omnibus obseruantibus illam  
adimplere non potuit, gratia noua subintrans  
correxit, & omnem eius impossibilitatem ad  
perfectionem adduxit, dum carnales ritus aufe-  
rens, in spirituales obseruantias mutauit.

*Christus autem assistens pontifex  
futurorum bonorum, per amplius &  
I perfectius tabernaculum, non manufa-  
ctum, id est, non huius creationis: ne-  
que per sanguinem hircorum aut vitu-  
lorum, sed per proprium sanguinem in-  
troiuit semel in sancta, æterna redem-  
ptione inuenta.*

Solus pontifex in anno semel intrabat in se-  
cūdum tabernaculum, quod Moyſes extruxe-  
rat: sed [Christus] in tabernaculum nobilius &  
Adu. 7. æternum intrauit: vbi pontificis agit officium,  
[assistens] deo ad interpellandum pro nobis,  
sicut Stephanus vidit eū pro se stantem ad dex-  
teram patris. Tunc enim interpellabat pro Ste-  
phano, & ita quodāmodo pro singulis electorū  
astat deo, dum pro ipsis intercedit. Nam & se-  
dere & stare legitur, vt modō eius potētia, mo-  
dō misericordia describatur. Nam vtique pro  
potestate regis vel iudicis sedere dicitur, pro  
bonitate intercessoris stare suggeritur. Ipse di-  
co, [pontifex] non carnalium & temporalium  
[bonorum,] sed spiritualium & æternorum, id

est, [futurorū,] quia intercessione sua & obla-  
K tione sui ipsius, non temporalia, sed æterna bo-  
na nobis impetrat, quæ sic erunt præsentia, vt  
semper sint futura, id est, nunquam deficientia.  
Vel futurorum bonorū est pontifex. i. præsen-  
tis iustitiæ & æternæ beatitudinis, quæ tēpore  
suo erāt futura. Ipse ingressus est verum [taber-  
naculum, id est, cælum] per amplius, id est, per-  
fecte & prorsus amplius, quia plures capit quā  
terrenū illud: [ & perfectius,] quia ibi est per-  
fecta iustitia & beatitudo. Tabernaculum di-  
co, [non manufactum,] sicut illud quod fecit  
Moyſes, id est, [non huius creationis,] cuius in  
eremo fuit illud quod fixit homo. Non est fa-  
ctum manu hominis, sed dextera dei, nec de ma-  
teria corruptibili compositum, vt illud quod  
de cortinis & pellibus & auro & argēto Moy-  
ses fecit, sed mira soliditate & pulchritudine cō-  
summum. Non intrauit in tabernaculum il-  
lud angustum & imperfectum & manu homi-  
nis constructum, sed in amplius, id est, per om-  
nia maioris amplitudinis, & perfectius, id est,  
maioris perfectionis & opifice summo fabrica-  
tum. [neque per sanguinem hircorum aut vitu-  
lorum introiuit] in Sancta sanctorum, vt olim  
sub lege pontifex cōsueuerat, [sed per propriū  
sanguinem.] Nihil enim mūdum inuenit in ho-  
minibus, quod offerret pro hominibus: & id-  
circo seipsum obtulit mundam vltimam ipse  
sacerdos. Suum pium sanguinem pro nobis ef-  
fusum intulit [in sancta] sanctorū, id est, in cælum:  
& hoc [semel, id est, non per singulos an-  
nos, vt Leuiticus pontifex, sed tantum vna vi-  
ce. Quoniā oblatio sanguinis eius adeo placuit  
deo, vt non vltra sit opus repetitione: quia per  
humilitatem illius sacrificij deletum est, quic-  
quid primus homo commisit: & omnes pro  
quorum salute sanguinem suum fudit, ad om-  
nem cōsummationem adduxit. Ideo non opus  
est iterari, quia perfectum est. Per sanguinem se-  
mel introiuit in sancta sanctorum, [æterna re-  
demptione inuenta:] & hoc ideo, quia per il-  
lam oblationem semel factam inuenta est omniū  
redemptio, quæ nō inueniri poterat in vniuerso  
M genere humano. Nam cum omnes homines  
captiui tenerētur à diabolo, quid apud eos in-  
ueniri poterat, quod pro tot captiuorum redē-  
ptione daretur? Sed Christus in sanguine suo  
redemptionem omnium inuenit, non tempo-  
ralem, sed æternam: quia tantum fuit precium  
quod dedit, vt æternam redemptis libertatem  
redderet. Deleuit enim tam originalia quàm a-  
ctualia peccata, & omnem iustificationem ex-  
hibuit, ac regnum cælorum aperuit.

*Si enim sanguis hircorum & tauro-  
rum & cinis vitulæ aspersus, inquinatos  
sanctificat ad emundationem carnis,  
I. Petr. I. 1. Ioan. I. 1. Apo. I. 1.  
quanto magis sanguis Christi, qui per  
spiritū sanctum semetipsum obtulit im-  
maculatum Dei, emundauit conscien-  
tiam nostram ab operibus mortuis ad  
seruiendum deo viuenti?*

Verè

A Verè sanguine suo semel oblato inuenit re-  
demptionem nostrā, nec fuit opus repetitione  
talis oblationis. Nam sanguis eius emundauit  
conscientiam nostram, vt nullius mali consen-  
sus iam conscij simus, quod est verè liberos ef-  
fe. Quasi quis dicat: Per sanguinem Christi po-  
test esse redemptio & liberatio spiritualis & æ-  
terna. Nam si sanguis vmbrales in lege sacri-  
ficiorum, sanctificabat eos in carne, id est, puri-  
ficabat carnē eorum & mundam reddebat, mul-  
to potentius sanguis Christi purgat & sanctifi-  
cat animas nostras, vt perpetualiter mundæ &  
libere maneāt. Et hoc est: [Si enim sanguis hir-  
corum] & cætera. Si enim vmbra carnem puri-  
ficat, quāto magis veritas animā sanctificat? Il-  
le enim purgationes vmbrae fuerunt purgatio-  
num, quæ sub gratia fiunt: & animalia quorum  
sanguine fiebant emundationes, figuram Chri-  
sti gesserūt. Sanguis hircorum & taurorum qui  
immolabantur, nonūquam aspergebatur super  
eos qui mundandi erant, vel pro ipsis cōtra ve-  
lum septies, vt sanctificari possent: & Christus  
qui nos aspersione sui sanguinis mundauit, per  
hircos designabatur propter similitudinem car-  
nis peccati, & quia pro peccato mundi oblati  
est. Hircus enim pro peccato semper immola-  
batur. atque per tauros propter fortitudinem,  
quia cornibus virtutis ventilat inimicos. Sed  
multo euidentius præfigurabat eum vitula, quæ  
comburebatur, vt cineres eius aquam mixti pur-  
gatio fierent hominum immundorum, de qua  
longum nimis est omnia dicere, sed aliqua bre-  
uiter dicamus: Præcipe, inquit, filiis Israël, vt  
Num. 19. adducant ad te vaccam rufam, ætatis integræ, in  
qua nulla sit macula, nec portauerit iugū, tradēt  
que eam Elezaro sacerdoti. Qui eductam ex-  
tra castra immolabit in conspectu omniū. & in-  
tingens digitū in sanguine eius, asperget cōtra  
fores tabernaculi septem vicibus, comburetq;  
eam cunctis videntibus tam pelle & carnibus  
eius, quàm sanguine & fimo flammæ traditis. Li-  
gnum quoq; cedrinū, & hyssopum coccūmq;  
bis tinctum sacerdos mittet in flammā quæ vac-  
cam vorat. Vacca dicta est caro Christi sexu fe-  
mineo, propter infirmitatem carnalem. Rufa. i.  
C sanguine passiōis cruciata. Aetatis integræ, quia  
triginta annorum vel paulo amplius erat quan-  
do crucifixa est. In qua nulla erat macula iniqui-  
tatis, neq; enim iugū portauerat peccati, quod  
autem non Aaron pontifici, sed filio eius Elea-  
zaro tradi iussa est, significat nō ad tēpus quod  
tūc erat, sed ad posteros huius sacerdotij passio-  
nem domini peruēturam, quorū nunc Eleaza-  
rus typum gerit. Qui eductū extra castra. i. ex-  
tra ciuitatem immolauerunt, crucifigentes eum  
in conspectu omnium. Dehinc Eleazar signifi-  
cationem mutat, & veros noui testamēti sacer-  
dotes, id est, apostolos designat, dum intingens  
digitum sanguine vitulæ, aspergit septies con-  
tra fores tabernaculi. Apostoli enim digito san-  
guine septies contra ostiū asperferunt, quia pas-  
sionem Christi operibus commendantes, in-  
troitum fidei per septiformem gratiam spiritus  
sancti populis prædicauerunt: & comburet, in-  
quit, eam cunctis videntibus. Cōbustio, signum  
est resurrectionis. Natura quippe ignis est, vt in

superna moueatur, & in eum conuertitur quod  
comburitur. Combusta est ergo vacca cunctis  
videntibus, quia Christus resurrexit, & eius re-  
surrectionis gloriam cuncti per orbem fideles  
aspiciūt. Iam quod sequitur, tam pelle & carni-  
bus eius, quàm sanguine & fimo flammæ tradi-  
tis, significat quod nō solum substantia mortali-  
s corporis Christi, quæ cōmemoratione pellis  
& sanguinis & carniū intimata est, sed etiam  
cōtumelia & abiectio plebis, quæ nomine fimi  
designatur conuertentur in gloriam, quàm cō-  
bustionis flamma significat. Lignū verò cedri-  
num quod in altum extollitur, ipse est quæ de-  
bet in supernis firmiter habitare. Hyssop⁹, quia  
radicib⁹ heret in petra, fides est in Christo fun-  
data. Coccus bis tinctus, ignea charitas est quæ  
tingitur amore Dei & proximi, hæc tria sacer-  
dos. i. quilibet Christianus mittere debetur in  
resurrectionē Christi, tanquam in medium cō-  
bustionis illius, vt cum Christo sit vita eius ab-  
Colof. 3. scōdita in deo. Colliget autem vir mundus ci-  
E neris vaccæ, & effundet eos extra castra in loco  
purissimo, vt sint multitudini Israël in custodia  
& in aquam aspersione, quia pro peccato vacca  
cōbusta est. Quid putamus esse cineres vaccæ,  
nisi famam quæ sequuta est passionem resurre-  
ctionemq; Christi? Nam & cinis erat, quia ve-  
lut mortuus ab infidelibus contemnebatur: &  
tamē mundabat, quia & resurrexisset à fidelibus  
credebatur. Et quia hæc fama apud eos maximè  
claruit, qui in cæteris gentibus erant, & nō erāt  
de cōsortio Iudæorum, ideo dictū est, quia col-  
liget vir mundus cineres vaccæ, mundus utiq;  
ab interfectione Christi, quæ Iudæos macula-  
uerat, & effundet in loco purissimo. i. in corde  
credentium mūdissimo extra castra. i. extra ce-  
lebrationem Iudaicæ consuetudinis, & ideo sic  
tractabuntur isti cineres, vt sint multitudini fi-  
liorū Israël, id est, Christianorum, in custodia  
mandatorū cælestium, & in aquam aspersione,  
id est, in lauacrū baptismatis. Nam aqua asper-  
sionis, purificatio est. Ex his omnibus fiebat a-  
qua aspersione, vnde mundabatur à contractu  
Locus ob- mortuorū, quod vtique significat ab iniquitate  
scurus. F  
Num. 19. huius moribūdæ vel morticinæ vitæ. Qui te te-  
tigerit, inquit, cadauer hominis, & propter hoc  
septem diebus fuerit immundus, aspergetur ex  
hac aqua die tertio & septimo, & sic mundabi-  
tur. Si die tertio aspersus nō fuerit, septimo nō  
poterit emundari. Qui tetigerit cadauer homi-  
nis. i. qui malis operibus communicauerit, &  
propter hoc septē diebus. i. in anima & corpore  
fuerit immūsus, aspergetur ex hac aqua. Septē  
videlicet dierum immunditia propter animam  
& corp⁹ dicitur, quia homo in anima & corpo-  
re septenarium suscipit, dū illa tribus motibus,  
istud quatuor elementis consistit. Vnde & per  
Amos. I. Amos dictū: Super tribus sceleribus Israël, &  
super quatuor nō conuertam eum. Aspergetur  
ex hac aqua die tertio & septimo, & sic munda-  
bitur. i. aqua baptismatis in fide trinitatis & spi-  
ritus sancti cōfirmatione. Si die tertio aspersus  
non fuerit, septimo non poterit emundari. i. si  
baptismo quod in fide trinitatis sit, ablutus nō  
fuerit, septiformem gratiam accipere nō pote-  
rit. Describuntur & aliæ multæ species immū-  
ditæ,

**G**ditia, quæ omnes aspersioe huius aque illustrari iubentur. Sed ad epistolam reuertamur, quia iam manifestum est quomodo vitula hæc Christum præsignauerit. Nam sanguis hircorum & taurorū & cinis] huius vitulæ [asperfus sanctificabat. imundabat [inquinatos aliqua immunditiarum, quas lex describit. Sanctificabat eos nō ad emundationem anime, sed [ad emundationē carnis,] vt caro iam emundata iudicaretur, & in cōsortium aliorum, qui sic emundatus erat, reciperetur. Et si hoc sanguis vel cinis animalium in carne poterat, [quanto magis sanguis Christi] potest in anima nostra munditiam & sanctificationē operari? Vnde & in lege de eo sub figura carnalium victimarum dictum est: Anima carnis in sanguine est, & ego dedi illum vobis, vt super altare meum expietis pro animabus vestris, & sanguis pro animæ piaculo sit. Itaque sanguis Christi secundum quod lex prophetauerat & decreuerat, [emundauit conscientiam nostram. i. ex toto mundauit animam nostram, vt iam nō esset sibi conscia alicuius peccati vel consensus illiciti. Emundauit eam ab operibus mortuis, id est, à reatu peccatorum quæ feceramus, quibus ipsa fuerat inquinata. Opera enim peccati sunt mortua. i. vita iustitiæ prorsus carētia. Quæ qui tangit, inquinatur: sicut ille qui tangebatur mortuum, inquinabatur: nec intrat in cælum, sicut nec ille in templū. A talibus mortuis emundauit cor nostrum Christus, vt nec consensus inquinamentum remaneret in nobis, & emundauit nos [ad seruiendum. i. vt seruiremus [deo viuenti,] cui seruire non potest, qui mortuis operib⁹. i. peccatis seruit. Omnis enim qui facit peccatum, seruus est peccati, & nemo potest duobus dominis seruire. Sed Christus duo fecit, & à peccatis nos mundauit, & restituta libertate arbitrij, seruire fecit deo, qui verè viuunt, & vitam verā sibi seruientibus tribuit. Nec mirum si sanguis Christi tanta operatur, [qui] nō brutorum animalium victimas, sed [semetipsum obtulit deo] pro nobis [immaculatū,] quia nec originalis nec actualis maculæ quicquā habuit, & hoc factum est [per spiritum sanctū,] qui carnem eius sine semine creauit in vtero virginis, & immunē à peccato semper eum seruauit. Vel per spiritum sanctū obtulit se, quia spiritus sanctus hoc illi suauit.

*Et ideo noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant sub priore testamēto repromissionē accipiāt, qui vocati sunt, æternæ hereditatis.*

Dico quia obtulit se deo pro nobis, [ & ideo est] ipse [mediator noui testamēti, id est, medius inter deum & homines in datione nouæ legis, melius quàm Moyses fuerat in datione veteris. Discordia videlicet facta fuerat inter nos & deum, & idcirco regni eius hæredes fieri non poteramus: quia nec quomodo ad pacem eius reuerti nos oporteret, noueramus. Propter quod iste nobis mediator per dei misericordiam datus est, qui nos deo reconciliaret, & eius volū-

tatem nobis interpretaretur, vt sciremus quid ipse nos operari vellet: & amici effecti, hæreditatem regni eius per nouum testamentum assequeremur, sicut Iudæi per vetus testamentum adepti sunt hæreditatē terræ Chanaan. Et hoc est, ipse mediator noui testamēti, [vt qui vocati sunt. i. ab æterno diuinitus electi, de quibus alibi dicitur: Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt, [accipiant] per illud testamentum [repromissionem æternæ hereditatis. i. in hæreditatem consequantur æternam beatitudinē, quæ multoties illis est in scripturis promissa: & hoc fiat [morte] eius [intercedente] inter testamentum & hæreditatem. Ideo videlicet dedit illi testamētum nouum, vt cum mors sua intercederet, acciperent hereditatem qui nouum testamētum habebant, sicut in omnibus testamētis est cōsuetum. Quicumque enim paterfamilias hæredi suo testamētū faciat, nihil prodest illi cui factum est, nisi prius moriatur qui fecit. Testamētum vocamus hîc, scriptū quod alicui fit de obtinenda post mortem alicuius hæreditate. Et fit aliquando simpliciter, aliquando cū conditione, vt si quis dicat, Hoc fac, & habebis post me hæreditatem meam: quod si nō feceris, non habebis eam. Scriptumque de hac conuentione illi relinquat, sicut & Christus de hæreditate perennis vitæ nobis testamētū conditione fecit, dicens: Si quis sermonem meum seruauerit, mortē non videbit in æternum. Ac deinde mortem suam interposuit, vt nos per obseruantiam sermonis eius ad hæreditatem vitæ æternæ perueniremus. Morte [inquit] intercedente [in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant sub priore testamēto. i. ad hoc mors eius interueniret, vt suos redimeret ab illis præuaricationibus, quas operabantur dum adhuc essent sub veteri lege, quæ deprimebat eos in seruitute timoris, non relaxabat in libertate charitatis: & ideo non sanctificabat eos, sed magis præuaricatorēs faciebat. Sub testamento enim ideo dicit, quia quasi onus quoddā graue erat eis lex. De peccatis gētilium, quæ similiter sanguine Christi deleta sunt tacet, quia Hebræis loquitur, qui se per legē putabant iustificatos: & ostēdit eos nunquam sub lege sine præuaricationibus vixisse: ideoque necesse fuit vt & ipsi morte Christi redimerentur à reatu præuaricationum suarum, quatenus digni possent fieri æterna hereditate.

*Vbi enim testamentum, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est. Alioqui nondum valet, dum viuunt qui testatus est. Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est.*

Dixi quia est mediator noui testamenti, vt morte eius intercedente, perueniremus ad possessionem hereditatis, quæ in testamento scripta est: necesse fuit vt mors eius intercederet, si ad hæreditatem perueniri eramus. Nam ira fit in omnibus testamentis. Vbiunque [enim] fit [testamētū, necesse est] vt [mors testatoris intercedat

**A** tercedat, id est, vt prius moriatur ille qui testamentum fecit, q̄ ille qui in testamēto designatus est hæres habere possit hæreditatem. Nunquam enim aliter potest illam cōsequi. Et quia in omni testamento id necesse est, ideo testator noster qui nobis testamētū fecerat, in quo vitæ æternæ hæredes fore nos instituerat, interposuit mortem suam, vt sine obstaculo perueniremus ad hæreditatem possidēdā, neque aliter pertingere possemus ad illam. Et verè in omni testamento necesse est mortē testatoris intercedere. Nam [testamentum] omne [est confirmatum,] vt possit esse ratum, [in mortuis, id est, in morte testatoris. Secundū leges seculi loquitur Apostolus, in quibus est decretum, vt viuentē testatore non sit ratum, sed ab eius morte firmitudinem accipiat, vt vltimus nō mutetur. [Alioqui, id est, nisi mors testatoris interueniret, [nondum valet, id est, nondum firmum est ipsum testamētum, [dum, id est, quandiu [viuit qui testatus est.] dum enim viuunt potest illud [si voluerit] mutare, vt eum quem scripserat hæredem, auferat & alium subscribat. Sed in morte eius ita cōfirmatur, vt amplius mutari nequeat, sed hæredes qui descripti sunt hæreditatem accipiant. Sic & testamētū Christi in morte eius est confirmatum, vt quos ipse in eo præsignauit hæredes, absque immutatione accipiant hæreditatem. Non enim alij, sed illi soli, quorum nomina sunt in libro vitæ, consequentur illam hæreditatem. Dixi quia omne testamētum morte confirmatur, [vnde, id est, quia mors omne testamentum confirmat, [nec primum quidem] testamentum [est dedicatum sine sanguine,] sed in eius dedicatione, id est, quando à filiis Israël in auctoritatem est receptum, immolata sunt animalia, quorum sanguine est confirmatum, ad significationem noui testamenti, quod Christi sanguine dedicatum est, & hoc est: Nec primū quidem, subaudi, sicut nec secundum, est dedicatum absq; sanguine. Debit enim morte cōfirmari, vt esset ratum & autorabile.

*LECTO enim omni mandato legis à Moyse vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorū cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoque librum & omnem populum aspersit, dicens: Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos deus. Etiam tabernaculum & omnia vasa ministerij sanguine similiter aspersit, & omnia penè in sanguine secundum legem mundantur, & sine sanguinis effusione non fit remissio.*

Verè & primum testamētū est sanguine dedicatum. Nam [lecto à Moyse omni mādato legis,] vt nihil esset in lege quod careret auctoritate, sed omnia eius mādata dedicaretur, & authentica fieret in sanguine [vniuerso populo,] qui & totus sanguine mundatus est, postquam

Moyes in auribus plebis omnia legis mandata D perlegit, [accipiens sanguinē vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyssopo, scilicet miscens sanguinem & aquā, & faciens de lana & hyssopo aspersorium, non solum cætera, sed [ipsum quoque librum] legis [ & omnē populum] jillo sanguine [asperfit,] & vt illi cum maiori deuotione suscipere, dixit: [Hic sanguis] est [testamenti,] quod per me [deus mandauit ad vos.] Quasi non frustra vos aspergo, quia hic sanguis quo vos purifico, est cōfirmator testamēti quod mandauit mihi deus ad vos deferrē. Nec solummodo librum & populum, sed [etiam tabernaculum & omnia vasa ministerij, id est, quæ ad ministrandum in eo facta fuerāt, [similiter] vt populum [asperfit sanguine.] Omnia enim illa vasa Moyses sanguine mūdauit, & idonea ad ministrandum Deo per asperisionem sanguinis effecit, sicut & populū & reliqua sanguine mundauerat. [Et] inde sumpto postmodum exemplo & auctoritate illius, [omnia penè mundantur] per sacerdotes [in sanguine secundum legem, id est, secundum quod lex præcipit & Moyses instituit, & sine sanguinis effusione non fit remissio,] quia sine sacrificio nullum in lege peccatū remittitur. Non tamen dicit Apostolus, quod sanguine brutorum animalium remitterentur hominibus peccata: sed significat quia nec illis qui sub lege erant, remissa sunt nisi sanguine Christi. Quod autē Moyses prius legem docuit, ac deinde librum & populum sanguine asperfit, præsignauit quia Christus primo prædicaturus erat, ac deinde prædicationē suam plebemque credentium sanguine suo erat aspersurus. liber enim noui testamēti aspersus est sanguine Christi, cuius passionem euidentius & frequentius memorat, & cuius morte cōfirmatus est, vt in auctoritate habeatur, & quæ in eo scripta sunt, sine immutatione compleantur: vt quia pro nobis Christus mortuus est, præcepta eius diligamus: qui & gratiā, quæ hæc complere possumus, nobis per mortem impetrauit. Quod vniuersus populus est aspersus, declarat, quia omnes qui de populo dei sunt, redemptionem & sanctificationē habent in sanguine Christi, quæ sanguis hircorum & vitulorum præsignauit. Christus videlicet per figurā vitulus est, propter virtutem crucis, cuius cornibus impios vtilauit. Vitulus tamen, nō bos: P[al. 43] quia nil vetustatis habuit, sed nouitatem gratiæ Rom. 8. nobis attulit. Ipse quoq; dicitur hircus, ppter similitudinē carnis peccati, vt de peccato dāna ret peccatum, ibiq; sanguis vitulorū & hircorū, sanguinē Christi (sicut diximus) præfigurauit. Aqua mixta est sanguine, quia ex latere Christi non solum sanguis, sed & aqua exiuit. vnde & mos est, aquā i sancto calice misceri vino, quod in missa consecrandum est. Quod & baptismi sacramentum referri potest, quia baptismus noster, qui per rubrum mare præfiguratus est, rubet sanguine Christi. Ideo Moyses sanguinē & aquam miscuit. Qui & lana coccinea sanguinē illum & aquam asperfit, quia Christus mirabili charitate sanguinem & aquam, quibus nos sanctificaret, de latere suo produxit. Color enim coccineus, ruborē ardentissimæ charitatis quæ Christi

Leui. 27.

Ioan. 8. Matt. 6. Luc. 6.

Apo. 19.

Ioan. 8.

Philip. 4.

Exod. 24.

Ioan. 19.

**G** Christus nos dilexit, insinuat. Lana quoque calida est, & vestis qua frigus repellatur, potest ex ea fieri. Vnde & nos charitatem Christi quasi lanam calidam debemus assumere, & indumentum iustitiae nobis ex ea facere, quo circumdemur & adornemur in omnibus dictis & operibus nostris, & a frigore totius malitiae defendamur. Hyssopus autem herba humilis & expellens tuorem pulmonis, humilitatem Christi designat, qua misericorditer humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem. Hac enim asperfit super nos pium sanguinem suum. Quam & nos imitari pro modulo nostro debemus, ne in vacuum recepisse huius gratiam asperfusionis inueniamur. Quid enim prodest nobis sanguis eius nisi tumorem superbiae prorsus a nobis expellamus? Librum & populum Moyses asperfit, dicens: Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos deus. Sic & Christus nouam legem & vniuersum mundum sanguine suo mox asperfitur, dixit in cena discipulis suis: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. Ecce quam concorditer vtrunque sibi testamentum consonat. Ecce quam proprie praedicat, Moyses verba quibus saluator utitur in cena. Etiam tabernaculum, id est, ecclesiam fidelium, de quibus dixit deus, quoniam inhabitabo in illis & inambulabo. & omnia vasa ministerij, id est, omnes sanctos qui altari deseruiunt, ut diacones, presbyteri, episcopi, & qui sacros cibos sanctae praedicationis ministrant in ecclesia sanguine similiter asperfit: quia & omnes simul ecclesiam, & omnes sanctiores sicut & populares, Christus suo sanguine mundauit & consecrauit. Et secundum legem penes omnia mundantur sanguine, ut appareant omnia sanguine Christi debere mundari. Penes omnia dixit, quia quaedam vasa lauabantur aqua tantum, ut mundarentur: & homines a quibusdam contagiis, ut a contactu mortuorum, purificabantur aqua asperfusionis, nec indigebant sanguine ad suam mundationem. Sed in euangelio nihil prorsus mundatur sine sanguine CHRISTI. Et hoc quoque seruatur in lege, quod sine sanguinis effusione in aliquo sacrificio facta non sit vlla peccati remissio: per quod ostenditur, quia nisi passione CHRISTI nullum omnino potest remitti peccatum.

**H**ic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. Ecce quam concorditer vtrunque sibi testamentum consonat. Ecce quam proprie praedicat, Moyses verba quibus saluator utitur in cena. Etiam tabernaculum, id est, ecclesiam fidelium, de quibus dixit deus, quoniam inhabitabo in illis & inambulabo. & omnia vasa ministerij, id est, omnes sanctos qui altari deseruiunt, ut diacones, presbyteri, episcopi, & qui sacros cibos sanctae praedicationis ministrant in ecclesia sanguine similiter asperfit: quia & omnes simul ecclesiam, & omnes sanctiores sicut & populares, Christus suo sanguine mundauit & consecrauit. Et secundum legem penes omnia mundantur sanguine, ut appareant omnia sanguine Christi debere mundari. Penes omnia dixit, quia quaedam vasa lauabantur aqua tantum, ut mundarentur: & homines a quibusdam contagiis, ut a contactu mortuorum, purificabantur aqua asperfusionis, nec indigebant sanguine ad suam mundationem. Sed in euangelio nihil prorsus mundatur sine sanguine CHRISTI. Et hoc quoque seruatur in lege, quod sine sanguinis effusione in aliquo sacrificio facta non sit vlla peccati remissio: per quod ostenditur, quia nisi passione CHRISTI nullum omnino potest remitti peccatum.

**I**ustorum fuit ut pro rationalibus hominibus brutorum animalium victimae cederetur. Cum ergo bruta animalia pro rationali animali, id est, pro homine dignae victimae non fuerint, requirendus erat homo qui pro hominibus offerri debisset, ut pro rationali peccatoe rationalis hostia mactaretur, & deleteret culpam protoparentis. Sed quid, quod homo sine peccato inueniri non poterat? Et oblata pro nobis hostia quando nos a peccato mundare potuisset, si ipsa peccati contagio non careret? Inquinata quippe, inquinatos non mundaret. Ergo ut rationalis esset hostia, homo fuerat offerendus: ut vero a peccato mundaret hominem, homo, & sine peccato. Sed quis esset homo sine peccato, si ex peccati commixtione descenderet? proinde venit propter nos in vterum virginis filius Dei. Ibi pro nobis factus homo sine peccato, fecit pro nobis sacrificium corpus suum, exhibuit pro peccatoribus victimam sine peccato, quae & humanitate mori, & iustitia mundare potuisset. Hoc est, inquam, quod nunc caelestia, id est, homines caelestium virtutum futuri consortes, dicuntur melioribus hostiis debuisse mundari, id est, humanitate Christi, quae plurimum hostiarum nomine designatur in hoc loco, quia per omnes supradictas est figurata, & plura fecit quam omnes ille.

**N**eque ut saepe offerat semetipsum, quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno. Alioqui oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Nunc autem semel in consummatione saeculorum ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium, sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata, secundo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem.

**N**eque ut saepe offerat semetipsum, quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno. Alioqui oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Nunc autem semel in consummatione saeculorum ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium, sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata, secundo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem.

**Q**uandoquidem Moyses ita fecit, & lex ita praecipit, [ergo necesse est exemplaria quidem caelestium, id est, tabernaculum & vasa eius &c. quae fuere figurae caelestium, id est, praesignare ecclesiam quae dicere potest: Nostra conuersatio in caelis est, [mundari his] supradictis, id est, sanguine vitulorum & hircorum & aqua cum lana & hyssopo. Exemplaria quidem caelestium talibus sacrificiis debuisse mundari, sed ipsa caelestia, id est, homines ad caelum iam pertinentes, quos umbrarum veteres figurauere, necesse est mundari [melioribus hostiis quam istis, id est, quam sanguine vitulorum & caeteris. Neque enim

**I**ustorum fuit ut pro rationalibus hominibus brutorum animalium victimae cederetur. Cum ergo bruta animalia pro rationali animali, id est, pro homine dignae victimae non fuerint, requirendus erat homo qui pro hominibus offerri debisset, ut pro rationali peccatoe rationalis hostia mactaretur, & deleteret culpam protoparentis. Sed quid, quod homo sine peccato inueniri non poterat? Et oblata pro nobis hostia quando nos a peccato mundare potuisset, si ipsa peccati contagio non careret? Inquinata quippe, inquinatos non mundaret. Ergo ut rationalis esset hostia, homo fuerat offerendus: ut vero a peccato mundaret hominem, homo, & sine peccato. Sed quis esset homo sine peccato, si ex peccati commixtione descenderet? proinde venit propter nos in vterum virginis filius Dei. Ibi pro nobis factus homo sine peccato, fecit pro nobis sacrificium corpus suum, exhibuit pro peccatoribus victimam sine peccato, quae & humanitate mori, & iustitia mundare potuisset. Hoc est, inquam, quod nunc caelestia, id est, homines caelestium virtutum futuri consortes, dicuntur melioribus hostiis debuisse mundari, id est, humanitate Christi, quae plurimum hostiarum nomine designatur in hoc loco, quia per omnes supradictas est figurata, & plura fecit quam omnes ille.

**N**eque ut saepe offerat semetipsum, quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno. Alioqui oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Nunc autem semel in consummatione saeculorum ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium, sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata, secundo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem.

**Q**uandoquidem Moyses ita fecit, & lex ita praecipit, [ergo necesse est exemplaria quidem caelestium, id est, tabernaculum & vasa eius &c. quae fuere figurae caelestium, id est, praesignare ecclesiam quae dicere potest: Nostra conuersatio in caelis est, [mundari his] supradictis, id est, sanguine vitulorum & hircorum & aqua cum lana & hyssopo. Exemplaria quidem caelestium talibus sacrificiis debuisse mundari, sed ipsa caelestia, id est, homines ad caelum iam pertinentes, quos umbrarum veteres figurauere, necesse est mundari [melioribus hostiis quam istis, id est, quam sanguine vitulorum & caeteris. Neque enim

Philipp. 2.  
Exod. 14  
Matt. 26  
Marc. 14  
Luc. 22

Leui. 13  
& 15

Philipp. 3.

K  
M

Rom. 5.  
1. Petr. 5.

**A** & idcirco verus sacerdos Iesus non in umbratilia, sed in vera intrare debuit. Intrasset quidem in manufacta sancta, si ea vellet mundare, id est, si ea vellet ita sanctificare, ut in ea intrantes reciperent ab eis mundationem a peccatis. Sed non intrando in ea, designat quia iam nullus ibi munditiam animae consequi poterit. Ideo contempsit ea & non sanctificauit, quia sunt (ut dictum est) exemplaria & similitudines verorum non ipsa sunt vera. Sed intrauit in caelum, caelum dico ipsum, id est, per illa significatum. Sed cur Iesus, id est, qui salutem nobis in omnibus factis suis quaerebat, caelum intraret, nisi illo ascensu omnes ad hoc vellet mundari, ut fierent caelestes, quatenus in eis quasi in caelestibus habitaret, qui ad haec ascendit, [ut appareat nunc vultui dei pro nobis .i. interpellat solus pro salute omnium nostrum, sicut olim pontifex in sanctis sanctorum solus orabat pro omnibus. Nunc facit hoc dum non videmus eum. Vel nunc .i. in plenitudine temporis gratiae post consummationem operum quae gessit conuersans inter homines, apparet vultui .i. praesentiae & benevolentiae dei patris, intercedens apud eum pro nobis, ostendendo cicatrices vulnerum quae pro nostra redemptione pertulit: & quantum pro nostra salute laborauit, perpetualiter representando. Mirro enim & ineffabili nobis ordine eum qui nihil vnquam potest obliuisci, qui semper misereri paratus est, absque intermissione dominus Iesus admonet, quam congrue hominibus misereri debeat, quorum particeps vere & doloris ac passionis idem ipse dei filius effectus sit, & pro quibus ipse conflagrans, mortis imperium moriendo prostrauit. Sic enim saepe intercedit pro nobis. [Neque] ita hoc facit, [ut saepe offerat semetipsum] in ara crucis, & saepe patiat, quia sufficienter omnibus semel oblatus est, nec opus est repetitione. Vnde patet quia dignior & efficacior sit eius hostia omnibus aliis: quia ille saepe intrauerunt sine consummatione, haec semel oblata ad patriam reducit. Non ad hoc intrauit in caelum, ut seipsum saepe offerat effusione proprii sanguinis, quemadmodum illa necessitate qua legalis [pontifex intrat in sancta] sanctorum, [per singulos annos] id agendo, quia consummatione & perfectione operari non valet: & hoc facit non in proprio, sed [alieno sanguine,] & hic per singulos annos, Christus autem non saepe, sed semel: hic in alieno sanguine, Christus in proprio: hic protinus egreditur de sanctis, Christus perpetualiter in sanctis sanctorum assidet vultui dei semper interpellans pro nobis. Non ergo ita intrauit sicut ille pontifex ut post exiret & postea reuerteretur, hostiam suam passionis offerens ut ille sanguinem brutorum animalium, sed semel sanguinem proprium obtulit, & caelum penetrauit. [Alioquin .i. si aliter faceret, si saepe se offerret, tunc oporteret [eum frequenter pati] incipiendo [ab origine mundi,] ut per singulas generationes pateretur, redimendo suos in vnaquaque generatione. Nam si saepe seipsum in ara crucis offerret ideo faceret, quoniam ad redemptionem omnium minimè sufficiens esset. Et cum illos quos in carne viuentes inuenit, redemisset rursus oporteret eum mori ad redemptionem

aliorum qui post nascerentur. Sicque per singulas generationes esset necesse. & quoniam Abel & Noe & Abraam & Iob & Dauid, caeterique iusti & ad vitam praedestinati, eodem modo fuerunt redimendi, quo & illi quos in carne apparens iustificauit, & eadem necessitas & causa praecessit in illis, quae sequuta est in istis, ideo cum redimere omnes voluisset, & non nisi suos contemporaneos redimere posset, a primo iusto, id est, a tempore Abel incepisse pati debuisset, quod esset magnum inconueniens. Ergo non saepe, sed potius semel in ara crucis oblatus est. Quod nunc constat, quia per praedictum inconueniens est ostensum. Vel ita: Non frequenter passus est ab origine mundi, sed nunc semel in consummatione saeculorum. Si semel oblatus non sufficeret omnium in se credentium peccata exhaurire, oporteret eum pati saepius ab origine mundi. Quod ne fieret, semel passus est in consummatione saeculorum, id est, in vltima aetate mundi, in qua sunt omnia consummata & adimpleta, quae in saeculis transactis imperfecta fuere, & ideo non opus fuit ut inciperet pati ab origine mundi. Nam si toties pateretur, esset miserabilior omnibus hominibus. Non coepit ab initio pati, sed [nunc in consummatione saeculorum apparuit] in sanctis sanctorum vultui patris, [semel] ingressus illuc [per hostiam suam] vna vice mactatam [ad destitutionem peccati, id est ad hoc ut deorsum statueret peccatum, ne iam super nos, sed subter nos esset, id est, ne iam dominaretur nobis, sed nos conculcaremus illud. Quod nulla alia hostia facere potuit. Et quia eius hostia semel oblata, regnum peccati subuertit, nec iam per consensum vel operationem praevalet super nos peccatum, non necesse fuit ut iterum offerretur. Dixi quia semel apparuit deo per hostiam suam, ingrediens sancta sanctorum. Et ob hoc passus est semel, quoniam hanc potestatem in omnes possidet natura, ut semel moriantur. [Et quemadmodum, id est, qua necessitate & naturali conditione [statutum est] omnibus [hominibus semel mori, id est, ut semel moriantur, sed [post hoc, id est, post mortem restat eis [iudicium] in quo secundum hoc quod egere, recipiant, id est, non iterum restat ut surgant, & iterum moriantur, sed tantum ut veniant ad iudicium, recepturi praemia vel tormenta, sic, id est, eadem necessitate & immutabili iure naturae & [Christus,] utpote verus homo [semel] & non amplius in ara crucis [oblatus est,] & post faceret iudicium: hoc est, sicut hominibus post mortem nihil restat ex necessitate nisi ut iudicentur, ita Christo post mortem nil restat nisi ut iudicet. Nam si post resurrectionem suam iterum mori posset, non haberet in se naturam caeterorum hominum. Et ita nihil nobis prodesset, cum verus homo non esset. Sed ut verus homo probaretur, sicut semel ex matre virgine natus est, ita semel in cruce moriens, oblatus est patri sacrificium, [ad exhaurienda, id est, prorsus auferenda & adnullanda [peccata,] non dico omnium, quia non omnes credunt sed [multorum, id est, eorum qui ad vitam praedestinati sunt, quod aliae non sufficiebant hostiae, quia etiam aliquo modo minuebant ea, non tamen

E

F



**G**tamen exhauriebant: hoc est, semel venit, & eo aduentu omnia peccata suorum exhausit, secūdo autem aduentu [apparebit] non vt iterum patiat, sed vt iudicet. Apparebit enim [sine peccato, id est, sine hostia pro peccato, quia tūc non offert hostiam pro peccatis, sed damnabit perseverantes in peccatis. Consuetudo enim legis est, vt sacrificiū quod pro peccatis offertur, appelletur peccatum. Et secundū illam cōsuetudinem peccatum appellat Apostolus, quia loquitur Hebræis, quibus huiusmodi nomina per notitiā legis fuerant vsitata. Quasi dicat: Estote timidi, quia iam amplius non immolabitur pro vobis. Tūc enim nō erit hostia, sed iustitia in remunerādo vel dānādo. apparebit [expectantibus se. i. illis qui propter conscientiam boni sui meriti cū quadam securitate expectabant aduentum eius, vel qui modō longanimiter expectant eum perseverantes vsque in finem cū patientia in bonis operibus, & intuitū cordis ad eius aduentum erigentes. Apparebit eis [in salutem,] quia visio eius salus eorum erit perpetua, vt iam nec corporis nec animę quicquā mali sentiant, sed in eius aspectu sine fine gaudeant.

## CAPVT X.

*Mbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, per singulos annos eisdem ipsis hostiis, quas offerunt indefinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere. Alioqui cessassent offerri, eō quod nullam haberent vltra conscientiam peccati cultores semel mūdātī. Sed in ipsis cōmemoratio peccatorum fit per singulos annos. Impossibile est enim sanguine taurorum & hircorum auferri peccata.*

Probavit sufficienter quod Christus non nisi semel mori debuit, & nunc reddit causam cur semel eum mori necesse fuit. Lex enim non poterat perfectionem facere, & ideo hūc oportuit mori qui faceret perfectionē. Vel ita cōtinuandum est: Probavit Christum fuisse meliorē hostiam ostendēdo ea quæ in ipso erant, prioribus hostiis digniora. Hoc idem nunc iterum facit per aliam partē, hostiā legis improbando, & nō sufficientes fuisse demōstrando. Quia sicut per dignitates ipsius ostenditur melior hostia, sic quoque econtrario melior apparet, hostiarum legalū imbecillitate monstrata. Probavit enim quod Christus peccata suorum exhausit, & de operatione & etiam de cōsensu mentis eorum, quod hostiæ legis nequiuerit, vt Iudæi vellent. Verē Christus exhausit peccata & fecit perfectos, quia lex neutrum facere potuit. Nunquam id est, nullo tempore, nec tempore Moyfi, nec tempore aliorum potest facere perfectos accedētes in sancta sanctorum pontifices. Sed quæ-

ritur quare non potest. Quia est habens & cōtinens [vmbra futurorum,] id est, habens & præcipiens ea quæ sunt vmbra futurorum bonorum. Nam quæcunque lex præcipiebat, vtra bernaculi vasa & hostiæ & cætera huiusmodi, non erant veritas, sed vmbra verorum, & per hoc impotens ad perficiendum aliquem potest iudicari. Vel vmbra habet lex futurorum bonorum, id est, quandam extraneam similitudinem eorum quæ futura erant: hoc est, ita dubiē & extraneē futura bona ostēdit sicut aliqua vmbra, & representat oculis nostris illud corp⁹ cuius est vmbra. Et quia lex posset habere ex parte vmbra futurorum bonorū, ex parte ipsam veram imaginem, addit: Ita dico, habēs vmbra futurorum bonorū, vt in nulla sui parte habeat [ipsam] veram [imaginem rerum.] Verius enim & expressius representat aliqua imago rem aliquam quā vmbra. Per imaginē enim & qualitates & quātitates illius cuius est imago, aliquo modo cognoscimus: sed per vmbra nil certū, nil determinatū habemus. Si Moyfes aut Melchisedec pro populo dei fuisset oblatus, forsitan imago Christi videretur: sed hircus & vitulus & cætera quæ significabāt Christū, nō imago, sed vmbra erant. Ipsa [inquā] lex [nunquā potest perfectos facere. i. perfectione virtutū beatos & conlummatos pōtīfices, per singulos annos ad sancta sanctorū [accedētes] cū hostiis, nō potest illos facere perfectos [eisdē ipsis hostiis, quas] semper [offenderunt.] vmbra sunt enim, prænūciantes gratiā qua iustificamur, & in eis homines non iustificātur. Nō possunt in eis vel in ipsis pōtīfices perfici in iustitia. i. nō possunt in eis iustificari verē, licet semper offerant eas reuertēte anno. & quia possent auferre [per singulos annos] in spatio viginti annorum, sic tamen vt postea dimitterent, addit [indefinenter, id est, perseveranter. Quasi dicat. Licet pontifices in sancta sanctorum per singulos annos offerent indefinenter, tamen lex non potuit illos facere perfectos. & quia lex per omnes hostias suas, cum sint vmbra, nullū duxit ad perfectionem, ideo tale quid offerri debuit, quo perfectio iustitiæ daretur humano generi. Non potest eos lex talibus hostiis facere perfectos, vt eorum conscientia libera fiat ab omni consensu pollutione. [Alioqui, id est, si aliter fecisset, si illos efficere perfectos posset, iam [cessassent offerri] illæ hostiæ, id est, nō esset aliqua necessitas, nec etiam causa quare vltius deberēt offerri, & sic cessassent, [eō quod cultores, id est, sacrificatores] semel mūdātī, id est, vna oblatione earum ab omni peccato purgati, [nullam haberent vltra conscientiam peccati, id est, non essent iam sibi conscij de aliquo peccato, sed tam in corde quā in operibus mundi perseverarent: & ideo iam hostia non indigerent, quoniā perfecti essent, quod lex facere non potuit. Vna autē hostia Christi perfectos facit. Cuius corpus semel oblatum, omnes suos perfectē emūdavit & emundat: quoniam vsque in finem seculi hostia illa sufficiens erit omnibus ad emūdationem. Et si millies peccant, non indigent alia: quia hæc sufficit ad omnia, & omnem conscientiam à peccato lauat. Ipsa enim & prius per baptismum

**A** baptismum purificat eos: si deinceps peccaverint, per penitentiā rursus emundat, & in cōsumptionē virtutum reformat. & si nos quotidie offerimus, recordatio mortis eius est: & vna hæc hostia est, nō multæ, quia semel tantū oblata est. Nec à multis hominib⁹ multi Christi offeruntur, sed vnus vbique & semper plenus, vbique vnū corpus. Semel oblatum non cōsumitur. Quod nos agimus recordatio sacrificij est: nec causa infirmitatis suæ repetitur, quia perficit hominem, sed nostrę qui quotidie peccamus. Dictū est superi⁹ quod legales hostiæ cessassent offerri, si perfectionē purgationis agere possent: quia superflue offerentur, cum iā cultores per eas emūdātī, scirent se nō habere peccati sordem aliquā. Sed videmus quia nō purgant eos. Nā [in ipsis] hostiis [per singulos annos] oblati [fit commemoratio peccatorum.] Cōmemoratio, non absolutio: infirmitatis accusatio, nō virtutis ostensio. Dū enim commemorantur & cōfitentur peccata sua, & offerunt pro eis illas hostias, cōstat eos habere peccata. Nec mirum. Nā [impossibile est sanguine taurorū & hircorum,] aliarūve pecudū [auferri peccata:] etsi per illas hostias auferatur operatio, culpa tamen interior & cōsensus remanet. Nam solius Christi sanguine delentur peccata etiam illis qui sub lege quondam remissionem per illa sacrificia videbantur accipere.

*Ideo ingrediens mundum dicit: Hostiam & oblationem nolui, corpus autem aptasti mihi. holocaustomata & pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptū est de me, vt facerem voluntatem tuam deus. Superius dicens quia hostias & oblationes & holocaustomata & pro peccato nolui, nec placita sunt tibi quæ secundum legem offeruntur, tunc dixi, ecce venio vt faciam deus voluntatem tuam auferit primū, vt sequens statuatur. In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel.*

Quoniam hostia corporis Christi suffecit ad multorum exhaurienda peccata, lex autem nō ipsos pontifices potuit facere perfectos, ideo ad cōfirmationem huius veritatis loquitur ista Dei filius [ingrediens mundum] .i. assumens carnem, hoc est, respectu illius tēporis quo erat mundū ingressurus assumendo carnē, dicit per prophetam, dum consideraret infirmitatem legis & necessitatem oblationis corporis sui. O pater nolui hostiam [de pecoribus factam] & oblationē [quæ sanguinis effusione fiebat. Nō enim reuera talibus hostiis delectatus est deus, sed præcepit eas ad significandam veram hostiā Christi, & vt per eas Iudaicum populum retineret à sacrificijs idolorum. Nec vnquam odoribus illis delectatus est, nisi in fide & deuotio-

ne offerentium. Et præcipue ab aduentu domini noluit illa sacrificia, quoniam omnia illa erāt quasi verba promittentis & verba promissua, cū venerit quod promittunt, iā euacuāda. Tādiu quisque promissor erit, donec det: cū dederit, mutat verba. Nō dicit, adhuc dabo quod se daturū dicebat: sed dicit, dedi. Sacrificia ergo illa tanquam verba promissua, ablata sunt: quia exhibita est veritas promissa, id est, sacrificiū Christi quod per ea promittebatur. & hæc fuit causa quare deus illa primo iussit, & post noluit. Hostiam [inquit] & oblationē nolui. Quid ergo? Iā nos hoc tēpore dimissi sum⁹ sine hostia & oblatione? Absit. [Corpus autem aptasti mihi.] Ideo illa nolui, quia hoc mihi aptasti. Perfectio promissi, abstulit verba promittentis. Illa iam in tempore gratiæ nolui, sed corpus aptasti mihi. i. aptū & idoneum corpus quia sine peccato & passibile & mortale mihi dedisti, quod valeat offerri in redemptionē omnium: [holocaustomata] etiam .i. illa sacrificia quæ omnibus aliis digniora videbantur, quia tota in altari incendebantur. [non placuerunt tibi] oblata [pro] aliquo [peccato,] quia propter hæc nō relaxasti peccatum. Et [tūc, id est, quādo video omnia tibi displicere, & corpus aptū immolationi esse mihi datū, dixi: [Ecce, id est, sine retardatione] venio, id est, ad me offerendū spontaneus accedo, quia hanc solam hostiam tibi placitum considero. Nam [in capite libri] P sal. 1. P salmorū [scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam deus,] vbi dictum est. Beatus vir qui nō abiit in cōsilio impiorū & c. Et oportebat impleri prophetiam hanc in me. Sunt etiā qui vniuersas scripturas canonicas vnum librū vocent, eō quod valde mirabili & diuina vnitare cōcordent. In cuius libri capite scriptū est de me, vt facerem voluntatem tuā, quoniam in primis partibus libri Geneleos, qui principii scripturarum est, legitur prophetatum quia relinquet homo patrem suū .i. dei filius hominem induens, veniet à sede paterna, & relinquet matrem suam. i. synagogā, & adhærebit vxori suæ, id est, ecclesię. Vel caput libri est prædicatio diuinitatis, qua nihil ali⁹ in scripturis inuenitur. Et in capite libri scriptū est de me, quoniā scripturæ sanctæ demonstrant me esse deum super omnia, cum dicunt, Verbo domini cæli firmati sunt, & deus erat verbū, & cætera huiusmodi, & ego qui tātus in eminentissimo capite, id est, in altissima prædicatione diuinitatis libri scripturarum inuenior, induēs misericorditer formam serui, volui o deus vt facerem vel vt faciā voluntatē tuam, factus obediens vsq; ad mortē. Quia volūtutē meam quam iuxta naturam humanitatis habebam. diuinę volūtati tuæ propter cōcordē feci, vt sicut immolatione mei corporis humanū genus redimi volebas, ita & ego vellē, & in omnibus voluntatē tuam adimplere optarē. Hæc verba Christus in psalmo loquit⁹ est, & nūc aperit nobis Apostolus, quid ipse de his sentiat. Quia scilicet non solū notat veteres hostias hæc autoritas nullum perfecisse, & solā Christi hostiam de omnibus credentibus hæc sufficiēter egisse vel agere, sed etiā oblationē veteris testamenti & substitutionem noui demō-

**G**strat, si diligenter notentur hæc verba. Nā ipse Christus dicens superius, illa noluit, & subiūgens, Tunc dixi, Ecce venio, aufert primū sacrificiū & cum eo vetus testamētum, & statuit nouum sacrificiū, vt stabile permaneat, & cum eo nouum testamētū. Et hoc est: [Superius dicens] ipse filius, [quia hostias & oblationes & holocaustomata] etiam [pro peccato noluit,] ostendit carnalia sacrificia esse reprobata, & cū eis carnales omnes obseruantias. Illas hostias noluit, & ne viderentur displicere, qui nō secundū legis institutionē offerbātur, subditur, [nec placita sunt tibi] ea [quæ secundū legē offeruntur. [Et tunc] cū illa omnia tibi displicerēt, & aliud velles sacrificiū, [dixi, Ecce venio] immolari, [vt faciam & cōpleam voluntatē tuā] o deus,] quem ego iuxta humanitatē meā adoro. & colo, hæc dicens dominus, [aufert primū] sacrificium, [vt sequens statuatur.] Dicēdo enim hostias & oblationes noluit, aufert primū, id est, ostendit oblationem primi: & subdēdo, ecce venio, vt faciam voluntatem tuam, statuit sequens, id est, ostendit nouum stabile & firmum fore. Primum & sequens, vel sacrificium, vt diximus, vel testamētū intelligitur. Nā vtrunq; videmus impletum. Quia & vetus sacrificium à populo dei prorsus est ablatum, & sequēs dominici corporis sacrificium est substitutum. Si militer primum testamētū iuxta carnales obseruantias ablatum est, & successit euāgelium. Dixi, ecce venio vt faciam voluntatem tuam. i. vt immoler sicut vis, & nouam legem statuam. [In qua voluntate, id est, in qua sui immolatione secundum patris voluntatem facta, nos fideles] sumus sanctificati, id est, nō solum à peccatis mūdati, sed in virtutibus cōsummati: & hoc [per oblationē corporis Iesu Christi] in cruce facta, non bis vel amplius, sed [semel:] & ideo sequens est statutum, quia per illud sanctificati sumus. Primum verò deiectum est vel ablatum, quia neminem duxit ad perfectionem.

*Et omnis quidem sacerdos præsto est, I quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens hostias, quæ nunquam possunt auferre peccata. Hic autem vnā pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera dei, de cætero expectans donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius.*

Psal. 109.  
1. Cor. 15

Quæstio: Diceret aliquis, Sanguis hircorum & taurorū semel in anno per pōtificē oblati, nullum duxit ad perfectionē: sed illa sacrificia quæ quotidie fiebant, sacerdotes perfectos iure fecere, quoniā assidue sacrificabant, & gratiam dei semp implorabāt. Ad hoc quasi respondet, ostēdēs quoniā sicut pōtifices per hostias suas nō sanctificati sunt, ita nec sacerdotes, licet offerrent assidue sanctificati aliqua legali obseruatione. Quasi dicat: Omnis pontifex per singulos annos offert, & nō peruenit ad aliquā consummationē: & eodē modo oīs sacerdos semp offert, & tamē per ea nunquā cōsumaretur. [Et

omnis quidem sacerdos præsto est. i. iuxta paratū vt impleat officiū suum, quotidie ministrās altari, [ & sæpe offerens easdē hostias, ] quas iam obtulerat. i. similes prioribus, vt qui heri taurū obtulerat, hodie taurū, & cras taurū offerat, quæ hostiæ licet eodem crebro repetitæ, licet à sacerdote qui præsto est, semper & sedul⁹ in officio sint oblatæ, tamen quātuncunq; offerātur [nunquā. i. nullo tempore] possunt auferre peccata. ] Sacerdos quidem multas offert hostias, semperq; tali officio deditus est, & tamē casto labore consumitur. Sed [hic] noster verus sacerdos, de quo loquimur, & cuius esse sufficientē hostiam ostendere intendimus, ipse non sæpe, nō multas hostias, sed [vnā] quæ sola sufficiebat offerrens hostiā pro peccatis omnium credentium delendis, post expletā suæ passionis obedientiā [sedet. i. quiescit & regnat & iudicat] in dextera dei. i. in potiori dignitate patris, [in sempiternum] ibi permanens, quoniā iterum laborare & iterum offerre non eget, nec opus est vt aliquid pro sua vel suorum imperfectione patiat. Tantæ enim perfectionis & efficaciæ fuit eius hostia, vt nō sit opus eā rursus offerri pro peccatis aliquorū. Et licet nos eā quotidie offeramus non tamē passionis dolorē vltra sentit Christus, sed memoria passionis eius à nobis fit. Multū autem nobis in hac carne tribueremus, nisi vsque ad eius depositionē sub venia viueremus. Propterea nobis per mediatorem præstita est gratia, vt polluti carne peccati, carnis peccati similitudine mundaremur. i. sacrificio corporis eius, quod in Missarū celebratione offertur. Vnde quia licet ipse amplius nō patiat, tamē eandem hostiā per suos sacerdotes adhuc offerre nō desinit, aptè nūc dicitur, quia vnā pro peccatis hostiam offerens, sedet in dextera dei. Offerrens nanq; præsentis temporis est quia sicut dixim⁹, ipse per suos sacerdotes eam adhuc offert, quia per semetipsum semel obtulit. Nam de passione eius dictum est, quia semel oblata est eius hostia, cū adhuc in ministeriis offeratur. Sacerdos legis ministrat, hic autem sedet: quia ministrare famulorum est federe verò dominorū. Et sedet ad dexterā dei vt appareat quia bene potest suos cōsummare, qui sic meruit exaltari. [de cætero. i. de eo quod restat, hoc est, glorificatione corporū, quoniā remissis peccatis hoc solū restat. vel potius de cætero quod restat. i. de gloria bonorū & pœna malorum] [expectans donec ponantur inimici eius, id est, vsque ad illud tempus, quo illi qui adhuc ei inimicantur & contradicunt, ponentur] [scabellū pedum eius. i. omnino ei subiicientur, alij interim per fidē, alij in futuro per damnationem. Causa est, quare iam glorificatus nondum suos glorificet, vel in passione iudicatur nondum inimicos iudicet: quoniā adhuc nonnulli ex inimicis fiēt amici, & optimū sibi locum sub pedibus eius acquirant. Nā necesse est vt habeat ibi quisque locum aut gratiæ aut pœnæ: & ideo differtur iudicium, vt quærat vnusquisque quem ibi locum habeat.

*Vna enim oblatione cōsummauit in sempiternum sanctificatos. Contestatur*

Iere. 31.  
autem

**A** autem nos & spiritus sanctus. Postquā enim dixit, Hoc autem testamētum quod testabor ad illos post dies illos, dicit dominus, dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum superscribam eas, & peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius. Vbi autem horum remissio, iam non est oblatio pro peccato.

Dixi quia vnā pro peccatis obtulit hostiā. Et quare vnā, & nō multas? Quia illa sufficit ad omnia. Nā [vna oblatione, id est, sui sanguinis effusione, consummauit sanctificatos, id est, per baptismum à peccatis emundans sanctificauit, & sanctificatos cōsummauit, id est, ad summam perfectionē virtutum prouexit, inquantū potest homo in hac vita consummationē iustitiæ consequi: & consummauit illos] in sempiternū, quia sine fine possidebunt illam iustitiæ consummationē in regno perpetuæ beatitudinis, nec immutabitur vnquā illorū perfectio.

**B** Nec solus ego hoc dico, sed [ & spirit⁹ sanctus ] per Ieremiam [contestatur nos, id est, simul testatur illud idem, quod nos testamur de sanctificatione & consummatione. Verè cōtestatur. [Postquā enim] hoc [dixit, Hoc autē testamētum & c.] ibi contestatus est istud quod asserimus. Postquā hoc dixit, contestatus est istud. i. ex eo quod hoc dixit, consequens est eum cōtestari quod nos de sanctificatione & consummatione fidelium testamenti noui testamur. Nā quia illa cōsummatio nō per vetus, sed per nouū testamētum fit, idcirco ipse spiritus mentionem eiusdē noui testamenti facit, cū illam cōsummationē promittit, dicens: Hoc autē testamētum & c. Quasi dicat: Non vetus testamētū docebo, non carnales obseruatias prædicabo, sed hoc est testamētū spirituale, [quod testabor] & affirmabo loquēs & accedens [ad illos:] & hoc faciā [post dies illos] qui sunt apud me præfiniti, [dicit dominus] per Ieremiam, nō ipse Ieremias. Et nō ita testabor illis hoc nouum testamētū, sicut vetus testatus sum, in lapideis tabulis scribēdo duris patribus eorū: sed potius alio & vtiliori modo, scilicet [dando leges meas in cordibus eorū, id est, manifestando internis sensibus eorū] volūtates meas per spiritū sanctum, qui sapientiā & charitatē illis infundet, vt intelligant eas & delectabiliter adimpleant. [ & eas ] leges quas dabo, [superscribam in mentibus eorum,] quia tantæ dignitatis erunt noua præcepta, vt arbitrium mentis eorum superetur, nec sufficiat ex seipso quisquā ea cōplere, sed auxilio gratiæ iuuetur & corroboretur infirmitas eius, vt ea cōpleat. Hoc loco designatū est, quia in virtutibus eos consummaturus erat in sempiternum: & de sanctificatione quam daturus erat, subiungitur, quia [peccatorum] quæ quātum ad se, fecere: [ & iniquitatum eorum, ] quātum ad proximum, [iam] à tempore baptismatis [non recordabor amplius:] quia nec in hoc seculo pro his iniungā illis aliquā pœnitentiā,

**C** nec in futuro vllam pro eis irrogabo pœnam. Ita promittit spiritus sanctus per nouam gratiā peccata remitti. Sed [vbi horum] est [remissio, iam non est] faciendi legis [oblatio pro peccato,] sed cessare debet apud Christianos, quibus peccata sunt in baptismo remissa. Sed et si post baptismum peccauerit, remittitur per pœnitentiam, nec indigent oblatione legali. Vel in futuro seculo remissis omnibus omnino peccatis, iam non offertur oblatio Christi pro aliquo peccato eorum, quia nullum erit.

*Habentes itaque fratres fidutiā in introitu sanctorum in sanguine Christi, quam initiauit nobis viam nouam & viuentem per velamen, id est, carnē suā, & sacerdotem magnum super domum dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, te neamus spei nostræ confessionem indeclinabilem. Fidelis enim est qui repro-misit. & consideremus inuicem in pro-uocationem charitatis & bonorum operum, non deserentes collectionem nostram, sicut cōsuetudinis est quibusdam, sed consolantes: & tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem.*

Multis modis commendato Christi pontificio, & Iudæorū destructo, & ostēto quod Christus fuit melior hostia, & ad remissionē peccatorum sufficiens, & quod lex cum hostiis suis ad hoc erat impotens, finit hoc loco de his disputationem, & monere incipit, vt sola Christi fides cum obseruantia bonorum operum teneatur: & ex omnibus quæ supra dixit, ex quo de Christi sacerdotio disputare cœpit, insert nūc. Quasi dicat: Quandoquidem Christus est sacerdos secundum ordinē Melchisedec, & suo sanguine cælum aperuit, & vna nos oblatione sanctificauit atq; consummauit, & cætera superius tractata, [itaque] o [fratres] accedamus ad eum fide & bonis operibus, à quo per infidelitatem & prauam operationē longe eramus: nos dico, [habentes fidutiā, id est, spem certissimā,] quam non est desperandum, si oberrauimus, sed cōfidenter possumus accedere: habentes fidutiā [in introitu sanctorum, id est, introeundi in sancta sanctorum, hoc est, in cælum,] quo intelligimus præcessisse pontificem nostrum. Fidutiā habemus quod intrabimus in illa sancta sanctorum, & hoc non in legalibus sacrificiis, sed [in sanguine Christi,] quæ ipse ideo effudit, vt eodem redempti illuc accedamus, & in illa sancta ingrediamur. [quam viam,] id est, quæ introitum modō factum viam tritam in patriam, ipse initiauit nobis, id est, ipse primus omnium fidelium intrauit, ipse primus per eam ambulauit, & fidelibus suis potestatem ambulandi per eā

**G** post se tribuit. Viam dico, [noua, id est, per qua nullus ante eum ambulauit & uiuentem. i. durabilem & manentem atque nos sanctificatos expectantē, quia postea fidelibus semper est aperta. Vel uiuentem, quia omnes qui intrat, uiuere facit. Viuentem, quia nullus per ea ingreditur, nisi quaē vita ducit. [per velamen. i. per significatum illius velaminis, quod duo tabernacula diuidebat, [id est, per carnem suam,] patefacta est nobis via in sancta sanctorum, id est, in supernam Ierusalem. Vnde enim eo in cruce moriete, scissum est velum templi, significans morte eius aperta esse nobis viam in sancta sanctorum. Per velamen. i. per carnem Christi qua velabatur diuinitas, via illa manet peruia: quia sumunt fideles ut viaticum carne Christi. & de hac vita recedentes, ingrediuntur ianuam caeli. & per velamen, id est, per carnem suam initiauit nobis ipse viam illam: quia carne velatus transit primus per eam. Per carnem initiauit ea, quia nisi carnem assumpsisset, non eam nobis initiaisset. Per carnem enim, non per diuinitatem potest de loco ad locum ire: & ideo per carne, qua se velauerat, initiauit nobis iter in caelum, sicut ei Psalmista canit: Qui ponis nubem ascensum tuum. Nube quippe posuit ascensum suum, quia carne ascendit, non diuinitate. Nam quod nunc Apostolus velamen, hoc Psalmista nubem appellat. Vel secundum quod nonnullis visum est caro Christi quam ex altari sumimus, idcirco velamen appellatur, quoniam sensibus nostris in sacramento velatur. Nam sensus nostri aliud renunciant, & aliud fides. Visus enim persuadet nobis esse solummodo panem secundum panis speciem, fides autem insinuat esse carne uiuam & uiuificatricem: gustus, panem in sapore, auditus etiam illud idem in fractione, fides uero integrum agnum a fidelibus sumi sine aliqua ipsius laesione. Non enim sumimus carnem exanimam, sed consecratione & operatione diuina uiuentem. Christum scilicet & agnum pro nobis oblatum in sacramento accipimus, non ut ipse quicquam contumeliae vel laesionis in sacramento patiatur, sed illud quod pro nostra vita sustinuit, nostrae memoriae representatur. Per hoc itaque velamen dominicae carnis initiata est nobis vita noua, quia per sacramentum corporis & sanguinis Christi coepit in nouo testamento patere fidelibus ingressus regni caelorum, qui sub veteri lege nulli patebat. [ & ] habentes [inquit] sacerdotem magnum] Christum pro nobis patrem orantem. Ipse enim per hostiam suam in sancta sanctorum introiuit, ubi semper uiuit & offert & interpellat pro nobis. Sacerdotem dico, [super domum dei,] id est, super ecclesiam constitutum, ut eam regat & contra omnes impugnationes defendat. Hoc totum tale est, ac si dicatur: Fidutiam habemus introcundi ad sancta sanctorum, ad uisionem supernae pacis, tum quia per sanguinem Christi genus humanum exiit seruitutem, tum quia ipse primus intrauit, tum quia fideles suos corroborat & nutrit esca suae carnis & potu sui sanguinis, tum quia pro nobis intercedit, tum quia ecclesia gubernat & protegit. Nos [inquit] habentes fidutiam per haec omnia quae dicta sunt, [accedamus]

ad eum, id est, passibus affectionis & gressibus religiosae operationis efficiamur ei magis ac magis propinqui ad introitum sanctorum. Accedamus, non cum ficto, sed [cum uero corde,] ut non simulatorio, sed puro & uero corde tendamus ad eum, sicut scriptum est. Et in simplicitate cordis quaerite illum. & hoc faciamus [in plenitudine fidei, id est, ut fides nostra de illo sit plenaria, nec aliquid minus quam oportet habeat, ne adhuc infideliter aestimemus eum sine carnalibus obseruantis ad salutem minus posse sufficere. Nos dico, aspersi & purificati corda nostra ab omni mala conscientia, & abluti corpus aqua munda, id est, baptismo, quo mundantur omnes peccatorum fordes. Hoc est, accedamus ad eum uero corde in plenitudine fidei, nos qui sumus [aspersi corda. i. qui habemus corda rore spiritus sancti aspersa in baptismo, & per hoc emundata] a conscientia mala. i. ab omni reatu conscientiae, [ & abluti corpus, id est, qui habemus ablutum & purgatum a peccato corpus aqua munda [baptismi]. Omnia enim peccata delentur in baptismo, tam interiora quam exteriora. Quia ergo per baptismum facti sumus a peccato liberi & restaurata est nobis libertas arbitrij, & gratia dei data, & nullam habemus excusationem, accedamus [ut dictum est] ad eum, qui tot beneficia nobis largitus est, & uero corde diligamus eum atque fidem integram illi seruemus, & fide plena eum credamus, & quod corde credimus, ore confiteamur, scilicet [teneamus] spei nostrae commemorationem, id est, nihil sit tam graue vel asperum, quod ab ore nostro auferat confessionem, quae est causa spei quae facit nos caelestem beatitudinem sperare, id est, quae confessio procedit ex spe. Nisi enim quis bona futura sperat, non illud confiteretur, pro quo praesentia amitteret. Hanc confessionem quae facit nos aeterna bona sperare, teneamus [indeclinabilem, id est, ita firmiter eam teneamus, ut non deorsum inclinetur ad cupiditatem vel timorem terrenorum, sed semper tendat sursum ad appetitum caelestium. Et debemus constanter hanc spei confessionem tenere, quia [fidelis est] dominus in suis promissionibus, & mentiri non potest, [qui repromisit, id est, qui multoties per scripturas nobis promisit aeterna bona quae speramus. Haec quantum ad deum, monuit eos Apostolus. Deinde exhortatur eos ut satagant de utilitate proximorum, & admo- net eos ad charitatem & bonam operationem. Quae exhortatio ad eos maxime uidetur pertinere vel eos notare, qui existimantes se melioris vitae, consortium aliorum deserebant. Quasi dicat: Fidem & confessionem teneamus quantum ad nos uel ad deum: [ & consideremus inuicem, id est, diligenter & attente inspiciamus] alter alterum, non ut inuideat & insidietur, sed [in prouocatione charitatis & bonorum operum. i. ut maiorem dilectionis feruorem habeat, & ad omnem bonam operationem prouocetur. Scilicet perfecti considerent imperfectos, exhortando illos ad Dei & proximi dilectionem & ad fructum dilectionis, id est, ad opera bona. Imperfecti uero considerent perfectos, sumendo ex eis exemplum utilitatis quod imitentur. Et sic

**A** Et sic prouocabunt se uicissim in charitatem & bona opera. Vel per omnia consideremus quid fratribus sit utile, inuicem hoc agentes, ut quoadmodum nos de salute aliorum satagimus, ita & illi uicario modo de salute nostra sint solliciti, ut nullus habeatur segnus & infructuosus inter nos. Quia dum dicitur, consideremus inuicem, conuenit singulis illa exhortatio. Haec, inquit, faciamus, [non deserentes collectionem nostram. i. illos qui collecti sunt ad fidem nobiscum, [sicut est consuetudinis quibusdam] uestrum, qui charitatem non habentes, & quasi de singularitate meritorum gloriantes, segregant se a caeteris. Tangit & culpam scindentes unitatem charitatis, quasi inter alios non possent habitare causa sanctitatis suae, qui potius suo exemplo debuerunt consolari alios. Laborantem quippe consolari, est pariter in labore persistere: quia subleuatio laboris, est uisio collaborantis, sicut cum in itinere comes iungitur, uia quidem non attrahitur, sed tamen de societate comitis labor itineris leuigatur. [Et tanto magis,] inquit, [quanto uideritis appropinquantem diem.] Ac si dicat: Eo labor crescat, quo iam praemia laboris appropinquant. Vel si tribulatio & persecutio infidelium ingruerit fratribus, non deseratis collectionem uestram, id est, illos qui uobis per sacramenta fidei sunt associati in eodem corpore ecclesiae, sed potius consolamini eos in aduersis dulcedine uestrae exhortationis. Dico ne deseratis in tribulatione pauperes Christi, sicut quidam, qui uidentes imminere sanctis anxietates, subtrahunt illis adminiculi sustentationem. Non subtrahatis uos a sociis in certamine martyrij, denegando eis solatium uestrae exhortationis, [sed consolati] sitis eos in ipsis passionibus: & tanto magis id facite, quanto magis uideritis asperiores poenas imminere, per quas finis eorum appropinquat, in quo de tenebris huius seculi ad diem perpetuae claritatis transibunt, ne quis, uinqua desit illi tam felici diei propter subtractionem uestrae exhortationis. Vel etiam in pace uos qui sanctiores uidemini, ne deseratis causa uestrae religiositatis collectionem fratrum, quia minus religiosi uidentur, sed uestra cohabitatione & colloquutione consolationem illis exhibete, ne de sua salute desperent propter irreligiositatem suam, si uiderint se desertos a uobis sanctoribus. Consolamini eos promittendo ueniam, & in spem erigendo, & ad bene agendum monendo. Et hoc facite magis ac magis quotidie, sicut uideritis appropinquare diem mortis. Quasi dicat: Non differatis, quia mors uniuscuiusque propere est, & quotidie uicinius efficitur. tanto intentius hoc agite, quanto uideritis illum diem singularem & timendum appropinquare.

*Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam ueritatis, iam non relinquitur hostia pro peccatis, terribilis autem quaedam expectatio iudicij & ignis aemulatio, quae consumptura est aduersarios.*

Verè non debetis peccare negligendo colle-

ctionem fratrum & deserendo, quia [nobis] Christianis [uoluntarie peccantibus. i. sponte deum offendentibus, & non ex ignorantia uel infirmitate, sed ex deliberatione delinquentibus,] post acceptam notitiam ueritatis, id est, postquam interior illuminati sumus, & quid eligendum, quid uere respuendum sit, absque dubio cognouimus, [iam] post haec [non relinquitur hostia pro peccatis,] sicut in ueteri lege mandatum erat, saepius hostias offerri pro peccatis. Non enim Christus iterum immolandus est pro peccatis, quod semel factum est, & secundo non est opus, sed magis oportet nos in fide & bonis operibus manere. Non excludo poenitentiam, sed secundum baptismum. Non dico, non est ultra poenitentia uel remissio, sed hostia, id est, crux secunda: quia una sufficit, nec amplius hanc expectemus, sed poeniteamus, quia rebaptizari in morte Christi non possumus. Qui enim iterat baptismum, iterat rursum mortem Christi, ut ex ea iterata fiat iterata remissio. Sed hoc impossibile est. Non talis hostia nobis relinquitur, si post baptismum nos inquinauerimus. Vel uoluntarie peccantibus, id est, in uoluntate peccandi manentibus nobis non relinquitur hostia pro peccatis, id est, nullum commodum potest conferre sacrificium dominici corporis. Nam pro peccatis poenitentium offertur deo quotidie sacrificium & oblatio, non pro peccatis illorum qui ipsa peccata relinquere nolunt. Si peccare nobis ita perseueranter & continue placuerit, non relinquitur nobis hostia pro peccatis: sed potius relinquitur [quaedam] nobis notabilis [expectatio iudicij] quae est [terribilis, id est, ad terrendum habilis, quia multum nos terrere potest. Et haec poena interior est, quia [ & ] foris saeuiret [ignis] perpetuus. Nam etiam timor iudicij resurgentibus malis est poena, inenarrabilis & grauior quam gehenna. Et dicente iudice, Discedite a me maledicti in ignem aeternum, statim assumet eos ignis [aemulatio, id est, uehemens infestatio, quia zelo quodam nimis accenso semper eos puniet & quasi inuidebit eis, quia semper ad hoc exardebit, ut eos incessanter exurat. [quae] mirum feruens aemulatio [consumptura est, id est, perpetualliter deuoratura [aduersarios] Christi, ut semper in tormentis deficiant, & nunquam ad finem deficiendo perueniant: qui nunc aut per infidelitatem, aut per malam operationem aduersantur Christo.

*Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione duobus uel tribus testibus moritur. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiae contumeliam fecerit? Scimus enim qui dixit, Mihi uindictam, & ego retribuam. Et iterum, quia iudicabit dominus populum suum. Horredum est incidere in manus dei uiuentis.*

Verè

Matt. 27

Psal. 103

Nota.

I

K

Sapient. 1

L

M

E

Matt. 25

F

Deu. 27

Mat. 18

2. Cor. 13

Deu. 32

Rom. 12

Psal. 134



**G** Verè nobis voluntariè & libenter peccantibus postquam veritatis notitia sumus illuminati, nō relinquunt spes futurę saluationis, dum in peccato iacere volumus, sed potius pœna perpetuę damnationis. Quod patet à minori: Quia [quis faciens irritam legem Moyfi, id est, aliquis præuaricās aliquod præceptum veteris legis, [moritur] ea morte quā lex decreuit, vel lapidatur, vel incēditur, vel alio genere mortis extinguitur, [sine vlla miseratione, id est, sine aliqua pœnarum imminutione. Ipse dico, cōuictus [duobus vel tribus testibus,] qui testantur quōd legē in aliquo sit trāsgressus. & ille quidē sic interficiebatur propter illius legis trāsgressionē in qua non recipiebant obseruatores diuinam gratiā. Ergo [quanto magis] putare debetis [de teriora] & acerbiora [mereri supplicia] eum cōtra quam in iudicio perhibebunt testimonium angeli sancti & propria conscientia, quod filiū dei conculcauerit? In lege enim duo vel tres adhibentur testes, sed ibi testis erit multitudo angelorū atque sanctorum, & ipse peccator cōtra se. Et tunc excipient eum supplicia. i. pœnæ sub se eum plicantes & incuruantes & opprimentes. Supplicia dico teriora, quia magis deterent eum & comminuent quā legis cruciamenta. Tam diram vltionē sentiet & in perpetuum, [qui] nunc [filium dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutū duxerit, id est ita vilipenderit, vt eum non sufficere credat ad salutem si bruta animalia secundum legem matata putet adhuc saluti necessaria. Conculcat enim filiū dei, qui fidem & constitutionem viuendi quā ipse dedit hominibus, non credit ad æternam vitam sufficere, sed in carnalibus obseruatiis cōfidit priusquā in præceptis eius nouis. Cōculcat Christum, qui post acceptionem Christianitatis libere peccat absque timore & pœnitentia, & qui eo indignè participat. Sanguinē quoque noui testamenti, id est, sanguinē Christi, confirmationem euangelij & sponforē nouæ hæreditatis, pollutum ducit, qui eū minime credit genus humanū à peccatis emundantem, sed potius omnes in Christum credētes pollutentem. Quoniam necessario si non mūdauit, tunc cōtaminauit: & peccatores constituit, quia carnales obseruantias & iustificationes legis cessare fecit. Omne enim quod pollut, in se prius pollutū fuit: & sanguis iste pollutus in se esset, & nos pollueret, si inde nos retraheret, vbi remissio peccatorum esset, id est, si à carnalibus obseruantis nos separaret, cum per eas remissio peccatorū fieri posset. Vt autē ostendat acrius esse puniendum illum, qui tam male sentit de hoc sanguine, addit: [in quo sanctificatus est, id est, in quo remissionem peccatorū accepit, & ita contra eum grauius peccat & ingratus existit. Ac per hoc magis punietur, quia à quo mundationē habuit, immundū esse credit. Sed & ille sanguinem hunc pollutū ducit, qui ab eo mūdatus, ad vomitū redit & pœnitere negligit & [spiritui gratiæ. i. spiritui sancto] gratias dato vel gratiam danti, [contumeliā facit qui remissionem quā ipse spiritus operatur, adscribit carnalibus obseruatiis, vel qui eū male viuendo à se abiicit. Et quisquis hæc facit

iure sine misericordia morietur, quod in minori per vindictam legis est probatum, vbi præuaricator sine miseratione punitur. Nam si transgressor legis digna morte, perimitur pro vno mandato semel præuaricato, quanto acrius punietur, qui supradictis tribus modis deū offendit, conculcādo filium eius, & pollutum ducēdo sanguinem ipsius atque contumeliā inferendo spiritui sancto? Verè talis quisq; punietur. [Scimus enim qui dixit, [id est, scimus quā verax & quā potens est ille qui dixit, [Mihī vindictam, & ego retribuam.]] Quasi diceret: Homines in præsentī sumūt vindictam de suis hostibus, & ego quoque reddam mihi vindictā in futuro, id est, vindicabo me de meis aduersariis, qui nunc me conculcant & contumeliis prouocāt, licet sub Christiana professione degant. Vbi nos in Iezechiele legimus, Appropinquauere visitationes vrbis Septuaginta trāstulere. Mihī vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. [Et iterum] ad idem probandum, Iezec. 9. quod qui filium dei cōculcauerit punietur, dicit Moyses vel Psalmista, quia iudicabit dominus populum suum, id est, peccata populi sui non relinquet impunita, sed vnunquēque etiā fidelium iudicabit secundum vias eius. Ideo nō sibi de impunitate, si peccauerit, blandiatur, quia iam est de populo Christianorū, sed sciat quia criminosi non possidebunt regnum dei. Nam qui nunc in ecclesia male viuendo filium dei conculcant, eliminandi sunt ab ea. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. [Dominus iudicabit populum suum, & quos in eo damnabiles inueniet, damnabit atrociter. Nā] horrendum est, id est, horrore nimio timendum & præcauendum, [incidere in manus dei viuētis id est, qui semper viuens est, & pœnas semper viuētes infert eis quos damnat. Incidit in manus dei, qui nō sibi prouidet, sed subito deprehenditur, scilicet ventura damna minimè prospiciens sine delictorum pœnitentia & virtutū decore venit ad examen æterni iudicis, sensurus casum damnationis. Manus pro potentia ponuntur, quia sicut aliquis à manibus inimici in quas fortè incidit, artatur ne vnquam illæsus effugiat, sic quisque damnādus cogitur potenti iudicio dei, vt quas meruit pœnas sentiat Qui scilicet deus, si aliquando moreretur posset cessare pœna quam ipse decreuit. Sed quia semper viuūt & omnipotens est, semper manet quicquid in eius iudicio decretum est.

*Rememoramini autem pristinos dies in quibus illuminati magnum certamen sustinistis passionum. Et in altero quidem opprobriis & tribulationibus spectaculum facti, in altero autem socij taliter conuersantium effecti. Nam & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorū cum gaudio suscepistis, cognoscetes vos habere meliorem & manentem substantiam. Nolite itaque amittere*

K  
M  
Deut. 32.  
Psal. 134.  
Matt. 20.  
L

**A** confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationē. Patientia enim vobis necessaria est, vt voluntatem dei facientes, reportetis repromissionem.

Asperè terruerat eos, compescendo à peccatis cōmunicatione æterni supplicij: nunc verò territos refouet, laudās eos de preteritis, & hortatur vt in bonis quæ cœperant, perseuerent. Turpe enim & dignū reprehensione, si hi qui dum adhuc rudes in fide essent, religiose vivere, modò nequiter agendo deum offendant: & qui in exordio quādo ad fidem venere, magnanimitè varias persequutiones tolerauerunt, postea pusillanimes effecti, deficiāt in tribulationibus. [Rememoramini autem pristinos dies &c. Ostēdit diu esse ex quo ad fidē venerant, & per hoc magis debuissent in religioe profecisse, & ad sustinendā persecutionē exercitati esse

**B** Quasi dicat: Non deseratis collectionem nostram in tribulatione, neque male viuendo filiū de vltius conculcetis, sed recordamini constantiæ vestræ & perfectionis, quam in pristinis diebus habuistis. & hoc est: Rememoramini. i. reducite ad memoriam pristinos dies, id est, recogitate quales in illis diebus fueritis, ne nunc deteriores sitis cum ex tēporis prolixitate multo meliores esse debeatis. Recogitate dies, [in quibus] luce fidei [illuminati, sustinistis magnum certamen passionum, id est, non defecistis sustinendo, sed magnanimitè certastis, fidē corde & ore tenendo, quam vobis extorquere persequutores contendebant. Plus enim notat dicendo, sustinistis magnum certamen passionum, quā si simpliciter dixisset, sustinistis magnas passiones. Nam quod posuit ibi certamen ostendit eos non defecisse, sed constanter certasse. Quod non notaretur, si certamen nō esset appositum. Vel ideo dixit certamen passionū, quia ipsæ passiones certabāt contra eos, vt patientiam & fidem eis extorquerent, sed nō potuerunt. Et ideo qui sic fortiter steterunt in principio suæ cōuersionis, non debent nunc metu persequutionis deserere collectionē fratrum, qui eorū solatio indigent. Siue ideo posuit certamen passionum, quia aliud est passio quę infertur, aliud difficultas passionis quæ cōtra rationem pugnat, & vt fidem postponat, exhortatur. Duobus itaque modis eos laudat, tum quia passionis & verbera exterius sustinuerūt, tum quia inuictissime cōtra ipsas passiones interius certauerunt, quasi dicens: Duo in vno fecistis, quia vnunquēque patiebamini exterius, aliud interius. [Et in altero quidē, id est, in hoc quod exterius patiebamini, [facti estis spectaculum, id est, admiratio quædam vniuerso populo, [in opprobriis] quæ contra vos proferebant, quia omnes irridebant vos & amantes atque insensatos dicebant. Et graue quidē est opprobrium, sed grauius est, cum spectaculum hominibus, sit non secretò exprobratur. Spectaculū fuitis in opprobriis quoniam spectate vniuerso populo irrogabatur vobis multa cōuitia & ignominiosa verba, [&] in [tribulationibus] quia publicè flagellabamini & diuersas pœnas

**C** sustinebatis. In hoc maximā eorū constantiam ostendit, quando quanuis spectaculum essent, non tamen deficiebant à fide. Nō enim modicum opprobrium est, fieri spectaculū & ab hominibus insultationes perpeti. & quasi nō sufficeret spectaculum, addebatur opprobria verborū, & opprobriis tribulationes verberū. Hæc quidem sustinistis in altero. i. in altera parte certaminis quæ (sicut dictū est) foris vigebat: [in altero autem] quod interi⁹ erat, id est, in altera parte certaminis, quæ in corde gerebatur, certastis sic quod [effecti estis per cōpasionem] [socij] taliter cōuersantium. Ideo dicit in altero & in altero, vt ostendat has duas partes certaminis tantum esse, & per hoc eos omne genus certaminis sustinisse. Cōpatiēdo & necessaria ministrando effecti estis socij taliter conuersantium, id est, assiduè patientium, scilicet apostolorum & similibus, qui totam vitam suam ducebant patiēdo aduersa pro Christo, quorum exēplo perseuerare & vos debetis in obseruatione patientiæ. Verè socij eorū facti estis. [Nā & vinctis cōpassi estis,] quia si pro Christi nomine patiebatur, vos inde sic dolebatis ac si cū eis vincti essetis, & dolorē cordis operibus declarabatis, ministrando illis sustentationem de bonis vestris: quia non poterat sibi necessaria querere, vtpote vinculis & carceribus detenti. Illis cōpassi estis ministrando, [&] ob hoc [suscepistis rapinā bonorū vestrorū.] Nā idcirco vobis ab infidelibus propria bona sunt ablata, quia inde ministrabatis sanctis. Et hanc bonorum direptionem suscepistis non cū mœrore, sed cum gaudio & alacritate cordis. & hoc est quod dicit, quia & vinctis cōpassi estis, & bonorum vestrorū [cum gaudio] rapinam suscepistis. i. & de tribulationib⁹ sanctorū doluistis, velut si eas in corpore vestro pateremini, & de dāno rerum vestrarum propter sustentationem eorū vobis illato gauisi estis. Suscepistis læti quasi donum de amissione facultatum vestrarum, cognoscentes. i. quia cognoscebatis [vos] idcirco [habere substantiam] longè [meliorē] iusta [et manentem. i. non transitoriam, sed æternā. hoc est spe certissima cōfidebatis vos æterna bona lucrari amissione tēporalium & æternā requiem labore transitorio, atque thesaurum cælestē damno terreno: & quia spem certam, id est, cōfidentiam supernę retributionis habuistis] itaque nolite amittere confidentiam vestram, id est, nolite deficere. Illatio est ex eo quod dixit eos tanta pertulisse, & vitam æternam inde expectasse, id est, manentem substantiam. Quasi dicat: Quoniam in principio fidei tot aduersa passis estis, & inde confidenter sperabatis æternā mercedem, itaque nolite amittere cōfidentiam vestram, id est, firmam spem vestram deficientiōe amittetis & æternæ vitæ spē. Et ne amissio spei parua iactura videretur, addit: quæ magnam habet remunerationem.] Itaq; pro certo sperat illam remunerationem ineffabilē, quā oculus non vidit, nec auris audiuit, ac si iam teneat eam. Vel in prædestinatione diuina habet illam. Verè per impatientiam non debetis amittere confidentiam perpetuæ retributionis.

ostendit, quando quanuis spectaculum essent, non tamen deficiebant à fide. Nō enim modicum opprobrium est, fieri spectaculū & ab hominibus insultationes perpeti. & quasi nō sufficeret spectaculum, addebatur opprobria verborū, & opprobriis tribulationes verberū. Hæc quidem sustinistis in altero. i. in altera parte certaminis quæ (sicut dictū est) foris vigebat: [in altero autem] quod interi⁹ erat, id est, in altera parte certaminis, quæ in corde gerebatur, certastis sic quod [effecti estis per cōpasionem] [socij] taliter cōuersantium. Ideo dicit in altero & in altero, vt ostendat has duas partes certaminis tantum esse, & per hoc eos omne genus certaminis sustinisse. Cōpatiēdo & necessaria ministrando effecti estis socij taliter conuersantium, id est, assiduè patientium, scilicet apostolorum & similibus, qui totam vitam suam ducebant patiēdo aduersa pro Christo, quorum exēplo perseuerare & vos debetis in obseruatione patientiæ. Verè socij eorū facti estis. [Nā & vinctis cōpassi estis,] quia si pro Christi nomine patiebatur, vos inde sic dolebatis ac si cū eis vincti essetis, & dolorē cordis operibus declarabatis, ministrando illis sustentationem de bonis vestris: quia non poterat sibi necessaria querere, vtpote vinculis & carceribus detenti. Illis cōpassi estis ministrando, [&] ob hoc [suscepistis rapinā bonorū vestrorū.] Nā idcirco vobis ab infidelibus propria bona sunt ablata, quia inde ministrabatis sanctis. Et hanc bonorum direptionem suscepistis non cū mœrore, sed cum gaudio & alacritate cordis. & hoc est quod dicit, quia & vinctis cōpassi estis, & bonorum vestrorū [cum gaudio] rapinam suscepistis. i. & de tribulationib⁹ sanctorū doluistis, velut si eas in corpore vestro pateremini, & de dāno rerum vestrarum propter sustentationem eorū vobis illato gauisi estis. Suscepistis læti quasi donum de amissione facultatum vestrarum, cognoscentes. i. quia cognoscebatis [vos] idcirco [habere substantiam] longè [meliorē] iusta [et manentem. i. non transitoriam, sed æternā. hoc est spe certissima cōfidebatis vos æterna bona lucrari amissione tēporalium & æternā requiem labore transitorio, atque thesaurum cælestē damno terreno: & quia spem certam, id est, cōfidentiam supernę retributionis habuistis] itaque nolite amittere confidentiam vestram, id est, nolite deficere. Illatio est ex eo quod dixit eos tanta pertulisse, & vitam æternam inde expectasse, id est, manentem substantiam. Quasi dicat: Quoniam in principio fidei tot aduersa passis estis, & inde confidenter sperabatis æternā mercedem, itaque nolite amittere cōfidentiam vestram, id est, firmam spem vestram deficientiōe amittetis & æternæ vitæ spē. Et ne amissio spei parua iactura videretur, addit: quæ magnam habet remunerationem.] Itaq; pro certo sperat illam remunerationem ineffabilē, quā oculus non vidit, nec auris audiuit, ac si iam teneat eam. Vel in prædestinatione diuina habet illam. Verè per impatientiam non debetis amittere confidentiam perpetuæ retributionis.

2. Par. 2.

1. Cor. 2. I. Iai. 64.

**G** Nam [patientia est vobis necessaria, id est, ne-  
cesse est vt nunc paciēter aduersa toleretis pro  
deo, si cum eo postmodum regnare vultis: quia  
2. Tim. 2. si compatimur, & conregnabimus. Ideo est ne-  
cessaria, vt vos per eam [facientes voluntatem  
dei, id est, sustinentes æquanimiter omnes in-  
iurias vobis illatas, quia hoc placet deo vel fa-  
cientes voluntatem dei, id est, madata eius ser-  
uantes, & quicquid aduersitatis propter hæc  
acciderit libenter perferentes, [reportetis re-  
promissionem, id est, sicut nunc pro deo por-  
taueritis pondus aduersitatis, ita postmodum  
reportetis pōdus beatæ remunerationis, quam  
sæpe deus cælestis promisit. Id enim quod in  
præsenti est momentaneum & leue tribulationis  
nostræ, supra modum in sublimitate æter-  
num gloriæ pōdus operatur in nobis. Hoc er-  
go pondus gloriæ quam deus repromisit, stu-  
dete per præsentem paciētiā tunc reportare.

*Adhuc enim modicum & quantu-  
lum, & qui venturus est, veniet & non  
tardabit. Iustus autem meus ex fide vi-  
uit. Quod si subtraxerit se, non placebit  
animæ meæ. Nos autem nō sumus sub-  
tractionis filij in perditionem, sed fidei in  
acquisitionem animæ.*

Tenenda est (vt dixi) patientia. nam nec lon-  
ga est, nec vehemens, sed modica & quantula,  
ne vobis longum & durum videatur eam ser-  
uare. Nam prope est finis vniuscuiusq; & mox  
requiescetis à labore, & percipietis gloriā Chri-  
sto iudice. Nam iuxta prophetiam Habacuc,  
[adhuc modicum restat, id est, paruo tempore  
adhuc seruanda est patientia. [ & quantulum, id  
est, non vehemens vel magnum aliquid patien-  
dum est, sed exiguæ quātītatis erit quicquid in  
hoc seculo perferendum fuerit. Huius enim tē-  
poris patientia momentanea & nullius vehemē-  
tiæ est deputanda, si respicitur quod est in æter-  
nitate & summa gloria donandum. Adhuc, in-  
quit, restat modicum & quantulum, & pōst [ve-  
niet iudex qui sine dubio venturus est] quādo-  
que, [ & non tardabit] venire, sed cito veniet, vt  
reddat vobis prædictam repromissionē, si mo-  
do patientiam seruantes, feceritis eius volunta-  
tem. Nulla mora erit in reddenda mercede, sed  
cito veniet remunerator, interim [autem viuit]  
in anima [ex fide iustus me⁹,] quia fides est nūc  
vita cordis, donec ille veniat qui vitam æternā  
dabit & animæ & corporis: & per fidem, non  
per opera legis iustificatur, quisquis me⁹ iustus  
est. Qui enim per opera legis iustificatur, non  
meus, sed suus iustus est: quia non à me, sed à se  
iustificatur: & nō in me, sed in se gloriatur. At  
qui per fidem iustificatur, iustus meus est, quia  
dono gratiæ meæ iustificatur: & non sibi quod  
iustus est tribuit, sed gratiæ meæ deputat. Et vi-  
uit interim ex fide, donec veniente Christo in-  
troducatur ad visionē meam, & æternaliter vi-  
uat ex specie. Vel ex fide quam nunc habet, vi-  
uit postmodū, quia quod nunc credit, tunc ac-  
cepit. Ex fide viuit. [Quod, id est, sed, [si sub-  
traxerit] à fide se, vt vel metu persequutionis

deserat fidem, vel in operibus legis iustitiam K  
quærens, incipiat corde à fide recedere, [non  
placebit animæ, id est, voluntati [meæ:] ac per  
hoc non poterit viuere, sed potius damnatio-  
nem merebitur, quia me offendet subtrahendo  
se à fide & gratia. Hæc per prophetam loqu-  
tus est dominus. Qui sese subtrahit, displicet  
deo. [Nos autem non sumus,] tales, non sumus  
apostata, vt subtrahamus nos à fide. Quasi di-  
cat: non debemus apostatare, vt subtrahamus  
nos, sed in melius proficere. In numero eorum  
se ponit Apostolus, vt magis suadeat: & nō di-  
cit esse tales quales non vult eos esse, vt blanda  
monitione retineat eos, ne subtrahant se: quia  
nondum prorsus apostatauerāt, sed partim ad-  
huc in fide manebant, id est, partem fidei reti-  
nebant. Non sumus, inquit, [subtractionis filij,  
id est, apostasiæ ducentis nos [in perditionem,  
sed sumus filij fidei ducentis [in acquisitionem  
animæ: hoc est, non sumus geniti ab apostasia  
trahente filios suos in perditionem, sed fides  
genuit nos, ducens in acquisitionem animæ, vt  
per fidem acquirat vnusquisque nostrum ani-  
mam suam, non per subtractionem perdat. Nā  
sicut fide acquiritur anima, sic subtractioe per-  
ditur. Acquiritur, vt libera possideatur à nobis  
in æterna beatitudine, ne per subtractionem  
transseat à nostra potestate, & fiat in tormentis  
possessio dæmonum.

C A P V T X I.

*St autem fides sperandarū sub-  
stantia rerum, argumentum non  
apparentium. In hac enim testi-  
monium consequuti sunt senes.*

Quia isti multum duri erant ad fidem, ideo  
prolixum de fide tractatum facit Apostolus,  
vt eorum duritiam prorsus ad fidem inclinet,  
ostendens omnes sanctos patres eorum per fi-  
dē placuisse deo. Dixi vos esse filios fidei. Quæ  
fides non est earum rerum quæ vidētur, sed ear-  
um quæ non videntur, & quæ sperantur. Sed  
[fides est substantia sperandarū] rerum, id est,  
fides est causa quare res sperandæ quandoque  
subsistent in nobis, hoc est, causa nobis est con-  
sequutionis æternarum rerum, quæ modō sunt  
sperandæ & desiderandæ, & proprie dicitur fi-  
des esse substantia sperandarum rerum, quoniā  
eis substat. Nam sicut substantia substat formæ  
eam esse faciendo, sic fides sperandis rebus eas  
in nobis ponendo. Res sperandæ sunt, gloria,  
beatitudo, requies, æternitas, & huiusmodi: &  
istarum substantia dicitur esse fides, quia iam fa-  
cit eas substare in corde nostro per certitudinē  
credulitatis. Facit eas substare, id est, esse vel  
quasi sub aspectu nostro stare, & immobiles vt-  
pote æternas, permanere. & est eadem fides [ar-  
gumentum rerum non apparentium, id est, cer-  
titudō rerum quæ non apparent, & (si quis de  
eis dubitet) probatio, sicut adhuc fututa proba-  
tur resurrectio, quoniam ita credidere prophe-  
tæ & apostoli & cæteri sancti. Nam ea quando  
non apparent, vel præterita sunt, sicut de crea-  
tione mūdi: vel præsentiā, sicut de domino Ie-  
su se-

**A** su sedente ad dexteram patris: vel futura, sicut  
de die iudicij. Et horum omnium est argumen-  
tum, id est, certitudo & probatio fides. Eorum  
ergo fides est argumentum, quæ apparere non  
possunt. Quæ enim sunt apparentia, fidem non  
habent, sed agnitionem. Nā etsi dicuntur credi  
quæ videntur, sicut dicit vnusquisq; oculis suis  
se credidisse, nō tamen ipsa est fides quæ in no-  
bis ædificatur. Sed ex rebus quæ videntur, agi-  
tur in nobis vt ea credantur quæ non vidētur,  
sicut Thomas hominem vidit, & deum credi-  
dit. Est itaque fides substantia, id est, fundamen-  
tum & firmitas & essentia sperandarum bono-  
rum. & est argumentum non apparentium, id  
est, certa & rationalis probatio inuisibilium  
ac præmonstratio futurorum. Argumētū enim  
dicitur esse ratio dubiæ rei faciens fidem. Verè  
fides est substantia sperandarum rerum, id est,  
substare faciēs eas in corde fidelium, ac per hoc  
iustificās cor eorū, quia [in hac fide consequu-  
ti sunt] à domino [senes testimonium] iustitiæ,  
quia deus ipse testis fuit puræ consciētiae ipso-  
rū. & testatus est eos esse iustos, sicut & ad Noë  
dixit, Te vidi iustum coram me in generatione  
hac. & si per fidem consequuti sunt testimoniū  
iustitiæ, iustitia verò causa & meritum est futu-  
rorum bonorū, tunc fides est substantia speran-  
darum rerum. Senes autē dixit antiquos patres,  
quia morum & fidei maturitatem habuere, &  
priscis temporibus fuerunt. Vnde cōstat fidem  
non esse rem nouam, nec deferendam, sed tenē-  
dam, quam tenuere antecessores, & per quam  
iustificati sunt, & bonitatis suæ testimonium,  
quod quærebant, à deo per eā consequuti sunt.

*Fide intelligimus aptata esse secu-  
la verbo dei, vt ex inuisibilibus visibi-  
lia fierent.*

Probat quod fides est argumentum rerū nō  
apparetium. Nam fide intelligimus aptata esse  
tempora &c. Vel quasi illi dicerent, quomodo  
rebus futuris possumus fidem adhibere, cum  
nullus eas videat, ostendit à simili quia de futu-  
ris bene potest fides haberi, quoniam habetur  
de præteritis, quæ cum fierent, nemo vidit, &  
tamen creduntur esse facta. Non enim vidimus  
quod deus mundum fecerit, & tamē credimus  
quia fecerit. Nam cum non vidissemus eū hæc  
operantem, fide tamen [intelligimus secula, id  
est, omnia quæ sunt transitoria, [esse aptata, id  
est, apte qualitatibus & formis assumptis com-  
posita [verbo] & sapientia [dei] quæ Christus  
est, quoniam omnia per ipsum facta sunt. Et sic  
aptata, [vt ex inuisibilibus fierent visibilia, id  
est, ex informibus elementis formata. Nam an-  
tequam formæ darentur rebus, tenebræ erāt &  
inuisibilia elementa, sed in eorum separatione  
nata est lux. Informis enim materia, quā de ni-  
hilo fecit deus appellata est primò cælum & ter-  
ra. Et dictum est, in principio fecit deus cælum  
& terrā, nō quia iam hoc erat, sed quia hoc esse  
poterat. Omnia enim elemēta confuse tenebā-  
tur in illa informi materia, quæ chaos ab anti-  
quis dicta est, & de qua formata sunt vniuersa.  
Tūc; cedentibus tenebris, per exortū nouæ

lucis sunt facta visibilia, quæ prius videri nō po-  
terant. Vel ex inuisibilibus facta sunt visibilia,  
id est, ex intellectuali mundo visibilia. Inuisibi-  
lis enim mundus in sapientia dei erat, & ad cu-  
ius similitudinem factus est iste visibilis, & hæc  
omnia fide intelligimus ita esse facta.

*Fide plurimam hostiam Abel quàm  
Cain obtulit deo, per quā testimonium  
consecutus est esse iustus, testimonium  
perhibente muneribus eius deo, & per  
illam defunctus adhuc loquitur.*

Modò per partes ostendit, quomodo senes fi-  
de cōsequuti sunt testimonium suæ probitatis,  
& incipit à primo iusto, qui propter fidem suā  
iustus est inuentus, & exemplum iustitiæ ac fi-  
dei nobis est factus. Verè senes in fide testimo-  
nium sunt adepti. Nam [Abel] primus hoc con-  
sequutus est, qui [fide, id est, per fidem [obtulit  
deo plurimam, id est, pluri precij vel magis ac-  
ceptabilem [hostiā quàm frater eius Cain, per  
quam fidem cōsequutus est testimonium esse ius-  
tus, id est, quod esset iustus, [deo perhibēte te-  
stimonium muneribus eius,] dum ea se recipere  
demonstraret, mittens ignē de cælo qui ipsa  
consumeret. Nam dum munera Cain non in-  
flammauit, & munera Abel cælitus igne misso  
combussit, præclare testimonium dedit eidem  
muneribus quod ea suscepisset, & quod obla-  
tor eorū iustus esset ac fideliter obtulisset. Tale  
testimonium adeptus est per fidem dum viue-  
ret. [Et defunctus loquitur adhuc per illam, id  
est, monet omnes posteros exemplo suæ fidei,  
vt fidem cum bonis operibus habeāt. Vel quia  
adhuc recitatur scriptura, in qua deus ad Cain  
dicit, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de  
terra. Ille enim clamor sanguinis est loquutio  
defuncti. Vel defunctus loquitur, id est, facit  
nos loqui de se defuncto, quia est nobis mate-  
ria loquendi, vt de eius magna fide cæteris de-  
mus exemplum. Non enim mors extinxit fa-  
mam fidei, sed potius vbique diuulgauit.

*Fide Enoch translatus est, ne vide-  
ret mortem, & non inueniebatur, quia  
transtulit illum deus. Ante translatio-  
nem enim testimonium habuit placuisse  
deo. Sine fide autem impossibile est pla-  
cere deo. Credere enim oportet acceden-  
tem ad deum quia est, & inquirenti-  
bus se remunerator sit.*

Alterius senis exēplo habenda est fides. Nā  
[Enoch fide translatus est, id est, quia fidē ha-  
buit & iustitiam tenuit, trāslatus est in paradi-  
sū, vnde Adam eiectus fuerat. Translatus est  
ideo, [ne videret mortem, id est, vt non solum  
non sentiret in seipso mortem, sed etiam in alio  
nō videret eam, vtpote remotus procul à terra  
morientium, & habitans in regione viuētium.  
Nā non est ita translatus, vt in aliam terræ par-  
tem hominibus inhabitabilē poneretur: sed ita  
potius,

**G**potius, vt ab omni societate mortaliū separaretur. [Nō enim inueniebatur] cū à suis per multa loca diligenter quæreretur. Ideo scilicet non poterat inueniri, [quia transtulit illū deus,] qui ipsum occultare potuit, ne à quoquam inueniretur. Posuit nanque illum in alia secreta regione, vbi in magna carnis ac spiritus quietis viueret, donec circa finē seculi cū Elia veniat reliquias Israel ad fidem conuertere. Verè propter fidei meritū trāsflatus est. Nam [ante translationem] habuit testimoniū placuisse deo, quia sicut scriptura refert, Ambulauit Enoc cum deo, & vixit Enoch postquā genuit Matusalem, trecentis annis. Valde enim placuit deo, quia tam sancte vixit, vt per viam iustitiæ trecentis annis ambulare secum in via rectitudinis, euidens illi testimonium perhibuit quia sibi placeret. Ipse habuit testimoniū quia placeret Deo. Sed [sine fide] impossibile est placere deo. i. nullus ad hoc vnquam promoueri potest, vt Deo placeat, nisi meritū fidei præcedat. Patet ergo quia & Enoch per fidem placuit, atque per fidē transferri meruit. Fides enim ista quæ sic laudatur ab Apostolo, ea debet intelligi quæ per charitatē operatur. Et verè nullus deo placebit, nisi meritum fidei præmiserit, quia [accidentē ad deū] oportet credere. i. quisquis deo vult propinquare vt ei proximus fiat & ei placeat, necesse est vt primo fidē habeat, quoniā fides est primus gradus in quo mentem quis cōstituit qui ad deū accedere intendit. Credere cum oportet [quia deus est, id est, quia ipse sol⁹ proprie habet esse, sicut

Gene. 5.

Galat. 5.

Exod. 3.

I

Gene. 6.

nondum perpendebatur: quia & aer adhuc serenus erat, nec aliquod huius rei signum apparebat, [aptauit, id est, aptam composuit] arcam in salutem domus suæ, id est, vt per eam saluaret à diluuiō suam vxorem & filios cum vxoribus eorum. In eo quod ponit, metuens de his quæ non videbantur, cōmendat fidem eius, qui iam metuebat quæ nōdum videbat, credens ea quæ Deus sibi prædixerat. Sic & nos omnia quæ Deus fore promittit aut minatur, indubitanter fore complenda credere debemus, & eius mādatis in præsentī deseruire, si exemplo sancti Noë volumus ad salutem pertingere. Cū enim nullum signum futuri interius videret, sola dei voce audita credidit futuram mūdi submersiōnem. Nos verò multa signa finis seculi & futuri iudicij videmus, & tamen raro inuenitur qui de illo iudicio nunc sic metuat, vt sanctus Noë de diluuiō formidabat. Aptauit arcam, [per quam damnauit mundum,] quia tanto maius peccatum habuerunt homines, quanto maiorem eius in fabricanda arca instantiam videbant, & non credebant. Cum enim viderent eum per centum annos in constructione arcæ laborare, deberent futuros casus animaduertere, & ad pœnitentiam confugere. Quod quia non fecere, grauiorem sibi damnationē acquirere. & hæc est prima laus fidei eius, quia mundum incredulum damnauit: [ & institutus est à deo hæres iustitiæ, quæ est per fidem,] & post diluuium hæreditario iure obtinuit religiosos mores, quos fides generat: & quos antecessores eius qui iusti fuerant, habuerant. Idcirco enim factum erat diluuium, vt finis imponeretur vitis, & iustitia quam Abel & Enoch & ceteri sancti tenuerant, permaneret, & huius hæres factus est beatus Noë. Et ita cōsequutus est in fide testimoniū, quia iustitiam fidei hæreditauit.

*Fide qui vocatur Abraam, obediuit in locū exire, quem accepturus erat hæreditatem, & exiit, nesciens quo iret. Fide demoratus est in terra promissionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Iacob, cohæredibus repromissionis eiusdē. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus.*

Adhuc per exemplum ostendit quod fides sit habenda, & quod in ea senes testimonium sint adepti, quoniam ille qui prius vocabatur Abraā, & post à Deo vocatus est Abraam, dat nobis exemplum fidei. Nam fides causa fuit augmentationis vocabuli eius vt qui prius dicebatur Abraam, id est, pater excelsus, post accipiēs promissionē quod omnes gentes fidem eius essent sequuturæ, & patrē eū habituræ, vocaretur Abraam, id est, pater videns multitudinē: quia factus in fide pater credentiū, vidit multitudinē omnium gentiū venturā ad suam fidē. Et ille qui huiusmodi causa [vocalur Abraā, fide obediuit] Deo, non enim obediret, nisi crederet. Obediuit dicenti, Exi de terra tua & de cognatiōe tua,

Gen. 12. & 13.

Gene. 17.

Gene. 12. & veni

**A** & veni in terrā quam monstrauero tibi. Sic obediuit exire, id est, obediens exiuit à terra patrum suorum, & venit [in locum] illum, [quem accepturus erat. i. in terram Chanaan, quæ erat habiturus [in hæreditatem] in filiis suis, non in seipso. Et audito dei præcepto, exiit mox de terra sua, [nesciens quō iret,] sed tantum obedire cupiens, & credens quod esset à deo cōsequuturus lōge meliora, quàm relinquebat in patria. Si enim certum locum sciret ad quem tendere posset, qui certum patriæ locum deserebat, non tam admirandæ fidei esset. Et si saltem post inueniret vacuum locum, ad quem ducebatur, vt possidere terram illam posset, non ita cōmendaretur fides eius. Sed inuenit locū Chanaanis plenum, & inter eos vt aduena mansit. Et hoc est quod sequitur: [Fide demoratus est in terra repromissionis, id est, quæ sibi non semel, sed multoties promissa est, nō vt possessor, sed aduena, [tanquam in aliena] terra, non tāquam in propria. Fide melioris terræ morat⁹ est vt peregrinus in ea, nec rediit ad paternum solum, sed obedire volens, mansit vbi iussum ei fuerat, nō in domibus pōpōis & magnis, sed [in casulis] & tuguriis [habitando.] Non enim magna domorum ædificia construebat, sed parua illi sufficiebant tuguria, quoniam mens eius aliō tēdebat, & ipse semper exulem se credebat, in quocunque loco præsentis mundi positus esset. Sic habitauit [cū Isaac & Iacob,] quia sicut ex Genesi colligitur, Iacob quindecim annorum erat quādo mortuus est Abraam. Et hi duo, scilicet Isaac & Iacob, cohæredes erant [eiusdē repromissionis,] quia ad ipsos fecit deus eandem repromissionē terræ Chanaan, in qua cælestis hæreditas figurabatur. Et quare velut pauper & aduena morabatur in casulis Abraam cū filio & nepote, nec magnas domo edificabat? Quia [expectabat ciuitatem, id est, cælestem patriam Ierusalem supernam, [habentem fundamenta,] id est, stabilitatem diuersorum præmiorum, quæ nunquam deficient vel diruentur,] cuius ciuitatis artifex & conditor Deus est,] quia ipse arte suæ sapientiæ illam dictauit, & post per rei euidentiā condidit. Hoc est, Abraam ita vilis & aduena in casulis habitare sustinuit, quia non illam terram optauit, sed æternam ciuitatem, quā ipse deus & non homo fecit ac cōdidit, dari sibi à Deo expectauit.

Nota.

Gene. 25

Gene. 17. 18. & 21.

Psal. 38.

*Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptionem seminis accepit, etiam præter tempus ætatis, quoniam fidelē credidit esse eum qui repromiserat. Propter quod & ab vno orti sunt, & hoc emortuo, tāquam sidera cæli in multitudinē, & sicut arena quæ est ad oram maris, innumerabilis. Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, nō acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes & salutantes, & consuetes quia peregrini & ho-*

*spites sunt super terram. Qui enim hæc dicunt, significāt se patriam inquirere. Et si quidem illius meminissent, de qua exierunt, habebant vtique tempus reuertendi. Nunc autem meliorem appetunt, id est, cælestem. Ideo non confunditur deus, vocari deus eorū. Parauit enim illis ciuitatem.*

Exod. 3.

Gene. 18.

F

Non solum Abraam fide probatus est, sed & [Sara,] quia [ & ipsa,] id est, in propria persona, non in vicaria, [accepit fide virtutem in conceptione seminis, id est, facta est virtuosa vt conciperet, [etiam præter tēpus ætatis, id est, quæ virtutem concipiendi in frigido sanguine iam diu perdidit: & hoc decrepita meruit, cum à iuuentute semper fuisset [sterilis.] Et licet ista duo impossibilia viderentur, id est, sterilitas & longæua senectus, tamē & ipsa Sara quæ hæc habebat accepit virtutem in conceptionem seminis, id est, vt posset cum semine suo capere viribus caloris semen viri: quod fides, nō natura operata est, [quoniam fidelē credidit eum esse qui] promiserat & [repromiserat, id est, Deum in promissionibus suis veracem credidit, & omnia illi possibilia esse non dubitauit. Prius enim risit, etsi ex gaudio, non tamen plena fide, sed post verbū domini solidata est in fide. Propter quod, id est, ideo quia Abraam credidit, & Sara deū fidelē nō dubitauit, [ & orti sunt multi ab vno] patre: quod mirum fuit, quia si tot filij à pluribus patribus orti fuissent, non esset tā mirū. Sed quia tot ab vno orti sunt, valde mirandū est. & (quod est mirabilius) [hoc emortuo, id est, ex toto secundū naturam senectutis mortuo, quoniam viscera illius frigida & mortua erant, nec semen emittere poterant. Emortuum nanque non ad omnia sed ad aliquid: hoc est, ad generandū intelligere debemus eum fuisse. Si enim ad omnia mortuus esset, nō iam senex, sed defunct⁹ esset. Et de tali orta est innumera multitudo. Vel ab vno vtero Saræ orti sunt. Orti sunt ab vno, & hoc emortuo. Emortuo, quātū ad seniore[m] maritum. Si enim scēmina ita sit prouectioris ætatis, vt ei solita mulierū adhuc fluant, de iuvene parere potest, de seniore non potest: quāuis adhuc possit ille senior, sed de adolescētula gignere, sicut Abraam post mortem Saræ de Cethura potuit, quia viuīdam eius inuenit ætatē. Sed Sara sterilis erat, & cruore menstruo iam destituta, propter quod iam parere nō posset, etiam si sterilis non fuisset. Verū contra hæc omnia operata est fides, vt sterilis & emortuus vterus Saræ conciperet ex seniore emortuo. Et sic non à pluribus, sed ab vno: & hoc non iuvene, sed emortuo senectute, vt magis esset miraculum, orti sunt filij, procedentes [in multitudinem tanquam sidera cæli, id est, qui luce sanctitatis & sui multitudine comparantur sideribus, quia & clari sunt & innumeri: [ & sicut arena quæ est ad oram maris innumerabilis, id est, qui grauedine & infructuositate atq; instabilitate & multitudine comparantur arenæ. Quid vero



**G**verò per mare, nisi gentilitas designatur? Et quid per oram maris, nisi vicinus ritus gentilitatis? Quidam verò Iudæorum instabiles erant ad oram maris, & non in ipso mari, dum adhererent ritui gentilitatis, peruersè viuendo & idola colendo, nec tamè gentiles essent, quia circumcisi erant. Isti non ex fide Abraæ vel Saræ tales erant, sed ex proprio vitio. non enim fides meruit tales filios habere, sed ipsi postquã fuerant ab eo geniti, degenerabant ab eius fide & probitate per nequitiam suam. Nihil ergo mali promeruit vnquam fides. Quod autè subditur, [iuxta fidem defuncti sunt omnes isti,] de illis solummodo qui stellis comparatur, intelligendum est, nec solum de filiis, sed de ipsis patriarchis. Nam omnes isti non ad horã habuerunt fidem, sed semper eam vsque in finem tenuerunt & semper iuxta eam vixerunt, ac iuxta eam defuncti sunt: quia & dum viuerent, semper suos mores vt fides exigit, in religione duxerunt: & dum morentur, promissiones diuinas expectauerunt, sicut Iacob moriens dicebat, Salutare tuum expectabo domine. Isti omnes nõ elongati à fide per dubitationem vel per malam operationem, sed iuxta eam persistentes, defuncti sunt, [nõ acceptis in terra promissionibus:] & ideo expectabant eas in celo, quia deum qui promiserat, sciebant esse fidelem. Credebant enim ipsas promissiones non esse factas de terrestribus, sed promissa sperabant de cælestibus. Et in hac fide moriebatur. Per hæc omnia monet Apostolus Hebræos, vt incõcussam fidem exemplo patrum teneant, si se filios eorum recognoscunt. Nondum acceptis repromissionibus moriebantur [sed aspicientes à longe eas & salutantes, id est, oculis fidei cõsiderantes, quia post mortem eas erant adepturi, nõ tamen protinus, sed post longa tempora in aduentu Christi, qui regna cælorum paraturus erat. Descendebant tunc enim omnes iusti in infernũ, ibique quiescentes, expectabant redemptoris aduentum. Ex hoc est quod in obitu suo aspiciebant non de prope, sed de longe supernas promissiones, quia desiderium suæ considerationis in longum ad eas percipiendas extendebant, & salutabant eas, id est, multum optabant in quibus salutem consequi credebant. Vel salutabant eas, id est, applaudebant eis hilares, & est dictum ad similitudinem nauigantium, qui longe visis ciuitatibus ad quas tendunt, salutant præ gaudio. & quia promissiones cælestis patriæ post mortem expectabant, ideo erant [confidentes quia peregrini sunt super terram, id est, non in propria terra degentes. Et quia possent esse peregrini, sed tamen diu permanentes, vt excludatur diuturna māsio, subditur, [& hospites] Hospes enim dicitur ille, qui statim recedit, nec diu manere quærit: peregrinus verò, qui in propria terra non moratur, etsi diu in aliena maneat. Et ita per hoc quod se dicebant peregrinos, ostenditur quia æstimabāt se in alieno degere: per hoc quod se fatebantur hospites, apparet quia credebāt se cito recessuros, & horam mortis quotidie suspectam habebant. Nam quod se peregrinos & hospites faterentur, non solum ex Apostoli sententia, sed & ex verbis eorum patet. Di-

xit enim Iacob Pharaoni: Dies peregrinationis K vitæ meæ centum triginta annorum sunt, par- Gene. 47.  
Gen. 47. ui & mali, & non peruenerunt vsque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt. Sed ne quis patriarchas ideo peregrinantes fuisse dictos æstimeret, quia in terra promissionis velut in aliena morati sunt, quoniam nec ipsi nec filij eorum adhuc illam in hæreditatem perceperat attendat quid Dauid qui regnum in ea tenebat ait domino: Quoniã aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. Hęc itaque sanctorum patrum peregrinatio illa erat, Psal. 38.  
Psal. 38. de qua dicit Apostolus. Quãdiu sumus in corpore, peregrinamur à domino. Hac ratione se dicebant peregrinos & hospites, quãdiu super terram erant, id est, donec corpora eorum sub terra sepeliretur, & animæ ad extra migrarent. Vel super terram existentes, quia terrena conculcabant. Vnde cõstat quod exules se credebant & patriam inquirebant, ex qua ciues iã erant. [Qui enim dicunt,] scilicet qui se fatentur peregrinos & hospites, hæc dicendo, [significat se inquirere patriam.] Ad hoc cõfitebatur se esse peregrinos, vt significaret se in omnibus quæ agebant, veram patriam quærere, & ad eã pio genitu suspirare. Et ne quis putaret quod illam de qua exierant, quærerent, subditur: Et siquidem illius & cætera. Quasi dicatur Ipsi quærere patriam. [Et si illius quidẽ] patriam meminissent, de qua exierunt, id est, si recogitarent terram suę natiuitatis & illã desiderarent, ac se peregrinos respectu illius dicerent [habebat utique tempus] & spatium [reuerendi] ad eam, & nullus eis obfistebat in redeundo. Sed quia illuc non redierunt, patet quod aliam patriam quærerent. Ad illam redissent, si illam quærerent. Nunc autem] cum constet quod illam non quærerent, apparet quia [appetunt. i. appetierunt] meliorem patriam, id est, cælestẽ. Ideo scilicet quia non in terra cor posuerat, sed ad supernam patriam totis desideriis anhelabāt [non cõfunditur deus, id est, nõ erubescit] [vo- M  
Exod. 3. cari deus eorum,] dum dicit, Ego sum deus Abraam, deus Iacob, hoc mihi nomẽ est in æternum. Erubescere enim potest aliquis dominus cum dicitur inutilem seruum habere. Sed si bonum seruum habuerit, per illum honoratur. Si deus vocaretur deus Cain, sicut vocatur deus Abraam, non honor, sed dedecus esset ei ex tali seruo. Sed quia tres isti patriarchę optimi serui fuerunt, idcirco deus ex quadam familiaritate & priuilegio voluit deus eorum vocari, tanquam istorum solorum esset deus, qui deus est vniuersę creaturę, non frustra utique tantum eis tribuens honorem, sed quia nouerat in eis syncerã præcipuamq; charitatẽ, & quia in ipsis tribus consummauit mirabile sacramentum futuri populi. Per liberas enim genuerunt & in libertatem, vt per Saram Isaac: & in seruitutem vt per Rebeccam Esau, cui dictum est, Eris seruus fratris tui: & per ancillas non solum in seruitutẽ, sicut Ismaëlem per Agar, sed etiã in libertatem, sicut Dan ac Nephthalim per Balã, & Gad, ac Aser per Zelphã. Ita & in populo dei per spirituales viros nascuntur ad fidem non solum in libertatem laudabilem, qui eos imitantur,

**A**tur, quibus dicitur, Imitatores mei estote sicut 1. Cor. 4.  
1. Cor. 4. & ego Christi: sed etiam in damnabilem seruitutem, sicut per Philippum Simon Magus: & per carnales nascuntur non solum in damnabilem seruitutem qui eos imitantur, sed in laudabilem libertatem, quibus dicitur, Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Hoc sacramentum quisquis in populo dei prudenter agnouerit, vnitate spiritus in vinculo pacis vsq; in finem, quibusdã cohærendo, quosdã tolerando, custodit. Propter huiusmodi causas voluit deus vocari deus istorum patriarcharum, in quorum posteritate præmonstrata est omnis propagatio bonorum & malorum qui sunt in ecclesia. Nec mirum si deus eorum vocari dignatur, qui deus est angelorum: quia [parauit illis ciuitatem, id est, cælestem Ierusalẽ, in qua illos exciperet, & non erubescit de illis quia conciuues angelorum sunt. In illis enim honoratur, sicut ecõtrario de malis blasphematur.

*Fide obtulit Abraam Isaac cum tẽtaretur, & vnigenitum offerebat, in quo susceperat repromissiones, ad quem dictum est: Quia in Isaac vocabitur tibi semen, arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est deus. Vnde eum & in parabolam accepit.*

Rursus exemplo Abraæ est habenda fides, quia ipse tantam fidem habuit, vt & filium offerre paratus esset, & tamen promissionem de femine in eo sibi diuinitus factam non dubitaret esse veram. Non enim hæsitauit quod sibi reddi poterat immolatus, qui dari potuit non speratus. Tẽtabat eum deus, id est, ipse qui eum nouerat, ostendebat quis esset ad exẽplum aliorum. Qui [fide] accensus, [obtulit] super altare [Isaac] quem plus diligebat: non Ismaëlem, qui ex ancilla natus erat. Et quem ex libera coniuge vnigenitum habebat, hunc offerebat, [in quo etiam promissiones] [posteritatis] susceperat, cum ei diceretur, quia in Isaac vocabitur tibi semen. Licet enim Isaac esset ei vnigenitus, nec alium haberet, per quẽ adimplerentur promissiones seminis, in neutro tamen dubitans, filiũ obtulit, nec de promissionibus dubitauit. [ad quem dictum est] à domino, nõ ad alium vt diceret ei, id est, non per aliũ mandauit, sed per seipsum dominus dixit ei, [quia in Isaac vocabitur tibi semen, id est, in posteritate Isaac erit vocabulum seminis tui, quia vocabuntur filij tui, qui ex Isaac descendunt. Ismaël nanque & Esau & filij Cethuræ cum ex Abraæ stirpe sint, non tamè in filios reputantur. Ipse deus in solo Isaac promisit Abraæ posteritatẽ. Esset enim minus authentica promissio, si alij deus hanc loqueretur, & ille post nunciaret Abraæ. Qui tamen iussus offerre Isaac, non sibi fecit quæstionem quasi de contrariis & sibi aduersantibus verbis dei, vt diceret, Promiseras mihi in Isaac semen, & nunc Isaac iubet occidi? Sed erat in corde eius semper fides incõcussa & nullo modo deficiens. Cogitauit enim quia qui dederat, vt ille

cũ nõ esset, nasceretur de senibus, poterat etiã **D**  
 de morte reparare. Et hoc est quod apostolus subdit: [arbitrans quia & à mortuis suscitare potes est deus] .i. nõ solum ab immolatione potest illum eruere ne occidatur, sed & post occisionem vitæ restituere. Credebat enim quod vel deus illum ab immolatione eriperet, vel immolatum protinus suscitaret, sicque promissionem de futuro semine sibi in eo compleret. Quod in verbo eius patenter ostenditur, cum dicit pueris: Expectate hęc cum asino, ego & puer illuc vsq; Gene. 22.  
Gene. 22. properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Non enim dixit, Reuertar ego ad vos: sed, Reuertemur ego & puer. [Vnde, id est, quia tam firmiter in omnibus credidit, [accepit eum] ab altari illæsum, quia immolatus non est, Accepit eum [ & in parabolam, id est, in similitudinem Christi, cuius diuinitas impassibilis mansit, licet humanitas passionem sustinuerit. Abraam enim filium vnicum ducẽs ad immolandum, significauit deum patrem, qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Isaac sibi ligna ad victimæ locum, quibus fuerat imponendus ipse, portauit, sic & Christus crucem suam. Isaac ligatus est & altari superpositus, quia Christus quoque ligatus est in passione & cruci impositus. Isaac de altari abscelsit illæsus, sed aries pro eo est immolatus: quia (sicut diximus) diuinitas Christi māsit impassibilis, quæ per Isaac designata est, sed humanitas eius quam figurauit aries, morti subiicit. Qui scilicet aries, inter vepres hærebat cornibus, quia Christus inter iniquos & peccatores, qui per vepres signati sunt, ita crucifixus est, vt manus eius transfixæ clauis adhererent cornibus crucis, sicut scriptum est, Cornua in manibus eius. Similiter & cætera de immolatione Isaac ad Christi passionem mystice sunt referenda.

*Fide & de futuris benedixit Isaac **F**  
 Iacob & Esau. Fide Iacob moriens, singulos filiorum Ioseph benedixit, & adorauit fastigium virgæ eius. Fide Ioseph moriens, de profectione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mandauit.*

Abraam sic probatus est in fide. Isaac etiam [fide benedixit de futuris] filios suos [Iacob & Esau, id est, benedictione imprecatus est illis bona, in futurum credens quod ita illis ventura forent. Nam Iacob benedicens dixit: Det tibi Deus de rore cæli & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini &c. Et rursus Esau promisit: In pinguedine terræ & in rore cæli desuper erit benedictio tua &c. Nisi ergo sic crederet hæc illis ventura, nequaquam solemnĩ benedictione promitteret ea. Iacob quoq; moriens cum alia omnia obliuioni traderet, [fide benedixit duos filios Ioseph,] Ephraim & Manassen, dans cuique propriam benedictionem quia credidit eis profuturum. [ & adorauit fastigium virgæ eius.] Hoc in veteri translatione ibi re-

Gene. 49

H

I

M

Exod. 3.

Gene. 21.

Gene. 17.

Gene. 30.

Gene. 22.

Roma. 8.

E

Abac. 3.

Gene. 27

48. 49.

**G** reperitur, vbi nos in noua legimus, quia adorauit Israël Deū, conuersus ad lectuli caput. Sanctus enim & Deo deditus vir, oppressus senectute, ita positum habebat lectulum, vt ipse iacentis habitus absque difficultate ad orationē esset. Sed secūdum aliam translationē adorauit super caput virgæ eius, id est, filij sui, vel super cacumē virgæ eius. Et intelligitur quia tulerat à Ioseph virgam eius, & super caput eiusdem virgæ quam tenebat, inclinauit se ad Deū adorandū. Sed Apostolus sensum nostrum ad intelligentiam mysticam trahens, nō dicit quod ille adorauerit super cacumē, sed potius ipsum cacumē & fastigiū virgæ eius. Virga enim Ioseph quam ipse velut sceptrum gerebat ad designationē potestatis suæ, qua dominabatur in tota Aegypto, virgam potentiaē Christi præfigurabat, qua ipse regnaturus erat in toto mūdo. Et per Ioseph Christus præsignabatur, per fastigiū autē virgæ eius, celsitudo regalis potentiaē Christi, de qua dictū est, Virga directionis virga regni tui. Recta itaque fide adorauit fastigiū virgæ filij sui, significans quia se tota deuotione substernebat sublimi imperio Christi, quem ex sua carne nasciturum præuidebat. Nam si in Ioseph Christum nō intellexisset, non esset dicenda fides, si fastigium virgæ illius adorasset. Sed & ipse [Ioseph moriēs, fide memoratus est de profectioe filiorū Israël,] dicens: Post mortem meā visitabit vos deus, & ascendere faciet de terra ista ad terrā quam iurauit Abraā, Isaac & Iacob. Hoc à patre suo audierat, & nunc moriens fide memorabat. Nisi enim ita futurū crederet, nō memoraret. [Et de omnibus suis mandauit, dicens: Asportate vobiscum ossa mea de loco isto. Et hoc quoque fide mandauit, quoniam credebat Christum in terra promissionis nasciturum, & post passionem resurrecturum, & cū eo resuscitari cupiebat inter cæteros sanctos, qui in eius passione resuscitandi erant.

**Exod. 2.** *Fide Moyses natus occultatus est mensibus tribus à parētibz suis, eo quod vidissent elegantem infantem, & non timuerunt regis edictum.*

Adhuc exemplo fenum habenda est fides, quoniam [Moyses natus occultatus est fide] parentum [tribus mensibus,] quia videbant elegantem paruulum. Credebant enim deum facturum aliquid magni per eum, cum esset adeo elegantis formæ. Quoniam ab ortu fuit illi infusa magna gratia venustatis, nō natura, sed dono dei. [Et ideo non timuerūt edictum regis,] qui iusserat omnes masculos infantes Hebræorum mox vt nati essent interfici, sed fide confisi in deo, seruauerunt puerum.

*Fide Moyses grandis factus, negauit se esse filium filiaē Pharaonis, magis eligēs affligi cum populo dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias aestimans thesauro Aegyptiorum improprium Christi. Aspicie-*

*bat enim in remunerationem. Fide reliquit Aegyptum, non veritus animositatem regis. Inuisibilem enim tāquam vidēs sustinuit. Fide celebrauit pascha sanguinis effusionē, ne qui vastabat primitiua, tangeret eos. Fide transierūt mare rubrum tāquam per aridam terram, quod experti Aegyptū, deuorati sunt.*

Adhuc exempla fidei prælucent in Moysē, Qui cū esset puer, adoptatus est in filium à filia Pharaonis, quæ iuxta Iosephum vocabatur Thermut. nec habebat legitimam prolem. Et ideo volebat vt Moyses post patrem suū, succederet in regnū. Moyses verò cum excreuisset, [fide] succensus, & regnū Aegypti despiciens, [negauit] iuxta Apostolum [se esse filium filiaē Pharaonis,] & reiecit regiam dignitatem, [magis .i. potius [eligens affligi] & iniuriis subiici [cum populo dei,] qui seruiebat in luto & latere, [quàm habere iucunditatem temporalis] ac transitorij [peccati.] hoc est, fide suadente maluit & super omnia elegit affligi propter deum ad horam, quàm iucunditatem eorū, in quibus erat peccatū & quæ cito transeunt, viuere. Peccatū enim putauit, se lætari in aula, dum fratres sui affligerentur. Non tamen in libris Moysi refertur, quod negauerit se filium filiaē Pharaonis, sed eo tempore id fecisse non dubitatur, quo fecit & quod ibi legimus, & postquā creuerat, egressus est ad fratres suos filios Israël, & vidit afflictionē eorum. ipse dico, [aestimans improprium Christi esse diuitias maiores thesauro Aegyptiorum,] Improprium Christi, id est, quod pateretur pro Christo, vel quod significaret improprium inferendum Christo post longa secula, vel quod sustinuit à suis, sicut & CHRISTVS post à suis. Hoc improprium magis elegit ipse, & minus credidit operibus Aegyptiorum, quia per id æternis diuitiis se locupletari credebat, si pro Christo cōtumelias & opprobria sustineret. Nam [aspiciebat] plena fide [in remunerationem] æternam, quam Christus pro se patientibus erat daturus: hoc est, idcirco elegit esse pauper & despicibilis tēporaliter apud homines, quia sursum cor habebat, & de æternis honoribus cogitabat, quos se per paupertatem & patientiam adepturū sperabat. Et etiam [fide reliquit Aegyptum,] educēs inde filios Israël, qui credebant quod bene euaderent, [non veritus animositatem regis,] qui contra eum indignationem magnam conceperat, sed de auxilio dei confidens, subtraxit à iugo illius populus Israël. Et verè fide nō veritus est regem. Nam [sustinuit, id est, non corde fractus, sed vt verè fortis sustinuit, id est, sursum in suæ mentis constantia tenuit [inuisibilem, id est, deum quem non videbat, [tanquam videns, id est, ac si eum præsentē ibi cerneret. Miles enim accuratius pugnare solet præsentē rege quàm absente. Sed Moyses pro deo quē nō videbat, ita pugnavit, & ita eū sustinuit, id est, auxilium eius expectauit, ac si

**A** corporeis oculis eum coram se videret præsentem & adiuuantem. Vnde & ei nil ore promēti dictum est à domino: Quid clamas ad me? Clamabat enim corde, q̄ tacebat ore, quia piis desiderijs ipse auxilium maiestatis implorabat & expectabat. Et antequam reliquisset Aegyptū, [celebrauit pascha,] & hoc fecit fide, id est, celebrem & festum duxit transitū, vel potius nōtā egit pro pascha, id est, pro trasitu de Aegypto, quia non dubitauit quin reuera transituri essent. Et ideo fide lætificatus, antequā exirent, pro transitu suo celebre festum egit. Celebrauit enim pascha, id est, celebrem & communē fecit agni comestionē, quæ vocabatur Pascha, id est, transitus, quia fuit causa transitus eorum de seruitute in libertatem. [ & sanguinis effusionem] fide celebrauit, ne angelus [qui vastabat primitiua, id est, qui interficiebat primogenita Aegyptiorum, [tangeret eos,] quia pro certo credebatur, quod angelus percussor non ingreretur domos illas, quæ habent in superliminari & in vitroque poste sanguinem agni. [Fide] etiam omnes filij Israël [transierunt mare rubrum] ita illæsi, [tanquam] si irent [per aridam] & siccam terram, quia crediderunt deum ita eos posse educere per mare, sicut per siccam. [Quod] scilicet transire mare [expert] & volentes facere Aegyptij, qui nec partem fidei habebant, [deuorati sunt] ab aquis, id est, omnino absorpti. Vel experti vtrum fide, an casu fieret ille transitus, deuorati sunt gurgitibus. Si enim casu trāsirent Israëlites, similem transitum haberent Aegyptij. Sed quia talem viam illis fides parauerat, idcirco infideles in ea perierunt.

*Fide muri Ierico corruerunt circuitu dierum septem. Fide Raab meretrix nō perit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace.*

**C** Non solū mare diuisit fides, sed & muros Iericho præcipitauit. Nam dñs iusserat, Circuite urbem cuncti bellatores semel per diem. Sic facietis sex diebus. Septimo autem die sacerdotes tollent septem buccinas, & præcedent arcam fœderis, septiesque circuitibus ciuitatem, & sacerdotes clangent buccinis. Cūque insonuerit vox tubæ longior atque concisior, & in auribus vestris increpauerit, conclabit omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent ciuitatis, ingredienturque singuli per locum contra quem steterint. Et filij Israel huic diuinæ iussioni ac promissionibus fidem adhibentes, fecerunt vt sibi fuerat imperatum, & tali ordine ceperunt ciuitatem. Sed in eadem vrbe erat Rahab, quæ fide meruit non perire cum incredulis ciuibz. Omnes enim gladio perierunt, præter eos qui erant in domo eius. Exceperat enim duos exploratores cum pace, quos Iosue miserat, & abscondērat eos, ne rex Iericho inueniret & occideret illos, quoniam visis illis credidit quod filij Israël per dei potentiam essent habituri terram. Sic enim ait: Noui quod tradiderit vobis dominus terram. Etenim irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores terræ. Dominus enim deus vester, ipse

est deus in cælo sursum & in terra deorsum. Et hac fide seruauit exploratores, & per fenestram suæ domus latenter emisit. ideoque pereūtibus postmodum cæteris, ipsa cum omni cognatione sua vixit in populo Israël. Et antea quidem fuerat meretrix, sed populo dei sociata, legitime vixit, ita vt & in genealogia saluatoris poneretur. Et quia etiam meretrix fide iustificari & saluari meruit, erubescat omnis vir esse infidelis, ne per infidelitatem omnibus peccatis oneretur & pereat.

*Et quid adhuc dicam? deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Sanson, Iephte, Dauid, Samuēl, & prophetis qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt re-promissiones.*

Multi, inquit, exempla veterum de habenda fide de vobis attuli, & adhuc plura vobis afferre possem. Sed [quid adhuc dicam, id est, quod factum cuius personæ amplius in exemplum fidei proferams. Tot enim exēpla protuli, vt omnibus sufficere debeant ad fidem. Et si proferrem alia omnia quæ possent proferri, fastidium magis quàm vtilitatem fortasse generarent. Nec in his amplius immorari debeo, quia cum determinassem tempus, in quo vobis scribere liceat, si illud cōsumpsero, exempla fidei veterum proferendo, infra præscriptum tempus alia quæ vobis scribere debeo, perficere non poterō. Et hoc est quod subditur: Deficiet enim me tēpus. Quali dicat: Non est vtile vt omnia quæ possem, exempla supponam, quia me enarrantem, id est, euidenter & singula narrantem deficiet, id est, deseret tempus, quod vobis ad scribendū determinauī, nec poterunt in eo explicari omnia quæ vobis scribere statui. hoc est, temporis breuitas qua sum impeditus circa alia, non sinit vt plenariam istorum rationē faciam. Vel tempus vitæ meæ deficiet, id est, deseret me, si voluero omnia persequi. Et ideo superfedendum est, quia [deficiet tempus me enarrantem, id est, ex toto narrantem, vel extrā & aperte narrantem de Gedeon, Barac, Sanson, Iephte, Dauid, Samuēl & prophetis.] Hoc est, si omnia fortia facta eorum & aliorum quæ ipsi per fidem operati sunt, voluero in tam breui tempore huius epistolæ vel vitæ meæ explicare, hoc nō poterō. Grandia sunt enim quæ fecerunt isti. Qui deui cerunt, id est, deorsum ponentes & sibi subiacientes, [vicerunt regna, id est, reges cum omnibus sibi subditis. Et hoc non per suas vires, sed [per fidē] qua deo credebant, & in deo confidebant. Ac per eandem fidem qua credebant bonorum operum remuneratōrē, [operati sunt iustitiam, id est, opera iustitiæ fecerunt. Et per ipsam fidē in qua perseuerauerunt, [adepti sunt repromissiones, id est, remunerationes superne beatitudinis, quas Deus in scripturis promissit ac repromissit operariis iustitiæ, nō quod statim quando moriebantur, acciperent illas, quia nōdum Christus eis viam fecerat, & erant in tenebris causa originalis peccati, sed quia cū Apo-

**Psal. 44.**

**Gene. 50.**

**ibidem.**

**Exod. 2.**

**Exod. 2.**

**Exod. 14.**

**Exod. 12.**

**Exod. 14.**

**L.**

**M.**

**Iosue. 6.**

**Iosue. 26.**

**Iosue. 2.**

**Mat. 1.**

**E.**

**F.**

stolus

**G** stolus hæc scriberet, Christo passo, iam habebant repromissiones secundum animam. Ipse nanq; eos ab infieris abstraxerat & singulis stolis induerat. Vel adepti sunt promissiones temporaliu bonorū, quas lex obseruatoribus suis fecerat: quia non solum vitam æternam, sed & temporales diuitias, & inimicorū subiectiones propter obseruantia legis adepti esse dicuntur, **Iudic. 6.** Gedeon, Barac & cæteri. Gedeon nanque per fidem deuicit regna, quia iubente ac promittente Deo in trecentis uiris, quos non ferro, sed lagenis & lampadibus armauerat, superauit Madianitas & Amalechitas & alios orientales populos, quorum multitudo cētū tringintaquinque millia uirorum bellatorum habebat, & reges eorum cepit & interfecit. Et ipse operatus est iustitiam, quia destruxit aram Baal, & ædificauit altare domino, atque liberauit populum Israël. Et adeptus est repromissiones vite, quoniam mortuus est in senectute bona. Barac quoque per fidem deuicit regna, cui deus per Delboram prophetissam dixit: Vade & duc exercitum in montem Tabor, tollēsque tecum decem millia pugnatorū de filiis Nephthalim & de filiis Zabulon. Ego adducam ad te in loco torrentis Cifon Sisaram principē exercitus Iabin, & currus eius atque omnem multitudinem, & tradam eos in manu tua. Fecitque Barac ut dominus iusserat, & ascendit in montem. Quod cum audisset Sisara, congregauit nongentos falcatos currus, omnemq; exercitum de Aroseth gentium ad torrentem Cifon. Descēdit itaque Barac de monte Tabor, & decem millia pugnatorum cum eo. Perterruitque dominus Sisaram & omnes currus eius, uniuersamque multitudinem in ore gladij ad cōspectum Barach, intantum ut Sisara de curru desiliens, pedibus fugeret, & Barac persequeretur fugientes currus & exercitum usque ad Aroseth getium, & omnis hostium multitudinisque ad internicionem caderet. Humiliauitque deus in die illo Iabin regem Chanaan, donec delerent eum. Sic Barac per fidem deuicit regna. Qui & iustitiam operatus est in hoc ipso, quod liberauit filios Israël ab ipso rege, qui per viginti annos vehementer oppresserat eos: nec sibi uictoriam arrogauit, sed deo pro illa canticum cecinit. Vnde & supernas repromissiones adipisci dignus fuit. Sed & Samson per fidē deuicit regna, quia cum esset vnus uir, sed haberet in se spiritum domini, qui confortabat eum, in gētes strages Philistæorum multoties dedit, nullusque eorum fortitudinem habere poterat ut illi resisteret. Iustitiam quoque operatus est, quia iudicauit Israël uiginti annis, & Philistæos oppressores eorum afflixit, & Nazaræus, id est, consecratus fuit ex utero matris suæ, uinum & ficeram non bibens, & nihil immundum comedens. In fine tamen quod se cum hostibus oppressit, non aliter excusatur, nisi quia spiritus latenter hoc iusserat, qui per illum miracula faciebat, sicut & antea illi inspirauerat ut uxorem de filiabus Philistæorum acciperet, cum lex hoc prohiberet. Nam sicut in acceptione uxoris alienigenæ fecit per uoluntatē dei, quod lex interdixerat, & nō peccauit, ita credi potest quod spiritus sanctus illi iusserit

extinguere secum ingentem illam hostium multitudinem, quæ de eius humiliatione laudabat idolum suum, & ad maius improperū faciebat eum ebrium ludere, præsertim cū iam ille spiritus cœpisset ei pristinas vires reddere, ad designationē recuperationis prioris gratiæ. Vnde & nunc Apostolus ponit eum inter eos, qui adepti sunt repromissiones. Iephte quoque per fidem deuicit regna, quia est factus super eū spiritus domini, & circuiens Galaad & inde transiens ad filios Ammon, uotū uouit domino, dicens: Si tradideris filios Ammō in manus meas, quicūq; primus fuerit egressus de forib⁹ domus meæ, mihiq; occurrerit reuertenti cum pace a filiis Ammō, eum holocaustum offerā domino. Trāsiuitque Iephte ad filios Ammon ut pugnaret cōtra eos. Quos dominus tradidit in manus eius. Percussitque uiginti ciuitates plaga magna nimis. Et humiliati sunt filij Ammon a filiis Israël. Reuertēte autē Iephte domū suam, occurrit ei uigenita filia cū tympanis & choris. Quam uisā, scidit uerba sua & ait, Heu filia mi, decepisti me, & ipsa decepta es. Aperui enim os meum ad dominū, & aliud facere nō potero, & fecit ei sicut uouerat. Et merito queritur utrum pro iussu dei sit habendum quod eam immolauit. Abraam enim non solum non est culpatus crudelitatis crimine, sed etiam laudatus nomine pietatis, quod filium uoluit nequaquā sceleratē, sed obedienter occidere. Iephte uero non ita legitur accepisse præceptū ut filiam occideret. Sed tamen in eo quod scriptura refert quia factus est super eum spiritus domini, & tunc tale uotum pro uictoria fecit, atque uictoriam adeptus est, non uidetur temerariē uouisse, cui spiritus sanctus præsidebat: nec iniustum uotū uouisse, qui uictoriam pro qua uotū faciebat, consequutus est. Consequutio enim uictoriæ testatur deo uotū non displicuisse. Nouit enim dominus secretas causas, propter quas tale sacrificium ei placere potuit. Et ipse Iephte semetipsum potius in hoc spiritualiter maclauit, quia cū non haberet filium aut filiam præter istam, omnem affectum eius rigore uoti superauit, & dolorem compassionis ardore fidei deuicit. Qui iustitiam operatus est, quia rationabiliter & iustē principatum suscepit, & causas suas contra regem filiorum Ammon per legatos iustē disse ruit, & iustē bellum iniit, atque populum Israël sex annis secundū legem domini iudicauit. Vnde & repromissiones supernarum retributionū adeptus esse creditur. De Dauid uero superfluum esse puto, demonstrare quomodo per fidem regna deuicerit, cum constet eum tot reges impios iuuāte domino peremisse. Iustitiam autem sic operatus est, ut de illo diceret deus, Inueni Dauid filium Iesse, uirū secundum cor meum, qui faciat omnes uoluntates meas. Sed & repromissiones adeptus est non solum de æterna uita, sed etiā de aduentu Christi: quia & ipse beatitudinem æternā possidet, & æternus rex Christus de semine eius suscitatus est. Samuel quoque per fidem uicit regna Philistæorū, quia cū satrapæ gentis illius cum exercitibus suis aduersus Israël conuenissent, obtulit Samuēl holocaustum & clamauit ad Deum pro Israël,

**K** **Iudic. 11.** **12.** **I** **M** **1 Re. 16.** **deinceps per totum.** **1 Re. 3. 4** **5. 6. 7.** **deinceps**

**A** & exaudiuit eum dominus. Nam in ipsa hora sacrificij contigit Philistæos inire prælium cōtra Israël. Et intonuit dominus fragore magno super eos atq; exterruit eos. & cæsi sunt a facie Israël, factaq; est manus domini super eos cunctis diebus Samuēl, & redditæ sunt vrbes quas tulerant ab Israël. Liberatusque est Israël de manu eorum. Sed & iustitiam ita operatus est Samuēl, ut nec in modico reprehensibilis unquā inueniatur. Ideoque repromissiones beatitudinis æternæ absque ulla dubitatione adeptus est. Nonnulli quoque sequentium prophetarū, uel orationibus uel meritis suis deuicerunt reges, sicut orante Isāia cum rege Ezechia, percussit angelus in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. & recessit turpiter a Iudæa Sennacherib rex. Eliseus quoq; meritis suis obtinuit, ut Benadab rex Syriæ, qui diu Samariā obsederat, cum omni exercitu suo territus fugeret. Dominus autē audiri fecit in castris Syriæ sonitum curruum & equorum & exercitus plurimi, fugeruntq; Syri, & dereliquerunt tentoria sua & equos & asinos cum auro & opibus magnis. & hæc omnia diripuerunt filij Israël, ita ut fieret modius similæ statere uno, & duo modij hordei statere uno in porta Samariæ. Multaque huiusmodi cōtra reges impios sancti prophetæ per fidem egerunt, & iustitiam in omni cōuersatione sua tenuerunt ac repromissiones diuinas in regno cælorum adepti sunt.

*Obturerunt ora leonum, extinxerunt impetū ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra uerterunt exterorum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos.*

Non solum super homines habuerunt antiqui sancti per fidem uictoriā, sed etiā super bestias adeo feroces, ut sunt leones, & super insensibilia elementa, ut est ignis. hoc est, [Obturerunt, id est, obturata & clausa fecerunt] ora leonum, [ut etiā ieiuni leones fide seruante nō tangerēt eos, sicut Daniel, quem illesum in lacum leonum per noctis unius spatiū fides seruauit, aliāq; uice sex diebus cum septem ieiuniis leonibus in lacu clausus sine læsione perdurauit. Pluralis enim numer⁹ pro singulari positus esse nunc intelligitur, in hoc quod dictum est, obturerunt ora leonum, nisi & Dauidicum factam in hac sentētia memoratum accipiamus, qui dū pasceret gregem, uenit leo & uersus, tuleruntq; arietē, & ipse persequutus est & percussit eos, eruitque pecus de ore eorum. illis consurgētibus in eum, apprehēdit ipse mentum eorum & suffocauit & interfecit eos. Alij per uerū fidei, [extinxerunt impetum ignis, id est, uehementissimum ignē qui cum impetu uirtutis irruerat, sicut Moyses. Nā murmurātibus Hebræis, accensus est in eos ignis domini, & deuorauit extremam partem castrorum, cumq; clamasset populus ad Moysen, orauit Moyses ad dominum, & absorptus est ignis. Similiter & Aaron alia uice extinxit impetum ignis, quādo tollens

**Danie. 3.** **1 Re. 19** **4 Re. 7** **Isaie. 37** **4 Re. 19** **4 Re. 7** **Danie. 6.** **14.** **1 Re. 17.** **Num. 11.** **Num. 16**

thuribulum cucurrit ad mediam multitudinē, quam vastabat incendium & obtulit thymiana, ac stans inter mortuos & uiuentes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. Sed & tres pueri in Babylone per fidem extinxerunt impetum ignis, cum quibus in fornacem descendit angelus domini, & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi uentum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis. Alij [effugerunt aciem gladij,] sicut Isāac quoq; cum pater arrepto gladio uellet immolare, prohibuit angelus eum percuti: & sicut Dauid, qui dum manu sua passeret corā Saul, tenebat Saul lanceam & misit eam, putās quod configere posset eum cum pariete. Dauid autem declinauit a facie eius. Hoc & alia uice similiter factum est de euasione istus lanceæ. Vel effugerunt aciem gladij, id est, exercitum accinctum gladio per fidem in fugam uerterunt, sicut Gedeon in armis armatos Madianitas, & Iudas Machabæus sæpe cum paucis fere innumeras hostium multitudines. Alij per fidē [conualuerunt de infirmitate, id est, sanati a corporeo languore, sicut Iob & Ezechias. Alij per fidē [fortes] & inseparabiles, [facti sunt in bello,] sicut Iosue & Dauid & Iudas Machabæus. Nonnulli [uerterunt] in fugam [castra exterorū, id est, alienigenarum, qui super se ueniebant, sicut Iudith & sæpe dictus Gedeon. Notandum uero, quod aliud est castra uertere, quoniam hoc fit etiam sine pugna, aliud fugare aciem gladij, quod fit pugna. Talia per fidem antiqui patres consequēbatur & temporalem felicitatem adipiscēbantur, sed in nouo testamento non est tempus talium. Antē dedit talia dominus, nunc dat meliora. Ac si diceret: Discite homines per gratiam noui testamenti vitam concupiscere sempiternam. Quid pro magno ita uos uultis a domino de morte liberari, sicut liberati sunt patres uestri, quando commendabat dominus etiam terrenæ felicitatis præter se non esse aliū largitorem? Illa felicitas ad ueterem hominem pertinet, quæ ueritas ab Adam cœpit. Ego autem sum Christus, non Adam. A ueteri ueteres fuistis, a nouo noui estote usque ad mortē. Vnde ipse hoc uoluit in cōspectu inimicorum pati, quo eum tanquam derelictum putarent, ut commēdaretur gratia noui testamenti, qua disceremus aliam quærere felicitatem, quæ nunc est in fide, postea uero erit in specie. Sed sub ueteri testamento necesse fuit & temporalia bona sanctis præberi diuinitus. Ideo a uariis periculis liberati sunt, quando clauserunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate. Fortitudinē quoq; & uictorias adepti sunt diuinitus, quoniam fortes facti sunt in bello, & castra uerterunt exterorum. Magna etiam impetrauerunt orādo, quoniam [acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos.] Sareptana quippe mulier, orante Elia, filium suū accepit de resurrectione uenientē, & per Eliseū Sunamitis accepit natū suum de resurrectione sibi redditū.

*Alii autem distēti sunt, non suscipientes redeptionem, ut mulierē inuenirent*

**Danie. 3.** **Gene. 22.** **1 Re. 19** **1 Re. 20.** **Iudic. 7.** **1 Mac. 3.** **4. 5.** **deinceps.** **Iob. 42.** **4 Re. 20** **Iudith. 13** **Iudic. 7.** **3 Re. 17.** **4 Re. 4.**



**G**rent resurrectionem. Alij vero ludibria & verbera experti, in super & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt.

Ostendit quanta per fidem sancti fecerunt, nunc autem ostendit quanta pro fide pertulerunt, ut quod suaserat fide multorum exemplis pluribus persuadeat multarum passionum imitationibus. Quidam patrum in vita sua per fidem a variis aduersitatibus erepti sunt. Sed alij eorum etiam pro fide [distenti sunt, id est, in suppliciis singula membra tenfi, non suscipientes redemptionem. i. ereptionem de poenis quae inferebantur illis, ut inuenirent] in seculo alio meliorem redemptionem praesentem quae respuebatur. Hoc fecerunt septem egregij fratres cum matre, quos rex Antiochus flagris & taureis crucians, compellebat contra legem carnes porcinas edere.

2. Mac. 7

**H** cum dicerent, parati sumus mori, magis quam patrias dei leges praenari, iratus rex iussit ei qui prior fuerat loquutus, amputari linguam, & cute capitis abstracta, summas quoque manus ei & pedes praecidi: & cum iam per omnia inutilis factus esset, iussit ignem admoueri, & adhuc spirantem torreret in sartagine. Sic fecit de secundo atque omnes septem & octauam matrem talibus tormentis consumpsit. Ita distenti sunt in variis poenis, atque manus & pedes ad percipiendum poenas extenderunt & linguas protulerunt. Acredimi a poenis noluerunt, quia cum suaderetur illis ut illicitas carnes ederent & poenas euaderent, non consenserunt. Optabant enim [melio- rem resurrectionem, sicut & tyranno dicebant. Tu quidem sceleratissime in praesenti vita nos perdis, sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus in aeternae vitae resurrectione suscitabit. & hoc quidem isti tali fide pertulerunt. Sed alij experti] sunt sustinendo [ludibria & verbera qua & derisi sunt & verberati, sicut Ieremias qui ait, Factus sum in derisum tota die, omnes subfannant me. & de quo scriptum est, quia percussit Phassur Ieremiam prophetam, & misit eum in neruum. Et quasi parum esset pertulisse ludibria & verbera, pertulerunt [in super & vincula & carceres.] Per hoc enim quod dicit in super, notat haec quatuor eis personis illata fuisse. Et Ieremias vincula pertulit & carceres, quia sicut dictum est, Phassur in neruum misit, quem Sedechias rex in atrio carceris clausit, & iterum cum vellet ire in terram Benjamin, & peruenisset ad portam Ierusalem, apprehendit eum custos portae, dicens: Ad Chaldaeos profugis? & duxit eum ad principes. Quamobrem irati principes contra Ieremiam, caelum eum miserunt in carcerem, ingressusque est in domum Iaci & in ergastulo, & sedit ibi diebus multis. Sic legitur Ieremias expertus esse ludibria & verbera in super & vincula & carceres. Micheas quoque verbera pertulisse legitur & carcerem atque ludibria. Nam cum rex Achab vellet ire contra Syros ad praesidium in Ramoth Galaad, & prophetas suos consulisset, quos circiter quadringentos congregauerat, omnesque regi respondissent ut iret, quia prosperum sibi euerturum so-

Iere. 20

I

Ibidem.

Iere. 32.

Iere. 37.

3. Reg. 12

ret, tandem Micheas adductus & interrogatus respondit: Dominus dedit spiritum mendacem in ore omnium prophetarum tuorum, qui hic sunt. Accessit autem Sedechias filius Chanaan, & percussit Micheam in maxillam, & dixit: Me ne ergo dimisit spiritus domini, & loquitur est tibi? Ecce ludibria & verbera, cum ante regem derideretur. & percutitur sine iudicio, & ait rex: Tollite Micheam & mittite eum in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis & aqua angustiae, donec reuertat in pace. Ecce carcer, ubi & vincula forsitan fuerunt. Alij [lucidati sunt,] ut ille, de quo scriptum est, quia spiritus domini induit Zachariam filium Ioiadae sacerdotem, & stetit in conspectu populi, & dixit eis Haec dicit dominus, Cur transgredimini praecceptum domini quod vobis non proderit, & dereliquistis dominum ut dereliqueret vos?

K

2. Par. 24

Mat. 32

3. Reg. 22

Gen. 39

Iudith. 11

2. Mac. 7

1. Reg. 22

M

3. Reg. 18

Qui congregati aduersus eum miserunt lapides iuxta regis Ioas imperium in atrio domus domini, & interfecerunt eum. Sed & Naboth Iezraelites iniuste lapidatus est. In eo quod subditur, [secti sunt,] pluralis numerus pro singulari positus esse creditur, quonia de solius Isaiae passione dictum intelligitur, quia Hebraei certissime tradunt ferra lignea a Manasse rege serratum esse. Alii [tentati sunt] voluptatum suasionibus aut secularium bonorum promissionibus, an diuelli possent a fidei iustificationibus. & sicut sanctus Ioseph, cui impudica domina dicebat, dormi mecum. & sicut Iudith, cui dixit Holofernes, Tu eris magna in domo Nabuchodonosor, & tamen tuum nominabitur in vniuersa terra. & sicut vltimus septem fratrum, de quibus supra diximus, quem rex Antiochus non solum verbis hortabatur, sed etiam iuramento affirmabat, diuitem se & beatum facturum, & translatum a patris legibus amicum habiturum. Alij vero [mortui sunt in occisione gladij,] sicut octogintaquinque sacerdotes domini, quos Saul propter Dauid iniuste trucidauit, & sicut prophetae domini, quos regina Iezabel interfecit.

*Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, & in montibus, & in speluncis, & in cauernis terra.*

[Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis] &c. Melota est (ut aiunt) vestimentum ex pilis camelorum factum vel ex caprinis pellibus: & quis in veteri Iudaeorum populo vsus sit hoc indumento, difficile in scriptis aperte reperitur, sed Ioannes baptista qui in hoc loco intelligi potest, legitur hoc vsus fuisse. Iudith tamen cilicium habebat super lumbos suos, & Isaiae dictum est, Solue sacco de lumbis tuis, id est, cilicium. Hoc indumento credimus & Elia vsu fuisse, nonnullosque prophetarum. Fertur etiam melota vocari pellis animalis, quod dicitur taxus siue taxo & religiosi viri domantes carnem suam, non molles & preciosas vestes habebant sed ciliciis utebantur & asperis animalium pel-

Matt. 3

Marc. 1

Iudith. 9

Isaiae. 20

4. Reg. 11

libus,

**A** libus, ut taxonum & caprarum. Vei circuierunt sic induti loca multa, sicut Elias, qui iubente domino per varia loca ambulasse refertur. & sicut Ioannes baptista, qui venit in omnem regionem Iordanis, praedicans baptismum poenitentiae. Ipsi dico, [egentes] necessariis corpori, quia nihil habebant, [angustiati] cura animi, quoniam peccata populi plangebant: [afflicti] laboribus, quia persecutionem pro iustitia sustinebant, Qui ne propter penurias & afflictiones viderentur contemptibiles, subditur. Qui bus dignus non erat mundus, id est, tantae dignitatis erat, quod mundus non erat dignus conuersatione illorum. Vnde & Elias in caelum viuus est translatus, atque Ioanes citius martyrio consummatus. Illi quoque erant egentes & angustiati atque afflicti, de quibus refertur, quia Iudas Machabeus cum Ierusalem ab Antiochenis occupata esset, secesserat in desertum locum, ibique inter feras vitam in montibus cum suis agebat: & sceni cibo vescens, demorabantur ne participes essent coinquinationis. Hi se a malitia mundi separauerant, & ideo dignus eis non erat mundus: de quibus intelligitur hoc quod Apostolus subiungit, [in solitudinibus errantes & in montibus.] Alij vero ad proximas coeutes speluncas, & latenter sabbati diem celebrantes, cum indicati essent Philippo praeposito regis, flammis succensi sunt eo quod verebantur propter religionem & obseruantiam manu sibi auxilium ferre. & hos nunc dicit Apostolus [in speluncis & in cauernis terrae] mansisse. Spelunca quidem naturalis, caeuerna autem quae manu vel aliquo casu facta sunt. Elias in solitudinibus antea fuerat in motibus & speluncis: qui fugiens Iezabel, venit in Bersabee Iuda. Et perrexit in desertum via vnus diei, & inde ambulauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad montem dei Oreb, Cuiusque peruenisset illuc, mansit in spelunca, & auditis ibi sermonibus domini, reuersus est idem per desertum. Sed & illi manserunt in speluncis vel cauernis, de quibus scriptum est, quia cum interficeret Iezabel prophetas domini, tulit Abdias centum prophetas & abscondit eos quinquagenos in speluncis, & pavit eos pane & aqua. Hucusque Apostolus exemplis eorum vsus est qui in fide testimonium consequuti sunt. Superius vero priusquam de fide tractatum inciperet, fere per totam epistolam argumentis utebatur. Egregius enim magister, sapientibus & insipientibus debitor, cum in Hebraeis quosdam sapientes, quosdam vero tardiores cerneret, prudentiam sapientium argumentis superauit: tarditatem vero simplicium solis exemplis attraxit: quatenus & illos victrix ratio frangeret, & istos ad maiora conscendere imitatio blanda suaderet.

3. Reg. 19

Iuc. 10

4. Reg. 2

Mat. 14

Mar. 6

2. Mac. 5

B

3. Reg. 19

3. Reg. 18

Roma. 1

*Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur.*

Multos haec tenus memoravi, & hi omnes] quo nominatim vel tacitis nominibus in exemplum adduxi] probati sunt testimonio fidei, id est, sic

probati sunt in fide constantes, ut bonum inde testimonium habeant. Ad hoc reuertitur in conclusione, quod in exordio praemiserat, quia in fide testimonium consequuti sunt senes. Et quauis in fide fuissent probati, [non tamen acceperunt repromissionem. Quid est hoc? Nonne paulo superius dictum quosdam eorum per fide deuicisse regna, operatos esse iustitiam, adeptos esse repromissiones? Sed illi sancti & repromissiones adepti sunt, & promissiones expectant, quia beatitudinem animarum habent sed resurrectionem corporum praestolantur. Vnde bene superius dictum est, quia adepti sunt repromissiones, quasi plures & varias: nunc autem dicitur, quia non acceperunt repromissionem, quasi vnam singularem, quoniam variae sunt dignitates, quas animae iuxta meritum suorum distinctiones acceperunt, sed vna est corporum incorruptio, quam generaliter expectant. Non igitur acceperunt repromissionem, quonia resurrectionis corporum quam deus sanctis suis repromisit, adhuc differtur, ut simul omnes resurgamus, quatenus in communi gaudio omnium, maius fiat singulare. Ita expectant adhuc, donec & nos occurramus, [deo providente] & sapienter ordinante [pro nobis aliquid melius, ut non consummareretur, id est, ut non perciperet consummatam beatitudinem animae & corporis [sine nobis,] quam ut ante nos consummarentur. Cum enim adhuc nos expectant ad suam consummationem, ardentius nostram exoptant liberationem, & propter se, & propter nos atque pro nobis interpellent, ut citius a praesentis seculi miseria liberemur. Nos quoque etsi propter nos ipsos desides, saltem ne diutius eos expectare faciamus, festinare debemus, ob hoc etiam alacrius currere, quia non tam diu expectabimus, quando expectauerunt illi. Propter huiusmodi causas deus pro nobis melius ordinauit, ut nos expectarent ad consummationem. Patriarchae igitur & prophetae omnesque prophetarum spiritus, qui ad beatam vitam transierunt, nos ardenter gaudio secum expectant, nec est illis ex toto perfecta laetitia donec quodammodo pro nostris erroribus dolent. Neque enim discedentes hinc sancti, continuo integra meritorum suorum praemia consequuntur, sed expectant etiam nos licet morantes, licet desides, ut nobiscum perfectam beatitudinem consequantur. Propter hoc etiam mysterium illud in vltimum diem dilati iudicij custoditur, quia vnum corpus est, quod iustificari expectatur, vnum corpus est quod resurgere in iudicium dicitur.

C A P V T XII.

*Deoque & nos tantam habentes I impositam nubem testimonium, deponentes omne pondus & circumspectans nos peccatum, per patientiam curramus propositum nobis certamen, afficientes in autorem fidei, & consummatorem Ipsum, qui proposito sibi*

Ephes. 4

Colos. 3

1. Petri. 2

Ll ij gaudio

**G**audio, sustinuit crucem, confusione contempta, atque in dextera sedis dei sedet.

Præmissis exēplis fidei & paciētiæ sanctorū, in quibus fides solidata est in cordibus auditorum, subiungit illud quod fidei fociandū est, id est, hortari incipit ad tolerantia aduersitatum, vt sicut patres omnia per fidem aduersa patientiando vicerunt, ita & nos faciamus. Quasi dicat: Antecessores nostri tanta per fidē operati sunt & pertulerūt. [Ideoq; &] nos similiter pro fide sustineamus ad imitationē ipsorum. Nos dico, [habentes impositam] nobis ad protectionē & vmbraculum [tantam nubem testium, id est, tantam multitudinē sanctorum, qui de terris instar nubium confurgentes, ad sublimia cælestis cōuersationis volauerunt ab omni sarcina terrene cupiditatis, & vt nubes exemplo sui iu æstu tribulationū dant nobis refrigeriū consolationis, atque compluunt nos inundātia doctrinæ suæ.

**H** & passione. Testes enim latine, μαρτυρες græcè dicuntur. Sed & bonorum operum testes fuerunt, quia in suis actibus testati sunt esse faciēda huiusmodi opera. Quorū nubes, id est, densa multitudo est nobis imposita, vt nos protegat & exemplis suis cōfoeat. Et nos hanc nubem leuem super nos habentes, deponamus, id est, deorsum ponamus [omne pondus, id est omnē grauedinem mūdāne cupiditatis, & quicquid mentē nostram in infimis deprimit, vt leues effecti, ad nubem quæ super nos est, euolemus & ei consociemur. Deponamus etiam [peccatum circumstans nos, id est, ad alta eleuemur, & in imo relinquam⁹ peccatū, quod inique nos impetit & circumuallat, dum in infimis cor habemus, sicut Zachæus, qui præ turba Iesum videre nō poterat, ascendit in arborē vt videret eū. Turba enim altior pusillum Zachæum nō sinit videre Iesum, quādo inolita cōsuetudo vitiorū quæ nos superauit & super nos excreuit, atque tumultus peruersarū cogitationū, qui sibi cor nostrum subdidit, nō nos sinit lumen diuinitatis intueri. Sed Zachæus ascendit in arborē, relicta inferius turba, quia nos in arborem crucis debemus ascendere, crucifigentes carnē nostrā cum vitiis & cōcupiscentiis, atq; cor ad alta sustollere, si Iesum absq; turbē nocētis obstaculo cupimus aspicere. Sic itaq; deponamus omne pondus, & circumstans nos peccatū. Potest etiā pōdus intelligi sarcina peccatorū quæ fecimus, quæ sicut onus graue grauata est super nos. Peccatū verò quod circumstat, tētatio peccati, quæ vndiq; imminet, & ab omni parte nos obsidet. Sed nos per confessionē deponamus omne pōdus peccatorum quo grauamur, & per sublimē cōuersationem deorsum relinquamus omne peccatum, quod nos in infimis circumstat & impugnat. Et sic abiecto pōdere & superatis obstaculis, leues atq; sublimes effecti, [curramus, id est, sine mora hæsitationis citō transeamus [per patientiam certamē] martyrij, quod [propositum] est [nobis] ab infidelibus, qui proposuerūt aut nos à fide separare, aut variis tormētis cruciare. Vel à deo propositū est nobis, qui per immensā gratiæ suæ beneficia proposuit,

non solum vt in eum crederemus, sed etiam vt **K** pro illo pateremur. Et ita sine murmuratione vel hæsitatione curramus per paciētiā agonē martyrij. [aspicientes in autorem fidei, id est, attendentes quanta pro nobis pertulit, qui fidē nobis & dedit & auxit, pro qua nobis suadet martyrium. Ac si dicatur: Curramus propositū certamen, tum propter exempla multa præcedētium patrum, tum propter autorem fidei [ & consummatorem] Iesum, qui tam magnus est, & ab eodem fidē accepimus pro qua patimur, atque ab ipso consummandā plena beatitudine speramus. Ipse enim est & autor & consummator fidei, quia & eo autore fidem habemus, & eo consummatore ad videndum quod nunc fides credit peruenimus. In hunc aspiciamus, ne aduersis deficiamus, [qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, id est, qui proposuit sibi in corde gaudium æternum, ad quod per passionem erat transiturus, & sic libentissimē pertulit supplicia crucis, [contempta confusione, id est, neglecta omni verecundia, dum irrideretur pendens in ligno. Vel proposito sibi à tur-

Ioan. 6.

*Recogitate enim eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes. Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes, & oblitistis consolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur, dicens: Fili mi, noli negligere disciplinam domini, neque fatigaris dum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit.*

Dixi quia debemus aspicere in autorem fidei pro nobis crucifixū. Et iustum est sic fieri. Nam [recogitate, id est, assiduē cogitate] eum] qualis

**A** qualis & quantus sit, [qui sustinuit cōtradictionem talem, id est, tam turpem & tam vehementem, dum ei contradiceretur, & diceretur, blasphemauit, & secundū legem debet mori, quia filium dei se fecit. & non à quibuscūque, sed] à peccatoribus] hanc sustinuit, quod est indign⁹ nec saltem aduersus membra sua, sed [aduersus semetipsum.] hūc assiduē recogitate ad imitandū, qui cū sit tā sanctus & tā immunis à peccato & tam magnus, patienter tolerauit peccatores, qui ei cōtradicebant & illudebāt, & post crucifigebant eū, hunc inquam recogitate [vt] perpendētes qualia & quanta ipse pertulit, [nō fatigemini] in aliquibus aduersis, [deficientes animis vestris. i. licet corpore deficiatis, mente tamen validi & insuperabiles perduretis. Nec debetis deficere, quia parua sunt quæ adhuc pertulistis. Cur enim reatum defectionis subiretis, qui non grauem passionis vehementiā sustinetis? Cur corrūperemini fidei defectione, qui adhuc caretis sanguinis effusione? Nā etsi vestra iā amisistis, nondum] tamen [vsque ad sanguinem, id est, vsque ad sanguinis effusionem restitistis repugnātes, id est, iterū iterumque pugnātes, non dico aduersus peccatores, id est, aduersus homines, sed] aduersus peccatum,] quod illi vobis suadent, dum vos à fide reuocare conantur, vel aliquid illicitum facere vos hortantur. Nondum peruenistis ad effusionem sanguinis. [Et] iam tædio segnes effecti, [obliti estis consolationis,] quā dei sapiētia vobis per Salomonem exhibet in aduersis. Quasi dicat: Culpandi estis, quod illam cōsolationem iugiter in memoria non tenetis. Vel per interrogationē potest legi, Nondum restitistis vsq; ad sanguinem & iam estis obliti cōsolationis? Nō debuissetis illius esse obliti. [Quæ] cōsolatio legitur vobis .i. quæ verba cōsolatoria diriguntur ad vos per dei sapiētiā, quæ Christus est, à quo fit cōsolatio. [loquitur vobis,] non tanquā seruis neq; saltem tanquam amicis, sed potius [tanquā filiis quod est dulcius. Christus enim pater est credētū, sicut ipse demonstrat, cū dicit: Non possunt filij sponsi ieiunare, quandiu cum illis est sponsus. Et ideo vniciuique fidelīū aduersa patienti loquitur in prouerbis], [dicens: Fili mi noli negligere.] Mi, aduerbiū blandientis. Noli negligere. i. non sit tibi voluntas negligendi, hoc est, vilipendendi [disciplinam. i. tribulationes per quas potes discere, quod ideo vult deus te tribulari, vt possis velut aurū igne tribulationis probari. Vel hoc potes ibi discere, quia si nunc tibi qui filius es non parcat, quanto magis in iudicio non parcat aduersariis? Ex hoc etiā quod disciplina est, nō debes negligere tribulationē quam pateris, & ex eo quod dei est. Disciplinā quippē dei negligere, est tribulationē recusare velut inutile, cū necessitas patiendi eam ingruit. [neque fatigeris, id est, neque lassescendo deficias,] [dum argueris, id est, reprehenderis [ab eo] qui dominus est & tuus & omnium. Licet enim sis adoptatus in filiū, tamen debes cognoscere dominū. Et patienter debes aduersitatem sustinere, quoniā ipsa aduersitate argueris & increparis à domino de malis, quæ fecisti, vt recogites ea & corrigas. Ideoq; pec-

**B** qui non grauem passionis vehementiā sustinetis? Cur corrūperemini fidei defectione, qui adhuc caretis sanguinis effusione? Nā etsi vestra iā amisistis, nondum] tamen [vsque ad sanguinem, id est, vsque ad sanguinis effusionem restitistis repugnātes, id est, iterū iterumque pugnātes, non dico aduersus peccatores, id est, aduersus homines, sed] aduersus peccatum,] quod illi vobis suadent, dum vos à fide reuocare conantur, vel aliquid illicitum facere vos hortantur. Nondum peruenistis ad effusionem sanguinis. [Et] iam tædio segnes effecti, [obliti estis consolationis,] quā dei sapiētia vobis per Salomonem exhibet in aduersis. Quasi dicat: Culpandi estis, quod illam cōsolationem iugiter in memoria non tenetis. Vel per interrogationē potest legi, Nondum restitistis vsq; ad sanguinem & iam estis obliti cōsolationis? Nō debuissetis illius esse obliti. [Quæ] cōsolatio legitur vobis .i. quæ verba cōsolatoria diriguntur ad vos per dei sapiētiā, quæ Christus est, à quo fit cōsolatio. [loquitur vobis,] non tanquā seruis neq; saltem tanquam amicis, sed potius [tanquā filiis quod est dulcius. Christus enim pater est credētū, sicut ipse demonstrat, cū dicit: Non possunt filij sponsi ieiunare, quandiu cum illis est sponsus. Et ideo vniciuique fidelīū aduersa patienti loquitur in prouerbis], [dicens: Fili mi noli negligere.] Mi, aduerbiū blandientis. Noli negligere. i. non sit tibi voluntas negligendi, hoc est, vilipendendi [disciplinam. i. tribulationes per quas potes discere, quod ideo vult deus te tribulari, vt possis velut aurū igne tribulationis probari. Vel hoc potes ibi discere, quia si nunc tibi qui filius es non parcat, quanto magis in iudicio non parcat aduersariis? Ex hoc etiā quod disciplina est, nō debes negligere tribulationē quam pateris, & ex eo quod dei est. Disciplinā quippē dei negligere, est tribulationē recusare velut inutile, cū necessitas patiendi eam ingruit. [neque fatigeris, id est, neque lassescendo deficias,] [dum argueris, id est, reprehenderis [ab eo] qui dominus est & tuus & omnium. Licet enim sis adoptatus in filiū, tamen debes cognoscere dominū. Et patienter debes aduersitatem sustinere, quoniā ipsa aduersitate argueris & increparis à domino de malis, quæ fecisti, vt recogites ea & corrigas. Ideoq; pec-

**C** sunt filij sponsi ieiunare, quandiu cum illis est sponsus. Et ideo vniciuique fidelīū aduersa patienti loquitur in prouerbis], [dicens: Fili mi noli negligere.] Mi, aduerbiū blandientis. Noli negligere. i. non sit tibi voluntas negligendi, hoc est, vilipendendi [disciplinam. i. tribulationes per quas potes discere, quod ideo vult deus te tribulari, vt possis velut aurū igne tribulationis probari. Vel hoc potes ibi discere, quia si nunc tibi qui filius es non parcat, quanto magis in iudicio non parcat aduersariis? Ex hoc etiā quod disciplina est, nō debes negligere tribulationē quam pateris, & ex eo quod dei est. Disciplinā quippē dei negligere, est tribulationē recusare velut inutile, cū necessitas patiendi eam ingruit. [neque fatigeris, id est, neque lassescendo deficias,] [dum argueris, id est, reprehenderis [ab eo] qui dominus est & tuus & omnium. Licet enim sis adoptatus in filiū, tamen debes cognoscere dominū. Et patienter debes aduersitatem sustinere, quoniā ipsa aduersitate argueris & increparis à domino de malis, quæ fecisti, vt recogites ea & corrigas. Ideoq; pec-

Marc. 2.

Apo. 3. Ma

Prou. 3.

Apo. 3.

catis tuis humiliter imputa, quicquid aduersi **D** pertuleris. Nec debes fatigari dum sic argueris quoniam [dominus castigat. i. castum agit, hoc est, per tribulationes facit à vitiis castum eum, [quæ diligit. Nec solummodo castigat & emēdat verberibus eum fidelem quem diligit, sed etiā [omnem filium flagellat quem recipit, id est, quem post culpam primi parentis ad se reuocat Omnem & maiorem & minorem flagellat quæ recipit. Et tu fortē dicis, exceptus ero. Si exceptus eris à passione flagellorū, exceptus eris à numero filiorum. Ne te sine flagello futurum speres, nisi fortē cogitas exhæredari. Aliter enī nullus recipitur in hæreditate æterna, Omnem flagellat quem recipit. Nullus exceptus, nullus sine flagello crit. Ita omnem flagellat, vt etiam vnicum suum. Vnicus ille licet sine peccato, non tamen sine flagello. Patet ergo quodd qui sine peccato flagellat vnicum, non immunem à flagello relinquit cum peccato adoptatum. Omnem flagellat quolibet modo, vel per malos homines, vel per malos angelos, vel per dāna rerum, vel per infirmitatem corporis, seu per aliud quid aduersitatis.

*In disciplina perseuerate. Tanquā filiis vobis offert se deus. Quis enim filius, quæ non corripit pater? Quod si extra disciplinā estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filij estis. Deinde patres quidē carnis nostræ, eruditores habuimus, & reuerabamur eos. Nō multo magis obtemperabimus patri spiritū, & viuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum secundū voluntatem suam erudiebant nos, hic autem ad id quod vtile est, in recipiendo sanctificationem eius.*

Quia omnis filius flagellatur, vt in hæreditate quam per Adam perdiderat, recipiatur, ideo [perseuerate in disciplina] quam inchoastis, id est, in aduersitatum tolerantia. Non enim potest erudiri quisquam sine labore, quia virtus in infirmitate perficitur. Et vos ad magnam rē his disciplinæ flagellis erudimini, quia [tanquā filiis offert se. Deus vobis,] vt cum flagellis ei⁹ eruditi fueritis, possideatis eum perenniter vt patrem, & ipse vos vt filios. In aliis codicibus non est se, sed tanquam filiis vobis offert deus. Quod idem significat. Quia tanquam filiis offert vobis, vt perseueretis in disciplina, & perueniatis ad hæreditatem, atq; in hoc quod disciplinā dat patrē se ostendit, Visitabo, inquit, in virga iniquitates eorū, & in verberibus peccata eorum, misericordiam autem meam non auferam ab eis. Non ergo tantum misericordia vocantis est, sed & verberantis atque flagellantis. Sit itaque manus paterna super vos, etsi boni filij estis. Nolite repellere disciplinā ei⁹. Det disciplinam, dum non auferat misericordiam. Cædat cōtumaces, dum tamē reddat hæreditatem.

F

2. Cor. 12

Psal. 88.

Luc. 19.

Galat. 5.

Psal. 37.

Philip. 1.

G tem. Si promissa patris agnouistis, non timeatis flagellari, sed exheredari. Non tam amarū vobis esse debet quod flagellat, quā dulce quod recipit. Quomodo enim nō flagellat custodiēs paruulos dominus, quos grandes quærit hæredes? Nec mirū si ipse flagellat eos, quia hoc facit omnis pater de filio, quē diligit & sapiētem vult esse. Nam quis est [filius, quē non corripit pater] eius, dū errare in aliquo viderit? Videm⁹ enim homines in filiis suis hoc facere. Aliquādo iam desperatos filios suos dimittunt viuere quomodo volunt. At qui spē habent, flagellant illos. Quos omnino viderint sine spe & indomitos esse, dimittunt vt faciant quod volunt. Iam qui dimittunt facere quod volunt, nolunt permittere ad hæreditatē suam. Quem autē flagellant filium, huic ipsam hæreditatem seruāt. Cū ergo flagellat deus filium, currat ille sub manu patris flagellantis: quia dum flagellat, ad hæreditatem erudit. Nō sit tam vano & puerili sensu, vt dicat, Plus amat pater me⁹ fratrem meū,

H cui pmittit facere quicquid vult. Ego si me mo uero cōtra iulsionem patris mei, flagella inuenio. Tu gaude sub flagellis, quia tibi seruatur hæreditas. Ad tēpus emendat, ne in æternum damnet. Aliis autē ad tēpus parcat, sed in æternum illos damnabit. Omnē filiū pater suus flagellat, & verberibus disciplinæ castigat. [Quod si] vos [estis extra disciplinam] paternorū verberum, [cuius] disciplinæ [participes facti sunt omnes] filij, [ergo adulteri] estis, [ & non filij estis, id est, cū nullus filiorū absque disciplina patris sit, si vos in disciplina dei qua vos paterna bonitate castigat, non manetis, tunc nō filij dei estis, sed potius ex adulterino corruptore, qui diabolus est, nec iure pater vocatur, geniti. Non enim iure pater appellari potest, qui ex adulterio genuerit. Deus nāq; legitimus pater est fidelium, diabolus autē nō pater, sed corruptor est, ideōq; nō filios, sed adulteros gignit. Tales sunt qui in præsentī vita flagellum dei nō sustinent, quāuis nomē Christianitatis habeāt. Propter has causas debetis in disciplina manere. [Deinde] propter ista, quia [patres quidē,] sed [carnis nostræ habuimus eruditores, & reuerentiam exhibeamus in subiectione & obedientia, ergo [non, id est, nōne [multo magis obtēperabimus patri spirituū, id est, obediemus deo, qui spiritalis pater noster est. Nā obedientia sola virtus est, quæ hominem deo conciliat, sicut ecōtra tumor, id est, inobediētia, longe à deo separat. Quid enim aliud est inobediētia, quā nolle subdi deo, id est, suæ velle esse potestatis? Nōne multo magis obtēperabimus patri spirituū, id est, deo, qui formauit hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ? Nō enim de materia fecit spiritū hominis sicut corpus, sed de nihilo per insufflationem suam creauit, & ita se patrē spiritus esse quodammodo monstrauit. Ideo etiam pater spirituū dicitur, quia nos in baptismo secundum spiritum generauit. [Et] huic magis quā carnalibus parentibus obtemperare debemus, quia hoc facientes in æternum [viuemus.] Carnales autē patres parum vtilitatis conferre possunt. Quid enim ti-

bi potuit præstare pater tuus, quia corripuit, K quia verberauit te? Nunquid præstare potuit vt viueres in æternum? Quod non potuit præstare sibi, quando præstaret tibi? Propter pecuniā suam quantulamcunque, quam de labore collegit, erudiebat te flagellis, ne tibi dimissam male viuendo disperderes. Quoniam reliquit tibi, quod nec tenere hic poterat, nec auferre. Non enim aliquid tibi dimisit, quod ipse esse posset. Cessit, vt succederes. Deus autem tuus, redēptor tuus, castigatō tuus, pater tuus, erudit te vt accipias hæreditatem, vbi non efferas patrem, sed hæreditatem habeas ipsum patrem. Ad hāc spem erudit, & murmurat. Erit enim tunc deus omnia in omnibus. Nec erit vlla infelicitas quæ nos exercent, sed felicitas sola quæ pascat. Ipse autem pastor noster, dominus noster, ipse portus noster, honor noster, diuitiæ nostræ. Quicumque hīc nobis varia quærimus, ipse nobis vnus omnia erit. Ad hanc spem domamur, & domitor intolerabilis habetur. Nam carnales patres antea nos domuerunt, [ & illi L quidem] verberibus [erudiebant nos secundum voluntatem suam, id est, in his quæ volebant, videlicet in vanis & caducis, [in tempore paucorum dierum, dum essemus pueri: [hic autem,] scilicet pater spirituū, erudit nos [ad id quod est vtile, id est, ad fidem & bonam cōuersationem, [in recipiendo sanctificationem eius, id est, cū recipimus disciplinam eius, quæ nos non solum à peccatis mundat, sed & sanctificat.

*Omnis autem disciplina in præsentī quidem videtur nō esse gaudij, sed mœroris. postea autem fructum pacatissimū exercitatis per eam reddet iustitiæ. Propter quod remissas manus & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur.*

M Monuit eos in disciplina perseuerare. Sed quia illi poterant obiicere grauem & asperam esse disciplinam, respondet id ipse prior, & occurrit cogitationibus eorum atq; soluit obiectionem. Quasi dicat: Hortor vos stare in disciplina, sed fateor verum esse quod sit aspera. Nā [Omnis disciplina, id est, afflictio, quā quisque pro peccatis suis patitur vt corrigatur, [in præsentī quidem, id est, inter ipsos dolores molestiæ [videtur] sufferenti [esse non gaudij, sed mœroris,] quia corpoream feriendo perturbat lætitiā. Disciplinam nanque, quam græci appellant παιδείαν, ibi scripturæ nostræ ponere cōsueuerunt, vbi intelligenda est per molestias eruditio, sicut in hoc loco. Pædiam quippē in Græco habet iste locus epistolæ. Disciplina verò quæ à discendo vocatur, per quā res quæque discitur, vt sciatur *πιστήμην* dicitur. Disciplina quæ flagellando corrigit, videtur esse mœroris, sed non ita videbitur, si quis futura cogitauerit. Nam cogitātibus sola præsentia, videtur intolerabilis, sed cogitātibus æterna fit ex-

A optabilis. Nunc quidem mœroris esse videtur, sed postea, id est, in alia vita [reddet fructum, id est, fructuosam remunerationem. fructum dico iustitiæ, id est, quem iustitia meretur. Et ille fructus erit pacatissimus, quoniam sine vlla vel corporali vel spiritali aduersitate possidebitur in omni pace. Et quibus reddetur? [exercitatis per eam, id est, per disciplinam. hoc est, ideo tunc alta pace fruuntur absque molestia, quia nunc paterna exercitantur disciplina. [Propter quod, id est, quia tanta requies in futuro seculo per exercitationem præsentis disciplinæ acquiritur, vos qui mœrore affecti propter flagella disciplinæ torpueratis à bonis operibus, [erigite] iam alacriter ad bene agēdum pro superna mercede [manus remissas, id est, pigras in elemosynis. Vel manus remissas, id est, desideria repentiā sursum erigite ad deum, [ & genua soluta, id est, consuetudinem fluxam erigite ad statum rectitudinis, [ & gressus rectos facite pedibus, id est, actionibus [vestris.] Ad virtutis enim statum dum non erigitur fluxa consuetudo, quo desiderium intuetur, illuc gressus operibus efficaciter non sequitur. Pedibus, id est, affectionibus cogitationum vestrarum facite rectos gressus operum bonorum, vt quo vocat intentio, sequatur operatio. [vt non erret quis] à recta via fidei [claudicans, id est, in cessu cogitationum vel actionum suarum titubans, vt ille qui carnales legis obseruantias simul & euangelium tenere volebat, vel sicut qui nunc & in futuro seculo volebat esse sine flagello. Non ita claudicet quis, quia tunc erraret à via rectitudinis exorbitans, sed [magis, id est, potius [sanetur] ab omni languore pedum cordis, vt fortis & rectus incedat per viam iustitiæ.

Roma. 12.

*Pacē sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo videbit deū, contemplantes ne quis desit gratiæ dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediatur, & per illam inquinentur multi: ne quis fornicator aut profanus vt Esau, qui propter vnā escam vendidit primitiua sua. Scitote enim quoniam & postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est. Nō enim inuenit penitentiæ locum, quanquam cum lachrymis inquisisset eam.*

Gene. 25.

Gene. 27.

Monet qualiter cum hominibus sit conuersandum. [Pacem (inquit) sequamini] non cum quibusdam, sed [cum omnibus, id est, iura pacis erga oēs homines ita sectamini, vt etiam cū illis qui vos persequuntur, pacem teneatis. Nā sunt nonnulli qui dū plus sapere quā necesse est student, à proximorum pace resiliunt, dum eos velut hæbetes, stultosque contemnunt. Quod verò de duabus his virtutibus diximus, hoc & de aliis omnibus sentiendum est. Contra quod discordiæ malum, rectè nūc Apostolus monet. Pacem sequimini cum omnibus, id

Nota.

est, à pace concordia nunquam recedatis, vt cū D aliquo homine discordiam habere incipiatis. [ & sanctimoniam] sequimini, id est, castitatem mētis & corporis. vel sanctimoniā, id est, perfectionem in bonis operibus. [sine qua] pace vel sanctimonia, [nemo videbit deum.] Valde terruit A postolus, sed nō nisi amatores. Nō enim dixit pacem sectamini cum omnibus & sanctificationem, quam qui non habuerit, æterno igne cruciabitur: sed dixit, sine qua nemo videbit deum. Amatorē te vult esse boni, non formidatorem mali, & ex eo ipso quod desiderabas inde terruit. Si enim amas videre deum tuum, si in hac peregrinatione illius amore suspiras, ecce probat te de⁹ tuus. Quasi dicat tibi: Ecce fac quod vis, imple cupiditates tuas, extēde nequitiam, dilata luxuriam: quicquid libuerit, licitum puta. Non te hinc punio, non te in gehēnam mitto, faciem meam tantum tibi negabo. Si expauiisti, amasti. Si ad hoc quod dictum est, faciem suam tibi negabit deus tuus, cōtremur cor tuum, si in non videndo deum magnam pacem putaasti, gratis amasti. Ergo pacem sequamur, sine qua nemo videbit deum. Nam vnde videamus deum non habebimus, si contendendo in nobis ipsum, oculum extinxerimus. Quam stulti essent duo volentes videre solem oriturū, si contenderent inter se qua parte oriturus esset, & quomodo videri posset, & nata inter se controuersia litigarent, litigando se cederent, cædendo oculos suos extinguerunt, vt illum ortum videre non possent? Igitur vt deū videre possimus, fide corda mundemus, charitate sanemus, pace firmemus: quia hoc ipsum vnde inuicem diligimus, iam ex illo est quem videre desideramus. Sed & sine sanctimonia nemo videbit deum. Vnde Ioannes cū dixisset, I. Ioan. 3. scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniā videbimus eum sicuti est, cōtitudo subiecit: Et omnis qui habet spem hanc in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Studēdū itaq; est paci & sanctitati, vt idonei simus eum videre. Has (inquit) duas virtutes sectamini, vt & sancti sitis, & propter sanctitatem vestram à pace perfectorum non recedatis, sed curam de illis habeatis, [cōtemplantes ne quis] ex illis vel ex vobis [desit gratiæ dei,] quæ vobis adest, vt per eam & pacem & sanctimoniam & cætera bona sectari possitis. Prauum est enim valde, si quis vestrum gratiæ dei se subtrahat, cū ipsa se gratia vobis omnibus ingerat. Cui se per peccatum subtrahit & illam à se reiecit, qui magis delectationi suæ quā cælesti gratiæ consentit. Vnde subiungitur: Contemplantes [ne qua radix amaritudinis. i. ne qua inchoatio delectationis peccati impediatur illā gratiam. Quæ peccati delectatio veri⁹ dicitur amaritudo, & ideo est vitanda. Ne qua radix amaritudinis, id est, ne qua delectationis inchoatio, & ne qua cogitatio malitiæ [sursum germinās, id est, in actionem erumpens, [impediatur] iter vestrum ad cælum. Radix enim in malis cogitationibus accipitur, germen autē in malis operibus atque sermonibus: quia quod latet in radice, monstratur in germine. Et intelligitur ista radix vel infidelitatis vel peccati delectatio, nascens in corde,

Gene. 2.



**G**de, vel alia qualibet nequitiae affectio. Et contemplandum est diligenter, ne sursum in actionem vel in sermonem germinans ut lolium, [impediat] triticum virtutum eius in quo sic germinauerit, [&] deinceps [per illam] inquinentur multi,] accipientes ab eo exemplum nequitiae vel infidelitatis. Ideo enim cauedum est, ne talis radix germinet: quia quod in vno germinauerit, in alios diffunditur. Deinde per partes ostendit Apostolus hanc amaritudinis germina & aliquos Iudaeorum notat. Contemplantes, inquit, [ne quis] sit [fornicator aut profanus, id est, a conuentu fidelium alienus, sicut Esau, qui] pro amore gentilium mulierum sequestrauit se a semine Abrae, & offendit patrem suum & matrem, atque [propter vnam escam, id est, propter lentem quam frater eius coxerat, [vendidit] ei] primitiua, id est, primogenita [sua,] scilicet dignitatem quae illi debebatur ex eo quod prior natus erat, propter quae & a patre benedictionem accipere debebat. Sed ita fuit profan<sup>o</sup> id est, procul a religione, ut propter ventris ingluuiem venderet benedictionem. Quauis enim ex sanctis parentibus esset natus, tamen male viuendo degenerauit, & a semine Abrae (sicut dictum est) se separauit, nec promissiones Abrae factas haereditauit. Ita & nunc inter Hebraeos intelligitur Apostolus in spiritu vidisse aliquos sectatores Esau, in fornicatione & neglectu religionis & ingluuie ventris. Nam quos lex terrendo compescebat a nequitia fornicationis, nunc sub gratia quasi libere fornicabantur, quia non statim puniebantur, sed ad poenitentiam expectabantur. Vel fornicator erat quisquis inter eos carnalem legis obseruantiam velut concubinam cum fide tenebat: profanus vero, quisquis fidem prorsus negligebat, sicque primitiua sua, id est, primatum quem apud deum habere posset, vendebat minori fratri, id est, permittebat gentili populo ad fidem venienti, accipiens lentis escam rufam, id est, delectationem peccati, quod per sanguinem designari solet. Et ita more Esau degenerans a fide & religione spiritualium patrum a quibus in Christo genitus fuerat promissiones supernae haereditatis consequi dignus non erat. Hanc itaque timens Apostolus, monet eos blandè, ne sit inter eos quis fornicator vel profan<sup>o</sup>, sicut Esau, qui propter vnus vilis escæ cupiditatem dedit primatus sui dignitatem. Nec debetis (inquit) esse sicut ille, quia reprobatus est. Nam [scitote quoniam & postea, id est, postquam primogenita sua vendiderat, [cupiēs] haereditare benedictionem] quae primogenito debebatur, [reprobatus est] a deo, licet enim pater eum benedicere vellet, diuina tamen dispensatione factum est, ut fratrem eius pro illo benediceret. Sicque diuinitus reprobatus est ab acceptione benedictionis, quauis pater eum ad benedicendum elegisset. Non enim inuenit] tunc [locum poenitentiae, quanquam inquisisset eam cum lachrymis. Nam cum de venatu redisset, & agnouisset quod Iacob benedictionem quam ipse expectabat, accepisset, vehementer doluit & fleuit, quod & antea primogenita & nunc benedictionem perdidisset. Sed licet hubertim fle-

ret, tamen poenitentiae locum non inuenit, per quam primogenita quae dudum vendiderat, reciperet: vel benedictionem quam frater eius acceperat, ipse sumeret: quia sero fleuit, & sero poenitentiam quaesuit. Impossibile enim iam erat mutari quod factum fuerat. Sic & vos precauete ne cum post mortem debetis recipere benedictionem, reprobemini, & locum poenitentiae tunc non inueniatis, si modo primatum vestrae dignitatis propter breuem aliquam delectationem perdidistis. Tarde enim in illo seculo quaeritur poenitentia, cum iam fratres nostros benedictionem quam sperabamus, accepisse cognouimus, & nos sine benedictione relictos esse. Nunc enim tempus est poenitentiae, non tunc.

*Non enim accessistis ad tractabilem & accessibilem ignem, & turbinem & caliginem, & procellam, & tuba sonitum, & vocem verborum: quam qui audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret verbum. Non enim portabant quod dicebatur. Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur. Et ita terribile erat quod videbatur: Moyses dixit: Exterritus sum & tremebundus.*

Dixi ne quis vestrum desit gratiae dei. parata est enim vobis. [Non enim accessistis] ad asperitatem legis quae nunc describitur, ut e contra intelligatur suauitas gratiae. Non accessistis [ad ignem,] qui in vertice Sinai ardebat, [tractabilem, id est, palpabilem] [& accessibilem, id est, ad quem motu corporis accederetur, sed ad spiritum sanctum, qui ignis est consumens peccata, & accendens in mente charitatem: qui non palpatur corporaliter, quia spiritus est: nec ad eum motu corporis, sed affectu cordis acceditur, quia nusquam localiter est. Non accessistis ad ignem [& turbinem, & caliginem, &c. Hanc in datione legis facta sunt, ut corda Iudaeorum concuterentur, ne auderent legem transgredi. Sed non ita in nouae legis acceptione factum est. Omnia enim suauiter & dulciter indicantur nobis, ut non ex timore, sed ex amore seruiamus. Et non accessistis (inquit) ad turbinem: Turbo est vis ventorum cum grandine & pluuia, & significabat impetum vitiorum, quae magis per legem damnata sunt. Sed modo venit ad serenitatem virtutum per gratiam sancti spiritus. Et non accessistis ad caliginem, id est, ad obscuritatem legis, sed ad claritatem intelligentiam. Et ad procellam,] quae tunc facta est, non accessistis, sed ad tranquillitatem. Procella enim .i. tempestas quae est maior quam turbo, & quaeque propellit, ipsa est seruitus peccati secundum operationem, quae per legem trahebat homines. Modo autem perfecti requiescunt a vitiis. [& tubae sonitum] non accessistis. Tubae enim sonus qui est signum motionis ad bellum, motus delectationis est, qui non per legem, sed per gratiam sopitur & extinguitur. [&] non accessistis ad [vocem verborum, quam qui

Exod. 19.  
& 20.

L

Exod. 19.

al. quocumque.

**A** audierunt, excusauerunt se ne eis] a domino fieret verbum] quando perterriti ac pauore concussi steterunt procul, dicentes Moysi: Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. Huiusmodi vox est legis praecipio & comminatio, quam populus grauem putauit & intolerabilem, quia sola praecipio erat sine gratia adiuuante. [Non enim portabant quod dicebatur,] quia sine gratia insufficientes erant ad obseruanda praecipia. Potest ignis, ira legis intelligi. Lex enim iram operatur. Turbo, comminatio qua dicitur. si quis hoc vel hoc fecit morte moriatur. Caligo obscuritas ignorantiae quae in lege erat. Procella vindicta culpae quam lex faciebat. Sonus tubae aduentus iudicis qui in tuba descendit de caelo. Vox verborum, aspera loquutio iudicis qua peccatores arguet. Et ideo vox ista merito visa est intolerabilis, quia nemo potest sustinere pondus illud iudicij, si districtè iudicatus fuerit. Non enim portabant quod dicebatur, quia verbum illius iudicis importabile est his qui sine misericordia iudicantur. Sed quid dicebatur quod importabile videbatur? hoc scilicet, [Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur.] Sic enim praeeperat dominus quasi dicens: Longe stante, quia etiam si bestia montem attigerit, lapidibus opprimetur. Ideo praetimore non poterat ferre vocem domini terribiliter loquentis, quia protinus mori formidabant. Spiritualiter vero, mons est diuinitus contemplationis celsitudo. Bestia, defectus rationis. Quod est, quando verbum blasphemiae profertur in deum, vel irrationabiliter ad eius contemplationem tenditur. Tangit ergo montem ut bestia, qui offendit in diuinitatem per suam irrationabilitatem, dum imprudenter cogitat vel loquitur de Deo id quod non oportet. Bestia montem tangit, cum mens irrationabilibus desideriis subdita ad contemplationis alta se erigit. Sed lapidibus percutitur, quia suprema non sustinens, ipsis superni poderis ictibus necatur. Vnde cum lex accipitur, populus a monte prohibetur, ut videlicet qui infirmis adhuc membris terrena desiderant, considerare sublimia non praesumant. Prius enim mens ab appetitu gloriae temporalis atque ab omni carnalis concupiscentiae delectatione tergendenda est, & tunc ad aciem contemplationis erigenda. Deus in igne loquens, minabatur bestiam quoque lapidanda esse si tangeret montem. [Et ita terribile erat quod videbatur,] quia mons ardere videbatur, & dixerunt ad Moysen filij Israel: Vocem dei audiuius de medio ignis, & probauimus hodie quod loquente deo cum homine vixerit homo. Cur ergo morimur, & deuorabit nos ignis hic maximus? Si enim audierimus ultra vocem domini dei nostri, moriemur. Quid est omnis caro, ut audiat vocem dei viuentis qui de medio ignis loquitur, sicut nos audiuius & possit viuere? Ita terribile erat quod videbatur. Et verè terribile. Nam [Moyses dixit: Exterritus sum & tremebundus.] Valde enim fuit terribile, quod Moysen potuit exterrere. Et si ille sic timuit, quid putandum est de ceteris? Moyses exterritus est, quoniam tanta erat asperitas, ut etiam perfecti terrerentur, quia

Rom. 6.

1. Thes. 4.

al. impudenter.

C

non erat adiutrix gratia. Modo autem nec imperfectis grauis est praecipio, quia est iugum Christi suauis, & onus eius leue. Sequitur: *Sed accessistis ad Sion montem & ad ciuitatem dei viuentis Ierusalem caelestem, & multorum millium angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in caelis, & iudicem omnium deum, & spiritus iustorum perfectorum, & testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis asperionem, melius loquentem quam Abel.* Non accessistis, inquit, ad tractabilem ignem & ad caetera quae descripsit haecenus. Non ad illa aspera accessistis, sed potius ad montem Sion. Non supponit contraria quae ex opposito intelliguntur, sed praemium quod ex eis sequitur, ut per hoc magis suadeat tenendam esse gratiam. [accessistis ad montem Sion, id est, ad celsitudinem supernae beatitudinis, in qua deus videtur. Mons nanque sublimitatem, Sion vero quae dicitur speculatio, contemplationem designat. Ad quam per fidem & per virtutum merita accessistis, id est, propinqui iam facti estis, ut postmodum ad ipsam perueniatis, iuxta illud: Ibunt de virtute in virtute, videbitur Deus Deorum in Sion. Sic accessistis proficiendo, nunc enim propior est nostra salus quam cum credidimus. Ascensionem ergo in cordibus vestris disponendo, propinquastis quidem, licet nondum peruenieritis ad montem Sion, id est, ad illius ineffabilis beatitudinis altitudinem, in qua sancti deum speculantur, [& ad ciuitatem Dei viuentis,] quae ex eius visione percipit, ut & ipsa sine fine viuat sicut ille. Ad ciuitatem dei, scilicet ad [Ierusalem caelestem,] quae dicitur visio pacis, quia nihil inquietudinis inter se vident in illo caelorum regno, sed quietem & pacem aeternam. & accessistis ad [frequentiam multorum millium angelorum,] qui ciuitatem illam feliciter inhabitant. Et horum omnium futuri estis socij, quoniam cum pluribus maior erit beatitudo, vbi vnusquisque de alio gaudebit, sicut de seipso, verè diligens, proximum suum sicut seipsum. & accessistis ad [ecclesiam primitiuorum, id est, apostolorum & caeterorum illius temporis sanctorum, qui iam ad superna migrauerunt, & conscripti sunt in caelis, id est, scripti sunt cum eis, qui sunt in caelis, hoc est, in eorum ordine sunt, videlicet in angelorum sorte deputati. Et ideo ne dubitetis ad angelorum frequentiam vos esse peruenturos, ad quam antecessores vestri iam peruenierunt. [&] accessistis etiam ad [deum iudicem omnium,] ut & vos cum eo iudices efficiamini, atque persecutoribus vestris iustam poenarum vicem tunc reddatis. [&] accessistis ad [spiritus, id est, ad animas iustorum perfectorum,] qui iam de hoc seculo transierunt, quoniam & ipsi post apostolos ad regnum caeleste peruenierunt. Omnes enim iusti quicumque in factis & dictis & cogitationibus perfecti sunt, mox ut animos de corporalibus emittunt, caelestibus

Psalm. 83.

Roma. 13.

F

## AD HEBRÆOS

**G**lestibus habitaculis inferuntur. Ad horum spiritus accessistis, quoniam beatitudini eorum propinquastis, cum iam in fide & opere socij eorum sitis. Ad hæc omnia accedere magnum est iam premium, quoniam ad hæc non pedum incessu, sed virtutum profectu acceditur per Christum, qui via nobis ad hæc factus est. Vnde subiungitur, [ & testamenti noui mediatorẽ Iesum. ] Sed accessistis ad Iesum, per quem ad omnia prædicta potuistis accedere, quoniam ipse est mediator testamenti noui, id est, per seipsum dator euangelij quod à patre acceperat, vt per illud perueniamus ad æternam hereditatem. Moyses enim (sicut longè supradixim⁹) veteris testamēti in quo temporalis hæreditas promittebatur,

**Dent. 5.** fuit mediator, qui ait: Ego sequester & medius fui inter dominum & vos in tempore illo, annunciarem vobis verba eius. Sed dominus Iesus in tempore gratiæ fuit medius inter patrem & nos, annuncians nobis verba eius, & nos ei reconcilians, ac per se mediatorem dans nobis accessum ad eum, & ad omnia nunc superius denotata. & accessistis ad sanguinis eius, inquit, asperisionē, per quam à peccatis vestris emundati estis atque sanctificati, sicut nonnulla quæ in lege erant mundanda atque sanctificanda, aspergebantur sanguine hostiarum, vt mundari possent atque sanctificari. Sic igitur & nos omnes sanguine huius veri sacrificij sumus aspersi, per quẽ non solum à peccatis emundati sumus, sed & sanctificationem atq; iustificationem accepimus. Asperisionem dico, [loquentẽ melius quam Abel.] Loquitur enim asperio sanguinis Christi, quia patrem interpellat pro nobis. Et ideo loquitur meli⁹ quam sanguis Abel, de quo dictum fuerat, quia vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: quia sanguis Abel mortem parricidæ fratris petiit, sanguis autem Christi vitã persecutoribus impetrauit. Sanguis Abel expetit vindictã, sanguis Christi misericordiã.

**H** Ille vni nocuit, iste multis profuit. Et idcirco melius loquitur. Vel melius loquitur, id est, loquentes facit, quod Iesus est filius dei, à quo redempti sumus.

**I** Videte ne recusetis loquentẽ. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum, qui super terrã loquebatur, multo magis nos qui de cælis loquentem nobis auertimus.

Cuius vox mouit terram tunc, nunc autem repromittit, dicẽs: Adhuc semel, & ego mouebo non solum terram, sed & cælum. Quod autem adhuc semel dicit, declarat mobilium trãslationem tanquam factorum, vt maneant ea quæ sunt immobilia. Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam per quam seruiamus, placentes deo cum metu & reuerentia. Etenim deus noster ignis consumens est.

**Hagge. 2.** Quod autem adhuc semel dicit, declarat mobilium trãslationem tanquam factorum, vt maneant ea quæ sunt immobilia. Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam per quam seruiamus, placentes deo cum metu & reuerentia. Etenim deus noster ignis consumens est.

**Dent. 4.** Quod autem adhuc semel dicit, id est, loquentes facit, quod Iesus est filius dei, à quo redempti sumus.

**K** Dominus Iesus ad quẽ accessistis, loquitur (vt dictũ est) sanguine suo: quia & apud patrem pro nobis interuenit, & nos ad imitationẽ suæ passionis incitat. [ Videte ] ergo [ ne recusetis loquentem ] dum vos hortatur vt sequamini vestigia eius. Recusabitis etiam eum loquentem, si cum ipse pro vobis interpellat, quesieritis per carnales obseruantias placere deo. Nam & hoc loquitur sanguine suo, quod omnia legis sacrificia iam cessare debent, & solũ eius sacrificiũ manere loquitur, dum carnalia prohibet & spiritualia præcipit. Diligenter itaque attendite, ne recusetis eum loquentem, sed tanto mentis desiderio in omnibus quæ loquitur, amplectimini eum. Nam [ si illi, id est, veteres Iudæi [ nõ effugerunt ] dignam vltionem, [ recusantes eum qui super terram loquebatur, id est, Moysen, qui licet Christo plenus, tamen homo tantum, non autem & deus erat, & inter homines conuersabatur, quibus præcepta dei tradebat [ multo magis nos ] non effugiemus, [ qui auertimus ] ab aure cordis nostri Christum [ loquentem nobis de cælis. Nam in cælo iam sedet, qui de conuersione nos admonet. & si illi dignas pertulere pœnas, qui Moysen licet mortalem & in terra positum, contempserunt, quid nos passuri sumus, si Christum immortalem & in cælo sedentem contempserimus? Vel super terram loquebatur Moyses, quia terrenis hominibus carnalia præcepta dabat, & terrena bona promittebat. Super terram loquebatur, quia non super iustum ponebat legem suam, sed super quemlibet peccatorem, cui dictum est, Terra, es, & in terram ibis. Christus autem loquitur de cælis, id est, de cœlestibus & spiritualibus, quia & spiritualia, id est, æterna bona promittit. Sed si illi non euasere, qui Moysen carnalia iubentem contempserunt, quomodo nos euademus, si Christum spiritualia iubentem audire neglexerimus? [ Cuius ] Christi [ vox mouit terram tunc, ] cum Moyses super terram loqueretur, quia ipse Moysi legem dedit in monte Sina, & eiusdem legis decalogum, audiente vniuerso populo, magna voce loquutus est de vertice montis: & vt maiorem illis terrorem incuteret, terram concussit. Tunc quidem vt comminaretur, ne recusarent eius dicta, commouit sola voce terram: [ nunc autem ] non modò non minatur, sed blanditur & repromittit: ideo multo minus eum recusare debemus. Modò repromittit, id est, iterum atque iterum velut in præmio promittit de nouissimo die, in quo omnia elementa commouebuntur, vel iterum post illam terræ motionem quæ in datione legis facta est, quando & cælum intelligitur fuisse motũ, promittit [ dicens ] per Haggeum prophetam: [ Adhuc semel, ] & non amplius futurum est, scilicet in die iudicij, & ego mouebo non solum terram, sed etiam cælum. ] Cælum autem non æthereum, sed aëreum, non superius, sed inferius: non firmamentum, sed ventis & nubibus peruium. Cuius sententiæ sensum exponit Apostolus subdens: Quod autem adhuc semel dicit &c. Ipse dicit adhuc semel mouebo, quasi dicens: iam fuere mota, sed adhuc semel ea mouebo. Sed quod dicit,

**Gene. 3.** Quod autem adhuc semel dicit, id est, loquentes facit, quod Iesus est filius dei, à quo redempti sumus.

**M** Quod autem adhuc semel dicit, id est, loquentes facit, quod Iesus est filius dei, à quo redempti sumus.

**Hagge. 2.** Quod autem adhuc semel dicit, id est, loquentes facit, quod Iesus est filius dei, à quo redempti sumus.

**A** cit, adhuc semel, [ declarat trãslationem mobilium. ] Nam per semel notat, quod vltius nõ sint mouenda, sed post futura sint immobilia. Per hoc quod dicit, mouebo, declaratur cæli & terræ trãslatio, id est, in alium statum trãsmutatio, vt fiat cælum nouum & terra noua, ex isto veteri cælo & veteri terra. Vnde dictũ est, quia sicut vestimentum veterascent, & sicut oportorium mutabis eos, & mutabuntur. Non ergo alia fient, sed hæc ipsa quæ ab initio facta sunt, renouabuntur igne iudicij, & post sine fine manebunt. Declarat itaque trãslationem mobiliũ, id est, trãsmutationem faciei terræ atque cælorum, id est, aëris huius ventosi, non superiorum cælorum, vbi sol & luna & cætera sidera sunt cõstituta. Quod autem in psalmo dicitur, Opera manuum tuarum sunt cæli, ipsi peribunt nullum cælorum videtur relinquere, quem periturum esse non dixerit: quia sicut nullum eorum ab opere dei, ita nullum eorum à perditione fecit immune. Cui simile est & quod hinc dicitur declarat translationem mobilium [ tanquã factorum. ] Nam non solũ non immobilia sunt sed etiam mobilia, quæ sunt in creaturis facta à deo. Ne ergo totus mundus periturus esse credatur, à toto (sicut diximus) pars accipiat, in eo quod dictum est, ipsi peribunt, cum soli cæli infirmi perituri sint, saluis illis superioribus & in sua integritate manentibus, in quorum firmamento sidera sunt cõstituta. Similiter & hic per factorum, intelligitur, in his quæ sunt mobilia & transferenda. Sed idcirco dicuntur à deo facta quæ sunt trãsferenda, aut ostendatur quia bene poterunt in aliũ statum trãsferri, quæ potuerunt ex nihilo fieri. Declarat ergo translationem mobilium tanquam à se factorum, id est, inferiorum cælorum, qui quondam in diluuiopere, & eorum clementorum quæ in hac vna parte mundi subsistunt procellosa & turbulenta, [ vt maneant ] in perpetuum: [ ea quæ sunt immobilia, ] id est, superiores cæli cum habitatoribus suis, & terra postquam per ignem fuerit immutata. Vel declarat translationem mobiliũ vt ea quæ nunc sunt & variantur, postquã trãslata fuerint, maneant æternaliter immobilia. Nam post illam translationem cælum & terra erunt immobilia, sicut apparet in eo quod semel mouenda dicuntur. Et quandoquidem pereuntibus mobilibus ac temporalibus, ea quæ sunt immobilia manebunt, [ itaque regnũ dei ] quod est immobile, ] manebit in æternum, & nos illud spe iam [ suscipientes, habemus gratiã ] dei, sine qua non possemus ad illud peruenire: & ideo null⁹ desit gratiæ dei, quæ se nobis ingessit. habemus gratiam in qua percepimus fidem, spem, charitatem bona operatione, per quam seruiamus deo placentes ] ei. Seruiamus, inquit & hoc [ cum metu, ] quia deus est, [ reuerentia, id est, tremore honoris. quia pater est. Verè per gratiam quam accepimus, seruire debemus cũ metu & reuerentia. [ Etenim deus noster ignis consumens est, cui seruire volum⁹, sicut & Moyses antea dixit. Deus quippè ignis consumens dicitur, quia per hunc peccatorum rubigo consumitur. Rubigo nanque vitij non potest consumi nisi igne tormenti. Ignis quatuor sunt of-

**Supra. 1.**  
**Psal. 191.**

**Gene. 3.**

**M**

**Deu. 4.**

facia, id est, quoniam purgat & vrit & illuminat & calefacit. Sicque spiritus sanctus purgat fordes vitiorum: & vrit renes & cor ab humore libidinum, illuminat mentem notitia veritatis, & calefacit incendio charitatis. Et per hæc omnia facit placere deo. Et idcirco per acceptam gratiam seruiamus ei placentes. Vel cũ metu & reuerentia seruiamus, quia deus noster est ignis consumens, qui illos in iudicio consumet, qui nunc eum nec metuunt nec reuerentur. Non quod deus sit ignis, sed quod sustinentibus pœnas ignis esse videatur. Nam sicut illuminabit iustos, sic exuret impios.

## CAPVT XIII.

**C** Haritas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam, angelis hospitio receptis. Mementote vincitorum tanquam simul vincti, & laborantium tanquam & ipsi in corpore morantes. Honorabile cõnubium in omnibus & thorus immaculatus. Fornicatores autem & adulteros iudicabit deus.

Nunc moraliter instruit. Quoniam deus est ignis accendens in corde charitatem, per quam non solum deus sed & proximus diligitur: ergo videte ne charitas fratrum quam ignis ille accendit in cordibus vestris extinguatur, aut recedat à vobis, sed iugiter [ maneat in vobis charitas fraternitatis, id est, semper diligatis fraternitatem, hoc est, fratres qui sunt aqua & spiritu renati: sicut & vos: nec sit vnquã aliquid, quod eorum amorem auferre possit de cordibus vestris. [ & hospitalitatem ] quam olim habuistis, priusquam rebus vestris spoliaremini, [ nolite obliuisci ] propter indigentiam vestram, sed estote frequenter memores eius in opere, vt vel hospitium præbeatiscũ charitate, etsi copiam alimentorum nõ sufficiatis exhibere. Nec debetis per inconstitudinem obliuisci hospitalitatem, quia [ per hanc placuerunt ] deo [ quidam nominatissimi patres, id est, Abraam & Lot [ receptis angelis hospitio. Nam quia pio studio conseruauerant hospites suscipere, meruere & angelis hospitium exhibere. Quos quidem homines esse putabant, dum eis cibos offerrent, sed post intellexerunt esse angelos, vel cũ eis videntibus in cælum irent, vel per alia aliqua indicia quæ in ipsis viderunt. Præter hospites autem ] mementote vincitorum, id est, memores estote eorum qui pro nomine domini tenentur in carceribus aut vinculis. nec possunt sibi subsidia quærere: & ideo piè de illis cogitate, vt eis necessaria ministretis. Non sint vobis obliuioni, quãuis teneantur in abditiis reclusi: sed mementote eorum [ tanquam simul vincti, id est, ita iugiter de eis cogitate & eis cõpatemini & subuenite, ac si essetis vincti cum eis: & sicut vobis

**1. Petri. 4.**  
**Rom. 12.**

**Ioan. 3.**  
**F**

**Ge. 18. 19**

vinctis

**G**vinctis velletis subueniri, ita illis subuenire stude-  
 dete. [ & ] mementote [ laborantium, id est, eorū  
 qui vel infirmitate corporis vel aliqua neces-  
 sitate laborant. Memētote frequenter eorum, be-  
 nefaciendo illis [ tanquam & ipsi ] passibiles, &  
 ad sentiendum afflictionis laborem habiles, hoc  
 est, quod dicitur, tanquā & ipsi [ in corpore mo-  
 rantes. ] Per hoc enim quod in corpore mora-  
 mini, experti estis per vos ipsos quid necesse sit  
 laborantibus. & potest fieri ut & vos durio-  
 rem adhuc laborem quam isti sustineatis, & deside-  
 retis vobis ab aliis subueniri: & ideo nunc vos  
 priores subuenite, ut & vobis (si necesse fuerit)  
 subueniatur. Aliud quoque vobis notifico, sci-  
 licet quia [ cōnubium ] est [ honorabile, id est, le-  
 gales nuptiæ sunt honorabiles [ in omnibus, ] ni-  
 hil est in eis quod honore careat. [ & thorus ] ta-  
 lium coniugū est [ immaculatus, id est, sine ma-  
 cula criminis. ] [ Fornicatores autem ] qui publi-  
 cis mulieribus cōmiscuntur, [ & adulteros ] qui  
 alienas vxores violant, [ iudicabit Deus, ] id est,  
 in nouissimo iudicio perpetualementer condemna-  
 bit. Adulterium enim in aliena coniuge perpe-  
 tratur. Fornicatio autem in hoc loco non solū

**H** cum cæteris mulieribus intelligitur, sed etiā illa  
 Vide pos- que Gomorrhæorum more agitur, vel quocū-  
 sit ne Go- que modo castitas sponte violetur. Et hos om-  
 morrhæo- nes qui se quacunq̃ luxuria polluunt, iudica-  
 rum legi. bit deus. Lōge quidē est dies iudicij, sed vni-  
 cuiusque hominis dies vltimus longē esse non  
 potest: & quia breuis est vita, ipsaque breuitas  
 semper incerta, ita ut nemo nostrum sciat quā-  
 do sit vltimus dies eius, ideo quicumque est ali-  
 qua libidinis immunditia cōtaminatus, studeat  
 citō mundari per pœnitentiam dum adhuc po-  
 test, ne incipiat velle cum iam nō poterit, & in-  
 cidat in iudicium æterni dei.

*Sint mores sine auaritia, contenti præ-  
 sentibus. Ipse enim dixit: Non te deserā  
 neque derelinquam, ita ut confidenter di-  
 camus: Dominus mihi adiutor, nō time-  
 bo quid faciat mihi homo. Mementote  
 præpositorum vestrorum, qui vobis lo-  
 quuti sunt verbum Dei, quorum in-  
 tuentes exitum conuersationis imitami-  
 ni fidem. Iesus Christus heri & hodie,  
 ipse & in secula.*

Postquam ista sua perdiderant, volebant ite-  
 rum congregare. Quod nunc prohibet Apo-  
 stolus. [ Sint ] (inquit) vobis [ mores sine auari-  
 tia, ] id est, moribus vestris non se intermiscat  
 auaritia. Sed sine pecuniarū immoderato amo-  
 re sacri mores vestri ducantur, [ contenti præ-  
 sentibus, ] ut non de futuris lucris tractent, nec  
 ad futura tēpora opes sibi coaceruent. Sed ne di-  
 cerent, quid si necessaria defuerint, subdit con-  
 solationē. Nō debetis auidē cōgregare, quasi ti-  
 mētes ne de° necessaria vobis sinat abesse, quia  
 ipse q̃ mētiri nō potest, dixit omni sperāti i se,  
 Nō te deseram neque derelinquā. Ad maiorem  
 fidutiā nobis faciendā ingeminavit promissio-

nem nō religionis, dicēs: Non te deseram neq; K  
 derelinquā. Hoc dixit Iosue tenenti formā do- Iosue 1.  
 mini Iesu Christi, & in Christo cuiuslibet mēbro  
 Christi. Ita promisit se nō derelicturum nos, &  
 ita est nobiscū, [ vt cōfidenter ] dicat vnusquisq;  
 nostrū: [ Dominus mihi adiutor ] est in cunctis  
 laboribus & tribulationibus meis, & ideo [ non  
 timebo quid faciat mihi homo, ] etiā si res meas  
 auferat, etiā si corpus meū pœnis afficiat. Dia-  
 bolus proprie est noster aduersarius, sed per ho-  
 minem sepius mala nobis infert. Et idcirco per  
 dei adiutoriū nō timemus hominem prauū, per  
 quē diabolus operatur. Ut autē vincatis auari-  
 tiam, neque timeatis vllum malū hominē, [ me-  
 mentote præpositorū vestrorū ] defectorū, [ qui  
 vobis loquuti sunt verbū Dei. ] i. recogitate quā  
 perfecte ipsi reliquerunt omnia propter euāge-  
 lium, & quā constāter omnes aduersitates per  
 patientiam intrepidi calcauerūt. Horū memē-  
 tote, ut eos imitemini, & tunc nec paupertatē,  
 nec persecutionem timebitis. [ quorū cōuersa-  
 tionis exitū intuentes, id est, interioribus ocu-  
 lis inspicientes quomodo exierint de præfenti  
 cōuersatione, & quo fine tēporalem vitā termi-  
 nauerint, transeuntes ad æterna gaudia, ] imita-  
 mini fidē eorū, quā vsque in mortē tenuerunt,  
 ut & vos similiter in fide moriamini, & ad fidei  
 præmia perueniatis. Ne autē dubitetis diuinū  
 vobis adiutorium adesse, quod illis affuit, scito-  
 te quia [ Iesus Christus heri fuit & hodie est, ip-  
 se & in secula ] erit. Ac si dicatur: Idē Christus  
 qui cum illis fuit vobiscum est, & erit cū eis qui  
 futuri sunt vsq; ad consummationē seculi. Heri  
 fuit cū patribus, hodie est vobiscū, ipse erit &  
 cū posteris vestris vsq; i secula. Heri enim præ-  
 teriti tēporis est, hodie præfentis. Quod autem  
 in secula manet, nō videtur habere finem. Heri  
 ergo, omne præteritū tempus & omne spatium  
 æternitatis, quod ante mundi originem fuit, si-  
 gnificat: hodie autē, omne præfens tēpus: per-  
 duratio in secula, omne spatiū temporis & infi-  
 nitatis quod futurū est. Itaq; Iesus Christi fuit  
 heri, quia in principio erat verbū, & ab æterno  
 vsque ad nostra tempora, ipse est, hodie quoque  
 .i. nostro tempore est. Erat & in secula, quia æ-  
 ternaliter manebit. Vnde & per Ioānem de eo  
 dicitur: Qui erat, & qui est, & qui venturus est. M  
 Nam qui venturus est, potest intelligi qui futu-  
 rus est per omnia secula. & hæc quidem secun-  
 dum imbecillitatem humanæ intelligentiæ di-  
 cuntur. Cæterum diuinitas eius interminabilis  
 plenitudinem totam pariter comprehendit ac  
 possidet, cui neque futuri quicquam absit, nec  
 præteriti fluxerit, quoniam esse eius totum est  
 & semper est, nescitque mutabilitatē, quod ne-  
 que cœpit vnquam, nec aliquando cessabit, in-  
 superabile quoddam ac sine fine essentiæ pel-  
 agus, nullis terminis limitibūsq; circumdatum,  
 omnem supergrediens sensum, omne tempus  
 atque omnem naturam. Sequitur:

*Doctrinis variis & peregrinis noli-  
 te abduci. Optimum est enim gratia sta-  
 biliri cor, nō escis, quæ non profuerūt am-  
 bulantibus in eis.*

Quia

**A** Quia Iesus Christus semp fuit & est & erit,  
 [ nolite ] ab eius fide [ abduci doctrinis ] pseudo  
 prædicatorū [ variis, id est, diuersis, & a se inui-  
 cem multipliciter differentibus ac discordanti-  
 bus, dū alius alium errorē docet, & alius alium,  
 sibiq; vicissim cōtraria prædicant: & peregrin-  
 nis, id est, a catholica veritate alienis. Talibus  
 ergo doctrinis nolite abduci. i. ab itegritate fi-  
 dei & puritate religionis Christianæ separari.  
 Nec debetis seductoriis falsiloquorum verbis  
 abduci, quia [ optimum est stabiliri cor ] in [ gra-  
 tia ] fidei & sanctitatis, vt stabiliter persistat in  
 ea, nec in vllum inducatur errorē, sed in gratia  
 dei quā accepit, maneat. Gratia debet cor sta-  
 biliri iuxta euangelium, [ nō escis ] iuxta doctri-  
 nā pseudo prædicatorū. Datur enim intelligi,  
 quosdam inter eos fuisse, qui dogmatizarēt nō  
 esse peccatū escis vacare. Nam quia per gratiā  
 licitum est omnibus cibis vti, prædicabant non  
 esse culpam cibis affluere, sed bonum esse. Cō-  
 tra quos Apostolus, nolite, inquit, abduci do-  
 ctrinis stultorū, quæ sunt variæ, id est, a nostris  
 diuersæ & peregrinæ, id est, extraneæ. Debetis  
 enim cōfirmare cor gratia, quæ soluēdo a lege  
 libertatē tribuit, & non studere escis, quia [ non  
 profuerunt ] ad salutē, non dico se sustentātib;  
 ex eis, sed [ ambulātib; in eis, id est, qui vitam  
 suam ducūt in conuiujs & epulationibus. Vel  
 gratia euangelica stabile cor vestrum, vt in ea  
 mens vestra maneat, & studeat, non escis quas  
 lex solas edendas docet prohibitis cæteris ve-  
 lut immundis, cū sint creaturæ dei, qui fecit  
 omnia bona valde. Quæ legales escæ post ad-  
 uentū domini non profuere, sed potius nocue-  
 re ambulātib; in eis, id est, illis qui vitā suam  
 in obseruantia discretionis earum duxerunt.

*Habemus altare, de quo edere nō ha-  
 bent potestatem qui tabernaculo deser-  
 uiunt. Quorū enim animalium infertur*

*sanguis pro peccato in sancta per pontifi-  
 cē, horū corpora cremantur extra castra.  
 Propter quod & Iesus vt sanctificaret  
 per suū sanguinē populum, extra portam  
 passus est. Exeamus igitur ad eum ex-  
 tra castra, improprium eius portantes.*

*Non enim habemus hic manentem ci-  
 uitatem sed futuram inquirimus.*

Tangit cōsuetudinem legis, & ad spiritalem  
 intelligentiam reuocat. legis enim præceptum  
 fuit, vt decima die mensis septimi, in festo scili-  
 cet propiciationis, acciperent vitulum & hir-  
 cum, & immolarent intra castra, quorū sangui-  
 nem ferret solus pontifex in sancta sanctorum,  
 oraturus pro vniuerso populo: carnes verò ex-  
 tra castracremarētur, nec esset licitū alicui taber-  
 naculo deseruienti ex illis comedere. CHRIS-  
 TVS est ille vitulus propter nouellam forti-  
 tudinem, quam ostendit in resurrectione, & ille  
 hircus ppter similitudinē carnis peccati, & iste  
 vitulus vel hircus pro peccato vniuersæ plebis  
 est immolatus. Quem præcepto legis accepe-

runt sacerdotes ad immolandum, quia secundū D  
 legem sibi visi sunt occidere Christum, quoniā  
 soluebat secundum ipsos sabbatum. Qui immo-  
 lauere eum in castris, id est, occiderunt vocibus  
 suis in domo Caiphæ, dicentes: Reus est mor-  
 tis. vel in domo Pilati, clamātes: Crucifige eū,  
 sed post extra castra sunt carnes eius crematæ,  
 id est, extra Ierusalem igne passionis consum-  
 ptæ. Vel cōcrematio ad signum pertinet resur-  
 rectionis, quia natura ignis est vt in supna mo-  
 ueatur, & in eam conuertitur quod crematur.  
 Nam & ipsum cremare de græco in latinū du-  
 ctum verbum est a suspensione. Sanguis autem  
 eius illatus est & in sancta sanctorum per ponti-  
 ficem, id est, per ipsum Christum cælo illatum,  
 qui illuc intrāuit vt interpellaret pro nobis.  
 Altare verò vbi extra castra crematus est, altare  
 est ecclesiæ, vbi cōsecratur corpus eius, de quo  
 non habent potestatem edere qui deseruiunt ta-  
 bernaculo, id est, vmbre veritatis. Vel per ta-  
 bernaculum intelligitur corpus, & qui deser-  
 uiūt tabernaculo, id est, corporis voluptatibus,  
 sicut gulosi & ebriosi & fornicatores & his si-  
 miles, non habent potestatem, id est, licentiam  
 edere de nostro altari, id est, accipere corpus do-  
 mini. Dixerat enim, quia escis non est studen-  
 dum, & statim apte subdidit: quia [ habemus al-  
 tare de quo non habent potestatem edere illi ]  
 qui tabernaculo deseruiunt. i. qui voluptuose  
 viuunt & carnalibus desideriis satisfaciunt. Nā  
 sicut ille vitulus & hircus extra castra combu-  
 rebatur, nec ab aliquo eorum qui tabernaculo  
 seruebāt edebatur, sic memoria passionis Chri-  
 sti apud eos celebratur, atque corpus sumi-  
 tur, qui extra voluptates corporis exierunt,  
 nec potest ab illis accipi qui in carnis volupta-  
 tibus morantur, & tabernaculo corporis ser-  
 uiunt. Possunt & electi per hircū & vitulū in-  
 telligi. Per hircum, quoniā peccata carnis stu-  
 dent in seipsis maculare: per vitulum, quia sacri-  
 ficium iustitiæ deo student offerre. Qui extra  
 castra crematur, quia spiritu sancto accensi, ex-  
 tra conuersationē secularium cōsumunt, quic-  
 quid in eis est carnale, dum seipos ieiunijs &  
 alijs laboribus pie affligunt. [ Quorū enim ani-  
 malium sanguis, id est, vita laudabilis [ infertur  
 in sancta per pontificem, id est, præfentatur deo  
 per Christum, & hoc [ pro peccato ] eorū, quia  
 non solum vt deo placeant, sed etiam vt priora  
 peccata redimant, laudabiliter viuunt. Vel san-  
 guis, id est, animæ eorum inferuntur in sancta,  
 id est, in cælum per pontificem Christum: In  
 altari cordis cremantur. Ad quod non possunt  
 propter suam irreligiositatem accedere, qui ta-  
 bernaculo deseruiunt, id est, carnales seculum  
 amantes, & voluptatibus corporis seruientes.  
 [ horum ] animalium quorum sanguis in sancta  
 per pontificem infertur [ corpora extra castra  
 cremantur. propter quod ] mysterium imple-  
 dū. [ & Iesus extra portam Ierusalē passus est, vt  
 sanctificaret ] in veritate [ per suum sanguinem  
 populum, ] sicut sanguis illorum animalium in  
 vmbra sanctificabat. Vel per duplicem allego-  
 riam, vnam veteris & alteram noui testamenti,  
 probauit corpus Christi non esse edendum ab  
 his, qui tabernaculo deseruiunt. Ad hoc enim  
 cor-

Matt. 26.  
 Ioan. 19.  
 enim vel  
 appedere  
 significat.  
 Hinc An-  
 selm. cre-  
 mo dedu-  
 ctum su-  
 spicatur.

E

F

cor-



**G**orpora animalium extra castra cremebantur, etiā propterea Christus extra portā passus est, vt nos qui corpore & sanguine eius à peccatis mundari volumus, impropria & angustias passuri & delicias tabernaculi deseram<sup>9</sup>. Vnde mox subditur: [Exeamus igitur ad eum extra castra, improprium eius portātes. Qui enim vult corpus & sanguinē eius accipere, debet ad locum passionis eius accedere, vt honores & opes tabernaculi relinquēs, impropria & paupertatē pro nomine eius ferre nō respuat, & de castris & de vrbe exiens, ad crucē veniat. i. peruersos mores multitudinis eorū qui latā viā seculi tenent, deserens, angustā viā quā ducit ad vitam, arripiat. Christ<sup>9</sup> enim extra portā passus, innuit se in passionis redemptionē colligere eos, qui de carnis desiderijs propter eius passionis imitationē exierint. Exeamus igitur ad eū extra castra. i. cōmunem secularium hominū carnis voluptatibus feruentium nequitiam relinquēs, ne iam cū illis amplius in illicitis voluptatibus immoremur, sed relicto prauitatis eorū cōfortio, ad Christi crucē properemus, portātes improprium eius, vt & nos cū eo derideamur ab impijs & seculi delictoribus. Exeamus ad eum, id est, pia sollicitudine & operatione tendamus ad exitū vitæ præsentis, quo transeamus ad eū. Semper enim cordis oculos ad exitum ponere debemus, & sine cessatione meditari, quando à præsentī vita exeamus, vt ad Christū perueniamus: & debemus ad eū pijs desiderijs sic exire quotidie, mēte meditādo exitū nostrū. quia [nō habemus hīc manētem ciuitatem. i. in hoc statu corpus manens, [sed futuram] ciuitatem inquirimus, id est, corpus incorruptibile & impassibile, quod post resurrectionem erit, habere cupimus. Vel exeamus corde & opere de castris, id est, de medio multitudinis armatorum seculi, vt cum Christo simus inopes & despecti, cuius regnū non est de hoc mundo, quia non habemus hīc manentem ciuitatem. i. non sumus ciues Babylonis, quæ in amore præsentis seculi radicem cordis plantauit, sed peregrini & hospites sumus in hoc seculo, & futuram ciuitatē, id est, supernam Ierusalem quæ mater nostra est inquirimus, id est, intus quærimus, vt interiorē eius beatitudinē inueniamus. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt.

*Per ipsum ergo offeramus hostiā laudis semper deo, id est, fructū laborū confitētium nomini eius. Beneficentiæ autē & cōmunicationis nolite obliuisci. Talibus enim hostijs promeretur deus.*

Christus se obtulit sacrificium pro nobis, & nos [ergo per ipsum offeramus semper deo patri hostiā laudis,] quia ipse summus sacerdos omnes nos, si mēbra eius sumus, fecit sacerdotes. Offeramus hostiā nō pecoris, sed laudis, vt iam non carnes brutorū animalium offeramus & immolemus, sed quod scriptū est faciamus, Immo la deo sacrificiū laudis. i. laudemus eum amādo vt nō seruiliter, sed libenter colamus eū. Timētes enim deum homines veteris testamēti pro-

pter literam terrentem & occidentem, nondū habentē spiritum viuificantē, currebant cū sacrificijs ad templum: & quanuis in figuram futuri sanguinis quo redempti sumus, tamen nescientes quid per eas præfiguraretur, cruentas victimas immolabant. Nūc per gratiā noui testamenti ablato legis terrore & dato spiritu sancto reprobata sunt carnalia illa sacrificia, & pro illis instituta sunt spiritalia, vt non iam extra se quærat homo quod offerat deo, sed piā illi suæ mentis deuotionem & dilectionē offerat sacrificium laudis. Offeramus, inquit, deo semper hostiam laudis, hoc est, incessanter eum laudemus corde & ore, sicut ille qui ait, Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Offeramus hostiam laudis, [id est, fructum laborum confitentium nomini eius,] fructum quem labia nostra proferent, quādo confitebimur nomini eius, hoc est, quando videlicet eius pia deuotione laudantes, confessionem laudationis & gratiarum ei reddemus. Hanc ergo laudis hostiam. i. hunc fructū laborum, scilicet affectū dilectionis internæ prolatum labijs deum laudantibus, semper offeramus, vt quod semper mens diligit, os fructuosa laudatione loquatur: quia corde creditur ad iustitiā, ore autē confessio fit ad salutem. Tales estote erga nominis domini confessionem & laudationē, sed erga sanctos [nolite obliuisci beneficentiæ & cōmunicationis, id est, quāuis dudū bonis vestris ideo spoliati sitis, quia sanctis inde ministrabatis, tamen nolite obliuisci solite beneficentiæ & cōmunicatiōis, sed ex eo quod post acquisistis, benefacite sanctis indigentibus, & cōmunicate illis quod habetis, vt antea faciebatis. Et debetis in eleemosynā sanctis vestra bona cōmunicare, quia [talibus hostijs. i. eleemosynis quæ dantur sanctis,] promeretur Deus, id est, ipse Deus est merces quam talibus sacrificijs acquiritis: & ideo nō iam sacrificia legis, sed sacrificia eleemosynarum offerite deo, dicenti: Quia misericordiā volui, & non sacrificiū. Quod enim ab hominibus appellatur sacrificium, signum est veri sacrificij. Misericordia autem verum est sacrificium. Quæcunque igitur in mysterio tabernaculi siue templi multis modis de sacrificijs leguntur diuinitus esse præcepta, ad dilectionem dei & proximi significandā referantur. In his duobus præceptis tota lex pendet & propheta. Nō vult itaque deus trucidatorum pecorū, sed vult sacrificium eleemosynarum, sicut præmissimus eum dicere, quia misericordiam volui, & non sacrificium.

*Obedite præpositis vestris, & subiaccete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gemētes. hoc enim non expedit vobis.*

Monuerat eos ne obliuiscerētur beneficentiæ & cōmunicationis, sed semper meminissent benefacere sanctis, & res suas cōmunicare illis. Quod ad subiectos specialiter dictū est, qui hæc facere debent maxime prælatis suis. Vnde & adhuc

**A** & adhuc eisdem subiectis euidentius modò dicit: [Obedite præpositis vestris, id est, obtemperate iussis eorum in omnibus, nisi fortè malū aliquod iusserint, quoniam malum per obedientiam non est faciendum, sed cætera omnia, etiā si non videntur esse bona, & non vos comparate vel superponite illis superbiendo, sed humiliter [subiacete eis,] & debitam reuerentiā exhibete. Quod utique debetis facere, quia Deo iudici rationē reddituri sunt pro animabus vestris. & [ipsi peruigilant, id est, per omnia vigilant, semper vigilāt, hoc est, solliciti sunt pro vobis] quasi rationem reddituri pro animabus vestris,] quas in custodiam susceperunt. Et quia studēt rectē vos ducere per viam iustitiæ, vt cū vos perduxerint ante tribunal Christi, non accusentur non rectē vos duxisse, idcirco nunc obedite illis, ne & vos tunc accusemini declinasse de via quam præceperunt vobis. Ideo illis obedite & subiaccete, vt faciant hoc, id est, vigilēt pro vobis [cum gaudio] de profectu vestro, [ & non gementes] de detrimento vestro, quia hoc non expedit vobis, vt contristentur de vobis. Tunc vigilāt præpositi cum gaudio, quando vident subiectos suos proficere in dei verbo: quia & agricola tunc cum gaudio laborat, quādo attendit arborem & fructum videt, quādo attendit fegetem & fructificare prospicit herbam. Videt enim quia non sine causa laborauit, non sine causa dorsum curuauit, non sine causa manus attriuit, non sine causa frigus & æstū tolerauit. Sic est & de spiritalibus agricolis, id est, de prælatis ecclesiæ, quia tūc in labore suo gaudent, cū eos quorum mores excolunt, proficere vident. hoc est enim quod ait, vt cum gaudio faciant, & non gementes. [Hoc enim non expedit vobis.] Non dixit, Hoc nō expedit illis: sed dixit, Hoc non expedit vobis. Nam quando illi præpositi contristantur de malis vestris, expedit illis ipsa tristitia & prodest illis, sed non expedit vobis. Simul ergo prælati & subditi in dominico agro bonū operemur, vt simul de mercede gaudeamus.

**C** *Orate pro nobis. Confidimus enim quia bonam conscientiam habemus in omnibus bene volentes cōuersari. Amplius autem deprecor vos hoc facere, quo celerius restituar vobis.*

Auxilium orationis eorum expetit Apostolus, quo vel liberaretur à carcere, & ad prædicationē redeat, vel martyrio cōsummat<sup>9</sup> ad Christum transeat. [Orate, inquit, pro nobis] pluralem numerum pro singulari ponens, vel pro se, vel pro his qui secum tenebantur, orari petens. Et debetis orare pro nobis, quia [cōfidim<sup>9</sup>, nos bonam conscientiam habere. Consciētia enim nos non accusat. Ne ergo sinistre quid arbitremini de nobis. Accusabatur Apostolus quod suā gentem negligeret, sed ostendit se affectum habere ad omnes Iudæos & gentiles. Dicebatur etiam à nonnullis aliter docere quàm cæteri apostoli, & inimicus legis esse ac tēpli Iudæorum, quia circuncisionem & carnales obseruan-

tias fortius respuebat quàm cæteri. Sed ostēdit Sed bonam habere conscientiam, & studio placendi deo facere quicquid facit, nec peccasse in his quæ docuit. [Cōfidimus, inquit, quia bonā conscientiam habemus, id est, pro certo scimus nos non reprehendi à conscientia nostra ex his quæ fecimus vel docuimus, postquam ad fidem venimus. Et quare? Quia sumus [in omnibus bene volentes cōuersari, id est, non sumus duplices: sed simplices. non sumus volētes in quibusdam bene cōuersari, & in quibusdam non bene, sed in omnibus bene: hoc est, non ex parte, sed ex toto studemus bene viuere, ideoq; nō remordemur à conscientia. Dixi vt oretis pro nobis. Sed [amplius deprecor vos hoc facere. i. vestris orationibus impetrare, [quo celerius restituar vobis,] hoc est, amplius pro vestra quàm pro mea salute deprecor vos vt oretis pro me, quia hoc rogo vestris precibus fieri, vt celerius à carcere dimissus, restituar nō mihi, sed vobis, id est, reddar, pristino officio prædicationis, vt in diuersas partes libere pergens & vos & alios diligentius iustruam.

*Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnū ouium in sanguine testamenti æterni, dominum nostrum Iesum Christum, aptet vos in omni bono opere, vt faciatis eius voluntatem, faciēs in vobis quod placeat coram se, per Iesum Christum, cui est gloria in secula seculorum. Amen.*

Ego quidem hætenus monui vos, & patientiam atque bona opera suasi vobis, sed deus qui potens est, ipse faciat vos agere quod monui. [Deus pacis] qui pacē & quietē dat suis, quando scit oportere, sedans omnes persequutiones & vitiorum impugnationes, atque post hanc vitam dat eis pacē æternæ tranquillitatis, qui pro eius nomine patienter aduersa pertulerūt, deus dico, [qui eduxit de mortuis, id est, resuscitauit separans à consortio mortuorum, [magnū pastorem ouium, id est, eum qui oues suas, omnes scilicet electas animas, pascit & conseruat. Episcopi enim & cæteri custodes dominici gregis sunt minores pastores, quia vnusquisque eorum partem sibi commissam eiusdē gregis fidelium pascit. Hic autem maximus pastor est, quia totum gregem conseruat & pascit. Pascit autem non solum verbo doctrinæ, sed corpore ac sanguine suo. Vnde nunc dicitur esse pastor [in sanguine testamenti æterni:] quia oues quas redemit, carnis & sanguinis sui sacramento pascit. Qui sanguis est cōfirmator non trāseuntis, sed æterni testamenti, id est, non veteris legis quæ præterit, sed nouæ quæ manet. Nouum enim testamētum dicitur æternum, quia aliud ei non succedet, sicut eidem nouū succēssit veteri. Vel sanguine testamenti æterni eduxit deus Christum à mortuis, quia sicut eidē Christo per Zachariam dicitur, Tu quoque in sanguine testamenti tui eduxisti victos tuos de lacu, in quo non est aqua, id est, de inferno, sic & ipse Christus

Matt. 7.

H

Ioan. 18.

I

Galat. 4.

Matt. 5.

Psal. 49.

Psal. 33.

Rom. 10.

Osee. 6.  
Matt. 9.  
Nota.

M

Matt. 22.

Stus in sanguine eodem est eductus de mortuis: quia tanta fuit potentia sanguinis eius: ut non solum iustos qui in inferno vincti tenebantur eriperet, sed etiam ipsum [dominum nostrum Iesum Christum] à mortuis suscitaret. Deus qui hæc facit [aptet vos, id est, aptos & voluntarios vos faciat] in omni opere bono, ut in omnibus bene agentes, [faciatis] atque complicatis opere [voluntatem eius.] Ipse dico, [faciens in vobis quod placeat coram se,] quia nisi ipso in vobis operante nihil potestis agere, quod oculis eius placeat. Hæc est gratia quæ mentem præuenit & adiuuat, ut homo suæ voluntatis & operationis obsequium subiungat. & dictum est hoc, ne de liberi arbitrij sui viribus præsumerent, & quasi ex seipsis hæc posse bene agere putarent. Sic faciatis in vobis quod sibi placeat, & hoc non per carnalem legis obseruationem, sed [per Iesum Christum,] per quem mediatorem omnia bona vobis à patre dantur, cui Christo [est gloria,] non in breui tempore, sed [in secula seculorum,] id est, in æterna secula temporalium seculorum subsequutiua. Illi quem deriserunt in passione Iudæi, est gloria non paucis diebus permanens, sed in æterna secula. [Amen, id est, verè.]

Rogo autem vos fratres, ut sufferatis verbum solatiij. Etenim per paucis scripsi vobis.

Hanc vobis epistolam misi, sed ne fastidiosa sit vobis o fratres, id est, quibus fraterna charitate consulo, [rogo vos ut sufferatis verbum solatiij] quod in ea vobis loquutus sum, quoniam sermo eiusdem epistolæ consolatorius est, præbens vobis in tribulatione solatium, ne deficiatis: & debetis sine tædio sufferre, quicquid in hac epistola loquor, quia per paucis, id est, per omnia paucis dictis [scripsi vobis.] Per omnia enim quæ in ea disserui, pauca sunt quæ dixi, quoniam multa de singulis possent dici. Hic exemplo suo docet nos magister egregius, ut ea quæ sentimus, & valde humiliter & sine fastidiosa prolixitate dicamus. Multa enim humiliter hæcenus Hebræis est loquutus sed exhortatione humili placare eos adhuc humiliter sagit, dicens: Rogo autem vos &c. Hinc ergo colligat si quando aliquid recte sentit, quanta humilitate debet magistro loqui discipulus, si

ipse magister gentium in his quæ cum autoritate K prædicat, summis discipulos rogat: tum vnusquisque colligat ex his, ut illis à quibus exēpla bene viuendi percipit, hoc quod bene aut melius quàm illi intelligit, humiliter dicat, si Paulus illis humili se voce subdidit, quos ad vitam ipse suscitauit. Curandum quoque est quantum loquamur, ut si eum qui multa ferre non valet, longius loquendo traxerimus ad fastidium perducamus. Hoc tamen infirmis præcipue congruit, ut pauca quidē & quæ capere prævalent, audiant, sed quæ eorum mentem impœnitentiæ dolore compungant.

Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum: cum quo, si celerius venerit, videbo vos. Salutate omnes præpositos vestros & omnes sanctos. Salutant vos de Italia fratres. Gratia cum omnibus vobis. Amen.

[Cognoscite fratrem nostrum Timotheum,] cognoscite quantæ sanctitatis ipse sit, & quanta ei reuerentia debeat, Timotheum dico, dimissum, id est, euntem iter quod volebat, vel ad prædicandum (ut cupiebat) dimissum, aut fortassis à carcere relaxatum. [Cum quo, si celerius venerit, videbo vos,] quia si velocius venire festinauerit, habebō facultatem eundi cum eo ad vos. In hac promissione reddit eos attentos & magis obediētes, ne si venerit, inueniat eos inobediētes admonitioni huius epistolæ, prauè que agētes. Ac deinde, [Salutate, inquit, omnes præpositos vestros, id est, sacerdotes & cæteros qui præsent vobis in domino,] & omnes sanctos, id est, omnes subiectos qui baptismi sanctificationem perceperunt. Cum autem subiungit, Salutant vos de Italia fratres,] ostendit se ab Italia scripsisse. Ideo autem quod supradixit, deprecor vos facere ut celerius restituar vobis, declarauit se vinculis tentum esse, dum scriberet, atque colligitur epistolam mississe à Roma vbi vinctus tenebatur. [Gratia, inquit, cum omnibus vobis sit,] ut per auxiliū gratiæ possitis bene viuere, qui per legem non potuistis deo placere. Cuius & nos participes efficiamur, ut per eam iustificemur, & ad æternam vitam peruenire mereamur. [Amen.]

EXPOSITIONIS BEATI ANSELMI IN D.

PAULI EPISTOLAS FINIS.

**A** Eiusdem Diui ANSELMI IN ALIQUOT Euangelia explanationes, siue (ut vocant) Lectiones nunc primum in lucem edita.

Lectio sancti Euangelij secundum Mattheum

CAP. XIII.

**B** Nullo tempore: Iussit Iesus discipulos suos ascendere in nauiculā, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. & reliqua.

In hac lectione iuxta mysticam intelligentiam summam describitur ecclesiæ status, ab aduentu saluatoris vsque in finē seculi. Iussit enim dominus discipulos suos ascendere in nauiculam, quando apostolis eorūque sequacibus, gubernandā cōmisit ecclesiā. [Et ita præcedere trans fretum] .i. tendere ad portam cœlestis patriæ, priusquā ipse ex toto migret ab hoc mūdo. Nā cum suis electis & propter suos electos, est ipse semper hic vsque ad consummationē seculi: & præcedunt illum transmundanum pelagus, qui quotidie hinc trāseunt ad terrā viuentium. Cū enim suos illuc omnes præmiserit, tunc relinquens multitudines reprobos, nec ad conuersionē eas ulterius monēs, sed perditioni deserens migrabit hinc ut cum solis electis suis in regno sit. vnde subiūgitur: [Donec dimitteret turbas. [Nam in fine seculi turbas iniquorum dimittet, ut à diabolo iam in sempiternam damnationem rapiātur. [Et dimissa turba, ascendit in montē solus orare.] Turbas quidē gentium vsque ad finem mundi non dimittet, sed turbā Iudaicę plebis tunc dimisit quādo secūdū Isaiā mandauit nubibus suis ne super instructuosam vineā pluerent. i. apostolis iussit ne iudæis vltra prædicarent, sed ad gentes pergerent. Sic ergo turbā illam dimisit, & in montem. i. in apicē regni cœlestis ascendit, de quo dictū fuerat. Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Mōs enim altitudo est. & quid altius cęlo? Illuc ascendit dominus. Et ascendit solus: quia nemo ascendit in cælū: nisi qui descēdit de cęlo, fili⁹ hominis qui est in cęlo. Quauis & in fine cū venerit & omnes nos membra sua collegerit ac leuauerit in cælum, etiam tūc solus ascendet, quia caput cum corpore suo vn⁹ est Christus. Nunc autem solum caput ascēdit, mediator dei & hominum homo Christus Iesus. [Et ascendit orare] quia iuit ad patrem pro nobis interpellare. Nō enim in manu facta sancta introiuit exemplaria verorum, sed in ipsum cælum ut appareat nunc vultui dei pro nobis.

Isa. 5. b

Mons cœlum.

Psal. 23. b

Ioan. 3. b

1. Tim. 2. b

Roma. 8. g

Heb. 9. f

Sequitur: [Vespere autem factō. solus erat ibi.] D Vesper propinquitatē finis sæculi designat, de 1. Ioan. 2. c qua & Ioānes ait, filioli nouissima hora est: Vespere igitur factō, solus erat ibi: quia appropinquante mundi termino, solus in sancta sanctorū Rom. 8. g vt verus pontifex intrauit, ibique est ad dexterā dei & interpellat pro nobis. Veruntamen dum ille orat in excelsō, nauicula turbatur fluctibus in profundo. Nam quia insurgunt fluctus, potest ista nauicula turbari, sed quia Christus orat turbari, nō potest mergi. Sequitur enim: [Nauicula autem in medio maris iactabatur fluctibus: Erat potest enim eis contrarius ventus.] Nauicula quippe est ecclesia, mare, seculū, fluctus maris tumores seculi & tribulationes mundi, seu tentationum impetus elati. Ventus contrarius, spiritus demoniorum quo seculi potestates aduersus ecclesiam sunt concitatæ & mundus contra sanctos frequenter commotus & quo vitia vel iniquitates semper suggeruntur. Nauis igitur in medio maris iactabatur fluctibus, dum Iesus in mortis cacumine moraretur, quia ex quo saluator in cælum ascendit, sancta ecclesia magnis tribulationibus in hoc mūdo agitata est, & variis persecutionum turbinibus pulsata, ac diuersis malorum hominum prauitatibus vexata, vicisquē multimode tētata. [Erat enim ei contrarius ventus], quia flatus malignorū spirituum ei semper aduersatur ne ad portū salutis perueniat obruere eam nititur fluctibus aduersitatum seculi, omnes quas valet contrarietates ei commouens Sequitur: [Quarta autem vigilia noctis: venit ad eos ambulās supra mare.] Cum nox duodecim horas habeat, & quatuor militares vigiliās, tribus horis vniciq; vigiliæ deputatis, quarta vigilia noctis extremitas est noctis. Nox verò tenebras tribulationum & errorum ac vitiorum & pericula tentationū designat. In quarta ergo vigilia noctis, hoc est in extremitate persecutionis quæ diu sub paganis regib⁹ efferbuerat, vel circa finē cuiuslibet grauioris aduersitatis venit Iesus ad suos. Et venit [ambulās supra mare. i. calcans omnes tribulationum fluctus, & omnes tumores mūdi sub pedibus habens, omnesque celsitudines sæculi præmens. Quid enim maris nomine, nisi i bonorū nece sæuies, mundi huius amaritudo designatur? Super fluctus ergo maris dominus ambulat, qui cum se procelle persecutionis erigunt, miraculorū eius obstupescatione franguntur. Qui enim tumores humanę vesanię mitigat, quasi erectas in cumulo vndas calcat. Nam cū morem suum gentilitas destrui nouæ conuersationis prædicatione conspiceret: cum mundi huius diuites elationi suæ contraire facta pauperum: cum sapientes sæculi aduersari sibi imperitorū verba pensarent, in persecutionis tempestatem tumuerunt. Sed qui verborum aduersitate commoti ad persecutionis procellas insiliunt, signorum, ut diximus admiratione temperantur. Tot ergo in his fluctibus Dominus gressus posuit, quot superbis persecutoribus, miracula ostendit. Sequitur: [Et videntes eum supra mare ambulātem, turbati sunt dicentes, quia phantasma est, & præ timore clamauerunt. Iesus transit calcans fluctus, & tamē tantę

Ventus contrarius.

E

Noctis vigilia.

Nox quid significat.

F

Quid mare.

Quid ambulare supra fluctus & infra de Petro.

Gress⁹ domini.





**G** Audire nostrum est, sono alium de venientia au-  
 rem alio positam commodare. Ac cōtra, Deo  
 cui nihil extra est, audire proprie est, surgentia  
 sub semetipso desideria nostra percipere. Tri-  
 bus antē modis nos interrogare cōsuevit cū aut  
 flagelli distriptione percutit & quāta nobis in-  
 vel desit patientia ostendit, aut quādā quæ no-  
 lumus præcipit & nostram nobis obedientiam  
 rogat vel inobedientiam patefacit, aut aliqua nobis  
 deus. occulta aperit & aliqua abscondit, & mensurā  
 nobis nostræ humilitatis innotescit. Et hoc ter-  
 tio modo, magis doctores interrogat. Stupebāt  
 inquit omnes qui eum audiebant, super prudē-  
 tia & responsis eius. Quicūque cordis aure eū  
 adhuc audiunt stupent ad eius prudentiam, si-  
 cut & beatus Iob qui inter homines sapienter  
 loquutus fuerat, sed auditis dei sermonibus se  
 dixit insipienter loquutum. Respon̄sa quoque  
 eius, sunt stupenda. Respondere enim illius est  
 re dei. eū qui se humiliter nescientem cognouerit oc-  
 cultis inspirationibus erudire. Respōdet enim  
 Iob. 13. d. ex magisterio aspirationis, & mentem humiliū  
 mirabiliter docet. Respondet, sicut & alibi di-  
 Vocare ctū est ei: Voca me & respōdebo tibi, aut certe  
 dei Respō loquar & tu responde mihi. Vocare enim Dei  
 dere no- est, nos amando & eligendo respicere. Respō-  
 strum & dere autē nostrum est, amori illius bonis ope-  
 loqui. ribus parere. Loquimur etiā, cū eius faciē per  
 desiderium postulamus. Et ipse respondet lo-  
 quentibus, cū nobis se amantibus apparet. Se-  
 quitur. Et vidētes, admirati sunt. Admirati sunt  
 parētes eius, cū eū in templo in medio doctorū  
 sedere vidissent. Admirantur vsq; hodie Iudæi  
 quicunq; ad ecclesiam veniunt & ad fidē cōuer-  
 tuntur, dum ibi mesiam. i. Christū vident. quē  
 in synagoga & inter cognatos & notos, nulla  
 corā expositione videre vel intelligere potue-  
 rūt. Et dixit mater eius ad illū. Fili quid fecisti  
 nobis sic. Ecce pater tuus & ego dolentes quē-  
 rebamus te. Diximus per matrē domini synago-  
 gā significari, de qua dominus secūdū carnem  
 originē duxit. Hæc autē quocunq; tēpore ad  
 ecclesiā veniens ibiq; veritatem intelligens, suā  
 ignorantiam & Christi absentia admiratur. &  
 admirando dicit: Fili quid fecisti nobis sic, cur  
 nos reliquisti & ad gentiū ecclesiā pertransisti.  
 Ecce pater tuus, populus iudaicus & ego dolē-  
 tes quærebamus te. Hoc enim, quod apostolus  
 ait. Testimoniū illis perhibeo, quia zelū dei ha-  
 bent, sed nō secundū scientiā. Quærunt Iesum  
 & non inveniunt, quia nondum templum & ec-  
 clesiam peruenerunt & ait ad illos. Quid est,  
 quod me quærabatis, Nesciebatis, quia in his  
 quæ patris mei sunt oportet me esse? Quid est  
 inquit me in conuentu infidelium quærebatis  
 & extra ecclesiam esse putabatis. Hic enim hic  
 me quærat, q. querere vult. An nesciebatis quia  
 in his quæ patris mei sunt & inter illos qui pa-  
 tris mei voluntatē faciunt, oportet me esse. Et  
 ipsi nō intellexerunt, verbū quod loquutus est  
 ad illos. Non intellexerunt, quia cor cæcatum  
 habebāt & in ecclesia gentiū esse Christum nō  
 agnoscebant, quoniā cæcitas ex parte contigit  
 in Israël, donec plenitudo gentiū intraret & sic  
 Rom. 11. 4. omnis Israël saluus fieret. Nā quia in extremo  
 tempore saluator ad reliquias Israël reuertetur,

apte subiungitur. Et descendit cum eis, & ve-  
 nit Nazareth. & erat subditus illis. Descendit Saluator  
 enim nouissime cū hebræis, & venit Nazareth *ac reliqui*  
 vbi nutritus fuerat, quia cū his qui de circunci- *as Israel*  
 sione crediderant, se misericorditer inclinavit *reuertere-*  
 ad plebem Israeliticam. Quod tamen adhuc est *tur.*  
 futurum, licet narremus illud quasi præteritū.  
 Et erat subditus illis, sicut & de spiritu sancto  
 dicit apostolus quia spiritus prophetarum pro- *1. Cor. 4f*  
 phetis subiectus est vt scilicet voluntatem eorū  
 saceret, nec eorū arbitrio repugnaret. Hoc enī  
 modo sicut spiritus prophetarū prophetis sub-  
 iectus est, sic sapientia prædicantiū prædicanti-  
 bus subiecta est. Sapientia verò prædicantium  
 vel magistrorum Christus est. Et mater eius cō-  
 seruabat oīa verba hæc in corde sua. Pia plebs  
 circūcisionis sedulo corde retinebat vel poti⁹  
 retinebat verba mysteriorum Christi, & Iesus  
 proficiebat sapientia, ætate & gratia, apud deū  
 & homines. Iesus proficiebat, quia sermo prædi-  
 cationis ei⁹ crescebat. Proficiebat sapiētia quo-  
 niā maior sapiētia reperiebatur semper in eius  
 doctrina. Proficiebat & ætate, quoniam animæ *L*  
 proficientis ætas maturior iugiter inuenieba-  
 tur in eius sermone, Proficiebat & gratia, quo-  
 niā maiore suis gratiā quotidiano profectu da-  
 bat. Nō enim sibi, sed suis, profectus iste fiebat  
 Apud Deū & homines ita proficiebat, quia &  
 ad dei gloriā & ad hominū salutē hæc gerebā-  
 tur & magis ac magis innotescēbāt angelis qui  
 sunt apud Deum, & hominibus ad exemplum  
 Vnde laus & honor sit eidem pio saluatori cū  
 patre & spritui sancto, per infinita secula, amē.  
 Secundum Lucam Cap. III. D  
 Nillo tempore: Factum est cum  
 I baptizaretur omnis populus &  
 Iesu baptizato & orante, aper-  
 tum est calum. & reliqua.  
 Baptizauit Iohannes vniuersum populum ad  
 se venientem, quia si solū dominū baptizasset,  
 non deessent qui putarent sanctius fuisse bap-  
 tismum Ioannis quā Christi, quasi baptismo  
 Ioannis solus Christus meruisset baptizari, bap-  
 tismo autē Christi genus humanū. Si enim sol-  
 us Christus baptismo Ioannis esset sed bap-  
 tizatus, dicerent homines. Qualē baptismū ha-  
 buit Ioannes. Magnū baptismum habuit, ineffa-  
 bile sacramētū. Videte: quia solus Christus me-  
 ruit baptizari baptismum Ioannis. Atque ita ma-  
 ior videretur baptismus serui quā baptism⁹ do-  
 mini. Baptizati sunt igitur & alij baptismum Ioā-  
 nis ne melior baptismus Ioannis videretur quā  
 Christi. Baptizatus est autē dominus, vt domi-  
 no suscipiente baptismū serui nō dedignaretur  
 alij serui suscipere baptismū domini. Baptizat⁹  
 est dñs non ipse aquis mundari, sed ipsas mun-  
 dare cupiēs aquas quæ ablutæ per carnē ei⁹ pec-  
 cati vtq; nesciā, baptismi ius assumerāt, & quod  
 tot sub lege baptismata nequiuērāt contra præ-  
 uaricationis malū vim regenerationis sanctifica-  
 tionis cōciperet. Vnde bene euāgelista cū bap-  
 tizatū diceret omnē populū, nihil magni addi-  
 dit, sed Iesu baptizato & orate apertū mox cælū  
 esse phibuit. Quia dū corporis humilitate salua-  
 tor

**A** tor vndas fluminis subiit, diuinitatis suæ potē-  
 tia nobis cæli ianuas aperuit. Et dum carnē in-  
 noxiā frigentibus aquis tingeret, oppositum  
 quondam noxiis ignitum portæ paradisi gla-  
 diū extinxit. Nam toto naturæ humanæ massa  
 in primis parentibus eiecta de paradiso fuerat,  
 & ex illo tēpore clausa illi erat cœlestis ianua.  
 Sed huius naturæ particeps fieri clementer di-  
 gnatus est dominus, & per hanc totius huma-  
 ni generis causam, vt verus aduocatus perorare  
 Hinc est, quod nūc baptizatus, mox cœpit ora-  
 re. Nā sicut pro nobis est baptizatus, sic & pro  
 nobis orauit, quia noster est pōtifex, ac pro no-  
 bis humanitati suæ cælū quod vt diximus toti  
 massę generis humani clausum erat, aperuit, &  
 per eam cūctis hominibus qui mēbra eius effe-  
 ctū fuerint. Sequitur: Et descendit spiritus san-  
 ctus corporali specie sicut colūba in ipsum. Re-  
 ctē spiritus sanctus in specie corporali descēdit  
 quia filius assumendo corporis veritatē, iā descē-  
 derat. Recte & sicut colūba in eū spirit⁹  
 descendit, vt eius mansuetudinē nobis intima-  
 ret. Ipse enī iudex est generis humani. Sed quis  
 eius ferret iustitiam, si prius quā nos per man-  
 suetudinē colligeret, culpas nostras per zelum  
 reititudinis examinare voluisset? Homo ergo  
 pro hominibus factus, mitē se hominibus præ-  
 buit. Noluit peccatores ferire, sed colligere.  
 Pri⁹ voluit mēsuētē corrigere, vt haberet quos  
 post modū in iudicio saluaret. In colūba ergo  
 apparere super eū debuit spiritus, qui nō vena-  
 rat vt peccata per zelum iam percuteret, sed ad  
 huc per mansuetudinē toleraret. Nō enim pro-  
 pterea tunc spiritus sanctus in eū descendit, vt  
 ipse tunc primo spiritū sanctum acciperet, qui  
 semper ab exordio suę cōceptionis spiritu san-  
 cto plenus permāserat. Sequitur: Et vox de cæ-  
 lo facta est, tu es filius meus dilectus in te com-  
 placui mihi. Hanc vocem corporaliter sonantē  
 per angelicā creaturam pater emisit. Tu inquit  
 es filius meus. Non autē ipsum filium qui sem-  
 per nouit omnia, sed Ioannem & cæteros qui  
 aderant hac voce docebat, quis esset quem filiū  
 Ioseph putabant. Vnde Matthæus hac voce pa-  
 tris dicere maluit, hic est filius meus. Quod igitur  
 ait tale est, Tu es filius meus, ex substantia  
 mea naturaliter æqualis genitus, & idcirco dile-  
 ctus, vt pote vnigenitus. In te complacui mihi  
 hoc est simul de omnib⁹ quæ in te sunt vel quę  
 egisti placui mihi, quia nihil in te vnquam inue-  
 ni nisi quod semper placet mihi, & propterea  
 gratum mihi est quia te humanauit. In illis autē  
 mihi quodammodo displicui, de quibus huma-  
 no more quondā locus sum, pœnitet me fecisse  
 eos. Quod autem de capite diximus, referē-  
 dum est ad mēbra vel corpus. Nam Iesu bap-  
 tizato & orante apertū est cælum, quia cum qui-  
 libet electorum eius baptizatus est, & non ocio  
 vocat, sed deuotis præcibus occupatur & iter  
 virtutum arripit, tunc ei porta regni cælestis  
 panditur. Et descēdit spiritus sanctus in ipsum  
 quia in eum qui baptizatus est & orat, venit al-  
 mus spiritus, corporali specie, vt designet firmi-  
 tatem donationis suæ. Sicut colūba, vt inno-  
 centiam & simplicitatem se talibus afferre de-  
 monstrat. Et vox de cælo facta est, tu es filius

meus: quia tunc primum quisque est filius dei  
 cum de baptismo ascendit. Et dilectus me⁹ per  
 præuenientem gratiam meā, qui prius eras odi-  
 bilis in malitia tua. In te cōplacui mihi totum  
 placet quod in te gessi, cum huc vsque displi-  
 cuisset quicquid ipse gesseras. In eo autē quod  
 pater in voce sonat & spiritus sanctus in colū-  
 ba descendit, filiusq; baptizatus in homine, tri-  
 nitas euidenter declaratur, in cuius nomine &  
 fide vnusquisque nostrum baptizatur. Sequitur  
 Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorū tri-  
 ginta: vt putabatur filius Ioseph. Iesus annorū  
 triginta baptizatur, & tunc demum incipit si-  
 gna facere & euangelium prædicare, legitimū  
 videlicet & maturum tēpus ætatis ostendēs his  
 qui omnē ætatē vel ad sacerdotium vel ad ma-  
 gisterium putāt opportunā. Nam & Ioseph in  
 typū huius nostri saluatoris triginta annorum  
 erat, quando regni gubernacula suscepit, atque  
 David tricenus regnare cœpit, & Iezechiel  
 eiusdē ætatis erat quādo vaticinium inchoauit  
 Talem igitur ætatē exēplo Christi debent ha-  
 bere qui sacerdotes fiunt vel doctores, aut ali-  
 quem huiusmodi primatum accipiunt. Potest  
 verò tricennis ætas baptizari saluatoris, etiam  
 nostri baptismatis, intimare mysterium pro-  
 pter fidem, scilicet sanctæ trinitatis & opera-  
 tionem decalogi legis. Tres enim decadæ quæ  
 sunt in tricenario, fidem & operationem eorū  
 quibus prodest baptismus insinuāt. fidē in ter-  
 nario & operationem in denario numero. Has  
 enim tres decadas, habere eos qui baptizantur  
 præcipiebat dominus, cum diceret. Euntes do-  
 cete omnes gentes, baptizantes eos in nomine *Mat. 28. c*  
 patris & filij & spiritus sancti, docentes eos ser-  
 uare omnia quæcunq; mandaui vobis. Vt pu-  
 tabatur inquit, filius Ioseph. Hoc propter illos  
 dictum est, qui eum reuera carnaliter genitum  
 ex carne Ioseph putabant, & quia per Ioseph  
 qui propinquus erat virginis Marię describē-  
 da fuerat genealogia ipsius Marię quæ de spiri-  
 tu sancto Christū cōcepit, quoniam non est cō-  
 suetudinis scripturarū genealogias texere per  
 fœminas. Ob hoc enim per Ioseph cōgruē de-  
 scribitur genealogia Christi, quia de eius con-  
 iuge licet semper virgine, natus est. Cum autē  
 Ioseph nominatus esset: subiunctū est. Qui fuit *P*  
 Heli, qui fuit Matath, q. fuit Leui & c. Matthæ-  
 us verē descendēs, sic ait. Matham autē genuit  
 Iacob, Iacob autē genuit Ioseph virum Marię, *Matt. 1. b*  
 Quid est, quod duos patres. i. Heli & Iacob, ha-  
 buisse videtur Ioseph. Cuius quæstionis diffi-  
 cultas, ita soluitur. Matham & Matath, de vna  
 eadēq; vxore est à nomine, singulos filios pro-  
 crearūt, Quia Matham qui per Salomonē descēdit,  
 vxorem eam primus acceperat, & reli-  
 cto filio Iacob nomine, defunctus est. Post cuius  
 obitū Matath qui per Natam genus duce-  
 bat, cum esset ex eadem tribu, sed non ex eodē  
 genere, accepit eā vxorem, genuitq; ex ea filiū  
 noīe Heli. Per quod ex diuerso patrū genere ef-  
 ficiuntur Iacob & Heli vterini fratres. Quorū  
 alter. i. Iacob fratris Heli sine liberis defuncti  
 vxorē ex mādato legis accipiens, genuit Ioseph  
 natura quidē germinis suū filiū, propter quod  
 & scribitur, Iacob autē genuit Ioseph. Secun-  
 dum Mm iij dum

qua etate  
 assumen-  
 du docto-  
 ris & sa-  
 cerdotis  
 officium.

Cur in co-  
 lūba spe-  
 cie spiri-  
 tus sanctus  
 super  
 Christum  
 descēdit.

Matt. 3. d

Gene. 6. b

**G** dum verò legis præceptum Heli efficitur filius cuius Iacob quia frater erat vxorem ad fuscitan dum fratri semen acceperat. Et per hoc rata inuenitur atque integrâ generatio, & ea quâ Matthæus refert dicēs: Iacob autem genuit Ioseph & ea quam Lucas designat dicens, vt putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli. Qui & ipse subsonā te eadem distinctione Heli esse filius putabatur qui scilicet Heli fuerat filius Mathat. Quoniam euangelista legale hanc successione quæ velut adoptione quadā erga defunctos constat, magis quam germinis veritate, competenti satis per hoc designauit iudicio, obseruās ne omnino in huiuscemodi successione genuisse aliquem nominaret. Nec mireris si Lucas à David vsq; ad Christum plures successiones & Mattheus pauciores, hoc est iste. xl. tres, & ille. xx. octo posuit, cum per alias personas generatio sit decursa. Potest enim fieri vt alij longeuam transegerint vitā, alterius verò generationis viri in matura ætate decesserint, cū videamus complures senes cum suis nepotibus viuere, alios autē viros statim filiis obire susceptis. Lucas non sicut Mattheus ab initio euāgelij sui, sed à baptismo Christi generationes narrat nec descendendo, sed ascendendo, tanquam sacerdotem in expandis peccatis magis assignans vbi eum vox de cælo declarauit, vbi testimonium Ioannes ipse perhibuit dicens, ecce qui tollit peccata mundi Ascendēdo autem transit & ab Abraham peruenit ad Deum, cui mundati & expiati reconciliamur. Merito & adoptionis originem ipse suscepit, quia per adoptionem efficitur filij Dei credendo in filium Dei. Satis autem demōstrauit, non se ideo dixisse Ioseph filium Heli quod de illo genitus sit, quod illi fuerit adoptus, cum & ipsum Adam filium Dei dixit, cum sit factus à Deo, sed per gratiam quam postea peccando amisit, tanquam filius in paradiso constitutus sit. Qui tamen creditur per Christum accepta remissione culpārū, inter filios adoptionis cōputatus. Quapropter in generationibus Matthei significatur nostrorū susceptio peccatorū à Christo domino: in generationibus autē Lucæ designatur nostrorum abolitio peccatorum à Christo domino. Ideo ille eas descendēs enarrat, iste ascendens. Remissis enim peccatis ascendimus ad Dominū reuertimur: à quo per Adam peccantes recessimus & huc delapsi sumus. Nam quod dicit apostolus misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, hæc est susceptio peccatorum. Quod autem addit, vt de peccato damnaret peccatū in carne hæc est expiatio peccatorum. Proinde Mattheus à David per Salomonem descendit, in cuius matre ille peccauit, Lucas verò ad ipsum David per Nathā ascendit, per cuius nominis prophetam Deus peccatum illius expiauit. Ignoram⁹ autem vel parum nouimus, qui vel cuius meriti fuerint viri quos Lucas posuit à Ioseph vsque ad Zorobabel & à Salathiel vsque ad Nathan, filium David præterquā quod de genere David eos fuisse non dubitamus. Ait autē inter cetera Qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel: qui fuit Neri, Quod & Mattheus ita result: Ieconias genuit Salathiel, Salathiel autē

genuit Zorobabel, Zorobabel autē genuit Eli K ud. Ecce iuxta duos euāgelistas & Salathiel habuisse videtur duos patres. i. Ieconia & Neri. Sed aliquid tale, & de his duobus intelligi debet, quale superius dictum est de binis patribus Ioseph. Nā apud hebræos, generationū nomina, nunc secundum naturam, nunc secundum legem cōputantur. Secundū naturam, cum ex feminis veritate descendunt, secundum legem cū quis filius alio generāte substituitur, sub nomine fratris defuncti sine liberis. Nam & ille defunctus, nō falso dicitur pater filij huiusmodi. Alter ergo duorum patrum Salathiel intelligitur secundum carnem, alter secundum legē vel secundum adoptionē. Frequēs enim erat apud Iudæos, adoptādi cōsuetudo, & non incōgrue dicitur quis eum genuisse quē adoptauit, quia videlicet beneficio illū genuit. Hoc etiā quod iuxta duos euangelistas Salathiel est pater Zorobabel, nisi prædictæ rationes occurrerēt dissonare videretur à verbis dierum vbi scriptum est, quia filij Ieconie fuerūt Salathiel & Fadaia & de Fadaia orti sunt Zorobabel & Semei. Sed Zorobabel secundū naturā ortus ex Fadaia, intelligitur secundū legē appellari filius Salathiel Nam ipse zorobabel erat primogenitus, & primogenit⁹ nomine fratris defuncti iustus est vocari. Potuit etiā fieri vt Salathiel zorobabele filium Fadaie fratris sui adoptaret in filiū, si cut legimus quia Mardocheus Herster filiam fratris sui adoptauit in filiam. Itē zorobabel ostenditur hic habuisse filios Heliud & Resa, cū in septem filiis quos secundum verba dierū genuit nullus ita vocatus sit, nisi forte aliqui eorū nominibus vsi fuerint. Hoc enim sæpe cōtingebat. Aut si hoc non fuit, constat pro certo quia vel secundum legis præceptū vel secundum adoptionis beneficium hi duo fuerunt eius filij. Rursum inter alia dicitur: Qui fuit Sale, qui fuit Cainā, qui fuit Arphaxad. Nomē autem generationis huius Cainā, iuxta hebraicū in Genesi non inuenitur, sed Arphaxad Sale filium nullo interposito genuisse refertur. Sic enim legim⁹. Porro Arphaxad vixit xxx. quinque annis, & genuit Sale. Sed euangelista sumpsit hanc generationē de. lxx. interpretum editione, vbi scriptū est, quod Arphaxad. cxxxv. annorum genuerit Cainam, & ipse Cainā cum. cxxx. esset annorū genuerit Sale. Nemo autem fidelū putet hoc in loco. lxx. translatore errasse, sed credat indubitanter eos quod verum esse nouerāt posuisse & quod Moyses minus dixerat supplēse. Neque enim spiritus sanctus hoc in euangelio posuisset, nisi verū omnino esset. Nam ipsi. lxx. seniores à tempore Moyfi magistrum in synagoga tenebant, & de spiritu Moyfi acceperant ac legē ex ipsius Moyfi traditione didicerāt, ideoq; si quid ibi prætermisum esset & suppleri posset vt aliter interpretari nouerāt. Moyses verò propter aliquam causam quæ Deo nota est trāsiit generationem Cainam & partem annorū qui sub eo & sub eius patre fluxerunt. Fortasse enim cū secundā ætatē describeret, voluit à diluuiū vsq; ad Abraā decem solūmodo generationes ponere, & ideo generationem vnā prætermisit. Nam & Mattheus à David vsque ad

Matt. i. b

Ioan. i. d

L Primi parali. 3. c

Hest. 2. b

1. Paralip. 3. c

Gene. 11. b

M

Septuaginta translatores ueraces.

Mat. i. b

1. Re. 13. a

1. Co. 6. d

Septuagenarii numeri significatio.

Mat. 18. c

Vndenarius numerus.

Denarius numerus.

Vela tēplii cilicina ad peccatū pertinent.

**A** transmirationem Babylonis. xiiij. generationes ponere volens, prætermisit tres vbi ait: Ioram autem genuit Oziam. Sicut ergo Ioram, tribus in medio positus genuisse dicitur Ozia: sic & Arphaxad vno Cainam interposito dicitur genuisse Sale. Quod autem pars annorum in scripturis sanctis aliquando ponatur, & pars omittatur, ostendit liber regum dicens, Filius vni⁹ anni erat Saul cū regnare cœpisset, duobus autem annis regnavit super Israël. Nūquid enim vnum tātummodo ætatis annū habebat, qui ab humero & sursum altior cunctis erat? Et nunquid duobus solummodo annis regnavit, qui tam longo tempore regnum tenuit? Sicut igitur pars annorum Saul est prætermisita, sic & pars annorum Arphaxad & Cainam. Itaque veridicus est & Moyses & noster euāgelista cum septuaginta senioribus. Item qui fuit, inquit, Enoch. Et pulchrè generationū ordo à baptizato dei filio vsque ad deum patrem ascendēs, septuagesimo gradu Enoch habet, qui dilata morte translatus est in paradysum, vt significet eos qui in gratia adoptionis filiorum ex aqua & spiritu sancto regenerantur, interim post abolutionem corporis, æternam suscipiēdos in requiē. septuagenarius quippè numerus, propter septimam sabbati, ad requiem eorum significādam, qui iuuante Christi gratia decalogum legis impleuerunt, aptissimè congruit, & in tempore resurrectionis inde mutabili dei sapientie contemplandæ per secula monstrat esse iungēdos. Ad vltimū verò dicitur. Qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit dei. Quia Christus iustitiæ suæ patrisq; nos expiatos ab omni peccato purgatōsq; coniungit, vt fiat quod ait Apostolus, Qui autem adhæret domino, vnus spiritus est. propterea in hoc numero generationū, & ipse Christus à quo incipit enumeratio, & deus ad quem peruenit, connumerātur, & fit numerus septuaginta septem, quo significatur omnium prorsus remissio & abolitio peccatorum, quam etiam ipse dominus per huius numeri mysteriū euidenter expressit dicēs, remittendū esse peccata nō solū septies, sed etiā vsq; septuages septies. Nec frustra iste numerus ad peccatorum omnium pertinet mundationē, si diligētius inquiratur. Cōstat enim ex vndenario & septenario: quia vel vndecies septem, vel septies vndecim, faciūt septuaginta septē. Vndenarius verò trāsgressionē denarij significat. Denarius quippè tanquā iustitiæ numerus, in decē præceptis legis ostenditur. Porro peccatū est legis trāsgressio, & vtiq; trāsgressio denarij numeri, cōgruēter vndenario figuratur. Vnde & vela cilicina vndenari in tabernaculo vndecim fieri. Quis autē dubitet ad peccati significationem, cilicium pertinere. Ac per hoc quia vniuersum tēpus septenario dierū numero voluitur, conuenienter vndenario septies multiplicato, ad numerū septuagesimum & septimum cuncta peccata quæ temporaliter geruntur perueniunt. In quo numero etiā fit plena remissio peccatorū, expiāte nos carne sacerdotis nostri, à quo nunc iste numerus incipit, & reconciliante nos deo, ad quē nunc iste numerus peruenit, per spiritum sanctum, qui in columbæ specie in hoc baptismo

vbi numerus ipse cōmemoratur apparuit. At si D in denario perfectio beatitudinis significatur, vnde est etiam illud quod omnes conducti ad vineam denario remunerantur, quod fit cū septenaria creatura, id est, homo interior & exterior trinitati quæ deus est, adiungitur, manifestum est quod trāsgressio denarij peccatum significat, per superbiam plus aliquid habere cupientis & integritatem perfectionemque amittentis. Vndenarius autem ideo septies dicitur, vt motu hominis fieri significetur ipsa trāsgressio. Ternario enim numero incorporata pars hominis designatur, vbi deū toto corde & tota anima & tota mēte diligere iubetur. Quaternario autē corpus exprimitur, propter quatuor eius principalia membra, vel propter quatuor elementa quibus constat. Et ex his cōpositus homo, apte designatur septenario. Motus autem in numeris nō exprimitur, cū vnū, duo, tria, quatuor & c. sed cū dicimus semel, bis, ter, quater. Ideoque non septem & vndecim, sed septies vndecim significatur trāsgressio, quæ motu facta hominis peccantis, hoc est, perfectionis suæ stabilitatē trāsgredientis cupiditate amplius aliquid habendi. Itaque quia in septuagesimo septimo numero designatur, & primi hominis & ceterorum qui ex eo prodierunt, trāsgressio, apte deus septuagesima & septima generatio venit, aboliturus omnia peccata suorū fidelium. Omnes enim qui more Christiano accedunt ad lauacrum continentur in misterio septuaginta & septē generationū, & ideo remissionem peccatorum consequuntur ab eo qui tot generationes mundans in hoc numero remissionem culpārū constituit, & in fine tot generationum venit tollere peccata mundi. Non solum enim eos qui in nouo testamento baptizantur purificat, sed & illos qui ab exordio mundi in eum venturum rectè crediderant. Vnde sursum redeundo numerat euangelista sanctas has generationes, vt ostendat & ad omnes eas pertingere purgatoriam & reconciliatricem Christi gratiam, omnēsque, qui nunc baptisimi sacramentū rectè seruant ad deum redire. Nam gratia diuinæ incarnationis & purificationis in omnes retrò generationes ascendit, vt intelligamus nullum tempus vnquam sine electis Christi transisse, qui per eum ab originali culpa sunt liberati. Propter quod & ipse Adam quē dei sapientia quæ Christus est, eduxit, vt scriptum est à delicto suo, in fine relationis generationū, filius dei per hanc Christi gratiam ostenditur. Ac inde pater deus, Christum deum & hominem recipit, & per hunc omnes qui membra sunt eius. Deinde nomina patrum retrò sic interpretari studemus, vt ascensum in his atq; prouectum semper intelligamus, ac feriem genealogiæ ipsorum veluti scalam vsque ad deum, per quam & omnes baptizati gradatim ascendere debeant. Hæc enim genealogia quæ à Iesu baptizato ad deū tendit, videtur nobis esse scala illa, de qua legimus: quia Iacob lapidem supponens capiti suo dormiuit, & vidit in somnis scalam stantem super terrā, & cacumen illius tangens cælum, angelos quoque dei ascendentes & descendentes per eā, & dominū

Ternari⁹ numerus. Deu. 6. a. Quaternarius.

Septuagesima & septima ætate venit Christus.

Cur ascendat Lucas numerādo.

Sap. 10. a

Ge. 28. c.

**G**innixum scalæ. Lapis enim capiti suppositus, & velut fundamentum scalæ factus, Christus est, qui seipsum humiliavit ut omnes suos exaltaret, qui sicut fundamentum omnes portat, & à nullo portatur. Et per hanc genealogiæ scalam, alij ascendunt & alij descendunt. Ascendunt qui proficiunt, descendunt qui deficiunt Angeli autem, id est, nuntij dei vocantur, quia Christum loquuntur: Quisquis igitur in Christo baptizatus est, apertum est ei cælum, & deus desuper paratus est eum suscipere, sed ille per gradus scalæ quæ à baptismo vsq; ad Deum porrecta est debet ascendere: quia & sicut Salomon ait, semita vitæ super eruditum, qua scilicet eruditus ipse tendat in cælum. Nam & populus Israël transito mari rubro non stetit, sed postea longis itineribus ac laboribus ad terram promissionis peruenit. Sic & qui baptizatus est non sit piger, sed per viam mandatorum dei tendat ad cælestem patriam sibi promissam, & per gradus scalæ generationis conetur ascendere, si ad Deum qui in summitate eius est, desiderat peruenire. Hæc autem genealogiæ scala via est ad cælum & ad Deum ducēs, quam quò verius quisque ascendit eò potentius illuc peruenit. Alius enim alio fortius eam scandit, & alius adhuc fortius vel perfectius, sicut vniciuque diuinitus est datum. Væ autem illi qui nullum eius gradum ascenderit, quia in infimis remanebit. Veniamus igitur ad hos gradus, interpretando patrum nomina. Humillimus omnium inuenitur Iesus, utpote fundamentum vniuersorum, interpretatur saluator, quia ipse solus humanum genus saluat, & non est in alio aliquo salus. Neque enim est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Huius itaque salutis per baptismum quisque fieri particeps inchoat. Sed si vult non amittere quod gratis accepit, oportet ut in eo crescere studeat per proprium laborem sanctæ actionis. Vnde mox Ioseph ponitur, qui augmentum interpretatur: quia ille augmentum, gratiæ post baptismum consequitur, qui ad bene agendum piger non fuerit. Inde sequitur Eli qui ascendens dicitur, ut ascensum proficientis de virtute in virtutem significet. Deinde est Matath, qui donum interpretatur: quia qui virtutum gradibus ad alta nititur, maioris adhuc gratiæ donum consequitur. Et inde sequitur Leui: qui assumptus dicitur: quia Deum illum sibi assumpsit ad iugem famulatum suum, confirmans in assiduitate bonorum operum. Sequitur & Melchi, qui rex meus interpretatur, quia sæpe contingit ut qui iam talis est rector ecclesiæ efficiatur. Sed & Iannai sequitur qui præparatus dicitur: quia talis vir ad omne bonum opus est iam paratus. Ioseph quoque subiungitur, qui sicut supra dictum est, augmentum interpretatur: quia proficit semper & religionis augmentum capit. Necnon & Mathathias qui donum dei dicitur: quia donum diuinæ gratiæ nouis adhuc in eum beneficiis infunditur. Et Amos, qui honorans vel fortis, vel populum auellens interpretatur: quia Deum honorat bene viuendo, & fortis est, ad aduersa toleranda, & doctrinis ac exemplis suis ab amore

mundi cor auellit populi: Sed & Naum qui K cōsolator vel consolatio dicitur, quia illos qui temporalia contempserunt, promissione æternorum consolatur. Eseli quoque qui vicinus meus dicitur: quia vicinus ei fit quem consolatione demulcet. Et Nagge, qui solennitas interpretatur, quia ipse solennitas lætitiæ fit ei quem consolatur. Atque Natat vel Manat, qui requiescens dicitur: quia requiescit iam in secreto diuinæ contemplationis sequestratus à labore secularis cupiditatis, vel in eo requiem habet, quem suam consolationem accepisse videt, & in tribulationibus pro CHRISTO iam gloriari. Sed & Mathathias, qui donum dei sicut præmissimus dicitur: quia maius adhuc donum supernæ gratiæ percipit, propter superprædicta bona quæ sic agere studuit. Neque enim de antiquis partibus, quorum nomina interpretamur ista dicimus: licet & de ipsis fortasse possint intelligi, sed potius de vno quolibet iusto viro, quem per hos virtutum gradus à baptismo ascendentem ad deum describimus. Nam per hos ascendit electorum ecclesia, de qua dicitur: Deus in gradibus eius cognoscetur, cum suscipiet eam. Per hos etiam sanctus Iob ascendebat: dicens, Per singulos gradus meos pronuntiabo illum. Ad ordinem ergo graduum reuertamur, ut & cæteros videamus. Nam Semei sequitur, qui audiēs interpretatur ut auditum obedientiæ in sancto viro designet. Sequitur & Ioseph, qui sicut iam bis dictum est augmentum interpretatur: quia nouum augmentum semper iustus adipisci studet. Sed & Iuda sequitur, qui confessio vel laudatio dicitur confessionem laudis semper Deo reddit. Et Ioanna, qui dicitur cui est gratia vel dominus gratia eius: quoniam multa inest ei gratia, & ipsa gratia dominus est, ut domino deo in se manente gratiosus sit. Et Resa, qui caput eius interpretatur: quia dominus qui est gratia eius, ipse est & caput eius. Talis enim dignus est habere Christum caput. Sequitur & Zorobabel qui interpretatur ortus in Babilone, vel ipse magister Babilonis: quia talis vir inter iniquos primo nascitur, postmodum docet eos quomodo possunt ad salutem pertinere. Et Salathiel, cuius interpretatio est petitio mea Deus: quia iste iam nihil nisi Deum appetit, sciens quia nihil ad beatitudinē sibi, nisi Deus sufficit. Et Neri, qui dicitur lucerna mea: quia talis deo potest dicere, Lucerna pedibus meis verbum tuum, vel nos de illo: qui lucerna eius est agnus. Et Melchi, qui rex meus interpretatur atque subauditur à superioribus deus, ut iste dicat rex meus deus. Talis enim non vitium aliquod, sed solum Deum habet regem, Vel ecclesia de illo potest dicere Neri & Melchi, id est, lucerna mea rex meus: quia ipse eum illuminat & regit. Sequitur & Addai qui robustus interpretatur: quia vir iste cordis robore est præualidus. Et Cosam vel Cufam, qui dicitur Aethiopia eorum: quia illis qui tenebras putent lucem & lucem tenebras videtur huiusmodi vir nigredo eorum, qua multi tenebrescant, quoniam multos illuminat. Vel Aethiopia eorum, id est, denigratio eorum dicitur, quia comparatione luminis

al. Hesli.

L

Psa. 47. a

Iob. 31. d

M

Psal. 118.

Apo. 128

**A** luminis doctrinæ & sanctitatis suæ, nigredine viciorum & errorum opertos esse eos declarat. **al. Helmodath** quoque sequitur qui Dei mensura dicitur: quia iste tam regulariter & moderate semper agit, ut mensuram regulæ diuinitus sibi datæ non excedat. Et **Her**, qui vigilans interpretatur, quoniam iuxta præceptum euangelij semper vigilat. Atque **IESVS** qui salutaris vel saluator dicitur: quia salutem multorum verbis & exemplis operatur. Nam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte. Sequitur & **Heliezer**, qui dei auxilium, vel Deus meus adiutor interpretatur: quia ipse multis fit Dei auxilium, & multos per eum Deus adiuuat. Atque **Iorim**, qui dicitur dominus exaltans, vel est exaltans: quia per eum dominus exaltat, & ipse quos valet exaltare non cessat, dum eos ab infimis cupiditatibus eleuat, dicens, quæ sursum sunt quærite, vbi **CHRISTVS** est in dextera Dei sedens. Sed & **Matath**, qui donum interpretatur: quia in eo redundat donum gratiæ cælestis, ut eum Deus multis in salutem dedit. **Leui** quoque qui dicitur assumptus, Deus enim illum assumpsit, id est, sibi specialius seruientem & cōstanter perseverantem fecit. Sequitur & **Simeon**, qui dicitur exauditio: quia talis vir est exauditio precis multorum effusæ corā domino pro doctore salutarifero. Interpretatur etiam **Simeon** audiens tristitiam: quia piè compatiens audit tristitiam luctus poenitentium. **Iuda** quoque sequitur, qui confidens dicitur: quia confessionem laudis Deo magis ac magis semper eò amplius reddit, quò amplius in virtutibus proficit. Vnde & **Ioseph** subditur, qui augmentum interpretatur, ut augmentum meritorum quotidiano profectu designet in eo fieri. Sequitur & **Eliachim** qui Dei resurrectio dicitur. Ipse enim fit multorum cordibus resurrectio diuinæ gratiæ quæ per peccatum in eis ceciderat. Et **Mælea**, qui laudās interpretatur, laudat enim semper dominum. Sed & **Enam**, qui oculus eorum dicitur: quia talis vir prouidet aliis. Et **Mathatha**, qui donum eius, id est, donum Dei interpretatur: quia ipse est donum Dei, vel in eo est donum Dei. Atque **Nathan**, qui dicitur dedit vel dantis: quia prædictum Dei donum dedit ipse deus & illud donum est eius dantis. Vel ipse vir Dei dedit cæteris donum dei quod acceperat. Hinc sequitur & **Dauid**, qui interpretatur manu fortis vel desiderabilis: quia in opere fortis est, & merito suæ sanctitatis desideratur à multis. **Iesse** quoque qui dicitur insulæ libamen: quia ipse quasi quoddam sacrificij libamen offertur deo, ab ecclesia quæ velut insula tunditur vndique fluctibus seculi nec mouetur. Necnon & **Obed**, qui seruiens interpretatur: quia Deo seruit in conscientia pura. Atque **Booz**, qui dicitur in fortitudine: quia in fortitudine magnanimitatis Deo seruit ex deuotione charitatis. Et **Salmon**, qui dicitur dependens siue perfectio: quia eleuatus à terrenis, quantum valet cælestibus adhæret, & pro posse perfectus est. Sed & **Naa-son**, qui serpentinus interpretatur: quia serpentis astutiam habet & serpentem æreum quem **Moyse** in heremo suspēdit, hoc est, Christum

al. Helmodath.

laco. 5. d.

Colof. 3. a

al. Melchada. al. Memna.

C

imitatur. **Aminadab** quoque, qui dicitur populus meus spontaneus: quia idem vir iustus fit populus Dei spontaneus atque voluntarius, dum per prædicationem facit multum fructum in multiplicatione fidelium voluntariè deo sacrificantium. Necnon & **Aran**, qui dicitur excelsus. quia completum est in eo propheticum illud: Sustollam te super altitudines terræ, vel cōstitui te super gentes & super regna. **Esfrom** quoque sequitur, qui sagittam videns interpretatur: quia quò excelsus in arce mentis residet, eò liberius iacula tētationū hostis antiqui præuidet. Et **Phares** qui diuisio vel dissipans dicitur: quia sagittas inimici quas præuidet diuidit ac dissipat. Sed & **Iudas**, qui confitens vel glorificans interpretatur: quia confitetur humiliter si quid adhuc ei humanum acciderit, vel confessionem gloriæ Deo reddit. Necnon & **Iacob**, qui supplantator dicitur: quia supplantat vitia in se vel in aliis. Solent enim & post multa virtutum exercitia, pulsare mentem aliqua vitiorum contamina. Sequitur & **Isaac**, qui risus vel gaudium dicitur: quia de supplantatis vitiis lætatur. Et **Abraham**, qui interpretatur pater videns populum: quia talis multorum fit pater & spiritualium filiorum suorum videt ingentem populum, ac virtutum quas genuit exercitum. His quas describimus virtutum gradibus, & quas ostendunt interpretationes istorum nominum, vir iustus quotidie proficendo fit semper cælo vicinior, & his in cælum ascensionem suam ædificat, ac cantica graduum cantans ascensiones in corde suo disponit, & de virtute in virtutem assidue proficit, ut tandem in Sion deum deorum videre possit. Vnde & ultra Abraham adhuc euangelista patres referens ascendendo transit, & vsque ad ipsum deū peruenit, ut ei virum sanctum per hanc graduum scalam ascendentem ad vltimum iungat. Nam post Abraham qui pater videns populum dicitur, est superi⁹ **Thare** qui pastura vel pascēs interpretatur, ut significet illū eos pabulo verbi nutrire quos spiritaliter genuit. Et inde sequitur **Nachor**, eius interpretatio est requiescens luce vel obsecratio nouissima: quia hoc solum vir iste quærit, ut requiescat & placeat coram Deo in lumine viuentium, & pro nouissimis obsecrat. Atque **Serug** qui perfectus dicitur, ut perfectionē virtutū adeptus esse mōstre-  
**al. Saruch**  
tur. Sed & **Ragau** siue **Reu**, qui dicitur ægro-  
tans vel pascens, siue pastio: quia ægre fert moras vitæ præsentis, & corporale robur in eo spiritalium virtutum exercitiis emarcuit, ouēsque dominicas pascit. Necnon & **Phaleg**, qui diuidens vel diuisit interpretatur: quia subtiliter discernens inter virtutes & vitia, separauit præciosum à vili. Et **Eber**, qui trāsitor dicitur: quia non fixit mentem in amore præsentis seculi, sed ad futurum seculum desiderijs & profectibus assidue tendit. Sed & **Sale**, qui pax interpretatur: quia iam extinctis vitiis magna pace delectatur in virtutum actionibus. Atque **Cainan**, qui dicitur possessio eorum: quia iste iam à bonis, hoc est, à virtutibus possidetur, nec vllum in eo vitium aliquid dominationis habet. Et **Arphaxad** qui sanans depopulationem interpretatur,

Isai. 58. d  
Iere. 1. b.

E

Psal. 82.

al. Saruch

Act. 4. c

I



**G**pretatur, quia virtutum deaustationem quas hostis antiquus in multis læsit, ac barbaricè destruxit, ipse sanat & reparat. Necnon & Sem cuius interpretatio est, nomen vel nominatus, quia qui talibus studet, clarum ac celebre nomen possidet. Sed & Noè qui requies vel requiescit interpretatur, quoniam Dauitico labore debellatis vitiorum cuneis, requiescit in pace Salomonis. Post hæc sequitur Lamech, cuius interpretatio est humiliatus vel percussus, siue percussus, & eum significare videtur, qui post diutina virtutum exercitia peruenit ad martyrij gloriam, & humiliatus ac percussus supplicii hostem suum spiritualiter grauius percussit. Et apte subditur Mathusale, qui interpretatur mortuus est & interrogauit vel mortis emissio, quia talis quisque pro iustitia mortuus exemplo vel memoria suæ mortis interrogat, & conuenit singulorum conscientias, vtrum iustitiam & vitam perennem diligant, an solis temporalibus delectentur, & mortem

**H** à se funditus emisit vt iam nullatenus à morte lædi vel tangi valeat, sed in perpetuum viuat. Pulchre & Enoch adiicitur qui dedicatio dicitur, quia taliter consummatus, in illius seculi felicitate dedicatur. Et Iarez, qui descendens vel roborans interpretatur, quoniam pia condescensione de supernis inclinatur ad nos, vt nostram infirmitatem roborat. Atq; Malaleël, cuius interpretatio est laudans Deum, quia diuinis laudibus in excelsis vacat. Necnō & Cainam, qui dicitur possessio eorum, quoniam pater & filius & spiritus sanctus, qui sunt vnus Deus, possident illum in caelestibus. Et Enos, qui violentus interpretatur, quoniam violentia nimie virtutis suæ regnū cælorum rapuit, quod à diebus Ioannis Baptistæ vim patitur & violenti diripiunt illud. Atque Seth, cuius interpretatio est positus vel positio, quia nunc in regno illo supernæ beatitudinis à quo diu exulauerat est positus. Interpretatur etiam semen vel resurrectio: quia feminatum est corpus eius animale, sed surget idem corpus ipsius spirituale. Ad vltimum in superiori ponitur Adā, qui interpretatur homo: quia his profectuū gradibus fidelis quilibet promotus, & corporis etiam resurrectione innouatus, summam perfectionem illam consequitur quam homo vel habuit, vel habere potest, vt tunc perfectus sit homo & idoneus iam inseparabiliter adhære Deo. Vnde & in summo cacumine super omnia Deus ipse ponitur, vsque ad quem gradus scalæ generationis describuntur, ibique finiuntur: quia ibi finis est nostræ perfectionis vsque ad quem tendimus, vt in ipso sine fine quiescamus. Ibi enim est sufficientia bonorum omnium: quia tunc Deus est omnia in omnibus, vt nulli sit opus vltra quicquam querere. Locus autem præmissus quem de martyre nūc interpretati sumus, itelligi potest & de eo perfecto qui non per martyrij passionem ex hac luce migrat, neque enim omnes perfecti ferro perimuntur. Nam Lamech interpretatur humilis vel humiliatus. Mathusale verò mortuus est, & interrogauit. Enoch autem dedicatio & Iareth descendens. Solètque frequenter euenire,

vt qui diu laudabilibus virtutum operibus insudat, inanis gloriæ typo moueatur, vt exterius gloriari de virtutibus incipiat. Et ideo nūc iste post tot laudabiliter acta dicitur humilis: quia quanto magnus est humiliat se in omnibus, & ab omni vitio iactantiæ vel superbiæ fit alienus. Et qui seculi gloriam sic abiecit, mortuum se mundo esse comprobauit. Exemplōq; talis suæ mortis cæteros interrogat, quis eorū sic mūdo mori appetat. Et hinc sequitur dedicatio: quia iam per contēplationem in supernis dedicatur. Et inde fit descēdens, quia vt ceteros ad ea que sursum contēplari solitus est eleuet, ad eorum ima piē descēdit, iuxta illud Apostoli, Siue mēte excedimus deo, siue sobrii sum⁹, vobis. Duo nomina quæ sequuntur, id est, Malaleel, cuius interpretatio sonat laudans deū, & Cainam qui dicitur possessio eorum, iudicant mysticè quid agatur in illa contēplationis dedicatione, & ad proximos descensione, quia videlicet ibi deum laudat, & hic possidetur ab illis quorum vtilitatibus seruit. Sequitur & Enos, cuius interpretatio est desperatus, quia spem in temporalibus & caducis habere contempsit, iuxta illud beati Iob, Desperavi nequaquam vltra iam viuam. Mortuus enim mundo, non habet iam spem in eo. Deinde venit Seth, qui dicitur positio vel resurrectio: quia nunc ponit corpus quod in fine resurget. Et tunc erit perfectus homo, reformatus in antiquum & meliorem statum, sicut cōsequēs insinuat Adam, qui interpretatur homo, & primus fuit conditus, sicque iam sociabitur deo, vt ei perpetualiter inhærens viuat in ipso. Ob hoc enim se dei filius misericorditer humiliavit, vt vsq; ad hanc celsitudinem suos qui lapsi fuerant exaltaret, & ex gradibus generationum per quos ceciderāt, fecit eis gradus virtutū per quos ascenderent. Quos scilicet gradus in nominibus patrū, vt ostensum est designatos, vnusquisque proficientium iuxta modum suū ascendit, & aliquid de singulis virtutibus assequitur, sed tanto fortius & gloriosius ad deū peruenit, quāto verius ac perfectius in his profecerit, tātoq; rursus tardius ac difficilius ad eum peruenit, quāto remissius ac negligētius in his egerit. Posset autem de vnoquoq; gradu vel nomine proluxa fieri loquutio, sed cauendum erat fastidium, & relinquendū eis qui sciunt ex paucis multa dicere, vnde possent & ipsi tractare. Nā & multas ipsorū nominū interpretationes quas similiter proferre quiuissimus prætermisimus, multasq; alias adhuc esse quarum notitiā necdū attigimus non dubitamus, quæ suos habent mysticos sensus. Et ideo nihil perfectionis in obseruatione iustitiæ consequi possunt homines dei, quod in hac genealogiæ scala figuratim nō sit expressum. Sed & brauiū ad quod per eā tendunt, ipse deus sursum in fine positus est. Principiū verò profectus vel ascensionis huius de qua tractatum est, dominus in seipso statim nobis indicauit, de quo subiunctum est. Iesus autē plenus spiritu sancto, regressus est ab Iordane. Nō autem dicitur afflatus spiritu sancto, sed plenus, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. non enim ad mēsurā dat deus spiritum ipsi, videlicet Christo. Nā cæte-

**A** cæteris sanctis dat eum ad mensuram, huic autem immensurabiliter, id est, totum ipsum immensum spiritum. Neque primum impletus est spiritu sancto, sed ex quo cœpit in vtero virginis concipi, semper in eo totus mansit spiritus sanctus. Sed idcirco nūc illo plenus fuisse dicitur, quia nunc cœpit operibus declarare plenitudinem eius in se manere. Et sic regressus est ab Iordane, quia regnum principis mundi aggressus est destruere à baptismo, regnumque suum in orbe nouum construere. Nam & quilibet fidelis eius acceptio in baptismo spiritu sancto regreditur ab Iordane, cū à lauacro rediens, aduersum seculi vitam, in quibus antè conuersabatur pugnam inchoat. Ab Iordane enim regreditur, qui à baptismo ad certamen contra relictas mundi tentationes properat, vt his deuitis coronā vitæ mereatur per ipsum mediatorem Dei & hominum, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

**B** Secundum Lucam. Cap. II. D.

*Nillo tempore: Postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi, tulerunt illum in Ierusalem vt sisterent eum domino, sicut scriptum est in lege domini: quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum domino vocabitur. Et reliqua.*

Præclaram huius diei festiuitatem celebrantes, gratulemur super beneficiis in ea nobis diuinitus concessis. Nam neque virgo quæ de sancto spiritu concipere digna fuit, neque filius quem ita genuit purgatione indiguit, sed in eorum purgatione nostram purgationem Deus præparauit, ac præfigurauit, qui multis fordibus infecti, multimoda purgatione indigemus. Quæ igitur de domino nunc historialiter in euangelica lectione narrantur, de nobis spiritualiter intelligantur: quia si membra vel corpus eius sumus, ipse in nobis est, & quæ de nobis fiunt, & de illo fieri rectè dicuntur. Nam & corpus Christi quod est ecclesia, vocatur Christus Apostolo dicente: Sicut corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis, cum sint multa vnum corpus sunt, ita & Christus. Vnde patet quia simul & vniuersi fideles cum capite suo, sunt Christus. Quod & ex multis aliis scripturarum locis, probari potest. Cum ergo de purgatione Christi loquimur, ad illam eius partem quæ purgatione indiget referamus, id est, ad corpus. Itaque vel ad corpus, vel ad quodlibet membrum eius mysticè referatur, quod nunc historialiter de capite legitur: quia postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi, tulerunt illum in Ierusalem vt sisterent eum domino. Dies enim purgationis populi fidelium vel ecclesiæ, id est, corporis Christi implentur quidē

quotidie dum vnusquisque eorum magis ac magis purgari atque mundari iugiter satagit, sed impleti nō erunt ex toto nisi in fine seculi. Finis tamen seculi est vniciue hora obitus sui, & qui mundatus à peccatis omnibus in obitu suo repertus fuerit, impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi. Nam quadraginta diebus secundum legem fiebat ista purgatio, & quadragenarius numerus, vel spacium quod est vsque ad finem seculi, vel tempus vitæ vnusquisque nostrū significat. Expleto igitur tali quadragenario, impleti erunt dies purgationis vel ecclesiæ vel cuiuslibet iustorum. Ita enim lex loquitur: Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, iuxta dies separationis menstruæ, & die octauo circuncidetur infantulus. Ipsa verò triginta diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Omne sanctum non tanget, nec ingreditur sanctuarium, donec impleantur dies purgationis eius. Et quæ est ista mulier, nisi electorum ecclesia vel prædicatorum persona. Hæc enim suscepto verbi dei semine parit ex eo masculum, id est, per prædicationem spiritualiter gignit sortem & nouum populum electorum. Dies quadraginta purgationis eius qui diuiduntur in septem, & triginta tres si separatim exponantur, possunt ob confirmationem bis id ipsum significare, quod coniuncti semel significant. Nam ista mater cum sua prole est immunda septem diebus: quoniam sancta ecclesia vel prædicantium persona, cum his quos in fide genuit, non est absque aliqua sorde peccati, toto tempore præsentis vitæ quod septem diebus agitur. Videt enim aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ. Et inde manet immunda, iuxta dies separationis menstruæ: quia sicut menstrua separatur à conuentu mundorum in diebus immunditiæ suæ, sic & ista separatur à conuentu angelorum in diebus mortalitatis suæ. Mēstrua enim aliena carne nō tangitur, sed fluxu immunditiæ suæ polluitur, & significat animam, quæ nō actu, sed cogitatu sordido latenter inquinatur. Sic & sanctorum ecclesia vel electa anima dum in carne peccati viuunt, quanuis non opere tamen cogitatione peccati multotiens fordidatur, & ideo beatorum societate angelorum adhuc indigna iudicatur. Octauus autem dies in quo circunciditur infantulus, dies est baptismatis in quo Neophytus quisque exiit labe primæ generationis, & ascendens de lauacro fit particeps resurrectionis CHRISTI, quæ die octauo mundum illustrauit. Nam propterea diem octauū quo paruulus circunciditur non ad tempus externæ resurrectionis omnium, sed ad resurrectionem Christi, id est, ad baptismum cuiuslibet nostri retulimus, quia ipse paruulus postquam erat circūcisus nō ingrediebatur sanctuarium nisi impletis diebus triginta tribus, sicut & vnusquisque nostrum licet sit baptizatus non tamen supernæ beatitudinis templum ingredi valet, nisi decurso mortalitatis vitæ spatio quod per dies triginta tres designatur. Totus enim hic numerus ex ternariis constat, & fidei tempus significat. Cū filio igitur circunciso manet triginta

al. Iareth.

Matt. II. b

1. Co. 15. f

1. Co. 5. c

Iob. 7. c.

M

1. Cor. 12

Colo. 2. b

Ioan. 3. d.

Quadragenarii numeri significatio

Leui. 12.

E

Rom. 7. d

F

Dies purgationis quotidie impletur

**G** ginta tribus diebus, mater in sanguine purificationis suæ, quia cum quolibet electo baptizato sancta mater ecclesia, quandiu per fidem ambulat & non per speciem, non potest ex toto mūdari à sanguine purificationis suæ, id est, à peccato quo se iugiter purgare studet, & ad perfectum nequit dum adhuc mortale corpus gerit.

**Psal. 142** Vnde Psalmista: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Et Salomon: Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum & non peccet. Et discipulus ille quem diligebat Iesus: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Sed & Iacobus: In multis offendimus omnes. Cōstat ergo quia omnes qui in carne peccati viuunt, peccati fordem ad purum exuere nō possunt. Vnde adhuc de ecclesia matre subditur: quia omne sanctum non tanget, illud videlicet perfectissime puritatis quod habent angeli, nec ingreditur sanctuarium, subauditur patriæ cælestis, donec impleantur dies purgationis eius, id est, donec peractum sit ei tempus vitæ mortalis, in quo purgatur assidue sed perfectionem purgationis in eo non assequitur. Tanta quippe est, & tam perseverans inquinatio quam immūdus spiritus humano generi per Euam infudit, vt ex toto purgari nequeat, nisi cū vitæ mortalis aut seculi terminus aduenerit. Sed sicut per Euam venit inquinatio, sic per Mariam reuertitur emundatio. Tunc autem erit purgationis & emundationis perfectio, cū iusti in resurrectione triūphantes dixerint: Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus enim mortis, peccatum est. Talibus itaque modis implentur dies purgationis populi Dei, secundum legem Moyfi. Sed cuius dies purgationis sic impleti fuerint, deferent eum angeli in supernam Ierusalem, vt sistant eum domino mansurum ibi perenniter coram eo. Et hoc fiet [sicut scriptum est in lege domini: quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum domino vocabitur.] Scimus enim quia lex spiritalis est, & spiritaliter loquens, spiritalē vuluam significat & spiritalē masculum. Hic nanque masculus est fortis ac nouus, electorum Christianorum populus, vel vnusquisque eorum. Et quoniam ecclesia secundum Isaiam diu sterilis fuerat, iste populus ex ea spiritaliter nascens, aperuit vuluam eius, id est, genitale secretum ipsius, vnde nemo taliter antea natus fuerat. Omne verò significat vniuersalitatē quod hic ponitur cū dicitur ante masculinum: quia populus iste catholicus est, & omnes electos in se continet. Hic ergo spiritalē ecclesiæ vuluam, sicut diximus aperiens, vocabitur sanctus domino, id est, vocabulum & laudem sanctitatis in regno supernæ beatitudinis obtinebit, vt in omni sanctitate beatis æquatus angelis, perenniter assidat conspectui gloriæ creatoris. Et ideo Christus dominus & sanctissima ipsius genitrix purgationem legis obseruabit, vt omnes quos membra sua nouerat futuros, ita purificaret vt hanc gloriam peruenire dignos faceret. Ipse enim vt & supradictum est, aut virgo mater eius purgatione non eguit: quia spiritus sanctus eam ab initio iam purificauerat, & ille tam

mundam eius vtero carnem sibi creauit, vt per eam efficiat suorum carnem ita mūdā vt sunt angeli, sed & animā ibi tam sanctam assumpsit, vt peream reddat animabus omnium suorum illam sanctitatem quæ manet in angelis. Sed quoniam ipse in suis est, quod agitur de suis vt & præmissum est dicitur agi de ipso, quia ipsi sunt corpus eius. De quo scilicet corpore, subiungitur. [Et vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini, par turturum, aut duos pullos collumbarum.] Nam tulerunt eum in Ierusalem, vt sisterent eum domino sicut distulerunt, & vt darent hostiā pro eo, iuxta id quod dictum est in lege domini, par turturum, id est, parem castitatem corporis & animæ eius, aut duos pullos collumbarum, id est, carnis & cordis eius patiētiam. Turtur enim castissima avis est, & viuo ac mortuo socio indissolubilem fidem conseruans: columba verò felle & amaritudine caret. Ideoq; par turturum designat castitatem interioris & exterioris hominis, ac duo columbarum pulli, patientiam foris ostensam & intus in mente seruata. Offerunt igitur angeli hostiam secundum legem, id est, par turturum, vel duos pullos columbarum, pro sanctorum populo vel pro quolibet electo quem exhibent deo, cū merita castitatis eius quæ corpore de corde seruauit, aut patientiæ quam intus & foris custodiunt, representant domino. Castitas verò magis ad confessores, & patientia plus pertinere videtur ad martyres. Et quia nullus electorum est, qui aut in ordine confessorum, aut in ordine martyrum non computetur: ideo ad hostiam populi dei sufficit par turturum, aut duo pulli columbarum. Per pullos enim columbarum potius quàm per columbas hoc loco potentia designatur: quia qui sicut oportet patiētiam custodiunt, hi apud se paruuli & infirmi sunt, & maiores imitando iugiter crescunt. Totum ergo simul populum electorum completa generali resurrectione deferent angeli gaudentes in supernam Ierusalem, cum hostiis bonorum operum, vt sistant eum domino, & ab ascensione redemptoris non cessauerunt eum in singulis qui migrant illud deferre, quando impleti sunt dies purgationis cuiusq;. [Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomē Simeon. Et homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israël, & spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum domini. Et venit in spiritu in templum.] Homo iste sanctum Israëliticæ gentis populum designat, qui aduentum redemptoris diutius expectauit, & ab eo de miseris exilij huius liberari sperauit. Vnde & Simeon vocatur, quod est audiens tristitiam: quia populus ille fidelis tristitiam expulsionis suæ de paradiso, & amissionis æternalium bonorum per scripturas audire consueuerat: ideoque super his consolationem diuinitus sibi venturum expectabat. Alia interpretatio Simeonis est exauditio: quia populus Hebræorū exaudire solebat Deum iubentem, vt Deus eum exaudiret orantem. nō enim est nunc sermo, nisi de electa parte eius. Propter quod & homo dicitur, quia vti ratione

**A** ratione nouerat, in cognitione diuinorum & in exquisitione euasione huius miseræ. Et hic erat in Ierusalem, hoc est, in ciuitate magni regis per quam iurare prohibemur, in ciuitate Dei quæ est ecclesia. Ierusalē enim, & supernæ beatitudinis regnū vt suprà diximus significat, & ecclesiā iustorū adhuc in terris peregrinantium. In hac ergo Ierusalem hoc est in numero fidelium erat iam diu populus Hebræorum, quando puer ad templum portabatur, hoc est, in exordiis apostolicæ prædicationis, quando per christum patefacto cælorum ingressu nouellus Christianorū populus in suis qui de hoc seculo migrabant deferebatur iam illuc per angelos. Nam electus ille Hebræorum populus tã diu perseuerauit, donec gratia noui testamenti per novos doctores vbique prædicari cœpisset, & multi credentium patriam æternæ felicitatis transitu beato intrarent. Et homo iste per quem mysticè populus ille sanctus intelligitur, iustus erat, quia idem populus Deo seruies quæ Dei erant, Deo reddebat. Iustitia enim dat vnicuique quod suum est, & Dei est humana natura, vt eius voluntati deseruiat, ideoque iuste agit omnis homo qui obtemperat Deo. Et timoratus erat ipse populus, quia vel timore legis vel timore charitatis, Deum metuebat. Sed & consolationē Israël expectabat, quia sollicitus præstolabatur inter pressuras huius exilij, quando populum suum dominus aduentu suo consolari dignaretur. Nam & spiritus sanctus erat in eo quia iustificari per legem non valuisset, nisi occulta sancti spiritus gratia per Christi fidē eum iustificasset. Et responsum acceperat à spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum domini, quia hoc eius desiderijs & orationib; cælestis inspiratio reuelauerat, quod in fide victurus esset, nec mortem perfidiæ subiturus, donec videret in carne præsentem deū à Deo præ suis participibus vnctum, qui participationē ipsam & in vocabulo demonstrarent, vt à Christo Christiani vocarentur. Et venit in spiritu in templum, quia quo omnes iusti post resurrectionem in suis corporibus vèteri sunt, illuc ipse spiritu per contemplationem & propheticam visionem frequēter venit, intrans scilicet in sanctuarium Dei & intelligens in nouissima. Et cū adducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo, & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum & dixit: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace: Quia viderunt oculi mei, salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorū: Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël. Puerum Iesum iuxta quod superius tractatum est, intelligere debemus in nouo credentium populo: quoniam ecclesia est corpus eius & omnes sancti membra ipsius. Ideoque quod de capite narratur, de corpore vel membris nunc intelligatur. Ad hoc enim spectat, & quod ipse dicturus est. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Itaque puer Iesus si nunc accipiatur, ac si diceretur nouellus Christianorum populus. Sed qui sunt parentes eius nisi angeli? Nam & ipsi quādam spiritalis

consanguinitatis parentelam se demonstrat habere nobiscum, vbi nos fratres suos in Apocalypsi vocant, dicendo: Proiectus est accusator fratrum nostrorum qui accusabat illos ante conspectū Dei nostri. Hi ergo parentes inducunt nostrum puerum, sicut & superius declaratum est in cælestis sanctuarij templum, vel in obitu singulorum, vel in resurrectione omnium. Et hoc, vt faciant secundum consuetudinem legis pro eo: quia ritu legis, expleta purgatione præsentant eum domino cum bonorum oblationibus meritorum. Vel isti parentes intelligi possunt sancti prædicatores. Qui quoniam in Petro claves regni cælorum acceperunt, aperiunt illud nouo fidelium populo, & in templum eiusdem regni cælestis eum inducunt, dum absoluunt eum & benedicunt, atque rogant vt hinc migrans illuc suscipiatur. Et hoc agūt vt ritum legis expleant, quia taliter eum suis orationibus in illud beatitudinis sanctuarium inducunt, vt sicut lex decreuerat expletis in fine diebus purgationis sistant eum domino cū oblatione meritorum eius. Potest etiam puer iste qui in templum inducitur, illos nunc significare, qui ad fidem veniebāt in ecclesiam adduci, accepit eū & ipse Simeon in vlnas suas, hoc est, & ipse religiosus Hebræorum populus vlnis charitatis amplexus est eum sicut dilectissimum. Amplexio quippe charitatem, & vlnæ fortia designant opera: ideoque in vlnas suscipere, est robustis operibus dilectionis amplecti. Taliter ergo suscepit eum in vlnas suas, hoc est, in brachia portans eum in fortibus magnæ charitatis operibus, & benedixit Deum, qui sibi præsentem ostenderat nouæ gratiæ populum, ingredientem iugiter regni cælestis habitaculum, & ait: Nūc, id est, post datam gratiam, dimittis domine seruum tuum in pace, id est, relaxas de ergastulo præsentis exilij me, qui sub legis seruitute præmebar, vt iam ad cælestis habitationis patriam in pace transeam, ligato per Christi trophæum mortis principe, secundum verbum quod mihi dixeras de aduentu gratiæ. Quia ecce iam vel in se, vel in suis, viderunt oculi mei salutare tuū id est, Iesum tuum qui salutaris siue saluator interpretatur, & qui missus est à te mundum saluare. Quod scilicet salutare, parasti ante faciem omnium populorū, vt ab omnibus populis qui sunt in orbe videri facias oculis fidei saluatore mundi. Parasti, inquam eum lumē ad reuelationem gentium, vt splendore claritatis eius fugentur tenebræ, quibus velabantur corda gentilium ne illustrarentur diuina cognitione, & gloriam plebis tuæ Israël, vt ipse sit gloria plebis Israëliticæ credentis quæ semper tua fuit.

**Iac. 3. a.**  
**Leui. 12. a.**  
**Per Mariam emundatio.**  
**Ose. 13. d.**  
**1. Cor. 15. 8.**  
**Rom. 7. c.**  
**Masculus spiritus uulua.**  
**Isai. 54. a.**

**Leu. 12. b.**  
**Turtur.**  
**Columba.**  
**Omnes electi aut confessores aut martyres Pulli columbarum.**

**Per legē nouerat iustificatio.**

**Mat. 25. d.**

**Simeon homo dictus**

**Apo. 12.**

**Vlnæ Simeonis.**

**Magna**

**G** Magna enim gloria est Hebræis credentibus, quod ex eorum genere carnem assumpserit deus. **Qui** & gentes per fidem suam illuminavit, dicens: Ego lux in mundum veni, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Vnde pulcher ecclesiæ mos inoleuit, ut fideles in hac celebritate cereos siue candelas offerant. Nam quia Christus hodie in templo est oblatus, ipsi mystica oblatione sua hoc ipsum representant, dum singulis recurrentibus annis ad domum Dei cereos in hac die portant. Cereus enim vel candela, Christum significat. Et quia vnusquisque deuotus ad hanc solennitatem veniens, CHRISTVM lumen verum affert in pectore, ideo conuenienter cereum præsentat in oblatione. In cereo quippe tria offeruntur, cera, lichnus, & flamma: cera quam apis virgo confecit, significat Christum carnem quam virgo Maria genuit, interior autem lichnus animam, flamma verò superiorè diuinitatè. Nec inueniri aliquid in creatura potest, quo cõgruentius significaretur Christus. Sed & hoc auget decus festiuitatis huius, quod ad eam prout decuit versa est gloria magnæ processions illius, quam in isto mense qui Februarius, id est, purgatorius dicitur, agere solebant Romani veteres, anno quinto ciuitatem lustrantes, id est, circumeuntes, & ut putabant à peccatis, quæ per quinquennium illud commiserant purgantes. Lustrare enim, & circuire significat & purgare. Et hæc nostra festiuitas est purgationis, ideoque competeter ad eam tráslata est processio purgationis, quanuis lõge dissimiliter fiat à nobis quàm fiebat ab Ethnicis. Et lectio igitur euangelica & festiuitas & tempus eius, purgationè significat, ut per hæc omnia nos qui purgatione indigemus purgari mereamur, cooperante Christi gratia, cui cum patre & spitu sancto omnis honor & gloria, & antequam mundus esset & nunc & in omnia secula seculorum. Amen.

LECTIO SANCTI EUANGELIJ SECUNDUM IOANNEM. Cap. X. B.

**I** N illo tempore: Dixit dominus Iesus: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propria, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit & dispergit oues. mercenarius fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. Et reliqua.

Quia plerique sibiipsis non attendentes, nec sua vitia considerantes, gaudet in huius lectionis tractatulo, quæ vel audire lacerationem vitæ pastorum ecclesiæ. nos aliam eius fecimus expositiunculã quæ nos ad intima nostra reuocet, ut nullus mordere vitam præpositorum quam CHRISTVS per seipsum discussurus est

audeat, sed magis vnusquisque talis esse studeat, K qualem, approbando lectio demonstrat, & mala quæ reprehendit caueat. Loquitur autem dominus Phariseis, qui se cæcos non esse iactabāt, & in eorum typo cæcitatem omnium pseudo religiosorum denotat. Ea verò quæ loquitur: sic nunc intelligamus, ut non ad ipsum caput, sed ad aliquod eius membrum referantur. Nam sæpissime in scripturis verba domini primo ad ipsum dominum referuntur: & deinde ad ecclesiã quæ est corpus eius, vel ad aliquem electorum qui est membrum eius, velut cum dicit: Iudica domine nocentes me, expugna impugnantes me. & his similia. Nunc igitur ista quæ loquitur, sic intelligi volumus, tanquam si ea quis sanctorum eius loqueretur. Ait enim: Ego sum pastor bonus. Et vnusquisque nostrum debet esse pastor, non qualiscunque, sed bonus: quia gregem ouium, id est, mundarum & innoxiarum cogitationum atque virtutum habet, quem pascuis scripturarum pascens nutriat, & quem velut de eo rationem redditurus domino, custodiat. Talium ouium idoneus pastor erat sanctus Dauid, quando in regem vnctus est, ut qui bene suos mores & seipsum regere noverat, rector aliorum fieret. Talium ouium sanctus Iob septem milia possidebat: quia perfectè virtutibus septiformis gratiæ ditatus erat. Sunt verò nonnulli, qui bona quæ faciunt, nequaquam sensibus & regulis eloquiorum Dei pascunt, sed iuxta quod eis rectum videtur nutriunt. Et hi profecto boni pastores non sunt: quia greges actionum suarum non bene pascunt, cum scriptum sit, discite benefacere. Bonus verò pastor animam suam ponit pro ouibus suis: quia præsentem vitam suam quæ appellatione animæ designatur, in afflictionibus ponit, hoc est, spontanea voluntate cruciat, pro vtilitate spiritualium suarum virtutum & bonarum actionum. Mercenarius autem & qui nõ est pastor, cuius non sunt oues propria, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit. Et lupus rapit & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. Dictum erat de eo qui laudabiliter agit, dicitur & de illo qui segniter viuit, dictum inquam fuerat de pastore qui non recusat pro ouibus animam ponere, dicitur & de mercenario qui non audet lupo resistere. Nam mercenarius est, qui pro mercede temporalium rerum agit bona, qui non gratis Deum colit, qui pro his quæ religiose videtur operari, quærit in hoc seculo præmium vel laudis vel muneris. Et iste non est pastor: quia oues actionum suarum non pascit scripturarum pascuis, ut eo modo vel studio quo sacra eloquia docent agat illas. Cuius non sunt oues propria: quia virtutes quas in seipso custodire videtur ab eo sunt alienæ, dum eas ob transitoriam retributionem seruat, & non quasi proprias amat. Hic ergo qui in prosperis sic agebat, audiamus in aduersis quid faciat. Videt lupum venientem, & dimittit oues: quia vel in homine peruerso, vel in tribulationum procella surgente, sentit adesse bestiam quæ bonorum operum oues quærit deuorare,

**A** norare, id est, diabolus, qui tentationibus aduersitatum nititur ouile virtutum extinguere. Et qui prius ideo bona faciebat, ut mercedem pro his in præsentem reciperet, nunc autem pro ipsis imminere sibi aduersa considerat, dimittit oues, relinquit virtutes quas seruabat, deserit bona quæ faciebat, ne pro ipsis mala sustineat & fugit, hoc est, aduersitati se subducit. Non enim tam loco quàm operum immutatione fugit. Et lupus rapit, quoniam diabolus ea meritorum bona quæ videbatur habere tollit. Et dispergit oues, quia dissipat eius actiones, ut omnia quæ iam fecerit, sint incomposita & incongrua & dissidentia. Mercenarius autem non resistit lupo, gregem suum ita deuoranti sed fugit: quia ille qui virtutum aut religiosarum actionum ouile non propter ipsas virtutes, sed propter lucra temporalia seruabat, recedit ab earum tutela, & relinquit eas in ore deuorantis, ne periculum sentiat aduersitatis. Qui propterea sic fugit, quia mercenarius est, id est, quia virtutum opera propter emolumentorum carnalium mercedes seruare consueuerat, & non pertinet ad eum de ouibus, quia non sunt eius virtutes vel actiones quas custodit, sed lucra quæ pro his appetit, nec earum perditio mentem eius dolore tangit, quia non eas, sed mercedes diligit. Hucusque sermo diuinus peruersitatem eorum qui ficto corde sicut pharisæi bona gerunt, sub vnus typo denotauit, & post hæc denuo puritatem eorum qui perfecto corde bona faciunt describere incipit, dum voce cuiuslibet talium dicit: Ego sum pastor bonus. Achi dicat: Ego bene pascō, & germana sollicitudine custodiens nutrio, oues bonarum cogitationum atque virtutum mihi diuinitus traditarum. Et cognosco meas oues, id est, non negligo, sed diligo meas virtutes, & cognoscunt me meæ, id est, velut dilecto mihi adhærent, nec à me vel in aduersis separantur. Eum nanque cognoscunt virtutes, qui non sit eis incognitus per aliquas vitiorum perpetrationes. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, quia sicut cælestis ille pater dilexit me propter me, id est, propter meam salutem, & non propter aliud, ita & ego diligo eum propter eum, & non propter aliud. Nam nec ille aliud quæsiuit pro hac dilectione nisi me, nec ego aliud quero pro hac dilectione nisi illum. Hinc est quod & in epistola sua Ioannes ait: Quia sicut ille est, ita & nos sumus in hoc mundo. Sicut enim non æqualitatem nunc significat, sed similitudinem: quia non loquimur de redemptore, qui secundum diuinitatem æqualis est patri, sed de redempto qui membrum est redemptoris. Qui scilicet redemptus, subiungit: Et animam meam pono pro ouibus meis. Id est, temporalem vitam humilio in laboribus & expendo, ut oues virtutum & actionum mearum non amittam, sed multiplicem & foueam. Quia verò post actiua vitæ labores, iustus ad contemplatiua suauitatem proficere solet, aptè subiicit. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili. Id est, virtutes theoricæ dulcedinis, quæ non sunt ex grege virtutum practicæ exercitationis. Alias enim virtutes habet iustus

in actiua vita, & alias in contemplatiua. Et illas, inquit, quæ sunt contemplationis, oportet me adducere ad ima meæ possibilitatis, ut in conuersatione mea sociem illas his quæ sunt actionis. Et vocem meam audient, quia fermonem voluntatis meæ facient, hoc est, nutum cordis mei sequentur. Nam & cor habet suam vocem, suamque loquutionem. Et fiet vnus ouile de virtutibus vtriusque vitæ, & vnus pastor fiet vtrarumque, meus scilicet animus, qui in vtrarumque custodia sit sollicitus. Hæc itaque si quis diligenter attendat, & vtrum ipse sic egerit vel non egerit inspiciat, desistet lacerare vitam pastorum ecclesiæ.

LECTIO SANCTI EUANGELIJ SECUNDUM LUCAM. Cap. XIII. D.

**I** N illo tempore: Dixit dominus Iesus: Homo quidam fecit cenam magnam, & vocauit multos. Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis ut venirent: quia iam parata sunt omnia. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Et reliqua.

Homo iste est mediator Dei & hominum, homo CHRISTVS IESVS. Magna eius cœna est, noua spiritualis scientia, quam ad vltimum per se & per apostolos, ac per expositores scripturarum nobis copiose dignat⁹ est dare, ut animas nostras spiritualibus delitiis signaret. Addit & aliud seruum, dum mentes nostras amore suo delectabiliter pascit. Addit & tertium, dum nobis suæ diuinitatis visionem inter angelos perenniter tribuit. Hæc est eius cœna quam suis parauit, & ad quam multos vocauit, Iudæos scilicet & gentiles de toto orbe, sed primo Iudæos, deinde gentiles. Hæc enim cœna per conuiuium illud designata est, quod Assuerus tertio anno regni sui fecit optimatibus & amicis suis, ac dehinc ad illud omnem populum qui in suis repertus est inuitauit. Nam Assuerus mysticè CHRISTVS est, tertius annus tertium tempus est. Primum enim tempus fuit ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia. In hoc rex regum, exhibuit conuiuium suum. Optimates & amici sunt apostoli, & qui de Iudæis primo crediderunt. Populus de tota vrbe inuitatus est, multitudo gentium de toto orbe vocata: quoniam ciuitas vel mundum vel gentilitatem designat. Misit itaque dominus iste seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis ut venirent: quia iam parata sunt omnia. Seruus est ordo prædicatorum. Hora cœnæ, extrema ætas seculi, de qua beatus Ioannes loquitur: Filioli, nouissima hora est. Hæc enim hora est, spatium temporis ab aduentu domini vsque ad finem seculi, in quo scientia spiritalis est reuelata, & gratia sancti spiritus effusa & regna cælorum aperta. Ideoque dicitur, quia iam parata sunt omnia. Nihil enim restat nisi

1. Io. 4. d.

Mercenarius pastor.

1. Ti. 2. b.

Triplex seruum cœnæ dominicæ.

F

1. Io. 2. e.

nisi



**G**nisi vt quisque dignum se præparet & veniat, & his omnibus persuatur. Tunc autē primo seruum suum dominus misit vt inuitatos vocaret, quando suis discipulis ait: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israël. Israëlitas enim iam inuitauerant ad hanc cœnā, & patriarchæ & Moyses & prophetæ. Illi autem, nec tunc nec modò voluerūt venire, sed cœperūt omnes simul excusare. Primus Dixit: Villam emi, & necesse habeo exire & videre illam. Rogo te habe me excusatum. Iste primus gerit personam potentum seculi, qui villas & castella sibi vendicāt, vt super cæteros potestatem exercent, & honorabiliores atque ditiores sint ceteris. Et hi sua intima deferentes exeunt animo foras ad exteriores curas, & quibusdam necessitatū vinculis retinentur, ne ad interiora redeant, sed villas & possessiones suas semper videant & de his cogitent, ac in his delectabiliter teneantur, ideoque cœnā dei negligant. Talibus autem si quando prædicatores persuadent meliora, promittunt se facturos quod eis præcipitur, sed impedimento obiciunt, excusationem opponunt, & vt ipsi pro eis Deum præcentur exorant. Hoc autem quid est aliud dicere, nisi rogo te habe me excusatum? Et multi tales erant in Iudæa quādo dominus hæc loquebatur, sed hi qui nunc sunt Iudæi, quia villas non possunt, pecunias acquirunt. Et alter dixit: Iuga bouum emi quinque, & eo probare illa. Rogo te habe me excusatum. Iste significat illos Iudæorū, qui magis dediti sunt carnali studio legis. Quinque enim iuga bouum, quinque sunt libri Moysi, deprimente graui seruitute illos qui sub se carnaliter sunt positi. Hos autem libros Iudæi emerunt, quia pro his circumcisi, pro his decimas & primitias & sacrificia offerunt. Hos tamen nondum probatos habent, quia nondum eos intelligunt. Si enim eos intellexissent, nullam excusationem prætendissent, sed ad cœnam iam venissent. Sed quia eos non intelligunt, dum eos venerari se simulant suam iustitiam quærentes statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Et alius dixit: Vxorē duxi, & ideo non possum venire. Per hunc designatur illi qui se luxuriæ, carnisque voluptatibus per omnia subiciunt. Qui excusari non quærunt, quia solam hanc vitam diligentes, aliam paruipeudent. In his vitam tribus qui venire ad cœnam noluerunt, designati sunt omnes qui ad eam venire negligunt. Et in horum typo, Iudæi cœnam hanc adire noluerunt. Et reuersus seruus nunciauit hæc domino suo. Vnde Isaias Domine quis credidit auditui nostro? Tūc iratus pater familiās, dixit seruo suo: Exi citò in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, cæcos & claudos introduc huc. Iudæis venire nolentibus, iratus est dominus, quia non vltra per suos prædicatores monuit eos vt conuerterentur, sed ex toto reliquit eos in sua malitia mundans nubibus ne super infructuosam vineā pluerent, id est, præcipiēs apostolis ne Iudæa prædicarent. Magna enim ira dei est, peccatores ad pœnitentiam non vocare, sed in peccatis vsque ad mortem relinquere. Sic iratus est Iudæis ad

cœnam venire & credere nolentibus, & gentes K intuitu misericordiæ respexit. Vnde ipsis Iudæis Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quia repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Ciuitas autem in hoc loco gentilitas intelligitur, muris disputationum & argumentorū atque potestatum secularium munita. Vnde & per Psalmistam dominus ait: Quis deducet me vsque in ciuitatem munitam? Quis deducet vsque in idumeam? Christum enim ad peccatores ducit, qui eum peccatoribus prædicat. Qui quia rarus est, ideo dominus ait: quis deducet me? Messis enim multa, operarij autem pauci. Ciuitas verò sicut diximus est gentilitas, & ipsa est idumea, id est, terrena. Plateas autem & vicos ciuitatis, latitudines & angustias gentilitatis intelligamus. Ait itaque prædicatorum ordini: Exi citò in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, cæcos & claudos introduc huc. Ac si diceret: Festinanter ad exterarum nationes perge, & quos ibi vel amplitudine possessionum dilatatos vel angustia facultatum arctatos repereris, ad vitam introducere non moreris. Pauperes enim ac debiles, & cæci, & claudi erant gentiles, quia nec legis diuitias, nec virtutum fortitudinē quæ resistere possent diabolo, nec scientiæ lumen, vel illuminatos cordis oculos habebant, nec in via iustitiæ rectis pedibus incedebant. Qui tamen inuitati ad conuiuium CHRISTI, diuites spiritualiter & fortes facti sunt, & interius illuminati iam in via Dei non errant, sed recto tramite gradiuntur. Et ait seruus: Domine, factum est vt imperasti, & adhuc locus est. Vocauimus, inquit, iuxta præceptum tuum Iudæos & gentiles, & adhuc locus est vbi suscipiantur qui venire voluerint. Iste locus tunc complebitur, quando seculum hoc criminabitur. Adhuc enim quotidie mittuntur serui, adhuc ad cœnam veniunt fideles, aliis per baptismum, aliis per pœnitentiam festinantibus. Ait namque dominus seruo: Exi in vias & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea. Iam enim neque viæ, neque sepes, neque locus vllus, siue peruius, siue septus, siue manifestus, siue abditus relictus est, ad quem serui CHRISTI scrutandum nõ peruenierint. Qui igitur huic cœnæ defuerunt aut defunt, non seruorum negligentia, sed suæ hoc inobedienciæ deputent. Hæc autem terra inuitatio, magis ad nostrum tempus pertinet in quo crebrescunt aduersitates seculi, & ob hoc in ea dicitur compelle intrare. Aliquando enim nos mundus retraxit à deo, sed nunc tot tantisque malis plenus est, vt ipse nos iam mittat ad deum. Vnde & scriptum est de aquis diluuij. Vehementer inundauerunt, & leuauerunt archam in sublime à terra. Quid enim per aquas nisi tribulationes, & quid per archam nisi ecclesia figuratur? Aquis ergo inundantibus leuatur archa in sublime à terra: quoniam aduersis irruentibus separatur à terrenis cupiditatibus ecclesia vel fidelis anima, & cælo fit proxima. Sunt enim nonnulli qui in hoc mundo prospera quærunt, sed aduersa reperiunt, &

**A** & apprehendere temporalem gloriam conantur & nequeunt, & quo magis voluptates & opes vel honores appetunt, eò punctiones & ærumnas & abiectioes sentiunt. Hos igitur aduersa compellunt, vt ad Dei cœnam veniant. Sed quia in ipsis aduersis mens eorum stupore sic obduruit, vt intelligere nequeat mala que patitur, dum prædicator eis mala seculi, quibus affliguntur declarat, & quadam vi rationum & adhortationum cogit eos vt cælestia bona appetant, agit quod dictum est, compelle intrare. Sicque numerus electorum perficitur, & superna domus impletur. De illis autem qui venire cõtempserant, subditur: Dico vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam. Nemo eorū qui vocati sunt & venire noluerunt, gustabit internæ dulcedinis cœnam, nemo eorum simul cum sanctis ad æterni conuiuij epulas intrabit. Vnde & per prophetam illis dominus ait: Ecce serui mei comedent, & vos esuriētis. Ecce serui mei bibent, & vos sitiētis. Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini. Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus ululabitis. Sed & in euangelio loquitur ipse dominus: Qui venit ad me, non esuriēt, & qui credit in me, non sitiet vnquam. Simili sensu dictum est, & in Exodo: Viderunt Deum Israël, & comederunt ac biberunt. Quæ omnia nos vel terrere debent, vel accendere. Terrere ne contingat esurire & dolere cum reprobis, accendere vt mereamur epulari & gaudere cum electis. Quicumque enim huic conuiuii defuerit, tabescet in æternum fame & miseria & omnium bonorum inopia. Et quicumque interfuerit, satiabitur perenniter omnium bonorum plenitudine immensa. Nam esca iustorum est, præsens vultus Dei, qui dum sine defectu cernitur, sine fine mens cibo vitæ satiatur. Vnde & dictum est: Iusti epulentur & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia. Ibi de æternitatis societate lætantur, quique iam laqueos voluptuosæ temporalitatis euaserunt. Ibi hymnidici angelorum chori, ibi societas supernorum ciuium. Ibi dulcis solennitas, à peregrinationis huius tristi labore redeuntium. Festinemus igitur hoc intrare conuiuium, vbi cum electorum omnium societate festiuis gaudiis perpetim exulemus, eo largiente qui viuūt & regnat Deus in secula seculorum. Amen.

LECTIO sancti Euangelij secundum Lucam. Cap. XVI. A.

*N illo tempore: Dixit dominus Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam erat diues, qui habebat villicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum, & ait illi: Et reliqua.*

Hæc sacra lectio sub figura villici prius dis-

sipantis bona domini sui, & postea de bonis D ipsis vt ab eo laudaretur; prudenter agentis, ostēdit prauitatem & correctionem cuiuslibet præpositi ecclesiæ, qui in principis quidē non solum in se, sed & in subiectis disciplinam ac religionem debilitat, postea verò tam se quàm subditos nobiliter emendat. Homo, inquit, erat diues, & cætera. Homo enim iste, intelligitur mediator Dei & hominū, homo CHRISTVS IESVS. Qui & diues est, vtpote creator & dominus omnium. Villicus autem, à villæ custodia nomen accepit, eum significans cuius officium est in custodia & regimine ecclesiæ vigilare, sicut scriptum est: Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eā. Villicus ergo gubernatorem ecclesiæ designat. Sed plerumque contingit, vt is qui ecclesiam ad gubernandum suscepit, terrenis commodis inhians lucra spiritalia negligat, ac male viuendo prauis exemplis regionem in subiectis destruat. Sed talis quisque diffamatur apud dominum suum, quasi dissipator bonorum eius: quoniam ab angelis coram Deo recitantur opera ipsius, per quæ disciplinam in eis quos ad regendum suscepit, mala de se exempla præbendo dissipat. Annunciant enim Deo angeli nostra opera cuncta, nec non & orationes, nõ vt ipse discat quæ nesciebat, nihil enim quod ignoret: sed quia necesse habet rationalis creatura obtemperans Deo temporales causas ad æternam veritatem referre, siue petendo quid erga se vel erga nos fiat, siue consulendo quid faciat. Qui pius mentis affectus est, vt ipsa construatur, non vt Deus instruat. Nam & hæc quædam contestatio est rationalis creaturæ, quod nõ sibi ipsa sit bonum quo beata fiat, sed illud incommutabile: cuius participatione etiā sapiens efficitur. Hoc itaque modo diffamatus est apud dominum iste villicus. Quem vocauit dominus, vt ei rationem redderet: quia ipse in nouissimo per semetipsum facta præpositorum examinat, qui quotidie per præpositos actiones subditorum iudicat. Vocauit eum, quia per egritudinis molestiam ad mortem hunc vrgens, præsentari sibi per angelos fecit, ei que dixit: Quid hoc audio de te, scilicet quia de meis bonis non mea lucra quærīs, sed tua, & quibus prodesse debueras obes? Redde rationem villicationis tuæ. Iam enim post mortem, non poteris villicare. Considerans autem villicus tanta se distractionis angustia coartari, cœpit huiusmodi cogitationes anxius in corde suo voluere. Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? id est, à prælatione quam habui in ecclesia, velut indignum me per mortē deponit. Fodere iam post hanc vitam non valeo, id est, terram cordis mei ligone compunctionis & exercitio disciplinæ innouare, vt semen verbi suscipiens segetem bonorum proferat. Mendicare erubescō, id est, cibum vitæ quem hinc non præparauī confundor in illo seculo quærere, sicut ille piger qui iuxta Salomonem propter frigus arare noluit, ideoque mendicabit æstate & nõ dabitur ei. Videns verò temporis spatium adhuc sibi aliquod ad emendationem indulgeri, accen-

Mat. 10. 4

Act. 13. 8

Psal. 59.

Luc. 10. 4

L

Isa. 50. c.

Ioan. 6. d

Ex. 24. c

Esa. iu. storum.

Psal. 67.

M

Ro. 10. 4

Isa. 53. 4

Gen. 7. d

Isa. 5. b

Archa ecclesia.

Magna dei ira.

1. Ti. 2. b.

Psa. 126. 3

E

Angeli cur nostra opera deo deferant.

Vocatio dei.

F

Pro. 20. 4

**G**pto iam rationabili consilio subiunxit: Scio quid faciam, id est, excogitavi quid facere debeam, ut cum amotus fuero à villicatione recipiant me & cohabitorem habere dignentur electi dei qui nunc in mea sunt villicatione, in domos suas, id est, in mansiones æternas quæ illis diuinitus sunt paratæ. In his ergo cogitationibus dimissus ac sospitati redditus, quod mente conceperat opere cœpit implere, conuocans debitores domini sui, hoc est mortales omnes quoscumque potuit ad auditum suæ prædicationis accersens. Nam omnis homo, debitor dei est. Cumque sint debitores innumerabiles, duo tantum referuntur: quia omnis hic Christianorū populū in duas partes diuiditur, peccatorum videlicet atque iustorū. Primus enim debitor illa pars est fidelium quæ peccatis ad-

tus: in quo fiebat remissio. Pro centū ergo scribit quinquaginta, qui pro consummata vitiorum multiplicitate, euidētem suis operibus memoria dignam ostendit pœnitentiam in qua & remissionis gratiam consequatur. Sicut autem primus debitor vel eam partem fidelium quæ peccatis est subdita, vel vnumquemque peccatorem insinuat, ita secundus vel eam partem eorum, ut dictum est quæ iustitiam sectatur, vel vnumquemque iustum significat. Nam & iustus quisque debitor dei est, quoniam omnia bona quæ ab eo percepti debent illi, ut eadem vel paria si potest reddat, si autem non potest vel debitorem se esse humiliter agnoscat, & gratias agēs dicat: Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Centum quippe cori tritici quos se debere testatur, perfectionem iustitiæ cæterarūque virtutum quæ illi secundum mensuram donationis Christi datæ sunt, insinuant. Cori namque tritici: mensuras donorum gratiæ significant. Quod verò triticum virtutes & spiritali charismata quibus anima pascitur designet, scriptura docet dicens: Et valles abundabunt frumento. Itemque: Frumentum desiderat nubes. Valles quippe, id est, humiles frumento, id est, virtutum gratia replētur qua spiritaliter viuunt & saginētur. Quæ scilicet virtutes, desiderāt nubes, id est, sanctos prædicatores, ut imbrē verborū cælestium per eos rigentur. Centum itaque coros tritici debebat iste, quia secundum mensuras sibi diuinitus concessas, perfectionem virtutum acceperat. Cui à villico iustum est ut in literis suis, id est, in operibus suis pro centū scriberet octoginta, id est, pro omnibus quæ debebat deo dignum se futura resurrectione iustis actibus exhiberet. Literæ enim quas scribimus, actiones nostræ sunt quas diuinæ memoriæ assignamus, siue bonas siue malas. Vnde & ipse de omni opere quod egerunt homines, dicit: Ecce scriptū est, corā me. Octogenerius autem numerus sicut & octonarius, mysterio resurrectionis congruit, quia & domini resurrectio facta est octaua die & nostra quocumque post septem dies quibus omne tempus voluitur, id est, in die iudicij quæ erit octaua proueniet. Vnde & nonnulli psalmi, pro octaua scribuntur. Suis ergo literis inscribit octoginta, qui suis operibus dignum se illa resurrectione & electorum societate demonstrat. Hęc sunt itaque in quibus prudens villicus tam se quàm habitatores villæ suæ, id est, filios ecclesiæ quam regebat, corrigere & meliorare studuit, pro quibus & laudari à domino meruit. Et nos ergo laudemus eum qui diuino laudatur iudicio, nec eum in aliquo, priusquam correctus est, audeamus reprehendere, ut hæc putemus in his quæ erga debitores egit domino fraudem fecisse: sed potius credamus eum in his lucra domini sui, prudenti consilio quæsisse & eius voluntatem implexisse. Qui tantum adhuc iniquitatis villicus appellatur, quia prius villicatum suum, inique tractabat, sicut & Matthæus quia, publicanus fuerat, etiam in APOSTOLORVM catalogo publicanus dicitur. Sed in his omnibus est maximè prædicanda, piissimi iudicis nostri

Psal. 115.

Psal. 64.

Esa. 65. a  
Octogenerius & octonarius numerus.

M

**H** solent vocari debita, velut cum oramus, dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Qui scilicet debitor centum cados olei se debere fatetur, quia ut indulgentiam mereatur mensuras ac quantitates vitiorum suorum ecclesiastico villico confitetur Centenarius enim numerus, perfectionem designat. Cadi verò mensuras peccatorum. Oleū autem fauorem eorundem peccatorum, quando quis sibi ipsi placet in vitiis suis vel alios peccantes malè dulci adulatione demulcet. De cuiusmodi oleo dicitur: Oleum autem peccatoris, non impinguet caput meum. Impinguat enim caput oleum peccatoris, cum demulcet mentem fauor adulantis. Quia ergo fauor & laudatio vitiorum quæ nunc olei nomine designatur, maxime damnabilis est, idcirco debitor iste medullas culparum suarum confitens, centum cados olei se debere testatur, intelligens multas valde esse mensuras male dulcis fauoris quo placebat sibi in nequitia suis & aliorum vitia mulcebat. Huic itaque iubet villicus, ut accepta cautione, id est, retenta & refrenata priorum operum impressione, sedeat, id est, humilietur & pœniteat. Nam quod cautio formam & impressionem vel numerum operum designat, iudicant figuratè cælaturæ quas Salomon in templo fecisse refertur. Quod autem sessio humiliationem significet, sanctus David

**I** operibus & verbis ostendit, qui cum se multū humiliaret, ingressus est ut scriptura loquitur Iona. 3. c & sedit coram domino, dixitque: Quis ego sum domine deus & quæ domus mea, quia adduxisti me huc vsque. Et rex Niniues pœnitens, indutus est sacco & sedit in cinere. Sedere ergo debitor iste præcipitur, ut ad pœnitentiam humilietur. Et quia incertum est qua hora mors veniat, cito sedere dum adhuc vacat iubetur. Scribere, id est, operibus annotare quinquaginta, id est, pœnitentiam, imperatur. Quicquid enim operamur, quasi in libro scribimus, ut in die iudicij coram CHRISTO recitetur. Vnde Daniel: Iudicij sedit & libri aperti sunt. Quinquagenarius autem numerus pœnitentiam & remissionem peccatorum designat, quia & David in quinquagesimo Psalmo pœnitentiam agens, veniam peccatorum obtinuit. Et quinquagesimus annus in lege iubilæus est institutus: in quo fiebat remissio. Pro centū ergo scribit quinquaginta, qui pro consummata vitiorum multiplicitate, euidētem suis operibus memoria dignam ostendit pœnitentiam in qua & remissionis gratiam consequatur. Sicut autem primus debitor vel eam partem fidelium quæ peccatis est subdita, vel vnumquemque peccatorem insinuat, ita secundus vel eam partem eorum, ut dictum est quæ iustitiam sectatur, vel vnumquemque iustum significat. Nam & iustus quisque debitor dei est, quoniam omnia bona quæ ab eo percepti debent illi, ut eadem vel paria si potest reddat, si autem non potest vel debitorem se esse humiliter agnoscat, & gratias agēs dicat: Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Centum quippe cori tritici quos se debere testatur, perfectionem iustitiæ cæterarūque virtutum quæ illi secundum mensuram donationis Christi datæ sunt, insinuant. Cori namque tritici: mensuras donorum gratiæ significant. Quod verò triticum virtutes & spiritali charismata quibus anima pascitur designet, scriptura docet dicens: Et valles abundabunt frumento. Itemque: Frumentum desiderat nubes. Valles quippe, id est, humiles frumento, id est, virtutum gratia replētur qua spiritaliter viuunt & saginētur. Quæ scilicet virtutes, desiderāt nubes, id est, sanctos prædicatores, ut imbrē verborū cælestium per eos rigentur. Centum itaque coros tritici debebat iste, quia secundum mensuras sibi diuinitus concessas, perfectionem virtutum acceperat. Cui à villico iustum est ut in literis suis, id est, in operibus suis pro centū scriberet octoginta, id est, pro omnibus quæ debebat deo dignum se futura resurrectione iustis actibus exhiberet. Literæ enim quas scribimus, actiones nostræ sunt quas diuinæ memoriæ assignamus, siue bonas siue malas. Vnde & ipse de omni opere quod egerunt homines, dicit: Ecce scriptū est, corā me. Octogenerius autem numerus sicut & octonarius, mysterio resurrectionis congruit, quia & domini resurrectio facta est octaua die & nostra quocumque post septem dies quibus omne tempus voluitur, id est, in die iudicij quæ erit octaua proueniet. Vnde & nonnulli psalmi, pro octaua scribuntur. Suis ergo literis inscribit octoginta, qui suis operibus dignum se illa resurrectione & electorum societate demonstrat. Hęc sunt itaque in quibus prudens villicus tam se quàm habitatores villæ suæ, id est, filios ecclesiæ quam regebat, corrigere & meliorare studuit, pro quibus & laudari à domino meruit. Et nos ergo laudemus eum qui diuino laudatur iudicio, nec eum in aliquo, priusquam correctus est, audeamus reprehendere, ut hæc putemus in his quæ erga debitores egit domino fraudem fecisse: sed potius credamus eum in his lucra domini sui, prudenti consilio quæsisse & eius voluntatem implexisse. Qui tantum adhuc iniquitatis villicus appellatur, quia prius villicatum suum, inique tractabat, sicut & Matthæus quia, publicanus fuerat, etiam in APOSTOLORVM catalogo publicanus dicitur. Sed in his omnibus est maximè prædicanda, piissimi iudicis nostri

**Dani. 7. c**  
**Quinquagenari significatio**  
**Leui. 25b**

**A**stri misericordia, qui cum hunc antea vocasset, & iusto iudicio damnare potuisset, maluit eum indulto rursus viuendi spatio à morte reuocare, ut postmodum hunc emendatum posset inter amicos computare. Compleuit enim quod loquutus fuerat, quia nolo mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur & viuat. Ad hoc autem quod dixerat villicum iniquitatis prudenter fecisse, subiungit sententiam in qua significat multos similia facere. Quia filij, inquit, huius seculi, prudentiores filij lucis in generatione sua sunt. Filij enim seculi vocantur, qui secularem vitam ducunt. Filij autem lucis, iusti dicuntur. Sed sunt aliqui iusti, qui licet iuste viuunt & ab illicitis se contineant, magna tamen bona nunquam operantur. Et sunt alij qui prius seculariter & criminose vixerunt, sed postmodum redeuntes ad cor suum quia se illicita egisse considerant: ex ipso suo dolore compuncti inardescunt ad amorem Dei, seseque in magnis virtutibus exercēt. Cuncta etiā

Eze. 18. e  
Eiuf. 33. c

Filij seculi.  
Filij lucis.

Luc. 19. b

**B** difficulta sancti certaminis appetunt: omnia mundi blandimenta derelinquunt. Flagrant desiderio, ad cælestem patriam anhelant. Et quia se errasse à Deo conspiciunt, damna præcedentia lucris sequentibus recompensant. Isti ergo in generatione sua, id est, in tempore suo quo præsentem vitam transcurreunt, prudentiores sunt illis filiis lucis, qui à luce matris nunquam recedunt, sed tamen opera lucis remissius agūt, & ad patriam æternæ lucis anxie non anhelant. Post sententiam verò, subiicit dominus exhortationem, ut qui male prius egerunt exemplo villici conuertantur ad bonum, & clementer agere studeant. Ac si dicat: Iste quidem villicus qui antea villicatum suum male tractauerat, post de bonis eiusdem villicatus, erga subditos spiritalia beneficia clementer operatus est, pro quibus & supernæ felicitatis habitacula, cum electis intrare meruit, & ego quoque vobis dico & suadeo, qui mammonam, id est, diuitias habetis iniquitatis, id est, quas per iniquitatem adquisistis, iam bene dispensando eas sanctis qui indigentiam patiuntur, facite eos vobis inde amicos, ut cum defeceritis, id est, cum obieritis recipiant vos libenter secum in æterna habitacula, id est, in perpetuas mansiones vbi perenniter cum eis gaudeatis quoniam qui recipit iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet. Quidam verò sententiam istam male intelligentes, rapiunt res alienas, & aliquid inde pauperibus largiuntur, & putant se facere quod præceptum est. Dicunt enim, Rapere res alienas, mammona iniquitatis est. Errogare aliquid inde maxime egentibus sanctis, hoc est facere amicos de mammona iniquitatis. Intellectus iste, corrigendus est. Non ex rapinis & vfuris vel fraudibus, acquirere debemus, vnde eleemosinas faciamus, sed si contigerit nos ante conuersionem nostram, talibus modis opes adquisisse, iam post conuersionem rapinas & fraudes non faciamus, sed tamen ex opibus large tribuamus. Sic enim Zacheus fecisse laudatur, qui princeps erat publicanorum & diuitiis abundabat, sed recepto in domum

Mat. 10. d

suam CHRISTO medietatem earum pauperibus dedit, & cuiusque fecerat fraudem ex alia medietate quadruplum reddidit. Sicut ergo villicus dicitur iniquitatis, etiam post correctionem suam quia villicatum inique prius tractauerat, ita diuitiæ quas ante conuersionem quis inique conquisiuit siue possedit aut dispensauit, etiam post conuersionem eius vocantur diuitiæ iniquitatis. Sed sicut villicus ex eodem villicatu postquam correctus est adquisiuit amicos: ita quisque de suis facultatibus quauis antea ex licitis & illicitis adquisisset eas, amicos sibi facere studeat, ita duntaxat ut nihil ultra per iniquitatem adquirat. Tota itaque lectio ista correctionem & emendationem docet & hortatur, ut quicumque male vivebat & res quas dispensandas susceperat peruersè tractabat, mutet suos mores & mala præcedentia bonis sequentibus vincat & deleat. Possunt tamē omnes diuitiæ seculi diuitiæ iniquitatis appellari, quia cum à Deo pro omnibus sint creatæ, has sibi nonnulli quauis iusto labore iniqua tamen cupiditate congregant, & quas nulli tribuunt, has indigentibus quodammodo tollunt, dum eas in vsum eorum venire non sinunt. Licet ergo iustis ut dictum est, laboribus adquisitæ vel in patrimonio à religiosis parentibus acceptæ, tamen diuitiæ iniquitatis sunt, quia iniquum est, id est, ab æquitatis regula discordās, ut alius diuitiis superabundet alius autem egeat. De quibuscūque, igitur diuitiis seculi fiant elemosinæ, de diuitiis iniquitatis fiunt. Itaque non iam inique sed iuste conquiramus diuitias ex quibus iustas faciēdo elemosinas, sanctos pauperes adquiramus nobis amicos, ut ipsi nos secum recipere dignentur in æterna tabernacula: per Iesum Christum dominum nostrum qui cū patre & spiritu sancto viuunt & regnat deus, per omnia secula seculorum. Amen.

lectio sancti Euangelij secundum Matthæum. Cap. XVII. A.

**N** illo tempore: Post dies sex, I assumpsit dominus Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Et reliqua.

Quia saluator noster electos suos per huius vitæ labores ad illam quæ laborem nescit vitam futuræ beatitudinis introducere disposuit, modò per euangelium suum sudores certaminum temporalium, modò palmam præmiorum describit æternorum, ut scilicet auditis agonum necessitatibus meminerint sibi requiē in hac vita non esse petendam, audita rursum dulcedine futuræ beatitudinis, leuius ferant mala transeuntia quæ bonis sperauerunt remuneranda perpetuis. Cū enim suas suorumque passionem paulò superius prænuñciasset, ait: Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis: & tūc reddet vnicuique secundum opera sua. Nn ij se-

Mat. 16. d

**G** secundum opus eius. Vbi poterant discipuli, in suis cogitationibus dicere: Occisionem & mortem nunc dicis esse venturam, quod autem promittis affuturum te in gloria patris cum angelorum ministeriis & potestate iudicis, hoc in tempora longa differetur. Præuidens igitur occultorum cognitor quid possent obiicere, præsentem timorem præfenti compensauit præmio. Subiunxit enim: Amen dico vobis, sunt quidam de hinc stantibus qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis venientem in regno suo. Ac si diceret: Qualis venturus est in fine, talis ob incredulitate vestram præfenti tempore demonstrabitur, viuentibus his qui hinc assistunt. Nam quia incertum est omnibus tempus vniuersalis iudicij, incertaque singulis hora sui exitus, & poterat longa videri præfens afflictio nescientibus quado requies promissa veniret: voluit pius magister aliquibus discipulorum suorum adhuc in terra degentibus æternæ promissionis gaudia præmonstrare, quatinus & ipsi qui vidissent & omnes qui audire possent, legis aduersa præfentia tolerarent, reducto sæpius ad mentem futuræ retributionis munere quod expectarent. Sunt, inquit, aliqui hinc stantes, qui non gustabunt mortem, donec videant, filium hominis venientem in regno suo. Venientem quippe in regno suo viderunt fulgentem in monte, in qua peracto iudicio ab omnibus sanctis in regno suo videbitur. Sequitur enim in euangelica narratione, id de quo loqui volumus: Et post dies sex, assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius & duxit illos in montem excelsum seorsum. Quod post dies sex ex quo promissit discipulis claritatem suæ visionis dominus ostendit, significat sanctos in die iudicij regnum percepturos, quod eis promissit qui non mentitur deus ante tempora secularia. Tempora quippe secularia, sex ætatibus constant. Quibus completis, audient à domino. Venite benedicti patris mei, possidere paratum vobis regnum à constitutione mundi. Possunt etiam sex dies promissæ dominicæ visionis & gloriæ, perfectionem bonorum operum designare: sine quibus ad contemplandam conditoris sui maiestatem quisque non valet peruenire. Quia enim dominus sex diebus rerum creaturam formauit, & septima requieuit ab operibus suis, rectè per sex dies opera bona quibus ad requiem peruenire debemus exprimuntur. Et quia quid Deum videre & ad gloriam beatæ resurrectionis pertingere concupiscit, debet agere bona quæ nouit: rectè post dies sex gloriam sui regni quam spondit discipulis saluator ostendit. Lucas tamen sic scripsit: Factum est autem post hæc verba fere dies octo, & assumpsit Petrum & Ioannem & Iacobum, & ascendit in montem vt oraret. Secundum quem Lucam octaua die dominus promissam futuræ beatitudinis gloriam discipulis ideo manifestauit, vt ostensa cælestis vitæ dulcedine cunctis qui hanc audire possent corda refouerat, & octonario dierum numero verum gaudium tempore resurrectionis doceret esse venturum. Nam & ipse octaua die hoc

est post sextam sabbati qua crucem ascendit, ac septimam sabbati qua in sepulchro quieuit, à mortuis resurrexit, & nos post sex huius seculi, ætates in quibus pro domino labores toleramus, ac septimam sabbatissimi animarum quæ interim in alia vita geritur, octaua profecto ætate resurgemus. Nam quod Mathæus vel etiam Marcus dominum post sex dies transfiguratum dicit nec ordine temporis nec ratione mysterij discrepat à Luca qui octo dies ponit. Quia Mathæus narrat medios tantum dies, vnde & absolute post sex dies factum commemorat, hic autem primum quo hæc dominus promissit, & vltimum quo sua promissa compleuit adiungit ideoque temperatius loquens fere dies octo ponit. Et in ratione mystica, ille post sex mundi ætates sanctis ab omni labore quiescendum, hic autem octauo tempore designat esse resurgendum. Tres autem discipulos dominus assumpsit quibus glorificationem suam ostenderet: vel quia qui nunc fidem sanctæ trinitatis in charitate operantem seruant integram, tunc de eius reuelata visione perenniter lætantur, vel quia tres sunt ordines fidelium in ecclesia qui soli ad hanc visionem peruenire mereantur, videlicet præpositi & continentes atque coniugati. Quisquis enim in aliquo trium istorum graduum inuentus non fuerit, ad gaudium visionis huius non pertinebit. Petrus nanque propter primatum suum prælatos ecclesiæ designat, Ioannes autem qui permansisse virgo perhibetur cælibes ac mundi contemptores præmonstrat Iacobus verò qui supplantator dicitur coniugatos & mundo licite vtentes significat. His ergo tribus discipulis per quos vniuersi designantur electi, dominus gloriam suam ostenditur, in montem eos ducit excelsum, vt doceat omnes qui hanc videre desiderant, non in infimis iacere voluptatibus, non illecebris seruire carnalibus, non terrenis adhærere cupiditatibus sed æternorum amore ad superna semper erigi & angelicæ munditiæ pietatis & pacis & dilectionis & bonitatis & iustitiæ vitam quantum mortalibus possibile est semper imitari debere iuxta illud apostoli: Nostra autem conuersatio, in cælis est. Vnde etiam saluatorem expectamus dominum nostrum IESVM CHRISTVM, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Ostensurus gloriam suæ maiestatis, in montem discipulos ducit, vt discant ipsi, discant omnes qui hanc videre sciunt non eam sibi in huius seculi profundo, sed in regno supernæ beatitudinis esse quærendam & studeant fieri digni ascendere in montem domini & stare in loco sancto eius, & bene euangelista cum dixisset quia duxit illos in montem excelsum, addit seorsum, quia iusti & nunc cū prauorum vicinia premuntur, animo tamen toto ac mentis intentione & operum executione separati sunt ab illis, & in futuro prorsus etiã corpore & loco segregabuntur ab eis, quando abscondet eos dominus in abdito vultus sui à cõturbatione hominum & proteget in tabernaculo suo. Qui iuxta Lucam ascendit in montem oraturus & sic transformandus, quia in cæli secretam altitudinem vt verus pontifex ascendit pro sui s

Trium discipulorum qui transfigurati adfuerunt mystica significatio.

Luc. 9. d

M

Philip. 3.

fui s

**A** suis interpellaturus suamque gloriam eis ibi manifestaturus, & ostenderet, quia qui beatam resurrectionem expectant & regem in decore suo videre desiderant, mente in excelsis habitare ac continuis præcibus insistere debeant. Sequitur & transfiguratus est, ante eos. Et respanduit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba, sicut nix. Lucas verò dicit: & facta est dum oraret species vultus eius altera, & vestitus eius albus resplendens. Transfiguratus autem dominus ante discipulos, & in altera specie vultus apparens, non formam humani corporis amisit, sed suam suorumque glorificationem præmonstrauit. Facta est enim species vultus eius altera, id est, alterius gloriæ, quando respanduit sicut Sol. Cuius scilicet splendoris & gloriæ claritas, ad naturam susceptæ humanitatis specialiter pertinebat. Nam illam ipsius diuinitatis ineffabilem & inaccessibilem visionem, qua in æternam vitam beatis mundo corde seruatur, nullo modo discipuli mortali adhuc carne circumfidati poterant intueri. In hac ergo transfiguratione dominus & sui corporis gloriam qua per resurrectionem erat illustrandum præmonstrauit, & electorum omnium quantæ claritatis post resurrectionem, futura sint corpora præmonuit: Nam & de illis, aliàs ait: Tunc iusti fugebunt sicut sol, in regno patris eorum. Et hic in exemplum futuræ clarificationis ipsius, respanduit facies eius sicut sol. Non quia domini & sanctorum eius, equalis possit esse claritas & gloria, sed qui nihil sole clarius videre nouimus, non solum domini, sed & sanctorum in resurrectione gloria solis aspectui comparatur, quia clarius sole aliquid vnde exemplum daretur hominibus minimè potuit inueniri. Possimus etiam per faciem eius intelligere, præsentem & manifestam cognitionem humanitatis ipsius. Resplenduit ergo sicut sol facies eius: quia in illo supernæ beatitudinis regno, sanctis omnibus ita resplendebit vnico ac singulari splendore clarissima etiam humanitatis eius contemplatio, sicut sol vnica & singulari claritate superat omnia quæ corporeis oculis lucida videntur. Vestimenta autem eius quæ sicut nix albedine resplendebant, incongrue sancti eius figuratim intelliguntur apostolo dicente, Quotquot in CHRISTO baptizati estis, CHRISTVM induistis. Quæ scilicet vestimenta, ipso inter homines in terris conuersante despecta, aliorumque similia videbantur, sed eo montem petente nouo candore resplendere, quia sicut Ioannes loquitur, nunc quidem filij dei fumus sed nondum apparuit quid erimus: scimus autem quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Vnde bene Marcus de eisdem vestimentis ait, quia facta sunt splendentia candidaque nimis velut nix, qualia fullo super terram non potest candida facere. Quia quid omnibus patet, nemo est, qui sine corruptione & dolore viuere possit super terram, nemo est qui sine tactu alicuius peccati viuere queat super terram. Sed quod fullo, id est, doctor animarum siue mundator aliquis sui corporis eximi super terram non potest, dominus faciet in cæ-

Luc. 9. d.

Mat. 13. f

Galat. 3. d

1. Io. 3. a

Marc. 3. a

Fullo doctor.

lo, emundans ecclesiam vestem, videlicet suam ab omni inquinamento carnis & spiritus, insuper & æterna carnis & spiritus beatitudine ac luce reficiens. Sequitur: Et ecce apparuit illis Moyses & Helias, cum eo loquentes Lucas hæc plenius exposuit, & ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autem Moyses & Helias visi in maiestate, & dicebant excessum eius quem completurus erat in Hierusalem. Moyses & Helias qui loquuti sunt in morte cum domino, & dicebant excessum eius quem completurus erat in Hierusalem, id est, passionem ac resurrectionem eius, oracula legis ac prophetarum designant, quæ in domino completa & nunc doctis quibusque patent & in futuro manifestius patebunt electis omnibus. Qui bene visi in maiestate dicuntur, quia tunc apertius videbitur, quanta veritatis dignitate, omnis diuinorum eloquiorum non solum sensus, sed & sermo fuerit prolatus. Possumus excessum eius intelligere specialiter, exaltationem humanitatis eius qua excessit omnia, sicut docet apostolus dicens de patre: Vt sciat quæ sit supereminens magnitudo virtutis eius, quam operatur in Christo, suscitans illum à mortuis, & constituens ad dexteram suam in cælestibus, supra omnem principatum & potestatem & virtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed & in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius. Hic est excessus mediatoris Dei & hominum hominis IESU CHRISTI. Quem excessum, licet pater operatus sit, ipse tamen secundum diuinitatis potentiam, nihilominus operatus est, atque compleuit. Quæcunque enim pater fecerit, hæc & filius similiter facit. Et compleuit illum in superna Hierusalem, vbi semper videtur pax dei quæ exuperat omnem sensum. Sed & in sanctis suis magnis excessum complebit, quando post iudicium eos vsque ad celsitudinem paternæ visionis eleuabit. Hunc itaque excessum capitis & membrorum in ciuitate magni regis, complendum Moyses & Helias dicebant, quia gloriam exaltationis, CHRISTI & ecclesiæ, prædixerunt iugiter lex & propheta. Subiungit autem hoc loco Lucas solus, & dicit Petrus verò & qui cum illo, erant, grauati erant somno, & euigilantes viderunt maiestatem eius, & duos viros qui stabant cum illo. Nam iste solus qui octaua die mentionem præmisit, nunc speciem resurrectionis describit. Nam in petro & fociis eius, vt supra dictum est omnes designantur electi, qui grauatur somno, dum corpora eorum in tumulis vsque ad finem seculi dormiunt. Sed in die resurrectionis euigilabunt, & ad videndam perpetuo gloriam maiestatis eius sublimabunt. Sed & duos viros stantes cum eo videbunt, id est veritatem sensus legis & prophetarum qui istam clarificationem prænuiciauerunt. Vel somno erant grauati: quia spendor incomprehensibilis diuinitatis, premit quodam velut graui pondere sensus corporis, nostri. Et euigilantes viderunt maiestatem eius, quia qui somnum corporis à suo corde excutiunt & mente vigiles fiunt, ad lucem

Eph. 2. d

Ioan. 5. d

Philip. 4.

Nn iij superne



**G** supernæ visionis eleuantur. Sequitur, respon-  
dens autem Petrus, dixit ad IESVM: Domine,  
bonum est nos hic esse. Si vis, faciamus hic tria  
tabernacula, tibi vnum, Moyfi vnum, & He-  
liæ vnum, & hæc etiam Lucas cum duobus viris  
loqueretur, sic ait: Et factum est: cum disce-  
derent ab illo, ait Petrus ad IESVM, præcep-  
tor bonum est, nos hic esse, & faciamus tria  
tabernacula, vnum tibi, & vnum Moyfi, & vnū  
Helix, nesciens quid diceret. Discessio Moy-  
fi & Helix à CHRISTO, secundum illud in-  
telligenda est quod ait apostolus, quia cum ve-  
nerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex  
parte est. Recedet enim doctrina legis & pro-  
phetarum, vbi manifestatio diuinæ visionis san-  
ctis apparuerit. Petrus verò ad ea quæ cerne-  
bat respondit bonum est, nos hic esse, viròsque  
iam discedentes cupiebat ibi retinere noua ta-  
bernaculorum constructione. Nam quia quo  
amplius quisque vitæ cælestis dulcedinem degu-  
stat, eo amplius fastidit omnia quæ place-  
bant in infimis, merito ipse nunc visa domini  
& sanctorum eius maiestate, repente cuncta quæ  
nouerat terrena obliuiscitur, & solis his quæ  
videbat delectatur adhærere, ibique cum Iesu  
optat habitare vbi manifestata eius gloria læ-  
tatur dicens: Domine, bonum est nos hic esse.  
Quia re vera solum hominis bonum est, intrare  
in gaudium domini sui, & huic contemplan-  
do in æternum assistere. Vnde merito nihil vn-  
quam veri boni habuisse putandus est, cui reatu  
suo exigente contingit nunquam sui faciem  
videre creatoris. Quod si beatus Petrus glo-  
rificatam CHRISTI humanitatem contempla-  
tus tanto afficitur gaudio vt nullatenus ab eius  
intuitu velit secerni, quid putamus esse beati-  
tudinis, qui diuinitatis eius altitudinem vide-  
re meruerint, & si cum duobus tantum sanctis  
Moyse scilicet & Helia, transfigurata in mōte  
hominis CHRISTI speciem videre, bonū  
maximum duxit, qui sermo explicare & quis  
sensus valet comprehendere, quanta sint gau-  
dia iustorum, cum accesserint ad Syon mon-  
tem & ad ciuitatem dei viuētis Hierusalem cæ-  
lestem, & multorum milium angelorum fre-  
quentiam ipsumque ciuitatis eiusdem artifi-  
cem & conditorem Deum non per speculum  
& in enigmate sicut nunc, sed facie ad faciem  
conspexerint. Tamē beatus Petrus, in eo quod  
cælesti conuersationi tabernacula facienda pu-  
tauit, nesciebat quid diceret. In illa nanque cæ-  
lestis vitæ gloria, domus necessaria non erit,  
vbi diuinæ contemplationis luce omnia paci-  
ficante, aura aduersitatis alicuius timenda nul-  
la remanebit, testante apostolo Ioāne qui eius-  
dem supernæ ciuitatis claritatem describens,  
ait inter alia, & templum non vidi in ea, domi-  
nus enim omnipotens templum illius est, &  
agnus. Nesciebat ergo quid diceret, qui mente  
excesserat, quia in domo patris quæ in cælis est  
domus manu facta necessaria non sit. Nescie-  
bat quid diceret, qui CHRISTVM in illa cla-  
ritate semper ibi retinere volens, non cogita-  
bat quia saluari mundus nisi morte CHRISTI  
non poterat. Nesciebat quid diceret, qui obli-  
tus est, regnum sanctis à domino non alicubi

terrarum, sed in cælis esse promissum, necre-  
cordatus est se suosque coapostolos mortali ad-  
huc carne circumseptos, immortalis vitæ sta-  
tum subire non posse. Sequitur: Adhuc eo lo-  
quente, ecce nubes lucida obumbravit eos, &  
ecce vox de nube dicens: Hic est filius meus di-  
lectus, in quo mihi bene complacui: ipsum au-  
dite. Lucas etiam ita. Hæc autem illo loquente:  
facta est nubes & obumbravit eos, & timue-  
runt, intransibus illis in nubem. Et vox facta  
de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus,  
ipsum audite. Quia Petrus tabernacula facere  
quærebat: obtectu lucidæ nubis est admoni-  
tus, in illa vitæ cælestis habitatione domos non  
fore necessarias, vbi omnia dominus æterna suæ  
lucis obumbratione protegit, qui lucem habi-  
tat inaccessibilem. Hæc enim nubes, lucida quæ  
nunc super discipulos facta est, & obumbra-  
uit eos, est illa lux inaccessibilis in qua deus ha-  
bitat. Quæ inaccessibilis est viribus nostris, sed  
acceditur ad eam muneribus diuinis. Moyses  
enim accessit ad caliginem in qua erat Deus.  
Nam illa caligo & ista nubes atque illa lux, idē  
sunt. Quia & omnis etiam corporea lux quæ  
præ nimietate claritatis non potest aspici, re-  
ctè caligo & inaccessibilis dici potest, sicut &  
oculorum nostrorum reuerberatio probat in  
aspectu solis. De hac nube & luce, dictum est in  
exodo mystice. Operuit nubes tabernaculum  
testimonij, & gloria domini impleuit illud, nec  
poterat Moyses ingredi teetum fœderis, nube  
operiente omnia & maiestate domini coruscā-  
te. De hac similiter & in tertio regum libro scri-  
ptum est. Nebula impleuit domum domini, &  
nō poterant sacerdotes stare & ministrare pro-  
pter nebulam: impleuerat enim gloria domini,  
domum domini. Tunc ait Salomon: Dominus  
dixit, vt habitaret in nebula. De hac & vene-  
randus pater Dionysius ait, sicut & alibi me-  
minimus. Diuina caligo est inaccessibile lu-  
men in quo habitare Deus dicitur, & inuisibi-  
li eo existente propter supereminentem clari-  
tatem, & inaccessibili eodem per superexcel-  
tiam superessentialis luminum manationis. In  
hoc fit omnis Deum scire & videre dignus,  
eum non videndo neque cognoscendo, verè  
super visionem & cognitionem factus. Hoc  
ipsum cognoscens, quia post omnia est sensi-  
bilia & intelligibilia, & prophetiæ videns, mi-  
rabilis facta est scientia tua ex me, confortata  
est & non potero ad eam. His beati Dionysij  
tam ponderosis nubis, consonat & Dauid di-  
cens de domino: Caligo sub pedibus eius, &  
ascendit super cherubim & volauit, volauit su-  
per pennas ventorum. Et posuit tenebras lati-  
bulum suum. Caligo nanque est ei sub pedi-  
bus, quia non ea claritate ab inferioribus cer-  
nitur, qua in superioribus dominatur. Ascen-  
dit enim super cherubim & volauit. Cherubim  
quippe, plenitudo scientiæ dicitur. Proinde su-  
per plenitudinem scientiæ ascendisse perhibe-  
tur & volasse, quia maiestatis eius celsitudinem  
scientia nulla comprehendit. Volauit ergo,  
quia longe in altum ab intellectu nostro se ra-  
puit. Volauit super pennas ventorum, quia sciē-  
tiam transcendit animarum. & posuit tenebras  
latibu-

**A** latibulum suum, quia dum caligine nostræ in-  
firmitatis obscuramur, per ignorantiam no-  
stram nobis absconditur, ne à nobis modò in  
æterna & intima claritate videatur. Posuit te-  
nebras latibulum suum, quia in eius cognitio-  
ne caligat acies mentis vnueris rationalis crea-  
turæ, parumque videt esse quicquid de eo va-  
let agnoscere ad comparisonem eorum quæ  
de ipso se sentit ignorare. Nubes & caligo in-  
ra nō cognoscitur incōprehensibilitatis suæ, nec agnoscitur  
deus, nisi quantum vult se reuelare. In hanc  
itaque nubē intrantes apostoli timuerunt, quia  
quicumque ad Dei contemplationem sic profi-  
ciunt, vt eum in huiusmodi nubē obscuritatis  
archanorum eius videant, cum magno metu re-  
uerentiæ id faciunt. Vnde & Seraphim qui eum  
primi cognoscunt, faciem eius & pedes velant,  
& mediis aliis volant, vt intelligamus quia &  
tam sublimis ordo beatissimorum spirituum ti-  
midus est circa celsiora & profundiora diuina-  
rum visionum, & mediocriter ad deificas scien-  
tias attollitur. De prædicta verò nube venit vox  
patris, dicens de CHRISTO, hic est filius meus,  
quia de immensa obscuritate diuinæ incompre-  
hensibilitatis, procedit ad nos alta notitia ge-  
nerationis sempiterni filii Dei, in qua nec ge-  
nitor est genito prior, nec genitus genitore po-  
sterior, quia constat & patrem sempiternè ge-  
nuisse & filium sempiternè natum esse. Sed cu-  
ius fulgorem mentis acies nondum capit, ge-  
nerationem eius quis enarrabit? Quia verò re-  
splendentem filij hominis faciem apostoli cer-  
nere desiderabant, affuit pater in voce, docens  
eundem esse filium suum dilectum, vt disce-  
rent ab humanitatis eius gloria quam videbāt,  
ad diuinitatis ipsius quæ æqualis & consubstan-  
tialis est illi contemplandam suspirare præsen-  
tiam. Quod autem ait de filio, in quo mihi be-  
ne complacui, hoc est, quod idem filius alibi te-  
statur: Qui me misit mecum est & non relin-  
quit me solum, quia ego quæ placita sunt ei fa-  
cio semper. Nam quando de hominibus dixit,  
pœnitent me fecisse eos, quasi sibi metipso displicuit  
in peccatoribus quos creauerat. In solo au-  
tem vnigenito sibi complacuit: quia hunc in-  
ter homines hominem creasse eum non pœni-  
tuit omni modo, in quo peccatum nullum in-  
uenit propter quod se reprehenderet, quasi per  
pœnitentiam, sed plenitudinem totius sancti-  
tatis quæ sibi valde complacuit, & quod adiun-  
xit ipsum audite, admonuit eum esse de quo su-  
pra dictus Moyses populum cui legem dedit  
præmonebat, quia prophetam vobis suscita-  
bit dominus Deus vester de fratribus vestris  
tanquam me, ipsum audietis iuxta omnia quæ-  
cunq; loquutus fuerit vobis. Neq; enim Moy-  
sen & Heliam, id est, legem & prophetias au-  
diri vetat, sed omnibus his auditionem filij qui  
legem & prophetas venit adimplere præfere-  
dam insinuat, cunctisque veteris instrumenti  
typis & ænigmatibus lucem euangelicæ veri-  
tatis anteposendam intimat. Sequitur solus  
Matthæus, dicens: & audientes discipuli, ceci-  
derunt in faciem suam & timuerunt valde. Hu-  
mana fragilitas, cōspectum maioris gloriæ fer-

re non sustinet, totòque animo ac corpore cō-  
tremiscens ad terram decedit. Omnesque san-  
cti cum in Dei visione proficiunt, quanto ma-  
gis diuinitatis interna conspiciunt, tanto ma-  
gis se nihil esse cognoscent. Audita ergo Dei  
voce: Petrus & socij eius in faciem suam ceci-  
derunt, quia quantum homo ad intelligenda sub-  
limia leuetur, ex contemplatione tamen ma-  
iestatis Dei infirmitatem suæ conditionis in-  
telligit. Et quasi statum non habet, qui se ante  
Dei oculos esse puluerem & cinerem videt.  
Audierunt enim vocem patris, quia ex eius re-  
velatione cognouerunt filium ei prorsus æqua-  
lem, omnia tenentem, omnia implentem, omnia  
circumplectentem, omnia superexceden-  
tem, omnia sustinentem, vbique totum, incir-  
cumscripsum & incomprehensibilem, & ceci-  
derunt in faciem, quia tanto apud se in suis co-  
gitationibus consternati sunt, quanto eis illud  
altum erat quod audiebant. Ac naturam & ex-  
cellentiam vnigeniti Dei cogitantes expau-  
erunt, & vilia de se senserunt in eo quod com-  
prehendebant, dum supernis intenderent quæ  
ab eis cōprehendi non poterant. Hinc & Hie-  
zechiel de pennatis animalibus, ait. Cum fie-  
ret vox super firmamentum quod erat super ca-  
put eorum, stabant & submittebant alas suas.  
Animalia nanque sanctos designant. Et firma-  
menti nomine, exprimitur incarnatus vnigeni-  
tus, per hoc quod in eo natura nostra ad æter-  
nitatem firmata est. Fit ergo vox super firma-  
mentum, cum patet de CHRISTO dicit, hic  
est filius meus dilectus in quo mihi bene com-  
placui. Et tunc animalia stant alasque submit-  
tunt, quia sancti intenta mente supernis inten-  
dunt & virtutes suas humiliant. Stant enim,  
quando eum qui super caput, id est, super men-  
tes eorum est, intenta contemplatione consi-  
derant, & alas demittunt, quia suæ virtutes eis  
vilescunt, dum alta supernæ incomprehensi-  
bilitatis aspiciunt. Sed & in eo quod dicitur,  
hic est filius in quo mihi bene complacui, alas  
submittebant, quia in eius innocentia & sanctita-  
te vident, in quantis ipsi quotidie delinquāt &  
quàm parum de perfectione sanctitatis habeāt,  
& omnem de suis viribus præsumptionem de-  
ponunt. Sequitur adhuc Matthæus, dicens: Et  
accessit IESVS & tetigit eos, dixitque eis: Sur-  
gite & nolite timere. Ad discipulos in infirmi-  
tatis suæ confusione iacentes, accessit per gra-  
tiam & tetigit eos per virtutem, iussitque vt ad  
opera fortia surgerent & timorem quem cha-  
ritas eiicit abiicerent. Accessit & tetigit, quia  
illuminauit & adiuuit. Accedit sed non tangit,  
quandoquidem per eius gratiam illuminamur,  
sed exigentibus nostris meritis nō adiuuamur.  
Plerumq; enim videmus quæ agenda sunt, sed  
hæc opere non valemus implere. Nitimur &  
infirmamur. Mentis iudicium rectitudinē con-  
spicit, sed ad hanc operis fortitudo succumbit.  
Quia nimirum iam de pœna peccati est, vt ex  
dono quidem possit bonum conspici, sed ta-  
men ab eo quod cōspicitur contingat per me-  
ritum repelli. Sed ad prostratos accessit domi-  
nus cōsque tetigit & vt surgerent imperauit,  
quia cum nos infirmitatem nostram subtiliter  
Nn iiii agno-

Dei de-  
scriptio.

Ezec. 1. f.

Firmamē-  
tum.

Ala san-  
ctorum.

F

Quādo tū  
git deus  
creaturā  
suam.

Luc. 9. d.

1. Co. 13. c.

H

1. Ti. 6. c.

Ex. 20. d.

Exo. 40.

3. Re. 8. b.

M

Heb. 12. f.

1. Co. 13. d.

Psal. 138.

Psal. 17. b.

Apo. 21. f.

Ioan. 8. d.

C

Gene. 6. b.

Deut. 18. c. & d.

**G**agnoscentes humiliter iacemus, tunc virtute spiritus sancti tangimus & ad robusta opera tangere precipimur quae non per timorem, sed per charitatem faciamus. Sequitur Matthaeus: Leuantem autem oculos suos, neminem viderunt nisi solum Iesum. Quod & Lucas dum de patris voce loqueretur, sic ait: Et dum fieret vox, inuentus est Iesus solus. Vox patris facta est de nube dicens, hic est filius meus, & dum illa fieret euauerunt serui & inuentus est Iesus solus, ut indubitanter agnosceremus quia solus Iesus est naturalis & vnicus Dei filius, non Moyses aut Helias. Qui igitur in consideratione suae infirmitatis oculos mentis dum iacerent, defixerant, ipsi surgentes leuauerunt eosdem spirituales oculos ad altiora diuinae contemplationis. Et tunc neminem viderunt nisi solum Iesum: quia nullus est gloria Dei patris nisi dominus Iesus Christus, & ad eius comparationem nullus sanctorum est aliquid, cessantque voces legis & prophetarum ubi pater voce propria declarat vnigenitum suum. Sequitur: & descendentes illis de monte, praecipit Iesus dicens: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis a mortuis resurgat. Lucas autem obseruantiam huius praecipiti refert dicens: Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquid ex his quae viderant. Dominus vero visionem ostensa suae maiestatis ad tempus taceri iussit, ne si palam vulgaretur in populos, aut dispersionem passionis illius idem populi principibus repugnando impedirent & sic humanae salutis effectus qui per sanguinem eius erat venturus retardaretur: aut certe hi qui eandem visionem audientes credidissent viso crucis opprobrio scandalizarentur. Opportunius autem completa passione ac resurrectione & ascensione eius in caelum, repletisque spiritu sancto apostolis, praedicata est, quatinus omnes qui sacramentis eius initiari voluissent, non solum effectum resurrectionis credere, sed etiam modum resurrectionis eiusdem ab his qui viderant potuissent ediscere, necnon & aeternitatem diuinae natiuitatis quam a patre audierant cunctis pariter credendam & amandam ipsi praedicarent. His vero de lectione euangelica dictis, addendum videtur: quia sicut in ea Moyses & Helias legem & prophetiam, sic dominus Iesus euangelium designare potest, & tamen si ea quae sunt in lectione potuerint alicubi minus aperte de verbo euangelicae praedicationis intelligi, referenda sunt ad verbum quod caro factum est & habitauit in nobis. Ait ergo: Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo. Filius hominis non absurdè intelligitur euangelicus sermo, quia mediator dei & hominum homo Christus Iesus eum genuit hoc est ex se protulit. Qui scilicet sermo videtur in regno suo, dum clarus & potens apparet, ut & per claritatem illuminet mentes audientium & per potentiam virtutis sancti spiritus eas corroboret quatinus ab eis & intelligatur & opere compleatur. Nec gustant mortem donec eum talem videant, qui priusquam mortis debitum soluant, ad magnam eius prouehuntur intelligentiam, & magna cum virtute

operum adimplent. Nec omnibus Christo assistentibus hoc est in fide Christi manentibus, id promissum est & datum, sed quibusdam. Huic autem sententiae verborum domini, subdit euangelista, & post dies sex, assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem, & duxit illos in montem excelsum seorsum. Vel factum est post haec verba dies octo, & assumpsit Petrum & Ioannem & Iacobum, & ascendit in montem ut oraret. Iesus vero, id est, saluator & salutaris est sermo euangelicus, de quo dicitur, suscipite in Iaco. 1. e. situm verbum quod potest saluare animas vestras, & notum vobis facio euangelium quod praedicaui vobis, quod & accepistis in quo & statis, per quod & saluamini. Hic ergo salutaris & saluator sermo gratiam in se sancti spiritus continens, assumpsit Petrum qui dicitur agnosces, & Ioannem cuius interpretatio sonat in quo est gratia, & Iacobum qui interpretatur supplantator, & assumpsit eos post dies sex vel octo. Nam quia sex diebus opera mundi sunt creata, per sex dies mundum & opera eius intelligimus, & quia octauo die facta est resurrectio, per octo dies gratia resurrectionis exprimitur. Qui ergo supra mundum ascenderit, & huius seculi opera transcenderit, ac futurae resurrectionis immortalem fructum bona conscientia expectauerint, hi potuerunt a verbo euangelij in montem sublimis intelligentiae duci & seorsum ut a tumultu terrenarum cogitationum sint remoti, ibique claritatem ipsius verbi in gloriosum aspectum transformati videre. In quem scilicet montem ascendit orare, quia ipsum gratiae verbum dum coram oculis nostrae mentis in altum celsioris & clarioris intelligentiae progreditur, interpellat quodammodo pro nobis, quoniam spirituales nos facit & Deo commendabiles. Ascendamus ergo cum verbo in montem: ut in specie & pulchritudine sua nobis appareat, & prospere procedat & regnet. Nam iuxta modum nostrae capacitatis, verbum ipsum nobis & minuitur & crescit, & nisi celsioris prudentiae cacumen ascendamus, non nobis apparet sapientia, non nobis apparet mysteriorum cognitio, non nobis apparet quanta sit gloria, quantum decor in euangelico verbo, sed quaedam vilitas & contemptibilitas nobis in eo videtur. Transfiguratus est ante eos, inquit, & facta est species vultus eius altera, quia ipse Dei sermo in aliam speciem admirandae pulchritudinis transformatur in oculis eorum quos assumit, id est, docet & in montem sublimis intelligentiae ducit, quam videtur eis quos in infimo sensu deorsum relinquit. Et facies eius sicut Sol resplenduit, id est, nitor aspectu pulchritudinis eius incomparabili ac singulari claritate refulset. Nihil enim sunt in eius comparatione, eloquia singularis doctrinae. Vestimenta vero eius facta sunt alba sicut nix, & vestitus eius albus resurgens. Vestimenta verbi, dicta sunt scripturarum, & in oculis alta petentium, albefcunt ut nix & resurgunt sermones diuinarum lectionum. Cum autem nix ceciderit, aues caeli non habent ubi inhabitent, & laetior folio tritici prouentus exuberat. Cui rei verba scripturarum apte comparantur, quae de caelo missa sunt

Jaco. 1. e. 1. Co. 15.

L.

M.

Vestimenta Christi

Scripturae sancta nilito tritici prouentus exuberat.

Cui rei verba scripturarum apte comparantur, quae de caelo missa sunt

**A** sunt in terram, & ieiuna nostrorum pectorum arua fecundauerunt, ac spiritibus, aeris tanquam auibus immundis locum non reliquerunt. Sequitur, & ecce apparuit illis Moyses & Helias, cum eo loquentes. Vel ecce duo viri loquebantur cum illo, erant autem Moyses & Helias visi in maiestate, & dicebant excessum eius quem completurus erat in Hierusalem. Moyses & Helias apparuerunt in monte cum domino loquentes cum eo, quia lex & propheta in altocelsioris intelligentiae cernuntur cum euangelio, ac concordant in dictis suis cum eo. Sed & in maiestate cum eo visi sunt: quia sapientibus & spiritualibus effulgent cum illo in gloria diuiniae excellentiae. & dicebant excessum eius quem completurus erat in Hierusalem: quia praenunciauerunt futuram celsitudinem ipsius euangelici sermonis, quo scilicet dignitate & potentia foret excessurus omnia in vrbe pacis aeternae, ac mansurus absque fine. Hinc & psal-

**Psal. 118.** mista cecinit. In aeternum domine, verbum tuum permanet in caelo. Dominus quoque dixit. Caelum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Petrus vero & qui cum illo erant, grauati erant somno: quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem, ac velut somno quodam corporis pigrum reddit. & euigilantes viderunt maiestatem eius, & duos viros qui stabant cum eo, quia cum mens fortiter eluctata torporem negligentiae & somnum imperitiae superauerit, potest videre maiestatem sensuum sacri eloquij, & legem ac prophetiam persistentes cum verbo gratiae euangelij. Aliter, Petrus & socij eius, erant somno grauati. Somno grauantur sancti, dum ab actione terrena & ab amore temporalium rerum quiescunt, & ab appetitu visibilium mentis oculos claudunt. Qui idcirco non simpliciter dormire, sed somno grauari dicuntur, quia non sine pondere laboris agitur huiusmodi dormitio. Sancti enim viri qui a mundi operibus non torpore sed virtute sopiuntur. laboriosius dormiunt quam vigilare potuerunt, quia in eo quod actiones huius seculi deserentes superant, robusto conflictu quotidie contra semetipsos pugnant, ne mens per negligentiam torpeat, & ne concupiscentia carnis aduersus eam, in aliquo praeualeat, & ne ipsi a bono opere & a caelesti desiderio pigri fiant. Et euigilantes, inquit, viderunt maiestatem eius, quia qui exterioribus ut dictum est obdormiunt & interioribus euigilant, interna mysteriorum penetrant. Hinc est quod sponsa dicit. Ego dormio & cor meum vigilat. Ac si dicat: Dum exteriores sensus ab huius vitae sollicitudinibus sopio, vacante mente viuacius interna cognosco. Agit enim talis anima, ut huius mundi inquietam concupiscentiam a se penitus eiiciat & terrenarum cogitationum strepitum deserat, ac per quietis studium virtutibus intenta vigilans dormit. Neque enim ad contemplanda interna perducitur, nisi ab his quae exterius implicant, studiose subtrahatur. Itaque qui somno grauabantur euigilauerunt ac maiestatem eius viderunt: quia qui ab huius mundi curis obdormiunt & supernis studiis

Psal. 118.

Luc. 21. f.

Sap. 9. d.

Sonus sanctorum.

Sancti laboriosius dormiunt, quam vigiliant.

Cantic. 5.

D

E

Nubes lucida.

Heb. 7. e.

Heb. 8. b.

Mat. 7. b.

Mat. 5. f.

Mat. 5. g.

euigilant, maiestatem sacri eloquij cōtemplantur & spirituales visiones aspiciunt. Domine, inquit Petrus, bonum est nos hic esse, id est, in contemplatione maiestatis euangelici sermonis immorari, & legem simul ac prophetias in claritate spiritualis intelligentiae contueri. Quem scilicet sermonem, vocabat dominum & praepceptorem: quia praepceptis eius ex charitate seruire paratus erat, & eius doctrinis erudiri volebat. Sed in eo quod tria tabernacula facere tribus vnū euinquasiuit, nesciebat quid diceret: cum vnū sit gelii tabernaculum euangelij in quo lex & propheta morantur. Nam & vsque nunc imperitiae lum, in notatur, quisquis euangelio & legi ac prophetis tria tabernacula facere cupit, cum haec abinueniem nullatenus valeant separari, vnū habentia tabernaculum, id est, ecclesiam Dei. Sequitur: Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obumbravit eos, & ecce vox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Quia imprudenter tribus quasi paribus ac diuisis tria tabernacula offerebat, venit nubes lucida, id est, mysteriorum incomprehensibilitas qua & splendet & obumbrat, quia & mentem illuminat ostensione diuinorum & ex toto Deum non manifestat, sed de eo plura tegit quam reuelat. Venit, inquam, huiusmodi nubes lucida, & obumbravit mentes eorum obscura luce sua. In quam intrantes, timuerunt, propter incomprehensibilia Dei iudicia, & propter caetera quae in scripturis mente nequieverunt comprehendere. Et de tanta mysteriorum incomprehensibilitate, venit vox Dei dicentis de sermone euangelij, quia hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Processit enim ex Deo & per Deum incarnatum datus est idem gratiae sermo, omnemque perfectionem iustitiae quam mortales capere possunt continet, & omne Dei beneplacitum declarat. Propter quod & de eo dicit, in quo mihi bene complacui. Quod nequaquam de veteri testamento dici potuit. Vnde & apostolus ait. Reprobatio quidem fit praecedentis mandati, propter infirmitatem eius & inutilitatem. nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio vero fit melioris spei per quam proximus ad Deum. Et item: Nam si illud prius culpa vacasset, non utique secundi locus inquireretur. Et ideo testamentum vetus quod datum est per seruum, retinet in se vtilitatem seruitutis, nouum vero quod datum est per filium possidet honorem filiationis, de quo dicitur hic est filius meus dilectus, & additur de eo, ipsum audite, quia quicquid lex iustitiae & prophetae promulgauerunt in eo continetur & multo amplius: Ait enim dominus ibi: Omnia quaecumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis, haec est enim lex & prophetae. Et de maiore iustitia quae est in nouo, quam in veteri. Audistis, inquit, quia dictum est antiquis, non periurabis, reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, non iurare omnino. Itemque audistis quia dictum est, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, diligite inimicos nostros, bene facite his qui oderunt vos, & alia multa

¶ multa huiusmodi. Quia ergo nouum testamētum continet omnia quæ vetus iusserat & alia multa adhuc sacratoria, ideo solum nouum iubemur audire, id est, præceptis eius obedire. Sequitur: Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam & timuerunt valde. Quia videlicet nos audita diuini sermonis excellentia quæ in nouo testamento est, cadimus in faciem, id est, humiliamur & erubescimus, quod non vt decuit eum honorauimus obediendo. Illi reuerenter in omnibus, ideoque nimis timemus ne ob id damnemur. Et accessit IESVS & tetigit eos, dixitque eis, surgite nolite timere. Quia nimirum ipse sermo euangelicus nobis per cognitionem nostri reatus in pœnitentiâ iacentibus fit quodammodo propinquior, ac tangit nos manu sententiarum suarum, & ad bene operandum surgere præcipit, ac de cætero timorem excutit. Cur enim iam timeat, qui ex pœnitentiâ erigitur ad fortia virtutum opera? Nam & perfecta charitas, foras mittit timorem. Leuantibus autem oculis suis, neminem viderunt nisi solum Iesum. Leuatis spiritalibus oculis ad alta sublimioris intelligentiæ non viderunt nisi Iesum, id est, nouum testamentum. Ablata enim nube, & euanescentibus Moyse & Helia, CHRISTVS solus cernitur, quia legis & prophetarum umbra discedente verum lumen, coruscante gratia euangelij splendet. Vbi enim legis & prophetiæ umbra recedit quæ suo velamine mentes hominum tegebant, vtraque reperitur in euangelio. Nam cum tres essent, vnus est factus. Tres in principio visi sunt, vnus in fide. Quia lex & prophetia & euangelium quando secundum litteræ superficiem attenduntur, tres videntur, quando secundum interiorē sensum inspiciuntur, vnus apparet. Lex enim & prophetiæ, iuxta spiritalem intellectum, nihil aliud sunt quam doctrina euangelica. Hinc iam de monte descendentes, id est, de altitudine sublimioris intelligentiæ & cōtemplationis ad ima cōmunis conuersationis redeuntibus præcipitur, visionem hanc nulli dicere, nisi post Domini resurrectionem. Nemini enim narranda est claritas sacri eloquij quæ sapientibus in alto contemplationis ostensa est, nisi qui Christum resurrexisse iam credidit, quia nec ipse nisi post resurrectionis suæ triumphum discipulis, vt scripturas intelligerent sensum aperuit. Vnde & apostolus, hanc speciosæ claritatis gloriam qua diuinus sermo interius resulget, quibusdam celabat dicens: Nihil me iudicauit scire inter vos, nisi IESVM CHRISTVM & hunc crucifixum. Aliis verò iam prouectis aperiebat, de quibus ait. Sapiētiam autem loquimur, inter perfectos. Minoribus enim minora prædicari debet & maioribus maiora: vt vnusquisque iuxta modum capacitatis suæ doceatur. Eis ergo qui magnum sensum habent & in nouitate vitæ ambulant, dicenda est celsa visio clarificationis diuini sermonis. Vnde & nunc sicut & superius potest ipse sermo filius hominis intelligi. Qui scilicet sermo, quasi perimitur & velut inter mortuos cōputatur, ab illis qui grauius in eum peccant, & quasi non sit, eum transgredi & conculcare nō verentur. Quibus dum

tales sunt dicere non debemus eiusdem diuini sermonis clarificationem, ne sanctum canibus & margaritas porcis dedisse culpemur. Sed si idem sermo resurrexerit in eis per pœnitentiâ ipsorum & vitæ meliorationem, tunc iam dici potest eis visio claritatis eius, quæ rursus apparet ad alta tendentibus. Sed hanc lectionem prout cælitus nobis datum est exposuimus & eius mysteria patefecimus, quatinus omnes qui hæc agnouerunt, adiuuante domino sic viuere studeant & supernis intendant, ut de his quæ dicta sunt gaudere & in præsentī seculo mereantur & in futuro, per Iesum Christum saluatorem nostrum, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat deus, ante omnia secula & nunc, & in omnia secula, Amen.

*N omnibus requiem quæsiui, & in hereditate eius morabor, tunc præcepit & dixit mihi creator omnium, & qui creauit me requieuit in tabernaculo meo.*

Sapientia nunc loquitur, quam apostolus Christum esse testatur, dicens CHRISTVM Dei virtutem & Dei sapientiam. Sapientia ergo quæ CHRISTVS est, id est, incarnata Dei sapientia dicit. In omnibus requiem quæsiui. Post laborem verò, requies solet quæri. Dominus autem in se quidem quietus & incommutabilis est, sed tamen laborare se testatur, cum duras hominum prauitates tolerat, dicens cuiuslibet talium. Præbuiisti mihi laborem, in iniquitatibus tuis. Sed & dum apparuit in mortali carne: laborauit ex nostra infirmitate. Ideo post resurrectionem suam in omnibus quæsiuit requiem, vt in omnium fide & bona actione requiesceret. Nam in quibus omnibus requiem quæsiuerit, docet præmittendo: In omni terra steti, & in omni populo & in omni gente primatum habui, & omnium excellentium & sublimium corda, virtute calcaui. Moxque subiungit, & in his omnibus requiem quæsiui. In omnibus ergo populis & gentibus totius orbis, & in cunctis regibus ac principibus quorum sibi corda tandem subegit, requiem quæsiuit. Inuenit autem in his requiem, qui peccare desierunt, & sanctè ac iuste viuunt. Qui in eo quod in omnibus populis & nationibus atque sublimibus, id est, in sublimitate dignitatum positus, requiem se dicit quæsisse, significat, in vnaquaque sub cælo gente multos palam cerni qui peruerse viuunt, & paucos velut grana sub paleis inueniri qui bene agant. Hoc enim quæritur, quod latet nec habetur. Sed & in quolibet ad vitæ prædestinato, quærit Christus sibi requiem, dum adhuc peccantem eum expectat, & vel præceptis seu monitis & miraculis & prosperis & aduersis, ipsum conuerrere & talem facere studet, vt in eo requiescere possit. Negat autem illi in se requiem: qui non vult à malis operibus & desideriis cessare, vt in se locum quietis Deo queat præbere, & in hereditate, inquit eius morabor. Eius respicit &

A ad requiem, & ad hoc quod supra dixerat, ego ex ore altissimi prodij, vt intelligatur hæc hereditas & requiei & altissimi, videlicet electorum multitudo quos ipse altissimus ad videntiam suæ celsitudinis gloriæ eleuatos in superno regno possidebit, sicque perpetualiter requiescere faciet. Ait itaque: In hereditate eius morabor. Ac si dicat: In omnibus quidem quæsiui requiem, licet non in omnibus perseuerantem eam inuenerim, sed in his qui præsciti sunt hereditas dei, morabor, id est, perseueranter & non ad horam manebo. In illis enim non moratur Dei sapientia, qui ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt. Sed in eis moratur, quos in bonitate facit vsque in finem perseuerare. Hinc est quod de quolibet talium dicit: Veniemus & mansionem apud eum faciemus. Sequitur. Tunc præcepit & dixit mihi creator omnium, & qui creauit me requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi. In Iacob inhabitata & in Israël hereditate, & in electis meis mitte radices. tunc, inquit, cum ego requiem in omnibus quærerem, ille qui creauit omnes & ius habet in omnibus ac neminem vult perire, præcepit mihi quid in his agerem, & qui me quoque pro eorum salute creauit secundum humanitatem, ipse requieuit in tabernaculo meo. Creatū se dicit: quia homo factus est, qui superius afferuerat se ante secula genitum à patre, dicens: Ego sapiētia ex ore altissimi prodij, primogenita autem ante omnem creaturam. Tabernaculum verò huius sapiētiae est corpus assumptū, de quo alias dicitur, in sole posuit tabernaculum suum, id est, manifestissima visione corpus suum. In hoc tabernaculo requieuit pater, quia nullū in eo peccatum inuenit quod eum offenderet, sed omnem iustitiæ plenitudinem in qua delectabiliter quiesceret. Vnde & ait: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Atque propheta: Requiescet super eum spiritus domini. Loquitur itaque sicut & supradictum est, incarnata Dei sapiētia, & patris gloriam in omnibus quæres, afferit eum sibi dixisse. In Iacob, & c. Iacob qui supplantator interpretatur designat luctatores qui vitia cum labore supplantat & deiiciunt. Israël autem qui rectissimus Dei, siue vir videns Deum dicitur, illos qui subactis vitiis perfectam prout fas est rectitudinem vitæ seruant & contemplationi student. In Iacob ergo, id est, in luctatoribus habitat, vt eis ait Apostolus habitare Christum per fidem in cordibus vestris, quatinus scilicet eius virtute confortati possint victores fieri, in Israël verò hereditatur, id est, perfectos iam nō amissurus, hereditario iure possidet, qui iam sopitis vitiis optimam sibi partem elegerunt quæ nō auferetur ab eis. Hoc & per Isaiam ipse sic ait: Opus manuum mearum Assyrius, hereditas autem mea Israël. Assyrius enim dirigens interpretatur, significans eum qui prauitatem vitiorum luctando conatur supplodere & se dirigere, & huc est opus manuum Christi, id est, adiutorium eius in se manentis. Israël verò iam quietus, hereditate possidetur. Radices quoque saluator in electis mittit, ne ab eorum cordibus vnquā auelli possit, iuxta illud Apostoli. Quis nos separa-

bit à charitate Christi? Tribulatio, angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum an gladius? Qui enim separari valet à charitate Christi, in eius mente Christus radices non misit. Sequitur: Ab initio & ante secula creata sum & vsque ad futurum seculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in Syon firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Hierusalē potestas mea, & radicaui in populo honorificato. Et in partes Dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum, detentio mea. Ab initio mundi & ante secula prædestinando secundum humanitatem creata est hæc sapiētia, quoniam Deus ab exordio rerum & ante tempora secularia prædestinatum habuit in secreto consilij sui, vt verbum eius caro fieret, id est, vt omnium dominus formam serui pro seruis redimendis misericorditer assumeret, & quod his qui fecit quæ futura sunt certissime faciendum disposuit, iam in eius conspectu factum fuit. Sic igitur ante secula creauit eum secundum humanitatem, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Ab initio, id est, ex quo creatus est primus homo, & ante seculum, id est, ex quo factus est primus angelus, creata est, vt diximus, hæc sapiētia: quia & quando plasmatum est homo & quando creatus est angelus, præuifus est vnigenitus dei clemēter homo fieret, qui genus humanum quod grauius deiectum erat releuaret, & vsque ad futurum seculum non desinam: quia nullis diabolitentionibus nullisque tyrannorum persecutionibus fieri poterit. vt Christiana religio non perduret vsque ad mundi terminum, propter quam creata sum ante mundi principium. Hoc est enim, quod & infra dicitur. Non desinam in progenies illorum, vsque in æuum sanctum. Sed & in euangelio: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi, & in habitatione sancta, coram ipso ministraui. Habitationem sanctam dicit, habitaculum sanctum cæli, vbi ministrat coram deo pontifex factus in æternum. Vnde & Apostolus ait: Non enim in manufacta sancta Iesus introiuit exemplaria verorum, sed in ipsum cælum vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. Et rursus, Talem habemus potificem, qui confidet in dextera sedis magnitudinis in cælis, sanctorum minister & tabernaculi veri quod fixit Deus & nō homo. Nam quod hic dicitur, in habitatione sancta coram ipso, hoc est quod Apostolus ait, in ipsum cælum vt appareat nunc vultui dei pro nobis, & quod hic subditur ministraui, Apostolus dicitur sanctorum minister tabernaculi veri. Et ne talis ministratio putaretur aliquid abiectionis habere, sedet in eadē sede cum eo coram quo & cui ministrat, & sedet in dextera parte ad honoris cumulum. Qui & subdit, & sic in Syon firmata sum. Syon dicitur specula & speculatio, & significat illam beatorum patriam, cuius habitatores non cessant manifeste speculari gloriam dei. Vbi secundum humanitatem sic firmatus est Christus vt supra dictum est, id est, sedens patris ad dexteram & agens ministerium pontificis, quod est ostēdere patri pro nobis ciuitates vulnerum suæ passionis. De qua eius in supernis

1. Io. 4. d. H  
Lex prophetia & euangelij vni sunt, licet tria in superficie visa.

1. Co. 2. b  
Ibidem.

Ecc. 24. 4  
1. Co. 1. d.

Isa. 43. d

In iustis requies domini.

E  
Eph. 1. a

Ecc. 24.

F  
Heb. 9. f.

Heb. 8. a.

Heb. 9. f.

Ministerium pontificis Christi.

Ioan. 14.

Psal. 18.

Ma. 17. b

Isa. 11.

Eph. 3. c.

Luc. 10. f

Isa. 19.

Rom. 8. g



**G** supernis sine fine manenti firmatione, dictum est patri: Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis quem confirmasti tibi, & eius voce, Confirmasti me in conspectu tuo in æternum. Sequitur, & in ciuitate sanctificata, similiter requieui. Quia in ecclesia quæ est ciuitas Dei ex conuersis peccatoribus sanctificata, similem vt in angelis requiem **CHRISTVS** inuenit. Vnde & orare nos docuit, fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra, id est, sicut in angelis ita & in hominibus. Et in Hierusalem, inquit, potestas mea. In superna Hierusalem quæ nõ frustra dicitur visio pacis, quia semper ibi vera pax cernitur, est potestas redemptoris nostri, quia potens est & ibi facere quicquid voluerit. Hinc enim ait. Data est mihi omnis potestas, in cælo & in terra. Sequitur, & radicaui in populo honorificato. Radix sapientiæ est timere deum. Populus honorificatus, est multitudo fidelium quibus ait Petrus, vobis igitur honor credentibus. Radicaui ergo sapientia quæ **CHRISTVS** est in hoc populo, quia Dei timorem credentibus dedit per quem peccare desistant, quoniam timor domini expellit peccatum, nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Item populus honorificatus, est cætus religiosorum. Et in hoc **CHRISTVS** ita radicaui, vt euelli inde nullatenam possit. Fecit enim quod superius à patre dictum ei fuerat, in electis meis mitte radices. Qui & subiungit: Et in partes Dei mei hæreditas illius. Partes Dei sunt electorum ecclesiæ, diuersique sanctorum ordines, & bene viuentium variæ actiones. Qui & **CHRISTI** Deus est, quia & **CHRISTVS** homo. In omnes ergo Dei partes tenditur hæreditas illius, quia & omnes ecclesiæ iustorum & quicquid ei laudabiliter in variis professionibus & actionibus seruiunt, in æterna eius hæreditate erunt. Et in plenitudine, inquit, sanctorum erit, vbi nullus eorum defuerit, sed completo ipsorum numero omnis eorum cætus adunatus erit. Ibi que erit incarnatæ sapientiæ detentio, quia sine fine detinebitur in eis delectata eorum meritis, nec ad reprobos qui damnati erunt iam exhibit, quia ulterius vt conuertantur, eos non monebit. Sequitur: Quasi cedrus exaltata sum in libano, & quasi cypressus in monte syon. Sicut cedrus sua celsitudine superans omnium aliarum arborum altitudines, excelsa est, in monte libano qui est altior omnibus aliis montibus terræ promissionis & interpretatur candidatio, sic mediator Dei & hominum homo **CHRISTVS** IESVS super omnem primorum celsitudinem angelorum sublimatus est, qui propter clariorem luminis quo fulgent candorem libanus, id est, candidatio recte vocantur, & cæteris altiores sunt. Hanc illius exaltationem declarat apostolus, asserens: quia pater eum constituit, ad dexteram suam in cælestibus supra omnem primatum & potestatem & virtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius. Ita velut cedrus est exaltatus. Cui rei congruit & quod cedrus est imputribilis ac mirabiliter redolet, quia **CHRISTVS** carne

iam est immortalis & suauitatem ex se miri spargit odoris, quo delectantur & ipsi angeli & spiritus. Vel sicut cedrus est exaltatus in libano, id est, in candidatione sanctificationis, hoc est omnes sanctos in sanctitate sic superauit sicut cedrus arbores vniuersas in libano, quoniam ea quæ gessit inter homines ita sunt præclara & sublimia, vt omnia iustorum sic transcendant cacumina, quatinus hi qui multum in Deo profecerunt, operum eius vestigia vix tangere valeant admirantes ex vertice cogitationis, & quasi cypressus in monte syon. Mōs syon, ecclesia sanctorum est in altitudine virtutum & speculatione contemplationis & sollicitæ circumspectionis, cypressus autem omni tempore virentibus vernat foliis vt pinus, & fructum semper habet ac bene redolet. **CHRISTVS** ergo sicut cypressus in monte syon est exaltatus, quia Deus ipsum dedit vt scriptum est, supra omnia ecclesiæ, viriditate semper immarcescibili vernantē, & perpetuis fructibus abundantem, ac redolentiam bonæ famæ spargentem. Sequitur: Quasi palma exaltata sum in cades. Cades, interpretatur sanctitudo: Palma vero inferius tactu aspera est & velut aridis corticibus obuoluta, superius autem & visu & fructibus pulchra. Inferius corticum suarum inuolutionibus angustatur: sed superius amplitudine pulchræ veriditatis dilatatur. Sic nimirum **CHRISTI** & membrorum eius vita inferius despecta & superius pulchra, in imis quasi multis corticibus obuoluitur dum innumeris tribulationibus angustatur, in summis vero quasi pulchræ viriditatis foliis amplitudine beatitudinis expanditur. Palma enim, minoris amplitudinis contra naturam cæterarum arborum ab imis inchoat, & iuxta ramos ac fructus ampliori robore exurgit, & quæ tenuis ab imis proficit, vastior ad summa succrescit. Quia electorum conuersatio qui membra **CHRISTI** sunt, plus finiendo peragit, quàm inchoando proponit, & ipsi plerumque tepidius prima inchoant, feruentius extrema consummant. Christus ergo vel in se & in suis quasi palma exaltatus est in cades, id est, in sanctitate, quia sancti semper ad alta proficiendo dilatantur in virtutibus, & qui tenues à radice inchoationis exeunt, fortes in culminis perfectione conualescunt. Quod in ipso capite principaliter apparuit, quia in nouissimis tribus annis maiora & plura gessit, quàm in omni transacto tempore suo. Sequitur: Et quasi plantatio rosæ in hierico. Plantatio rosæ, & ipsa inferius est spinosa, superius autem florida. Sic & **CHRISTVS** est inferius tribulationum spinis circumdatus, atq; superius gloria & honore coronatus. Hierico autem quæ luna dicitur, & huius mundi & nostræ mortalitatis defectum exprimere solet. Dominus ergo quia missus è cælo nostram in hoc mudo mortalitatem induit, quasi aliunde est assumptus & in Hierico plantatus. Et in hoc rosæ est assimilatus: videlicet humilis & punctationibus passionum obsitus, sed tandem superius flore purpureo dignitatis regie decoratus. Sequitur: Quasi oliua speciosa in campis. Oliuam speciosam in campis, videre potest

**A** & in eius aspectu delectari, quisquis per gyrū & longe & propè fuerit. Ita & Christum vndiq; mundo expositum videre potest & in eius visu delectari, quisquis ad eum fideliter & pie aspexerit, in qualibet orbis parte sit. Oliua, pacis est nuncia: & Isaias miratur pedes Christi annunciantis & prædicantis pacem. Cuius etiam misericordia per oliuam quæ gignit oleū designari potest, quia & grecè eleos misericordia vocatur & oleum cunctis quibus immiscetur liquoribus excellit, sicut & psalmista de ipsius domini miserationibus testatur, suavis dominus vniuersis & miserationes eius super omnia opera eius, & ideo congrue cernitur in campis huius Oliuæ speciositas, quia qui campestrem, id est, latam & agrestem & imam conuersationem habent, hi præcipue misericordia saluatoris indigent, & ad eam respicere solent. Oleo ad repellendas noctium tenebras lumen alitur, infirmitates soluantur, & requies lassis tribuitur. Sic gratia misericordie saluatoris nostri, lucem fidei & charitatis ac scientiæ in nobis alendo, tenebras nostras illuminat, & animarum nostrarum morbos sanat, ac seculi concupiscentiis fatigatos requiescere nos mente facit in contemptu seculi. Grandis enim labor est terrenis desiderii æstuarè, & grandis requies, terrena non desiderare. Sequitur: Et quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis. Cùm platanus perse ipsam sit sublimis & amœna respectu tamen proximæ inferioris aquæ sublimior apparet & iocundior. Sic & dominus Iesus cum per seipsum incomparabiliter sit excelsus & speciosus, respectu tamen subiecti Christianorum populi qui per aquam designatur excelsior & gloriosior apparet, in plateis, id est, in latitudinibus & mundi, & amplæ conuersationis. Si enim vitæ nostræ consideremus humilitatem, & ad excellentiam conuersationis quæ Christus inter homines duxit respiciamus, quàm sublimis erit in oculis nostris illa eius conuersatio? Nam vt platanus iuxta subteriore aquam est exaltatus. i. subiectæ fidelium plebi proximus & superpositus. Hinc & psalmista de illo dixerat. Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Id est, per mysterium incarnationis erit positus, iuxta lapsus defluentium populorum. Plateæ vero, latitudines designare solent, id est, & amplas conuersationes, in quibus spatiantur qui vita sunt inferiores & labiles, vt aqua & mudi latas religiones: quia grecè platos dicitur latitudo. Sequitur: Sicut cinnamoni & balsamum aromatizans, odorem dedi. Cinnamoni dicitur, eo quod cortex eius in modum cæne sit rotundus & gracilis. Est enim breuissima arbuscula, virgas proferens gracilissimas ac preciosas. Nam id eius quod in crassitudine, id est grossitudine extenditur despectui est, quod vero gracilius prouenerit eximium est. Cinnamoni ergo significare videtur humilitatem Christi, quam prædicant scripturæ: canna, id est, calamo facta, quæ virgas gignit gracilissimas & preciosas, id est, sanctos disciplinis spiritualibus extenuatos qui membra sunt eius. Nā spirituales viri in eo sunt preciosi, carnales autem habentur contemptui. Balsamum quoque preciosis-

simum est, & consecratum fit Christina quo omnes Christiani unguimur, & significat & Christum & vnctionem spiritus eius, de qua Ioannes ait vos vnctionem habetis à sancto & nostris omnia. Vtrunque vero, id est, & cinnamoni & balsamum, mirabiliter redolet, & maxime dum quis eo aromatizatur, Vnde nunc odori vtriusque aromatizantis odorem suum Christus similitur: quia dum in omni gente & natione credentes dono sui spiritus ungit, eiusdem vnctionis odor validius, in toto orbe fragrat, & ipse dulcius odorem notitiæ suæ per suos vnctos in omni loco manifestat, vt vbique ei dicatur, post te curremus in odorem unguentorum tuorum. Sequitur: Quasi myrrha electa, dedi suauitatem odoris. Myrrha mortem redemptoris nostri cuius caro corruptionem non vidit, significat, quia caro mortua quæ myrrhæ conditur vnctione, non potest putrescere. Vnde & hæc myrrha dicitur electa qui mors domini singulariter ex omnium sanctorum mortibus electa fuit, per quam omnes viuerent. Ideoque talem mors ista suauitatem odoris præbet, qualem nemo alium sentire potuit, ita vt eius fragrantia reuiuiscant mortui. Sequitur: Et quasi storax & galbanus & vngula & gutta, & quasi libanus non incisus, vaporauit habitationem meam, & quasi balsamum non mistum odor meus. Storax esse fertur arbor odorifera quæ sicut harundo caua est, intus & succo plena, & in Christo qui est lignum vitæ odoriferum, habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Galbanum dicunt, confectum ex aromatibus. Et in Christo est omnium spiritualium virtutum omnimoda plenitudo. Vngula quoque dicitur ab unguendo quia præcipua est ad unguendum, & designat spiritalem saluatoris vnctionem de qua Ioannes ait, sicut vnctio eius docet vos de omnibus. Gutta vero species esse medicorum perhibetur ad tumorem sanandum idonea, & ad deprimendum & extinguendum venenum, & significat humilitatem domini quæ medicinaliter sanat tumorem electionis nostræ & omnia vitiorum venena perimit. Libanus est thus & potius arbor thuris, Christum designans, qui lignum est vitæ & fructum gignit odoriferum qui deo cremetur in sacrificium. Libanus non incisus, sponte profert ex se thus odoratus, incisus vero compellitur proferre thus non tati odoris, & Christus vt libanus incisus sponte edidit omnia que in carne gessit, ideoque melius redolent. Nos autem, vt incisus libanus sæpe cogimur inuiti bonum facere, quod vile est & parum redolens. Hæc omnia quæ nunc dicta sunt, id est, storax, galbanus ac vngula & gutta nec non & libanus, optimum dant odorem & locum in quo sunt inde replent. Sic & Christus odore ac calore suo vaporat habitationem suam: quia mentem quam inhabitat, calore suæ dilectionis & odore suæ sanctitatis replet. Mens enim quæ non sentit odorem istum & calorem, nec dum Christi est habitaculum. Balsamum vero cui liquor alius non est immixtus, magis redolet: quia Christi sanctitas cui nullum vnquam peccatum immisceri potuit, suauiore quæ ceteri sancti præbet odorem. Sequitur: Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ

**G** Terebinthus est arbor magna, & ingentes mul-  
tósque ramos vndique protendens, quæ resi-  
nam gignit aromaticam & medicinale[m] om-  
nibúsq[ue] resinis aliis præstantiorem: & Chri-  
stus velut arbor immensa, discipulos suos qua-  
si ramos extēdit in omnes mundi partes. Tho-  
mam & Bartholomæum in indiã, Matthæum  
in Ethiopiam, & Ioannem in Asiam, Andream  
& Philippum in Scythiam, Petrum in Italiam,  
Paulum in Hispaniam, & cæteros in cæteras  
orbis plagas. Vel rami quos extēdit opera sunt,  
quæ in carne gessit. Et ex his, & operibus vel  
discipulis, profert ipse resinam spiritalis gra-  
tiæ, quæ medeatur omnibus & præstantior sit  
vniuersis prædicationibus & gestis testamenti  
veteris, & rami eius sunt honoris & gratiæ, quia  
& discipuli eius & actus ipsius, valde sunt hon-  
orabiles & gratiosi: quoniam & laude digni  
sunt & noui testamenti gratiam hominibus as-  
ferunt. Sequitur: Ego quasi vitis fructificauit sua  
uitatem odoris, & flores mei, fructus honoris  
& honestatis. Vitis in terra plantata, producit  
ex se palmites & ex his fructum & Christus re-  
surgendo & ascendendo, platanus in terra vi-  
uentium, sanctos qui sunt membra eius velut  
palmites ex se gignit, & ex his in se manenti-  
bus, fructum operis boni producit. Vnde &  
ait illis. Sicut palmes non potest ferre fructum  
à semetipso nisi manserit in vite, sic nec vos ni-  
si in me manseritis. Fructificat ergo in eis, quia  
quicquid illi bene agunt ipse facit, & ex eius ra-  
dice surgit fructus operis illorum. Et fructifi-  
cat suauitatem odoris, quia fructus operum quæ  
facit in eis, suavis odor est bonæ opinionis dū  
videntes hæc homines glorificant inde patrem  
qui est in cælis. Et flores eius sunt fructus hon-  
oris & honestatis, quia opera quæ in his pro-  
ponendo inchoat, honorabiliter & honeste cō-  
summat, honorémque per hæc & honestatem  
illis grandem præstat. Flores enim sunt vota &  
promissa, fructus autem impletiones promif-  
forum per exhibitionem operum. Flores ergo  
sanctorum sunt fructus, quia membra **CHRIS-  
T** I quod vouent reddunt, quod promittunt  
faciunt. Sequitur. Ego mater pulchræ dilectio-  
nis & timoris, & agnitionis & sanctæ spei. in  
me gratia omnis vitæ & veritatis, in me omnis  
spes vitæ & virtutis. Sapientia quæ est **CHRIS-  
T** VS, est mater pulchræ dilectionis, quia di-  
lectionem gignit non turpem sed pulchram,  
non indecentem sed honestam, non libidino-  
sam, sed castam. Et mater timoris & seruilis vel  
casti, quia principium sapientiæ timor domini,  
Eccle. 1. b & castum Dei timorem gignit pulchra dile-  
ctio, cuius genitrix est sapientia. Et agnitionis,  
Mat. 11. d quia patrem nemo nouit nisi filius, & cui vo-  
luerit filius reuelare. Qui item dixit. Palam de  
patre annuncio vobis. Sic enim sapiētia quæ  
Ioā. 17. f est filius, mater est agnitionis. Et sanctæ spei,  
quia spem de sanctis rebus non nisi **CHRIS-  
T** VS gignit. Sancta enim spes est, adipiscen-  
di regnum Dei & iustitiam eius, & hanc vera  
dat sapientia. In qua est & gratia omnis vitæ &  
veritatis, quia nisi per gratiam quæ est in hæc sa-  
pientia, id est, in **CHRISTO**, nullus vitam  
perpetuam seu veritatem incommutabilis eius

beatitudinis valet consequi, cum ipse **CHRIS-  
T** VS sit veritas & vita. Ideoq[ue] & omnis spes vi-  
tæ & virtutis est in eo, quia non nisi per eum  
quis recte sperat vitam beatam & immortalita-  
tis eius virtutem inuenire, & virtutem aliquam  
bonæ conuersationis habere potest. Sequitur:  
Transite ad me omnes qui concupiscitis me,  
& à generationibus meis implemini. Nonnul-  
li sapientiam quæ Christus est concupiscunt,  
sed quibusdam secularium rerum obstaculis re-  
tinentur, ne ad eam veniant eamque per reli-  
giosam conuersationem apprehendant. Sæpe  
enim fit, vt dum quis ad religiosam vitam se cō-  
uertere cogitat & **CHRISTVM** sequi, obfi-  
stat ei & praua cōsuetudo vitiorum quibus de-  
lectari solet, & amor parentum aut coniugis seu  
filiorum & possessionum, siue blandimenta car-  
nalia amicorum, & aliqua huiusmodi. Ideo  
nunc vera sapientia iubet, vt omnes qui eam  
mente concupiscunt, transeant cunctos huius-  
modi obices & ad ipsam dum licet venire festi-  
nent, & postquam ad eam venerint non rema-  
neāt vacui, sed impleātur generationibus eius,  
id est, sensibus intelligentiæ & prudētiæ ac vir-  
tutibus, quas generare solet in his qui ad se ve-  
nerunt. Sequitur: spiritus enim meus super mel  
dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum.  
Memoria mea, in generationes seculorū. Ideo  
transeundum est ad diuinam sapientiam calca-  
tis difficultatum obstaculis, quia spiritus eius  
quam inspirat transeuntibus ad se est melle dul-  
cior, & hæreditas sempiternæ beatitudinis quæ  
eis preparauit, superat dulcedine mel & fauum.  
Mel dicit propter animas iustorum quæ corpo-  
ribus solutæ iam assistunt conspectui gloriæ cō-  
ditoris, & datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, fa-  
uum verò propter electos post resurrectionem  
tam in corporibus, quam in animabus in super-  
no regno, beatos, quando iam in terra sua, du-  
pliciter possidebunt. Fauus enim est mel in cera,  
significans animam in corpore, sicut mel sine  
cera, animam sine corpore. Sed & memoria sa-  
pientiæ istius, erit in generationes seculorum,  
quia laus eius perēniter ab electis decātabitur,  
& adhærentes sibi faciet eiusdē laudis esse par-  
ticipes. Sequitur: Qui edunt me adhuc esuriēt,  
& qui bibunt me adhuc sitient. Qui cordis ore  
dulcedinē veræ sapientiæ gustant, quanto eius  
saporē sentiunt tanto magis in desiderio eius ar-  
descunt, & quāto plus de hoc potu bibūt, tātō  
avidius eū sitiunt. Nā spirituales deliciae cū ha-  
bētur in desiderio sunt, tātōq[ue] à comedēte am-  
plius esuriuntur, quāto & ab esuriente amplius  
comeduntur. Sequitur: Qui audit me nō cōfun-  
detur, & qui operatur in me nō peccabūt. Qui  
Christum obedienter audit, nō cōfundetur, id  
est, nō erubescet, quia cū honore magno erit ad  
dexterā eius in iudicio. Et qui operantur in eo,  
non peccabunt, quia omne opus quod secundū  
eum fit, caret peccato. Sequitur: Qui elucidant  
me, vitā æternā habebunt. Elucidāt sapientiā,  
qui ob salubriter declarādā Christi notitiam  
scripturas explanant, qui ipsum Christum pie  
prædicant, qui eum luce suorū operum glorifi-  
cant, & ideo vitā æternā habebunt, id est, ipsum  
Christū, quia hic est verus deus & vita æterna.  
Lectio

**A** Lectio Euangelij secundum Lucam  
CAP. XVII. C.

*N illo tempore: Dum iret Iesus in  
I Hierusalē transibat per mediā Sa-  
mariam & Galileam. Et reliqua.*

Præfens lectio secundum historiam quidem  
semel opere completa est, sed secundum spirita-  
lem sensum quotidie impletur. Nos enim in  
Adam à visione pacis quod Hierusalē interpre-  
tatur recesseramus, ac in huius exilij rixosas in-  
quietudines desideramus & ad inferni supplicia  
nihil pacificum vltra visuri properabamus. Ver-  
bum autem per quod facta sunt omnia, nos mi-  
sericorditer ad suæ pacis visionem in qua pe-  
renniter quiesceremus reducere volens, descēdit  
& suscepta in se nostra humanitate, tetendit ad  
supernam Hierusalem vbi semper vera pax cer-  
nitur, & illuc nobis via aperuit, & quia electos  
**B** homines sua mēbra fecit, in ipsis membris suis  
adhuc quotidie vadit in Hierusalem, dum ele-  
ctos suos ab hoc exilio reducit ad patriā in qua  
pax regnat sine vlla inquietudine carnis aut spi-  
ritus. Quæ scilicet patria, nomine Hierusalem  
hic designatur, quæ visio pacis vt dictū est, in-  
terpretatur. Ad quā pergens, transibat per me-  
diam Samariam & Galilæam. Samaria nanque  
interpretatur custodia, & significat iustorū di-  
ligentiam, qui custodiunt mandata dei, qui om-  
ni custodia cor suum seruant, qui actus suos om-  
ni hora custodiūt. Galilæa verò quæ dicitur  
transmigratio facta, designat eorum vitam qui  
à malis operibus ad religiosam cōuersationem  
per angustam pœnitentiæ viā migrauerunt. Va-  
dens ergo in Hierusalem, trāsibat per mediā Sa-  
mariam & Galilæam, quia quotidie quosdā sibi  
vnitos, transire facit ad æternæ pacis beatam vi-  
sionem, & ex his qui non errauerunt & ex his  
qui ab errore ad veritatē redierunt. In eis enim  
transit in Hierusalem, quos sua membra factos,  
de præsentī seculo nequam eripit & ad super-  
næ maiestatis, perpetuam contemplationē per-  
ducit. Transit per mediam samariam & galileā,  
id est, diuidit per medium tali transitu samariā  
**C** & galileam, per quas vt dictum est intelligimus  
iustos & pœnitentes, quia videlicet & ex iustis  
& ex conuerlis quosdam eligens ad terram vi-  
uentiam secum ducit, quosdā autem ex eis hic  
adhuc agonizari permittit. Verbo autem imper-  
fecti præteriti dicitur quia transibat, vt detur  
nobis intelligi, quia transitus ipse nondum pe-  
ractus, est sed adhuc agitur. Illa verò pars electo-  
rum quæ retinetur in huius vitæ laboribus, de-  
signatur non incōgruè per castellū de quo sub-  
ditur, quia dum ingrederetur Iesus quoddam  
castellum occurrerūt ei decem viri leprosi. Nā  
sancti, inter pericula tentationum huius seculi  
instar castelli seipfos intra vallū disciplinæ cau-  
ta circumspectione custodiūt. Castellum enim  
munitur aduersus hostes & sollicitè custoditur  
significans ecclesiam inter huius vitæ discrimi-  
na fortiter vndique clausam atque munitā cō-  
tra malignos spiritus, & perugili sollicitudine  
seruatam. Quod castellum dicitur quoddam, vt

iuxta litteram nesciatur, & iuxta spiritalē sen-  
sum cognoscatur. In quo scilicet spiritali castel-  
lo, id est, in ecclesia semper est dominus sicut  
ait suis discipulis, ecce ego vobiscū sum omni-  
bus diebus vtque ad consummationē seculi, sed  
tamen deesse videtur aliquoties, vbi permittit  
iniquos multiplicari, & suum electis suis palā  
nō præstat auxilium, sed tribulationibus & ad-  
uersis eos affligi velut à se derelictos finit. Vn-  
de & illa vox est: Vt quid domine recessisti lon-  
ge despicias in opportunitatibus in tribulatio-  
ne. Cum autem deesse dominus videtur, tunc  
foras tendunt illi qui per decem leproso figurantur.  
Multi enim, & aduersitatibus fracti vo-  
lunt à fide recedere & infidelibus, se iungere  
quasi dicendo, eamus & disponamus testamen-  
tum cum gentibus quæ circa nos sunt, vel ten-  
tationibus vitiorum superati, mala tot & tanta  
faciunt, vt gentilibus in actione similes fiant,  
dum ab ecclesiæ visceribus ad res seculi per de-  
sideria foras tendunt. Hi sunt enim spirita-  
liter leprosi. Qui propterea dicuntur decem  
quia contra dei præcepta faciunt, quæ propter  
decalogum legis per denarium numerum in-  
telligi solent: Sicut enim obseruatores manda-  
torum cælestium, assequuntur inde mundatio-  
nem & sanitatem animæ, sic contraria manda-  
tis ipsis agentes, spiritalem contrahunt inqui-  
nationē & infirmitatem, adeo vt tales in anima  
fiant quales in corpore cernuntur qui leprā car-  
nis patiuntur. Qui tanto magis foras tendunt,  
quanto peruersius agunt, & ita fiunt hæc, dum  
Iesus abesse videtur. Fit autem plerunq[ue] per  
respectum diuinæ gratiæ, vt dominus ipse Iesus  
ad hoc ecclesiæ castellū palam venire & ingre-  
di videatur, subito scilicet tribulationes se-  
dans, populūque suum à prauitatibus conuer-  
tens, & magnum religionis incrementum ei  
largiens. Et tunc spiritaliter agitur quod di-  
ctum est, qui dum ipse castellum hoc ingrederetur,  
ocurrerunt ei decem viri leprosi. Nam in-  
uenit eos contra se tendentes, id est, via sibi  
contraria gradientes, dum illi foras & ipse ten-  
dit intus, atque siliit eos & stare facit atque  
cessare, purgāt ne vltius in via peruersa. Ste-  
terunt enim, & steterunt à longe, quia non  
statim potuerunt ei propinquare, sed procul  
stantes versi sunt, ad præces & magno cordis  
clamore dixerunt: Iesu præceptor, miserere no-  
stri. Nam intellexerunt eum esse saluatorem  
qui peccatorum morbos omnes sanare possit,  
& se miseros ob hoc esse factos agnouerunt:  
quia præceptis contraria fecerant, ideoque Ie-  
sum, id est, saluatorem vocabant eum & præcep-  
torē, quæ vt sui miseretur orabāt. Quos vt in-  
tuitu clementiæ vidit, dixit: Ite ostendite vos  
sacerdotibus, id est, per humilē oris confessio-  
nē, sacerdotibus veraciter manifestate, omnes  
interioris lepræ vestræ maculas, vt mundari  
possitis, & quod rogabant factum est eis dum  
irent ad sacerdotes, quia scilicet mundati sunt,  
quoniam peccatores licet graui criminū lepra  
sint fœdati, euntes tamen ad confitendū purgā-  
tur in ipsa confessione propter pœnitentiā quæ  
acturi sunt. Dum irent mundati sunt, quia ex  
quo iter hoc intrant incipiunt operari iustitiā  
Oo ij & iustitiæ

Ioan. 15. a

al. vie.

Psa. 110. b

Eccle. 1. b

Mat. 11. d

Ioā. 17. f

Apo. 6. c.

Isai. 67. c.

M.

Mat. vlt.

Psal. 9. c.

Qui lepro-  
si.

1. Macha  
1. d

E

F

Confessio  
nis sacra-  
mentalis  
efficacia.

**G** & iustitiæ operatio est eorum mundatio. Dum irent mundati sunt, quia ex quo tendentes ad confessionem & pœnitentiã, toto deliberatione mentis peccata sua dãnant & deserunt liberantur ab eis in conspectu interni inspectoris. **Ezec. 33c**  
**Sacerdoti** Vnde & per prophetam dominus ipse testatur quia impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua. Perueniendũ tamẽ est ad sacerdotes, & ab eis querenda solutio, vt qui iam coram deo sunt mundati, sacerdotum iudicio etiam hominibus ostendatur mundi. Sequitur: Vnus autem ex illis, vt vidit quia mundatus est, regressus est cũ magna voce magnificans Deum. Vnus iste designat vnum in bono perseuerantẽ affectum eorum, qui postquam pœnitendo veniam adepti sunt permanent in humilitate & gratiarum actione. Quod enim dicitur vnus intelligendum est nõ diuersis iam se voluntatibus varians, sed in deo placendi voluntate perdurans. Nam **H** & omnes electi propter hanc bonitatis vnanimi-  
**1. Co. 9. d** tatem, non solum vnum se etiam vnus recte dici possunt, sicut indicat apostolus, vbi de omnibus qui sunt in ecclesia bonis & malis, mystice loquitur. Omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauiũ. Omnes enim Christiani & boni & mali pro modo suo quisq; currunt ad brauium, sed vnus qui legitime currit, id est, vnitas electorum percipit illud, sicut & omnes hi leprosi mundati sunt, sed vnus egit gratias. Vnus itaq; cum vidisset quod à criminũ lepra mũdatus esset rediit ad mundatorem grates ei referens, & se magis illi humilians & deuotior existens ac semper ei placere studens. Nam hic vnus, vt dictum est, eos qui sic agunt designat. Noluit ingratus iã esse, sed regressus est cũ magna voce magnificans deũ. Recte cũ magna voce, quia magna dei beneficia se percepisse gratulabatur. Magna voce, deuota potius quàm clamorosa debemus intelligere. Nõ enim exigua vocis deuotione deũ magnificare cupiebat, qui se de tantis malis magnifice liberatum gaudebat. Interioris lepræ sanitatem à Christo consequutus magnificabat Deum, vt glorificaretur pater in filio. Et cecidit in faciem ante pedes eius quia de prioribus actibus erubescens sibi vilis apparuit, & deuota se Christo humilitate prostrauit. Statum iam rigiditatis & superbix non habuit, sed tota mentis cõsternatione sub pedibus saluatoris bene iacuit gratias agẽs quod de tanta miseria liberatus esset. & hic erat Samaritanus, id est, custos: quia ne percepta beneficia posset amittere, seruabat ea per humilitatis custodiã, & seipsum cautẽ iam custodiebat ne plagam vltius lepræ spiritualis incurreret, & cor suum actusque suos à malo custodiebat. Respõdens autem Iesus, dixit: Nõne decem mũdati sunt, & nouem vbi sunt? Operibus huius qui gratias retulit & aliorum qui ingrati fuerunt respondit dominus. Nõne, inquit, decem mundati sunt, & omnes pariter ad reddẽdas gratias redire debuissent? Decem mundati sunt, quia legitimus numerus est purgatus. Sed nouem quasi nesciuntur à domino, quia maluerũt elõgari ab eo per peccata, quã propinquare ei per bona opera. De quibus ait: Vbi sunt? Quod est

dicere: Qui in humilitate & gratiarum actione K deberent adesse, vbi sunt? Qui mihi per meritũ deuotionis & operis propinquare deberẽt, vbi sunt? Qui in obseruantia mandatorum meorum esse deberent, vbi sunt? Quia verò nouenarius numerus habet ter tria & ad fidẽ trinitatis pertinet, hi nouẽ designant illos qui postquam pœnitendo mundati sunt à præcedentibus culpis existunt desides & securi, nec se in bonis operibus exercent, sed solam sibi fidem sufficere putant. Non est inuentus qui rediret & daret gloriam deo, nisi hic alienigena, quia nõ inuenitur qui post acceptam veniam recordetur, diuinã pietatis & ei gratias deuoto corde respondens perseueret in bonis actibus, nisi qui non sit ex filiis terrenæ babilonis, sed ex filiis Hierusalem cælestis, & ait illa: Surge, vade, quia fides tua te saluum fecit. Humiliter adhuc iacenti pro peccatis pœnitẽdo deletis, præcipitur vt surgat ad bene agendum, & vadat, id est, promoueatur ac proficiat in bonis operibus. Qui enim infirmitatẽ suã conditionis humiliter agnouit, ac puluerem & cinerem se esse perpendit: iubetur ad robusta opera surgere ac promoueri in pfectu iustitiæ. Cui & dicitur: Fides tua te saluũ fecit. Credit enim grates esse referens vt deo ei qui se mundauerat & opere Deus innotuerat & fidem quã per dilectionem operatur habebat, ac per eam à prioribus malis saluus erat in quibus antẽ perierat, quia nõ sine operibus fidẽ sibi solã sufficere sicut illi nouem estimauit.

Lectio Euangelij secundum Lucam.  
 CAP. XIII. A

*Nillo tẽpore: Cum intraret Iesus  
 I in domũ cuiusdam principis Pharisæorum sabbato manducare panẽ & ipsi obseruabant eum. & reliqua.*

Hęc quæ nunc secundũ historiam, mira referuntur, secundum spiritalem sensum plus admiranda noscuntur. Nam pharisæi qui interpretãtur diuisi, significant iudeos ab omnibus aliis gentibus circuncisione & lege diuisos. Princeps pharisæorum, mysticẽ est pontifex olim Iudæorum. Dominus principis huius, synagoga. In quam scilicet domũ, intrauit dominus, quãdo tanquam sponsus procedens de thalamo, natus est in plebe Iudæorum ex intemeratẽ virginis vtero, & hoc fecit sabbato, id est, cum iam cessarent iuxta deivoluntatem carnalia legis opera, & operũ edicta: quia lex & prophetæ vsq; ad Ioannem. Nam secundum legem sabbato cessabatur ab exteriori actione, & ideo sabbati nomine designatur cessatio carnaliũ legis ipsi actionum. In huiusmodi sabbato dominus in domum prædictam intrauit, & intrauit manducare panem, id est, vt caperet cibum, hoc est vt faceret patris voluntatem. Ait enim: Meo cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit, & ipsi obseruabant eum, id est, etiam ipsi ad quos venerat insidiabantur ei. Significauerunt autẽ eam Iudæorum partem in qua & ipsi erant, quæ ei semper inuidens insidiabatur, & quærebat occasiones reprehẽdendi vel accusandi eũ. Et ecce homo quidã hydropicus erat ante

**A** te illũ. Hydropicus iste qui erat in domo principis pharisæorum, typus fuit populi qui erat in synagoga Iudæorũ, auaritiæ morbo laborãs. Hydropicus enim, quo ampli⁹ bibit, eo ampli⁹ fitit. Sic & auarus quo magis pecuniam auget, eo magis pecuniæ siti ardet, & ei crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. Talemq; dominus synagogæ populum inuenit, qui solã legis litteram occidentem sectabatur & spiritũ viuificatẽ nesciebat, atque promissiones quæ secundum litteram ibi non nisi carnales inueniuntur, expectabat à deo pro remuneratione laborum suorum velut maxima bona, & ideo se totum in appetitu talium effuderat, solãq; presentis vitæ bona sitiebat quæ in sola Dei lege promitti putabant, & sic eum littera male intellecta perimebat, & propter huius languorem spiritalem, dominus insidiatoribus suis respondens, dixit ad legis peritos & pharisæos qui se volebant reprehendere: Si licet sabbato curare id est, si iuste potest fieri, vt cessantibus legis operibus quorum ocium appellatione sabbati designatur, iste populus sanetur ab hoc auaritiæ morbo quo turgidus æstuat, & re vera non nisi sabbato curari poterat, quia nisi cessasset actio carnalium obseruantiarum, non exinanirentur carnalium bonũ in lege promissiones, nec eorum cupiditas extingueretur in corde Iudaici populi. Ait illi qui de hac re fuerunt interrogati tacuerunt, quia de abolitione carnalium obseruationum loqui noluerunt, quas obseruare secundum rationem stare nequibant ostendere. Nam & ex illo tempore iam à confessione veritatis ora clauserant, ex quo de saluatore conpirationem fecerant, vt si quis illum confiteretur Christum, extra synagogam fieret. Quorũ taciturnitas, silentio Zachariæ nõ credentis est designata autem, ægrotum apprehendit & sanauit, quia populum Iudæorum morbo auaritiæ sicut dictum est laborantem, apprehendit in his quos elegit & ab omni terrena cupiditate liberauit, quãdo venditis omnibus quæ possederant, & positis eorum precijs ad pedes apostolorum pauperem vitam communẽque ducebant vnanimis in charitate. Sic ergo per gratiam suam Christus eos ab omni illa peste infatigabilis auaritiæ sanauit, & ita dimisit, id est, à iugo legis soluit, & in libertate charitatis arbitrio suo relaxauit, vt non iam coacti, sed spontanei bona facerent. Quisquis enim charitate flagrat, non necesse est, vt ei præcipiatur, nisi vt faciat quicquid voluerit. Dehinc emulorum inuidiam confutans saluator, ait illis: Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati? Quæ scilicet sententia, & insidiatores conuincit, & ad ipsum nostræ liberationis auctorem specialiter respicit. Ipse enim secundum carnis materiam vnus Iudæorum erat, qui carnem ex eorum gente susceperat. Cuius asinus & bos in puteum cecidit, quia gentilis & Iudaicus populus quem vtrumque ipse creauerat in ima vitiorum corruit. Asinus enim gentilem designat populum brutũ nimis & oneribus cunctis errorum substratum: bos verò Iudaicum iugo legis subditũ. Non solum enim asinus, id est, gentilis popu-

lus, sed & bos, id est, Iudaicus, est in profunditate peccatorum delapsus: quia nec ipse iustificari potuit ex legis operibus. Sed vtrumque dominus extraxit, quia per fidem suam vtrumque iustificans ad libertatem charitatis eduxit. Et hoc fecit continuo, id est, sine dilectione: quia in baptismo deleuit absque mora culpas eorũ, & dedit eis innocentiam. Die sabbati, id est, clara luce fidei & scientiæ, in operum legis cessatione. Et non poterant ad hæc respondere illi: quia eductis de profundo malorum duobus populis, & ad lucem fidei conuocatis, sic stultam fecit deus sapientiam mundi, vt eius sapientes qui ecclesiæ saluatoris inuidens, non inueniant quid respondeant econtra & rationabiliter dicant, sed clauso ore silentium teneant, & interno luore tabescant.

Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem. Cap. VI. A

*Nillo tempore: Erat quidem regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Et reliqua.*

Quod in lectione euangelica de vno regulo, & eius filio singulariter factum audiuimus, humano generi generaliter consonare videbimus si adhibita diligentia mysticum intellectum superficialiter literæ coaptemus. Regulum autem à rege nomen deductum, & literarum consonantia demonstrat, & significatio deductionis approbat. Scimus etiam quia fuere reguli, id est, minores reges. Hominem igitur ad excellentissimi regis, imaginem & similitudinem factum, dum bene se rexit, dum sibi temperanter imperauit, regem fuisse quis dubitet? Regnum verò istius regis, paradysus dei fuit, in quo foelix homo colonus, in quo operarius positus, in quo rex dominus vt dominaretur ac præfesset bestiis & piscibus atque reptilibus, & aibus tanquam rex in solio collocatus est. Sed prohdolor qui hoc modo magnus rex sublimatus præsidebat, per inobedienciæ tumorem à regno illo depulsus est, & ærumnis ac tristitiæ expositus est. Tamen miserante Deo, cuius miserationes super omnia opera eius, non ex toto miser homo in perditionis abyssum redactus est: quoniam neque liberum amisit arbitrium, neque à rationis capacitate alienatus est, Perdidit ergo per seipsum magnum quid, reliquit autem ei misericordia conditoris parum quid. In eo itaque quod amisit, rex esse desinit, in eo autem quod præ cæteris animalibus sibi relictum est, quasi regulus viciuauit. Quod ipsa euangelij verba videntur innuere, dicendo quia erat quidã regulus. Per hoc enim quod dicitur erat, quod imperfectæ significationis verbum est, quod sic ex parte iam præterit, vt ex parte videatur adhuc non præterisse, & sensum habet substatiũ, essentia hominis iudicatur, quæ iam ex parte transferat mortua, & ex parte ægrotabat faucius, vt penẽ nihil esset homo qui erat: quoniam infirmabatur & mori incipiebat cuius proprium nomen tacetur, & dicitur: erat



**G** quidam, quia non erat dignus audire noui te  
Exo. 33. c ex nomine, neque erat nomen eius scriptum in  
cælis, vt deus illud dignaretur nominare. Nam  
& nos plerunq; quorundam vocabula, quæ tam  
bene meminimus, propter dedignationē  
prætermisimus, cum eorum recordationem fa-  
stidimus. Idcirco autem nomen istius spiritui  
sancto viluerat: quia peccator erat: quia infirmus  
regulus. Cuius filius infirmabatur Capharnaū.  
Filius est, in quo pater affectu paterno speciali-  
ter delectatur, quem tenerrimo & toto tāquam  
seipsum confouet amplexu. Hoc in homine in-  
teriore animū intelligimus, quem à primo plas-  
mate vsque ad Christum, multa spiritalium fe-  
brium incommoditate præuentum nequaquam  
dubitamus. Capharnaum autem ager pulcherri-  
mus dicitur, & mundus iste creaturarum orna-  
mentis decoratus, magni opificis ordinatio-  
ne conspicuus, ager pulcherrimus non incon-  
grue intelligi potest. Cuius colonus homo vt-  
pote aduena & peregrinus, quanto licentius  
peccabat, tanto abūdātius ægrotabat. Aegrota

**H**uit autem hominis portio preciosior, animus  
videlicet, qui tanquam filius homini debet esse  
charior. Hic cum audisset, quia Iesus adueni-  
ret à Iudæa in Galilæam, abiit ad eum & roga-  
bat eum, vt descenderet & sanaret filium eius,  
incipiebat enim mori. Iudæa quidem confes-  
sio siue laudatio & glorificatio, Galilæa verò  
interpretatur transmigratio facta. Et Iesus veni-  
t à Iudæa in Galilæam, quando à confessione  
& laudatione quæ illi sursum à sanctis angelis  
incessanter dabatur, dignatus est per carnis as-  
sumptionē venire ad nos qui transmigratiōem  
feceramus à paradiso ad huius vallem miseræ.

**Zach. 2. d** per Zachariam homo dicere comperit, lauda  
& letare filia Sion, quia ecce ego venio & ha-  
bitabo in medio tui ait dominus. Cumque hæc  
& his similia de eius aduentu verba propheta-  
rum audisset, abiit ad eum pro filio supplicatu-  
rus, mores mutaturus, in ipsum crediturus. Abiit  
ad eum, quia cepit ad eius fidem aliquantulum  
accedere. Et rogabat vt descenderet & sana-  
ret filium eius quem diximus animum ipsius  
esse: quia per Psalmistam dicebat: Domine in-

**Psal. 145**  
**Psal. 40** clina cælos tuos & descende. & domine mise-  
rere mei, sana animam meam qui peccaui ti-  
bi. Rogabat vt descenderet, hoc est, ad humili-  
tatem passionis se misericorditer inclinaret, &  
filium eius, hoc est, cariorem eius portionem  
sanaret. Non enim poterat animus hominis à  
peccati morbo sanari, nisi medicamentū ei fie-  
ret mors ipsius medici. Incipiebat enim pecca-  
ti languore iam mori. Hic est enim saucius, quē  
sicut alibi dicitur: Latrones in via feminiuum

**Luc. 10 d** reliquere. Viuit enim ex ea parte qua Deū po-  
test cognoscere, & quid rectum sit discernere,  
mortuus verò est, ex ea parte qua peccatis tabes-  
cit & nequitia deficit. Ex toto autem erit mor-  
tuus, si fuerit in inferno damnatus. Sic ergo inci-  
piebat mori, id est, vitiorum languore nimium  
grauabatur, & morti damnationis eternæ propin-  
quabat. Sed ne ex toto moreretur, accessit  
pater ad Iesum pro eo rogaturus, vt ipse qui vi-  
ta, qui medicus, qui medicina est, obuiaret mor-

ti. Post mortem enim nulla posset inueniri me-  
dicina: quia in inferno nulla est redēptio. Quis-  
quis enim semel æternæ damnationi traditus  
est, nunquam vltius redemptionem conse-  
qui potest. Dominus autem regulo deprecanti  
respondit: Nisi signa & prodigia videritis non  
creditis. In signa & prodigia hoc distat, quod  
signa quidem dicuntur, eo quod præsentialiter  
aliquid significant, prodigia verò quasi porro-  
dicia vocantur, eo quod porro dicant, porro  
significent, & aliquid futurum portendant. Et  
dominus signa fecit atque prodigia: quoniam  
opera eius alia in præsentia aliquid significabāt,  
alia in futurum prospiciebant. Regulus ergo  
descensum eius ad salutem filij rogabat, domi-  
nus autem descensum suum commendabat, &  
regulo subtiliter intimabat, dicens: Nisi signa  
& prodigia videritis, non creditis. Ac si dice-  
ret: Descensus meus ad mortem, & ad inferos  
quem desideras, signum magnum est: quia febricitantium  
salus est, & prodigium magnum est, quia resurre-  
ctio mortuorū est. Nec fides Christi-  
ana in gentibus pullulare poterit, nisi signa  
hæc & prodigia viderit. Dicit ad eū regulus, v-  
nus credens ex gentibus, gentiū primitiæ præ-  
signatus: Domine descende priusquam moria-  
tur filius meus. Domine quandoquidem des-  
cendens tuus signum & prodigium magnum est  
ab infirmitatibus suis poterit, nisi signa hæc & prodigia merue-  
ricende, quoniam melius est sicut  
vt descendas, quàm vt filius meus  
id est, gentilis populi animus in æternū pereat.

**L** Descende ergo de incarnatione ad passionem:  
quoniam ex passione tua consequetur anima  
mea liberationem. Huic tantæ fidei ac deuotio-  
ni duntaxat, respondit dominus: Valde filius  
tuus viuit. Durum est enim intelligere, quod  
incredulo & infideli dixerit, vade filius tuus  
viuit, nisi supplicantis fidē deuotionemque co-  
gnouisset. Præsciuit igitur antequam miracu-  
lum faceret, subtilem fideliter obsecrantis res-  
pensionem, & ad miraculi processit ostentio-  
nem, vt & fides iam credentis procederet in  
manifestationem. Vade, inquit, hoc est, ad per-  
fectionem transmigra cogitationū, & sicut au-  
disti meam incarnationem expecta etiam pas-  
sionem. Iam enim ex hac fidei sciunt illa filius  
tuus, id est, animus tuus viuit. Nec quemquam  
moueat, quod omnia hæc verba secundum hi-  
storiam non inueniantur & à regulo, id est, ab  
humano genere dicta esse domino, & à domi-  
no generi humano. Tales enim sunt istæ loquu-  
tiones, quales & illæ de canticis canticorum,  
vbi sponsus ad sponsam, & sponsa ad sponsum,  
ea verba loquitur, quæ nusquam historialiter  
reperiuntur. Neque enim tam vocibus quàm  
rebus fiunt huiusmodi loquutiones. Vade  
ait, hoc est, ad maiora fidei promouere, & ad  
spiritalium sensum progredere, quoniam filius  
tuus viuit ex hac fidei inchoatione & ex mea  
prædestinatione. Credidit homo, sermōnem  
quem dixit ei IESVS, & ibat. Credidit huma-  
num genus, quod animus suus per Dei gratiam  
interius viueret: quoniam ex saluatoris sermone  
quem veracem esse didicit hoc audiuit, & ibat pro-

**M** proficiēs in fide & moribus. Iam autē eo descē-  
dente, serui occurrerunt ei, & nuntiauerunt di-  
centes, quia filius eius viueret. Interrogabat er-  
go horam ab eis, in qua melius habuerat. Et di-  
xerunt ei: quia heri hora septima, reliquit eum  
febris. Descendente homine, id est, ad seipsum  
reuertente, & cogitationes suas inspiciente, oc-  
currerunt ei serui sui, qui non incongruē ratio-  
nales hominis sensus intelliguntur, qui debent  
homini, vt pote domino suo seruire, & quæ iocunda  
sint nuntiare, ac de sospitate totius interi-  
oris hominis & animi respondere, sicut hīc di-  
cuntur nūciasse filium viuere. Hominem enim  
à Deo descendere est, humanitatem nostram à  
contemplatione illa parumper auelli, & ad ea  
quæ intra nos sunt aliquantulum reuerti, quid su-  
mus, quid egimus, solerter intueri. Seruos autē  
domino descendenti occurrere est, sensus omnes  
totius humanitatis obsequio domini pare-  
re, & suo patrifamilias quæ sint placitura deuote  
referre. Homo v. iam dei colloquio robo-  
ratus, & scripturarū exercitio recreatus, tāquam  
indagator discretissimus debet perpendere, &  
tanquam seruos & amicos sensus suos consule-  
re, qua hora filius suus melius habuerit, quando  
animus suus liberius cōualuerit. Et hoc est quod  
dicitur, quia interrogabat horam ab eis in qua  
melius habuerat. Sed quid serui responderint,  
audiamus. Heri, inquit, hora septima  
reliquit eum febris. Heri, tempus est  
Et nos dum in hac vita sumus duo  
timus, tertium expectamus. Totum  
Adam, vsque ad Christi passionem, præteritum  
tempus est. A passione Christi, vsque ad diem  
iudicij, hodiernū tempus est. A die iudicij quā-  
do iam corpora nostra fuerint reformata, tertium  
tempus erit, quod finē habere non poterit. He-  
ri ergo in passione Christi reliquit hominem fe-  
bris, quoniam Christus vitiorum nostrorum  
peregrinos & inordinatos feruores ac variarū  
incentiuarum libidinum cruci suæ affixit, quia lan-  
guores nostros ipse tulit & dolores nostros ip-  
se portauit. Sed tam magnum tanque diuturnū  
heri, horas suas habuit dum per temporum in-  
crementa tempus temporum successit. Ab Adam  
enim vsque ad Noë, prima hora est quæ in dilu-  
uio alterata est. A Noë in Abraam extende, &  
horā secundā in circumcisione perpende. Ter-  
tiam ab Abraam in Moyse, & caue ne præter-  
mittas legem. Quarta à Moyse in Dauid, ibique  
Iudæorum regnum florere videbis. Quintam à  
Dauid vsque ad tempus transmigratiōis, & Is-  
raël gloriam marcuisse non negabis. Inde sextā  
vsque ad natiuitatem sancti Ioannis dirige, ibi-  
que legem ac prophetas habere finem intellige  
Septimam ab ortu sancti Ioannis vsque ad pas-  
sionē saluatoris metire, & ibi totius mundi rea-  
tum crucifixum collige. Hæc est enim hora se-  
ptima, in qua febris docente & monente Chri-  
sto animum nostrū quasi reguli filium reliquit.  
Et ecce iā i octaua sumus, atq; p octaua dño psal-  
mū decātamus. Sumus enī in quadā resurrectio-  
nis gloria, in quadā honestatis eminentia, vt nō  
sit iam quod doleamus, nisi fortē morticinium  
aliquod post baptismi lauationem vltroinei te-  
tigerimus. Itaque tempus præteritum, vt im-

Signa & prodigia

perfectiōem suam demonstret, septem horis  
consummatur. Nam si diem perfectam habuis-  
set, horis duodecim clauderetur. Desunt hester-  
næ diei horæ quinque, vt intelligamus quia ni-  
hil lex & tempus illud ad perfectum adduxit, &  
audiamus vocem psalmistæ onquirentis im-  
perfectum meum viderunt oculi tui. Sed quod  
illi diei defuit, dies nostra dies octaua, dies diem  
illuminans suppleuit. Ecce etenim pentateucū  
ablato Moyse velamine reuelata facie legimus,  
& decalogū ad obseruantiam quinque sensuum  
nostrorum spiritaliter redigimus, & quinq; pru-  
dentes à quinque fatuis virginibus sequestra-  
mus. Dies autem nostra horis duodecim extē-  
ditur, quoniam ciuitas nostra portis duodecim  
gloriatur, duodecim apostolis commendatur,  
duodecim sportis diuinæ affluentiae plenitudo  
& ecclesiæ valitudo circumfertur. Cognouit er-  
go pater, quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus,  
filius tuus viuit. Omnis qui tanquam pater suo  
præest animo, & ex ratione debet perpendere,  
& ex seruientium sibi sensuum relatu atque scri-  
pturarum attestatione colligere, quoniam he-  
sterno tempore in Christi, quæ est hora septima  
passione, cœpit animus hominis per fidem vi-  
uere, hoc est credendo sicut oportet in Chri-  
sti mortem, meruit illico vitam accipere. & cre-  
didit ipse, & domus eius tota. Credit pater, quia  
peccato iam euacuato quasi febre filij extincta,  
cupit inexplēbiliter & indeficienter adherere  
domino. Credit & domus eius tota, quoniam  
omnes qui in ipso sunt animæ motus, eius vo-  
luntati obediunt, & de virtute in virtutem pro-  
ficiunt, vt ex ipsa consuetudine iam velut cogā-  
tur benefacere. His ita disculis, totā adhuc ex  
ordine lectionem breuiter volumus repetere, vt  
possimus & ea quæ adhuc aliter de illa sentimus  
aperire: Erat quidam regulus, & c. Quatuor ho-  
mines in euangelio dominus ad vitam reuoca-  
uit. Istum reguli filium, qui incipiebat mori, &  
significauit spiritum hominis, qui per initium  
consensus prauæ delectationis intrinsecus in-  
choat mori. Et puellā iam mortuam, sed adhuc  
domo clausam, quæ significauit mentem homi-  
nis introrsus per consensum iniquæ delectatio-  
nis mortuam, & per latentem prauis operis per-  
petrationem. Iuuenem quoque delatum extra  
portam, qui designauit hominem, cuius spirita-  
lis mors publicè patet in opere. Sed & Lazarū  
quatruiduanum ac foetidum, qui significauit pec-  
catorem longa cōsuetudine iacentem in tumulo  
mortiferæ conuersationis, & spargentem de  
se foetorem sordidæ opinionis. In his ergo qua-  
tuor mortis gradibus, iste quo nunc reguli fili-  
us laborare describitur est primus. Nec est vlla  
in hoc seculo mors animæ nisi fallor, quæ in a-  
liquo graduum istorum non inueniatur, & id-  
circo dominus omnes istos resuscitasse descri-  
bitur, vt omnes animarum mortes ad vitam re-  
formare monstretur. Sed ad lectionem respicia-  
mus. Erat quidam regulus, cuius filius infirma-  
batur Capharnaum. Regulus iste, ratio non in-  
conuenienter intelligitur. Filius eius cogitatus  
qui ex rationabili sensu nascitur. Erat quidam  
regulus, id est, rationalis sensus, cuius poten-  
tia defectum patiebatur, cuius spiritale regnum  
fuerat

Psal. 138

E

F



**G**ebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum. Tenebat eum, quia volebat dimittere quod in se peccauerat. Et suffocabat eum, id est, coangustabat spiritualiter, & extinguere nitebatur in reatu peccati in se ab eo commissi. Debitorem enim conseruum, id est, fratrem in se peccantem tenet, qui non dimittit ei quod in se peccauit, sed memoriam iniuriæ quam ab eo passus est in corde suo referuat. Quem & suffocat, dum animam eius spiritualiter strangulat & opprimit atque coangustat in periculo peccati non dimittens ei quod in se commissit, sed alligans eum in culpa. Redde, inquit, quod debes, id est, iam nunc sine mora persolue mihi rectum de omnibus iniuriis quas mihi fecisti. Et prociðes conseruus eius rogabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Prociðens conseruus eius rogabat eum, quia humiliter ab eo saltem dilationem postulabat, dicens: Patientiam habe, id est, patienter expecta me, & omnia reddam tibi, hoc est, vniuersa quæ in te peccauisti emendabo tibi, & bene deinceps me erga te habebō. Ille autem noluit, sed abiit & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Noluit conseruum suum patienter expectare ut posset emendare, noluit inducias illi concedere, sed absque reuerentiâ domini sui abiit & misit eum in carcerem. Abiit, hoc est, apostatando & in deteriora retrorsum eundo, perrexit: & misit eum in carcerem donec redderet debitum, id est, quantum ad suæ voluntatis malignam obstinationem demersit eum in infernum, donec pro culpa sempiternas persolueret pœnas. Sūt enim nonnulli malignæ mētis homines, quorum iste seruus imaginem tenet, qui grauium peccatorum quæ ipsi perpetraverunt immemores, si & leuiter culpa fratris in se peccantis offendantur, in tantam obstinationem prorumpunt, ut quod dictu quoque nephas est, optent fratrem suum æternis antè perire suppliciis, quàm quod in se peccauerat indulgeant. Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde. Et venerunt, & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant. Conserui eius hoc loco sacerdotes & religiosi viri intelliguntur, qui videntes ea quæ nequiter in fratrem ab eo fiebant, contristati sunt valde. Et venerunt, & narrauerunt hæc omnia domino suo: quia redierunt ad cor suum, & ibi diuino cōspectui intendentes, conquesti sunt in precibus suis coram eo de his omnibus. Vel sancti angeli possunt intelligi conserui. Cū enim Ioannes in Apocalypsi vellet angelum adorare, dixit ei angelus: Vide ne feceris, conseruus tuus sum & fratrum tuorum. Conserui ergo sunt angeli. Qui viderunt ea quæ fiebant à malo seruo, & contristati sunt valde: quia nobis ad custodiam deputati cuncta quæ facimus diligenter aspiciunt, & de bonis actibus nostris lætantur, de malis vero contristantur. Non tamen tristitia possunt affici, quia perfecte beati sunt, sed hoc quod eis mala nostra displicent, vocatur eorum tristitia. Valde ergo contristati sunt, id est, valde displicuit eis quod inique fieri viderunt. Et venerunt & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant: quia ipsi cuncta quæ gerimus, siue bo-

na siue mala renuntiant Deo, ut sciant quid ipse de his omnibus fieri iubeat. Tunc vocauit illum dominus suus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Ingratum seruum dominus rursus vocat, & cur ipse misericordiam consequutus à domino misereri conseruo noluerit arguit, cū illum qui percepta à Deo indulgentiæ immemor noluit indulgere fratri quod in se peccauerat, ad mortem per corporis infirmitatem reuocat, & sic ad iudicium, atque peccata etiam illa in caput eius denuo replicat, quæ sibi iam fuisse per pœnitentiam dimissa gaudebat. Iudicium enim sine misericordiâ, illi qui non facit misericordiam. Vnde & subditur: Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum. Qui enim fratri indulgere noluit, sed eum in carcerem pro debito misit, merito ipse indulgentiam quam ceperat amisit, & in manus tortorum venit. Nam quisquis hominem ad imaginem Dei factum à peccato non soluit rogatus, sed obdurationem mentis suæ quantum in se est, tartareo carceri puniendum tradit, Deo est odibundamnationem indubitanter t ergo dominus eius, id est, ultionis in eum exercuit. a sua Deus irasci potest, qui & incommutabilis permanet eis quibus vindictam redta ipsa vocatur eius ira. Iratus itaque tradidit eum tortoribus, hoc est malignis spiritibus qui torquerent eum in inferno quoadusque redderet vniuersum debitum, id est, sine fine. Quisquis enim semel traditus irreuocabiliter fuerit crudelibus angelis, quorum officium est reprobos torquere, nunquam ulterius valet debitum reddere, quia non potest per pœnitentiam & opera bona quod male gessit emendare, & propterea semper cogitur pœnas sustinere. Ad quid autem hæc parabola intendat consequenter dominus subdendo manifestat. Sic & pater meus cælestis faciet vobis, si non miseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Sicut autem à seruo cuncta quæ dimiserat repetit, eumque cū non posset reddere damnauit: quia ille conseruo suo dimittere noluit, sic & pater meus à quolibet ex vobis iterum exiget quicquid illi per pœnitentiam dimisit, si ille fratri suo cuncta quæ in se peccauit ex corde non dimiserit. Ita vos singulos pater meus ad iudicium reuocabit, & quæ misericordia flexus primo dimisit, repetet, vosque tortoribus angelis tradet, si non miseritis vnusquisque fratri suo, peccatum omne quod in vos frater ille commisit, & miseritis illud non simulatoriè, sed veraciter de cordibus vestris, ut non remaneat in corde, cū miseritis illud ore. Non tamen per seipsum pater huiusmodi iudicia faciet, sed per filium: quia sicut Apostolus testatur: Iudicabit Deus occulta hominum per IESUM CHRISTUM. Idcirco de cordibus vestris

vestris remittendum est fratris peccatum: quia iudicabit Deus occulta hominum, ne nunc in occultis cordium nostrorum latere illud videat & tunc manifestam pro hoc damnationem inferat. Misericordiam & charitatem erga pro-

ximum habere studeamus, remittentes ei misericorditer quod in nos deliquit, & puro corde illum diligentes, ut & nos similem vicissitudinem à pio iudice nostro consequamur, qui viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

D. ANSELMI ENARRATIONUM in Euangelia nonnulla Finis.



Apo. vi. c.

Iaco. 2. c.

M

Rom. 2. c.